De hereditate. 2. *De testamento veterani.* 3. *De servo peculiari manumisso a patre.*

XIX. TRYPHONINUS lib. XVIII Disputationum.

[DE] hereditate ab adgnato commilitone data Scævola noster dubitabat: quia potuit, & ante notas, & amicus dare, potuit & non date, nisi [67] commilitium [68] caritatem auxisset: nobis ita videtur, si ante commilitium factum sit testamentum, non esse peculii castrensis eam hereditatem: si postea, contra.

§. 1. Sed si servus peculii castrensis à quocunque sit heres scriptus, jussu [69] militis adire debebit hereditatem, eaque fiet bonorum castrensis peculii. § 2. Filiusfamilias paganus de peculio castrensi fecit testamentum, & dum [70] ignorat, patri se suum heredem extitisse, decessit: non potest videri pro castrensibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse, quamvis id [71] in milite etiam nunc rescriptum sit: quia miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori: quod jus ille non habuerit, non [72] magis, quam [73] sine observatione Legum facere [74] testamentum: necessario ergo castrensis peculii heres scriptus [75] universa bona habebit, perinde ac si pauperrimus facto testamento decessisset, ignorans se locupletatum per servos alio loco agentes. §. 3. Pater peculii castrensis filii servum testamento liberum esse jussit: intestato [76] defuncto filiofamilias, mox patre: Quæritur, an libertas servo competat? occurrebat enim, non [77] posse dominium apud duos pro solido fuisse: denique filium posse manumittere talis peculii servum [78], Hadrianus constituit. Et si testamento tam filii quam patris idem servus accepisset libertatem, & utrique pariter decessissent: non dubitaretur, ex testamento filii liberum eum esse. Sed in superiore casu pro libertate à patre data illa dici possunt: numquid, quoad utatur jure concesso filius in castrensi peculio, eousq; jus patris cessaverit: quod si intestatus decesserit filius, postliminii cujusdam similitudine pater antiquo jure habeat peculium, retroque videatur habuisse rerum dominia. §. 4. Non tamen, [si] ut heres vivo filio vindictam [79] servo imposuit, dicatur eum post mortem intestati filii ex illa manumissione liberum factum esse. §. 5. Quid autem, si testamentum fecerit filius, & non sit ejus adita hereditas? non tam facile est dicere, continuatum patri post mortem filii rerum peculii dominium: cum medium tempus, quo deliberant instituti heredes, imaginem successioni [80] præstiterit: alioquin, etsi adita sit ab intestato hereditas filii, dicerur, à patre ad eum transisse proprietatem: quod absurdum est, si [81] in pendenti [82], ut in aliis, & in hac specie habeamus dominia, ut ex facto retro fuisse, aut non fuisse patris credamus. Secundum quod difficile erit expedire, si, dum deliberant heredes, dies cesserit legati servo dati filius peculii, testamento ejus, ex quo pater nihil capere potuisset: an id ad ipsum pertineat, cum utique ad heredem filii pertineret: Faciliorem tamen de libertate servi deliberatio est in specie, in qua intestatus filius decessisse proponitur: non est ergo ratio respondendi, competere libertatem eo tempore datam, quo non fuit in dominio patris. Favorabilem [83] tamen sententiam contrariam [in] utroque casu non negamus.

XX. PAULUS lib. sing. ad Regulam Catonianam.

SEd si ponas, filium testamentum fecisse, & patrem heredem instituisse, cum utique pater testamento suo servo filii libertatem dedisset, qui ad eum ex testamento filii pertinere cœperit: videndum est, numquid ei comparari debeat, qui cum manumitteretur, alienus erat, deinde postea [84] adquisitus est, sed favorabile est libertatem à patre relictam admittere: & ab illitio patris eum esse videri, ex hoc, quod postea contigit, ostenditur.

[67] Commilitium carissimum auget.
[68] Commilitium est societas militaris, & conscientialis amicitia.
[69] *l. 3. §. ult. ad.*
[70] Hereditas patris non adita interdum transmittit ad quemcunque extraneum (confitentem, ut *l.* Quid ita? *Scintas*, jusque legitimum servatus id efficit.
[71] Ut fi. miles pro parte testatus, pro alia parte intestatus mori possit. *l. 7. §. de reg. jur.*
[72] In testamento faciendo leges etiam observare milites cogitur.
[73] Quam fi fine.
[74] Facere.
[75] *l. 13. §. de testam. milit.*
[76] *l. 9. conf. de reg. jur. & not.*
[77] Dominium unius non potest pro folido esse apud plures. Una res non potest esse quantitas in substantia, ut hic. adde *l. 5 si ut certo. §. 5. ff. de donat. l. 5. C. communia.*
[78] *l. 13. §. ad. l. 8. §. de pec. pec.*
[79] Vindictam imponi servis moris erat. dixi ad Ulpian. *l.* 1. §. 7.
[80] Successoris. *Bal.* Successionis. *vulg.*
[81] Nisi. *vulgat. Bal.*
[82] In pendenti multa esse possunt. adde *l. qui in.* 98. *T. de solutionib. l. usufr. §. de usufructu. l. 43. T. de usufr. earum.*
[83] Favorabilis sententia in causa libertatis semper est: quamvis autem hic favorabilis sententia est? ut libertas data servo confirmatur ex dominio postea supervenisse. [84] *l.* 20. *T. qui & a quibus.*

LIBER QUINQUAGESIMUS.

TIT. I.

AD [1] MUNICIPALEM [2]; ET DE INCOLIS [3].

Quibus modis municeps fit. 3. *Quis sit proprie municeps vel abusive.*

I. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

Municipem [4] aut [5] nativitas [6] facit, aut manumissio [7], aut adoptio [8]. §. 1. Et proptie quidem *municipes* appellantur muneris [9] participes, recepti in civitate [10], ut munera nobiscum faceremt: sed nunc abusive municipes [11] dicemus, suæ cujusque civitatis cives: utputa Campanos, Puteolanos.

§. 2. Qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus est, Campanus est. Sed si ex patre Campano, matre Puteolana, æque municeps Campanus est [12]: nisi forte privilegio [13] aliquo materna origo censetur: tunc enim maternæ originis erit municeps. Utputa Ilienſibus [14] concessum [15] est, *ut* [16] *qui matre Iliensi est, sit*

[1] De municipibus & municipatu, *l.* 2. C. XXXVIII. quid sit municeps, *l.* 1. *T.* ad Gothofr. *Adde* A. Gell. *lib.* 16. *c.* 13. Anf.
[2] Legum facile. Politianus, Budæus, Turnebus, *l. Sibell.* 12. reprehendit à Cujac. 9 *obſ.* 37. cum tribus de Lege municipali hic agatur, & ita tractus recte ab inscriptus à Justiniano, in *l.* 2. *C. in quibus jure ad municipales.*
[3] C. XXXIX. *de Edict. c. ex lit.* 44. *c.* 27. *eod. vulgat.*
[4] Hi & *municeps.* v. Cujac. ad *l.* 4. *C. de jure fisci.* 4 Id est, civem municipem.
[5] Municipem hoc facient, origo, manumissio, adlectio, adoptio. *l.* 7. *C. de incolis.* 6 Origo *l.* 7. *C. de divortiis. l.* 228. *§. de verb. sign.* Natus patre Campano Campanus est: nec municipatione, vel datione in adoptionem Campanus esse definit. *§.* 2 *J. eod.* 7 Manumissus à Campano, est Campanus. *§.* 2 *J. eod. l.* 6 *in fin. l.* 7 *J. eod.* 8 Adoptatus à Campano, est Campanus *§.* 2 *J. eod.* adde & allectum, *d. l.* 7. *l.* 15. *in fin. l.* 16. *l.* 17. *§.* 9. *J. eod.* quod fit, quum aliquis in civitatem aliquam receptus est. 9 Municeps Gloſſis [illegible]. adde Fest. *in municeps & municipium.* Municipes proprie sunt cives Romani ex municipiis, suo jure & legibus utentes muneris tantum honoraria cum populo Romano participes, nullis aliis necessitatibus, nec ullis populi Romani legibus astrictis, cum nunquam populi Romani eorum fundus factus sit. Coloniæ municipiis contrariæ: eam ex civitate Romana propagatæ sunt, & juris omnis populi Romani, non sui arbitrii habent quæ conditio etsi sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen, & præstabilior existimatur, propter amplitudinem populi Romani, cujus ista coloniæ, quasi effigies parvæ, similachraque esse videntur. 16 Gell. 13. 10 *Al.* in civitatem. 11 Municeps, civis cujusque civitatis, aut, ut proprie magis loquamur, cujusque municipii. *Goth.* Vid. in hanc *l.* Joann. Zanger. *de excusat. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. Anf. 12 Liberi sequuntur patris municipium. *l.* 44. *C. de decur. l.* 3. *C. de municipibus & originariis.* 13 Privilegium valet, ut liberi civitatem & municipium matris suæ sequantur. 14 Ut & Delphinibus & Pœticis. *J. eod.* & Antiochenis. *l.* 22. *C. de decur.* Ilienſes ita remissum est, ut qui matre Iliensi esset, fieret eorum municeps: quia & isidem plenissima immunitas tributa. *l.* 17. *§.* 1. *T. de excusat.* sed & ut Minerva Iliensi bona hereditas posset. Ulpian. de fragmentis. de qua vide Cujac. 10 *obſervat.* 5. Id nonnullæ etiam provinciæ impetrarunt, apud quas ei ventre, id est, matre nobilissima liberis præstat: sic apud Campanos Gallitæ *in ventre* nobilis. Conſtantinus Trocenſis, *ancie.* 8. Senonenſis, *ancie.* 149. Calvimontano 5. & 11. idque eo ortum fertur, quod, delecta bello Campanorum nobilitate, vidua plebeiis ex privilegio nubere aut in perpetua viduitate cenſebantur, quam ignotos aut extraneos procos sequi maluerint. Cocanus, 11. Turnebus, 2 *obſerv.* 7. Pap. *Emyl. verbor.* 7. *cap. d' anoblissement. fol.* 491. Idem observatur apud Lycios. Herodot. 1. & Xanthios. Plutarch. *lib. de claris mulieribus.* fit apud Gallos interdum pactis nuptialibus, ut liberi cognomen maternæ familiæ ferant. *Silius. Cui vero corda tumere Matre* [illegible] *genus.* Sic Falsia gens prænomen Numerii à matre tulit. v. Probum libello de notis Romanor. *l.* 19. *§.* 6. *T. de donat.* 15 Matris curiam potius, quam patris Ilienſes, Delphi & Pontici sequuntur. Aristot. 3 *Polit.* Qui ex cive muliere nascitur in quibusdam civitatibus, civis est.
16 Cur concedium? propter inclytam nobilitatem civitatis, & conjunctionem originis Romanæ.

[5] 211 C. XLVII. De privilegiis veteranorum. *vulg. l.* 1. *C. de excusat. veteran.*
[6] Delictis etiam interdum quædam prærogativa data est: videlicet minus ut puniantur in his, quorum illa admisit.
[7] *l.* 3. *J. eod.*
[8] Utique. *Bal.*
[9] Militiæ qui nomen dabant, non prius in numeris militum habiti, quam jurejurando adacti, conjurati & in numeros relati. *l.* 2. *§.* 3. *T. de his, qui notantur infamia. l.* 14. *T. de his, quæ ut indigni. l.* 1. *C. de excusat. veteran. l.* 1. *C. de his, qui non impletis stipendiis facramenta solvi sunt. l.* 8. *T. de accusat. l.* 11. *T. ad Leg. Jul. de adult.* Hinc Sacramento solvi, *l.* 13. *§.* 3. *l. ult. T. de re milit.* Sacramenti fides rupta, *l.* 11. *T. de testib. milit.* Sacramenti religio, *l.* 8. *C. de caſtr.* Sacramenta hujusmodi militiæ, *l.* 4. *C. hoc tit.* & breviter, *sacramentum* militare, primum militiæ fuit vinculum, Senec. *lib.* 15 *epiſt.* quo qui nondum obstricti aut eo soluti, jure pugnare posse cum hostibus non videntur. Cato apud Cicer. *1 offic.* & Plutarch. *in Probl.* Primum autem jurejurando miles haberi cœpit L. Flacco & Varrone Coss. Nam ante Sacramento à Tribunis regebantur. Frontin. 4 *Strategem.* 1. ipsi vero inter se conjurabant, se fugæ atque formidinis causa non abituros, nisi ubi peterent, terminive hostis aut civis servandi causa. Liv. 32 *Hiſtiarum ult.* 10. Inter cæteras jurisjurandi formulas & hæc fuit, In exercitu decemque militia passum prope, fortium non faciam. 16 Gell. 4. Et hoc in legitima militia fiebant. In tumultu vero singuli milites Sacramento non regebantur, propter immanentis periculi necessitatem, telle Servio apud Virgil. Sub Christianis Imperatoribus aliæ formulæ fuerunt jurisjurandi militaris, de quibus vide I. Veget. 5. & 9 Isidor. 1. adde quæ scripsi in *l.* 2. *C. de re milit.* 5 *l.* 1 *C. eod.* 7 Privilegium nemo amittit ob id tantum, quod actum unum gesserit privilegio suo contrarium. *Bert.* 8 Imo à vectigalibus sunt immunes. *l.* 1. *C. eod.*
9 *l.* 7. *J. de vacat. & excus. munor. l.* 2. *C. de numeris patrim.* 10 Adde *l.* 11 *C. de quæſt.* ad hunc locum v. Fornerum *ſolect.* 20. 11 Et hoc in pœnis separantur milites à plebeiis, utriusque puniuntur quam plebeii. 12 *l.* 9. *§.* 11. *l.* 28. *§.* 4. *T. de pœn.* divi *tit. C. de decur.* 13 *l.* 9. *§.* 11. *T. de pœn.* 14 *l.* 1 *T. eod.* 15 adde *l.* 7. *C. de SS. Eccleſ.* 16 De inscriptionibus adde *l.* 22. *in fin J. ad municip. l. G. in fin J. de munerib.* divi ad *l.* 27 *§.* 3 *T. de uſufr.* 17 *V. Cuj. ad l. ult C. de Feriis lib.* 12. 18 Angariasi, est cogi. Greg. *Nyſſen. epiſt.* 44. Navem ab omni angaria ex usu publico. Angariare id est, cogere, verbum Persicum. Suidas. quo etiam usus est *Luc.* 15. *τότον ἠγγάρευσεν ἵνα βαστάζῃ ὀπίσω Ἰησοῦ.* Hinc *ἐγγαρεῖον.* Suidas ita definit, *ὄνος ὃν ἐπόρευσε ἡ ἐπὶ ἄλλα χρησόμενος ἐπιβάτης.* Est quæ transitus per viam publicam, quæ & cursum habet, veluti ex hoc loco Tyrum usque: *ἀπὸ τοῦ δεῦρο* vero transitus per viam transversam. Erat & *κομιτεῖα ἀγγαρεῖα*, qui & *διὰ κομιτείων* regebantur, cisalpinarius. Clabola est genus vehiculi, quo stelsentur in transitu militum, legatorum, armorum. Hinc carrorum angaria apud Marcellph. *67 Digeſt.* Hesychius, regius *γρηματιστήριον.* Julc. ph. 11 *ἀγγαρεύειν* quem veredarium vocat Hieron in *lib. Esther. & epiſt. ad Eustoch.* Procop. *de bello Vandalico.* A veredis, paravereda dicti equi majores, quos poste rius palafredos, *Palafreys* vocavit Cujac. ad *tit. de curſu Public. adde* 5 *Eclog. l.* 1. *περὶ ἀγγαρείων ἢ παραγγαρείας τραβεσίας*, cursum cisalpinarum *chevaux de mandement ou d'artillerie.* 19 Et operibus publicis. *l.* 1. *in fin. C. eod.* 20 Sunt Gal. *Bal.*

[1] 1 De municipibus & municipatu, *l.* 2. C. XXXVIII. quid sit municeps, *l.* 1. *T.* ad Gothofr. *Adde* A. Gell. *lib.* 16. *c.* 13. Anf.
[2] Legum facile. Politianus, Budæus, Turnebus, *l. Sibell.* 12. reprehendit à Cujac. 9 *obſ.* 37. cum tribus de Lege municipali hic agatur, & ita tractus recte ab inscriptus à Justiniano, in *l.* 2. *C. in quibus jure ad municipales.*
[3] 3 C. XXXIX. *de Edict. c. ex lit.* 44. *c.* 27. *eod. vulgat.*
[4] Hi & *municeps.* v. Cujac. ad *l.* 4. *C. de jure fisci.* 4 Id est, civem municipem.
[5] Municipem hoc facient, origo, manumissio, adlectio, adoptio. *l.* 7. *C. de incolis.* 6 Origo *l.* 7. *C. de divortiis. l.* 228. *§. de verb. sign.* Natus patre Campano Campanus est: nec municipatione, vel datione in adoptionem Campanus esse definit. *§.* 2 *J. eod.* 7 Manumissus à Campano, est Campanus. *§.* 2 *J. eod. l.* 6 *in fin. l.* 7 *J. eod.* 8 Adoptatus à Campano, est Campanus *§.* 2 *J. eod.* adde & allectum, *d. l.* 7. *l.* 15. *in fin. l.* 16. *l.* 17. *§.* 9. *J. eod.* quod fit, quum aliquis in civitatem aliquam receptus est. 9 Municeps Gloſſis [illegible]. adde Fest. *in municeps & municipium.* Municipes proprie sunt cives Romani ex municipiis, suo jure & legibus utentes muneris tantum honoraria cum populo Romano participes, nullis aliis necessitatibus, nec ullis populi Romani legibus astrictis, cum nunquam populi Romani eorum fundus factus sit. Coloniæ municipiis contrariæ: eam ex civitate Romana propagatæ sunt, & juris omnis populi Romani, non sui arbitrii habent quæ conditio etsi sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen, & præstabilior existimatur, propter amplitudinem populi Romani, cujus ista coloniæ, quasi effigies parvæ, similachraque esse videntur. 16 Gell. 13. 10 *Al.* in civitatem. 11 Municeps, civis cujusque civitatis, aut, ut proprie magis loquamur, cujusque municipii. *Goth.* Vid. in hanc *l.* Joann. Zanger. *de excusat. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 34. Anf. 12 Liberi sequuntur patris municipium. *l.* 44. *C. de decur. l.* 3. *C. de municipibus & originariis.* 13 Privilegium valet, ut liberi civitatem & municipium matris suæ sequantur. 14 Ut & Delphinibus & Pœticis. *J. eod.* & Antiochenis. *l.* 22. *C. de decur.* Ilienſes ita remissum est, ut qui matre Iliensi esset, fieret eorum municeps: quia & isidem plenissima immunitas tributa. *l.* 17. *§.* 1. *T. de excusat.* sed & ut Minerva Iliensi bona hereditas posset. Ulpian. de fragmentis. de qua vide Cujac. 10 *obſervat.* 5. Id nonnullæ etiam provinciæ impetrarunt, apud quas ei ventre, id est, matre nobilissima liberis præstat: sic apud Campanos Gallitæ *in ventre* nobilis. Conſtantinus Trocenſis, *ancie.* 8. Senonenſis, *ancie.* 149. Calvimontano 5. & 11. idque eo ortum fertur, quod, delecta bello Campanorum nobilitate, vidua plebeiis ex privilegio nubere aut in perpetua viduitate cenſebantur, quam ignotos aut extraneos procos sequi maluerint. Cocanus, 11. Turnebus, 2 *obſerv.* 7. Pap. *Emyl. verbor.* 7. *cap. d' anoblissement. fol.* 491. Idem observatur apud Lycios. Herodot. 1. & Xanthios. Plutarch. *lib. de claris mulieribus.* fit apud Gallos interdum pactis nuptialibus, ut liberi cognomen maternæ familiæ ferant. *Silius. Cui vero corda tumere Matre* [illegible] *genus.* Sic Falsia gens prænomen Numerii à matre tulit. v. Probum libello de notis Romanor. *l.* 19. *§.* 6. *T. de donat.* 15 Matris curiam potius, quam patris Ilienſes, Delphi & Pontici sequuntur. Aristot. 3 *Polit.* Qui ex cive muliere nascitur in quibusdam civitatibus, civis est.
16 Cur concedium? propter inclytam nobilitatem civitatis, & conjunctionem originis Romanæ. 17 Cur Delphis hoc idem tributum & conservatum est. Celsus etiam refert, Ponticis ex beneficio [18] Pompeii Magni competere, *ut qui Pontica matre natus esset, Pontieus esset:* quod beneficium ad vulgo [19] quæsitos solos pertinere quidam putant: quorum sententiam Celsus non probat: neque [20] enim debuisse caveri, ut vulgo quæsitus matris conditionem sequeretur: quam [21] enim aliam originem hic habet? sed ad eos, qui ex diversarum civitatium parentibus orirentur [22].

An pater pro filia decurione teneatur. 6. De eo, qui ultra commeatum abest, vel ultra formam commeatus datam.

II. IDEM lib. I Disputationum.

QUotiens filiusfamilias voluntate [23] patris decurio creatur, universis muneribus, quæ decurioni filio injunguntur, obstrictus est pater, quasi fidejussor pro filio. Consensisse autem pater decurioatui filii videtur, si præsens nominationi non [24] contradixit. Proinde, quidquid in Republica filius gessit, pater, ut fidejussor, præstabit. §. 1. Cestum autem in Republica accipere debemus, pecuniam [25] publicam tractare, sive erogandam decernere. §. 2. Sed & si curatores operum, vel cujus [26] alterius Reipublicæ creavit: tenebitur. §. 3. Sed & si successorem sibi nominavit, patrem obstringit. §. 4. Sed & si vectigalia [publica] locavit, pater erit obstrictus. §. 5. Sed si filius tutores dare non curaverit, vel minus idoneos elegerit, nec satis exegerit, vel non idoneum acceperit: ipse quidem quia sit obstrictus, nulla dubitatio est: pater vero ita [27] demum obligatur, si & fidejussores solent [28] hoc nomine obligari: sed non solent: hoc enim & relatum & rescriptum est: quia fidejussores Rempublicam salvam fore promittunt: Reipublicæ autem nihil [29], quod ad rem pecuniariam attinet, interest, pupillis tutores dati. §. 6. Is, qui ultra [30] commeatum [31] abeit, vel ultra formam commeatui datam, ad munera vocari potest.

De domicilio filiisfamiliæ.

III. IDEM lib. XXV ad Sabinum.

PLacet etiam [32], filiosfamilias domicilium habere [33] posse:

IV. IDEM

[17] Cur Delphis tributum? propter religionem. Suet. *in Claudio.*
[18] Lege Pompeia. Plin. 10 *epiſt.* 19 *l.* 19. *T. de statu hominum.*
[20] Lex esse non debet de casu indubitabili: hoc est, de rebus dubiis, quarum jus sit anceps, obligum ante dubium, leges furri constitui oportet, non de his quæ sunt aperta, expedita facilisque. adde *l.* 9 *T. de Conſtitutionib.*
[21] Vulgo quæsitus nullam aliam quam matris conditionem sequi potest. *l.* 24. *C. de patria.* Ergo & nomine, & nobilitate, & armis materna spectus utetur: quod tamen penes omnes interpretes negatur. Jure civili receptum esse. Fatentur tamen, bonis consuetudine omnium pene provinciarum eos admitti ad superiora omnia. G. Papæ *quæſt.* 8. Hinc etiam Cardinalium, Episcoporum, & humilium liberi sunt.
[22] Ex quibus. *vulgat.*
[23] Pater subjudicio videtur pro filio, quotiens consentit, ut filius fiat decurio. *l.* 20. *§.* 6. *T. familiæ. l.* 7. *J. de administr.* 24 Consentire videtur, qui præsens non contradicit. *l.* 7. *in fin. J. de decur. l.* 1. *C. de filiisfam. lib.* 10. 25 Gerit negotia publica, qui pecuniam publicam tractat, erogandam decernit, curatorem operum creat, successorem nominat, vectigalia locat, *ut hic. &* §. 2. §. 4. *J. eod.* 26 Alicujus. *vulg.* 27 Qui promittit, Rempubl. salvam fore, non tenetur de damno privatæ personæ illato. *l.* 17. *in fin. eod. l.* 1. *T. de magiſtr. conven. l.* 3. *in fin. T. de pecul. l.* 7 *T. de tutel. l.* 1. *C. quod cum eo.* 28 *Hic. T. de fidejuſſ. l.* 11. *C. de periculo rerum, qui pro magiſtratib.*
29 Principaliter sc. secundario secus. *§ ult. T. de lit. aut ſunt ſol.* 30 *l.* 14. *T. de re militari.*
31 Commeatus est ex aliqua commoratione temporalis absentia, teste Donato *in Terentium*: vide quæ scripsi ad *l.* 36 *J. eod.* 32 *Etiam* particula, alterius cujus adjunctiva. 33 Et constituere, etiam sine consensu patris, quod animo & facto fieri potest. *Bert. hic.*

IV. IDEM lib. XXXIX ad Edictum.

NOn utique ibi, ubi pater habuit, sed ubicunque [34] ipse domicilium constituit.

De eo, qui pluribus locis negotiatur.

V. PAULUS lib. XLV ad Edictum.

LAbeo judicat, eum, qui pluribus locis ex æquo negotietur, nusquam domicilium habere: quosdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam esse aut domicilium [35] habere: quod verius est.

De veritate & errore, & mendacio. 1. Filium sequi civitatem ex qua pater originem ducit, non domicilium. 2. De duobus domiciliis. 3. De libertino & eorum filiis.

VI. ULPIANUS lib. II Opinionum.

ADsumptio [36] originis, quæ [37] non est, veritatem naturæ non peremit: *errore* enim *veritas originis non amittitur*: nec mendacio dicentis, se esse, unde non sit, deponitur: neque [38] recusando quis patriam, ex qua oriundus est, neque mentiendo de ea quam non habet, veritatem mutare potest. §. 1. Filius civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non [39] domicilium sequitur. §. 2. Viris prudentibus placuit, duobus [40] locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur.

§. 3. Libertini [41] originem patronorum [42] vel domicilium sequuntur: item qui ex his nascuntur.

De manumisso à pluribus.

VII. IDEM lib. V de Officio Proconsulis.

SI quis à pluribus manumissus sit, omnium patronorum originem sequitur.

De venditione frumenti.

VIII. MARCIANUS lib. I de Judiciis publicis.

NOn debere cogi [43] decuriones vilius præstare frumentum civibus suis, quam annona exigit, D. Fratres rescripserunt, & aliis quoque Constitutionibus principalibus id cautum est.

De eo, qui justum patrem non habet.

IX. NERATIUS lib. III Membranarum.

EJus, qui justum patrem non habet, prima origo à matre [44], eoque dic, quo ex ea editus est, numerari [45] debet.

De privilegio in bonis debitoris.

X. MARCIANUS lib. singul. de Delatoribus.

SImile privilegium fisco nulla Civitas habet in bonis debitoris, nisi [46] nominatim id à Principe datum sit.

De Magistratibus & eorum nominatoribus conveniendis.

XI. PAPINIANUS [47] lib. II Quæstionum.

IMperator Titus Antoninus [48] Lentulo Vero rescripsit, *Magistratuum officium individuum, ac periculum esse commune*: quod sic intelligi oportet, ut ita demum Collegæ [49] periculum adscribatur, si neque ab ipso, qui gessit, neque ab his, qui pro eo interv enerunt, res servari possit: & solvendo non fuit, honore depositio, alioquin [50] si persona, vel cautio sit idonea [51], vel solvendo fuit, quo tempore conveniri potuit: unusquisque in id, quod administravit, tenebitur. §. 1. Quod si forte is, qui periculo suo nominavit Magistratum, solvendo sit: utrum in eum prius actio reddi, quasi fidejussorem debeat: an vero non alias, quam si res à collega servari non potuerit? sed placuit fidejussoris exemplo priorem [52] conveniendum, qui nominavit: quoniam Collega quidem negligentiæ ac pœnæ causa, qui vero nominavit, fidei ratione convenitur.

XII. IDEM lib. I Responsorum.

ET ei [53] contra nominati Collegam actionem utilem dari non oportet.

XIII. IDEM lib. II Quæstionum.

QUid ergo, si alter ex Magistratibus toto anno afuerit, aut forte præsens per contumaciam, sive ignaviam, vel ægram valetudinem, Reipublicæ negotia non gesserit, & omnia Collega solus administraverit: nec tamen tota res ab eo servari possit? talis ordo dabitur, ut in primis [54], qui Reipublicæ negotia gessit, & qui pro [55] eo caveruntur, in solidum conveniantur: mox, peractis omnibus periculum, adgnoscat, qui [56] non idoneum nominavit: postremo alter ex Magistratibus, qui Reipublicæ negotiis se non immiscuit. Nec juste, qui nominavit, universi periculum recusavit: cum scire deberet, eum, qui nominaretur, individuum officium, & commune periculum suscepturum: nam & cum duo gesserunt, & ab altero servari, quod debetur, non potest: qui Collegam nominavit, in universo convenitur.

Quid intelligantur municipes scire.

XIV. IDEM lib. XV Quæstionum.

MUnicipes intelliguntur scire [57], quod sciant hi, quibus summa [58] Reipublicæ commissa est.

De honore & ignominia. 1. De eo, qui successorem suo periculo nominavit. 2. De præsidio in fraudem facto transmisso. 3. De adoptione.

XV. IDEM lib. I Responsorum.

ORdine [59] decurionum ad tempus motus, & in ordinem regressus, ad honorem exemplo relegati tanto tempore non admittitur, quanto dignitate caruit: sed in utroque placuit examinari, quo crimine damnati sententiam ejusmodi meruerunt: durioribus etenim pœnis affectos, ignominia, velut translato negotio, postea liberari: minoribus [60] vero, quam Leges permittunt, subjectos nihilominus inter infames haberi: cum facti [61] quidem quæstio sit in potestate judicantium, juris autem auctoritas non sit. §. 1. In [62] eum, qui successorem suo periculo nominavit, si finito Magistratu successor idoneus fuit: actionem dari non oportet. §. 2. In fraudem civilium munerum per tacitam [63] fidem prædia translata, fisco vindicantur: tantumque alterum interdictæ rei minister de suis bonis cogitur solvere.

§. 3. Jus originis in honoribus obeundis ac muneribus suscipiendis, adoptione [64] non mutatur: sed novis quoque muneribus filius per adoptivum patrem adstringitur.

XVI. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

SEd si emancipatur ab adoptivo patre, non tantum filius, sed etiam civis [ejus] civitatis, cujus per adoptionem fuerat factus, esse desinit.

De libertin. 2. An pater pro filio decurione conveniri possit. 3. De præscriptione temporis. 4. De honoribus eodem tempore non gerendis in duabus civitatibus. 5. De possessione. 6. De postliminio reverso. De tributi exigendi munere. 8. De fideicommissaria manumissione. 9. De adoptione. 10. De promissione per errorem facta. 11. De domicilio patris & filii. 12. De nominatis in quæstionibus. 13. De possessione domus. 14. De fidejussoribus.

XVII. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

LIbertus propter [65] patronum à civilibus muneribus non excusatur: nec ad rem pertinet, an operas patrono, vel ministerium capto luminibus exhibeat. §. 1. Liberti vero Senatorum, qui [66] negotia patronorum gerunt, à tutela decreto patrum excusantur. §. 2. Filium pater decurionem esse voluit: ante [67] filium ex persona sua Respublica debet conveniri, quam patrem [68] ex persona filii: nec ad rem pertinebit, an filius castrense peculium tantum possideat, cum ante militasset vel postea. §. 3. Præscriptio temporum, quæ in honoribus repetendis, vel aliis suscipiendis data est, apud eosdem servatur, non apud alios.

§. 4. Sed eodem tempore non sunt honores [69] in duabus civitatibus ab eodem gerendi: cum simul igitur utrobique deferuntur, potior [70] est originis causa. §. 5. Sola [71] ratio possessionis civilibus possessori muneribus injungendis, citra [72] privilegium specialiter civitati datum, idonea non est. §. 6. Postliminio [73] regressi patriæ muneribus obtemperare coguntur, quamvis in alienæ civitatis finibus consistant. §. 7. Exigendi tributi munus inter sordida [74] munera non habetur: & ideo decurionibus quoque mandatur. §. 8. Ex causa fideicommissi [75] manumissus, in muneribus civilibus manumissoris [76] originem sequitur, non ejus, qui libertatem relinquit. §. 9. In adoptiva [77] familia susceptum, exemplo dati, muneribus civilibus apud originem avi quoque naturalis respondere, D. Pio placuit: quamvis in isto fraudis nec suspicio quidem interveniret. §. 10. Error [78] ejus, qui, se municipem aut colonum existimans, munera civilia susceperunt promisit, defensionem juris non excludit. §. 11. Patris domicilium [79] filium aliorum [80] incolam civilibus muneribus alienæ civitatis non adstringit: cum in patris quoque persona domicilii ratio temporaria sit. §. 12. In quæstionibus [81] nominatos capitalium criminum, ad novos honores ante causam finitam admitti non oportet: cæterum priſtinam interim dignitatem retinent. §. 13. Sola [82] domus possessio, quæ in aliena civitate comparatur, domicilium non facit. §. 14. Nominati successoris periculum fidejussorem nominantis non tenet.

§. 15. Fidejussores, qui [83] salvam Rempublicam fore responderunt, & qui Magistratus suo periculo nominant, pœnalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus intervenerunt: eos enim damnum Reipubl. præstare satis est, quod promitti videtur.

De intervallo temporis in continuandis oneribus.

XVIII. PAULUS lib. I Quæstionum.

DIvus Severus rescripsit, intervalla [84] temporum in continuandis oneribus, invitis, non etiam volentibus concessa, dum ne quis continuet [85] honorem [86].

De majore parte curiæ.

XIX. SCÆVOLA lib. I Quæstionum.

QUod major [87] pars Curiæ effecit, pro [88] eo habetur, ac si omnes egerint [89].

De domicilii translatione.

XX. PAULUS lib. XX Quæstionum.

DOmicilium re [90], & facto [91] transfertur, non nuda contestatione: sicut in his exigitur [92], qui negant se posse ad munera, ut incolas, vocari.

De filiisfamilias. 1. De his qui ex officio, quod administraverunt, conveniuntur. 2. De eo, qui post mortem patris munus suscepit. 3. De decurione adoptato. 4. De dote. 5. De re criminis capitalis. 6. De infante. 7. De adjectionibus.

XXI. IDEM lib. I Responsorum.

LUcius Titius, cum esset in patris potestate, à Magistratibus inter cæteros frumento comparando, invito 93 patre, curator constitutus est: cui rei Lucius Titius neque consensit, neque pecuniam accepit, neque in eam cavit, aut se comparationibus cum cæteris miscuit: & post mortem patris in reliqua collegarum interpellari cœpit. Quæritur, an ex ea causa teneri possit? Paulus respondit, eum, qui injunctum munus à Magistratibus suscipere suspersedit, posse conveniri eo nomine propter damnum 94 Reipublicæ; quamvis eo tempore, quo creatus est, in aliena fuerit potestate. §. 1. Paulus respondit, eos qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio, quod administraverint, conveniantur, in damnum sortis substitui solere, non 95 etiam in usuras.

§. 2. Idem respondit, heredes patris propter munera, filii quæ post mortem patris suscepit, jure conveniri non posse. † Hoc responsum & ad eum [96] pertinet, qui à patre decurio factus, post [97] mortem patris munera suscepit. §. 3. Idem respondit, cum, qui decurionem adoptavit, onera decurionatus ejus suscepisse videri, exemplo patris, cujus voluntate filius decurio factus est. §. 4. Idem respondit, constante matrimonio dotem in [98] bonis mariti esse: sed si ad munera municipalia à certo modo substantiæ vocentur: dotem non debere computari. §. 5. Idem respondit, si per accusatorem criminum capitalium non stetisset, quominus crimen intra statutum tempus persequeretur: reum non [99] debuisse medio tempore honorem apperere. §. 6. Imperatores Severus & Antoninus Augusti Septimio [100] Zenoni: *Pro infante [1] filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen interim onera sustinere non cogeris: cum ad ea, quæ [2] mandari non possunt, voluntatem dedisse videaris.*

§. 7. Idem

---

34 *l.* 31. *T. eod.*

35 Pluribus locis domicilium, aut incolatus haberi potest. *l.* 6. §. *pen. T. eod.*

36 Origine se Tyrium esse dicens *per errorem*, cum sit Campanus, veram tamen originem non amittit.

37 Adde *l.* 17 §. 10. *T. eod.*

38 Domicilium naturale nativitatis propriæ mutari non potest, *ut hic*, accidentale, seu incolatus, potest, *l.* 20. *T. eod.* non præfinitur tamen. *Bart. hac l. in fin.* de quo v. plura apud Menoch. *6 præsumpt.* 42.

39 *l.* 17. §. 11. *T. eod.*

40 *l.* 5. *in fin. T. eod.* adde *l.* 5. §. 5. *T. de injur.*

41 Manumissi & eorum filii originem patronorum sequuntur.

42 *l.* 22. *l.* 27. *T. eod. l.* 13. *l. un. C. ad Leg. Jul. Pisid. l.* 3. §. 8. *T. de numerib. l.* 2. *C. de municip.*

43 *l.* 3. *T. de annona. l.* 5. *T. de administr. rer. l.* 1. *C. de frumento Alexandr.* v. Papon. *2 notar.* 7.

44 *l.* 1. *in fin. T. eod. l.* 24. *T. de stat.*

45 Enumerari. *Hal.*

46 *l.* 37. *T. de rebus auctoritat.*

47 Paulus. *Hal.*

48 Individuum est Magistratuum officium & periculum commune.

49 *l. ult.* §. 8. *T. de administr. rer. l.* 1. *l.* 3. *C. quo quisque.*

50 Divisionis beneficio in rationibus reddendis uti possunt Judici provinciarum & civitatum, atque ita Senatusconsulto Burdegalensi judicatum refert Papon. 10 *arrest.* 4. *arrest.* 23.

51 *l.* 4. *C. de pactis inutilib.*

52 *l.* 13. *T. eod. l.* 2. *l.* 3. *C. quo quisque.*

53 Et ei nominati contra collegam, &c. Cujac. 18 *obs.* 14.

54 *l.* 2. *C. quo quisque.*

55 *l.* 11. *in fin. T. eod.*

56 *l.* 97. *T. de evict. & damnatis.*

57 Et facere. *l.* 29 *T. eod.*

58 Summa Respublica. Cujac. 2 *obs.* 32. sic in *l.* 1. §. 20. *T. de exercitoria*, ad summam Rempublicam pertinet parium exercitio: & Gellius, 21. *c.* 3. Populus Lacedæmoniorum de summa Republica deliberabat: & Cicero, 11 *Philippica*, de summa Republica differentes: & pro Lucio Flacco de summa Republica tacere, & *in Catil.* ad illa venio, quæ ad summam Rempublicam pertinent. Cicer. 1 *de inventione.* Cujac. *ibid.*

59 In hanc leg. vid. Joann. Rob. *lib.* 4 *sent. cap.* 15. *S. L.*

60 *l.* 3. *l.* 5. *T. de decurionib.*

61 *l.* 1. §. 4. *in fin. T. ad Turpill. l.* 131. *l.* 244. *T. de verb. sign.*

62 *l.* 1. *C. de parietib. nominator.* 63 *l.* 1. *C. de prædiis decurionum sine detract. l.* 17. *C. de rescind.*

64 *l.* 17. §. 9. *T. eod. l.* 35. *T. de adoptionib. l.* 7. *C. de adoptionib.*

65 *l. unic. C. de libertin.*

66 *l.* 15. §. 8. *T. de excusat. tutor. v. l.* 13. *C. de excusat. tutor.*

67 Decurionis patris voluntate eoque suppositio filiofamilias facta, patris bonales tenentur Respublicæ, patrem non vice fideijussoris accipi: existit tamen prius filius oportere, ut hic. & *l.* 1. *C. de decurionib.* Atqui ita, neque sicus, neque Respublica affectionem habet. Quid, si patris voluntate decurio factus, prius mortuo decurionatum adoptus sit? vide *l.* 21. §. 2. *T. eod. l.* 1. *C. de decur.*

68 Ita Haloand. Florentinus habet *Pater.* S. L.

69 Honores in duabus civitatibus eodem tempore gerere non potest.

70 *Sub.* quam domicilium dixi ad *l.* 1. *C. ubi pupillus utitur tutor.*

71 §. 13. *T. eod. l.* 4. *C. de incolis.*

72 Citra privilegium speciale civilia munera non injungunt sola ratione possessionis.

73 Postliminium non tantum commoda reverso sed & onera reficit.

74 Nobilem autem nobilitati suæ contrarium non facere reffugalia exigendo, hinc colligunt.

75 *l.* 2. *C. de manumiss. & vindict.*

76 Patronus is etiam est, qui ex causa fideicommissi manumisit, *ut hic.*

77 *l.* 15. *in fin. T. eod.*

78 *l.* 6. *in princ. T. eod.*

79 *l.* 3. *l.* 4. *l.* 6. §. 1. *T. eod.*

80 Domicilium patris filii non sequuntur, si alibi domicilium sibi constituerint. Ideo esset itaque filio domicilium patris mutare, ac hic. & & liberto patroni. *l.* 27. *T. eod.*

81 *V. l.* 7. *T. de muneribus*, dixi ad *l.* 2. *T. de bon. auctor. l.* 1. §. 26. *T. de quæstionibus.* adde Sueton. *in Iulio. c.* 17. Gothofr. Vid. Joann. Sande, *de civil. Principat. lib.* 3. *tit.* 10. *defin.* 2. S. L.

82 Incolam non facit sola domus, vel agri possessio sine laris, id est, domicilii collocatione. §. 5. *T. eod. l.* 4. *C. de incolis. l.* 13. *C. Theod. de incolis*, eamus vide in §. 5. *T. eod.*

83 *l.* 1. §. 5. *T. de muneribus, eorum. l.* 68. *T. de dotejur.*

84 Intervalla, vacationum tempora. *l. ult. C. de muneribus. V. l.* 6. *T. de legationib.*

85 *l.* 14. §. 3. *T. de muneribus. v. l.* 6. *C. de assessorib.*

86 Honores. *Hal.*

87 Pars major quod facit, cæteri id fecisse videntur. *l.* 3. *l.* 4. *T. quod cujusque.*

88 Locus ab adjacente qualitate dixi ad *l.* 13. *T. de servitutib.* In his numeritur, quia in his quæ fiunt à pluribus, ut ab omnibus, majoris partis consensus sufficit: *l.* 7. *in fin. T. de pactis.* Item quæ fiunt à pluribus, ut à singulis, non sufficit majoris partis consensus. *l.* 7. *in fin. T. de pactis. l. ult. C. qui bon. cedere.* 90 *V. l.* 27. §. 1. *T. eod.* 91 Puta quando quis cum rebus suis recedit. *Bart. ibi.* 92 *Al.* perspicitur. 93 Adde *l.* 2. *T. eod.* 94 *Synops. Basil.* 95 *l.* 24. *T. eod. Imo & usuras. l. ult. T. de magistr. conveniend.* 96 *l.* 15. *T. de muneribus.* 97 Decurio patris voluntate filiusfamilias factus, si post mortem patris decurionatum, vel alios honores egerit, heredes patris eo nomine Reipublicæ non tenebuntur, *ut hic. l.* 3. *in fin. l. & ff. filiusfam.* 15. *T. de muneribus.* Imo tenentur, *l.* 5. *filiusfam.* 20. §. *Neratius 7. T. famil. ercisc.* Solvet ibi vivo patre filio delata est [illegible] patre sponderit: ut eo heredes patris merito teneantur: etiamsi filius non nisi post mortem patris munere functus sit *l.* 1. *C. de patris qui succedit parent.* 98 *V. l.* 30. *C. de jure dot.* 99 *V. l.* 7. *T. de muneribus.* 100 *l.* 1. *C. de muneribus & honoribus.* 1 Infans adscribi in ordinem potest ex causa: quod forte ob egregiæ indolis vel stirpe, progressum autorum exspectari non oportet. Huic si consentiat pater, non cogetur interim, id est, quandiu fuerit infans, pro eo onera sustinere: intelligitur enim ad ea, quæ ei mandari possunt, eo tantum adcommodasse fidem, quam adstrinxisse. Infanti nihil mandari potest, *ut hic. & l.* 1. *in fin. C. de honorib. & muner.* & si decurio receptus fuerit, pretium fragili, & qui loquuntur, vocem in ordine consiliorum habebit. 2 *V. l.* 6. *T. de pignorib.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

§. 7. Idem [1] respondit, si civitas nullam propriam Legem habet de adjectionibus [4] admittendis: non [5] posse recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum jam perfecta: tempora enim adjectionibus præstita [6] ad causas fisci pertinent.

De filiis libertorum. 1. De vidua, & de secundis nuptiis. 2. De libertis. 3. De relegato. 4. De senatoribus & eorum liberis. 7. De his qui famus exercent.

XXII. IDEM lib. I Sententiarum.

FIlii libertorum libertarumque [7], liberi paterni & patroni manumissoris domicilium aut [8] originem sequuntur.

§. 1. Vidua [9] mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimæ [10] personæ per maritum factæ [11]: sed utrumque aliis [12] intervenientibus nuptiis permutatur. §. 2. Municipes sunt liberi & in eo loco, ubi ipsi domicilium sua voluntate [13] tulerunt: nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt præjudicium: & utrobique [14] muneribus adstringuntur. §. 3. Relegatus [15] in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet. §. 4. Senator ordine motus, ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetraverit, non restituitur.

§. 5. Senatores & eorum filii, filiæque, quoque [16] tempore nati, natæve, itemque nepotes [17], pronepotes [& proneptes] ex filio, origini [18] eximuntur, licet municipalem retineant dignitatem. §. 6. Senatores, qui libertum commeatum, id [19] est, ubi velint, morandi arbitrium impetraverunt, domicilium in urbe retinent. §. 7. Qui fœnus exercent, omnibus patrimonii intributionibus [20] fungi debent, etsi possessionem non habeant.

De Senatore & ejus liberis. 1. De militia.

XXIII. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

MUniceps esse definit [21] Senatorium adeptus dignitatem, quantum [22] ad munera; quantum vero ad honorem [23], retinere [24] creditur originem [25]: denique manumissi [26] ab eo, ejus municipii efficiuntur municipes: unde originem trahit.

§. 1. Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret [27], si [28] nihil in patria possideat.

De usuris.

XXIV. SCÆVOLA lib. II Digestorum.

COnstitutionibus Principum continetur, ut pecuniæ, quæ ex detrimento [29] solvitur, usuræ non præstentur: & ita imperatores Antoninus & Verus [Augusti] rescripserunt his verbis: *Humanum est, reliquorum usus ac neque ab ipso, qui ex administratione bonorum reliquatus [30] est, neque à fidejussore ejus, & multo minus à Magistratibus, qui eam rem non acceperunt, exigi:* cui consequens est, ut ne in futurum à forma [31] observata discedatur.

De Magistratibus municipalibus.

XXV. ULPIANUS lib. I ad Edictum Prætoris.

MAgistratus municipales, cum [32] unum Magistratum administrent, etiam unius hominis vicem sustinent: & hoc plerumque quidem Lege municipali eis datur: verum etsi non sit datum, dummodo [33] non denegatum, moribus competit.

XXVI. PAULUS lib. I ad Edictum.

EA [34], quæ magis [35] imperii sunt, quam jurisdictionis, Magistratus municipalis facere non potest. §. 1. Magistratibus municipalibus non [36] permittitur in integrum restituere, aut bona [37] rei servandæ causa jubere possidere, aut dotis [38] servandæ causa, vel legatorum servandorum [causa 39].

De libertis. 1. De eo, qui non in colonia, sed in municipio, agit. 2. De duobus domiciliis, & eo qui domicilio caret.

XXVII. ULPIANUS [lib. II ad Edictum].

EJus, qui manumittit [40], *municeps* est manumissus, non domicilium [ejus,] sed patriam secutus. Et si patronum habeat duarum civitatium municipem, per manumissionem earundem civitatium erit municeps. §. 1. Si quis negotia sua non in *colonia* [41], sed [42] in municipio semper agit, in illo vendit, emit, contrahit, eo in foro, balineo, spectaculis utitur: ibi *sedes* [43] *diei* celebrat: omnibus denique municipii commodis, nullis coloniarum [44], fruitur, ibi magis habere *domicilium*, quam ubi colendi [45] causa diversatur [46]. §. 2. Celsus lib. I Digestorum tractat, si quis instructus sit duobus [47] locis æqualiter, neque hic, quam illic, minus frequenter commoretur: ubi domicilium habeat, existimatione animi esse accipiendum: ego dubito, si utrobique destinato sit animo, an possit quis duobus [48] locis domicilium habere: & verum est, habere, licet difficile est: quemadmodum difficile est, sine domicilio esse quemquam: puto autem & hoc procedere posse, si quis domicilio relicto naviget, vel iter faciat, quærens, quo se conferat, atque ubi constituat: nam hunc puto si

[1] Idem rescripserunt. Cujac. 2 obs. 24.

[4] Adjectiones fiunt in auctionibus licitandis, à quibus distant licitationes, de quibus vide Cujac. Novell. 105. 6 obs. 10. Sensus est: Post additionem factam à adjectionem & licitationem admitti intra certa tempora. l. 4. C. de fide & jure hasta. Post additionem factam à Republica, nisi ex privilegio, adjectionem non admitti, meliori in conditione fiscum esse, quam Respublicam. Cujac. 2 obs. 26.

[5] Vid. l. 2. C. de conductis reipsa celebratis. vide quæ scripsi ad l. 4. C. de fide & jure hastæ fiscalis.

[6] Ad præstitata.

[7] Ut liberti. Basilicor. vid. l. 6. in fin. T. eod.

[8] C. 16.

[9] Vidua mariti sui originem retinet, ut & dignitatem ejus honorem. vide l. 22. § 3. T. de verb. signif. de viduis hoc singulariter est, favorabiliores habitas fuisse apud Romanos pupillis. Nam in Camenis pugnæ inopia, primo ad pupillos rem, deinde ad viduarum pecuniam ventum est. Liv. 34. sic videmus mariti confessionem earum præferri in pupillis emptis. Livius 4.

[10] Id est, senatrix. dixi in l. 3. T. de senat. fariis.

[11] Quæ dignitatem retinet.

[12] l. 32. l. 37. l. 38. § 3. T. eod. adde l. 22. C. de municipib. & quæ in his. adde l. 65. in fin. T. de judiciis. l. 10. C. de nuptiis. Nov. 22. c. 36.

[13] Municipes alii originarii, alii voluntarii, *ut hic*. voluntarios facit objectio vel incolatus, *ut hic*. l. 6. l. 7. C. de incolis, originarios origo.

[14] l. 37. § 1. T. eod.

[15] l. 27. in fin. T. eod.

[16] Eo tempore, vale quoque tempore nati. Basil. 2. c. 3. T. de senatoribus. v. ad hunc locum, eleganter conditionem ab Hermanno restitutam. vide Gutzen, 2 Illustr. ex duobus regia filia, quorum alter ante adeptum à patre regnum, alter postea natus fit, uter præferatur. 17 Nepotes & neptes. Cujac. ad l. 8. C. de incolis. 18 l. 8. C. de incolis. 19 Liber commeatus, est arbitrium morandi ubi velis. 20 Intributiones, sunt contributiones: hoc verbo usa est Jurisconsultus in l. pen. T. de usuris. l. 6. in fin. T. de muneris. l. 27. in fin. T. de verb. sign. & a Paulo contributionis collatio dicitur. Paul. 2 sent. 7 § ult. Verbo quoque intributionis utitur Jurisconsultus in l. 9. in fin. T. de tribus. Trajan. apud Plin. Possumus eorum desiderio indulgere, modo ne quid ideo intribuant. *fortasse*. 21 Imo non desinit. l. 11. T. de senatoribus. Goth. Ad intellectum hujus l. vid. Kalp Kinfibet. *resp.* 30. n. 2. Anf. 22 V. l. ult. C. de excus. munor. l. 14. C. de dignitatib. 23 Honores itaque illi gerere cogi poterit. 24 Et hoc ita refer. d. l. 11. 25 Municipii fui. 26 l. 27. l. 30. d. 27 Ubi subaudet, *militare*. merere, verbum militare est, *regulus regnabat*. Lucan. 10. *ero meorum parvus*. Cicero, 1 *Philipp.* milites merentes, τοὺς μισθοφόρους. qui non merent, *vacantes*, *otiosos*. inde emerita, l. 3. § 12. T. de re militari. & emeritum militiæ. vid. Budæum hic. 28 Tit. Hal. 29 Persa. l. 21. § 1. in fin. T. eod. l. un. C. de his, qui ex offic. quod administrat. hab. privil. 23 Ecbas. 2. in lib. 54. tit. 1. c. 18. 30 Reliquitur. vulg. reliquatur. Bud. 31 V. l. 8. § 17. T. de transact. Anf. 32 Uno Magistratu si plures fungantur, unius locum sustinent. adde l. 11. T. eod. l. 9. T. de pœnis. 33 Permittum videtur, quod non reperitur prohibitum. adde l. 4. C. de jure dot. l. 7. C. de religios. 34 Municipales Magistratus, seu duumviri, imperium non habent, *ut hic*. Jurisdictionem habent usque ad certam quantitatem (quam tamen defendere pœnali actione nequeunt. l. 1. T. si quis jus dicenti.) pignoris captionem, l. 25 § *magistrat.* 7. T. ad l. Aquil. legis actionem, in ferros castigationem. vide l. 17. T. qui & à quib. manumiss. tutoris & curatoris datione, l. 3. T. de tutoribi. & curatoribi. datis ab hic. quin ordo ipse Magistratum municipalem jure tuendarum dat. l. 3. T. qui petent tutores. 35 l. 4. T. de jurisdictione. l. 1. T. de damno. 36 Imo permittit. l. 3. C. ubi & apud quem. l. 4. § 3. T. de damno. l. 4. in fin. T. de officiis ejus, cui mandata est jurisdict. 37 l. 1. T. ex quib. causis in possess. 38 Dixi ad l. 2. C. qui pacisci. 39 Habuerunt tamen jurisdictionem usque ad certam quantitatem. Paul. 5 sent. (quam pœnali judicio defendere queuerunt. l. 1. T. si quis jus dicenti.) pignoris capionem. d. § *magistratum.* 7. legis actionem, Paul. 2 sent. 17 § 4. in ferros castigationem, l. 12. T. de juriscd. l. 17. T. qui & à quib. manum. tutoris & curatoris datione. l. 3. T. de tutor. Præferebantur eis fasces & bacilli. v. Cujac. ad l. 33. C. de decurionib. 40 V. l. 23. T. eod. manumissus ibi municeps est, ubi manumissor municeps fuit: nisi alibi liberum manumittas, domicilium constituerit, *ut hic*. Eadem ratio in filio. l. 27. § 11. T. eod.

[41] Coloniæ vocabulo ne intelligas cum Accursio villam, aut agricolationis locum, quo sensu inscitum accipiter. Colonia, est oppidum quod coloniæ jure utitur. Cicero *pro Fronteio*. Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, speculo Populi Romani, ac propugnaculum adversus nationibus oppositum. Cæsar *de bello Gallico*. fuit tempus quum Germanos Galli superarent virtute, ut ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrorumque inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Tranquillus in *Augusto*. c. 46. Italiam duodetriginta coloniarum numero refertam ab se frequentavit. Colonia ut à municipio differat, v. 16 Gell. 13. & Budæum hic.

[42] Coloniæ & municipii differentia, de qua dixi initio hujus tituli. 44 Festos dies. *vulgat.* adde l. 7. C. de incol. 43 Forte legendum, coloniæ sint: nam supra numero videtur colonias dixi non coloniæ. 45 Colendi ruris causa. *Hal.* 46 Diversatur. 47 l. 5. in fin. T. eod. Conciliatjonem hujus §. cum l. 7. & l. 30. T. de judic. & l. 31. T. eod. v. apud Edmund. Merillium 1 *observat. cap.* 33. Anf. 48 Domicilium duobus locis difficulter haberi potest.

ne [49] domicilio esse. §. 3. *Domicilium* autem habere potest & relegatus [50] eo loci, *unde arcetur*, ut Marcellus scribit.

De Magistratibus municipalibus.

XXVIII. PAULUS lib. I ad Edictum.

INter convenientes [51], & de re majori, apud Magistratus municipales agetur.

De incolis.

XXIX. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

INcola & his [52] Magistratibus parere debet, apud quos incola est, & [53] illis, apud quos civis est: nec tantum municipali jurisdictioni in utroque municipio subjectus est, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.

De eo, qui ex vico ortus est.

XXX. ULPIANUS lib. LXI ad Edictum.

QUi ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui [54] Reipubl. vicus ille respondet

De domicilio, ubi quis velit, constituendo.

XXXI. MARCELLUS lib. I Digestorum.

NIhil est impedimento, quominus quis, ubi [55] velit, habeat domicilium [56], quod [57] ei Interdictum non sit.

De sponsa.

XXXII. MODESTINUS lib. IV Differentiarum.

EA quæ desponsa est, ante [58] contractas nuptias suum non mutat domicilium.

De Roma.

XXXIII. IDEM lib. sing. de Manumissionibus.

ROma communis [59] nostra *patria* est.

De incolis.

XXXIV. IDEM lib. III Regularum.

INcola jam muneribus publicis [60] destinatus [61], nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest.

De eo, qui in agro moratur.

XXXV. IDEM lib. I Excusationum.

Ἐδίητο [62], ἐν ἐ ἐν ἀγρῷ κατεσκεύασεν, incolas & νομίζεται ἀπὸ τοῦ ἐκείνου τὸ πολίτευμα ἐξουσίαν μὴ γεγονέναι, ἐν ᾧ κατοικίζεται τὸν νόμον incolas.

SCire oportet, quoniam qui in agro [62] permanet, incola esse non [63] existimatur: qui enim illius civitatis præcipuis non utitur, non existimatur esse incola.

De eo, qui epistolam, à Magistratibus cum decreto Imperatori porrigendo missam, alio dedit, quam cui debuit. 1. De pecunia publica credita.

XXXVI. IDEM lib. I Responsorum.

TItio [64], cum esset Romæ studiorum [65] gratia, epistola missa est à Magistratibus patriæ suæ, ut porrigeret Imperatori decretum ejusdem civitatis, quod erat cum ipsa epistola missum: is autem, qui suscepisset literas restituendas, collusione facta dedit Lucio [Titio,] qui & ipse Romæ morabatur suæ rei gratia: sublato Titii nomine, cui erat decretum missum, uti per ipsum daretur, suum nomen scripsit, & sic Imperatori decretum, secundum mandata Reipubl. dedit. Quæro, qui [66] viaticum [67] petere ab ea [68] potuisset: & quid committisse videtur is qui non restituit literas ei, cui restituere mandatum susceperat: & is, qui sublato alieno nomine, inscriptoque suo, quasi ipse jussus à patria decretum Imperatori porrexit? Herennius Modestinus respondit, Titium quidem viaticum petere non posse: sed [69] eum qui nomen incidisset [70]. §. 1. Titius pro pecunia publica, quam ipse credidit, pignus accepit, pacto facto cum debitore, *ut non soluto debito, sine ulla repromissione distrahatur pignus*: succedentes [71] gradus in locum Titii nomen & pignus probaverunt usque ad Mævium: ex venditione pignoris propter repromissionem à Magistratu [72] vendentibus factam, de modo fundi demonstrato, satis debito factum non est. Quærebatur, quis Reipubl. teneatur? Herennius Modestinus: Titium, cum successores ejus periculum nominis agnoverint, eo nomine obstrictum non esse [respondi:] sed nec post Magistratus [73], qui vendidisse proponuntur: cum vilidelicet pluris vendiderunt propter mensuræ agri demonstrationem: & hoc, qua pluris vendiderunt, restituere [minore] modo deprehenso jussi fuit: cum igitur, qui novissimus nomen probavit, indemnitati Reipublicæ satisfacere debere, si nomen ad successorem idoneum transmisisse non doceatur.

Ad quem spectet cognitio de jure incolarum. 1. De liberis. 2. De legitime nupta.

XXXVII. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

DE jure omnium incolarum, quos [74] quæque civitates sibi vindicant [75], Præfidum provinciarum cognitio est. Cum [76] tamen se quis negat incolam esse, apud eum Præsidem provinciæ agere debet, sub cujus cura est ea civitas, à qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua ipse se dicit oriundum esse, idque D. Hadrianus rescripsit mulieri, quæ aliunde orta, alibi nupta est.

§. 1. Libertos eo loco munus facere debere, unde [77] patrona erit, & ubi ipsi domicilium habebunt, placet. §. 2. Mulieres, quæ in matrimonium se dederint non [78] legitimum, non ibi muneribus fungendas, unde mariti earum sunt, sciendum est: sed unde ipsæ ortæ sunt: idque Divi Fratres rescripserunt.

De jurejurando. 1. De exactione pecuniæ legatorum. 3. De nupta. 4. An potest pro filio teneatur. 5. De nomine & rebus ipsis. 6. De cautione à Magistratibus præstanda.

XXXVIII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus rescripserunt, gratiam [79] se facere jurisjurandi ei [80] qui juraverat, *se ordini* [81] *non interfuturum*, & postea

[49] Sine domicilio quia esse potest.

[50] l. 22. § 3. T. eod.

[51] Contendentes. l. 74 § 1. T. de judiciis.

[52] l. 3. T. de muneribus. l. 1. C. de municip.

[53] Unius loci potest quis esse civis: alterius incolæ.

[54] V. l. 3. T. de judic. l. 31. C. de Episcop. l. 99 § 1. T. de verb. sign.

[55] l. 4. T. eod. l. 1. C. de incolis.

[56] Domicilium ubi voluntas habere posse mus.

[57] Domicilia duo libera, nisi in casibus exceptis.

[58] Sponsa contractis nuptiis domicilium mariti sequitur. v. l. 22. T. eod. atque ita quod de uxore statuto constituitur, ad sponsas continuo non pertinet. v. Tiraquell. Observat. leg. connubialium.

[59] Roma, communis patria. l. 6. § 11. T. de excusat. l. ult. T. de interdict. & relegat. Novell. 78. adde l. 9. T. de ritu. Cicero *contra Rullum*. Roma communis patria omnium nostrum. Fuit olim Roma communis patria Romanorum, & Italicorum ex lege Julia: hodie est omnium, qui dictioni Romanæ subjecti sunt, ex Constitutione Antonini. l. 17. T. de statu. Inde eleganter Sidonius, in ea totius orbis civitate unica solos barbaros, & servos peregrinari dixit. & Rutil. Numatianus *de Roma. Fecisti patriam diversis gentibus unam; Profuit injustis te dominante cani: Dumque offers victis proprii consortia juris, Urbem fecisti, quod prius orbis erat.* v. Cujac. ad l. un. C. de desertoribi. in quo hæc ex Gutz. Goth. Vide Tholosan. de Republ. lib. 1. c. 3. n. 18. Anf.

[60] Quæ injunguntur originis vel incolatus ratione.

[61] l. 1. C. de incol.

[62] l. 3. C. de incol.

[63] Imo existimatur. l. 239. § 2. T. de verb. sign.

[64] Falli narratio.

[65] Mos erat eos, qui in provinciis domicilium habentes, Romæ vel in Italia, studiorum aut alia justa de causa morari volebant, referipto Principis impetrare habitationem: ut inde non ante discederent, quam id Principem etiam impetrassent à Principe. Cassiodorius, 12. & 4 *variar. ubi de liberis Victorini cujusdam scribit, studiorum causa Romam debuisse.* Erat & illud moris, ut habitationem non concederet Princeps, sine annua cerraque pensione. Et hoc sensi Suet. *in Jul. c.* 38. scribit, Cæsarem annuam habitationem Romæ usque ad binis millia nummum: in Italia non ultra quingenos sestertios remisisse. Porro inter justas causas Romæ, vel in Italia domicilii impetrandi studia fuere, *ut hic*. quæ & probabilis causa abitionis dicitur. l. 18. T. ex quib. caus. major. Ita constare debebat, quam ob causam provincialis Romam commigrasset. Hinc interim constat studiorum causa habitationem Romæ à Principe impetrari solitam. ut & ex l. 18. *in fin.* T. de judic. Quam habitationem qui impetraverant, non minus Romæ, quam qui ibidem nati, domicilium habebant. l. 5. § 5. T. de injur. Porro hujusmodi impetrata habitatio commeatus, vel commeatus forma, appellatur in l. 2. *in fin.* T. eod. v. Revard. ad l. 123 T. de reg. jur. 66 Quis viaticum. *vulg. Hal.* 67 Viaticum, sumptus itineris, ἐφόδιον. 7 Gell. 7. l. 18. T. de judic. l. 17 T. de reb. credi. l. 52. § 15. T. pro fac. l. 1. § 9. T. de tut. & rat. Impendia ad iter conficiendum. l. 7. T. ad Treb. Apul. 6 de Asino. Ergo & inter mortuos avaritia vivit, & moriens viaticum debet quærere? Viaticum dicitur in l. 18 in fin. T. de jud. Apul 7 de Asino. Viaticulum mihi corrasi. Viaticari Plautus, *ut* Viaticulum parare: & Viatica cœna in *Bacchidib.* quæ datur abiturо. 68 Ab eo. *Hal.* 69 Nec eum. *Lauren.* 12 *vetit.* reprehensus à Robert. 1 *recept.* 20. 70 Indidisset. *vulg. Hal.* 71 Succedentes Magistratus. Cuj. 7 *obs.* 32. 72 A Magistratibus vendentibus. Cuj. 7 *obs.* 32. 73 Cujac. ibid. legit post Magistratus, unica dictione, quemadmodum dicimur postfactum, postdelictum. 74 Quod. *vulg. Hal.* 75 l. 2. C. de decurionib. 76 Eum tamen. *vulg. Hal.* 77 l. 22. § 2. T. eod. 78 Aliud in legitimo l. 22. § 1. T. eod. 79 Ex justa causa fc. l. ult. T. qui satisd. l. 30. T. de oper. libert. l. pen. C. de transact. l. ult. C. de non numerata. Suet. *in Tiber.* 35. Equiti Romano jusjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi deprehensam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. adde *Nov.* 51. Goth. Vid. l. fin. T. de re milit. l. fin. T. qui satisd. coguntur. l. adigere. § ult. T. de jure patronat. De Jure canonico juramentum remitti non posse videtur. *cap.* 2. *extr. de jurej. junct. cap.* 8. *de jurejur.* Anf.

[80] Decurioni. [81] Decurionum.

UAB Biblioteca de Catalunya

81 Duumvir, Princeps Senatus municipalis.

83 Imo, non oportet. *l. 5. §. 12. ff. de jure immunitatis. l. 1. l. 5. C. de agricolis & censitis.*

84 *l. ult. §. 1. ff. de administr. rer.*

85 Socius si vidua. *l. 22. §. 1. ff. eod.*

86 Imo ibi, unde originem trahit: cum nemo originem mutare possit. *l. 4. C. de municip. & originar.*

87 Nominis solæ similitudo non confert generis aut familiæ privilegia & jura.

88 Magistratu. *Hal.* 89 Imo, non debent. *l. 49. ff. familiæ.*

TIT. II.

DE DECURIONIBUS[1] ET FILIIS EORUM[2].

De patria relicta.

1. ULPIANUS lib. 11 Opinionum.

DEcuriones, quos sedibus civitatis, ad quam pertinent, relictis [3], in alia loca transmigrasse probabitur, Præses provinciæ in [4] patrium solum revocare, & muneribus congruentibus fungi curet.

De condemnatione & restitutione. 2. De liberis decurionum. 3. De majoribus annis quinquaginta quinque.

II. IDEM lib. 1 Disputationum.

QUi ad tempus [5] relegatus est, si decurio sit, desinet esse decurio: reversus [6] plane locum suum quidem non obtinebit: sed non semper prohibetur decurio fieri: denique in locum suum non restituetur: nam & sublegi in locum ejus potest, & si numerus ordinis plenus sit, exspectare eum oportet, donec alius vacet. † Alia causa est ejus, qui ad tempus ordine removetur: hic enim impleto [7] tempore decurio est: sed & in hujus locum sublegi poterit: sed & si plenum locum invenerit, exspectet [&] donec locus vacet. §. 1. Restitutus tamen in ordinem, utrum eum ordinem teneat, quem primum habuit; an vero, quem nunc nanctus est, quæri potest, si forte de ordine sententiarum dicendarum agatur? Arbitror tamen, eundem ordinem tenere, quem pridem habuit. † *Non idem erit in eo*, qui relegatus ad tempus est: nam hic velut novus in ordinem venit. §. 2. In filiis decurionum quæstio est, utrum is solus decurionis filius esse videatur, qui [8] conceptus & natus est ex decurione: an vero & is, qui ante natus est, quam pater decurio fieret? & quidem quantum pertinet, ne fustibus castigetur, & ne in metallum detur, non nocet plebeio patre esse natum, si postea honor decurionis patri eorum accesserit. In avo [9] quoque Papinianus idem respondit, ne patris [10] nota filius macularetur. §. 3. Sed si pater ipsius ordine motus sit, si quidem ante conceptionem ejus moveatur: arbitror eum, quasi plebeii filium, in honoribus spectari: quod si post conceptionem pater ipsius dignitatem *amiserit*, dicendum erit, benigne, ut decurionis filium, intuendum. §. 4. Proinde hic quoque, qui post patris relegationem natus sit, si quidem ante conceptus est, similis Senatoris filio habebitur: si postea, nocebit illi relegatio. §. 5. Si ad tempus ordine moto patre fuerit natus, medioque [11] tempore conceptus & editus, an quasi decurionis filius nascatur, licet pater ejus ante obierit, quam in ordinem veneriit? quod benigne erit admittendum. §. 6. Præterea, si conceptus sit à plebeio, mox ante editionem pater ejus Decurionatum adeptus, ante editionem amiserit non infavorabiliter quis medium tempus illi prodesse, veluti jam nato, respondebit. §. 7. Nullum [12] patris delictum innocenti filio pœnæ est: ideoque nec ordine decurionum, aut cæteris honoribus, propter ejusmodi causam, prohibetur. §. 8. Majores annis quinquagintaquinque [13] ad decurionatus honorem inviti vocari Constitutionibus prohibentur: sed si [14] ei rei consenserint, etsi majores annis septuaginta sint, munera quidem civilia obire non coguntur, honores autem gerere debent.

De condemnatione. 2. De spuriis. 3. De eo qui Judaicam superstitionem sequuntur.

III. IDEM lib. III de officio Proconsulis.

GEneraliter id erit defendendum: ut, qui clementiorem [15] sententiam passus est ob hoc, quod ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis [16] sententiæ, nec decurionatum recipiat. §. 1. Sed si quis ob falsam [17] causam, vel aliam de gravioribus, non ad tempus sit relegatus, sed ad tempus ordine motus, in ea est causa, ut possit [18] in ordinem redire. Imperator enim Antoninus Edicto proposito statuit, ut, cuicumque aut quacumque causa, ad tempus ordine, vel advocationibus [19] vel quo alio officio fuisset Interdictum: completo tempore nihilominus fungi honore vel officio possit: & hoc recte: neque enim exaggeranda fuit sententia, quæ modum Interdictioni fecerat.

§. 2. Spurios [20] posse in ordinem allegi, nulla dubitatio est: sed si habeat competitorem legitime quæstum, præferri [21] eum oportere, Divi Fratres Lolliano Avito Bithyniæ Præsidi rescripserunt. Cessantibus vero his, etiam spurii ad decurionatum, & re [22] & vita honesta, recipientur: quod utique non sordi erit ordini: cum ex *utilitate* [23] *ejus sit*, semper ordinem plenum habere.

§. 3. Eis qui Judaicam [24] superstitionem [25] sequuntur, D. Severus [26] & Antoninus honores adipisci permiserunt: sed & necessitates [27] eis imposuerunt, quæ superstitionem eorum non læderent.

De conductione.

IV. MARCIANUS lib. 1 de Judiciis publicis.

DEcurio, qui prohibetur conducere [28] quædam, si [29] jure successerit [30] in conductione, remanet in ea: quod & in omnibus similibus servandum est.

De condemnatione.

V. PAPINIANUS lib. II Quæstionum.

AD [31] tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moveri placuit: ad [32] tempus autem [33] exulare justos ex crimine leviore, velut transacto negotio, non esse inter infames habendos.

De spurio. 1. De minoribus viginti quinque annis. 2. De vectigalibus. 3. De Senatusconsulto Turpilliano. 4. An pater pro filio teneatur. 5. Qui præferuntur cæteris decurionibus.

VI. IDEM lib. I Responsorum.

SPurii [34] decuriones fiunt, & ideo fieri poterit ex incesto quoque natus, non enim impedienda est dignitas ejus, qui [35] nihil admisit. §. 1. Minores [36] viginti quinque annorum decuriones facti, sportulas [37] decurionum accipiunt: sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt. §. 2. Decurio etiam suæ civitatis vectigalia [38] exercere [39] prohibetur. §. 3. Qui judicii publici [40] quæstionem citra veniam abolitionis [41] deseruerunt, decurionum honore decorari non possunt: cum ex Turpiliano Senatusconsulto notentur ignominia, veluti calumniæ causa Judicio publico damnati. §. 4. Pater, qui, filio decurione creato, provocavit, etsi præscriptione temporis exclusus fuerit, si, quod gestum est, non habuit ratum: muneribus civilibus pro filio non tenebitur [42]. §. 5. Privilegiis cessantibus cæteris, eorum causa potior habetur in sententiis ferendis, qui pluribus eodem tempore suffragiis [43] jure decurionis decorati sunt. † Sed & qui [44] plures liberos habet, in suo [45] collegio primus sententiam rogatur, cæterosque honoris ordine præcellit.

De honoribus & muneribus. 1. De surdo & muto. 2. De honoribus. 3. An pater ad decurionatum filii consentire intelligatur.

VII. PAULUS lib. II Sententiarum.

HOnores & munera non ordinationi [46], sed potioribus [47] quibusque injungenda sunt. §. 1. Surdus [48], & mutus, si in totum non audiant aut non loquantur, ab honoribus civilibus, non [49] etiam à muneribus excusantur. §. 2. Is [50] qui non fit decurio, Duumviratu [51], vel aliis honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeii [52] fungi prohibentur.

§. 3. Ad decurionatum filii ita demum pater non consentit, si [53] contrariam voluntatem, vel apud acta Præsidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit.

De his, qui facultatibus lapsi sunt.

VIII. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

DEcurionibus facultatibus lapsis alimenta decerni [54] permissum est: maxime si ob munificentiam in patriam patrimonium exhauserint.

De nato ex patre servo & matre libera. 1. De navicularia.

IX. PAULUS lib. I Decretorum.

SEverus Augustus dixit: Etsi probaretur Titius in servitute patris sui natus: tamen cum ex libera muliere [55] sit procreatus, non prohibetur decurio fieri in sua civitate. §. 1. Non esse dubitandum, quin navicularii [56] non debeant decuriones creari.

Quemodo fiat decurio.

X. MODESTINUS lib. I Responsorum.

HErennius Modestinus respondit, sola albi [57] proscriptione [58] minime decurionem factum: qui secundum [59] Legem decurio creatus non fit.

De statu.

XI. CALLISTRATUS lib. I Cognitionum.

NOn tantum, qui teneræ ætatis, sed etiam qui grandes [60] natu sunt, decuriones fieri prohibentur: illi quasi inhabiles Rempublicam tueri, ad tempus excusantur: hi vero in perpetuum amoventur. non alias seniores: ne seniorum excusatione juniores onerentur, ad omnia munera publica suscipienda soli relicti: neque enim *minores* [61] vigintiquinque annis decuriones allegi, nisi ex causa possunt: neque hi, qui annum quinquagesimum quartum [62] excesserunt: nonnunquam etiam longa *consuetudo* [63], in ea re observata, respicienda erit: quod etiam custodiendum Principes nostri, consiliis de allegendis in ordine Nicomedientium hujus ætatis hominibus, rescripserunt.

De cæsis ab ædilibus.

XII. IDEM lib. VI Cognitionum.

EOs qui utensilia [64] negotiantur [65], & vendunt, licet ab ædilibus [66] cæduntur, non oportet quasi viles personas negligi. Denique non [67] sunt prohibiti hujusmodi homines, decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere: nec enim infames [68] sunt, sed ne quidem arcentur honoribus, qui ab ædilibus flagellis cæsi sunt, quanquam jure suo ita ædiles officio isto fungantur. inhonestum tamen puto esse, hujusmodi personas, flagellorum ictibus subjectas, in ordinem recipi: & maxime in eis civitatibus, quæ copiam virorum honestorum habent: nam paucitas [69] eorum qui muneribus publicis fungi debeant, necessario etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, invitet.

De relegatione. 3. Is decurio non recte creari videtur.

XIII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus, Augusti, rescripserunt, in tempus [70] relegatos, & reversos, in ordinem allegi sine permissu Principis non posse. §. 1. Item rescripserunt, relegatos non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi, nisi ejus ætatis fuerint, ut nondum decuriones creari possent: & dignitas [71] certa.

---

1 12 C. *Theod.* 1. unde dicti. v. in *l.* 239. §. 5. *ff. de verb. sign.*

2 Et qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curiæ liberentur. 2 C. xxxi. *wipi δεκαδαρχῶν, &c. Nov.* 38. *wipi ἀπαλλαγῆς ἢ μεταγραφῆς ἢ ἀναληψεως.* 54 *Ecl. Isa.* 1. adde 5 C. *Theod.* 2. ubi tractat. *de bonis decurionum.* & 2 C. xxxii. xxxiii. xxxiv. adde *Novell. Leon.* 46.

3 Decuriones in originalibus curiis tenentur perseverare. *l.* 35. 50. *l.* 53. *l.* 55. *C. eod.*

4 Decuriones sedibus civitatis *suæ relictis*, si in alia loca transmigrarint, in patrium solum revocari possunt à præside provinciæ, ut muneribus fungantur. adde *tit. C. si curialis relictis civitatem suam habitare maluerit.* ut hinc possit colligi, subditos justis de causis cogi posse, urbes habitare.

5 *l.* 5 *in fin. ff. eod.*

6 Finito tempore.

7 *l.* 3. *l.* 5. *C. ex quibus caus. infam. l.* 1. *C. de his qui in exilium. l.* 13. *ff. de falsis.*

8 *l.* 9. §. 14. *ff. de pœn.* v. Hotom. 2 *illustr.* 20.

9 *V. l.* 11. *C. de quæstionib.*

10 *V. l.* 26. *ff. de pœnis.*

11 *V. l.* 5. *in fin. ff. de statu.*

12 Patris delictum filio innocenti nocere non debet. §. 2. *in fin. ff. eod. l.* 7. *l.* 9. *ff. de senatorib. l.* 8. *in fin. ff. de in jus vocando. l.* 26. *ff. de pœn. l.* 5. §. 9. *ff. de muneribus. l.* 22. *C. de pœn. & C. ne filius pro patre.*

13 Anni quinquagintaquinque excusant a decurionatu.

14 *l.* 3. *C. eod.*

15 *l.* 15 *ff. ad municipalem.*

16 Humanitatem sententiæ, si nec *Hal.*

17 Ob falsi causam. *Hal.*

18 *l.* 2. *ff. eod.*

19 *l.* 9. *ff. de pœn.*

20 *V. l.* 8. *ff. eod.*

21 In pari causa honoris adipiscendi, natus ex legitimo matrimonio præfertur spurio.

22 In decurione promovendo, inquirendum est de ejus vita & moribus.

23 Utilitas curiæ est ordinem plenum habere.

24 Collegia Judæorum ab Imperatoribus inaudam probata. *l.* 15. §. 6. *ff. de excusat.* adde *l.* 11. *ff. de lucr.* Interdum reprobata, cum eis legari non posse. *l.* 1. *C. de Jud.*

25 Superstitio Judaica, ita quoque nuncupatur in *l.* 21. *C. de hæret.* Alciat. tamen 3 *disputat.* 8. his verbis intelligit Christianam religionem. Movetur, quod religio Christiana, superstitio a gentilibus vocetur. Tacit. ibi: in præsens repressa ex tristi superstitio. & *post*: quorsus missa, si hortini genere, ea superstitione infecta. Quint. 3. primos Judaicæ superstitionis auctor. *Plin.* 30 *epist. ad Trajan.* 97. nihil aliud invenio, quam superstitionem pravam & immodicam. Sed verius est, JC. loqui de superstitione Judaeorum, *arg. d. l.* 21. *C. de hæret.* cum & alibi notum sit, cujusque superstitionis vires ad decurionatum promoveri posse, *l.* 49. *C. de decurionib.* tametsi nihil vetat, id de Christianis Ulpian. scripsisse: cum & iisdem libris *de offic. Proconsul.* Ulpian. inter cætera de Christianorum pœnis egerit. *Lactant.* 26 Divi Verus & Antoninus *Hal.* Alciat. 3 *disputat.* 8. ita quoque legit, ex magis, quod ex Tertull. *Apologet. c.* 3. colligi potest. Verum & Antoninum, ob impetratas Christianorum precibus pluvias, prohibuisse Christianos accusari, & Christianos eandem conditionem cum cæteris habuisse. Hoc tamen Anton. Augustino displicet ad Modestinum libro singulari.

27 Tutelas. 28 Conductiones non sint liberæ decurionibus. *l.* 6. §. 2. *ff. eod. l.* 30. *C. de locato.*

29 Necessaria conductio permissa decurioni, ubi libera non est permissa. Necessaria est, in quam succedimus: libera, quam sponte atque voluntario facimus.

30 Successisse videtur ejus loco, qui ex alia causa prohibitus. *v. l.* 9. *ff. de ex militar.* v. quæ notavi ad *l.* 2. §. 12. *ff. de fug.*

31 Adde *l.* 8. *ff. de postulando.*

32 *l.* 2. *ff. eod.* v. *l.* 15 *ff. ad municipal.*

33 Atque diuturnitatem tum ob id criminalibus *l.* 8. *ff. de postulando.*

34 *l.* 3. § 2 *ff. eod.* Goth. Hinc colligunt, spurios non esse infames. *arg. l.* 2. *C. de dignitat. v. infamia. de R. J. in* 6. Aust.

35 Nullum in incestuoso filium delictum, quatenus ex incesta natus est: cum non suo, sed alieno malo laboret. *l.* 7. *C. de natur. lib.*

36 *l.* 11. *ff. eod. l.* 8. *ff. de muneris.*

37 Sportulæ quid sint. *v. tit. C. de Sportulis.*

38 Decurio publicarum vectigalium aut prædiorum conductor ellis non potest, *ut tit. l.* 37 *C. Theod. de decurio. lib. l.* 2. §. 1. *ff. de administr. rer. ad civit. pertin.* quod Adrianum constituisse Xiphilinus scribit. Eadem tamen prohibitione procurator esse non potest, *l.* 34. *C. de administrat.* ut nec ex alterius conductore. *l.* 30. *C. de locat.* Est enim conductio procuratoris species. *Non. Theodos.* an curiale alterius præda esse *queat.*

39 Adde *l.* 4. *ff. eod. l.* 2. §. 1. *ff. de administr. rer. ad* de Cujac. *ad l.* 34. *C. eod.*

40 *l.* 2. *in fin. C. ad SC. Turpill.*

41 *V. tit. C. de abolitionib. & quæ vetito abolitione.*

42 Imo tenebitur. *l.* 2. *C. de filiafamil.*

43 Id est, dignitatibus per listringia delatis.

44 Liberorum patrem collib præfertur ad honores adspirendos. *l.* 9 *C. ad.* Sic inter Consules, qui liberorum patres erat, primus fasces sumebat. v. Gell. 15.

45 Id est, decurionum.

46 Ordinationibus. vulg. ordinationis. *Hal.* ordinatis sentibus. *Hugo à Porta.* Ad munera potiores nominantur, id est, locupletiores & de Republica bene meriti. Non tam vires, quam vires spectantur: non gradus generis, sed substantiæ ponderatur. sed locupletior: dignissimus denique, *l.* 45. *C. ad. fucit Paul.* 2 *sent.* 28. §. 2.

47 Dignissimum. *v. tit. C. de petit. ad munera nominandis.*

48 *l.* 2. §. 6 *ff. de vacation. muner.*

49 Dissimilitudines & differentiæ plures honoris & muneris retuli in *l.* 10 *ff. de muner.* 50 Dicti ad *tit. C. de decur.* 51 Duumviratu. *vulg. Hal.* ex decurionibus fiebant duumviri. 52 Decuriones non erant plebeii: erant enim municipii consiliarii & quasi senatores. *l.* 33 *C. ad.* 53 *V. l.* 2. *ff. ad municip.* 54 Alendus est interdum ex publico vel alieno. *l. pen. ff. ut in poss. leg.* 55 Ex libera muliere natus, decurio fieri potest. 56 Creati tamen fungi decurionatu tenentur, *l.* 3 *in fin. ff. de muner immun.* 57 A sola Clarii præscriptione. *vulg. Hugo à Porta.* Probari oportuit tabellio con falsi, constat, ut tabellionem, insufficientia aliquot fecisse, & ut tabellionem stipulatum fuisse. 58 Vel scribere est, in acta & regesta, seu registrum referre. Regesta *commentarii*, in quibus acta scribebantur. *v. tit. ff.* 59 Promotio facta contra legum præscripta, nullius est momenti, sed tamen quæ ab illegitime creato Magistratu gesta sunt, utilitatis causa valent. *l.* 3 *ff. de offic. Præt.* v. Hotom. 2 illustr. §. 1 *ff. eod.* 61 *d. §. 1. l.* 8. *ff. de muneris.* & ex Lege Papia, qua Bithynis data est, minores triginta annorum. *Plin.* 62 *l.* 5. *ff. de jure immun.* 63 *l. l. l.* 6. §. 1. adde *l.* 2 *ff. de muneris.* Consuetudo cujusque civitatis in muneribus & honoribus deferendis spectanda est. 64 Utensilia, quibus ad usum fieri & aris utensilitas ea est, ut & proprias operas plures & necessariores exhibeat rebus humanis. Tertull. *lib. de habitu mulier.* Utensile est, quod ad usum est, ad quo utimur. *l.* 12. § 2 *ff. de instruct.* Columell. 11 *c.* 4. 1. *c.* 3. 6. v. Fest. *in decumenum & Cumeranum.* 65 Eodem fensu 28 Plin. 29. lucrum de medicis, Nec dubium est, inquit, illos animas statim negotiari, id est, lucrum facere in occidendis hominibus. 66 *l.* 13. §. 8. *ff. locati.* 67 Viles personæ non nisi in Tabellionem admittuntur ad honores gerendos. *l. neque 2. l. negotia 6. C. de Decurionib.* 68 Adde *l.* 22. *ff. de his qui not. infam.* 69 *l.* 11. §. 2. *ff. de muneris.* 70 *l.* 2. *ff. eod.* 71 Id est, indoles *experientia* §. 13 *Inst. Plin. in Panegyrico.* Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis & dignitas oris omnia nomen Principis longe lateque ostendunt? ideoque dignitas hic definitur certa ipsa honoris bene gerendi, decurionatus bene fungi: ut in Jacia Pallas erit etiam indoles definitur, *καλὰ ἔργα ἐν στρατείᾳ.* Quæ indoles illa appelletur. Cicero *pro Marco Cælio.* Quis non perfecta ætate atque dignitate? Cujac. 20 *observat. ultim.*

certa [72], spem ejus honoris, id faceret, ut Princeps indulgere [73] possit. §. 2. Item rescripserunt, eum, qui in relegatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi. §. 3. Item rescripserunt, non admitti contradicere volentem, quod non recte quis sit creatus decurio, cum initio contradicere debuerit.

De quæstione.

XIV. PAULUS lib. I Quæstionum.

DE decurione damnato non debere quæstionem [74] haberi Divus Pius rescripsit: unde etiam si desierit decurio esse, deinde damnetur: non [75] esse torquendum, in memoriam [76] prioris dignitatis placet.

[72] Certam spem ejus is tenerit. *Ibid.* quæ lectio à Budæo probatur: sed Cujac. 20 *obs.* 20. legit, & distinguit certa spes ejus honoris id faciet.

[73] Indulet intuitum facit, ut Principes minori 25 annis decurionatum indulgeant. Cicero 5 *Philippic.* ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis expectare non oportet. & Plinius *in epist.* ab egregia indole non exigitur numerus annorum. & Valerianus apud Vopisc. *in Probo.* Is eo non expectatur ætas, qui & virtutibus fulgeat, & muneribus polleat. Cujac. 20 *obs.* ult. 74 *l.* 33. C. ad. 75 *l.* 53. *l.* 57. *l.* 58. C. *eod.* 76 Memoriæ causa quædam interdum concedantur. vide quæ scripsi *l.* 18. §. 6. T. *de quæst.*

TIT. III.

DE ALVEO [1] SCRIBENDO.

Ordo observandus in albo scribendo, & senectutis dicendus.

1. ULPIANUS lib. III de Officio Proconsulis.

DEcuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut [2] lege municipali præcipitur: sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandæ, ut scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est: puta: qui *Duumviratum gesserunt*, si [3] *hic honor præcellat*, & inter duumvirales antiquissimus [4] quisque prior is: deinde hi, qui secundo post duumviratum honore in Republica functi sunt: post eos qui tertio, & deinceps: mox hi, qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem venit. §. 1. In sententiis [5] quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus.

Ordo servandus in albo scribendo.

II. IDEM lib. II Opinionum.

IN albo decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates *Principo judicio* consecuti sunt: postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt.

[1] Alveo vulgar. *Ital.* Hugo à Porta. Album, est materia, vel ut quidam loquuntur, particula decurionum. Hinc albi professio vel profitio, *l.* 10. T. *de prox.* ex albo scribere vocati. *l.* 18. §. 11. T. *de muner.* & albo emi, *l.* 3. C. *de decurial.* album deferre, *l.* 19. C. *de decur.* vocatur etiam album curiæ, *l.* 46. C. *de decurion.* Eodem modo album senatus dixit Tac. 4. *ann.* 42. Dion. 55. *Senatus vox Scribarum & album judicis.* Suet. *in Claudio*, 16. & *in Domitiano.* & Sen. 3 *de benef.* 7. album citharœdorum, Suet. *in Nerone*, 21. *Brisson.* 2 *l.* 10. T. *de decurionib. l.* 18. §. 11. *in fin.* T. *de muneris.* Gradus ille albi curiæ est: ut eo primi adscribantur, quos lex municipalis scribi præcipit; si nulla sit lex, qui tunc digniori honore defunctus, prior loco habendi sint: & inter dignores ipsos, antiquissimus præferendus, posthi, qui nullo honore functi sunt, prout quisque in ordinem venit. Gothofr. *De præcedentia Magistratuum* v. Gamma *decis.* 1. *per tot.* & n. 14. Chaffan. *catalog. glor. mundi. part.* 7. *per tot.* Anf.

Cur hoc addit? Passim in municipiis Duumviri non fuere: sed vel Ædiles, vel Dictatores, vel Quatuorviri, *ut alias dixi.* 4 Antiquitati ut & senectuti honor habendus est: unde notant, Judices, vel reliqui mortuo, antiquiorem adsidentem, vel doctorem, judicis & Rectoris partibus fungi oportere, & absente judice antiquiorem senatorem, vel senatore absente, antiquiorem Advocatum absentium vices suppiere. 5 *l.* 2. §. 1. T. *de decurionib.*

TIT. IV.

DE MUNERIBUS [1] ET [2] HONORIBUS.

Quæ sunt munera patrimonialia vel personalia.

1. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

MUnerum civilium quædam sunt patrimonii [3], alia personarum. §. 1. Patrimonii sunt munera rei vehicularis [4], item naviculatis, decemprimatus [5]: ab istis enim periculo ipsorum exactiones solennium celebrantur. §. 2. *Personalia* civilia sunt munera, defensio civitatis, id est, ut syndicus [6] fiat, legatio [7], ad *census* [8] *accipiendum* [9], vel patrimonium [scribirus [10] *exercendum* [11], id est, *camelorum agitatio exhibitoque*, annonæ [12] ac similium cura, prædiorumque publicorum, frumenti comparandi, aquæductus [13]: equorum circensium [14] spectacula, publicæ viæ [15] munitiones, arcæ [16] frumentariæ, calefactiones [17] thermarum, annonæ divisio [18], & quæcunque aliæ curæ istis sunt similes: ex his enim, quæ retulimus, cætera [etiam] per leges [19] cujusque civitatis ex consuetudine longa intelligi potuerunt. §. 3. Illud tenendum est generaliter, personale quidem munus esse, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi [20] ac vigilantia solenniter [21] exstitit: patrimonii [22] vero, in quo sumptus maxime pollutatur.

§. 4. Æque personale munus est tutela [23], cura adulti, furiosive, item prodigi, muti, etiam ventri [24], etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum [25] & similia: sed & in bonis, cujus officio ususcapiones [26] interpellantur, ac, ne debitores liberentur, providetur. Item, ex Carboniano Edicto bonorum possessione petita, si satis non detur, custodiendis bonis curator [27] datus personali fungitur munere. His similes sunt bonis [28] dati curatores, quæ fuerunt ejus, qui ab hostibus captus est, & reverti speratur. Item custodiendis ab eo relictis, cui [29] necdum quisquam civili vel honorario jure successit, curatores constituti.

De patria potestate.

II. ULPIANUS lib. XXI ad Sabinum.

QUod ad honores [30] pertinet, creditur in potestate filium habere etiam is, qui in patris potestate est.

De origine ac domicilio. 1. De militibus & eorum cognatis. 2. De condemnato & restituto. 3. De famosis. 4. De falsa ætate. 6. De majore anno septuagesimo, si quis quinque liberorum pater sit. 7. De vitrico & privigno. 8. De patrono & liberto. 9. De filio accusati. 10. De decapriteo. 11. De exactione tributorum. 12. De cura frumenti comparandi. 13. De hospitium prabendo. 15. De honoribus per vices injungendis. 16. De duobus filiis.

III. IDEM lib. II Opinionum.

ET qui originem ab Urbe Roma habent, si alio [31] loco domicilium constituerunt: munera ejus sustinere debent. §. 1. His qui castra [32] operam per militiam dant, nullum municipale [33] munus injungi potest: cæteri autem privati, quamvis militum cognati sunt, legibus patriæ suæ, & provinciæ obedire debent.

§. 2. Si in metallum [34] datus in integrum restitutus fit: perinde ac si nec damnatus fuisset, ad munera vel honores vocatur: nec opponet [35] fortunam, & casus tristiores suos ad hoc solum, ne patriæ idoneus civis esse videatur. §. 3. Corporalia munera fœminis [36] ipse sexus denegat: quominus honores, aut munera injunguntur. §. 4. Filio, si nullam habet excusationem, intercedere pater, in cujus potestate est, jus non habet. §. 5. Quod pater non consensit [37] honoribus sive muneribus filii, ne illius [38] patrimonium oneri subjiciatur, præstat [39] defensionem: non civem patriæ utilitatibus, quatenus potest, auferet. §. 6. Quamvis major [40] annis septuaginta, & quinque [41] liberorum incolumium pater sit, ideoque à muneribus civilibus excusetur: filii tamen ejus suo [42] nomine competentia munera agnoscere debent: ideo enim proprium [43] præmium immunitatis propter filios patribus datum est, quod illi [44] subibunt. §. 7. Vitricus onera muncrum civilium nomine privigni [45] sui suscipere nulla juris ratione cogitur. §. 8. Liberti muneribus fungi debent apud [46] originem patronorum: sed si sua patrimonia habent suffectura oneribus: res enim patronorum muneribus libertinorum subjecta non est.

§. 9. Quod pater in reatu [47] criminis alicujus est, filiis impedimento ad honores esse non debet. §. 10. Decaprotos [48] etiam minores annis XXV fieri, non militantes tamen, pridem placuit: quia [49] patrimonii magis onus esse videtur. §. 11. Exactionem [50] tributorum, onus patrimonii esse constat. §. 12. Cura frumenti comparandi munus est: & ab eo ætas septuaginta [51] annorum, vel numerus quinque [52] incolumium liberorum excusat.

§. 13. Eos milites, quibus supervenientibus hospitia [53] præberi in civitate oportet, per vices [54] ab omnibus, quos id munus contingit, suspici oportet. §. 14. Munus hospitis [55] in domo recipiendi, non personæ, sed patrimonii onus est. §. 15. Præses provinciæ provideat, munera & honores in civitatibus æqualiter per [56] vices secundum ætates & dignitates, ut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus statuti sunt, injungi: ne sine discrimine & frequenter iisdem oppressis, simul viris & vitibus Respublicæ destituantur. §. 16. Si duo [57] filii in patris potestate sint, eodem tempore munera eorum pater sustinere non [58] compellitur.

§. 17. Si is, qui duos filios relinquebat, nihil de expediendis muneribus altetius filii ex communi patrimonio supremis [59] suis cavit, propriis [60] sumptibus is & munera, & honores, qui ei injungentur, suscipere debet, quamvis pro altero vivus pater ejusmodi onera expedierit.

De cura extruendi vel perficiendi operis, & de jure quinque liberorum. 1. De inopia. 3. De militia.

IV. IDEM lib. III Opinionum.

CUra extruendi vel reficiendi operis in civitate munus publicum est, à quo quinque [61] liberorum incolumium pater excusetur: nec, si per vim extortum munus fuerit, excusationem, quam habet ab aliis muneribus, auferet. §. 1. Deficientium facultatibus, ad munera, vel honores, qui indicuntur, excusario non perpetua, sed temporalis est: nam si ex voto honestis rationibus patrimonium incrementum [62] acceperit: suo tempore, an idoneus sit aliquis ad ea, quæ creatus fuerit, æstimabitur. §. 2. Inopes [63] opera patrimonii ipsa non habendi necessitate non sustinent, corpori autem indicta obsequia solvunt [64]. §. 3. Qui obnoxius muneribus suæ civitatis fuit, nomen militiæ, defugiendi oneris municipalis gratia, dedit: deteriorem causam Reip. facere non potuit.

De navicularis & mercatoribus oleariis.

V. SCÆVOLA lib. I Regularum.

NAvicularii & mercatores olearii, qui magnam partem patrimonii ei rei contulerunt, intra [65] quinquennium [66] muneris publici vacationem habent.

De pauperibus & locupletioribus. 1. De debitore reipubl. 2. De eo, qui accusatorem non habet, vel cujus accusator desistit. 3. De personis & patrimonio. 4. De muneribus patrimonialibus.

VI. ULPIANUS lib. IV de Officio Proconsulis.

REscripto Divorum Fratrum ad Rutilium Luppum ita declaratur: *Constituto, qua cautum est, prout quisque decurio creatus est, ut ita & Magistratum apiscatur* [67], *totiens servare debet, quotiens idoneus & sufficiens ei omnes contingit: cæterum si ita quidem tenues* [68] *& exhausti sunt, ut non modo publicis honoribus pares non sint, sed & vix de suo victum sustinere possint: & minus utile, & nequaquam honestum est, talibus mandari Magistratum: præsertim cum sint, qui convenienter ei* [69], *& suæ fortunæ, & splendori publico possint creari: sciant igitur locupletiores, non debere se hoc prætextu legis uti: & de tempore, quo quisque in curiam allectus* [70] *sit, inter eos demum esse quærendum, qui pro substantia sua capiunt honoris dignitatem.* §. 1. Debitores [71] rerum publicarum ad honores invitari non posse certum est, nisi prius in id, quod debetur Reipublicæ, satisfecerint. Sed eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex administratione Reipubl. relinquantur [72]. Cæterum si non ex administratione sint debitores, sed mutuam pecuniam à Republica acceperint: non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur. Plane vice solutionis sufficit, ut quis aut pignotibus [73], aut fidejussoribus idoneis caveat: & ita D. Fratres Aufideio [74] Herenniano rescripserunt. Sed & si ex pollicitatione debeant, quæ tamen pollicitatio recusari non potest: in ea sunt conditione, ut honoribus arceantur. §. 2. Si quis accusatorem non [75] habeat, non debeat [76] honoribus prohiberi: quemadmodum non debet is, cujus accusator destiterit: ita enim Imperator noster cum D. Patre [77] suo rescripsit. §. 3. Sciendum est, quædam esse munera aut personæ aut patrimoniorum, itidem quosdam esse honores. §. 4. Munera, quæ patrimoniis injunguntur, vel intritum: non iisdem triennii, *ut hic. l.* 2. C. *eod.* Lege Augusti à Magistratu urbano ad prosocialem fuit quinquennium. Dion. 53. Fuit & lex, ne quis eundem Magistratum intra decem annos caperet. Liv. 7. 10. Cic. *de legib.* 66 Imo quamdiu in ille funt actu. *l.* 5. §. 3. T. *de jure immunitatis.*

67 Adipiscatur. *vulg. Ital.* 68 *l.* 4. §. 2. T. *eod.* 69 Rei. *Ital.* 70 Alligatus, *vulg.* & male: allegere, est in certum adjungere, ut sublegere in locum demortui substituere. Tranquillus *in Tiberio*, c. 51. Infanti supius, ut civitate donatum in decuriis allegaret, negavit se allecturum. Subjecti accusatoribus, allecti propter inopiam Senatorum *Tacit. in Annalibus.* Cuscripti, Tertull. 3 *adversus Marcionem.* allectio nationem à novissimis diebus exorta est: cives origo facit, manumissio & allectio. *l.* 7. C. *de incolis.* 71 *l.* 1. C. *de debitoribus civitatum.* 72 Reliquantur.

73 Datis pignoribus aut fidejussoribus cautum vel satisfactum intelligitur. *l.* 54. T. *de fidej. l.* 176. T. *de verb. sign.* 74 Aufidio, *Ital.* Claudio, *vulg.* 75 Accusator ubi non est, ibi non est judex. T. *de offic. Proc.* 76 Non debet. 77 Per Imperatorem & D. Patrem hic intelligit Septimium Severum & Antoninum Caracallam. v. Reinard. *var. lib.* 3. *c.* 10. Anf.

31 *l.* 29. T. *ad municipalem.* 32 *l.* 10. §. 2. T. *de vacationibus.* v. C. *de re militari.* 33 *l.* 1. *vulg. quamvis filius familias sit. l.* 2. §. 1. T. *de vacat.* 34 *Ital.* 4. 2. 2. id est, in castra nullum munus sustinent. 35 *l.* 12. T. *de decurion.* Banitus non-nisi rursus potest admitti ad honores. *Bard.* 36 Illustre exemplum fuit in Cæciliam. de quo v. *Liv.* 2. 37 *l.* 5. C. *de decurion.* 38 Filii sc. *Bud.* patris. *Accurs.* 39 Non præstat, *Bud.* ut sit sensus, pater, qui filium sinit quantum potest, patriæ commodis avertit, facere nequit, quominus filii patrimonium adventitium, aut castrense, honorum administrationi, muneribusque functioni obstringatur. 40 *l.* 3. T. *de jure immunit.* 41 *l.* 4. T. *eod.* 42 *l.* 5. §. 4. T. *de jure immunit.* 43 Ut patri prosit, non autem ejus liberis. 44 Liberi. 45 Adde *l.* 15. C. *de nupt.* 46 *l.* 6. §. 3. T. *ad municipalem.* 47 *l.* 2. §. 7. T. *de decur.* 48 *l.* 18. §. 26. T. *eod.* decemprimatus munera fungentibus. *l.* 1. §. 1. T. *eod.* 49 *l.* 1. T. *eod.* 50 *l.* 3. C. *de compens.* 51 *l.* 5. T. *de jure immunitatis.* 52 *l.* 4. T. *eod.* 53 Adde *l.* ult. T. *quor. & ubi* T. *eod.* C. *de metatis & epidemicis.* dixi ad *l.* 11. T. *de vacat. muner.* 54 Per vices munera sustineri debent, *ut hic. & l.* 15. T. *eod. l.* 4. §. 8. T. *de legat.* suo quisque ordine munera sustinere debet. *l.* 1. C. *de muneribus patrimoniorum.* 55 *d. §. penult. & ult. l.* 11. *in fin.* T. *de vacatione.* ubi dixi plenius. 56 §. 13. T. *eod. l.* 4. §. 3. T. *de legat.* 57 *Sub* maxime, hujusmodi fabulositio augmentativa est in *l.* 4. T. *de in integrum restit.* alias est taxativa. *l. un.* §. 4. T. *ubi si adversus nota.* 58 *l.* 5. C. *de decurion.* 59 Id est, in testamento. 60 V. *l.* 15. T. *eod.* 61 Quinque liberi excusant à muneribus civilibus. *l.* 3. §. 6. T. *eod.* 62 *l.* 10. §. 3. T. *de vacationibus.* 63 *l.* 6. T. *eod. l.* 2. T. *de vacatione. l.* 4. C. *quando dom. rivil. munera. l.* 4. C. *de his, qui numero liber.* §. 6. *Inst. de excus.* 64 Imo non solvunt. *l. ult. in fin. C. de his qui numero.* 65 Intervallum quinquennii illi dem honoribus & oneribus præscribitur, quæ ante non capere. *l.* 4. T. *de solut. l.* 176. T. *de verb. sign.* 74 Aufidio, *Ital.* Claudio, *vulg.* 75 Accusator ubi non est, ibi non est judex. T. *de offic. Proc.* 76 Non debet. 77 Per Imperatorem & D. Patrem hic intelligit Septimium Severum & Antoninum Caracallam. v. Reinard. *var. lib.* 3. *c.* 10. Anf.

1 Alveo vulgar. *Ital.* Hugo à Porta. Album, est materia, vel, ut quidam loquuntur, particula decurionum. Hinc albi professio vel profitio, *l.* 10. T. *de prox.* ex albo scribere vocati. *l.* 18. §. 11. T. *de muner.* & albo emi, *l.* 3. C. *de decurial.* album deferre, *l.* 19. C. *de decur.* vocatur etiam album curiæ, *l.* 46. C. *de decurion.* Eodem modo album senatus dixit Tac. 4. *ann.* 42. Dion. 55. *Senatus vox Scribarum & album judicis.* Suet. *in Claudio*, 16. & *in Domitiano.* & Sen. 3 *de benef.* 7. album citharœdorum, Suet. *in Nerone*, 21. *Brisson.* 2 *l.* 10. T. *de decurionib. l.* 18. §. 11. *in fin.* T. *de muneris.* Gradus ille albi curiæ est: ut eo primi adscribantur, quos lex municipalis scribi præcipit; si nulla sit lex, qui tunc dignioti honore defunctus, prior loco habendi sint: & inter dignores ipsos, antiquissimus præferendus, posthi, qui nullo honore functi sunt, prout quisque in ordinem venit. Gothofr. *De præcedentia Magistratuum* v. Gamma *decis.* 1. *per tot.* & n. 14. Chaffan. *catalog. glor. mundi. part.* 7. *per tot.* Anf.

Cur hoc addit? Passim in municipiis Duumviri non fuere: sed vel Ædiles, vel Dictatores, vel Quatuorviri, *ut alias dixi.* 4 Antiquitati ut & senectuti honor habendus est: unde notant, Judices, vel reliqui mortuo, antiquiorem adsidentem, vel doctorem, judicis & Rectoris partibus fungi oportere, & absente judice antiquiorem senatorem, vel senatore absente, antiquiorem Advocatum absentium vices suppiere. 5 *l.* 2. §. 1. T. *de decurionib.*

1 1 C. 20. 1, 22. 11. περὶ ἐπιτροπῶν, 54 Ezech. 2.

2 Aliud munus, aliud honor. Illud sine dignitate, hoc cum dignitate. Illud est etiam, vel patrimonii (si longum requirat) vel personale, si animi laborem.

3 *l.* 18. §. 18. §. 21. T. *eod.*

4 *l.* 18. §. 4. & 10. T. *eod.*

5 *l.* 2. §. 10. *l.* 18. §. 26. T. *eod.*

6 *l.* 2. §. 1. T. *quod quisque.* 18. §. 13. T. *eod.*

7 *l.* 18. §. 12. T. *eod. add. l.* 13. §. 5. T. *de muner.*

8 Census, id est, publici reditus, *l.* 18. §. 7. *eod.* Cujacius putat eos duci tributales. *Census tributarius scribere, deprecari, consultare.*

9 Accipiendos. *Ital. vulg.*

10 Scribatus. Cujacius ad tit. C. *de tabularis.* num ex eum vox scribatus erue in *l.* 4. C. *de appellat.*

11 Quæ & camelorum, *l.* 18. §. 11. T. *eod.* & Camelariorum, Ammian. 17. 8. unde Gallia, inquit, quidquam exprimere consuevit Camelasii nomine. v. Cujac. 9 *obs.* 8. Καμηλασία. *Ital. Budæus*, id est, camelorum productio. Est exercitatio camelorum, camelorum agitator & doctor, ut ἱππάρχης, ἡνιοχάρχης, asinorum & equorum. Id autem munus infinitum impedimentis exercitus agendis fuit. Camelariæ legit Nabrissensis eadem derivatione qua dicunt figuris & argumentis, eamque lectionem probat Beroaldus apud Apuleium, 7 *de Asino*, ei eamque camelariis, est curatio cumelorum, qui pecunia publica alebantur, unde camelarii, *l.* 18. §. 11. *eod.* camelorum curatores. Turneb. 21 *adversar.* 28. *in fin.* Camelasium, munus esse: Camelasii vero indicium eo nomine tributum exstitisse. editio Hugonis à Porta legit Sitosia. Alciatus, *præterquam admodum*, 12 *l.* 18. §. 8. *eod.* 13 *l.* 18. §. 6. T. *eod.* 14 Circenses equi hic cursiles, *l.* 7. C. *de annonariis. C. Theod. de equis cursilib.* Apuleius 4. equum cursilem omnia velocitate refertum. Gothofr. De ludis circensibus vide Jacob. Revard. *var. lib.* 3. *c.* 13. Anf.

15 *l.* 14. §. 2. *l.* 18. §. 7. T. *eod.* 16 Arcæ frumentariæ & olearia meminit *lex* 2. *C. Theod. de curatoribus calefactorii*, hinc arcarii, C. *de susceptoribus præpositis & arcariis.* 17 *l.* 18. §. 5. T. *eod.* De Thermis dictum ad *l.* 6. C. *de aquæduct. lib.* 11. *tit.* 42. 18 *l.* 18. §. 8. T. *eod.* id est, opsio militum. *Graci* dicunt ὄψον. v. quæ notavi ad *l. ult.* T. *de re militari.* v. Cujac. ad *l.* 7. C. *de exact. tribut.* 19 Leges sibi quæque civitas habet vel facit: lex ita municipalis citatur, *l.* 3. §. 5. T. *de sepulchr.* vide quæ scripsi ad *l.* 18. T. *de legib.* confirmatione tamen Principis eguisse hujusmodi leges verisimile est. 20 *l.* 18. §. 1. T. *eod.* 21 vigilantia principaliter, *vulg. Ital. Hugo à Porta. vigilantiæ. Basil.* 22 Patrimoniale. *Ital. vulg.* 23 *l.* 18. §. 1. T. *eod.* 24 Etiam ventris. *vulg. Ital.* 25 *l.* 1. §. 19. T. *de ventre in possess.* 26 Curator interdum datur ad usucapionem interpellandam. facit *l.* 1. *in fin.* *l.* 19. §. 7. T. *de negot.* 27 *l.* 5. §. 2. T. *de Carbonianis.* 28 Curator bonis absentis aut capti ab hostibus custodiendis dandus, *l.* 15. T. *ex quib. causis major. l.* 6. *in fin.* T. *de tut. l.* 3. C. *de captiv. l.* 6. *in fin.* T. *quib. ex caus. in pos. l. ult.* T. *de curatore bonis dando.* 29 Curator constituendus heredi. *l.* 8. T. *quibus ex caus. in pos. l.* 1. §. 13. *in fin.* T. *de calumniat.* 30 An consequendos, an evitandos, *l.* 2. §. 2. T. *de vacationibus.* an potius id innoitur, filium in potestate positum, nomine sui filii ad honores provecti fidejussorem cenferi. *l.* 2. T. *ad municipalem.*

tributiones [77], talis sunt, ut neque ætas ea excuset, neque numerus liberorum, nec alia prærogativa, quæ solet à personalibus muneribus eximere. §. 5. Sed enim hæc munera, quæ patrimoniis indicuntur, duplicia [78] sunt: nam quædam possessoribus injunguntur, sive municipes sunt, sive non sunt: quædam nonnisi municipibus, vel incolis. Intributiones [79], quæ [80] agris fiunt vel ædificiis, possessoribus [81] indicuntur: munera vero, quæ patrimoniorum habentur, non aliis, quam municipibus vel incolis.

De rebus delatis. 1. De appellatione.

VII. MARCIANUS lib. II Publicorum.

REus [82] delatus etiam ante sententiam honores [83] petere Principalibus Constitutionibus prohibetur. Nec interest, plebeius, an decurio fuerit. Sed post annum [84], quam reus delatus est, petere non prohibetur: nisi per ipsum stetit, quominus causa intra annum expediretur. §. 1. Eum, contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione honorem usurpaverit, coërcendum D. Severus rescripsit. Ergo etsi is, qui honoribus per sententiam uti prohibitus est, appellaverit, abstinere [85] interim petitione honoris debebit.

De minoribus viginti quinque annis.

VIII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

AD Rempublicam administrandam [86] ante [87] vicesimum quintum annum, vel ad munera, quæ non patrimonii sunt, vel honores, admitti minores non oportet: denique nec decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt. † Annus autem vicesimus quintus cœptus pro pleno habetur, hoc enim in honoribus favoris causa constitutum est, ut pro [88] plenis inchoatos accipiamus: sed in his honoribus, in quibus Reipublicæ quid eis non committitur: cæterum, cum damno publico honorem ei committi, non est dicendum, etiam cum ipsius pernicie minoris.

De excusandis muneribus agnoscere.

IX. IDEM lib. III de Officio Consulis.

SI quis, Magistratus in municipio creatus, munere injuncto fungi detrectet: per Præsides munus agnoscere cogendus [89] est remediis, quibus [90] tutores [91] quoque solent cogi ad munus, quod injunctum est, agnoscendum.

De eo qui honorem vel munus sustinet.

X. MODESTINUS lib. V Differentiarum.

HOnorem [92] sustinenti munus [93] imponi non [94] potest: munus sustinenti honor deferri potest [95].

De honoribus gradatim deferendis. 1. De lege municipali, ut certa conditionis homines in honoribus præferantur. 2. De penuria eorum qui Magistratum suscipiunt. 3. De medicis. 4. De his qui primas literas docent.

XI. IDEM lib. XI Pandectarum.

VT gradatim [96] honores deferantur, Edicto, & ut à minoribus ad majores perveniatur, epistola Divi Pii ad Titianum exprimitur. §. 1. Etsi lege municipali caveatur, ut præferretur in honoribus certæ conditionis [97] homines [98]: attamen sciendum est, hoc esse observandum, si [99] idonei sint: & ita rescripto Divi Marci continetur. §. 2. Quotiens penuria [100] est eorum, qui Magistratum suscipiunt, immunitas [1] ad aliquid infringitur: sicuti D. Fratres rescripserunt. §. 3. Reprobari posse [2] medicum à republica, quamvis semel probatus sit, D. Magnus Antoninus cum patre rescripsit. §. 4. Eos qui primis [3] literis pueros inducunt, non habere vacationem D. [Magnus] Antoninus rescripsit.

De vacatione vel immunitate.

XII. JAVOLENUS lib. VI ex Cassio.

CUi muneris publici vacatio datur, non [4] remittitur ei, ne [5] Magistratus fiat: quia [6] id ad honorem magis, quam ad munera pertinet: cætera omnia, quæ ad tempus extra ordinem exiguntur, veluti munitio [7] viarum, ab hujusmodi persona exigenda non sunt.

Definitio honoris municipalis. 1. De munere publico vel private. 2. De vacatione muneris & præmiorum collationibus. 3. De persona, origine natalium, facultatibus, & lege considerandis. 4. De filiisfamilias plebeiis. 5. De honoribus gradatim deferendis. De ætate. De honoribus non continuandis. 6. De honoribus iterandis.

XIII. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

HOnor municipalis est administratio Reipublicæ cum [10] dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine etogatione contingens.

§. 1. Munus aut publicum, aut privatum est. Publicum [11] munus dicitur, quod in administranda Republica [cum] sumptu sine titulo dignitatis subimus. §. 2. Viarum munitiones [12], prædiorum collationes [13], non personæ, sed locorum munera sunt.

§. 3. De honoribus, sive muneribus gerendis cum quæritur, in primis consideranda [14] persona est ejus, cui defertur honor, sive muneris administratio: item origo natalium: facultates quoque an sufficere injuncto muneri possint: item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debeat. §. 4. Plebeii filiifamilias [15] periculo ejus [16], qui nominaverit, tenebuntur: idque Imperator noster Severus Augustus in hæc verba rescripsit: *Si in numero [17] plebeiorum filius tuus est: quamquam invitus honoris ex persona filii suscipere cogi non debeas: tamen resistere, quominus patria [18] obsequatur periculo ejus, qui nominavit, jure patriæ potestatis non potes.* §. 5. Gerendorum honorum non promiscua facultas est, sed ordo [19] certus huic rei adhibitus est: nam neque prius [20] majorem Magistratum quisquam, nisi minorem susceperit, gerere potest: neque ab omni ætate, neque continuare quisque honores potest. §. 6. Si alii non sint, qui honores gerant, eosdem compellendos [21], qui gesserint, complurimis Constitutionibus cavetur. D. etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in hæc verba, Illud consentio, ut si alii non erunt idonei, qui [hoc] munere fungantur, ex his qui [jam] functi sunt, creentur.

An heres patris teneatur pro filio decurione.

XV. PAPINIANUS [22] lib. V Responsorum.

ET si filium pater decurionem esse voluit, tamen defuncto, honores, qui filio decurioni congruentes post mortem patris obtigerunt, ad onus [23] coheredis filii non pertinent, cum ei decurioni sufficientes facultates pater reliquerit.

De offerentibus pecuniam. 2. An filius pro patre cavere cogatur. 3. De defensione Reipublicæ.

XVI. PAULUS lib. I Sententiarum.

ÆStimationem honoris, aut muneris, in [24] pecunia, pro [25] administratione offerentes audiendi non sunt. §. 1. Qui pro honore pecuniam promisit, si solvere eam cœpit: totam [26] præstare, operis inchoati exemplo, cogendus est. §. 2. Invitus filius pro patre, Rempublicam salvam fore, cavere [27] non cogitur.

§. 3. Defensionem Reipublicæ amplius, quam semel, suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas [28] postulet.

De provincia sacerdotio. 1. An pater filii decurionis sumptus subministrare compellatur.

XVII. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

SPonte Provinciæ Sacerdotium [29] iterate nemo prohibetur.

§. 1. Immunis ab honoribus & muneribus civilibus, si decurioni creato filio, quem habet in potestate, consentiat [30], in muneribus & honoribus sumptus subministrare filio compellitur.

Divisio munerum. 1. De personalibus. 18. De patrimonialibus. 26. De mixtis. 28. De communi horum appellatione. 29. De immunitate concessa. 30. De magistris, grammaticis, oratoribus, medicis, philosophis.

XVIII. ARCADIUS CHARISIUS lib. singulari de muneribus civilibus.

MUnerum civilium triplex divisio [31] est: nam quædam munera personalia sunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta. §. 1. Personalia [32] sunt, quæ animi [33] provisione, & [34] corporalis laboris intentione sine [35] aliquo gerentis detrimento perpetrantur: veluti [36] tutela, vel cura [37]. §. 2. Calendarii quoque curatio [38], & quæstura in aliqua civitate, inter honores non habetur: sed personale munus est. §. 3. Tironum [39], sive equorum productio, & si qua alia animalia necessario producenda vel res pervehendæ, sive persequendæ sunt, vel pecuniæ fiscales, sive annonæ, vel vestis, personæ munus est. §. 4. Cursus vehicularis [40] sollicitudo, item angariarum [41] præbitio, personale munus est. §. 5. Cura [42] quoque emendi frumenti, olei (nam harum specierum curatores, quos ἀγορανόμους [43], id est, *frumentarios*, & ἐλαιώνας [44], id est, *olearios* appellant, creari moris est) inter personalia munera in quibusdam civitatibus numerantur: & calefactio [45] publici balnei, si ex rediribus alicujus civitatis [46] curatori pecunia subministratur. §. 6. Sed & cura custodienti [47] aquæductus personalibus muneribus adgregatur. §. 7. Hirenarchæ [48] quoque, qui disciplinæ publicæ & corrigendis [49] moribus præsiciuntur. Sed & qui ad faciendas [50] vias [51] eligi solent, cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant. Item Episcopi [52], qui præsunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ civitatum populis [ad] cotidianum victum usui sunt [53], personalibus muneribus funguntur.

§. 8. Qui annonam suscipit vel exigit [54], vel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus [55] personalis muneris sollicitudinem sustinent. §. 9. Sed & curatores, qui ad colligendos civitatium [56] publicos reditus eligi solent, personali munere [57] subjunguntur.

§. 10. Hi quoque, qui custodes [58] ædium [59], vel [60] archeotæ [61] vel logographi [62], vel tabularii [63], vel xenoparochi [64]: ut in quibusdam

---

38 Hinc curatores Calendarii. 12 C. Theod. *de curatorib. Calendarii.* 11. & Calendarium civitatis *ibid. lex 1. la recepte & receveur de la ville.* 39 V. *l. 4. C. de proximis scriniorum.* 1 Veget. 7.

40 *l. 1. §. 1. T. eod.* 41 V. *C. de cursu publico & angariis.* 42 Julius Pollux, *l. 1.* vide Festum *in Curator rei frumentariæ præpositus.* 43 *l. ult. §. 6. T. de administr. rer.* Sitonæ dicuntur, ut ἀνηρόθυτα, ἀνηλάτα, ἀνάλωτα. Erant autem eo loco apud Athenienses, quo apud Romanos frumentatores, coëmptores frumenti in ἀθροίσεις ἀνάλωτα. Erant & ἀθροίσεις σιτικαὶ, frumenti asservandi curam gerentes. Demosthenes *in oratione adversus Leptinem*, ὃ νόμος ἐᾷ τοὺς ἀθροίσεις ἀνηρόθυτα ἔχειν τοῖς ἐν τῷ ἄστει. Idem munus ἐπιστασία, curatores ipsi, frumenti coactores ἐπιστάται, ἐπιστατοῦντες, dispensatores: illi rei frumentariæ, hi militi. De differentia curatoris rei frumentariæ & ædilis, v. Cujac. *2 obs. 23. Lex* ἐπιστολὴ. *l. 2. T. de vacat. muner.* Id munus summa in cura apud Veientos. vide Pothelium, *c. 17 de Magistratibus Atheniensium*, & olim apud Romanos. vide *C. de cursu frumentario Urbis Romæ, de frumento Urbis Constantinopolitanæ, de frumento Urbis Alexandrinæ:* Sitonicum, munus specierum, Principi vel Reipublicæ emendarum, *Nov. 30.* vel munus frumenti emendi. *C. ut nemini licitat in alienatione specierum se excusare, & de numero frumentario vel sitonici.* De Sitonoeto seu coëmptione specierum vide Cujac. *1 obs. 35.* 44 Adde *l. 4. §. 19. T. eod. in principio.* Bud. 45 *l. 1. §. 2. T. eod.* 46 Curator civitatis, qui & pater. de quo vide *l. ult. C. de Judæis. l. 9. §. 2. T. de administr. rer.* vide *l. 3. C. de modo muldarum.* 47 *l. 1. §. 2. T. eod.* 48 V. *l. 6. T. de vacatione eorum. l. 35. §. 1. T. ad senatus consultum Trebellianum.* 49 Irenarchæ corrigendis moribus inter cætera Præfecti. 50 *Al.* ad exercendas vias. 51 *l. 1. §. 2. T. eod.* 52 Episcopus est, qui summum arbitratum rerum habet, cui incumbit non tantum ocularis inspectio: quales erant apud Athenienses ἐπιστάται τῶν μὴ ἐφήβων adolescentes, qui, cum ex ephebis excederent, regiones circumibant, ut, quum ingruerent oneribus, essent regionum, viarum & locorum periti. v. Pothelium, *c. 18 de Magistrat. Atheniensi*, sed & providentia. Cicero, *7 ad Atticum* 10. vult enim me Pompeius esse, quum sit Campania & maritima ora habenda *ἐπίσκοπον.* Inde nomen Episcopi trahitur hic ad eos, qui panificiis præsunt, quos solitos Cereales, Dion 43. appellare possumus, *l. 2. §. 32. T. de origine juris.* Galli, *Yeux intendans de police, Commissaires des vivres.* Nomen Episcopi etiam ad verbi ministros relatum est, quorum munus est pascere Ecclesiam, *Actor. 20. vers. 28.* Inde Episcopatus ὃ τῶν ἐπισκόπων ἀνὴρ ἐπίσκοπος. *Luke 1. vers. 20.* 53 Usui injungunt, vulg. usui suggerunt. *Bud.* 54 Vide *§. 5. T. eod. l. 1. §. 2. T. de receveur des graines du public.* 55 Ea capitatio est. 56 *d. l. 2. §. 2. receveurs de la ville.*

57 Munera. *Hal.* λειτουργίαι δημόσιαι. 58 Galli *curieux.* 59 Sacrarum vel Principis, & quos Græci ναοφύλακας, diversi fuerunt ab ædituis sacrarum ædium, quos νεωκόρους Græci vocant.

60 Ut archeotæ. *Hal.* 61 Archeotæ, archivi custodes: ab archio dicti. de quo dixi ad *l. 8. §. 6. T. de pan.* 62 Logographi tributorum rationibus scribendis occupantur. *l. 1. C. de tabulariis.* 63 Tabularii qui olim *ad d. tit. de tabulariis.* 64 Xenoparochi iidem qui parochi, qui peregrinis fidem & ligna & necessaria præbebant. Horatius, *1 serm. 5.* & parochi quos *debent ligna, salemque.* Porphyrius Copiarios vocat. Est & parochus paliens ipse & dominus. Martinius, *2 serm. 8. Hinc parochi facium nil sit mutuentis, ut avere Pistores.* Hinc Xenoparochiæ publicis aliquem occupari dicimus. Cic. *3 ad Atticum 2.* Ariarates, Ariobarzanis filius, Regnum vult, opinor, regnum aliquod emere a Cæsare: nam quomodo nunc est, pedem ubi ponere fas non habet: omnino enim Seltinus noster parochias publicas occupavit, vel ut alii legunt, parochus publicus, vel parochis publicis, quo nomine Simeon Bosius ibidem intelligit eum, qui Legatis, quibus vide Festum *in Lautia & Diarium*, legatis externarum nationum præbebat, ἐξενιτείαν ex formula Senatusconsulti, à Victorino publicata, ἵνα τὰ ἐνόντα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐνόντα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐκτὸς ἐνόντα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐκτὸς ἐκτὸς ἐνόντα, munus ei ex formula locorum lautiarum. Quadrantes Urbanum locare mittereque. Lautia igitur παροχὴ qui lautia præbet, parochus. Sic in Ecclesiastica xenia interpretari in *c. 8. §. 3. T. de episcopis Ecclesiæ.* Nonius, *1. n. 239.* Parochum, vehiculi præbitorem interpretatur: & ibidem Varro Seipsi-Ulysse. Hic omnia erat: idem facetiose, pransor, parochus, denique idem Senacus, idemque populi caput. A parocho parochias in Ecclesia quidam vocari putant, male: quum παροικίαι prius dictæ sint. οἰκήματα sunt qui accolunt: inde, qui finem alicui accolunt, parochi dicti. Augustinus, *24 de civitate.* Presbyter fuit quidam, nomine Restitutus, in parochia Calamensis Ecclesiæ. Parochiarum divisionem & attributionem singulis presby-

UAB

basdam civitatibus; vel limenarchæ [45], vel curatores ad extruendo vel reficienda ædificia publica, sive palatia, sive navalia, vel mansiones [46] destinantur: si tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogent, & qui faciendis vel reficiendis navibus [47], ubi usus exigit, præponantur, muneribus personalibus adstringuntur.

§. 11. Camelasia [48] quoque similiter personale [49] munus est: nam, ratione habita & alimentorum, & camelorum, certa pecunia camelariis [50] dari debet, ut solo [51] corporis ministerio obligentur. Hos ex [52] albi ordine vocari, nec ulla excusatione liberari, nisi sola [53] cæci & inutilis corporis, & infirmitate, specialiter sit expressum. §. 12. Legati [54] quoque, qui ad sacrarium [55] Principis mittuntur, quia viaticum [56], quod legativum [57] dicitur, interdum solent accipere: sed & nyctostrategi [58], & patrimonium [59] curatores personale munus incunt. §. 13. Defensores quoque, quos Græci syndicos [60] appellant, & qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur, laborem personalis muneris adgrediuntur. §. 14. Judicandi quoque necessitas [61] inter munera personalia habetur. §. 15. Si aliquis fuerit electus, ut compellat eos, qui [62] prope [63] viam publicam possident, sternere viam: personale munus est. §. 16. Pari modo, qui acceptandis, *sive suscipiendis censualibus* [64] *professionibus destinantur*, ad personalis muneris sollicitudinem animum intendunt. §. 17. Mastigophori [65] quoque qui agonothetas [66] in certaminibus [67] comitantur, & scribæ [68] magistratus [69], personali muneri serviunt. §. 18. Patrimoniorum sunt munera, quæ sumptibus [70] patrimonii, & damnis administrantis [71] expediuntur. §. 19. Elemporia [72], & ospiatura [73] apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. §. 20. Susceptores quoque vini per provinciam Africam patrimonii munus gerunt. §. 21. Patrimoniorum autem munera duplicia sunt: nam quædam ex his muneribus possessionibus sive patrimoniis inditam

cuntur, veluti [74] agminales [75] equi, vel mulæ [76], & angariæ, atque verhedi [77]. §. 22. Hujusmodi igitur obsequia & hi, qui [78] neque municipes [79], neque incolæ sunt, adgnoscere coguntur.

§. 23. Sed & eos, qui census [80] exercent, etsi veterani sint, tributiones [81] ejusmodi agnoscere debere, rescriptum est. §. 24. Ab hujusmodi muneribus neque primipilaris [82], neque veteranus [83], aut miles, aliusve, qui privilegio aliquo subnixus, nec pontifex [84] excusatur. §. 25. Præterea habent quædam civitates prærogativam, ut hi, qui in territorio earum possident, certum quid frumenti pro [85] mensura agri per singulos annos præbeant: quod genus collationis munus possessionis est. §. 26. Mixta [86] munera decaprotiæ [87], & icosaprotiæ, ut Herennius Modestinus & notando. & disputando bene & optima ratione decrevit: nam decaproti [88] & icosaproti [89] tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt, & pro omnibus [90] defunctorum fiscalia detrimenta resarciunt: ut & merito inter mixta hoc munus numerari debeat. §. 27. Sed ea, quæ supra personalia esse diximus, si hi, qui funguntur, ex lege civitatis fuæ, vel more, etiam de propriis facultatibus impensas faciant, vel annonam exigentes desertorum prædiorum damna sustineant: mixtorum definitione continebuntur. §. 28. Hæc omnia munera, quæ tripartiam [91] divisimus [92], una significatione comprehendentur: nam personalia, & patrimoniorum, & mixta munera, civilia seu publica appellantur. §. 29. Sive autem personalium duntaxat, sive etiam civilium [93] munerum immunitas alicui concedatur: neque [94] ab annona, neque ab angariis, neque a verhedo, neque ab ospite [95] recipiendo, neque a nave [96], neque capitatione, exceptis militibus & veteranis [97], excusari possunt.

§. 30. Magistris, qui civilium munerum vacationem habent, item grammaticis [98], & oratoribus [99], & medicis, & philosophis, ne ospitem [100] reciperent, à Principibus fuisse immunitatem indultam, & D. Vespasianus [1] & D. Hadrianus rescripserunt.

---

[45] Limenarchus, vide Anitus 5 §. ult. dixi ad l. 4. T. *de fer.* & l. 38. C. *de liberal.* & est, portuum custodes, ubi tamen vulgus scribit *limenarchus*, & id quidem male: sed illud pejus, quod Cotta correxit *limnarchia* in l. un. C. *de offic. comitis orient.* limnarchia per Ipsiarchia.

[46] Mansionum publicarum curatores fuere, de quibus hic agitur, non simpliciter de mansionum curatoribus, cæterum mansionis vocabulo Budæus intelligit [illegible], Galli *poste*, quarum Præfecti [illegible]. Hierax Interdum [illegible] appellantur metatores, qui in comitatu Principis, aut legati justive exercitus hospitia stituunt: Galli, *Marefchaux des logis*, *fourriers*. Hesychio [illegible] hospitum suscipiendorum munus. Suidæ [illegible], [illegible]. Ita Mantuanus fuit [illegible] diverforium, seu castellum Cappadociæ, Gisalia [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], & [illegible]. Stationarios manceps. Ferrandus, 2 *Expositum*. 41. Mansionem extra diei viam intelligit non unam. Sipontinus & Spigelius. Certe mansionum mentionit [illegible] C. *de annona & tribut.* l. 2. C. *de cursibus in publicis horreis.* l. 9. C. *de fus ceptor.* l. 2. C. *de locis Advocatorum.* Mansiones Græci vocant [illegible], posteriores diximus mansus, & inde mansiones. *Heimonim.* Galli *mafions*, Cujac. ad l. 8. C. *de annona.* quid & mansionatici. Mansus alia significatione accipitur. Galli *Mefnages*: unde *mansionarii*, *Meſtaiers*. vide Cujac. 1 *Feud.* 4. §. 5. sed hic mansiones sunt diversoria, in quæ se recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam facer comitatus. Hinc ad mutationes mansionesque singulas animalibus, cursus publico deputatis, pabula transferebat. l. 9. C. *Theod. de annona.* In mansionibus erant horrea, & in eis species, unde mansionum procuratio præfidibus mandatur. d. l. 1. In mansionibus quoque modii asnei erant vel lapidei. d. l. 9. Veteri Imperatores, provinciales cogi [illegible] ædificiis eis & eorum animalibus, sine gravis alicujus onere prohere. l. 2. C. *de locis Advoc.* & quemquam longius destinari ad instruendas mansiones, l. 8. C. *de annona*. Plin. 9. *ep.* 23. A Copto Camelis itur æquatissimum ratione, mansionibus dispositis. Lampridius in Alexandro: tacebantur secreta belliorum, itinerum dies publice nuntiabantur, ita ut Edictum præcederet ante menses duos, in quo Scriptum erat, illis die, illa hora ab urbe sum exiturus, & [illegible] in prima mansione mansurus. Deinde per ordines mansiones, deinde festiva, deinde, ubi annona esset accipienda, & id quidem, quoadusque ad fines barbaricos devenirentur, & alias militum expeditionis tempore sic disponunt, ut in mansionibus annonam accipient, nec portarent decem, aut septem diurnas cibaria, nisi in barbarico. Hinc cacstat, mansiones veteribus idem fuisse, quod Galli *repues & etappes traittes*.

[47] *l. 1. §. 1. T. eod.* [48] Vide *l. 1. §. 2. T. eod.* Camelasia. *Holand.* Camelasia est munus publicum, ut non Hippolia, *l. 4. C. de muneribus patrimoniorum*. Ammiano 16. quoddam tributi genus est Camelasia. [49] Personale seu corporale munus est etiam Camelasia, non est patrimoniale, ut Hippolia, de qua in *l. 4. C. de muneribus patrimoniorum*. Cur ita? Cameli alunter in publico, non tamquam camelarii, qui eo nomine fungitur: præterea corporis infirmitas excusat eos munere, *l. 2. §. penult. T. de excusat. munerum*. est igitur personale, nec enim infirmitas corporis excusat à patrimonialibus. [50] Camelarii camelorum curatores. [51] Personalia sunt, quæ solo corporis ministerio obeuntur. §. 1. *T. eod.* [52] Hebr. [illegible] *adnumerare*. Budæ. Idque personale munus habet commune cum patrimonialibus, *l. 8. C. de muneribus patrimonium*. quod nemineni ob corporis debilitatem excusat. vide Cujac. 9 *obſerv.* 9. [53] Personalium munerum propterea est, ab iis excusari posse corporis infirmitate. [54] *l. 8. C. Theodof. de legatis & decretis legationum. lib.* 12. *tit.* 12. [55] Sacrarium hic, aula & comitatus Principis.

[56] Viaticum est, quod ab viam & iter perficiendum datur. [57] *l. 2. in fin. T. de legationibus*. Legativum, *Hugo à Porta*. [58] Nicostrategi, *vulg. Holand.* male Budæus vera vocis ignarus, mendum esse quidem hic monuit: Tarneb. vero mendo agnito, male ita emendavit, viarum stratarum, & pluviorum curatores, 9 *Advers.* 16. sed habenda est gravis posteritas. Nyctostrategi enim in provincia ii erant, qui Romæ Præfecti vigilum dicebantur. *T. de officio Præfecti vigilum*. In Ægypto [illegible], Strabo 1 Constantinopoli [illegible], & Præsor plebis, Suidæ. 13. vide Cujac. 13. [59] Patrimonium de origine hoc notandum. Principes temporibus fruga torrebant, deinde posthebant: *Et tarrore parant flammis & frugore fuas*. Mole postea invento fuit admarie & truffibus, hominum opera versatilibus. Hinc patrimum pro loco fatigationis plenus scribitur. Aquariæ molæ molestinæ. Patrimum qua ratione inventum fuerit, vide apud Senecam, 14 *epiſt.* 91. [60] *l. 1. §. 2. T. eod.* de fyndicis vide Petrum Gregorium, 49 *ſyntagm.* & 2 *decret.* 39. [61] Hæc quibusdam personis remittuntur. *l. 8. §. 8. T. de excuſ.* adde *l. 13. §. 2. T. tit. proxim.* [62] Qui pecuniam publicam possident. *vulgar. Hugo à Porta*.

[63] Viarum vicini viam sternere coguntur. *l. 14. in fin. T. quemadmodum ſervitutes amittuntur.*

[64] Vide *l. 3. l. 4. T. de cenſibus*. dixi ad *l. 6. C. de fide inſtrum.* [65] Mastigophori, flagriferi ad frænandam turbam, & cohibendas seditiones. *Budæus*. Lipsius tamen *libro de gladiatoribus*, *cap. 1.* hanc vocem refert ad spectacula. Jurabant enim gladiatores in hanc tria, ultionem, verbera & necem, qui ex more patiebantur necem, quem cerebellum: flammam, & verbera, si quando timidius pugnallent aut fugiffent. Senec. *epiſtola* 1. *epiſt.* 8. Tibullus, 1 *Eleg.* 9. *Ure meum potius flammis corpus, & pete ferro Corpus, & intorta verbera torqua ſeca.* Seneca, 5 *epiſt.* 37. Eidem honestissimi & turpissimi illius ministramenti verba sunt, ut virgis [illegible] (ita legendum est, non *vinciri*) ferroque necari, & 19 *epiſt.* 39. ure, cude, occide. adde Ciceronem, 1 *Tuſc. Quæſt.* hic ferrum acuebat: Ille accendebat ignibus laminas, hinc virgis, inde flagella afferebantur. Terullianus, Gladiator ad homicidium flagellis & virgis compellat invitum. Hoc fine lorarii & mastigophori, de quibus hic agitur, fuerant in arena. Xiphilinus in *Nerone*. Quemadmodum quis audiit, quod neque videre potuit, Augustum Imperatorem, [illegible] [illegible] [illegible]

prudentis viri, vel patrimonio sufficientis in homines obiri possunt: nisi certis & receptis probabilibus causis non remittuntur.

§. 8. Qui pueros primas [36] literas docent, immunitatem à civilibus muneribus non habent: sed ne cui eorum id, quod supra [37] vires sit, indicatur, ad Præsidis religionem pertinet, sive in civitatibus, sive in vicis primas literas magistri docerant.

De nave.

III. Scævola lib. III Regularum.

His qui naves matinas [38] fabricaverunt, & ad annonam Populi Romani præstiterunt [39], non minores [30] quinquaginta millium modiorum, aut plures singulas non [31] minores decem millium modiorum, donec hæ naves navigant, aut aliæ in earum locum. muneris publici vacatio præstatur ob navem. Senatores [32] autem hanc vacationem habere non possunt: quod nec habere illis navem [33] ex Lege Julia repetundarum licet.

De his, qui Reipublicæ causa abfuerunt.

IV. Neravius lib. I Membranarum.

Tempus vacationis, quod [34] datur eis, qui Reipublicæ causa afuerunt [35], non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desiit, sed cum quodam laxamento itineris: neque enim minus abesse Reipublicæ causa intelligendus est, qui adit negotium, vel ab eo revertitur. Si quis tamen plus justo temporis, aut itinere, aut in alio loco commoratus, consumpserit: ita ea interpretanda erit: ut ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo [36] peragere potuisset.

De decurionatu.

V. Macer lib. II de Officio Præsidis.

A decurionatu, quamvis hic quoque honor est, ad alium honorem nullam vacationem tribuendam, Ulpianus respondit.

De his, quæ extra ordinem imperantur.

VI. Papinianus lib. II Quæstionum.

Hi qui muneris publici vacationem [38] habent [39], ad ea, quæ [40] extra ordinem imperantur, compelli non solent.

De veteranis.

VII. Idem lib. XXXVI Quæstionum.

Muneribus [41], quæ [42] non patrimoniis [43] indicuntur, veterani post Optimi nostri Severi Augusti literas, perpetuo excusantur.

De ætate. De numero liberorum. 1. De redemptoribus vectigalium. 2. De liberis veteranorum. 3. De collationibus extraordinariis, & his, quæ è lege fiunt. 4. De philosophis. 5. De eo, qui Romæ latet.

VIII. Idem lib. I Responsorum.

In honoribus delatis neque [44] major annum [45] septuaginta, neque pater numero quinque liberorum excusatur. Sed in Asia sacerdotium [46] Provinciæ suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi, quod Optimus Maximusque Princeps noster Severus Augustus decrevit, ac postea in cæteris [47] provinciis servandum esse constituit. §. 1. Non alios fisci vectigalium redemptores à muneribus civilibus, ac tutelis [48] excusari placuit, quam eos qui præsentes [49] negotium exercerent. §. 2. Vacationum privilegia non [50] [verant] liberos veteranorum.

§. 3. Qui muneris publici vacationem habet per magistratus [51], ex improvisis collationes indictas recte recusat: eas [52] vero, quæ è lege fiunt, recusare non debet. §. 4. Philosophis [53], qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sectam contendentibus præbent, tutelas [54], item munera sordida corporalia remitti placuit: non [55] ea quæ sumptibus expediuntur: etenim vere philosophantes pecuniam contemnunt [56], cujus retinendæ cupidine fictam [57] adseverationem deregunt. §. 5. Qui maximos Principes appellavit, & causam propriam acturus Romam profectus est: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus, & civilibus muneribus apud suos excusatur.

De professoribus. 1. De negotiatoribus frumentariis.

IX. Paulus lib. I Responsorum.

Eos qui Romæ [58] profitentur, proinde [59] in patria sua excusari muneribus oportere, ac si in patria sua profiterentur.

§. 1. Paulus respondit: privilegium frumentariis [60] negotiatoribus concessum, etiam ad honores excusandos pertinere.

De oneribus patrimonialibus. 1. De corpore mensurarum frumenti. 2. De militibus & professoribus. 3. De pauperiate & facultatibus auctis. 4. De defensoribus reipublicæ.

X. Idem lib. I Sententiarum.

Ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla [61] privilegia præstant vacationem. §. 1. Corpus mensurarum [62] frumenti juxta annonam Urbis habent [63] vacationem: in provinciis non idem [64]. §. 2. Angariorum [65] præstatio, & recipiendi hospitis [66] necessitas, & militi & liberalium [67] artium professoribus [68] inter cætera remissa sunt. §. 3. Actis [69] post appellationem medio tempore facultatibus, pauperiatis obtentu non excusantur. §. 4 Defensores [70] Reipublicæ ab honoribus & muneribus eodem tempore vacant.

De muneribus patrimonialibus.

XI. Hermogenianus lib. I Juris Epitomarum.

Sunt munera, quæ rei [71] propter cohærent: de quibus neque liberi, neque ætas, nec merita militiæ, nec ullum aliud privilegium jure tribuit excusationem: ut [72] sit [73] prædiorum collatio [74], viæ sternendæ angariarumve exhibitio; hospitii suscipiendi munus [75] (nam nec hujus quisquam excusationem, præter eos, quibus principali beneficio concessum est, habet), & si quæ sunt præterea alia hujusmodi.

De legatis. 1. De comitibus præsidum.

XII. Paulus lib. I Sententiarum.

Legato [76], qui publicum negotium tuitus sit, intra tempora vacationis præstituta rursum ejusdem negotii defensio mandari non potest. §. 1. Comites [77] Præsidum, & Proconsulum, Procuratorumve Cæsaris, à muneribus & honoribus & tutelis [78] vacant.

De his qui operam dare ad judicandum non possunt. 1. De plena vel exigniore vacatione. 2. De munere judicandi.

XIII. Ulpianus lib. XXIII ad Edictum.

Prætor eos, quoscunque intelligit operam [79] dare non posse ad judicandum, pollicetur se excusaturum: forte quod in perpetuum quis operam dare non potest, quod in eam valetudinem [80] incidit, ut certum sit, cum civilia officia subire non posse, aut si alio morbo laboret, ut suis rebus superesse non possit, vel si quid [81] sacerdotium [82] nancti fine, ut discedere ab eo fine [83] religione non possint: nam & hi in perpetuum excusantur. §. 1. Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt: unum plenius, cum & militiæ datur, aliud exiguius, cum nudam muneris vacationem acceperint. §. 2. Qui autem non habet excusationem, etiam invitus [84] judicare cogitur. §. 3. Si post causam actam cæperit se excusare judex: si quidem privilegio, quod habuit ante [85], quam susciperet judicium, velit se excusare, nec [86] audiendus est: semel enim adquoscendo [87] judicium, renunciat excusationi: quod si postea justa causa incidit, ut judex vel ad tempus excusetur: non debet in alium judicium transferri, si cum captione id futurum est alterutrius: tolerabilius denique est, interdum judicem, qui semel cognoverat, tantisper expectare, quam judici novo rem rursum judicandam committere.

De filio defuncti. 1. Ne cui duæ curæ operis eodem tempore imperentur.

XIV. Modestinus lib. I Regularum.

Ad excusationem munerum defunctus [88] filius non prosit [89], præterquam [90] in bello amissus. §. 1. Eodem tempore idem [91] duas curas operis [non] admjnistrabit [92].

---

1. 1. C. de Episcop. & clericis. C. de mutatis. l. 6. §. 6. T. de offic. Præsid. 76 *l. 8. T. de leg.*

77 *l. 6. T. de offic. Præsid. l. 4. T. de offic. adsessor. l. 41. §. 2. T. de excusat. tut.* 78 Tutelæ nominatim remitti oportere, hinc colligunt: & immunitate legibus concessa, tutelas remitti non censeri. *l. 8. §. 1. T. eod. l. non tantum. 17. §. ult. 2. T. de excusat. tut. Adde* Fusilius Gordiani senatus decrevit, ut a tutelis, & legationibus, & a publicis necessitatibus, nisi si vellent, posteri ejus semper vacarent. Eodem modo pecuniaria munera omnium remitti oportet. 79 Operam dare judex dicitur, ut & arbiter, *l. 18. T. de judiciis.* ubi dixi. 80 *l. 2. §. 7. T. eod. l. 18. §. 11. T. de muneribus.* 81 Vel si qui. *Rubard.*

82 *l. 2. T. de in jus vocando. l. 18. T. de procurat. l. 36. T. de fideicomm. libert.*

83 Sacerdotes ab honoribus & muneribus civilibus excusationem habuisse, hoc vetus inscriptio ostendit: Veratio A. F. Pa. Qui cum privilegio sacerdotii Cæsarei cus muneribus petitusset ab honoribus & muneribus excusari, præposito honore patriæ, honorem ædilitatis laudabiliter administravit. & Cicer. *in Lucullo* sacerdotes deorum vacationem habere debere. Cujac. ad *l. 1. C. de spectac. sue.* 84 *l. 9. T. de muneribus.* 85 *l. 5. §. 7. T. de jure immunit.* 86 *l. 74. T. de judic.* 87 *l. 5. in fin. T. tutel. prætor.* 88 Tunc, cum pater ad munera nominatur. *l. 2. §. 3. T. eod. l. 18. T. de excusat. tutor.* Pater ut excusetur munera liberorum, requiritur, ut liberi sint incolumes, ut sint cives, non capti ab hostibus, *l. 2. C. qui num. liber.* ut sint legitimi, non adoptivi, *l. 2. §. 2. T. eod.* ut nati sint. non qui in utero sunt, non profant. 89 *C. eod.* non prodest. 90 2 Gell. 15. *l. 18. T. de excusat. tutor. Inf. de excusat. in princ.* 91 *l. 1. in fin. T. de oper. publ.* 92 Ipsius fili.

TIT. VI.

DE JURE IMMUNITATIS.

De his, qui in navibus operantur. 1. De heredibus. 2. De descendentibus ex fœminis.

I. Ulpianus lib. III Opinionum.

Qui ob hoc tantum [1] in navibus sunt, ut in his agendi causa operatentur, nulla constitutione immunitatem à muneribus civilibus habent. §. 1. Personis [2] datæ immunitates heredibus non [3] relinquuntur. §. 2. Sed & generi [4] posteriisque [5] datæ custodiæque, ad eos, qui ex fœminis nati sunt, non [6] pertinent.

De his, qui se adstrinxerunt, cum compelli non possint. 1. De impuberibus.

II. Idem lib. IV de Officio Proconsulis.

Si qui certa [7] conditione muneribus vel honoribus se adstrinxerunt, cum [8] alias compelli non possent inviti suscipere istum honorem: fides [9] eis servanda est conditioque, qua se ad munera sive honores applicare se passi sunt. §. 1. Impuberes [10], quamvis [11] necessitas pecuniæ hominum cogat, ad honores non esse admittendos, rescripto ad Benidium [12] Rufum, Legatum Ciliciæ declaratur.

---

1 De immunitate nemini concedenda, *l. 10. C. 23.* de immunitate Ecclesiarum, Cæmeteriis, & rerum ad eas pertinentium.

2 Graci ἀσυλίαν vocant. *Leg. 2.* vide *l. 5. §. 6. T. eod.*

3 Adde *l. 5. T. de muner.*

4 Perfonalis immunitas ad heredem non transit.

5 l. 28. in fin. T. de legat. 2. vide *l. 1. §. 23. T. de aqua quotid. l. 13. C. de excusat. munerum.*

6 Genera immunitas data, ad natos ex fœminis non pertinet.

7 Poteris data immunitas ad eos, qui nati ex fœminis sunt, non pertinere.

De

---

8 l. 4. T. eod. l. 13. T. de muner. Imo pertinent, *l. 116. l. 122. in fin. l. 163. in fin. l. 201. T. de verb. sign. l. 43. T. de legat. 2. l. 16. T. de testam. tut. l. ult. T. ad Trebell.* subest ubi agitur de immunitatibus, filiæ non veniunt: in aliis, puta tutelis, legatis præstandis, contra libros nomine filiæ continentur. vide Tiraqu. *de retractu. §. 1. gl. 9. n. 243.* 9 *l. 2. C. de his, qui sine*

ex. 10 Sponte fuscipit, qui invitus compelli non potest. 11 Eidem servare debet, qui quod fuscepit. vide *l. 3. C. de obligat.* 12 Impubes ad honores non admittitur, etiamsi necessitas & penuria sit aliorum hominum. vide *l. 8. T. de muner.* 13 Necessitas non semper licitum facit, quod alias illicitum est. 14 Benidium. *Hot.*

De ætate.

III. Idem libro quinto.

MAjores septuaginta [1] annis à turelis, & muneribus [personalibus] vacant, sed qui ingressus est septuagesimum annum, nondum [2] egressus, hæc vacatione non utetur: quia non videtur major esse septuaginta annis, qui annum agit septuagesimum [3].

De posteris.

IV. Modestinus lib. VI Regularum.

IMmunitates generaliter tributæ eo jure, ut ad posteros [1] transmitterentur, in perpetuum [2] succedentibus [3] durant.

De ætate. 1. *De numero liberorum.* 3. *De negotiatoribus. De navicolario, & eorum liberis, & libertis.* 7. *De vocato ad munera, priusquam excusationem haberet.* 8. *De negotiatione, & navicolaria.* 10. *De publicanis.* 11. *De colonis Cæsaris.* 12. *De collegiis & corporibus.*

V. Callistratus lib. 2 de Cognitionibus.

SEmper in civitate nostra [1] senectus [2] venerabilis [3] fuit: namque Majores nostri penes eundem honorem [4] senibus quem magistratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia subeunda idem [5] honor senectuti tributus est. Sed cum qui in senectute locuples factus est, & ante nullo publico munere functus est, dici potest non eximi ab hoc onere privilegio ætatis: maxime si non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem indicti muneris administratio: & ex ea civitate, in qua non facile sufficientes viri publicis muneribus inveniantur.

§. 1. Legem quoque respici cujusque loci [6] oportet, an cum aliquas immunitates nominatim complecteretur, etiam de numero annorum in ea commemoretur: idque etiam colligi potest ex literis Divi Pii, quas emisit ad *Eunium Proculum* Proconsulem Provinciæ Africæ. §. 2. Demonstratur varie, nec absciſſe [7], numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis Divi Elvii Pertinacis: namque Silvio Candido in hæc verba rescripsit: *Εἰ μὴ μικρὸν λειτουργίᾶς ἀφίεσιν τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς [8]. ἀλλ' ὃν ἑπτὰ ἐπαιδοτρόφησε παῖδας ἔχειν δεῖ τὸν βιβλίῳ ἐγκείμενον, οὐκ ἐὰν ἀλογιῶνται συγχωρήσωμεν τῇ παιδοτροφίᾳ τὸ ἀνειδέστερον τῆς λειτουργίᾶς· id est, Etsi non ab omnibus muneribus dimittit patrem naturum numerus: tamen quia sedecim [9] pueros habere te per libellum notificasti: non est irrationabile, ut emendandæ filiorum educationi remittis ibi munera [10].*

§. 3. Negotiatores qui annonam urbis adjuvant, item naviculatii [11], qui annonæ urbis serviunt, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, quamdiu [12] in ejusmodi actu sunt: *nam remunerandæ pervicaciæ eorum, quin etiam & hortandæ [13] proximi, meritis placuit*, ut qui peregre muneribus, & quidem publicis, cum periculo & labore fungentur, à domesticis vexationibus, & sumptibus liberentur: cum non sit alienum dicere, etiam hos Reipub. causa, dum annonæ Urbis serviunt abesse. §. 4. Immunitati quæ naviculariis præstatur, certa [14] forma data est: quam immunitatem ipsi duntaxat habent, non [15] etiam liberi, aut libertis eorum præstatur, idque Principalibus constitutionibus declaratur.

§. 5. D. Hadrianus rescripsit, immunitatem navium maritimarum [16] duntaxat habere, qui Annonæ Urbis serviunt. §. 6. Licet in corpore [17] naviculariorum quis sit, navem tamen vel naves non habeat, nec omnia ei congruant, quæ Principalibus Constitutionibus cauta sint, non potest privilegio naviculariis indulto uti: idque, & Divi Fratres rescripserunt in hæc verba, *Ὅσοι τῆς ἐπὶ τοῦ ἐπάρχου τοῦ πανλήμων τῆς τε σιτοῦ καὶ ἐλαίου ἐμπορᾶς ὄντες τῶν ἀλλοδαπῶν ἢ ἐκ νήσων ἢ ἐκ Ῥώμης τοῦ ἀνωθεν ἀξιοῦσιν τὰ λειτουργίας [18] ἀπολιθοῦσθαι, μόνοι ἐπὶ πλοίοις, μόνοι τὸ πλέον μέρος τῶν ἰδίων, οὐ πᾶσι ναυκληρίαις καὶ πᾶσι ἐμπορίαις ἰσχύουσι, ἀφαιρεθῆναι τὴν τοιαύτην ἀνάπαυσιν. id est, Erant & alii quidam, qui sub occasione naviculariorum frumentorum, & olearum inserentium in Romani Populi forum, & idea immunitatem postulabant se subtrahere: qui neque navigabant, neque maximum patrimonii partem in re nautica, & mercibus habebant, auferatur hujusmodi hominum immunitas.* §. 7. Hoc circa vacationes dicendum est, ut si ante quis ad munera municipalia vocatus sit, quam negotiari inciperet, vel ante [19] quam in collegium adlumeretur, quod [20] immunitatem pariat, vel antequam septuagenarius fieret, vel antequam publice profiteretur, vel antequam liberos susciperet, compellatur ad honorem gerendum.

§. 8. Negotiatio pro [21] incremento facultatium exercenda est: alioquin si quis majore [22] pecuniæ suæ parte negotiationem exercebit, rursus locuples factus in eadem quantitate negotiationis perseveraverit, tenebitur muneribus, licuti locupletes, qui modica pecunia comparatis navibus, muneribus se publicis subtrahere tentant: idque ita observandum epistola Divi *Hadriani* scripta est. §. 9. Divus quoque Pius rescripsit, ut quoties de aliquo naviculario quæratur, illud excutiatur, an effugiendorum munerum causa imaginem [23] navicularii induat. §. 10. Conductores etiam vectigalium fisci, necessitate subeundorum municipalium munerum non [24] obstringuntur: idque ita observandum Divi Fratres rescripserunt. Ex quo Principali Rescripto intelligi potest, non [25] honori conductorum datum, ne compellantur ad munera municipalia, sed ne extenuentur facultates eorum, quæ subsignata sint fisco. Unde subsisti potest, an prohibendi sint à Præside, vel Procuratore Cæsaris, etiam si ultro [26] se offerant municipalibus muneribus, quod propius est defendere, nisi si paria [27] fisco feciſſe dicantur. §. 11. Coloni [28] quoque Cæsaris à muneribus [municipalibus] liberantur [29], ut idoneiores prædiis fiscalibus habeantur. §. 12. Quibusdam [30] collegiis vel corporibus, quibus jus cocundi lege permissum est, immunitas tribuitur: scilicet eis collegiis vel corporibus, in quibus artificii [31] sui causa unusquisque adsumitur: ut fabrorum corpus est, & si qua eandem rationem originis habent, id est, idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent. Nec omnibus promiscue, qui adsumpti sunt in his collegiis immunitas datur: sed artificibus [32] duntaxat. Nec ab omni ætate alligi [33] possunt, ut Divo Pio placuit: qui reprobavit prolixæ vel imbecillæ [34] admodum ætatis homines. Sed ne quidem eos qui augeant facultates, & munera civitatium sustinere possunt, privilegiis, quæ tenuioribus per collegia distributis concessa sunt, uti posse, plurifariam [35] constitutum est. §. 13. Eos, qui in corporibus allecti sunt, quæ immunitatem præbent [36] naviculariorum, si [37] honorem decurionatus adgnoverint, compellendos subire publica munera, accepi: idque etiam confirmatum videtur Rescripto Divi Pertinacis.

De his qui ob munerum graviorum conditionem vacationem aliquam habent.

VI. Tarruntenus [38] Paternus lib. 1 Militarium.

QUibusdam aliquam vacationem munerum graviorum [39] conditio tribuit: ut [40] sunt [41] mensores [42], optio [43], valetudinarii [44], medici [45], capsarii [46], [&] artifices, & qui follam [47] faciunt, veterinarii [48], architectus, gubernatores, naupegi [49], ballistrarii [50], speculatii [51], fabri sagittarii, arcarii [52], buculatum [53] structores [54], carpentarii [55], scandularii [56], gladiatores [57], aquilices [58], tubarii [59], cornuarii [60], arcuarii [61], plumbarii [62], ferrarii, lapidarii, & hi qui calcem cocunt [63], & qui lyivam infundunt [64], qui carbonem [65] cædunt, ac torrent: in eodem numero haberi solent lanii venatores [66], victimarii [67], & optio [68], fabricæ, & qui ægris [69] præsto sunt, librarii quoque qui [70] docere possint, & horreorum librarii [71], [& librarii] depositorum [72], & li

---

[1] Septuagenarius excusationem habet à muneribus personalibus, vide *l. 7. tit. 22. in fin. Tit. munerat.* vide *Cujac. obs. 33. de profession.*

[2] Qui annum aliquem ingressus est, eundem egressum intelligitur.

[3] Nisi aliis sit observatio: sicut in Syria anni 65. observationem patiuntur. *l. 3. §. 7. de excusat.*

[1] Pulleris aliisque datis immunitas non extinguitur decurionibus pedaneis: eo tamen nomine non comprehenduntur ex *Senatus cons. l. 1. in fin. T. ad l. 23. T. de muneribus.*

[2] Secedentem à, qui non impetrata immunitatem immunitatis munera sunt? vide *Salmasium.* 2. *Hyle.*

[3] Cui nulla defertur ætas, nullique terminus, ut in exercitu omnibus. *Cujac. ad Scaul. 2. Resist. 20. Pater.* 30. Infantia, Cyprianus nomine puerilis deducitur in feminis, 14 in masculis: adolescentia, sive pubertas 25. Juvenis 46. *Isidor.* Senectus.

[4] Apud Lacedæmonios. *Gell. 2. Noct. Att. 15. & Cort. 2. de Senect.* Lacedæmones esse locutum domicilium: finxerunt: nisi quam enim terras erant tribuitur: nisi quam ut senectus honoratior.

[5] Senectus ut juventutem sequitur. *l. 89. in fin. T. de leg. 3.* aut, et Senectus sit, adolescentia: ita mores ipsi senectutem sequitur. 4. *Epist. 32.*

[6] Et privilegia *Reipub. l. 34. in fin. T. de decurion. 50(50).*

[7] Sexti quæ debent numerositas nobilis allungeri. *Cicero 1. de Invent. Juvenal. Sat. 10. vs. 188. Ovidius: tot grandi nepotum. Cicer. de Senectute.* aut loco dendo, aut cedendo, vel ut Aristot. *Et. 1. de rhetorica, c. 18. narrationis, & donum dedamando, ut redamando, vel ut Plautus ait 8. de legibus, Ignore, ubi vult, lib. 2. Matt. 15.* Apud antiquissimos Romanorum usque generi, vetere pecuniæ proximior honor tribui, quam ætati, bona, majoresque, si ædificiorum ætatis ad bene prope, & pecuniæ vicem usque in omni fere omni bonoris, priores potiusque habiti. A convivio seniores à minoribus domum reducebantur. Fabia fuit antelatus est, qui plures liberos habebat, &c. 25 Senes honoris causa vacationem habent. *54. Sat. 6. 1. 2. in fin. l. 11. T. de decur. l. 2. §. 7. T. de vacation. l. 10. C. de decurion.* adeamus eos puniri mitius. *l. 2. in fin. T. de termino mot. l. 6. T. de peculat.* Inviti non cogentur dicere testimonium. *l. 8. T. de testib.* testamenti faciendi facultate non privantur. *l. 3. qui testam. fac. non.* quamquam nostra interest potius à sene quam à juvene manumitti. *l. 15. in fin. T. de fideicommiss. libert.* si de tabulis testamenti deponendis agitur, senior semper præfertur. *l. ult. T. de fide instr.* nisi ad alimentum ætatis familia ad honorem civitatis pertinere dicuntur. *l. ult. T. de legat. 1.* seniores liberis parentes solent claves, & annulum custodiæ causa relinquere. *l. 77. §. 21. T. de leg 2.*

[26] Conductado cujusque loci inspicitur. *l. 11. in fin. T. de decur.* 27 Seu præsile. *l. 1. in fin. T. de vacat.* 28 *Ἀ-φίησι ἀνδρῶν. Hal.* 29 Nota de sedecim liberorum parente. *l. 24. C. de decurion.*

[30] Rizzi patrimoniali: dixi ad Titul. *C. qui numero liberor.* ubi plenius exponitur, quot liberi à quibus numeribus excusentur. 31 §. 4. *T. eod.* 32 Imo in quinquennium. *l. 5. T. de muneribus.*

[33] Adhortanda prumilia. *Hal. Cic. 3. de Nat.* nec domus nec respublica ratione quidam, & disciplina designata videtur, si in ea nec recte factis *præmia* extent ulla, nec supplicia peccatis, *& in* bonis, Salus dicebat reipublicam duabus rebus contineri, præmio, & pœna. 34 *l. 17. §. pen. T. de excusat.* 35 *l. 3. & C. T. de numeris. l. ult. C. de numeris.* 36 Naves maritimæ. *l. 3. T. de vacation.* fuit enim aliæ fluviatiles. *l. 1. §. 6. T. de exercit.* 37 Naviculariorum corpus, & collegium. *§. ult. T. eod. l. 1. T. eod cujusque.* 38 Ταρρούντιος publicum nomen Græcis. Populum Terentium in Romulo, ut & eorum Ταρρῶν vocat *Herodotus.* Munere publico etiam fungantur qui facultates vacant. Hinc illud Lucæ 1. *vers. 23. ἐγένετο ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, & Act. 13.* λειτουργοῦντων τῷ Θεῷ τῷ κυρίῳ. Inde λειτουργοὶ λειτουργίαι. *Vitruv. 4. hist. Ecclesiast.* vespertinæ precationi, ac ne hi quidem soli λειτουργοὶ, sed etiam magistratus λειτουργοὶ ὑπὸ Θεοῦ ἀγαθοῦ *Rom. 13. vers. 6.* & summus Deus λειτουργὸς dicuntur. *Heb. 1. vers. 7.* καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ: quin & dominus ipse λειτουργὸς vocatur. *Heb. 8. vers. 2.* vocabulo Liturgiæ, *Missa* etiam significationem dicitur. *Heb. 8. vers. 2.* vocabulo Liturgiæ, *Missa* etiam significationem dicitur. *Novell 7. c. 11. Novell 120. 133.* 39 *Adde l. 13. §. ult. T. de pœn.* 40 Nota quibus munerationis: eorum collegio adscriptum esse, anni septuaginta publice professio *munerationis.*

[41] *l. 4. §. 1. T. de muneris.* Bartolus inde vult numerum canonicorum augeri pro incremento reditus Ecclesiæ. 42 *Adde l. 1. T. de muner.* 43 *Adde l. 4. in fin. T. de muner.* 44 Vide quæ *Scipio al. 1. tract. ad C. ne tutor, vel curator velligal. confundat.* 45 *l. 13. §. 10. T. de excusat. tutor. l. 8. C. eod.*

46 *l. 23. T. de pœnis.*

47 Nec finit subquam eam rationibus domini paria facere, *l. Columella lib.* non feci paria. *7. Plin. Epist. 19.* Idem *in panegyrico*, pro munere tanto paria accipiendo facilli. *& alibi*, haſ centibus negotiis paria faciliti: adde *l. 40. §. ult. T. de pactis.* sic dicimus parem rationem facere, *l. ultim. §. ult. T. de libl mali except.* par ratio, *l. 22. T. de muner. ſord. & pariare, l. 4. §. 3. T. de muner. patrimonio, l. ult. §. 3. T. de evad. luctu.* pariatur, *l. 81. T. de evad. & damnat.*

48 *l. ult. §. 2. T. ad municip.*

49 Imo non liberantur, *l. 8. C. de excusat. tut.*

50 *l. 1. T. quod cujusque.*

51 *l. 1. 12. C. de excusat. artificum.*

52 Vide *l. 9. C. de sacros. Eccl.*

53 *Al.* adlecti.

54 Imbecillæ. *Hal.* imbecillitas *Pulg.*

55 Plurifariam dixit, ut alibi trifariam, *l. ult. §. 18. T. de muner.* & quadrifariam, *l. 10. §. 4. T. de præsidiar.*

56 Ut naviculariorum. *Hal. l. 9. in fin. T. de decur.* 57 Immunitatem amittit qui decurionatum agnovit, *l. 3. in fin. T. tit. prox. l. 1. l. 2. C. de his, qui sponte munera.* qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item, *l. 1. C. de his, qui sponte munera.* 58 Aurelius Arcadius libro singulari de muneribus civilibus. *Hal.* alias T. Arruntenus: hic forte legendum Præfectus Prætorio sub Antonio, quem T. Arruntenum Vegetius scribit diligentissimum asservatorem juris militaris. 59 Gravior. *Hal.* 60 Hi omnes qui sequuntur, non sunt promiscui vulgi artifices, sed, ut docet hujus legis inscriptio, militiæ & exercitus artifices: quales permulti exercitum sequebantur. 61 Adde huic legi *l. 1. C. de excusat. artific.* 62 Mendoses hic sunt frumentarii, de quibus dixi ad *l. 18. §. 5. T. de vacation.* vel qui in castris dimetiuntur ad pedibus, (pedibus est dimensio pedibus facta) loca in quibus milites tentoria figant. *2. Frontin. 7. Lex in lib. de bellis apparata c. 7. μέτρησις ἢ λόγος* alia *στρατῶν παρεμβολῆς*, &c.

63 Opcio est adjutor. adde Festum *in optio*, & *l. 6. T. de bon. damn.* Hinc auxilia tenderatorum optiones dicuntur in *l. ult. c. de locato.* in re vero militari is est, quem decurio, aut centurio optat sibi ministrum, quo facilius absit manus publica: quin olim accessus dicebatur. Festus. Varro 1. *de lingua*, præfertim dum agritudine tenebatur. *2. Victor. 7.* optiones igitur, sunt adjutores militum gradu antecedentium, sive dignorum, ac priorum, quibus respondent, quos Galli *Gouteurs* appellant, erant etiam optiones in fabricis militaribus. Plautus *in Aphularia act. 1. sc. 1.* ubi optionem fumito Lecnida, fabricare quid vis. Hinc optio fabricæ. Veget. *ib.* quin & decibus & delegatoribus annonæ, qui & legatarii, Galli, *Commissaires des vivres*, adjungebantur optiones, vel opinatores, *l. 7. C. de exact. tribut. Nov.* 130. per quos erogabantur annonæ militares, *l. 9. C. de jure fisci, l. 7. C. de exact. tribut.* hinc optio militum, divisio annonæ *Nov.* 130. *l. 2. §. 2. T. de mun. Galli Clari des vivres.* Interdum etiam optiones vocantur præpositi carceribus, *l. 5. T. de bon. damn.* hinc Ambrosio optiones carcerum, de quibus vide Cujac. *6. obs.* 33. 64 Valetudinarii Medici, (Budæus ita conjunctim legere videtur, sunt, qui valetudine affectos curant *ut servantes*, ad efficiam Præsidia castrorum pertinebat expensis dare Medicis, *2. Veget. 10.* Ferramdus *in Epistolis.* 82. valetudinarios interpretatur ipsos, ut *l. 12. in fin. T. de re militari*, ut & Celsus *lib 3.* unde valetudinarium locus in quo infirmi, Colum. *11. 21.* Tacit. *de orat.* 65 *l. 33. §. 2. T. de excusat. artific. Cod. greg. vigil.* pro vestimentorum custodibus, & librorum pertatoribus in *l. 13. T. de munera. sord.* Suet. *Nerone* 36. Juven. *Satyr. 10.* Certe Vegetius principalium militum nomina percenset *2. c. 7.* meminit libraciorum, qui in libros ceferebant rationes ad milites pertinentes, librariorum etiam meminit hac lex *T. eodem.* 67 Follores, Galli *pionniers, rafraîchisseurs.* adde 6. *Veget. 20.*

68 VI. *Colum. 8. veterinarios* mulomedici *Varroni*, vide *l. 1. C. de excusat. artific.* iidem Salæas equis affligunt: veterina est jumentum, à vehendo, vel quod 20 ventrem omni reiegentum gerat. Festus *in voce veterinum.* 69 Naupegii, *Pulg.* fabricatores navium. 70 Ballistarii. *Pulg. Hal.* Ballista genus tormenti bellici. *2. Veget. 20.* cujus descriptionem vide apud *Ammian. 23. pag. mihi 10. Vitruv. 16.* 71 Hæc vox deest in vulgata. Speculatii videntur esse, qui à Vegetio dicuntur exculcatorii. *2. Veget. 11. in fin.* speculatiorum meminit, *l. 2. C. de excusat. artif.* sed alio sensu.

72 *l. ult. C. de excusat. artific.* Græci appellant excusatos. *Chiliad. 2. Instit. ult.* 73 Bucularii structores, *Pulg.* bractearii structores, *Hal.* utrobique ergo diversi structoribus, bucularii, vel bucinarii. Turneb. 9. *adversar. 16.* legit buccularios, quos interpretatur galearum structores, est enim buccula pars galeæ, ali tamen volunt esse buccæ tegumentum, *mustellers.* In lexico B. Germani Βουκόλα κυρίως ὁρεινὰ ὄρη: alii volunt esse instrumentum in quo fuccula conditur catapultas exercendis parata. Turnebi opinionem confirmo *l. 1. C. Theod. de Fabricensibus.* cum seni per tricenos dies ex ære tam apud Antiochiam quam apud Constantinopolim à singulis Barbaricariis cassides, sed & buccalæ tegerentur: octo vero apud Antiochiam cassidas, totidemque bucculas per dies 30. & tegerent argento, & deaurarent. Juven. *Sat. 10.* Lorica & fracta de calide buccula pendent. De Buccellariis alibi dicam. Porro Alciatus legit hic *Baccalarios.* 74 Structores, ædificatores, *l. 1. C. de excusat. artif. Cic. 2. ad Q. Fratrem 4.* Instructores. Veget. *2. c. 11.* Ars structoria, σκευοποιικὴ, vasorum, structorum ministri sunt ἀσκηταὶ, ἀσκητρίαι, ἀσκηταὶ, vectiarii, lapicidæ, scalptores. 75 *l. 1. C. de excusat. artif. 2. Veget. 11.* 76 Scandularii, qui è scandulis hyberna contegebant. Scindulæ (Scindulas appellat à scindendo Isidorus *7. c. 3. & 15. c. 15.*) tabulæ sunt lignea à scandendo dictæ, quæ vicem regularum præstant, aquilinæ autem sunt è quercu, vel glandiferis *16. Plin. 10.* de scandulariis intellexit Vegetius *2. c. 11.* habent, inquit, fabros lignarios, instructores, carpentarios, ferrarios, pictores (lege *structores et l. ult. C. de excusat. artific.*) reliquosque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda. 77 Gladiatores non sunt μονομάχοι, qui à lanistis instituebantur, sed παραμονάριοι, id est, gladiatorum artifices, *Hal. hic.* Lipsius *1. Saturn. 7. in fin.* hic fatetur gladiatoris votabulum proprie usurpari, sed parum utitur: Demosthenes Machæropii filius fuit. *Suid. in Demosthen.* Glosse μαχαιροποιὸς cultellarius. 78 Aquilegus, *linge à Perris. Bud.* inde pars aquilegii, *31. Plin. 3.* Aquilices ab aquis elicicndis, ut aquilicium, quod magna facilitate fieri solet. Tertullianus gentes invidens in *Apologetico c. 20.* Aquilicia Jovi immolantia, nodipedalia populo denuntiata, *& adversus Marcionem* nec statim aquilicem & agricolam se Deus reprimsit. sic imbricem ab imbribus ciendis. Imbricitor, Ennius 17. *Annal.* spiritus Austri imbricitor, & Elices, id est, solci aquarii, *2. Colum. 8.* vide *l. 1. §. 9. T. de aqua & aquæ pluviæ.* & Jupiter Elicius Ovid. *1. Fast.* aquilices fere iidem ac librarores, *l. ult. C. de excusat. artif.*

79 Tubalarii, Turneb. 9. *adversi. 16.* qui tibulos & murices faciunt, quibus equorum conflagantur pedes: idem tamen vocem *tubarii* probat *ibid.* Tubarii sunt tubarum opifices, à tibicine diversi: Tubalarii meminit Ammianus *lib. 28. circa pr.* quæ vox non à tubulis, quid enim tubulorum opifici cum præside: sed à tuba deducitur, uti malis ibidem legere tabulario præsidialis officii. 80 Cornuarii, qui cornua militaria conficiunt. Cornu militare ex uris agrestibus fit, tuba directa est: buccina in semetipsum in circulo ære flectitur. *2. Veget. 5.* inde ea curvum dicitur, *Veget. 2. c. 7.* Cornuarius autem eos idem est, quod cornicen, qui olim tantor. qui committendum prælium monet, sic enim legendum puto apud *Veget. 2. c. 7. in fin.* nec enim tubæ prælium committere solent, sed committendum monere. 81 Arcuum opifices arcarii *Pulg.*

82 *l. ult C. de excusat. artif.* 83 Coquunt, *Hal.* 84 Incidunt, *Pulg. Hal.* 85 Arborem, *Pulg.*

86 Venatoribus immunitas data est, *ut bini* venatoribus, inquam, militibus: hic enim agitur de re militari, & militibus, venatores milites non sunt munifici. Cæteri venatores qui provinciam feria purgant, nec idem à civilibus muneribus excusantur, *l. venatorib. 6. C. de excusat. muner.*

87 Ii victimas in exercitu cædebant. *Bud.* vel potius vendebant. *2. Valer. 1.* 88 Id est, adjutores præfecti fabrorum, de quo vide *Veget. 11.* fabrica est locus in quo arma conficiunt, *12. c. 10.* Nov. 81. Galli *Arsenals*, hinc Fabricenses, qui in fabrica operantur, vide *tit. C. de Fabricensibus.* 89 Medici *T. eodem. 2. Veget. 10.* 90 Eos intelligit qui in libros referunt rationes ad milites pertinentes, *2. Veget. 7.* 91 Librarii sunt, exscriptores, *l. 52. in fin. T. de reg. jur.* vel quasi tabularii. 92 Moris enim erat, ut ex donativo, quod militibus conquebantur, dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidem ipsis militibus servaretur, ne per luxum, aut insanium rerum comparationem à contubernalibus posset absumi. *1. Vegetius 20. in principio.*

93 Caduca dicuntur, quæ ex aliqua causa in fiscum cadunt. vide *tit. de caducis*. de militibus qui sine diculi decebantur, dixi ad Varronem 4. *de lingua lat. & ad Festum in Decretum anc. & in Reginaldum an.* 94 Cornicularius est, qui cornicula tribuni militum præcessit, erat enim cornicinum in ordinibus tribuni militum, et ut ascæ cornu. Cominius tribunus militari Lucherio diem apud populum dixit, quod cornicularium suum stupri causa appellasset. *G. Valer. 8.* Primo apparitorum fecit magistratibus, deinde in Macedonia cornicalo, mox equo meruit, *Transquillus de claris Grammaticis. vide Turneb. 3. adversar. 10.* de Cornicularia secretarii dicam ad *l. 2. C. de fruct. sacr. fertis.* 95 Vide *tit. C. de Scriptor.* 96 Polliones, *Hesychio Πόρτα.* pelliones, *Ital.* pellitores. *Turneb. 6. cap. 16.* policones, qui arma, gladios, galeas poliunt: pelliones, qui pelles, sub quibus milites hyeme degunt, conficiunt. *Cæsar. 4. de bel.* non multum abit imperatori sub ipsis pellibus reliquitur. adde quæ not. de pollicibus ad *l. 72. §. 5. T. de solut.* Glossis Pellio *Ἀμφιεσμὸς, Ἀμφιεσμὸς; Ἀμφιεσμὸς*, pellarius Julius Firmicus *lib. 3.* Mars, & Mercurius in eo ab Horatio loco poliones faciunt. *adde l. 2. C. de exhaust. servit. l. 7. T. de sepulchris.* 97 Buccinator. *Ital.*

TIT. VII.
DE LEGATIONIBUS [1].

De legatione deserta.

1. ULPIANUS lib. VIII ad Massurium Sabinum.

LEgatus municipalis, si deseruerit [2] legationem pœna adficiatur extraordinaria, motus ordine, ut pleramque solet.

De postulatione contra remp. cujus est legatus. 1. De quæstione, an sit legatio deserta. 2. An cessatio unius legati noceat alii. 3. De legatis.

II. IDEM lib. II Opinionum.

LEgatus contra Rempublicam cujus legatus est, per alium [3] à Principe quid postulare potest. §. 1. Utrum quis deseruerit [4] legationem, an ex necessaria causa moram passus sit, ordini patriæ iuæ probare debet. §. 2. Cessatio unius legati ei qui inunus, ut oportet, obiit, non nocet. §. 3. His qui gratuitam legationem susceperunt, legativum [5] ex forma restituatur.

An in legatione adhuc detur.

III. AFRICANUS lib. III [6] Quæstionum.

CUm quæritur, an in eum qui in legatione sit, actio dari debeat: non tam interest, ubi quis aut crediderit, aut dari stipulatus sit, quam illud, an id actum sit, ut legationis [7] tempore solveretur.

De debitore reipublicæ. 1. De his qui postulare non possunt. 2. De debitore fisci. 3. De accusatore. 4. De vicario. 5. De ordine. 6. De numero legatorum.

IV. MARCIANUS lib. XII Institutionum.

SCiendum est, debitorem Reipublicæ legatione fungi non posse: & ita Divus Pius *Claudio Saturnino* & *Faustino* rescripsit.

§. 1. Sed & eos [8], quibus jus postulandi non est, legatione fungi non posse, & ideo [9] arena [10] missum, non jure legatum esse [missum] Divi *Severus* & *Antoninus* rescripserunt. §. 2. Debitores autem fisci non prohibentur legatione fungi. §. 3. Si accusatio alicujus publice instituta sit: non est compellendus accusator ad cum legationem suscipere, qui se amicum vel domesticum dicit ejus, qui accusatur, & ita Divi fratres *Æmilio Rufo* rescripserunt. §. 4. Legati vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. §. 5. Ordine [11] unusquisque munere legationis fungi cogitur: & non alias compellendus est manere legationis fungi, quam si ptiores qui in curiam lecti sunt, functi sunt.

† Sed si legatio de primoribus [12] viris desideret personas, & qui ordine vocantur, inferiores sint, non [13] esse observandum ordinem D. Hadrianus ad *Clazomenios* rescripsit. §. 6. Præcipitur autem edicto Divi Vespasiani omnibus civitatibus, ne plures, quam ternos [14] legatos mittant.

Quod tempus legato prosit. 1. Si non constet legatus sit, necne.

V. SCÆVOLA lib. I Regularum.

LEgato tempus prodest, ex quo legatus creatus est, non ex quo Romam venit. §. 1. Sed si [15] non constat legatus sit, an non? Romæ Prætor de hoc cognoscit.

An pater per filium legationem patris filius vacet.

VI. ULPIANUS lib. V de Officio Proconsulis.

FIlio propter [16] patrem legationis vacatio ne concedatur, Imperator noster cum patre *Claudio Callisto* rescripsit in hæc verba: *Quod desideras, ut propter legationem patris tui à legatione tu vacus, in intervallo [17] honorum, qui sumptuus habent, recte observatur: in impendiis legationum, quæ sola [18] ministerio absentur, diversa causa est.*

De patre per filium legatione functo.

VII. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

FIlius decurio pro [19] patre legationis officium suscepit: ea res filium, quo minus ordine suo legatus proficiscatur, non excusat: patet tamen biennii vacationem vindicare poterit: quia per filium legatione functus videtur.

De his qui legationes functi sunt. 2. Quibus negotiis legati interponere se non debent.

VIII. PAULUS lib. I Regularum.

PAulus respondit, eum qui legatione functus est, intra tempora vacationis præfinita non [20] oportere compelli rursum ad defendendum publicum negotium, etiam si de eadem causa litigetur. §. 1. Imperatores Antoninus & Severus Augusti *Germano Silvano* legatione functis biennii vacatio conceditur. Nec interest, utrum legatio in Urbe, an in Provincia agentibus nobis mandata sit. §. 2. Paulus respondit, eum [21] qui legatione fungitur, neque alienis [22], neque propriis negotiis se interponere debere: in qua causa non videri eum quoque contineri, qui cum amico suo Prætore gratis consilium participat.

An legatus agere possit.

IX. IDEM lib. III Responsorum.

PAulus respondit, de eo [23] damno, quod legationis tempore legatus passus est, posse eum etiam legationis tempore experiri.

1. De eo qui in legatione mortuus est.

X. IDEM lib. I Sententiarum.

LEgatus, antequam officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his quæ ad injuriam ejus, vel damnum parata sunt. §. 1. Si quis in munere legationis, antequam ad patriam revertatur, decessit [24], sumptus qui proficiscenti sunt dati non restituuntur [25].

De legatione absenti injuncta.

XI. IDEM lib. singul. de jure Libellorum.

SI absenti [26] injuncta est legatio, eamque gratuitam suscepit: potest quis & per alium legationem mittere. §. 1. Qui legationis officio fungitur, licet suum negotium curare non potest: Magnus tamen *Antoninus* permisit ei pupillæ nomine & instruere [27] & defendere causam, licet legationi, quam suscepit, nondum renuntiaverit: præcipue cum Principem officii ipsius absentem esse dicebat.

De emptione.

XII. SCÆVOLA lib. I Digestorum.

LEgatus creatus à patria sua, suscepta legatione, in Urbem Romam venit, & nondum perfecta legatione, domum, quæ erat in ipsius civitate Nicopoli emit. *Quæritur* est, an in Senatusconsultum inciderit, quo [28] prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel privatis rebus obstringi? *Respondit*, non videri teneri.

De vicario.

XIII. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

VIcarius [29] alicui muneris voluntate [30] sua datus, ordine suo legationem suscipere non admissa biennii præscriptione cogetur.

De libera legatione.

XIV. ULPIANUS lib. LXXIV ad Edictum Prætoris.

QUi libera [31] legatione abest, non videtur Reip. causa abesse: hic enim non publici commodi causa, sed [32] sui abest.

De libelli oblatione.

XV. MODESTINUS lib. VII Regularum.

IS, qui legatione fungitur, libellum sine permissu Principis de aliis [33] suis negotiis dare non potest.

De pluribus legationibus. 1. Si cui ante, vel post legationem susceptam nova mandata.

XVI. IDEM lib. VIII Regularum.

EUndem plures legationes suscipere prohibitum non est: præterea [34] si & sumptus & itineris compendium suadeat [35].

§. 1. Ante legationem susceptam si cui negotium moveatur, etiam absens defendi debet: suscepta legatione, non [36] nisi injuncto munere fungatur.

De legato pulsato. Legatos & liberos esse & sanctos haberi. De dolo hostilibus.

XVII. POMPONIUS lib. XXXVII ad Quintum Mucium.

SI [37] quis legatum [38] hostium pulsasset, contra [39] jus gentium id commissum esse existimatur: quia [40] *sancti* [41] *habentur legati*: & ideo, si cum legati apud nos essent gentis alicujus bellum cum eis indictum sit? responsum est, liberos eos manere [42]: id enim juri gentium conveniens esse: itaque cum qui legatum *pulsasset*, Quintus Mucius [43] dedi hostibus, quorum erant legati, solitus est respondere: quem hostes si non recepissent, *quæsitum* est, an civis Romanus maneret? quibusdam existimantibus manere, aliis contra: quia quem semel Populus jussisset dedi, ex civitate expulsisse [44] videretur. sicut faceret, cum aqua [45], & igni interdiceret: in qua sententia videtur Publius *Mucius* fuisse: id autem maxime quæsitum est in Hostilio Mancino [46], quem Numantini sibi deditum non acceperunt, de quo tamen lex postea lata est, ut esset civis Romanus: & Prætuam quoque gessisse dicitur.

---

1 *l. 30. C. 83.*

2 *l. 2. §. 1. T. eod. l. 8. §. fin. C. eod.*

3 Non per se. *l. 18. §. 2. T. eod.*

4 *l. 1. T. eod.*

5 *l. 18. §. 12. T. de muner.*

6 Vide *Cujac. 3. ad Afr. fol. 30.*

7 *l. 21. T. de sol.*

8 *l. 1. §. 6. T. de postulando.*

9 Argumentum ab advocato ad legatum.

10 Id est, arenarium.

11 *l. 3. §. 15. T. de muner.*

12 Primores viri, principes civitatis.

13 Necessitas excusat à servando ordine. *l. 11. §. 2. l. 14. in fin. T. de muner.*

14 Tres ad summum legati mitti poterant à civitatibus, nec plures. Totidem hinc à Romanis ad Attalum, & Nicomedem missi fuere, quorum tamen unus lapide caput fasciius fundas præferebat cicatrices, alter podagra laborabat, tertius stultior haberi consueverat. Cato contemplatus legatos, senatus inquit: legatos, mittit, qui ratione, pedibus, & capite carent.

15 *l. 2. §. 6. T. de jud.*

16 *l. 1. l. 3. C. de mun. & honorib.*

17 Vacationibus temporum. *l. 18. T. ad municip. l. 3. C. de muner. & honorib.*

18 Sine impensa.

19 *l. 13. T. eod.*

20 Est enim vicissitudo in deferendis legationibus servanda. *l. 12. T. de vacation. l. 2. C. de muner. & honor.*

21 An legatus provincialis Romam missus ibi quamdiu legatione fungitur suas actiones movere, & instituere possit, vide apud Cujac. 2. *obs. 22.*

22 Adde *l. 15. T. eod.*

23 *l. 10. T. eod.*

24 Adde *l. 4. T. de off. adsess. l. 19. in fin. T. loc.*

25 Sed ad legati heredes transmittuntur.

26 Vide *l. 36. T. ad municip.*

27 Instituere. *Ital.*

28 Senatusconsultum de legatis obeuntibus. *l. 8. in fin. l. 20. T. eod.*

29 *l. 7. C. eod.*

30 Id fit sine invitatione dantis est.

31 Qui liber à legatione. *Plaut.* & male. Porro libera legatio. *Festus.* in *Tib. l. 127. §. 1.* (& jus legationis liberum.) *Cæsar. 1. Philipp. & 15. Epist. ad Attic. & 11.* (seu vera legatio, *Cicer. 2. ad Attic. 18.* & *2. Epist. 14.* & *11. Epist. 20.* & *15. ad Attic. 3.* & *11. familiar. 3.* hic dicitur, qua à senatu, vel corporatione desolutus clarissimis viris titulo tenus ad res propulas, & privatam gerendas, veluti ad alienas hæreditates &c. debatur. *Cicer. 3. de Orat.* alias sententi ab orbe absente vocatur. *Liv. 2.*, vide *Manutium 1. Epist. ad Att. 2. Brut. &c.* libera dicitur, quod nullo fit senatu tempore, sic libera cretio dicitur. *Cujac. 9. obs. 19.* interdum vitium legatis libera mandata do summa rerum secunda existimabat. *Liv. 1. de Illud. Macedonic.*

32 Pars admodum benedictis causis. *Cicero 1. & 2. in Pisonis.* exigenti causis, *Cicero pro Flacco.*

33 *l. 3. T. eod.*

34 Id est, persæpe.

35 Subaud. *Ital.*

36 *l. 2. de in jus voc. l. 2. T. eod. qui appellaverit.*

37 Vide Baldoinum in Scævola: ubi hanc legem explicat, *fol. 109. & sequent.* Goth. Adde Vigl. *de testam. ordinand. §. testamentum. num. 11. Aust.* 38 *l. 7. T. ad l. Jul. de vi publica.* 39 Illud Græci τὸ κοινὸν; alii τὸ ἔθνος. 40 Probus in Pelopida, legationum jure tutem se arbitrabatur, quod apud gentes sanctum esse confuesset. Varro 3. *de ling.* sancta sunt, inquit, corpora legatorum. Hisque de rebus judicabat fecialis, vide *Cujac. 11. obs. 5.* Cicero *pro lege Manilia* refert, illos Corinthum à Romanis eversum, quod legati Romanorum à Corinthiis durius appellati fuissent. Idem eo nomine Romanos orationc sua hortatur, ut Pompejum eligant adversus Mithridatem, à quo legati Romani fuissent occisi. Idem etiam *1. in Verrem*: nonne legati inter hostes inviolatos esse debent? vide *ibid. Asconium.* 41 *Forte legendum*, sacrosancti: quia jurejurando interpositio, id erat institutum, ut qui violasset, puniretur. Cicero *de aruspicum responsis & Verrina 3. de pro lege Manilia, Livii epitome 15. Livium 5. 6. 20. 21. 23. 30. 38.* Ita Tribuni plebis & Milites sacrosancti, ut ex Marci Catonis oratione inscripta, ædiles plebis sacrosanctos esse docet Festus in sacrosanctum.

42 Vice versa legato arma capere non licet in eos apud quos legatione fungitur, ut tres Fabii legati ad Gallos missi: qua in re Livius, & Plinius scribunt jus gentium violatum, dictumque ea diem à Quinto Fabio tribuno plebis. vide *Cujac. ibid.* Quid si nefanda consilia iniunt adversus eos apud quos legati missi sunt? interdum jus gentium valuit. *Livius 2.* interdum non valuit, Thucydid. 2. ubi de legatis Lacedæmoniorum ad regem Persarum missis & ab Atheniensibus interceptis tractat, sic apud Livium 3. *decad. 3.* legatos Carthaginensium ad regem Macedoniæ euntes Romani interceperunt. 43 *l. 4. T. de captivis.* 44 Expulisse. 45 De aqua & igni interdictione dixi ad *l. 1. §. 2. T. de leg. 3.* 46 Vide *Cic. & in epistola in loco à notatione, & 3. de oratore, & in orationes pro Cæcinna.* Itaque hujusmodi postliminium non justum pronuntiatum est. *7. Gel. 18.*

TIT. VIII.
DE ADMINISTRATIONE RERUM AD CIVITATES [1] PERTINENTIUM.

De relictis ad certam speciem.

I. ULPIANUS lib. X Disputationum.

QUod ad certam speciem Civitatis relinquitur, in alios usus convertere non [2] licet.

De locatione & conductione. 2. De frumentaria ratione vel pecuniaria. 7. Si idoneus nominatus postea facultatibus lapsus sit. 8. De pactis. 9. De periculo collegæ. De eo, qui pro collega dependit. 11. De conductore & fidejussore conductoris, & hærede fidejussoris.

II. IDEM lib. III Opinionum.

NOn utique de exemplo [3] posteriorum locationis præteritarum conductionum, quæ suam legem habuerunt, rationem iniri oportet. §. 1. Quod quis suo [4] nomine exercere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet: & ideo si decurio subjectis aliorum nominibus, prædia publica [5] locat [6], quæ decurionibus conducere [7] non licet, secundum legem usurpata revocentur. §. 2. Quod de frumentaria [8] ratione in alium usum convertisse est, sua causa cum incremento debito restituatur: idque etsi contra absentem pronunciatum est, inanis est querelatio tamen administrationis secundum fidem acceptorum [9], & datorum ponatur. §. 3. Frumentariæ pecuniæ suo nomine debitor quamprimum solvat: necessario enim omnibus rebus publicis frumentaria pecunia moram [10] solutionis accipere non debet: sed debitores, quos ex eadem causa habet, ad solutionem per Præsidem Provinciæ compellantur. §. 4. Ad frumenti comparationem pecunia data restituat civitati, non compensari in erogata debet. Sin autem frumentaria [11] pecunia in alios usus, quam quibus destinata est, conversa fuerit, veluti in opus balneorum publicorum: licet ex bona fide datum probatur, compensari quidem frumentariæ pecuniæ non oportet: solvi autem à Curatore Reipub. jubetur. §. 5. Si indemnitas debiti frumentariæ pecuniæ cum suis usuris sit, immodicæ, & illicitæ computationis modus non adhibetur, id est, ne commodorum commoda & usuræ [12] usurarum incrementum faciant. §. 6. Grani æstimationem per [13] injuriam post emptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur, Curator Reip. domino restitui jubet. §. 7. Si eo tempore quo nominatus est idoneus, postea lapsus facultatibus, dam-

---

1 Hujus materiæ ratio ex *regionibus descripta, &c. 54. Ital.*

2 *l. 4. T. eod.* Imo licet, vide *l. 16. T. de usufruct. leg.*

3 Argumentum à præsenti locatione ad præteritam non datur.

4 Per subjectam vel suppositam personam nemo id exercere aut agere potest, quod sub nomine ipse agere prohibetur. vide *l. 1. C. quibus ad conductionem prædiorum civilium accedere non licet.*

5 Dixi ad *l. 30. T. de locato.*

6 Al. colat.

7 Decuria publicorum vectigalium aut prædiorum conductor esse non potest, ut hic, *l. 5. §. 2. T. de decur.* vide quæ scripsi ad *§. 4. T. ad l. Aq. de furt. vel. Cond.*

8 Rationem accepti & dati vocant *Italiani. l. 6. §. 3. T. de edendo.*

9 Rationes accepti & dati computant. *l. 6. §. 3. T. de edendo.*

10 Necessitatem non admittit. *l. V. §. 2. T. eod.*

11 Usura ulterior rum legitime non postulantur. vide *l. 28. C. de usuris.*

12 Emptor rem emptam interdum cogitur restituere venditori, recepto tamen pretio: sed magis pretium ei restituendum est, si per injuriam emptor conductus fuerit rem emptam restituere.

13 Æstimationem per *Ital.*

damnum debitis Reipubl. dederit quia formitos [14] casus nullum humanum consilium providere potest, Creator [15] hoc nomine nihil præstare debet. §. 8. Jus Reipublicæ pacto [16] mutati non potest, quominus magistratus collegæ quoque nomine conveniantur in his speciebus, in quibus id fieri jure permissum est.

§. 9. Actio autem, quæ propterea [17] in collegam decerni solet, ei, qui pro altero dependit, ex æquirate competet.

§. 10. Quod depensum pro collega in magistratu probabitur, solvi, & ab heredibus ejus Præses Provinciæ jubet. §. 11. [Idem ex eodem libro] conductore perficiendi operis punito, fidejussor, qui pro eo intervenerat, idem opus extraendum alii locaverat, nec à secundo redemptore opere perfecto ullurarum præstationem heres fidejussoris recusare non debet: cum & prior causa in bonæ fidei contractu in universum fidejussorem obligaverit: & posterior locatio, quia suum periculum agnovit, solidæ præstationi Reipublicæ cum substituerit. §. 12. Qui fidejusserint [18] pro conductore vectigalis *in* [19] *universum conductionem*, in [20] usuras quoque [in] jure conveniuntur, nisi proprie quid in persona eorum verbis obligationis expressum est. §. 13. Sed si in locatione fundorum pro sterilitate temporis boni viri arbitratu in solvenda pensione cujusque anni pacto comprehensum est: exploratæ legis conductionis, fides bona sequenda est.

De periculo collegæ. 1. De vocatione. 2. De novatione. De pecuniæ constitutæ. 3. An filius pro patre cavere cogatur. 4. De pignore dato à fidejussore.

III. Papinianus lib. I Responsorum.

Curatores [21] communis officii, divisa pecunia, quam omnibus in solidum publice dari placuit, periculo vice mutua non liberantur.

Ulpianus.

Prior [22] tamen exemplo tutorum [23] conveniendus est is, qui gessit. §. 1. [Ex eodem libro] Prædium publicum in quinque annos idonea cautione non exacta Curator [24] Reipublicæ locavit: cæteris [25] annis colonus si reliqua traxerit, & de fructibus prædii mercedes [26] [que] [27] servari non potuerint [28], successor, qui locavit tenebitur, idem in vectigalibus non ita pridem constituturn est: [scilicet] ut sui temporis singuli periculum præstarent. §. 2. In eum qui administrationis tempore creditoribus Reipublicæ novatione facta pecuniam cavit, post depositum officium [29] actionem denegari non [30] oportet. Diversa causa est ejus, qui solvi constituit: similis etenim videtur ei, qui publice vendidit, aut locavit. §. 3. Filium pro patre curatore Reipublicæ creato cavere [31] cogi non oportet, nec mutat, quod in eum pater emancipatum, prius quam curator constitueretur, partem bonorum suorum donationis causa contulit. §. 4. Pro magistratu fidejussor interrogatus pignora quoque specialiter dedit, in eum casum pignora videntur data, quo recte convenitur videlicet postquam res ab eo servari non potuerit, pro quo intercessit.

De pecunia in certos usus legata.

IV. Valens lib. II Fideicommissorum.

Legatam municipio pecuniam in aliam rem, quam defunctus voluit, convertere citra Principis auctoritatem non licet [32], & ideo si unum opus fieri jusserit, quod Falcidiæ legis interventu fieri non potest, permittitur summam, quæ eo nomine debetur, in id quod maxime necessarium Reipublicæ videatur, convertere sive plures summæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interventu id quod relinquitur omnium operum extructioni non sufficit, permittitur, in unum opus, quod civitas velit, erogari. Sed municipio pecuniam legatam, *ut ex reditu ejus venatus* [33], *aut spectacula edantur*, Senatus in eas causas erogari vetuit [34], & pecuniam eo legatam, in id quod maxime necessarium municipibus videatur, conferre [35] permittitur, ut in eo munificentia ejus, qui legavit, inscriptione [36] noteur.

De venditione frumenti. 1. De pecunia legata.

V. Paulus lib. I Sententiarum.

Decuriones pretio viliori [37] frumentum, quod annona temporalis est, patriæ suæ præstare non sunt cogendi. §. 1. Nisi ad opus novum [38] pecunia specialiter legata sit, vetera ex hac re ficienda sunt.

De dolo, culpa, & diligentia.

VI. Ulpianus lib. I ad Edictum Prætoris.

Magistratus Reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam [39], & hoc amplius etiam diligentiam debent.

An pater filii nomine teneatur.

VII. Paulus lib. I ad Edictum Prætoris.

Si filiusfamilias, volente patre magistratum gesserit, Julianus existimavit, in solidum [40] patrem teneri in id, quod ejus nomine Reipublicæ abesset.

De errore calculi. 1. De rationibus expunctis.

VIII. Modestinus lib. VIII Regularum.

Calculi erroris rectractatio etiam post decennii, aut vicennii tempora admittetur. §. 1. Sed si gratiose [41] expunctæ dicentur, non retractabuntur.

De pecunia, quæ apud curatores remansit, vel à redemptoribus operum exigi non potest. 1. De heredibus curatorum. 2. De agro reip. bona fide possesso. 3. De operum exactione non committenda sine cautione. 4. De negligentia & fraude curatorum. 5. De pecunia ad annonam destinata. 6. Si non sequatur sententia officio suo facilis sint. 7. Curatorem calendario non cavere. 8. De periculo collegæ. 9. De periculo nominum. 10. De usuris ab eo, qui publicam pecuniam detinuit, præstandis.

IX. Papirius Justus lib. II de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt *pecuniæ, quæ apud curatores remansit, usuras* [42] *exigendas: ejus veto, quæ à redemptoribus operum exigi non potest, sortis dumtaxat periculum ad curatores pertinere.* §. 1. Item rescripserunt, *operum publicorum etiam* [43] *ad heredes curatorum pertinere.* §. 2. Item rescripserunt, *agros Reipublicæ retinere* [44] *Curatorem Civitatis* [45] *debere, licet à bona fide emptoribus possidentur, cum possint ad auctores suos recurrere.* §. 3. Item eodem libro Imperatores *Antoninus & Verus* rescripserunt, *operum exactionem sine cautione non oportere committi.* §. 4. Item rescripserunt, *Curatores, si negligentur* [46] *in distrahendis bonis se gesserint, in simplum teneri: si per fraudem, in duplum: nec ad heredes eorum pœnam descendere.*

§. 5. Item rescripserunt, pecuniam ad annonam destinatam [47] distractis rebus curatorem exigere debere. §. 6. Item rescripserunt, si tonas [48] indemnes esse oportere qui non segniter officio suo functi sunt, secundum literas Hadriani. §. 7. Item rescripserunt, à curatore calendarii [49] cautionem exigi non debere, cum à [50] Præside ex inquisitione eligatur. §. 8. Item rescripserunt, curatorem etiam nomine collegæ [51] teneri, si intervenire & prohibere eum potuit. §. 9. Item rescripserunt, nominum, quæ deteriora facta sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere: quia vero antequam curator fieret, idonea non erant, æquum videri, periculum ad eum non pertinere. §. 10. [Idem libro eodem] Imperatores *Antoninus & Verus* rescripserunt, eum qui pecuniam publicam magistratus sui tempore, & post non pauco tempore detinuerat, usuras [52] etiam præstare debere, nisi si quid allegare possit, qua ex causa tardius intulisset.

Tit. IX.

De decretis ab ordine faciendis.

De Medicis.

I. Ulpianus lib. III Opinionum.

Medicorum intra [1] numerum [2] præfinitum constituendorum arbitrium non Præsidi Provinciæ commissum est, sed Ordini [3], & possessoribus cujusque civitatis: ut centi de probitate morum [4], & peritia artis eligant ipsi, quibus se [5] liberosque suos in ægritudine corporum committant [6].

De legitimo numero cogendo.

II. Marcianus lib. I Publicorum.

Illa decreta, quæ non [7] legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent.

III. Ulpianus lib. III de Appellationibus.

Lege autem municipali cavetur, ut Ordo non aliter habeatur, quam duabus [9] partibus adhibitis.

De decretis ambitiosis. 1. De largitione. 2. De salario.

IV. Idem libro singulari de Officio Curatoris Reipublicæ.

Ambitiosa [10] decreta decurionum rescindi debent, sive aliquem debitorem dimiserunt, sive largiti sunt. §. 1. Proinde [11] (ut solent) sive decreverint de publico alicujus vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præstari, nihil valebit hujusmodi decretum. §. 2. Sed etsi salarium [12] alicui [13] decuriones decreverint, decretum id nonnunquam [14] ullius etit momenti: ut puta si ob liberalem [15] artem fuerit constitutum, vel ob medicinam: ob has enim causas licet constitui salaria.

De decretis rescindendis, vel non.

V. Callistratus lib. II de Cognitionibus.

Quod semel ordo decrevit, non [16] oportere [id] rescindi, D. Hadrianus *Nicomedensibus* rescripsit, nisi ex causa, id est, si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti.

De eo, qui extra Synedrium judicavit.

VI. Scævola [lib. I Digestorum].

Municipii ita lege cautum erit: Ἐὰν τις ἐξω τῆς συνεδρίου δικάσῃ, τῶν συνεδρευόντων ὑπὸ τοῦ ἀναγνωσθέντος ἐγγράμματος μέλλοντος. *Si quis extra Synedrium* [17] *judicaverit, ordine seu Synedrii movebitur, & sunt ad hæc drachmæ mille.* Quæritum est, an pœnam sustinere debeat, qui ignorans [18] adversus decretum fecit? Respondit, & hujusmodi pœnas adversus scientes paratas esse.

Tit. X.

De operibus publicis.

De successoribus curatorum. 1. Et de excusatione præpositæ.

I. Ulpianus lib. II Opinionum.

Curator Operum creatus, præscriptione motus ab excusatione perferenda, licet cessationis nomine, in qua quoad vivit moratus est, heredes suos obligatos reliquit: ita temporis, quod post [1] mortem ejus cessit, nullo onere eos obstrinxit.

§. 1. Curam operis aquæductus in alio jam munere constitutus postea susceperat: præpositere visus est petere exonerari priore [munere] utrisque jam implicitus: quando, si alterum tantum sustinere eum oportuisset, ante [2] probabilius impetrasset propter prius munus à sequenti excusationem.

De inscriptione nominis. 1. De curatoribus operum & redemptoribus. 2. De inscriptione nominis.

II. Idem lib. III Opinionum.

Qui liberalitate, non necessitate debiti reditus suos interim ad opera finienda concessit, munificentiæ suæ fructum de inscriptione [4] nominis suis operibus, si qua fecerit, capere per invidiam non prohibebitur. §. 1. Curatores operum cum redemptoribus negotium habent. Respublica autem cum his, quos efficiendo operi præstituit: quatenus ergo & quis, & cui obstrictus est, æstimatio Præsidis Provinciæ est. §. 2. Ne ejus nomine [5], cujus liberalitate opus extructum est, erasо, aliorum nomina inscribantur, & propterea revocentur similes civium in patrias liberalitates, Præses Provinciæ auctoritatem suam interponat.

An liceat novum opus facere. 2. De inscriptione nominis.

III. Macer lib. II de Officio Præsidis.

Opus novum privato [6] etiam sine Principis auctoritate facere licet [7], præterquam si ad æmulationem alterius Civitatis pertineat, vel materiam seditionis [8] præbeat, vel circum [9], theatrum, vel amphitheatrum sit. §. 1. Publico vero sumptu opus novum

novum sine Principis auctoritate fieri non licere, constitutionibus declaratur. §. 2. Inscribi autem nomen operi publico alterius, quam Principis, aut ejus [10] cujus pecunia id opus factum sit, non licet.

10 *l.2. ff. eod. 10. C. eod. l.4. ff. de adm. rer.*

IV. MODESTINUS lib. XI Pandectarum.

NEc Præsidis quidem nomen licebit superscribere.

De legato fideicommisso ad opus relicto, si quid publici à privato detineatur.

V. ULPIANUS libro singulari de Officio Curatoris reipublicæ.

SI legatum [11], vel fideicommissum fuerit ad opus relictum, usuræ quæ & quando incipiant deberi rescripto *Divi Pii* ita continetur: *Si quidem dies non sit ab hæc, qui statuae [12], vel imagines ponendas legaverunt, præfinitus, à Præside Provinciæ tempus [13] statuendum est: & nisi petuerint heredes, usuras leviores intra sex menses, si minus, semisses usuras Reipublicæ pendant [14]. Si vero dies datus est, pecuniam deponant intra diem: si aut non invenire se statuas dixerint, aut loco controversiam fecerint, semisses pratinus pendant.* §. 1. Fines publicos [15] à privatis detineri non oportet. Curabit igitur Præses Provinciæ, si qui publici sunt, à privatis separare: & publicos potius reditus augere, si qua loca publica, vel ædificia in usus privatorum invenerit: æstimare, utrumne vindicanda in publicum sint, an vectigal ejus satius sit imponi? & id, quod utilius [esse] Reipublicæ intellexerit, sequi.

11 Pecunia privati opus publicum ædificari potest. *l. 5. C. eod.*

12 Vide quæ scripsi ad *l.7. ff. de annuis leg.*

13 *l.17. in fin. ff. de usur.*

14 *l.1 ff. de publicis.* Imo peodere non debent: cum ii, qui liberaliter quid Reipubl. promittunt, ad usuras non teneantur, *l.6. ff. de usur.*

15 Adde *l.9. §.2. ff. de adm. rer. 54. Ecl. 10. ex tit. 12. cap. 4.*

De Principe consulendo.

VI. MODESTINUS lib. XI Pandectarum.

DE operibus, quæ in muris [16], vel portis vel rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, Divus *Marcus* rescripsit Præsidem aditum consulere Principem debere.

16 *l.3. ff. eod. 54. Ecleg. 10. ex tit. 12. cap. 5.*

De pecunia in opera nova legata. 1. De inscriptione nominis.

VII. CALLISTRATUS lib. II de Cognitionibus.

PEcuniam, quæ in opera nova legata est, potius [17] in tutelam eorum operum, quæ sunt, convertendam, quam ad inchoandum opus erogandam, Divus *Pius* rescripsit, scilicet si [18] satis operum Civitas habeat, & non facile ad reficienda ea pecunia inveniatur. §. 1. Si quis opus ab alio factum adornare marmoribus, vel alio modo ex voluntate Populi factorum se pollicitus sit nominis proprii titulo scribendo, manentibus priorum titulis, qui ea opera fecissent, id fieri debere senatus censuit: quod si privati in opera, quæ publica pecunia fiant, aliquam de suo adjecerint summam, ita titulo inscriptionis uti eos debere iisdem mandatis cavetur, ut, quantam summam contulerint in id opus, scribant [19].

17 Legata reipublicæ ad certum aliquem usum, vel finem, nonnunquam (causa videlicet cognita) mutantur in alium: atque ita propter utilitatem publicam, à voluntate defuncti testatoris disceditur, adde *l.4. ff. de adm. rer.*

18 Bartolus hanc legem transfert ad legata relicta Ecclesiæ ædificandæ, quam negat ædificandam, si alioquin satis aliæ multæ sint.

19 Inscribant. *Hal.* adde *Nov. 63.*

TIT. XI.

DE [1] NUNDINIS [2].

De non usu.

I. MODESTINUS lib. III Regularum.

NUndinis impetratis à Principe [3], non utendo qui metuit, decennii tempore usum amittit [4].

1 *4. C. 60.* Vide *Papon. 3. notar. 8. cap. des lettres d'Office du fisc et marchan.*

2 Nundinas Græci interpretantur πανήγυρις ἤτοι πανδημίου ἀγορᾶς vacationes & ferias. *Goth.* Nundinæ dictæ, quod novo die fiebant. Plutarch. in vit. *Coriolani.* Dionys. Halicarn. *lib. 2. Ant.*

3 Nundinarum jus à Principe impetrandum est, olim à Senatu poterat impetrari. *Plin. 7. Epist. 4. Cicero Philipp. 2.* Sic ita Claudium imperatorem legimus seipsum legibus subjicientem jus nundinarum in sua prædia à consulibus petisse. *Suet. in Claudio 12.* quo loco de forma veteri impetrandarum nundinarum tractat, hodie apud Gallos privilegium nundinarum à Rege impetratum ad Ballivos, seu Senescballos dirigitur: audita intercessione vicinorum omnium, ex literis regiis jus nundinarum admittitur, vel denegatur. *Papon. ibid.* adde *Nevell. Basset jurisprud.*

4 Imo, non amittit. *l.2. C. de diversis rescriptis.* 5 *l.12. ff. de decurion.* 6 Hinc colligit Papo. *d. loco* vasallos à dominis cogi non posse, ut nundinis sui territorii adsint. 7 Bene quoque. *Hal.* 8 Id est, Reipub. 9 Δεῖ γὰρ κτλ. 10 Δεῖ ἐμὲν τῆς κτλ. 11 Ibi, τῶν τὰ ἀναγκαῖα. 12 Ἐμπορίαι ἀγορᾶς, &c. 13 Αἱ τῶν ἀναγκαίων. 14 Agricolatio inter necessarias hominum artes prima. Rusticis, & opificibus eget civitas.

II. IDEM lib. IV Disputationum.

SI rem aliquam voverit [9], voto obligatur: quæ res personam [10] voventis, non [11] rem, quæ vovetur, obligat: res enim quæ vovetur soluta quidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur. §. 1. Voto autem patresfamiliarum obligantur, pueres [12] sui juris: filius enim familias [13], vel servus sine patris dominive [14] auctoritate voto non obligantur. §. 2. Si decimam [15] quis bonorum vovit, decima non prius esse in bonis definit, quam fuerit separata: & si forte, qui decimam [16] vovit [17], decesserit ante sepofitionem: heres [18] ipsius hereditario nomine decimæ obstrictus est [19]: voti enim obligationem [20] ad heredem transire constat.

9 Pura servus ad custodiam templi. *l. 36. ff. de liberali de votis*, vide 17. 5. 122. 7. 4. 3. extra 34. 3. in fin. 10 Votum personam voventis Deo obligat, & præsentem voti reum ad præstandum, quod legitime vovit, tenetur, *c. licet 6. c. magna devotione 7. extra de voto & 17. 9. 1.*

11 Imo res ipsa. *Authentica ingressi. C. de sacros. Eccl.*

12 Impubes & alieni juris non obligantur ex voto, sine consensu eorum, in quorum sunt potestate. Impubes, inquam, *c. nonnulli extra de voto lib. 3. tit. 34.*

13 Quid si filia? patris conscientia ex præsumptione. *Ambrosius in librum Numerorum in cap. mulier, & Augustinus c. mulier 32. q. 2.* Quid si exactæ mariti voluntas expectanda, *c. Gregor. 2 9. Nonnarum, cap. mulier 32. q. 5.* Quid si vir contemnens vovit? uxoris consensu indigitat. *Aug. in Psal. 146. 33. 3. c. si filius, & seqq.* An idem si vir iter Hierosolymam voverit? negat Innocentius *c. ex multa l. q. §. in tanta extra de voto.* Quid? num Episcopo, & clericis sine Regis, vel superiorum consensu vovere licet? negat idem Innocentius *in c. non till. 3. & c. extra de voto.*

14 Quo nomine optimo jure etiam Deus ipse intelligendus est: nec enim vota Dei exacta voverantem obligant, ideoque votum rei alienæ non obligat. *c. Augustinus. ad Armentarium, & Riparium, & Tamquam c. mos fuit 33. q. 5.* Notum est illud Isidori, in malis promissa rescinde fidem, in malis mora mutata decretum, quod incaute vovisti ne facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur: in malis (inquam) & generaliter in illicitis, vide *d. q. 22. à principio ad finem usque, & tit. integrum extra de jurejur. & c. non est, de regulis in 6.* 15 Decimas Herculi vovere, seu polliceri solebant Hetrusci. *Varro 5. de lingua: Cicero 3. de Natura*, quam partem Herculeam appellabant, *Plautus in Trucolento, & Stichо.* Idque apud Romanos factum à Camillo. *Livius 5.* à Sylla & Crasso *Plutarchus*: vastarat & Græci templo Delphico decimas *Xenophon.* Idem apud alias gentes. *Rebuf.* in Decimæ. 16 Decimæ hodie apud Christianos ex antiquissimo ritu, vel ex lege Mosaica in usum reductæ præstantur, de decimis apud Christianos receptis vide *16. q. 1. c. de decimæ, c. quæst. c. decimæ, de consecratione. dist. 5. c. 40. in fin. 3. Decr. 30. 3. sext. 13. 3. Clement 2. extra 8. Duar. 7. de sacris*, vide *Rebuff. in tract. de decimis.* Porro decimæ Melchisedecco ab Abrahamo præstitæ. *Hier. 7.* & tribui Levitico Dei mandato ex omnibus terræ fructibus & fœtibus animalium. *Levit. ult. vers. 10.* Judæi decimas alias etiam separabant in adorationes & profectiones Hierosolymitanas consumendas. *Deut. 11. v. 17. & c. 25. 23.* Erant & aliæ decimæ, quas idem tertio quoque anno vidua, pupillis, extraneis, quin & Levitis dispensabant. *Deut. 26. v. 12.* Addamus & hic aliquid de decimis à magistratibus jure dictis & percos exactis. Decimas quondam sibi vindicarunt Romani à temerario litigatore. §. 1. *in fin. Inst. de pœna temere litigantium. Novell. 112. c. 2.* de quo vide *Cujac. 7. observ. 5.* quæ etiam hodie derant apud Montispessulanos *Rebuff. 9. 3. de decimis n. 20. 21. 22.* decimæ quoque percipiebantur metallorum & saxorum in fundo privati repertorum. *l. 3. C. de metallariis.* 17 Quid, debentnrne hodie decimæ alia ex causa, quam ex voto. Hugo de Sancto Victore *1. de sacram. parte 11. c. 4. & 11.* refert decimas ante legem fuisse sub consilio, sub lege in præcepto, post legem libertatis spiritui Christiano commissas esse, id est, obligationem decimarum juris esse positivi, idque etiam sensisse Adrianus Trajectensis Pontifex Romanus. sed tamen Rebuffus existimat ab ipso demum jus percipiendarum institutum, *arg. c. una 1. & 2. c. in aliquibus de decim.* vide *Rebuff. 9. 1. de decim. n. 13.* adeo ut recepta sit curiones, & parochos suam intentionem fundatam habere in jure communi, nec cogi probare decimas suas esse, *c. si quis laicus, c. statuta 16. 9. 1. c. à nobis. 24. c. cum contingat. 29. c. cum in una 30. de decimis.* 18 Tam is, qui vovit, quam heres ejus ad decimas præstandas tenentur, nisi exempti sint. *24. de decim.* Ad Ecclesiasticos vero decimas etiam præsenti, Canonici, clerici, sacerdotes, monachi, Judæi, Saraceni, pauperes, & quod fœdius est à quibusdam dici, meretrices, & leprosi tenentur, nisi communiter vivant, *hæc Rebuff.* 19 Cur? utique Reip. si ad honorem civitatis. *Ll. J. eod.* vel templi ministris, si nomini votæ sint, & ita Resp. vel collegium sacrum decimarum percipiendarum capax est. Quid? Laici Ecclesiasticarum decimarum suntne capaces? erant olim, præsertim in Gallia, Caroli Marcelli indulgentia, ac munere, quod Lateranensi concilio postea intendit, est, *c. prohibemus de decim. c. Apost. de his, quæ sunt à prælatis Ecclesiarum* nisi Laici sibi decimas Ecclesiæ, ut clientibus concessas ante Lateranense constitutum obtendant: Quod quia probatu difficile, utilitatis causa sufficere ejs visum est, si possessionem vetustam, id est, quæ hominum memoriam excedat, istius juris clientelaris, ac feudi probaverint. *Duaren. 1. 7. de sacris.* hujusmodi decimas ita infeudatas ad heredes suos transmittere possunt laici: quin extraneis docare, vendere, permutare. *Duar. 5. fund. num. 7.* 20 Quænam ex hac obligatione nascuntur actiones? adversus debitorem decimarum curionibus competunt interdicta possessoria adipiscendæ, recuperandæ, uti possidetis, si de earum possessione agetur, ad hæc, vindicatio juris seu confessoria, si de ipso jure, & facultate inter duas Ecclesias agetur. Sic adversus debitorem agent, percepta per eum decimas in rem actione vindicabunt, si separatæ ab aliis ejus bonis fuerint: sin minus, consistione ex lege (ut volunt) divina, vel consuetudinaria, *argum. legis unic. C. de caduc. ex lege*: nunquam vero per se decimas capere possunt, vide *Rebuff. 5. 1.* Caulas 2. genera 3. definitiones 4. qui ad decimas præstandas teneantur 5. ubi 6. quibus ex bonis solvendæ 8. quomodo 9. apud quem petendæ 10. quomodo 11. quando solvendæ 12. An tolli decimæ possint 13. An ex novalibus debeantur 14. De pœnis non præstantium usuras, *ult. n. ib. Rebuff. adde Virgilium 3. Mantod. Pontific. public.* 21 *l. 1. §. 2. ff. de publ.*

22 Pollicitatio non est duorum consensus, non pactum, non conventio. 23 *l. 1. §. 3. ff. eod.* 24 Pollicitatio Reip. facta præsentata non revocatur. 25 *l. 7. ff. eod.* 26 Specialis, *l. 122. ff. de leg. 1.* inde monetarius muneris Gladiatorii, aut venatorii exhibetor, vocabulum ab Augusto inventum 8. *Sueton.* dominus ludorum. *Cic. de leg.* Editor Græcis ἀγωνοθέτης. monetarius etiam Floro dicitur, vide *Lipsium 1. Satur. 7.* 27 Imo potest, cum ex epistola conventio & donatio habita censetur. *l. 2. ff. de pact. l. 13. ff. de don.* 28 *V. l. 1. §. 2. ff. eod.* 29 Caracalla & Septimi Severi. Ravard. *var. lib. 3. cap. 10. Ant.* 30 Refisti potest magistratui in illicitis. *l. 1. §. 2. ff. quod metus causa, l. 1. C. de muneribus, & in qua loca.* 31 *l. 4. ff. eod.*

TIT. XII.

DE POLLICITATIONIBUS [1].

De usuris. 1. An qui ex pollicitatione teneatur. 6. De periculo operis perfecti.

I. ULPIANUS lib. singulari de Officio Curatoris Reipublicæ.

SI pollicitus quis fuerit reipublicæ opus se facturum, vel pecuniam daturum, in usuras non [2] conveniatur, sed si moram cœperit facere, usuræ accedunt [3], ut Imperator noster cum Divo patre suo rescripsit. §. 1. Non semper autem obligari eum qui pollicitus est, sciendum est: si [4] quidem ob honorem promiserit, decretum sibi, vel decernendum, vel ob aliam justam causam, tenebitur ex pollicitatione: sin vero sine causa promiserit, non erit obligatus, & ita multis Constitutionibus [& veteribus] & novis continetur. §. 2. Item si sine causa promiserit, cœperit [5] tamen facere, obligatus est qui cœpit. §. 3. *Cœpisse* sic accipimus, si [6] fundamenta jecit, vel locum purgavit. Sed & si locus illi petenti destinatus est, magis est, ut cœpisse videatur. Item si apparatum [7], sive impensam in publico posuit. §. 4. Sed si non ipse cœpit, sed, cum certam pecuniam promisisset ad opus Reipublicæ, contemplatione pecuniæ cœpit opus facere, tenebitur quasi cœpto opere. §. 5. Denique cum columnas quidam promisisset, Imperator noster cum Divo patre suo ita rescripsit: *Qui non ex causa pecuniam Reipublicæ pollicentur, sibi realiter non perficere non cogantur, sed si columnas Citienſibus [8] promiſiſti, & opus ea ratione sumptibus civitatis, vel privatorum inchoatum est, deberi quod gestum est non oportet.* §. 6. Si quis opus, quod perfecit, adsignavit, deinde id fortuito casu aliquid passum sit, periculum ad eum, qui fecit, non pertinere Imperator noster rescripsit.

1 *Περὶ ὧν ὑπόσχεσις γίνεται, &c. 54. Ecleg. 13.* vide *Cuiacium 5. comm. B.* de votis, adde *l. 2. ff. eod.*

2 Vide *l. 5. ff. de operis. publ.*

3 Imo, non accedunt. *l. 2. C. de usuris.*

4 *l. 19. ff. de donat.*

5 Reipublicæ sine causa promittendo non obligamur. *l. 19. ff. de don.* nisi opus promissum facere cœperimus.

6 Cœptum ædificium videtur, si fundamenta jacta, vel locus purgatus, vel destinatus, vel apparatus ædificii in publico positus.

7 *l. 54. ff. de verb. signific.*

De voto.

II. IDEM lib. IV Disputationum.

SI rem aliquam voverit [9], voto obligatur: quæ res personam [10] voventis, non [11] rem, quæ vovetur, obligat: res enim quæ vovetur soluta quidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur. §. 1. Voto autem patresfamiliarum obligantur, pueres [12] sui juris: filius enim familias [13], vel servus sine patris dominive [14] auctoritate voto non obligantur. §. 2. Si decimam [15] quis bonorum vovit, decima non prius esse in bonis definit, quam fuerit separata: & si forte, qui decimam [16] vovit [17], decesserit ante sepofitionem: heres [18] ipsius hereditario nomine decimæ obstrictus est [19]: voti enim obligationem [20] ad heredem transire constat.

9 Pura servus ad custodiam templi. *l. 36. ff. de liberali de votis*, vide 17. 5. 122. 7. 4. 3. extra 34. 3. in fin. 10 Votum personam voventis Deo obligat, & præsentem voti reum ad præstandum, quod legitime vovit, tenetur, *c. licet 6. c. magna devotione 7. extra de voto & 17. 9. 1.*

11 Imo res ipsa. *Authentica ingressi. C. de sacros. Eccl.*

12 Impubes & alieni juris non obligantur ex voto, sine consensu eorum, in quorum sunt potestate. Impubes, inquam, *c. nonnulli extra de voto lib. 3. tit. 34.*

13 Quid si filia? patris conscientia ex præsumptione. *Ambrosius in librum Numerorum in cap. mulier, & Augustinus c. mulier 32. q. 2.* Quid si exactæ mariti voluntas expectanda, *c. Gregor. 2 9. Nonnarum, cap. mulier 32. q. 5.* Quid si vir contemnens vovit? uxoris consensu indigitat. *Aug. in Psal. 146. 33. 3. c. si filius, & seqq.* An idem si vir iter Hierosolymam voverit? negat Innocentius *c. ex multa l. q. §. in tanta extra de voto.* Quid? num Episcopo, & clericis sine Regis, vel superiorum consensu vovere licet? negat idem Innocentius *in c. non till. 3. & c. extra de voto.*

14 Quo nomine optimo jure etiam Deus ipse intelligendus est: nec enim vota Dei exacta voverantem obligant, ideoque votum rei alienæ non obligat. *c. Augustinus. ad Armentarium, & Riparium, & Tamquam c. mos fuit 33. q. 5.* Notum est illud Isidori, in malis promissa rescinde fidem, in malis mora mutata decretum, quod incaute vovisti ne facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur: in malis (inquam) & generaliter in illicitis, vide *d. q. 22. à principio ad finem usque, & tit. integrum extra de jurejur. & c. non est, de regulis in 6.* 15 Decimas Herculi vovere, seu polliceri solebant Hetrusci. *Varro 5. de lingua: Cicero 3. de Natura*, quam partem Herculeam appellabant, *Plautus in Trucolento, & Stichо.* Idque apud Romanos factum à Camillo. *Livius 5.* à Sylla & Crasso *Plutarchus*: vastarat & Græci templo Delphico decimas *Xenophon.* Idem apud alias gentes. *Rebuff.* in Decimæ. 16 Decimæ hodie apud Christianos ex antiquissimo ritu, vel ex lege Mosaica in usum reductæ præstantur, de decimis apud Christianos receptis vide *16. q. 1. c. de decimæ, c. quæst. c. decimæ, de consecratione. dist. 5. c. 40. in fin. 3. Decr. 30. 3. sext. 13. 3. Clement 2. extra 8. Duar. 7. de sacris*, vide *Rebuff. in tract. de decimis.* Porro decimæ Melchisedecco ab Abrahamo præstitæ. *Hier. 7.* & tribui Levitico Dei mandato ex omnibus terræ fructibus & fœtibus animalium. *Levit. ult. vers. 10.* Judæi decimas alias etiam separabant in adorationes & profectiones Hierosolymitanas consumendas. *Deut. 11. v. 17. & c. 25. 23.* Erant & aliæ decimæ, quas idem tertio quoque anno vidua, pupillis, extraneis, quin & Levitis dispensabant. *Deut. 26. v. 12.* Addamus & hic aliquid de decimis à magistratibus jure dictis & percos exactis. Decimas quondam sibi vindicarunt Romani à temerario litigatore. §. 1. *in fin. Inst. de pœna temere litigantium. Novell. 112. c. 2.* de quo vide *Cujac. 7. observ. 5.* quæ etiam hodie derant apud Montispessulanos *Rebuff. 9. 3. de decimis n. 20. 21. 22.* decimæ quoque percipiebantur metallorum & saxorum in fundo privati repertorum. *l. 3. C. de metallariis.* 17 Quid, debentnrne hodie decimæ alia ex causa, quam ex voto. Hugo de Sancto Victore *1. de sacram. parte 11. c. 4. & 11.* refert decimas ante legem fuisse sub consilio, sub lege in præcepto, post legem libertatis spiritui Christiano commissas esse, id est, obligationem decimarum juris esse positivi, idque etiam sensisse Adrianus Trajectensis Pontifex Romanus. sed tamen Rebuffus existimat ab ipso demum jus percipiendarum institutum, *arg. c. una 1. & 2. c. in aliquibus de decim.* vide *Rebuff. 9. 1. de decim. n. 13.* adeo ut recepta sit curiones, & parochos suam intentionem fundatam habere in jure communi, nec cogi probare decimas suas esse, *c. si quis laicus, c. statuta 16. 9. 1. c. à nobis. 24. c. cum contingat. 29. c. cum in una 30. de decimis.* 18 Tam is, qui vovit, quam heres ejus ad decimas præstandas teneantur, nisi exempti sint. *24. de decim.* Ad Ecclesiasticos vero decimas etiam præsenti, Canonici, clerici, sacerdotes, monachi, Judæi, Saraceni, pauperes, & quod fœdius est à quibusdam dici, meretrices, & leprosi tenentur, nisi communiter vivant, *hæc Rebuff.* 19 Cur? utique Reip. si ad honorem civitatis. *Ll. J. eod.* vel templi ministris, si nomini votæ sint, & ita Resp. vel collegium sacrum decimarum percipiendarum capax est. Quid? Laici Ecclesiasticarum decimarum suntne capaces? erant olim, præsertim in Gallia, Caroli Marcelli indulgentia, ac munere, quod Lateranensi concilio postea intendit, est, *c. prohibemus de decim. c. Apost. de his, quæ sunt à prælatis Ecclesiarum* nisi Laici sibi decimas Ecclesiæ, ut clientibus concessas ante Lateranense constitutum obtendant: Quod quia probatu difficile, utilitatis causa sufficere ejs visum est, si possessionem vetustam, id est, quæ hominum memoriam excedat, istius juris clientelaris, ac feudi probaverint. *Duaren. 1. 7. de sacris.* hujusmodi decimas ita infeudatas ad heredes suos transmittere possunt laici: quin extraneis docare, vendere, permutare. *Duar. 5. fund. num. 7.* 20 Quænam ex hac obligatione nascuntur actiones? adversus debitorem decimarum curionibus competunt interdicta possessoria adipiscendæ, recuperandæ, uti possidetis, si de earum possessione agetur, ad hæc, vindicatio juris seu confessoria, si de ipso jure, & facultate inter duas Ecclesias agetur. Sic adversus debitorem agent, percepta per eum decimas in rem actione vindicabunt, si separatæ ab aliis ejus bonis fuerint: sin minus, consistione ex lege (ut volunt) divina, vel consuetudinaria, *argum. legis unic. C. de caduc. ex lege*: nunquam vero per se decimas capere possunt, vide *Rebuff. 5. 1.* Caulas 2. genera 3. definitiones 4. qui ad decimas præstandas teneantur 5. ubi 6. quibus ex bonis solvendæ 8. quomodo 9. apud quem petendæ 10. quomodo 11. quando solvendæ 12. An tolli decimæ possint 13. An ex novalibus debeantur 14. De pœnis non præstantium usuras, *ult. n. ib. Rebuff. adde Virgilium 3. Mantod. Pontific. public.* 21 *l. 1. §. 2. ff. de publ.*

22 Pollicitatio non est duorum consensus, non pactum, non conventio. 23 *l. 1. §. 3. ff. eod.* 24 Pollicitatio Reip. facta præsentata non revocatur. 25 *l. 7. ff. eod.* 26 Specialis, *l. 122. ff. de leg. 1.* inde monetarius muneris Gladiatorii, aut venatorii exhibetor, vocabulum ab Augusto inventum 8. *Sueton.* dominus ludorum. *Cic. de leg.* Editor Græcis ἀγωνοθέτης. monetarius etiam Floro dicitur, vide *Lipsium 1. Satur. 7.* 27 Imo potest, cum ex epistola conventio & donatio habita censetur. *l. 2. ff. de pact. l. 13. ff. de don.* 28 *V. l. 1. §. 2. ff. eod.* 29 Caracalla & Septimi Severi. Ravard. *var. lib. 3. cap. 10. Ant.* 30 Resisti potest magistratui in illicitis. *l. 1. §. 2. ff. quod metus causa, l. 1. C. de muneribus, & in qua loca.* 31 *l. 4. ff. eod.*

8 Cleronenses. *Vos. 8. malo*: Aliciatos id refert ad Columnam Cirri, cujus opinionem videtur tueri *lex 122. ff. de leg. 1.* Id Cujacio displicet, loquitur ergo Jurisconsultus de Rep. Citiensium, quæ civitas est Macedoniæ, cujus fit mentio apud Livium 4. ex qua Zeno Citiensis. 17 *Goth ad Cujac. 3. observ. 38.*

De cognitione Judicis. De relegatione.

VIII. IDEM[15] lib. III de Officio Consulis.

DE pollicitationibus in Civitatem factis Judicum cognitionem esse, D. Fratres *Flavio Celso* in hæc verba rescripserunt. *Probe facies Statius Rufinus, si opus proficiscis 33, quod se Gabius extructurum promisit, quod tandem adgressus fuerat, perficias: nam etsi adversa fortuna usus, in tyrannio à profecto Urbis relegatus esset, tamen gratiam meruit, quod sponte obtulit, minuere non debet, cum & absens per amicum perficere istud opus posset: quod si detrectat, alterum constituti, qui legitime pro civitate agere 34 possint nomine publico, adire adversus eum Judices potuerunt: qui cum primum potuerint, priusquam in exilium proficiscatur, cognoscent, & si opus perfici ab eo debere constituerint 35, obedire cum Reipublicæ ob hanc causam jubebunt, aut prohibebunt distractis fundum, quem in territorio Gabiensium 36 habet.*

De promittente & de ejus herede.

IX. MODESTINUS lib. IV Differentiarum.

EX pollicitatione, quam quis ob honorem 37 apud Rempublicam fecit, ipsum quidem omnimodo in 38 solidum teneri: heredem vero ejus, ob honorem quidem facta promissione in solidum, ob id vero, quod opus promissum cœptum est, si bona liberalitati solvendo 39 non fuerint, extrancum heredem in quintam 40 partem patrimonii defuncti, liberos in decimam teneri. DD. *Severus* & *Antoninus* rescripserunt: sed & ipsum donatorem pauperem factum, ex promissione operis cœpti quintam partem patrimonii sui debere Divus *Pius* constituit.

De forma pollicitationis servanda.

X. IDEM lib. I Responsorum.

SEptícia 41 certamen patriæ suæ pollicendo, sub hac conditione pollicita est, uti sors apud eam remaneat, & ipsa usuras semissales 42 ad prætmia certantium resolvat 43: in hæc verba, Φιλοτιμίαμαι [κ?] πολιτῶν ἀγῶνα τιθέμενος 44 διὰ μνημόσυνον τοῦδε, τὸ 45 δ' κεφάλαιόν αὐτὸ κατέχουσα δήμοσιον τῇ ἀσφαλεστάτῃ φερνῇ τῆς διαφοροῦσης ἀξιογρέου ὑπὸ τὸ τοῦδε [μὲν] ἐξόδους τοῦτο μνημόσυνον ἀμοιβαίους 46 τῷ ἀποκαθεζομένῳ δ' ἀνδρὸς μὲν, ὑπαυδὲς δ' τῇ ἐμῇ ἰδιοθησομένῳ τέκνων χωρὶς δ' τοῦτο ἐὰς τὸ ἄθλα τῇ γυμνασιαρχίᾳ 47, κηδεῖς δὲ ὑφ' ἑκάστου ἀθλοθετουμένου ἢ βουλῇ 48 δόξαν, id est, *Largior & dedico agonem quadriennalem ex triginta millibus, sortis ipsa penes me retinente pecuniam, & cavente apud Decemprimos idoneo super pendendis à me sortis triginta millium usuris, agonotheta 49 & præside futuro vice mea, & deinceps liberis ex me nascituris.* Cedent autem hæ usuræ in præmia thymelicorum, prout in unoquoque certaminis curia decreverit. Quæro, an possunt injuriam pati filii Septiciæ, quominus ipsi præsideant certamini secundum verba condicionemque pollicitationis? Herennius *Modestinus* respondit, quo casu certaminis editio licita 50 est, formam pollicitationi datam servandam esse.

De herede promissoris.

XI. IDEM lib. IX Pandectarum.

SI quis ob honorem 51, vel sacerdotium 52 pecuniam promiserit, & antequam honorem, vel magistratum ineat, decedet non oportere heredes ejus conveniri in pecuniam, quam is ob honorem vel magistratum promiserat, Principalibus Constitutionibus cavetur 53, nisi forte ab eo vel ab ipsa Republica, eo vivo opus fuerit inchoatum.

De statuis. 1. *De eo qui promisit ne honoribus fungeretur.*

XII. IDEM lib. XI Pandectarum.

IN privatis operibus 54, invitis his qui fecerunt, statuas aliis ponere non possumus, ut Rescripto D. Severi continetur.

§. 1. Cum quidam, ne 55 honoribus fungeretur, opus promisisset honores subire cogendum, quam 56 operis instructionem, D. *Antoninus* rescripsit.

Quemodo promissa implenda. 1. *An forma donationi implenda sit.*

XIII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores *Antoninus* & *Verus* Augusti rescripserunt, opera extruere debere eos qui pro 57 honore polliciti sunt, non pecunias pro his inferre cogi. §. 1. Item rescripserunt, conditiones donationibus adpositas, quæ in Rempublicam fiunt, ita demum ratas esse, si utilitatis publicæ interest: quod si damnosæ 58 sint, observari non debere: & ideo non observandum, quod defunctus, certa summa legata, vetuit vectigal exerceri: esse enim 59 tolerabilia, quæ vetus consuetudo 60 comprobat.

De promittente & ejus herede.

XIV. POMPONIUS lib. VI Epistularum & variarum lectionum.

SI quis, sui alienive honoris causa, opus facturum se in aliqua Civitate promiserit, ad perficiendum tam ipse, quam heres ex constitutione D. *Trajani* 61 obligatus est. Sed si quis ob honorem opus facturum se 62 in civitate aliqua promiserit, atque inchoaverit, & prius quam perficeret, decesserit, heres ejus extraneus quidem necesse habet aut perficere id, aut partem quintam patrimonii relicti sibi ab eo, qui id opus facere instituerat, si ita maluerit, civitati, in qua id opus fieri cœptum est, dare: is autem, qui ex numero liberorum est, si heres extitit, non quintæ 63 partis, sed decimæ concedendæ necessitate adficitur: & hæc D. *Antonini* constituit.

XV. ULPIANUS lib. singulari de Officio curatoris Reipublicæ.

INter liberos 64 nepotem quoque ex filia contineri, D. *Pius* rescripsit.

TIT. XIII.

DE[1] EXTRAORDINARIIS[2] COGNITIONIBUS[3], ET SI JUDEX LITEM[4] SUAM FECISSE DICATUR.

De Professoribus. 1. *De Medicis.* 2. *De Obstetrices.* 3. *De Medicis.* 4. *De Philosophis.* 5. *De jure Professoribus.* 6. *De studi literarii Magistris.* *De Librariis, Notariis, Calculatoribus, sive Tabulariis.* 7. *De cæteris artificibus.* 8. *De salariis eorumdem.* 9. *De cognitione adversus supradictas personas, & adversus advocatos.* 10. *De honorario ad vocationem.* 11. *Advocati qui dicuntur.* 12. *Si ejus cautum est honorarium, vel de iis pactus est.* 13. *De hæredibus Advocati.* 14. *De nutricio.* 15. *De mutuo petitionibus.*

1. ULPIANUS lib. VIII de Omnibus[5] Tribunalibus.

PRæses Provinciæ de[6] mercedibus jus dicere solet, sed præceptoribus tantum studiorum liberalium. *Liberalia*[7] autem *studia* accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια[8] appellant: rhetores continebuntur[9], grammatici, geometræ. §. 1. Medicorum quoque eadem causa est, quæ Professorum, nisi quod justior: cum hi salutis[10] hominum, illi studiorum curam agant: & ideo his quoque extra ordinem jus dici debet. §. 2. Sed & obstetricem[11] audiant, quæ utique medicinam exhibere videtur.

§. 3. Medicos fonasses quis accipiet etiam eos, qui alicujus partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur: ut puta si auricularius[12], si fistulæ[13], vel dentium: non tamen si incantavit[14], si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit[15]: non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse[16] cum prædicatione adfirment. §. 4. An & Philosophi Professorum numero sint? & non putem: non quia non religiosa[17] res est: sed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam[18] operam spernere. §. 5. Proinde ne Juris quidem Civilis Professoribus jus dicent: est quidem res sanctissima[19] Civilis[20] Sapientia: sed quæ pretio nummario[21] non sit æstimanda, nec dehonestanda, dum in judicio honor petitur, qui in ingratiis sacramenti efferri[22] debuit: quædam enim tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur.

§. 6. Ludi quoque literarii magistris, licet non sint Professores, tamen usurpatum[23] est, ut his quoque jus dicatur. Jam & Librariis[24], & Notariis[25], & Calculatoribus[26], sive Tabulariis[27]. §. 7. Sed cæterarum artium opificibus, sive artificibus, quæ sunt extra literas, vel notas positæ, nequaquam extra ordinem jus dicere Præses debebit. §. 8. Sed & si Comites[28] salarium petant, idem juris est, quod in Professoribus placet.

§. 9. Sed adversus ipsos omnes cognoscere Præses debet: quia ut adversus advocatos adeantur, Divi Fratres rescripserunt.

§. 10. In honorariis Advocatorum ita versari Judex debet: ut pro[29] modo litis, proque Advocati facundia, & fori consuetudine, & judicii, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur: ita enim Rescripto Imperatoris nostri, & Patris ejus continetur: Verba rescripti ita se habent, *Si Julius Maternus, quem pro rerum causa tua esse voluisti, fidem suscepturum*[30] *exhibere paratus est: eam duntaxat pecuniam, quæ modum legitimum*[31] *egressa est, repetere debet.*

§. 11. *Advocatos* accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur: non tamen qui pro tractatu non adfuturi causis accipere quid solent, Advocatorum numero erunt.

---

1 De variis & extraordinariis cognitionibus, &c. *Mult.* quam lectionem confirmat lex 3. §. 1. *infra.*

2 Ordinariæ cognitiones, certa persona non adtrictæ. *l. 1. §. 2. ff. quæ sit ordinaria notio.* Extraordinariæ vero ad certa personarum, rerum, negotiorumve genera extra ordinem respiciunt, quibus pro conditione, eventu, necessitate, commoditateve aliqua præsenti aliquo remedio subveniendum est. Horum judicium tria sunt genera: unum facti (ut cum propria facto ab injuria lex cuique sese adsererre permittit. *l. quemadmodum.* 29. §. 1. *ff. ad l. Aquil.*) secundum ex privilegio Principis contra jus commune. *l. 1. in fin. ff. de constit. Princip.* Tertium juris communis, non tamen ordinarii, ut cum remedio aliquo his subveniatur, quibus jure ordinario, vel non est consultum, vel non tam facile commodeque consultum. Hujus postremi generis quatuor sunt effectus. Primus, ut restitutione impetrata rescindantur ea, quæ nobis sunt onusa: Secundus, ut jus ordinarium nobis competens, remedio convenientiore expediatur, ut *l. 1. §. per hanc. ff. de rei vind. l. 3. §. ex hoc edicto, ff. nautæ. l. 1. §. diversi. 2. ff. de publicanis.* vel actione in factum: Tertius effectus, ut jus ordinarium supplecatur. *l. si cui legat. 92. ff. de cond. & dem. l. pecunia* 178. §. 1. Quartus, ut solennitates veteres imputentur. *Inst. de inter dictis. l. 1. C. de jurem in litibus.* de quibus solennibus vide Ciceronem *orationes pro Cæcina.* Zasius 1. *Resp.* In hoc tractatu 20. sententias sequentes notat, ordinaria duo remedia elective concurrere, non cumulative (nisi actiones sint, quæ possunt cumulari.) Duo extraordinaria remedia simul concurrere forte elective, etiamsi ad res diversas referantur (nisi alterum ex remediis sit simodum, aut ad impetrandam alteri impetrandam perficeat.) Extraordinarium remedium, si plenius, brevius, expeditius sit ac magis utile, cum ordinario concurrere elective, cumulative (cujus tamen sententiæ duas extensiones, *sex exceptiones adfert.*) Extraordinaria *concurrere* cum ordinaria, *si* contra diversas personas agatur: concurrere, loquam, elective, non cumulative, nisi in subsidium (quod & tribus casibus non obtinet, de quibus Zasius *ibid.*) Extraordinarium non concurrere cum ordinario, si utraque sint æque utilia, vel ordinarium facilius. *l. in tantæ.* 13. 14. *ff. de minorib. l. quadam 9. ff. de edendo. l. 1. C. de thesaur.* Hæc tamen sententia quatuor casibus non obtinet, de quibus Zas. *ibid.* Porro extraordinaria cognitio quid esset, dixi ad *l. ult.* §. 3. *ff. de ea, quod metus causa.* Extraordinaria dicitur, quoties ipsimet magistratus notionem adhibent suam: Ordinaria cum apud judices datos ex formula causa agitur. 3 Prætoris sunt autem quatuor cognitionum genera, vide *l. 3. §. 3. eod.*

4 Litem suam facit judex male judicando. *Instit. de obligat. ex quasi delicto in prin.* adde *Tit. C. de pœna judicis, qui male judicavit.* 5 Protribunalium libros decem scripsit *Ulpianus*, in quibus ea recensuit, quæ a Prætoribus & Præsidibus expediantur, nec mandantur alteri: dixi *l. 5. ff. de fundo dot.* 6 *l. 6. in fin. C. de professorib. l. 4. ff. ubi pupillus educari.* Seneca 13. *epist. Ep.* 7 *l. 10. §. 2. ff. de vacatione munerum.* 8 E'λευθερίοι παιδεύματα. *Hal.* liberales artes. Plin. *cap. 4.* liberales artes in contemptum cedebere. August. 6. *de civit.* 2. *Cic. 1. de orat.* ingenuas vocat, quas Græci ἐλευθέρους ἐν σοφίαις. & ita differunt ab iis, quas Græci φαύλους, ἀνελευθέρους, ἠνιοχικὰς appellanti vide *his Budæum.* 9 54. *Eccles 14. c. 2.* 10 De medicis, adde *l. 1. ff. de decret. ab ordine*, adde & illud à Diogene Laërtio relatum, Pone coquo minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliatio fumum, meretrici talentum, Philosopho triobolum. 11 *l. 7. ff. ad l. Aqu.* vide Cujac. 17. *obs. 37.* 12 *l. 4. in fin. ff. de ædilit.* 13 Fistula est genus morbi, Græci συρίγγιον, seu sinus obliquus: metaphora est sumpta à fistulis ex arundine factis, vide *Procopium 3. methodi 26.* vide *Ægineram 4. de re medica 49. & 3. de morborum curationc cap. 45. Celsum 5. de re medica.*

14 Medici appellatione non continentur incantatores, magi, vel similes. 15 Exorcizationum verbo videtur forte Ulpianus, velut Ethnicus Christianos præstringere, apud quos familiares erant exorcismi, id est, dæmonum adjurationes, *Lucian* 11. Tertull. *lib. de corona*, quos interdiu exorcismis fugant, & in *Apologetico* 37. dæmones de vobis sine pretio, sine mercede dapellimus. Idem *lib. de spectaculis*, in exorcismo cum rogaretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem aggredi, constanter & justissime id feci, in meo eum inveni. *Aug.* 2. *de vita beata*, de exorcismis & historia ad eum rem facientibus, vide *part. 2. Malleï maleficarum q. 2. cap. 6.* vide *flagellum dæmonum passim: & tractatum de exorcismis Filiæ Methodi: Wierum 3. de præstigiis, c. 19. 20. 21. 22. 23.* idem erat usitatum apud Ethnicos. Tertull. *de Idololatria*, qua constantia exorcizant alumnos suos.

16 *l. 4. C. de medicis.* 17 Philosophia religiosa res est, omnium bonarum, & laudatarum artium procreatrix, Cic. 1. *de Oratore*, & mater, & inventrix Dearum, Cic. 1. *Tusculana* frugifera, & fructuosa. Idem 1. *offic. 5. Tusc.* Tertullian. tamen *libro adversus Hermogenem*, Philosophos vocat patriarchas hæreticorum, & in *lib. de anima, cap. 1.* ubi etiam adjicit, Philosophiam esse concussionem veritatis, & in *libro de præscriptione adversus hæreticos*, hæreses à philosophia subornari.

18 Mercenarium. *Hal.* Philosophiæ merces est, divitias contemnere: res etiam quidam, ut liberius philosopharetur, vel civibus diviserunt, vel in mare abjecerunt, vide Laert. 6. *de Crat.* Asperum, inculcum, & intonsum caput & negligentiorem barbam & indictum argento odium & cubile humi positum, & quid quid aliud ambitionem perverse sequitur, id evita, latis ipsum nomen Philosophiæ (etiamsi molestè tractetur) invidiosum est, Seneca 1. *epist. 5.* adde modum Senec. 19. *epist. 109.* 19 Civilis sapientia, res est sanctissima, *ut hic.* necessaria, laudabilis. *l. 4. C. de advocatis diversorum judiciorum*, honoris plena, *argum. l. 6. in fin. C. de postulando*, sacra philosophia, vera, non simulata. *l. 1. §. 1. ff. de justitia.* Ammianus tamen *lib. 30.* eandidianum & oratorum professionem refert à Platone vocatam σχολαστικὸν μοῦσῶν ἄθλημα, id est, civilitatis particulæ umbram, vel adulationis quartam partem esse definivit amplitudo Platonis, ab Epicuro καταργύρων, sed mox addit, cum recte procedunt judicia, delubra sunt æquitatis: cum depravata, fovea fallaces, & cœca, in quas si caput ecciderit quispiam, non nisi permulta exiliet luctra, adusque ipsas medullas exuctus. 20 Ἠθικῶν, de qua Aristoteles 1. *Ethic. 2. & 3. Magnorum moralium. Politic 8.*

21 *al.* Nummaria. 22 Offerri. *Hal.* 23 De usurpandi voce, dixi 1. *Finder. 13. in fin. & l. 13. ff. de injuriis.* 24 Librariis Græci καλλιγράφοις. *Hes.* 42. vide *Cujac. ad l. 9. §. 1. ff. de extraord. int.* 25 Notariis dictimus, quos Græci ταχυγράφους, ἁρπαγράφους. 26 *V. l. 15. §. 5. ff. de extraord. int.*

27 Tabularii. *l. ult. in fin. ff. si mensor.* i. rationes publicas privatasque supputant, vide *tit. C. de tabulariis.* 28 *l. 4. ff. de off. adjut.* 29 *l. ult. in fin. ff. de ubi.* lex tamen Cincia teste Tullio 11. vetabat, ne quis ob orandam causam pecuniam, penumve acciperet. Eadem lex Muneralis dicta, de qua scripsit ad Fetium in *Muneralia & Cincia.* Cincia lex de donis, Cicer. 1. *ad Attic. Tacit. 11. 13. Livius 3. 4. Arnob. 2.* Plinius 5. *epistol. Sueton. Nerone 17.* 30 *l. 4. C. de testibus. ab eadem.*

31 *l. 3. C. de postulan.*

UMB Biblioteca de Ciències Socials

erunt. §. 12. Si cui cautum est honorarium, vel si quis de lite [32] pactus est: videamus an petere possit? Et quidem de pactis ita est rescriptum ab Imperatore nostro, & Divo patre ejus: *Licet causa malo* [34] *more pecuniam tibi promissam* [35] *ipse quoque profiteris, sed hoc ita* [jus] *est, si suscepta lite socius tatem futuri emolumenti cautio pollicetur: si vero post causam actam cautio* [36] *est honoraria summa, petit poterit: usque ad probabilem quantitatem* [37], *etsi summæ palmaris* [38] *cautum sit: sic tamen, ut computetur id, quod datum est, cum eo, quod debetur: neutiquam compositum licitum quantitatem excedat.* † Licita [39] autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum [40] aureos. §. 13. Divus Severus ab heredibus Advocati mortuo eo prohibuit [41] mercedem repeti: quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret. §. 14. Ad nutricia quoque officium Præsidis, vel Prætoris devenit: namque nutrices [42] ob alimoniam infantium apud Præsides quod sibi debetur, petunt.

† Sed nutricia [43] cousque [44] producemus, quoad infantes uberibus aluntur: cæterum post hæc cessant partes Prætoris vel Præsidis. §. 15. Hæc omnia si apud Præsides petantur, videamus, an de mutuis [45] petitionibus possint præsides cognoscere? & putem debere admitti.

De usu aquæ, & usu rivis. De equabus alienis, & fœtu earum. De damno dato per emissos in prædium alienum.

II. Idem lib. I Opinionum.

De usu aquæ, de rivis novis inciviliter institutis, item de equis alienis à sciente possessis, fœtuque [46] earum, & de damno dato per immissos in prædium suum universos homines eos, qui in plurium prædia distribui debuerunt, si modo id non ex auctoritate ejus, qui jubere potuit, factum est, Præsidem Provinciæ doceri oportere respondit est: ut his secundum rei æquitatem & jurisdictionis ordinem convenientem formam rei det.

De medico res ægroti exterquente.

III. Idem lib. V Opinionum.

Si medicus, cui curandos suos oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittendorum eorum per adversa medicamenta inferendo, compulit [47], ut ei possessiones suas contra fidem bonam æger venderet: incivile factum Præses Provinciæ coerceat, remque restitui jubeat.

De salario juris studiosorum.

IV. Paulus lib. IV ad Plautium.

Divus *Antoninus* Pius rescripsit, juris studiosos [48], qui salaria petebant, hæc exigere posse.

Quatuor genera cognitionum. 1. Definitio existimationis. 2. Quibus modis existimatio minuitur. 3. Vel consumitur.

V. Callistratus lib. I de Cognitionibus.

Cognitionum numerus cum ex variis causis descendat, in genera dividi facile facile non potest, nisi summatim dividatur. Numerus [49] ergo cognitionum in quatuor fere genera dividi potest: aut enim de *honoribus* sive muneribus gerendis agitatur: aut de *re pecuniaria* disceptatur: aut de *existimatione* alicujus cognoscitur: aut de *capitali crimine* [50] quæritur. §. 1. *Existimatio* [51] est dignitatis inlæsæ status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate legum aut [52] minuitur, aut consumitur. §. 2. *Minuitur* existimatio, quotiens, manente libertate, circa statum dignitatis pœna plectimur, sicuti cum relegatur [53] quis, vel cum ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebejus fustibus [54] cæditur, vel in opus publicum datur, vel cum in eam causam quis incidit, quæ Edicto perpetuo infamiæ causa enumeratur. §. 3. *Consumitur* vero, quotiens magna [55] capitis minutio intervenit, id est [56], cum libertas adimitur: veluti cum aqua & [57] igni interdicitur, quæ in [58] persona deportatorum venit [59], vel cum plebejus in opus metalli, vel in metallum datur, nihil enim refert, nec [60] diversa pœna est operis & metalli, nisi quod refugæ operis non morte, sed pœnæ metalli subjiciuntur.

Si judex litem suam fecerit.

VI. Gaius lib. III Rerum Cottidianarum [seu aureorum].

Si judex litem [61] suam fecerit, non [62] proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu obligatus est, [&] utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione, & in quantum de ea [re] æquum religioni judicantis visum fuerit, pœnam sustinebit.

[32] *L. 5. §. 6. C. de postulando.* [33] *L. 43. D. de pact. l. 5. Cod. de postulando.* [34] Malo more pecuniam sibi promissam profitetur, qui se de lite pactum ait, *ut hic*: mala ratione servi extero se omi mandant & mammittit. *l. 54. D. mandati.* [35] *l. 19. §. 1. D. de negot. l. 8. D. quod metus causa. l. 1. in fin. D. de all. empt. Ubi scripsi.* [36] Promissa. [37] Id est, centum aureos. *D. mandat.* [38] Palmarium est præmium, quod victoria causa datur. [39] Hoc hodie consuetudine non servatur, ut *Alberic. notat.* [40] Adde *l. 18. D. ratam rem.* ordinatione vero curiæ Parisiensis advocati, pro singulis causis supra decem libras Gallicas accipere prohibentur. Lex Cincia, ut antea dixi, vetabat quidquam accipi. *Tacit.* [41] Hæc de advocatis Ammianus 30. hoc ipsum (inquit) vendunt, quod ocitantur. *& petit*, si voluntate mactem finxeris accidisse, multas tibi suffragantes absolutionum lectiones & recondita pollicentur, si te nummatum senserint, *& petit*: nihil præter insemoniacam petendi licentiam norunt. *Goth.* Centum aureos Budæus hic intelligit pro duobus auri pondo. *De Asse lib. 5.* Sic in proxeneticis nuptiarum certa pecuniæ summa constituta est *l. fin. C. de sponsalib.* Idem assessoribus. *l. 4. D. de offic. Assess. &* procuratore fisci. *l. 15 C. de advocat. diversi.* Auf. [42] *l. 4. D. de off. assess.* [43] Vide *l. ult. D. pro derelicto.* [43] Τροφεῖα. Græci. [44] Eousque. *Hal.* [45] Dixi ad *l. 1. C. rer. amotar.* [46] Adde *l. 39. D. de usuris.* [47] *l. 9. C. de profession. & medicis.* Vide *Alciat. 2. Parerg. 19.* [48] Juris studiosi, jurisconsulti. *l. 1. D. de offic. assess.* de variis appellationibus Jurisconsultorum, vide *Cujac. 7. obs. 25.*

[49] Cognitio est sive de re quæritur, sive de honore, seu munere, aut de re pecuniaria, aut de existimatione, aut de capitali crimine. [50] *l. 32. D. de arbitr.* [51] Existimatio quid. [52] Existimatio minuitur, vel consumitur. [53] Relegati infames. [54] Vide *l. 22. D. de his qui notantur.* [55] Id est, media, *Zoannetus 17. restituit.* [56] Idem est cum libertas, *Zoannetus ibid.* [57] De aquæ & ignis interdictione, dixi ad *l. 1. §. 2. D. de leg.* [58] Deportatio successit in locum aquæ & ignis interdictionis, *ut hic.* Qui deportati, nam cives? non cives, non jure Quiritum liberi, *Cujac. Instit. de cap. dimin.* [59] *Al.* venit. [60] Metalli operis, & metalli pœna prope eadem. [61] Vide quæ notavi ad *tit. C. de pœna judicis, qui male judicavit. l. 29. in fin. C. de pœn.* [62] Imo interdum proprie ex maleficio, veluti si dolo. *l. 15. in fin. D. de jud.*

Tit. XIV.

DE PROXENETICIS [1].

De petitione.

1. Ulpianus lib. XLIII ad Sabinum.

Proxenetica [2] jure [3] licito petuntur.

An proxeneta qui faciendi nominis causa intervenit, teneatur.

II. Idem lib. XXXI ad Edictum.

Si proxeneta [4] intervenit faciendi nominis, ut multi solent: videamus, an possit quasi mandator teneri? & non puto teneri: quia hic monstrat magis nomen, quam mandat [5], tametsi laudet nomen. † Idem dico, & si aliquid philantropiæ [6] nomine acceperit, nec ex locato conducto erit actio. Plane si dolo [7] & calliditate creditorem circumvenerit, de dolo actione tenebitur. *L. 7. §. 8. D. de dol.*

De proxenetica ἐξ ἰδιωτικοῦ. De usu proxeneticæ.

III. Idem lib. VIII de Omnibus Tribunalibus.

De proxenetico, quod & sordidum, solent Præsides cognoscere: sic tamen, ut in his modus esse debeat, & quantitatis & negotii in quo operula ista defuncti [8] sunt, & ministerium quale quale accommodaverunt. Facilius (quod Græci ἰδιωτικὸν [9] *id est, interpretativum, seu* [10] *interpretis honorarium* appellant) peti apud eos poterit, si quis forte condicionis, vel amicitiæ, vel adsessuræ, vel cujus [11] alterius [12] hujusmodi proxeneta fuit. Sunt enim hujusmodi hominum, ut tam in magna civitate, officinæ. Est enim proxenetarum modus, qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis [13] utiles non adeo improbabili [14] more se exhibeat.

[1] De proxeneticis. *Hal. de professetis. Vulg.* male. Proxeneticon est merces, quæ proxenetæ seu interessori debetur ob præstitam aliquod officium peregrino homini, vel simili, vide *l. 2. l. 3. hic fin. D. eod.* [2] *l. 3. D. eod. l. 7. D. mandati. l. 1. C. mandati.* adde *l. 15. D. de præscr. verb.* de proxeneta, vide *Cujac. 11. observ. 18.* [3] Non improbabili more *l. 3. D. eod.* [4] Proxenetas intervenisse nominis faciendi causa hic locus indicio est. *Sanct. 31. Epist. 120.* Æa alienum facias oportet, sed solo per intercessorem mutueris. Nolo proxenetæ nomen tuum jactent. Paratum tibi creditorem dabo. atque ita Proxeneta monstrat magis nomen quam mandat, quamvis laudet seu jactet, ideoque neque mandati, neque locati conveniri possunt proxenetæ, etiamsi philantropi aliquid nomine acceperint: nisi dolum admiserint, *ut hic*, vel nisi mandatum eis fuit ut vires futuri debitoris excuterent *l. 42. D. mandati.* [5] Vide quæ scripsi *ad l. 10. §. 7. D. mandati.* [6] Philantropii. *Hal.* philantropi *Vulg.* philantropiæ. *Bud. Alciat. 8. parerg. 21.* bene philantropi: interdum enim recto casu philantropum Græci dixerunt, vide *Cujac. 11. observat. 18. in Paratitlia C. ad tit. de donat.* [7] *Al.* funct. [8] Alciatus 8. *parerg. 21.* legit, vel quæstus legit, vel lucrum, vel laceri species: cujus vocis meminit Plato in *Sympos. Isidor, Damasc.* Alii legunt bratia pretium ærumnæ: Alii fœnus, vide *Cujac. Obs.* [9] Pista nepotis, utilium dignitatum.

[10] Interpretitium, honorarium interpretis, adde *l. 1. in fin. D. de verb. obl.* de variis mercedulis rerum generibus, vide Cuiacium 1. *Disp. 14.* dixi plenius Edicto Justiniani. 13. *cap 7.* [11] *Al.* alterius. [12] *Ultim. D. de donat. Perezium.* [13] Secus ibi illicitis: ut est Episcopatus & *Novell. 120. cap. 2.* [14] Jure licito. *l. 1. D. eod.*

Tit. XV.

DE CENSIBUS [1].

De coloniis, quæ jus Italicum habent.

I. Ulpianus lib. I de *Censibus*.

Sciendum est, esse quasdam [2] colonias *juris Italici* [3], ut est in Syria Phœnice splendidissima Tyriorum [4] colonia, unde mihi origo est, nobilis *regnantibus*: serie sæculorum antiquissima: armipotens: fœderis [5], quod cum Romanis percussit, tenacissima: huic enim D. *Severus* [&] Imperator noster ob egregiam [in] Rempublicam, Imperiumque Romanum infignem fidem, jus *Italicum* dedit. §. 1. Sed & Berytensis [6] colonia in eadem provincia Augusti beneficiis gratiosa: & (ut Divus *Hadrianus in quadam Oratione* ait) *Augustana* [7] *colonia* quæ jus Italicum habet. §. 2. Est & Helipolitana [8], quæ à Divo *Severo* per belli civilis occasionem *Italica colonia* Rempublicam accepit. §. 3. Est & Laodicena colonia in Syria Cœle, cui D. Severus jus Italicum ob *belli civilis* [10] merita concessit. Ptolemensium [11] enim colonia, quæ inter Phœnicen & Palæstinam sita est, nihil præter nomen Coloniæ habet. §. 4. Sed & Emisenæ [12] civitati Phœnices [13] Imperator noster jus coloniæ dedit, *jurisque* Italici eam fecit. §. 5. Est & Palmyrena [14] civitas in Provincia Phœnice prope Barbaras [15] gentes & nationes collocata. §. 6. In Palæstina duæ fuerunt coloniæ, & *Cæsariensis*, & *Ælia Capitolina* [16], sed neutra jus Italicum habet. §. 7. Divus quoque Severus [17] in Sebastenam [18] civitatem coloniam deduxit. §. 8. Indicia [19] quoque Zernensium [20] colonia à Divo Trahiano [21] deducta, juris Italici est. §. 9. Zarmizegethusa [22] quoque ejusdem juris est: item Napocensis [23] colonia, & Apulensis, & Patavicensium [24] vicus, qui à D. Severo jus coloniæ impetravit. §. 10. Est & in Bithynia [colonia] Apamena, & in Ponto Sinopensis. §. 11. Est in Cilicia [25] Selinus, & [26] Trahianopolis [27].

[1] Addition in libro 11. *C. tit. 17. de censibus*, ubi peræquatores & inspectores. *Vulg.* servire. id est, de inspectoribus. 56. *sunct. &c.* adde 18. *C. Theod. 10. & 11. 3. Est.* 39. Parva de censibus, quod ait, nihil aliud est, quam de æstimationibus privati cujusque patrimonii. *Zas. 5. Resolut. 3.* De pœna incensi, hoc est, ejus, qui incensum professus non est, dixi ad *Upian 11. §. 11.* [2] *l. 3. l. 6. l. 7. l. 8. D. ord. l. un. C. de privilegiis urb. Constantinop.* [3] Vide *Cujac 10. obs 35.* [4] Antiqua Tyros hinc dicitur Virgilio *Æneid. 1.* [5] Fœderisque. *Hal.* [6] Berytiensis. *Hal.* [7] Forte de Italicensibus, unde ipse ortus erat. 16 *Gud.* [8] Num ea ortione Hadriani de municipiorum & coloniarum jure tractavit. [9] Augustana. *Hal.* [10] Scil. Pescennii Nigri. Severus autem Laodicensi id privilegii concessit, quod in ejus partibus Episcopus adversus Nigrum, nec ita contentus Antiochiam illum Laodiceæ, ut & Byzantium Perinthio adjudicavit, quod partes Nigri secuti essent, *Rodriguez 3. Variarum* 3. unde formulæ initio dubitandi, in *I. Antistius fin. D. de rebus autent. jud. poss.* An Antiochensibus, qui non à Principatu, sed à lege sua recuperant privilegia ademptæ restituantur? & respondit Paulus ex diversa Phœnices. *Bapt à Porta.* [11] Ptolemæensium. *Bapt à Porta.* [12] Miseni. *Hal.* Misenæ. *Vulg.* [13] *Porta.* Phœnicæ. *Hal. Vulg.* [14] Palmurenæ. *Vulg.* [15] Barbaricas. *Hal.* [16] Ea est Hierosolyma. *Dion. Cassius Nicæus in Adriano.* Inde Capitulenses, Hierosolymitani. *I. 8. §. 7. D. eod.* [17] *Al.* Severus & Antoninus. [18] Sebastenam. *Hal.* Sebasthenam. *Vulg.* [19] Indicæ. *Vulg.* Inclyta quoque Cyrenensi. *Bapt à Porta.* In Dacia quoque Zernæensium. *Cujac. 10. observ. 37. & Basil de antiqua inscriptione.* [20] Cyrenensium. *Hal.* [21] Trajano. [22] Zarmizegethusa. *Hal.* Zamisetusa. *Vulg.* Ptolemæus in Dacis ponit Zarmigethusam. *Al.* Zarmizegetusa. [23] Naburnensis. *Vulg.* Napocensis. *Basil.* [24] Paramissensium. *Hal.* Potamissensium. *Bapt à Porta. Hieronymo. Basil.* [25] Sicilia. *Vulg. Hal. Bapt à Porta.* [26] Et Thaetis, & qui *Aller 21. observ. 28.* [27] Trajanopolis, hæc duo vocabula sunt unius, ejusdemque civitatis, unum vetus, alterum novum. [28] Id est, æstimatio patrimonii pro solvendo tributo, si ex vitio, vel errore facta sit, talis professio evanescit novis professionibus: id est, dum tributarius suum patrimonium refert. *Zas 2. Intellect. 3.* [29] *Al.* Temporum. [30] *Al.* Edictis. [31] Novæ professionis. Galli *nouvaux advenu & denombrements*, hæc lex dominis, & vasallis scitu admodum est necessaria. [32] Ætas probatur libris censualibus. *l. 4. §. 3. D. ad l. 13. D. de probat.* adde *Cicero. pro Archia poeta. l. 1. C. si minor.* Ex edicto Servii Tullii universum nomine parentes Lucinæ certam pecuniam jubent: qui ab adolescentia in juventutem migrabant, Jurentæ: moriturus, Lubitinæ: atque ita finis puberi quoque anno nati, vivi, aut mortui essent. *Halicarn. 4.* postea Prætoribus id cura fuit, *Cic. pro Archia. Lucas in Enan. 2.* Marcus Antonius philosophus dein justit apud præfectos annis unumquemque civium natos liberos profiteri intra trigesimum diem nomine impolito. Per provincia tabularios eum in finem instituit, vide *Capitolinum in Marco Antonino.* Sic edicto regis Francisci anno 1539. cautum fuit, ut singuli curiones baptizatorum, & mortuorum in regestis nomina conscriberent, de quo vide Rebuff. 2. *Tract. de regist. baptismi, sepultura, & alliis.* de natalibus & natali professione, *vide l. 1. C. si minor se majorem l. 10. l. 13. C. de probat.* adde quæ scripsi *ad l. 6. C. de fide instr. Novell. 74. cap. 4. §. 1. l. 29. §. 1. D. de prob.* libri octorum dicuntur à Juvenale *Sat. 9.* [33] Apud censorem, sive censitorem. [34] *Al.* Syria. [35] Debere. [36] Peligninum. *Hal.* [37] Formam censualem observa, adde formulam ex oratione *pro L. Flacco.* Cicer. Vide Tholoſan. *de Republ. lib. 3. cap. 5.* Auf. [38] Agrorum, nam alia erat ætatis, de qua *l. 3. D. eod.* [39] Adde *l. 6. D. de rei vind.* [40] Fundi, & possessionis nomina, situs & qualitatem agri in formas censuales exprimi oportet. Id ruris est ingenium. *l. 7. C. de bonis proscript.* [41] Ad finem fundi ista pertinent, civitas, pagus, confinium.

fit, & quos duos vicinos proximos habeat: & [id] *arvum* 43 quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum 44 sit: *vinea*, quod vites habeat: *olivae* 44 quot jugerum, & 45 quot arbores habeat: *pratum*, quod intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum: *pascua*, quot jugerum esse videantur: item *sylvae caduae*: omnia ipse, qui defert, æstimet. §. 2. Illam æquitatem debet admittere censitor 46 ut officio ejus congruat, relevari eum 47, qui in publicis 48 tabulis delato modo frui certis ex causis non possit. Quare, & si agri portio chasmate 49 perierit, debebit per censitorem relevari. Si vites mortuæ 50 sint, vel arbores aruerint: iniquum, eum *numerum* inseri censui. Quod si exciderit arbores, vel vites, nihilominus 51 eum numerum profiteri jubetur, qui fuit censûs tempore: *nisi causam excidendi censitori probabit*. §. 2. Is vero, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri 52 debet, in qua ager est: agri enim tributum in eam civitatem debet levare 53, in cujus 54 territorio possidetur. §. 3. Quanquam in quibusdam beneficia personis 55 data immunitatis cum persona extinguantur: tamen cum generaliter locis 56, aut cum civitatibus, immunitas sic data videtur, ut ad posteros transmittatur. §. 4. Si, cum ego fundum possiderem, professus 57 sim, petitor autem non 58 fuerit professus, actionem illi manere placet. §. 5. In servis 59 deferendis observandum est, ut & nationes eorum, & ætates 60, & officia, & 61 artificia specialiter deferantur. §. 6. Lacus quoque piscatorios, & portus in censum dominus debet deferre. §. 7. Salinæ si quæ sunt in prædiis 62, & ipsæ in censum deferendæ sunt. §. 8. Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. §. 9. Quæ post censum edictum 63 nata, aut postea quæsita sint, intra finem operis consummati 64 professionibus edi possunt. §. 10. Si quis veniam petierit, ut censum sibi emendare 65 permittatur, deinde post hoc impetratum cognoverit se non debuisse hoc petere, quia res emendationem non desiderabat: nullum ejus 66 præjudicium ex eo, quod petiit, ut censum emendaret, fore sæpissime rescripsit est.

De præjudicio communi. 1. *De fideicommisso.* 2. *De legato.*

V. Papinianus libro XIX Responsorum.

CUm possessor unus expediendi negotii causa tributorum jure convenerit, adversus cæteros, quorum æque prædia tenentur ei, qui conventus est, actiones à fisco præstantur: scilicet ut omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant: nec inutiliter actiones præstantur, tametsi fiscus pecuniam suam receperit, quia nominum venditorum pretium acceptum videtur.

§. 2. Qui non 67 habita ratione tributorum, ex causa fideicommissi prædia restituunt, actionem ex Divi *Pii Antonini* literis habent, quam legato quoque soluto locum habere voluit.

§. 3. Pro 68 pecunia tributi, quod sua die non est redditum, quo minus prædium jure pignoris distrahatur 69, oblata moratoria cautio non admittitur, nec 70 audietur legatarius contradicens ob tributa præteriti 71 temporis, quod heres solvendo sit, & is, qui tributis recipiendis præpositus fuerat.

De coloniis & jure Italico.

VI. Celsus lib. XXV Digestorum.

COlonia *Philippensis* 72 juris Italici est.

VII. Gaius lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

JUris 73 Italici sunt, *Tarentini, Beneventani, Antoniniani*, id est, *Troas, Berytus, Dyrrachium.*

VIII. Paulus lib. II de Censibus.

IN Lysitania 74 Pacenses 75, sed & Emeretenses 76 *juris Italici* sunt. † Idem jus Valentini 77 & Licitani 78 habent. † Barcenonenses 79 quoque ibidem immunes sunt. §. 1. Lugdunenses Galli, item Viennenses in Narbonensi juris Italici sunt.

§. 2. In Germania inferiore Agrippinenses 80 juris Italici sunt.

§. 3. Laodicia 81 in Syria, & Berytos 82 in Fœnice juris Italici sunt: & 83 solum earum. §. 4. Ejusdem juris & Tyriorum 84 civitas à Divis Severo & Antonino facta est. §. 5. Divus *Antoninus* Antiochenses 85 colonos 86 fecit *salva tributo*.

§. 6. Imperator noster Antoninus civitatem Emisenorum 87 coloniam & juris Italici fecit. §. 7. D. *Vespasianus* 88 Cæsarienses 89 colonos fecit non adjecto, ut & juris Italici essent: sed tributum his remisit capitis 90: sed Divus Titus etiam 91 solum immune factum interpretatus est. Similes eis *Capuanenses* 92 esse videntur. §. 8. In Provincia Macedonia Dyrracheni 93, Cassandrenses 94, Philippenses 95, Dienses, Stobenses 96 juris Italici sunt. §. 9. In Provincia Asia duæ sunt juris Italici, Troas, & Parium 97. §. 10. In Pisidia ejusdem juris est colonia 98 Antiochenium. §. 11. In Africa Carthago 99, Utica 100, Leptis 1 magna à Divis 2 Severo & Antonino juris Italici facta sunt.

Tit. XVI.
DE 1 VERBORUM 2 SIGNIFICATIONE 3.

Si quis.

I. Ulpianus lib. I ad Edictum.

VErbum hoc, *si quis* 4, tam masculos quam fœminas complectitur 5.

Urbs Roma. 1. *Dici major pars.*

II. Paulus lib. I ad Edictum.

URbis 6 appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius 7 patet. §. 1. Cujusque dici 8 major pars est horarum septem 9 primarum 10 dici, non suprema-rum 11.

Viginti millia diurna. 1. *Heredit as.*

III. Ulpianus lib. II ad Edictum.

ITinere 12 faciendo *viginti* 13 *millia* passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda: ut si post hanc dinumerationem minus quam viginti millia supersint, integrum diem occupent: veluti si 14 viginti unum millia sunt passus, biduum eis attribuetur: quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conveniat 15. §. 1. Ejus qui apud hostes decessit, dici hereditas non 16 potest, qui servus decessit.

Nomen.

IV. Paulus lib. I ad Edictum.

NOminis 17 appellatione rem 18 significari Proculus ait.

Res, pecunia. 1. *Opus.*

V. Idem lib. II ad Edictum.

REi appellatio latior 19 est 20, quam pecuniæ 21, quæ 22 etiam ea, quæ extra 23 computationem patrimonii nostri sunt, continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. §. 1. Opere locato 24, conducto: his verbis *Labeo* significari ait id opus, quod Græci ἔργωνλαβεῖν 25 vocant, [non ἐργάζ.,] id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum 26.

Nomen, res. 1. *Ex legibus.*

VI. Ulpianus lib. III ad Edictum.

NOminis 27, & rei 28 appellatio ad omnem 29 contractum & obligationem pertinet. §. 1. Verbum *Ex legibus*, sic accipiendum est: tam ex legum sententia 30, quam ex verbis.

Sponsio.

VII. Paulus lib. II ad Edictum.

SPonsio appellatur, non solum quæ per sponsis 31 interrogationem fit, sed 32 omnis 33 stipulatio promissioque.

Opertebit. 1. *Actio.*

VIII. Idem lib. III ad Edictum.

VErbum, *Opertebit* 34, tam præsens, quam futurum tempus significat. §. 1. Actionis verbo non 35 continetur exceptio.

1 Hoc jus dare *respondit*. 2 *Rel* 2. *resp. Papiniani, Scævolæ, Marcellum.* 6. *Marcus.* 3. *adde* 50. *Decret.* 40. 5 *Exter.* 12. 5 *Clem. mil.*

2 De verborum & rerum significatione, *Festus*, & ita conceptus est titulus trigesimus octavus Codicis *Theodosiani*, cum restat? ut eo eandem redeat quæstio: An res aliquid significet, nec ne: Sic festio, vocabula rerum notas esse, *Cicero Topicis*: res ipsas vocabulis significari, res per se non significare: sed vel Dei judicio tantum, vel hominum instituto. Dei, unde rerum futurarum, cœlestium ac invisibilium veritas certis rebus aspectabilibus adumbratur. Hominum, quoties inter se rebus citra verborum connexionem quasi loquuntur, hinc arræ, & annuli nuptiales & venditionum: claves & instrumenta traditæ traditionem possessionis: alapæ & circumductiones manumissionem significant. Hoc apud Ægyptios hieroglyphicæ literæ: & in re militari tria sunt genera signorum, vocalia, ut puta, Deus nobiscum triremes: semivocalia, quæ per tubam, aut cornu, aut buccinam dantur: mista, ut sunt æquites, dracones, vexilla, flammulæ rotæ: sunt & alia in equis, indumentis, & armis, & manuum motione. vid. 3. *Virgilium* 5. 3 De verborum significatione Jurisconsulti veteres multi scripsere, & quidem Ælii Galli liber primus & secundus de verborum significationes, quæ ad jus pertinent, citatur à *Festo in Postliminium*, & locis aliis, & in rem ab eodem Festo citatur liber Glossematon C. Atei Capitonis: citantur & ab eodem libri duo de verbis priscis L. Ciecii. Citatur & Verrius Flaccus lib. 4. de verborum significatu 5. *Gell.* 18. Santræ libri duo de verborum antiquitate: laudantur quoque à Festo & alii prope infiniti. 4 *l.* 195. *f. eod. l.* 3. *f. de negot. Cicero pro Cluentio, ubi dixit.* Indefinite, *l.* 3. §. 1. *f. de humine libero, l.* 16. *f. de jure fisci.* alias in lege, statutis, testamento, vel contractu, si quid ita specialiter conceptum fuerit, puta si vir, si masculus, si frater, si avunculus: fœmine, sorores, matertera non comprehenduntur: aliud erit, si in plurali quis fratrum (ex hoc exemplo judicium sit de cæteris) mentionem fecerit (tunc enim sorores, *l.* 35. *f. de public. l.* 93. §. 3. *f. de legat.* 3.) aut servorum, tunc enim ancillæ comprehenduntur, *l.* 62. *f. de legat.* 3. 5 Ideoque filiis institutis & filiæ instituæ videntur, *l.* 1. §. 3. *f. de ventre in possess.* filiis dato tutore, & filiabus datus intelligitur, *l.* 16. *f. de tutelis. inst.* hinc constat, fœminas masculorum nomine comprehendi, nisi consuetudo, vel lex aliam fuisse mentem testatoris demonstret. Ideoque si quis filiis tutorem, vel hæreditatem, vel feudum, vel quid simile reliquerit, fœminæ non comprehenduntur, si modo à superioribus statuto, vel lege remotæ fuerint. An vero masculinæ voce (puta filiorum, vel fratrum) fœminæ (puta filiæ, vel sorores) contineantur, vid. apud Socinum *regula* 25. ubi notat hanc legem minime obtinere in contractibus, vel si lege, vel statuto, vel consuetudine fœminæ nominatim excipiantur, si de re odiosa agatur, eave, quæ solis maribus, aut dignitas maribus, quam fœminis competit: si separatim mentum & fœminarum fit mentio: si proprium nomen adjectum voci masculinæ: si inde sequeretur legum emendatio. *Garb.* Vid. *l.* 52. *l.* 116. *l.* 122. *l.* 167. *f. eod. l.* 45. *f. de legat.* 2. *l.* 152. *f. eod. l.* 163. §. 1. *f. eod. Anf.* 6 Alterius, quam Romæ scil. *l.* 4. §. 4. *f. de penu.* Legata prius Tiburtina, quæ sunt Tiburi dumtaxat debentur: aliud erit, si domus Tiburtina integra simul legata sit, tunc enim adjacentia, id est, pecora, fructus, mancipia his verbis comprehenduntur. *l.* 2. *C. de hæred vacantibus*: aliud erit quoque, si humanitas, æquitas, privilegium, & mos loquendi contrarium admittant, aut dispositio sit illusoria. *Gotz.* Vide *l.* 87. *l.* 173. *f. eod. Anf.* 7 Hæc lex scita utilis est in quæstionibus privilegiorum, immunitatis concessæ, tenuitatis, delationis, locationis, jurisdictionis, exilii, & similibus. 8 Dies naturalis est spatium 12. horarum, *Isaacius in Exeg.* 11. *verf.* 9. Nox totidem horis constat, dies pars media, sex horæ: pars major, septem horæ. hinc constat, sextam diei naturalis horam, esse ipsum meridiem. *l.* 2. *f. de annuis legatis.* Hinc ille casus notabilis de eo, qui ignorans hereditam meridie institui posthumum qui jam eadem die albescente cœlo natus erat, *l.* 29. §. 1. *f. de lib. & posthum.* Diurnarum operarum debitor, solis ascensu meridianis, *l.* 3. *f. de operis libertorum*, vel solis pomeridianis non liberabitur, *d. l.* 2. dies vero civilis 24. horis constat, cujus principium est ipsa media nox, *l.* 8. *f. de feriis.* inde Calendis (demus ea die natum Titium) Titius testabitur, si pridie Calendas ipsas, post sextam horam noctis, id est, post mediam noctem testatus fuerit, *l.* 5. *f. qui testam.* Idem Calendis natus decimum quartum, vel vicesimum annum ætatis inchoat pridie Calendas, post sextam horam noctis, quod in testamentis, *l.* 5. *f. qui testam.* & manumissionibus servatur, *l.* 1. *f. de manum.* Cæterum dici civilis horæ sunt æquales, naturalis non sunt, longius enim spatium est orientis solis ad occasum æstate, quam hyeme: hinc horologia æstiva & hyberna, vid. Vitruv. 9. c. 9. 9 Juvenalis *Satyr.* 6. *verf.* 182. Inque dies septenis adverit horis: id est, majori parte diei. 10 Et mensis, qui trecentas & integri homines libentius dant fe ad laborem, quam festi jam. 11 Quibus etiam locatore invito (longia præfertim diebus) ei, qui suas operas conduxerit, adquiescere & meridiari licet, *arg. l.* 26. *f. de operis libert.* Itidem horis Romani litibus vacabant, vid. Cujac. 2. *de præscript.*

12 In itinere, *vulg. Itineri, Hal.* 13 *l.* 1. *f. si quis cautionibus. l.* 13. §. 2. *f. de excus. tut. l.* 2. §. 3. *f. quis ordo.* Id spatium, tempus iter faciendibus præstitutum dicitur, *l.* 38. §. 1. *f. ex quibus caus. major. adde l.* 137. §. 2. *f. de verb. oblig.* 14 Veluti si, *vulg. Hal.* 15 Conventiones enim contractibus formam dare solent. 16 Imo potest, *l.* 12. *f. qui testam.*

17 Pecuniæ, *vulg.* τῷ χρυσοκερατίνῳ *Rel.* 2. *c.* 4. *adde l.* 6. *f. eod.* nomina, sunt funeralitia erogationes, *l. ult. in prin. C. de pactis convent.* 18 Τὸ ὀνομαζόμενον πράγμα, id est, rem debitam, *Rel. ibid.* id, quod in actionibus est, vid. *l.* 52. *in fin. f. de legat.* 3. 19 *Rel. ibid. c.* 7. *l.* 2. *f. de reb. cred.* 20 Imo non est latior, *l.* 2. *in fin C. de constit. pecun.* 21 De qua vide *l.* 178. *f. eod.*

22 Quia etiam, *Pith.* 23 Pecunia dicitur *mea*, quæ est in patrimonio meo: res meæ, quæ est etiam extra patrimonium: sic res mea dicitur, quum vicini paries ardet, *Barthius* rei vocabulum est latius. Imperium, litem, vexercem, cur una notat res? *Anfonius in Manuscriptis*, adde quæ notavi ad *l.* 1. *f. de reb. cred.* 24 Legato, *Pith. Hal.* 25 Attil. 1. *Pont.* 8.

26 Operis faciendi debitor, nisi perfectionem operi addiderit, non liberatur, ut nec partis præstatione. Est enim fibi obligatio individua, *l.* 80. §. 1. *f. ad l. Falcid. l.* 72. *f. de verb. oblig.* Inserdum tamen operis vocabulo exceptum, nedum perfectionis intelligitur, *l.* 19. §. 11. *f. de aedil.*

27 *Rel. ibid. c.* 6. *vid. l.* 4. *f. eod.* Alii nominis verbo creditorem, alii debitorem intelligunt.

28 A nominativo rem, id est, ejus cujus res est, deducit. Graec. Flor. Sparf. hic. S. t.

29 Vid. *l.* 1. *f. de reb. cred.* 30 Id est, voluntate, *l.* 5. *C. de leg.* hinc magna oriuntur in legibus difficultates, quoties mens scripto opponitur, *Rhetor.* 3. *Inst.* 6. *c.* 7. *c.* 7. unde mens legis collegitur, dicam ad *dict. l.* 5. *l.* 20. *l.* 30. *f. de legib.* 31 Sponsi, *Pith. Hal.* 32 *Rel. ibid. cap.* 7. Spondere dicimur, quoties verbis promittimus, licet nullius à nobis stipuletur, *l.* 19. §. 2. *f. de solutis*, §. 1. *Inst. de verb. obl.* 33 Etiam sine interrogatione. 34 *Rel. ibid. c.* 8. demus ita formulam conceptam, quod ita dare oportebit, spondes? *l.* 76. §. 1. *f.* 80. *f. de verb. obl.* Idem dicendum est de verbo *erit*, *l.* 123. *f. eod.* & verbo, abfuturum, *l.* 19. *f. solutionum fabul.* Calcagnius autem hic legit, *operet.* & male. Ea vox enim præsens tantum debitum demonstrat, *l.* 115. *de verb. obl.* de verbo peveneris, vid. *l.* 40. *in fin. l.* 83. *f. de leg.* 3. *l.* 57. *f. ad Trebell.* de verbo supererit, vid. *l.* 58. *in fin. f. ad Trebell.* de verbo dénavero, vid. *l.* 109. *f. de leg.* 1.

35 Imo continetur, *l.* 1. *f. de excep.*

36 *M. Julianum* Haus notat, &c. id est, Julianum arachnen notat.

37 *Kal. ibid. c. 9.* adde *l. 4. §. 10. T. vi bonorum* : rapuisse, *Pulg.*

38 Ex qualibet causa, *l. 11. §. cod.* ex qualibet contractu, vel delicto, *l. 12. §. cod. Kal. ib. l. 1. T. de reb. cred.* qui spem habent actionis, *l. 54. §. cod. l. 42. T. de obl.* qui exceptione perpetua submoveri non possunt, *l. 55. §. cod.*

39 *Al.* ex quacunque causa actionis. vel, &c. *al.* quacunque tam actione, vel persecutione.

40 Vid. *l. 28. T. de obl.*

41 *l. 55. §. cod.* Debitor ideo dicitur is, à quo invito exigi potest, *l. 108. §. cod.*

42 Perpetua est, 30. annorum, *Scio-Lasses 3. Harm. §.*

43 *Al.* vel ordinario, vel extraordinario.

l. 44 l. 54. §. cod. 42. T. de obligat.

45 Propriè scil. aliud si abusive, *l. 16. §. 3. §. 4. T. de fidejuss. l. 94. §. 3. T. de solut.*

46 Seu contractu, *Meursius hic.* vid. *l. 12. §. cod.*

47 *Kal. ibid. c. 10.*

48 Vid. *l. 10. T. vulgo.* vel ex alio contractu, *Hal.* vel ex alio ullo contractu. *Pulg.*

49 Ἀναβαπτισθῆς, *Kal. ibid.* id est, quotidiani, & male, hic Græci è contrario legunt *pauli.* pro *pupilli*, *l. 48. T. de adq. rer.* vid. *Cujac. 1. obs. 12.*

50 Popularem actionem idem qui habet, non dicitur esse locupletior, *l. pen. §. de pupil.*

51 §. 33. *vers. tempore, Inst. de act. §. 5. in fin. Inst. de fidejuss. Kalog. d. loco, cap. 13.* vel nihil, *l. 32. §. cod.*

52 *l. 85. §. de solut.*

53 Tardius offerendo desistum, non liberatur ipsius debiti præstatione, nisi præstet quoque usuras moras, *l. 32. §. de usuris.*

54 Vid. *l. 81. §. 1. §. de legat. l. 3. §. 1. l. 101. §. de cond. & dem. Inst. de nupt. in pr.*

55 Vide *l. 5. §. 2. §. quibus ex caus. in pos. §. Quæstio sup. diuque. Kal. 23.*

56 Et generaliter quæcunque sexus fœminini sunt, *l. 25. §. 9. §. de aur.*

57 *Kal. ib. c. 13. & Harm. 3.* in rebus humanis non sunt, *§. ult. §. cod.* quorum pretium abest, *l. 14. §. cod.* abest etiam is, qui eo loci non est, quo petitur, *l. 199. §. cod.* qui extra continentia urbis est, *l. 173. §. cod.*

58 Corruptio & transfiguratio formam rei mutat, res petita non videtur exhiberi mutata forma, *l. 9. §. §. §. §. ad exhibendum*, sed nec reddi debitum, aut depositum, nisi eum eadem causa reddatur, *l. 3. §. 1. §. commodati.*

59 Quanquam, *Hotom. in verbo abesse.*

60 Materiam plerunque opus superat, Ovidius. vide *l. 14. §.* 61 Vide *l. 30. §. 36. §. hodie.* adde *l. 14. §. cod. Alii legunt*, manu pretii. Brissonius 4. *select.* 10. legit, manupretio: antiquorum more, qui ita conjunctim enunciabant, ita legendum esse, *in d. l. 13.* & apud Varronem 4. *de lingua*, 11. *Ruhl.* 1. *Carmen de re rustica*, *c. 14.* Plautum *in Menæchmis*, *Cic. 3. Verrina*, & apud Asconium *ibid.* 33. Plin. 11. & 34. *c. 7. & 35. c. 10.* Tertull. *lib. de Idololatria.* Hujus loci exemplum vide in §. 34. *Inst. de rer. divis.* 62 Vide *l. 4. §. 6. T. de usurp. l. 7. §. 7. T. pro empt. l. 46. in fin. T. de furtis.* 63 Vid. *l. 22. T. de adq. poss.* 64 Possumus, ob hoc quod furto pridem ablata possessionem non amisit. *Goth.* Vide Goedd. ad hunc *l. 2. §. 1.*

65 *V. l. 13. §. 1. T. cod.*

66 *l. 80. §. 1. T. de furtis.* 68 Rem ergo non amisit, qui actionem habet ad eam recuperandam, *ut hic*: vel cui actio à Prætore restituì potest, adde *l. 5. T. de in integr.* 69 *l. 16. l. 17. §. cod. Kal. ib. c. 15.*

70 Vide quem notavi ad *l. 4. T. de crimin. peculat.* 71 *l. 2. §. 2. T. de justitia & jure.* Goth. Adde *l. 7. ff. Quod cujusque Universit.* Anf. 72 Vide *l. 12. T. de publicanis.* 73 Facit *l. 15. T. de SC. Maced. l. 5. §. 4. T. de adilitio*, *l. 81. T. de furtis.* 74 Non semper tamen, *l. 26. §. §. T. ex quib. caus. major. l. 27. T. de reb. cred. l. 9. T. ratam rem.* vide *l. 23. C. de sacrosanct.* vidu *Forcrianus 2. select.* 22. 75 Publica sunt non tantum res religiosæ, sacræ, publicis usibus destinatæ, sed & bona civitatis, & peculia servorum civitatis inter publica habentur. 76 *Sub.* tantum.

77 Vectigal portus, à vectigali rerum venalium hic distinguitur. Portorium præstabat venditor ob venditionem, *l. 1. C. de Veteranis, l. 4. C. de proxim. sacr. scrin.* vectigal autem mancipiorum venalium quintæ, & vicesimæ (nisi malis cum Cujacio legere, quinquagesimæ ex Dione 53.) fuit, Tacitus *lib. 13.* De vectigali vicesimequintæ, quadragesimæ, quinquagesimæ, centesimæ, ducentesimæ, vide eundem 6. *obs. 28.* de decima litium, vide eundem 7. *obs. 5.* de publicis & vectigalibus, vide eundem 7. *obs. 4.* 78 Vectigal rerum venalium non est octava, ut vult Accursius, *aug. l. 7. C. de vectigal.* vid. *Cujac. 6. observ. 28.* 79 Vide *l. 13. T. de publ. & l. 8. §. 8. T. de pœn. Cujac. 9. obs. 31.* Goth. Adde *l. 1. T. quod cujusque universit. nom. l. 11. Cod. de Vectigalibus.* Anf.

80 *d. l. 13.* vid. *l. 16. §. 7. ibid.* 81 Piscatiarum, *Pulg. Hal.* ut merito inter regalia numerentur piscationum reditus, *2. fund. 56.* Picariæ sunt, è quibus feditur pix: nam & picem fossilem inveniri Plinius scribit 16. *c. 1.* 82 Munus tria significat, donum, onus, officium, *Kal. ib. c. 18.* adde *l. 12. l. 14. T. de muneris.* hinc munus gladiatorium dictum est ab officio, quod mortuis facere gentiles existimabant, defunctorum animas humano sanguine propitiari credentes. Tertull. *in lib. de Spectaculis cap. 30.* nisi malis ita dici, quod populo gratis daretur, *Lips. 1. Saturn. 7.* hinc munia apud Festum est officiosius, ut è contrario immunis, qui nullo fungitur officio. 83 Gron. legit *dici. Hor. Sat. hic.* S.L. 84 *l. 3. in fin. T. de testib.* 85 Munificus *Hal.* (quæ lectio placet Budæo) sunt qui non vacant, sed munus principi, id est, militi principali (*de quo vide Vegt. 3.*) faciebant beneficiarii, qui vacant munera officio, Milites munificos Vegetio *2. c. 7. & 19.* qui munia faciunt: munia loquam, & quidem vilia, puta lignum, fœnum, aquam, stramen pecuario, Vegetio *d. c. 19.* quod principalibus militibus obire ignominia erat non levis, qui principales milites essent, vide apud Vegetium *2. c. 7.* munifex, munnus, id est, lactans Plin. *11. c. 40.* munificum prædium, *l. 2. C. de præd. municular.* 86 Sensus est, Regioni reddere verbis, contrahimus etiam consensu: quæcunque etiam sine verbis, id est, circa animum contrahendi, *l. 189. §. cod. l. 7. T. de minoribus.*

87 *Inst.* propriè: aliàs impropriè contrahitur est in quo unus tantum obligatur, ut in mutuo, *l. 2. T. de cert. per.* Improprie magis distractus, ut transactio, solutio, liberatio: unde notare, Prohibita feu interdicta facultate contrahendi, interdictum quoque censeri translegendi facultatem, quod Baldo tamen non placet. *cap. C. de pactis.*

88 Contractus, est factum (inde dicimur facti potius quam juris, *l. 7. in fin. T. de curatore furiosi.*) obligationem inter aliquos constituens. factum, quo obligamur, sed non ipsum violatum jus. Contractus, non est obligatio, cum ex ex contractu oriatur, vide Hugonem Donellum *ad l. 1. num. 8. 12. T. de reb. cred.*

89 Hinc colligit Alciatus, Mutuum stipulationem, & demutionem proprie non esse contractus, & male mutuum inter contractus stipulatio diserta verba summeratur, *l. 1. in fin. T. de pactis l. 5. §. T. de verb. oblig. §. ult. Inst. de ob. quemadmodum & donatio, vid. l. 7. Cod. de his, quæ sunt sine causa.* vide Balduc. 2. *suppotat.* 3.

90 *l. 7. §. 2. T. de pact.* contrahere sic differtere opponuntur, quemadmodum & apud Græcos συναλλάττειν, καὶ ἐναλλάττειν, *Aristot. 1. Ethic.*

91 An in testamento contrahi possit, necne, vid. quæ not. ad *l. 21. in fin. T. qui test.*

92 Argumentum, nec tutor, nec possim à contractibus ad ultima voluntatem ducunt vide tamen Everardum *Tutor. loco 36. à contrahitur ad ultimas voluntates & contra*, & Menticam 3. *de conject. ultimar. voluntatum 18.*

93 Bonorum appellatione quæ veniant, vid. *l. 49. §. cod.*

94 Actiones, καὶ τὰ ἐγγραφὰ, *Kal. ibid. c. 21.* adde *l. 1. Cod. de sent. passis.* 95 Vid. *l. 17. §. ult. §. 16. T. eod. Kal. ib. c. 21.* 96 Vide *l. 2. §. ad exhib. Kal. ib. c. 22.* 97 Vide *d. l. 75.* 98 Vide *l. 1. T. de rebus creditis.*

99 *V. l. 9. §. 12. T. de hered. Inst. Kal. ib. c. 25. §. 2. Inst. de rebus corp.*

100 De eo quod nostrum est, & quod meum, vide *l. 58. in fin. l. 105. §. cod. l. 49. T. de rei vindic. l. 12. §. 3. T. ad exhib. l. 41. l. 52. T. de adq. rer. d. l. 239. in fin. l. 190. §. de reg. jur. 1 Cujac. Pulg. Hal. l. 74. T. de legatis 3.* 2 Imo usufructus dominii pars est, *l. 4. T. de usufr.* Goth. Vide Goedd. hic & Vigl. *Inspir. de heredib. inspir. §. alienare.* 2. *num. 1.* Anf. 3 Servitus. *Hal.* 4 Meum etiam dicitur, cujus nulla pars alterius est. 5 Partis appellatione, pars indivisa intelligitur, vide *l. 18. in fin. T. de leg. 2.* 6 Pars à suo toto divisa, totum quodam constituit, v. *l. 8. §. 1. T. communi prædiorum, ubi dixi de parte pro indiviso & divisa.* 7 Partis appellatione dimidia intelligitur, *l. 43. T. de usufr.* 8 Partus non est pars rei furtivæ. *Kal. ib. c. 26. v. 2. 20. in fin. T. de usurp. v. l. 48. §. 5. T. de furtis.* 9 Pars de toto prædicatur (at non à contra) nisi negative, *ut hic.*

10 *Eclog. ibid. c. 27.* est species fundi, *l. 115. §. cod.* ager cum ædificio, fundus. *l. 211. in fin. T. eod.*

11 *l. 13. T. de impensis. Kal. ib. c. 27.* stipendium à tributo nihil hodie differre ait Cujacius 7. *obs. 5.* olim distabat, vide Theophilum. 12 Vide *l. 22. in fin. T. ad municipalem*, intributione. *Pulg.*

13 De quo adde *l. 67. §. cod.* 14 Alienat rem qui eam pacitur usucapi, *Kal. ib. c. 28. l. 44. §. 9. T. de cond. & dem. l. 3. §. 1. T. quæ in fraud. cred.* Est enim alienatio, actus per quem dominium transfertur. *l. 1. in fin. C. de fundo dotali.* 15 Non utendo servitutes amittuntur, *l. 3. §. 1. l. 4. T. quæ in fraud. cred.* 16 Vide *l. 6. T. quæ in fraud.* 17 Adde *l. 8. T. de option.* 18 Disjunctivam habeos oratio, disjuncta est: quæ vero conjunctivam, conjuncta: Quid quæ verorum? vide *l. 142. §. cod.* 19 Vide *l. 53. §. cod. Kal. ib. c. 29.* 20 *l. 10. l. 48. T. de usufr. l. 80. §. 2. T. de contr. empt. l. 7. §. 7. T. fulcro.* 21 Hic interim nota, Sylvam non tantum de arboribus dici, sed & de herbis, Virgilius *Georg. 1.* Subit aspera sylva, lappasque, tribulosque. *Cujac. 10. obs. 15.* Similiter etiam pro viridario, *l. 27. §. 1. T. de publ. & l. 8. §. 8. T. de pœn.* 22 Illecta sunt spicæ, *Hal.* Illecta dicitur stipula, quæ modum collecta. 23 In messem, *Pulg. Hal.* & male. In messe, id est, dum messis fieret. 24 Occaverint: & male. Sensus est, Spicas, quæ post messorum terga à tenuioribus legi solent stipulas appellari. Terentius *in Adelphis*: præter hæc, meridie ipso faciam, ut stipulam colligat: *hoc refer 19. Levit. vers. 9. & c. 23. vers. 22. Ruth. 2. vers. 3. & 6.* 25 Noctu *observa. Eclog. ib. c. 30.* hinc Novellerium, *l. 39. T. de hered. pet.* novellium, *l. 8. T. de fundo dotali*: 26 Proficiscitur, *Hal. explodendum. Kal. ib. c. 30.* Liber variorum auctorum de limitibus agri Varro 4. *de lingua l. ult. in fin. T. de terminis.* Novale 18. Plin. 19. novata terra, Cicero *de oratione.* 26 Proficiscitur, *Hal. explodendum. Kal. ib. c. 30.* Liber variorum auctorum de limitibus. Novalis ager dicitur, qui primum proficissus: & apud Servium 11. *Georg.* Novales, sunt arva primum proficissa. Idem refert Hieronymus & Isidorus 3. *in c. novale 1. & 2. extra de verb. sign.* ubi tractant interpretes, num ex novalibus debeantur decimæ. Possis hinc inde legere, Novale ob etiam terra primum proficissa, & quæ anno ceslavit, ut hujus vocis duæ sint significationes. Addatur tertia, ut novale, sit ager, cujus vetus facies immutata sit in novam, veteri non absimilem. Ut si veteres olivetum sacridas, ut novellum reponas, *l. 8. T. de fundo dotali. ex sylva novale facias, l. ult. T. de terminis*, quod nihil aliud esse puto, quam novelletum in fundo facere, *l. 39. T. de hered. pet. l. 6. T. de impensis.* Scio tamen Servium 1. *Ecl.* scribere, novalia dici, unde sylva tollitur.

27 Quinimo & quo tamen ceslavit: sed quæ super magna cura ad culturam redacta est, quod utique non negat Paulus: ut eum fraudra reprehendat Laurentius Valla.

Agere, gerere, contrahere.

XIX. Ulpianus lib. XI ad Edictum.

Labeo libro primo Prætoris Urbani definit, quod quædam 86 agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. † Et *Actum* quidem generale verbum esse, sive verbis, sive re quid agatur: ut in stipulatione, vel numeratione. † *Contractum* 87 autem ultro 88 citroque obligationem 90, quod Græci συναλλάγματα 89 vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. † *Gestum* sem significare sine verbis factum.

XX. Idem lib. XII ad Edictum.

Verba, *Contraxerunt, gesserunt*, non pertinent ad 91 testandi jus 92.

Bona.

XXI. Paulus lib. XI ad Edictum.

Principes bona 93 concedendo videntur etiam obligationes 94 cedere.

Restituere, exhibere.

XXII. Gaius lib. IV ad Edictum Provinciale.

Plus est in restitutione 95, quam in exhibitione: nam *exhibere* 96 est, præsentiam corporis præbere, *restituere* 97 est, etiam possessorem facere, fructusque reddere: plerasque præterea restitutionis verbo continentur.

Res.

XXIII. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

Res 98 appellatione & causæ & jura continentur.

Hereditas.

XXIV. Gaius lib. VI ad Edictum Provinciale.

Nihil est aliud hereditas, quam successio 99 in universum jus, quod defunctus habuit.

Noster & meum. 1. Pars.

XXV. Paulus lib. XXI ad Edictum.

Recte dicimus eum fundum totum nostrum 100 esse, etiam cum 1 usufructus alienus est: quia usufructus non 2 dominii pars, sed servitutis 3 sit: ut via, & iter: nec falso dici, totum meum 4 esse cujus non potest ulla pars dici alterius esse: hoc & *Julianus*: & est verius. §. 1. *Quintus Mucius* ait, partis appellatione rem pro indiviso 5 significari: nam quod pro 6 diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse. *Servius* non ineleganter partis appellatione utrumque significari 7.

XXVI. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

Partum 8 non 9 esse partem rei furtivæ *Scævola* libro undecimo Quæstionum scribit.

Ager. 1. Stipendium, tributum.

XXVII. Idem lib. XVII ad Edictum.

Ager 10 est locus, qui sine villa est. §. 1. *Stipendium* 11 à stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica æra colligatur. Idem hoc etiam *tributum* appellari Pomponius ait. Et sane appellatur ab tributione 12 tributum: vel ex eo, quod militibus tribuatur.

Alienatio. 1. Oratio soluta.

XXVIII. Paulus lib. XXI ad Edictum.

Alienationis 13 verbum etiam usucapionem 14 continet: vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. † Eum quoque alienare dicitur, qui non 15 utendo amisit servitutes.

† Qui occasione 16 adquirendi non utitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem 17 intra certum tempus datam non amplectitur. §. 1. Oratio, quæ neque conjunctionem, neque disjunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel disjuncta 18, vel conjuncta accipitur.

Conjunctio.

XXIX. Idem lib. LXVI ad Edictum.

Conjunctionem enim nonnunquam 19 pro disjunctione accipi, Labeo ait: ut in illa stipulatione, *Mihi heredique meo tu, heredemque tuum.*

Sylva cædua. 1. Stipula illecta. 2. Novale. 3. Terra integra. 4. Glans caduca. 5. Sylva pascua.

XXX. Gaius lib. VII ad Edictum Provinciale.

Silva cædua 20 est, (ut quidam putant) quæ in hoc habetur 21, ut cæderetur. Servius eam esse, quæ succisa, rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. §. 1. *Stipula illecta* 22 est spicæ in messe 23 dejectæ, [necdum lectæ,] quas rustici, cum vacaverint 24, colligunt. §. 2. *Novalis* 25 est terra præcisa 26, quæ 27 anno cessavit,

UAB Universitat Autònoma de Barcelona

cessavit [28], quam Græci, ἄκαρπα [29] vocant. §. 3. *Integra* autem est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.

§. 4 *Glans caduca* [30] est, quæ ex arbore cecidit. §. 5. *Pascua silva* est, quæ pastui [31] pecudum destinata est [32].

Fructum.

XXXI. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

Fructus [33], in quo ad fructum percipiendum falce [34] dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum [35] sit ad fructum capiendum.

Minus solutum.

XXXII. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

MInus [36] solutum intelligitur [37], etiam si nihil esset solutum.

Palam.

XXXIII. ULPIANUS lib. XXI ad Edictum.

Palam [38] est, coram [39] pluribus.

Actio.

XXXIV. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

ACtionis [40] verbo etiam persecutio [41] continetur.

Restituere.

XXXV. IDEM lib. VII ad Edictum.

Restituere autem is intelligitur, qui [42] simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti [43] tempore res ei reddita fuisset, id est, & usucapionis causam [44], & fructum [45].

Lis.

XXXVI. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

Litis [46] nomen [omnem] actionem [47] significat, sive [48] in rem, sive in personam sit.

Oportere.

XXXVII. PAULUS lib. XXVI ad Edictum.

VErbum *Oportere* [49] non ad facultatem [50] Judicis pertinet, qui potest, vel pluris [51], vel minoris [52] condemnare: sed ad veritatem [53] refertur.

Ostentum, Φάσγανον.

XXXVIII. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

OStentum [54] *Labeo* definit, omne contra naturam cujusque rei genitum [55], factumque. Duo genera [autem] sunt ostentorum, unum quoticns quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus [56], aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est: alterum cum quid prodigiosum [57] videtur, quæ Græci *Φασγάνωμα* [58], id est, *visiones* vocant.

Subsignare. 1. *Bona.* 2. *Detestari.* 3. *Incertum possessor.*

XXXIX. PAULUS lib. LIII ad Edictum.

SUbsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est [59]: nam Veteres subsignationis verbo pro adscriptione [60] uti solebant.

§. 1. *Bona* intelliguntur cujusque, quæ deducto [61] ære alieno superfunt. §. 2. *Detestari* [62] est, absenti denuntiare. §. 3. *Incertus possessor* [63] est, quem ignoramus.

Detestatio. 1. *Servus.* 2. *Familia.*

XL. ULPIANUS lib. LVI.

DEtestatio [64] est denunciatio facta cum testatione. §. 1. Servi appellatio etiam [65] ad ancillam refertur. §. 2. *Familiæ* [66] appellatione liberi [67] quoque continentur. §. 3. Unicus [68] servus familiæ appellatione non [69] continetur. Ne duo [70] quidem familiam [71] faciunt.

Arma.

XLI. GAIUS lib. XXI ad Edictum Provinciale.

ARmorum [72] appellatio non [73] utique scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes, & lapides.

Probrum, opprobrium.

XLII. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

PRobrum [74] & opprobrium, id [75] est, probra quædam natura turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more Civitatis: ut puta furtum [76], adulterium [77] natura [78] turpe est [79]: enimvero tutelæ [80] damnati, hoc non natura probrum est, sed more civitatis: nec enim natura [81] probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

Victus.

XLIII. IDEM lib. LVIII ad Edictum.

VErbo *Victus* [82] continentur, quæ esui, potuique cultuique corporis, quæque ad vivendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus [83] habere vicem, Labeo ait.

XLIV. GAIUS lib. XII ad Edictum Provinciale.

ET cæteta quibus tuendi [84], curandive corporis nostri gratia utimur ea appellatione significantur.

Stratum, Stragulum, victus.

XLV. ULPIANUS lib. LVIII ad Edictum.

IN stratum [85] omne vestimentum contineri, quod injiciatur, Labeo ait: neque [86] enim dubium est, quin stragula [87] vestis sit [88] omne pallium στρωμνὴ [89]. In victum [90] ergo vestem accipiemus, non stragula [91], in stratum [92] omnem stragulam vestem.

Pronuntiare, statuere. 1. *Materfamilias.*

XLVI. IDEM lib. LIX ad Edictum.

PRonuntiatum & statutum idem [93] potest, promiscue enim & pronuntiasse [94] & statuisse [95] solemus dicere eos, qui jus habent cognoscendi. §. 1. *Matremfamilias* accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit: matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernunt, atque separant: proinde nihil interest, nupta sit, an [96] vidua, ingenua sit, an libertina: nam neque nuptiæ [97], neque natales faciunt matremfamilias: sed boni mores.

Liberatio.

XLVII. PAULUS lib. LVI ad Edictum.

Liberationis verbum eandem [98] vim habet, quam solutionis.

Solutus.

XLVIII. GAIUS lib. ad Edictum Prætoris Urbani titulo.

QUi [99] neque [99] sequuntur, neque docuntur.

SOlarum non intelligimus eum, qui licet vinculis levatus sit, manibus [100] tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico fine vinculis servatur.

Bona.

XLIX. ULPIANUS lib. LIX ad Edictum.

BOnorum [1] appellatio aut naturalis aut civilis est: Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant [2], hoc est beatos faciunt: beare

---

28 Quæ alternis annis cessavit novandarum sibi vicem causa, hinc illud Virgilii 1. Georg. Alternis idem tondere cessare novales. Hujusmodi agro opponitur ager refectus, *Festus in Restibilis*. 2. *Columella* 10. c. 11. qui quotannis seritur, qui & vastopascuus & restibilis dicitur. Igitur moralis ager hic est ad novam insertionem relictus, *Festus*, qui quotannis cessat seminatur segetibus. *Virgil.* 1. *Georg.* vers. 71. 72. Pecus gentile novali gramineique fœno. *Columella* 6. *in principio*. Vide *Varronem* 2 8. *adversor.* 12.

29 *Nicarchus Epist. ib.* 3. *in. vicesse. Budæus, voyage. Alitur hic* : vide an sit novare.

30 Vide *Lauis. T. de glandi legenda.*

31 *Pabulo. Vulg. Hal.*

32 Hinc illud Ciceronis in Topicis, si compascuum agri est, jus eli compascuere, adde *tit. de pascuis. 11. Cod.*

33 *Eclog. Basil. cap. 31.*

34 Fœnum continet fructuum appellatione ut & paleæ, vide *Baronem fing. 149.*

35 Quod proficiens & paratum, nec magnum laborem desiderat, Cebes. 2. 17. Varro 1. *de lingua Latina*.

36 Alii dant primatum bonis præcipuum quoque: & quo antiqui pecta, pura appellant, apud eundem tamen Cæm hortatis agrorum gradus bene facit: Vinum, hortum irriguum, fullidum, ollivetum, pratum, campum frumentarium, ostium fylvam, arbitum, glandiferam fylvam.

36 Minus etiam solvit, qui nihil solvit. *l. 82. l. 150. T. eod. Eccl. lib. c. 12.* & qui tardius. *l. 12. T. solut.* & is in quem amplioris summæ competit actio. *l. 17. T. eodem.* vel qui non integram summam solvit. *l. 85. T. de solut.* vide quæ not. ad *l. 16. T. de verbor. obligat.* 37 Et ita comparativum sæpe, similiter interdum pro positivo. 38 Vide *l. 11. §. 3. T. de institoria. l. 43. §. 1. T. de ritu. l. 11. T. qui testamen. l. ult. T. de jure codicillorum. l. 3. in prin. & §. 1. T. de jure fisci.* huic affinia sunt, unum: *l. 209. T. eod.* oculis suis, *l. 8. in fin. T. solutum*: & ad liquidum exquirere. *l. 2. §. 8. T. de aqua, & aquæ.* 39 Coram quid est? coram sapientibus, non coram furiosis, mente captis, pupillis, vide *l. 37. §. 3. T. de arbitris.* 40 *l. 8. §. 1. T. ad l. 178. §. 2. T. eod.* 41 *l. 37. in fin. T. eod.* adde *l. 25. T. de obl.* in re, in personam, extraordinaria. *l. 178. §. 2. T. eod. l. 28. T. de obl.* directa, utilis, præjudicialis, pœnalis, interdictum, *l. 37. T. de obl.* exceptiones, *l. 1. T. de exception.* 42 *Al.* qui semel & simul, *seu* ἅμα, qui eam simul & causam. Goth. *l. 22. T. l. 73. l. 95. l. 81. l. fin. §. fin. T. eod.* 43 Restituere jussa fructuum à tempore litis contestatæ perceptorum nomine tenetur. *l. 20. T. de rei vind. l. 5. T. ad exhib. l. 31. T. de rob. credit. 2. Eccl. 2. 35. l. 2. C. de petit. hered.* 44 Rem restituit, qui usum ususfructum, & hic possessionem, *l. 22. T. eod.* fructus, *ut hic, & l. 22. & l. 73. T. eod. l. 38. §. 4. T. de furtis. l. 173. §. 1. T. de reg. jur. l. 2. C. de pet. hered.* partus. *l. 20. T. de rei vin. l. 9. §. 7. T. ad exhibendum*: utilitates, *l. 9. §. ult. T. ad exhib.* omnes utilitates, *l. 81. T. eod.* corpus rei, omnem rem, consequentiamque ejus, *Lalt. T. eod.* omnem causam, *l. 31. T. de reb. cred.* & pristinum statum restituit. *l. 2. §. 13. T. de quæ in fun. pust. 6. Harm. 3.* 45 *l. 73. T. eod.* 46 Antiqui *flitis* dicebant, *Festus*. Lis a litisibus dicitur, quorum causa in lege nascitur. Senec. *de brevitate vitæ c. 3.* Prædia sua occupari a nullo patiuntur, & si exigua contentio est de modo finium, ad lapides & arma discurrunt: in loco jungatur *leg. 13. §. 3. T. de ædil.* Quin etiam dici solet: communionem matrum esse discordiæ, vide *l. 26. T. de servit. urban.* Lis à controversia quemadmodum differat, vide *l. 25. §. 7. T. de hæred. pet.* 47 Lis idem est quod actio, & quod actione continetur, hinc illa, litem æstimare, *l. 28. T. de negotiis. l. 8. T. quod certo. l. 15. §. 7. T. quod vi.* contestari, vide *l. 1. C. de litis contestatione.* in judicium deducere, *l. 31. §. 2. T. de negotiis. l. 2. C. de petit. hereditat.* vel condemnationem, *l. 3. §. penult. T. de act. empt.* addicere, quod nihil aliud est, quam vel secundum præsentem judicare, vel pristinum locum actionis movendæ. 16. *Gell.* 2. mori (quod evenit tranſactis temporibus agendi. *l. 3. §. 1. T. quæ in fraudem. l. 2. T. de re judicat.*) perire. *l. 1. §. 3. T. de calumniator. l. 18. §. 4. T. de ædil.* vivere. *l. penult. in fin. C. de fide instrum.* lite cadere. *Festus*. liti renuntiare. *l. 10. T. de jud.* in lis perseverare. *d. l. 10.* vide Quintilianum in *c. tempus motæ litis, Extr. de verbor. sign.* Porro lis semper in judicio: Jurgium extra judicium esse posse. Litem à controversia, & causa disjungere differt. Jurgium inter fratres. *l. ult. T. familiæ*: inter virum & uxorem. *l. 31. T. de jure dotium. l. 27. T. de pact. dotal.* vide *cap. jurgium, extr. de verb. sign. & ib. Quintilianum.* 48 Lis est de re, vel persona, aut pactio in rem vel personam. 49 Quo actor vel stipulator ita uti solet, ajo te mihi dare oportere. Dare promittis quidquid ex dare oportet. *l. 76. in fin l. 89. T. de verbor. obligat.* 50 Vide *l. 2. T. de interrog.* 51 *l. 1. T. de in jus vocando. Inst. de pœna temere litigant. l. 3. C. de fundis & domo.* 52 Vide *l. 16. T. de re judicata.* 53 Debiti foli. 54 Tiqu. *Eclog. lib. c. 38.* Ostenta quæ offendunt tantummodo monstra. Portenta quæ quid porro tendat, indicant. *Festus in Portenta.* Cicero 2. *de natura.* Prædictiones & prafcriptiones rerum futurarum quid aliud denotant hominibus nisi ea quæ sunt ostendi, monstrari, portendi, prædici: ex quo illa ostenta, monstra, portenta, & prodigia dicuntur. Idem 1. *de divinatione*, quia ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, prodigia dicuntur. 55 *l. 14. T. de statu.* 56 Vel digitos. *l. 20. §. 2. T. de ædilitio.* 57 *Festus in voce Ostentum.* 58 Φάσγανον, *vaporabile, Basil.* 59 Duplex ratio fuit, quod signatum à signo dicitur, seu sigillo: sit autem aliud sigillo exprimere, aliud tabulæ scribere, à signo signatorius analus, de quo vide *l. 74. T. eod.* adde *Eccl. lib. c. 39.*

60 Et è contra relignationis pro rescriptionis, *Festus*: ἀντιγραφὴ Græci. 61 *l. 72. T. de jure dotium. l. 2. §. 1. T. de collat. l. 6. in fin. C. de collat. l. 8. C. ad l. Falc. l. ult. §. 4. C. de bonis quæ liberis. §. ult. Inst. de l. Falc.* Inde beare dicuntur. *l. 49. T. eod.* quod non evenit si plus incommodi, quam utilitatis habeant. *l. 38. T. eod.* In eo differunt ab hereditate Bonorum enim usufructus legato non deducitur ex omnibus rebus. *l. ult. T. de usufr. leg. l. 69. T. ad l. Falc.* hereditate legata non deducitur. *l. 104. in fin. T. de leg. I. l. 8. in fin. Leg. T. de legat. 2.* quia possunt in hereditate esse onera, & ita bona & hereditas distinguuntur in *l. 83. T. de leg. 2. l. 16. §. 1. T. ad Trebell.* 62 Attestari. *Vulg. Hal.* & licet testari? Horat. 63 *l. 25. T. de rei vind.* Incerta persona. incertus heres, quem quis incerto animo subjicit. *§. 22. Inst. de legat. & C. de incerta persona.* Incertum rei veritate. *l. 7. in fin. T. quæ res pign.* incerta sententia. *l. 21. §. 3. T. de arbitris.* dies incertus. *l. 1. §. 2. l. 2. l. 75. T. de cond. & demon.* incertus de statu suo. *l. 14. T. qui testam.* incertus tutor. *l. 10. T. de testam. tutela.* incertum conditionale. *l. 2. C. de pactis.* 64 *l. 238. §. 2. T. eod. Synagogitius, vel ἐπὶ ἀπορίᾳ παραγγελία. Eclog. 10. c. 39.* vide ad hunc locum *Alciatum* ubi agit de *testatione, detestatione, mutatione, denunciatione, almentatione, antestatione, contestatione, renuntiatione, protestatione, & earum effectibus.* adde *Goth. 7. observat. 16.* ubi de *autestatione tradat.* 65 Vide *l. 101. in fin. T. eod.* 66 Vide *l. 195. §. 2. T. eod.*

67 *Eclog. lib. c. 40* & servi. *l. 2. §. 14. T. ad Senatusconsultum.* 68 Unicus servus familiæ non facit: servus tamen appellatione familiæ continetur: unde & servi familiares dicti. *l. 6. §. C. de his, qui ad Ecclesiam.*

69 Imo continetur. *l. 2. §. 17. T. de verborum significatione.*

70 *Eclog. lib.* Imo duo faciunt familiam *Paul. 5. sent. 6. §. 3.* vel unus. *l. 2. §. 6. T. ut heuer.*

71 Unus etiam repræsentat universitatem. *l. 7. in fin. T. quod cujusque*, (& tamen duo non faciunt familiam, *ut hic.*) duo rixam. *l. 4. §. 3. T. ut heuer.* tres collegium. *l. 85. T. eod.* decem, quindecim, aut plures turbam faciunt. *d. §. 3.* decem oves gregem. *l. ult. T. de adopt.* sed & decem personæ, vel quindecim populum faciunt. *Apollonius Apologia 1. Rurt. ad l. 4. T. ut heu.* De legione nihil certi dici potest, ut quæ quatuor, quinque vel sex millia hominum interdum habuerit.

72 *Eccl. lib. c. 41.* vide *l. 3. §. 2. T. de ui & ui. l. 14. §. 1. T. de re militari.*

73 Non tantum utique. *Hal.* non utique tantum. *Vulg.*

74 *l. 40. T. de ritu.*

75 Probrum & opprobrium in edicto Prætoris pro eodem sæpe observat Ulpianus, ita ut necesse non fuerit Laurentium Vallam ex parte Jurisconsultum notare: quasi probrum sit ipsum dedecus: opprobrium ipsa dedecoris exprobratio. Nam & apud Ciceronem & Livium, probrum pro ipsa dedecoris exprobratione sumitur.

76 *l. 1. in fin. T. de furtis.*

77 Lactantius *in epitome c. 6. in fin.* Corrompere alienum matrimonium, etiam communi gentium jure damnatur. adde

---

l. 38. §. 2. §. 4. T. de adulter. de Incesto, vide *Lalt. T. de ritu nuptiarum.* bus repugnat uxorum liberorumque communio Platonica. 79 Imo non est. Nam apud quasdam gentes non est turpe. Quinimo incestus res turpis non fuit apud Persas, *teste Cæsilio, Augustin. in Leviticr. cap. 18. quod & Mirrhæ apud Ovid. 10. Metam. tribuitur.* 80 *l. 1. T. de his, qui not antur.*

81 Natura probrum non est, quod etiam in hominem idoneum incidit. 82 *Eclog. lib. tap. 43.* adde *l. 44. T. eod.* Victus vocabulum latius patet, quam diarii & ciborii, *l. 21 T. de alimentis.* Educationi victus respondet, *l. ult. T. de alimentis.* Goth. Vide Zasium in *l. si vestium T. de rei judicat.* adde *l. 232. §. fin. T. eodem.* Anf. 83 Tuemur corporis vitam esu & potu, *l. 43. T. eodem. Lalt. T. de alimentis. l. 234. in fin. T. eodem. l. 5. §. 12. T. de adquir. liber.* vesti, *l. 43. T. eod. l. 44. T. eodem. l. 234.* adde *l. 21. T. de alimentis.* tecto, quod hæc lex innuit, & aperte demonstratur lege 21. *T. de alimentis.* & victus tamen verbo, non continentur ea quæ ad difficultatem pertinent, nisi aliud probetur, *d. l. 21.* An & pharmaca victus verbo continentur? id hac lege innuitur, & probatur à Reboffo *in tractatu de sententiis provisionalibus art. 1. glos. 5. in verbis, Et medicamenta, & glos. 2. in verbis, dances. en matiere d'alimentz. & artic. 2. ubi de privilegiis alimentorum, & medicamentorum disseris.* hæc omnia non diarii, aut ciborii, *l. 21. T. de alimentis.* sed victus, & educationis vocabulo continentur: nisi quis forte de victu transigat, tunc enim favoris causa, nec de habitatione, nec de vestitura transigisse legatarius intelligitur, *l. 8. §. 12. T. de transact.*

84 Instrato, *Hal.* ex tribunali vita στρωμνὴ *Eccl. lib. c. 45.* Insstratum, quod etiam stramentum. *l. 224. in fin. T. eod.* 85 Instratus nomine omne vestimentum continetur, & stragula & pallia, & id omne quod injicimus. *Eccl. d. loc.* 86 Instratum est omne vestimentum quod injicitur, omnis stragula, omne pallium στρῶμα, *l. 12. §. 18. T. de instruct.* Hinc vestimenta stragula, *l. 33. T. de aurea.* adjective ab instramento, dicitur etiam instragula à Catone, *c. 10. de re rustica in fin.*

86 Sit quod Græci στρῶμα. 87 Pallia στρωματικὰ dicuntur etiam κατασπαστικὰ, ἐπιπλωματικὰ, vide Cujac. 10. *obs. 18.* ἐπιστρωτῆρας (quod tricliniis obtendantur) & ὑπαστρωτῆρας Aulæa (ab aulis regum in quibus extenduntur.) Attalica, Babylonica, tapetes, tapetia, plagæ, & si animalia habent intexta ζῶα, bellusta. Plautus in *Pseudolo.* Neque Alexandrina bellusta consuta tapetia, *Budæus hic*, amphitapa, pelliotapa, de quibus vide *l. 23. §. 2. T. de auro.* Cæterum cum hac vox στρῶμα deeslet. In Codice Laurentii Vallæ, temere Jurisconsultum reprehendit, quasi simpliciter dixisset, stragulam esse omne pallium: ac non potius omne pallium στρῶμα. 88 In victu, *Vulg. Hal. Legend. ff.* Injecta, &c. hic enim de injecta & instrata agitur. 89 Stragulam, *Hal. Vulg.*

90 Instratum, & Instratus dicitur. 91 Idem dici, *Vulg. Hal.* 92 *Ecl. lib. c. 146. l. 35. §. 1. T. de aurea. l. 59. §. 2. l. 60. T. de re judic.* Pronuntiatur ita libertus, *l. 8. §. 1. T. de in jus.* servus, *l. 12. T. de adm. tut.* ingenuus, *l. 29. in fin. T. de liberali.* indignus, *l. 8. T. de his, quæ ut indign.* liber, *l. 8. C. de sententiis.* adde *l. 1. §. 14. T. ad Turpill.* Interdum pronuntiare etiam significat aliquid palam publicari (ut pronuntiare nummos, *Lucr. in Gallo c. 16.* tesseras. *Idem in Danistano c. 4.* prælia. *Livius 2.*) palam exprimere. *l. 11. §. 18. T. de ædilitio edicto. l. 1. §. 2. in fin. l. 31. §. 1. T. de ædilitio. l. 69. §. 2. in fin. T. de evictionibus. l. 15. §. 1. T. de pactis.* affirmare vel negare, hinc pronunciatum Ciceroni, idem quod Varroni prolocquium: dialecticis ἀξίωμα. 16. *Gell.* 8. *hoc refer c. statua. c. quod præcipit. Extra de verbor. sign.* ubi vide *Quintilianum.* 93 *l. 1. T. quod quisque juris* statuere ἀναγκαῖον, pronuntiare ὑφαιρεῖσθαι. 2. *Eccl. 2. c. 46.* vide *l. 2. statua.* Judex imperans, vetans, permittens, puniens, & jus reddens, dicitur statuere, sed & magistratus cum legem sancit: hinc statuta. 94 *V. l. 3. in fin. T. de liberis exhibendis.* 95 *Ecl. lib. c. 46.* & dignitas, vide *l. 49. §. 4. T. de legatis, 3. l. 29. C. de adulteriis*: honestas. *l. 41. in fin. T. de ritu* quem Græci ευσεβῆ. *Ecl. lib.*) vestitus. *l. 15. §. 15. T. de injuriis.* seu stola. *Festus*. adde *Cujac. 3. observ. 18. Petr. Faber. 1. semestr. 15.* non virginitas. *T. eod.* 96 *l. 10. T. de adulteriis.* 97 Tertullianus *in lib. de velandis virginib.* Matresfamilias vocatur, licet sit virgo: & paterfamilias, licet investis, *Hac ille.* Et merito, cum sufficiat eam suæ potestatis esse. *l. 4. T. de his qui sunt sui. l. 30. §. 1 l. 34. T. solutis.* Porro ne quis *juvenile* vocabulo decipiatur, eo significatur Impubes. *Mascul. 3. Sæculariorum Pallæ. 1. c. 19. Tert. in lib. de velandis virginib. Auth. Isaic & lib. ad uxorem circa fin. & lib. de anima. c. 33.* ei custrarius vesticeps, id est, pubes. *5 Gell. 19.* vide *Cujac. 2. obs. 38. Pomer. 1. silell. 29.* 98 *2. Ecl. 2. c. 47. l. 14. T. de solut. §. 11. Inst. de accept.* eandem, inquam, si obligationem: non eandem, si nummos spectemus, siquidem solutio nummis sit propria. 99 Eorum qui in jus vocati sunt, alii sequuntur ultro, nec ducuntur, veluti è domo sui vocati. *l. 21. T. de in jus vocando.* vel ex asylo. *Nov. 17.* vel satis offerentes. *T. in jus voc. ut eant, vel satisdent.* (unde conflat non licere continuo manum injicere ei, qui in jus vocatus est.) *Cic. 7. de finibus in fin.* Tu vero docas (licet) si sequatur. Qui trahitur in jus, antestatur prius, vel intestati, id est, non antestati, seu testato non convenit. Alii ducuntur, ut cæteri fere omnes, qui in jus vocari possunt. Alii neque ducuntur, neque sequuntur, ut qui in jus vocari non possunt, quales sunt vjecti nervis, aut compeditos, vel qui religione loci quasi vincti tenentur. *l. 2. T. de in jus voc.* vide *Cujac 7. obs 16.* 100 Capcus dicitur is, in quem manus injecta est, qui vinculis tenetur, adde *l. 16. l. 224. T. eod. l. 22. T. quod metus causa.* adde *l. 9. l. 13. T. ex quib. causis majores. l. 7. T. depositi. l. 2. T. de homine libero. l. 8. §. 9. T. de pœnis. l. 208. T. eod. l. 5. §. 5. T. ut in possess. l. 8. T. de reb. auctor. judicii. l. 9. T. rem pupill.* 1 Bexti inde divites dicuntur. Plautus *in Pseudolo*: bonam ego quam beatam esse primo dici mavolo: & Seneca 3. *contr.* infelens malum est beata uxor, & 3. *Epist.* nunquam vidi hominem beatum indicentibus hoc bona incommoda non beant. *l. 38. T. eod.* Beatum esse dicebant quoque, quem mortuum esse dicere volebant. *Ammian. 25.* ubi de Juliano & Anatolio inquitur.

beare est prodesse. † In bonis [3] autem nostris computari sciendum est, non solum quæ dominii [4] nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur [5], vel superficiaria [6] sint. Æque bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus [7], petitionibus, persecutionibus: nam hæc omnia in bonis esse videntur.

Nurus.

L. Idem lib. LXI ad Edictum.

Nurus appellatio etiam ad pronurum, & [8] ultra porrigenda est.

Parens.

LI. Gaius lib. XXIII ad Edictum Provinciale.

Appellatione *parentis*, non [9] tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & [10] mater [11], & avia, & proavia.

Patronus.

LII. Ulpianus lib. LXI ad Edictum.

Patroni [12] appellatione & patrona continetur.

De conjunctis, & disjunctis seu separatis, & solutis.

LIII. Paulus lib. LIX ad Edictum.

Sæpe ita comparatum est, ut [13] conjuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis, interdum soluta [14] pro separatis. Nam cum dicitur apud Veteres, *Adgnatorum gentiliumque* [15], pro separatione [16] accipitur. At cum dicitur, *Super pecunia* [17] *tutelave sua* [18], tutor separatim sine pecunia dari non potest. † Et cum dicimus, *Quod dedi* [19] *aut donavi*, utraque [20] continemus. † Cum vero dicimus, *Quod eum dare* [21] *facere oportet*, quodvis [22] eorum sufficit probare. † Cum vero dicit Prætor, *Si donum* [23] *nomenve, opera ne redemerit*: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. §. 1. Ea ut ergo pro conjunctis habentur: si quædam imposita sunt, cætera non deliberabuntur.

§. 2. Item dubitatum, illa [verba,] *Ope* [24] *consilio*, quemadmodum accipienda sunt, sententiæ conjungentium, aut separantium? Sed verius est, quod & *Labeo* ait, separatim accipienda: quia aliud factum est ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit: sic enim alii [25] condici potest: alii [26] non potest: [&] sane posset Veterum auctoritatem eo perventum est, ut nemo ope videatur fecisse, nisi [27] & consilium maligne habuerit: nec consilium habuisse nocebat, nisi [28] & factum secutum fuerit.

Conditionalis creditor.

LIV. Ulpianus lib. LXII ad Edictum.

Conditionales [29] *creditores* dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem [30] habent, ut competat.

Creditor.

LV. Paulus lib. XVI brevis Edicti.

Creditor autem is est, qui [31] exceptione perpetua summoveri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

Cognoscere instrumenta, dispungere. 1. Liberi.

LVI. Ulpianus lib. LXII ad Edictum.

Cognoscere [32] *instrumenta*, est relegere, & recognoscere: *dispungere* [33] est conferre accepta & data. §. 1. *Liberorum* [34] appellatione continentur, non tantum qui sunt in potestate: sed omnes, qui sui [35] juris sunt, sive virilis, sive fœminini sexus sunt, exve [36] fœminini sexus descendentes [37].

Magister, magistratus. 1. Persequi.

LVII. Paulus lib. LIX ad Edictum.

Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui [38] magis quem cæteri, diligentiam & sollicitudinem rebus quibus præsunt, debent, hi Magistri [39] appellantur. † Quinetiam ipsi magistratus per derivationem à [40] magistris cognominantur [41]. † Unde etiam cujuslibet [42] disciplinæ Præceptores, magistros [43] appellari à monendo, vel monstrando. §. 1. *Persequi* [44] videtur, & qui satis accepit.

Acta, gesta. 1. Nostri liberti.

LVIII. Gaius lib. XXIV ad Edictum Provinciale.

Licet inter gesta [45] & facta videtur quædam esse subtilis differentia: attamen κατὰ συνήθειαν [46], id est, *abusive*, nihil inter factum & gestum intercit. §. 1. Paternos [47] libertos recte videmur dicere nostros [48] libertos: liberorum libertos non recte nostros libertos dicimus.

Portus, angiportum.

LIX. Ulpianus lib. LXVIII ad Edictum.

Portus appellatus est concludis locus, quo importantur [49] merces, & inde exportantur: eaque [50] nihilominus statio [51] est concluſa, atque munita: inde angiportum [52] dictum est.

Locus, fundus.

LX. Idem lib. LXIX ad Edictum.

Locus [53] est non fundus, sed portio [54] aliqua fundi, *fundus* [55] autem integrum aliquid est: & plerumque sine villa [56] locum accipimus. Cæterum adeo opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, ut & modicus [57] locus possit fundus dici, si fundi animo eam habuimus. Non enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio: & quælibet [58] portio fundi poterit fundus dici, si jam hoc constituerimus: nec non & fundus, locus constitui potest: nam si eum alii adjunxerimus [59] fundo, locus fundi efficietur. §. 1. Loci appellationem non solum ad rustica [60], verum ad urbana quoque prædia pertinere, *Labeo* scribit. §. 2. Sed fundus quidem suos habet fines [61], locus [62] vero latere potest, quatenus determinetur, & definietur.

Satisdatio.

LXI. Paulus lib. LXV ad Edictum.

Satisdationis appellatione interdum [63] etiam repromissio [64] continebitur; qua [65] contentus fuit is, cui satisdatio [66] debebatur.

Tignum.

LXII. Gaius lib. XXVI ad Edictum Provinciale.

Tigni [67] appellatione in lege duodecim Tabularum omne [68] genus materiæ, ex qua ædificia [69] constant significatur.

Penes, apud.

LXIII. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

Penes [70] te amplius est, quam apud [71] te: nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur [72]: penes te est, quod quodammodo possidetur.

Intestatus.

LXIV. Paulus lib. LXVII ad Edictum.

Intestatus [73] est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est.

Heres.

LXV. Ulpianus lib. LXII ad Edictum.

Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores [74] refertur [75]: nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

Merx.

LXVI. Idem lib. LXXIV ad Edictum.

Mercis appellatio ad res mobiles [76] tantum pertinet.

Alienatum, venditum. 1. Donatio.

LXVII. Idem lib. LXXVI ad Edictum.

Alienatum [77] non propsie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen recte [78] dicetur.

§. 1. *Donationis* verbum simpliciter loquendo, omnem [79] donationem comprehendisse videtur [80], sive mortis causa, sive non mortis causa fuerit.

Arbitratu alicujus fieri.

LXVIII. Idem lib. LXXVII ad Edictum.

Illa verba, *arbitratu* [81] *Lucii Titii fieri* [82], jus [83] significant, & in servum non cadunt.

De dolo clausula.

LXIX. Idem lib. LXXVIII ad Edictum.

Hæc verba, *Cui res dolus malus abesit, afuerit* [84], generaliter comprehendunt [85] omnem [86] dolum, quicunque in hanc [87] rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

Heres heredis. 1. Is ad quem ea res pertinet.

LXX. Paulus lib. LXXIII ad Edictum.

Sciendum est, heredem etiam per multas successiones [88] accipi: [in] nam paucis [89] speciebus heredis appellatio proximum continet. Veluti [90] in substitutione impuberis, *Quisque* [91] *mihi heres erit, idem filio heres esto*: ubi heredis heres non continetur, quia incertus est [92]. † Item [93] in lege Ælia Sentia filius heres proximus potest libertum patronum [94] ut ingratum [95] accusare, non etiam

---

1 In bonis esse *l. 1. §. 1. ff. de ver. divis. fund. l. 2. in fin. ff. si ex noxal. l. 9. §. 6. ff. quod metus. l. 8. §. 22. ff. quibus modis pign. l. 32. ff. de adq. rer. l. ult. §. 4. ff. quæ in fraud. credit. l. 2. §. 22. ff. ut lucr. viget. l. 4. l. 5. ff. pro derelicto.*

3 Facit *d. lex 32.*

4 Vide *l. 2. ff. de superficiebus.*

5 Facit *l. 21. ff. pod. l. 1. ff. de usufructu. l. ult. ff. de usufruct. l. 7. §. 3. l. 75. ff. de jure dotium, l. 32. ff. ad leg. Falc. l. 9. ff. rem pupilli, l. 28. ff. de injuriis, l. pen. ff. de pupil. aff. l. 21. §. 4. ff. ad munic. l. 190. ff. de reg. jur.*

6 Vide *l. 2. ff. de superficiebus.*

7 *l. 21. ff. pod. l. 1. ff. de usufructu. l. ult. ff. de usufruct. l. 7. §. 3. l. 75. ff. de jure dotium, l. 32. ff. ad leg. Falc. l. 9. ff. rem pupilli, l. 28. ff. de injuriis, l. pen. ff. de pupil. aff. l. 21. §. 4. ff. ad munic. l. 190. ff. de reg. jur.*

8 Nurus appellatio *l. Ref. l. 2. §. 3. in fin. ff. qui satisdare, l. 3. §. 3. ff. de postulando, l. 24. ff. de ritu, l. 8. §. 4. ff. de legat. præst.* & ad hanc etiam, *l. 32. §. 1. ff. de ritu.* adde *l. 6. l. 8. ff. de gradibus.*

9 Parentum nomine ascendentes intelliguntur in infinitum. *l. 4. §. 2. ff. de in jus voc.* de quo vide *l. ult. C. si adversus fisc. Goth.* Adde *l. 5. in pr. ff. de jure dot.*

10 Et sic utriusque sexus *l. 10. §. 5. ff. de in jus voc. amb.*

11 Festus. Masculino etiam genere parentem appellabant etiam matrem.

12 Patroni appellatio. *Ecbg. tibid. c. 52.* adde *l. 1. C. de in jus voc.*

13 Conjuncta pro disjunctis. *2. Ecl. 2. cap. 33 l. 28. l. 29.* eadem. *ff. ad l. 4. C. ad l. 30. ff. de aura.*

14 In quibus non est particula conjunctiva, vel disjunctiva.

15 Verba legis 12. tabularum ea fuerunt: *Si paterfamil. intestatus moritur, familia pecuniaque ejus agnatorum gentilium esto*: & rursus: si furiosus exsitit, agnatorum gentiliumque in eum, pecuniamque eius potestas ello. *Aethor ad Herennium.* Porro gentiles sunt nati ex ingenuis quorum majores nullam servitutem servierunt. Cicero in *Topicis*, pulchre quidem esse agnationes se, non tamen gentiles, & iis hac quoque lege agnati, & gentiles separantur.

Interdum gentilis est, qui ex eodem cognomine, nec tamen agnatus. De gentilibus adde Cic. *2. Offic.*

16 His verbis Budæus negat disjunctivam significari, aliud enim esse *Interpretis partes*, id est, particulam disjunctivam, aliud separativam *hanc vocabulo*. 17 Hinc colligit Cujacius veteres genitivum pro ablativo usurpasse, vide eundem ad *titulum Instit. de lege Aquilia*. Primo tamen ad Herennium, & apud Ulpianum 11. §. 14. legitur, *super* pecunia tutelave sua rei. 18 Sententia hæc fuit, ut quisque legasset super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto 11. Ulp. *in fragm. 14 Cornificius 1. ad Herennium.* adde *l. 130. ff. eod.* 19 Hæc disjunctiva causam dationis exprimit, quasi diceret, quod ob causam donationis dedi. 20 Aliud est enim dare, aliud docere. dari potest aliquid etiam citra titulum donandi. 21 Dialyton, seu soluta oratio. Figura nota oratoribus, & Rhetoribus. 22 Id est, alterutrum. 23 *l. 53. ff. de don. libert.* 24 Vid. *l. 27. §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. 11. §. ult. ff. de furtis exercitor, l. 6. ff. de condict furtiva, l. 36. l. 50 §. 1. ff. de furtis, l. 1. ff. furti adversus nautas.* 25 Ei qui non opem tulit, *l. 36. ff. de furtis.* 26 Id est, ei qui consilium dedit.

27 Vid. *l. 11. ff. de furtis.* 28 Vide tamen *legem 18. ff. de pœnis.* 29 Vide *l. 42. ff. de obl.*

30 Vide 4. *Inst. de verb. obligat.* 31 Vide *l. 10. ff. eod. l. 42. in fin. ff. de obl.* 32 *2. Ecl. 2. c. 56.* συγκύπτειν. 33 Ἀναίρεσις. *Ecl. ibid.* cognoscimus instrumenta, cum ea legimus aut relegimus, dispungimus, cum accepta & data diligentissime inter se conferimus. hinc translatitie, Deus meritorum judex, & dispunctor dicitur à Tertulliano 4. *adversus Marcionem*, & eodem sensu, *ibi. 5. adversus eundem Marcionem*, dispunctio boni & mali operis: alias dispungere, est delere. 34 *Ecl. ibi. c. 56.* vid. *l. 210. ff. eod.* 35 Id est, emancipati. 36 *l. ult. ff. de pollicit.* Imo non comprehendentur liberorum appellatione defecundentes ex hominis, *l. 1. ff. de jure immunit.* 37 Descendentium appellatione qui veniant, dixi *l. ult. C. de fisc.* 38 Adde Festum *in Magisteria.* 39 *Ecl. ib. c. 57.*

40 Sicut albatus ab albo, *Varro.* 41 Imo magistri à magistratibus. *Ecl. ib.* 42 Hinc magistri societatis, vide *l. 14. ff. de public*, universitatis, & venditioni bonorum præpositi, vide quæ dixi ad *l. 9. ff. rem rom.* navium, vide *l. 1. §. 1. ff. de exercitoria.* equitum, *l. 2. §. 19. ff. de origine juris, l. 1. ff. de officio præf. urbi.* memoriæ, epistolarum libellorum, vide *l. 11. C. de excusat. muner.* officiorum, vid. *tit. C. de magistris officiorum.* consilii, *l. ult. C. de jure cognit.* æris, *l. unic. C. de cessione*, ad milliarium, *l. unic. C. Theod. qui à præfectione.* inter agentes, *§ 2. ff. de Institutione Cod.* scrinii, libellorum, sacrarum cognitionum, *§. 2. ff. de muto C. faciendo.* legum, *§. 1. ibi voce magist. ff. ad antecessores.* scriniorum, *l. ult. §. 1. his fin. C. de appellat.* pugorum, vide apud Siculum Flaccum *lib. de cond. agrorum*, vicorum, Suet. *in Augusto c. 30. & alt.* convivii, Cicero *in Catone*, ludi litterarii, *l. 1 §. 6. ff. de extraord. cognit.* cæremoniarum, populi, earum, de quibus vide Budæum *in Annotat. in Pandect.* 43 Hinc magistratus, id est, moderari, *Festus*, magisteria potestas, *v. l. 33. C. de appellat.* magisterium militum. *v. l. 25. C. de præsent.*

44 Ne dicas cum Accursio consequi: sensus est. Suum eundum allocutus intelligitur, cui tantum datus est fidejussor: nondum enim ei plene satisfactum est. 45 Vide *l. 19. ff. eod.* 46 Hoc maxime propter leges municipales est notandum. 47 Alciatus *1. disputat. 4.* Est autem κατάχρησις abusio. adde *l. 6. §. 1. ff. ad leg. Jul. de adult.* 48 Vide *l. 25. ff. eod.*

49 Vel à Græco ὀρμίσκω, quod est frenum maris. *Hesych.* portus artificiales *cothones* & *cothonas* appellant, teste Servio *1. Æneidos.* adde Festum *in Cothones. ubi legendum est Cothones.* de ratione portus construendi vide Vitruvium *5. c. 12.* 50 Τὸ ἀνέπαυμα χωρίον πλοίων. *Hesych. Bosii c. 69.* id est, idem dicitur statio. 51 Vide *l. 1. §. 13. ff. de flum. l. 15. §. 7. ff. de injuriis.* adde *Ecbg. cap. 59.*

52 Dicitur etiam angiportus, *Festus.* adde Varronem *4. & 5. de lingua.* id est, angustus portus.

53 Locus est id quod locatum esse potest. Varro *4. de lingua*, sed ita legendum videtur, locus, non est fundus: sed portio aliqua fundi.

54 Locus est fundi portio. *2. Ecl. 2. c. 60.*

55 Adde *l. 115. §. ult.*

56 Et sine ædificio, in eum est id in urbe, area locus ille appellatur, cum extra urbem, ager. *l. 201. §. ult.*

57 Hinc apud Ciceronis fundum Varro vocat eum possim mittere fundi. Ni tamen excederit quo casu fundi patet. Videtur tamen à Varrone *4. de ling.* Fundum ideo dici, quod emolumenta multa fundat: Festus vero fundum dici ait agrum planum ad fruitionem fundi & vasorum, utilitatemque familiæ & culturæ. fidem etymologiis *17. Origin. 13.* Fundum Scil. dici, quod is eo fundetur, & stabilitatur patrimonium.

58 *l. 31. in fin. ff. de legat. 1.*

59 *l. 6. §. 1. Immunitis prædiorum, l. 24. §. 2. ff. de adilitio 1.*

60 *l. 211. ff. ad. Ecl. ditto c. 60. 63. Ilibertus 13.*

61 Hinc finali conclusus. *l. 4. §. 2. ff. finium regundorum, l. 54. ff. de legat. 2.*

62 Locus potest esse finitus: fundus semper finitus est.

63 Alias vide cautioni appositur, *l. 45. ff. de procurator. l. 3. ff. de bonorum possessione petitione, l. 36. ff. de evictione, l. 2. §. 2. ff. quod legatorum. l. 2. §. 2. in fin. ff. de stipulatione, pretoria.*

64 Nuda Scil. *stipulatio 2. Ecl. 2. c. 62.* de qua vide *l. 1. §. 4. ff. de stipulationes servorum*, fructuario *locatione.*

65 Exemplum ex eodem Paulli libro pete ex *l. 2. §. 3. ff. quod legat.*

66 Datio fidejussoribus.

67 Vide *l. 3. §. 1. ff. de vicon. adde Ecl. ibid. c. 61.*

68 Ex tigno: quinimo ex lapidibus: sufficit namque ædificia utile esse. Tignum enim à tegendo dictum. Quin calx & arena tigni appellatione continetur, *l. 1. §. 1. ff. de tigni.* 69 Aut vinæ necessaria & hæ partiuæ & pedamenta continentur *d. §. 1.* 70 Τὸ παρὰ σοὶ. *Ecl. ib. cap. 53.*

71 Τὰ παρὰ σοὶ. *Ecl. ib.* 72 Apud quem res est, is eam tenere dicitur: penes quem ea est, possidere: plus juris est in hoc, quam in illo. Illud detentionem, & quasi custodiam innuit, *l. 34. §. 2. ff. de legat. 2.* personam, & locum. hoc possessatem, jus, dominium. Interdum tamen illa duo confunduntur. 73 Intestatus dicitur, vel qui testamentum non fecit, vel heredem testamentum non habet, *Ecl. ibid. c. 64.* cujus bonorum possessio à nemine petita *l. 1. ff. quis ordo.* qui jure testamenti non fecit, aut cujus testamentum irritum est, vel ruptum *Inst. de hered. quæ ab intestato, in principio*, sed & is, qui testari non potest, *l. 1. ff. de furios*, ut & in tutelis, qui tutorem non dedit, *l. 6. ff. de legitima tutela. §. 2. Inst. de legitima adgnatorum.* An aliud, intestatum mori, quam sine testamento? Simula ait in *l. 15. ff. de vulgari.* & Raphael & Fulgosius, *in l. 6. C. de institutionib.* Brissonius negat. Porro intestatus etiam alio sensu fumitur, quum opponitur ansestato, id est, ei, qui testato convictus est, vide *Cujac. 7. observ. 16.* 74 Heredes in infinitum dicuntur *l. 70. l. 170. ff. ad l. 194. ff. de regulis juris. Ecl. ib. c. 65.* vide *legem 70. ff. ad l. 4. ff. de jure immunitatis, l. 20. C. de legat.*

75 Vide *l. 70. ff. eod.* 76 Veluti vinum, oleum, & similia, *l. ult. C. de candidatis ministeriis, non* ad homines: qua de re vide *legem 207. ff. eod.* unde possis colligere, mobilium appellatione bona non venire: mercis vero causa parata, quæ eo fini parata sunt, ut vaneant, *l. 1. ff. de ver. permut. l. 22. §. 2. ff. de ædilit. legato.* Goth. Vid. Goedeum *b. l. num. 4.* Ant. 77 Alienatum dicitur, cujus dominium amittimus, *l. 8. in fin. ff. de adimend. judicii mutandi causa, l. 28. §. 7. ff. de legat. 3.* vid. Felinum *in Alienatum.* plus est alienare quam vendere. Qui vendidit, rei dominium nondum abdixit. Abdixit, qui alienavit. Re vendita sedem tradita, dominium est penes venditorem: post alienationem est, *Ecl. ib. c. 67. l. 3. C. de his qui veniare, l. 1. C. de fundo dotali.* Improprie tamen alienasse dicitur, qui non dominium, sed jus aliquod rei transtulit, *l. 28. ff. eod.* puta possessionem, *l. 3. §. 2. ff. de alienationis judicii mutandi.* quin alienatio latius patet, estque multiplex, *l. 14. in fin. ff. quæ, & à quib.* qui vendit & tradit, alienat: alienat autem non tantum qui vendit, sed qui permutat, vel donat, *Novell. 7.* Qui manumittit, quique hypothecam, pignori, in usumfructum, vel emphyteusin dat. *Ecl. C. de reb. alien.* 78 *l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* 79 Donationis verbo intelligimus simplicem veram, absolutam, *l. 35. §. 2. ff. de mortis causa* J. *eod.* parum

etiam si heredi heres extiterit. † Idem [96] dicitur in operarum exactione, ut filius heres exigere possit, non ex successione [97] effectus. §. 1. Verba hæc [98], *Is ad quem ea res pertinet*, sic intelliguntur, ut qui in universum [99] dominium vel [100] jure civili, vel jure Prætorio succedit, continetur.

Capere, accipere, pervenisse. 1. Hic rebus velle præstari.

LXXI. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

ALiud [1] est capere, aliud accipere. *Capere* [2] cum effectu accipitur. *Accipere*, etsi quis non [3] accepit, ut habeat: ideoque non [4] videtur quis capere, quod erit restituturus: sicut *pervenisse* proprie illud dicitur, quod est remansurum [5]. §. 1. Hæc verba, *Hic* [6] *rebus recte præstari*, hoc significant, ne quod [7] periculum, vel damnum [8] ex ea re stipulator sentiret.

Res.

LXXII. PAULUS lib. LXXVI ad Edictum.

APpellatione rei pars [9] etiam continetur.

Recte restitui.

LXXIII. ULPIANUS lib. LXXX ad Edictum.

HÆc verba in stipulatione [10] posita, *Eam rem recte* [11] *restitui* [12], fructus [13] continent. *Recte* enim verbum pro [14] viri boni arbitrio est.

Ornamentum.

LXXIV. PAULUS lib. II ad Edictum Ædilium Curulium.

SIgnatorius [15] anulus [16] ornamenti [17] appellatione non continetur.

Restituere.

LXXV. IDEM lib. I ad Edictum.

RE*stituere* [18] is videtur, qui id restituit, quod [19] habiturus esset actor [20], si controversia ei facta non esset.

Dare.

LXXVI. IDEM lib. LI ad Edictum.

D*edisse* [21] intelligendus est etiam is, qui permutavit [22], vel compensavit [23].

Fruges, frumentum.

LXXVII. IDEM lib. XLIX ad Edictum.

F*ruges* pro reditu [24] appellati [25], non solum [quod] frumentis, aut [26] leguminibus: verum & [quod] ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. † Julianus scribit *fruges* omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse: non enim carnem [27], aut aves ferasve, aut poma fruges dici. *Frumentum* [28] autem id esse, quod arista [29] se teneat, recte Gallum definisse: lupinum vero & fabam fruges potius dici: quia non arista [30], sed filiqua continentur: quæ [31] Servius apud Alfenum in frumento contineri putat.

Possessio.

LXXVIII. IDEM lib. LII ad Plautium.

INterdum [32] proprietatem quoque verbum *possessionis* [33] significat [34]: sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est.

De impensis necessariis. 1. Utilibus. 2. Et voluptuariis.

LXXIX. IDEM lib. VI ad Plautium.

I*mpensa* [35] *necessaria* sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. §. 1. *Utiles* impensas [36] esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, [non] deteriorem esse non sinant. ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicuti arbusti pastinationes [37] ultra quam necesse fuerat. Item doctrinam [38] puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem [39] vel invitam [40] non oportet: ne [41] cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his [42] impensis & pistrinum [43], & horreum [44] insulæ dotali adjectum, plerumque dicemus. §. 2. *Voluptuariæ* sunt, quæ speciem [45] duntaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia [46], & aquæ salientes [47], incrustationes [48], loricationes [49], picturæ [50].

De repetitione legatorum.

LXXX. IDEM lib. IX ad Plautium.

IN [51] generali repetitione [52] legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente *Legis* duodecim tabularum [53].

Restituere.

LXXXI. IDEM lib. X ad Plautium.

CUm Prætor dicat [54], *ut opus factum restituatur*, etiam damnum [55] datum actor consequi debet: nam verbo *restituendi* [56] omnis utilitas [57] actoris continetur.

Amplius, minus.

LXXXII. IDEM lib. XIV ad Plautium.

VErbum *Amplius* [58] ad eum quoque pertinet, cui nihil [59] deberur: sicuti ex contrario minus [60] solutum videtur, etiamsi ni hil esset exactum.

Bona.

LXXXIII. JAVOLENUS lib. V ex Plautio.

PRoprie bona dici non possunt, quæ plus incommodi [61], quam commodi habent.

Filius.

LXXXIV. JAVOLENUS lib. II ad Vitellium.

F*ilii* appellatione omnes [62] liberos [63] intelligimus.

Collegium.

LXXXV. MARCELLUS lib. I Digestorum.

NEratius Priscus tres [64] facere existimat collegium [65]: & hoc magis [66] sequendum est.

De servitutibus.

LXXXVI. CELSUS lib. V Digestorum.

QUid aliud [67] sunt jura [68] prædiorum, quam prædia qualiter [69] se habentia, ut bonitas [70], salubritas [71], amplitudo [72].

Urbs, Roma.

LXXXVII. MARCELLUS lib. XII Digestorum.

UT Alfenus ait, Urbs est Roma, quæ muro cingeretur. Roma [73] est etiam, qua continenti [74] ædificia essent: nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine cottidiana [75] posse intelligi, cum [76] diceremus Romam nos ire, etiamsi extra urbem habitaremus.

Pecunia.

LXXXVIII. CELSUS lib. XVIII Digestorum.

TAntum [77] quisque pecuniæ reliquit, quantum ex bonis ejus reflci [78] potest: sic dicimus, centies [79] aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæterisque similibus rebus habeat. Non [80] idem est in fundo alieno [81] legato, quanquam [82] is hereditaria pecunia parari potest [83]: neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quidquid ex ea parari potest.

De bobus. 1. Dum nupta erit. 2. Edere rationes, reddere rationes.

LXXXIX. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

BOves [84] magis [85] armentorum [86], quam [87] jumentorum generis appellantur. §. 1. Hoc sermone, *Dum nupta erit*, primæ [88] nuptiæ

---

96 Tertia exceptio regulæ. *l.* 122. §. 2. *l.* 249. *T. de reg. jur.* — *Idem non videtur*, adde quartam exceptionem in ultimo fine *l.* 139. *C. de usufructu.* adde quintam ex *l.* 49. *in fin. T. de furt.* — 97 Ulteriore fine hæret. — 98 Quibus utimur participio. *l.* 381. *l. sed. l.* 19. *T. de adopt.* — 99 In solidum adjecto ita quoque accipitur is, ad quem res ex partiet. *l.* 1. §. 1. *l.* 19. §. 1. *l.* 231. §. 1. *T. de obligat.* adde *l.* 1. *T. de reb. cred. l.* 73. §. 1. *T. de leg.* 3. *l.* 5. §. 11. §. 14. §. 15. *T. quod quisque.* — *l.* 58. *T. de obligat.* ut in edicto de pecunia recepta etiam rei particularis successores intelliguntur. *l.* 7. §. 1. *T. de pactis.* Idem in cautione de rato. *l.* 22. §. 7. *l.* 23. *T. rem ratam.* in adoptionis causa. *l.* 18. *l.* 19. *T. de adopt.* & in lege Julia de adulteriis. *l.* 27. *T. de adult.* ea diversitas famitur pro subjecta materia, & æquitate, ut si æquum sit, etiam particulari successori succurri. Iisdem verbis intelligitur etiam earum bonis distrahendis data. *l.* 9. *in pr. & §.* 3. *T. de rebus auctor.* ipsi famulor. *l.* 1. §. 10. §. 12. *T. de inspiciendo.* dominus. *l.* 33. §. 3. *l.* 39 §. 1. §. 2. *T. de præscriptis verbis.*

100 Dominium aliquorum vel jure civili, vel Prætorio. Jure civili, si heredes: Prætorio, si bonorum possessores fuerimus.

1 2. *Eleg.* 2. c. 7. 1.

2 Capimus cibis, accipimus etiam alteri: ad nos pervenit quod momento nos capitur, sed permanet.

3 Hoc sic. *Hal.* *l.* 171. *T. ead.* 6 *Ei τὸ νόημα τοῦ κεφαλαίου. Synops. ead. c.* 71. *l.* 19. *T. de rei vind. l.* 21. § 2. *in fin. T. de ædilitio.* Porro de hac voce *Recte*, dixi ad *l.* 11. *T. de dumb. resc.* 7 *Al.* Quod. 8 *Eel ib. c.* 171.

9 Quod jus est in toto generaliter sumpto, idem jus est in ejus parte. *l.* 7. *T. de pactis. l.* 67. *T. de rei vind.* 122. §. 3. *T. de serv. rustic. l.* 24. *T. de usurpat. l.* 31. *in fin. T. de admin. tut. l.* 82. *in pr. T. de adq. hered. l.* 75. *T. de cond. rei jud. & alt. Inst. quibus ex causis manum.* Valebit itaque argumentum a toto ductum ad partem totius integralis, (qualis est pars, domus: ususfructus dominii, mensis, anni, *l.* 5. §. 6. *T. ead.*) totius quantitatis (qualis est minor numerus respectu majoris, vide *l.* 10. *T. de regulis.* peculiaris emancipatio respectu sui universalis. *l.* 29. *T. de her. inst.*) totius universalis (qualis est pars hæreditatis ad ipsum hereditatem. *l.* 1. §. 1. *T. si pars hereditatis*) totius in modo, seu accidentalis, ut ait possessio ad bonam & malam fidem. *l.* 42. *circa fin. T. de rei. credita.* 10 Recte restitui. *l.* 40. *T. de reb. creditis. l.* 137. §. 1. *T. de verb. obl.* Olezm cogi recte arbitratu Lucii, Cato *de re rustica* c. 144 recte hæc dari, sicuique fatisfiatio idem c. 146. Illaudo Loes recte habere licere spondes? *Varro* 2. *de re rustic.* 4. 11 O *φίλος Eel.* 2. c. 73. 12 Vel defendi. *l.* 63. *T. de judiciis. l.* 10. *T. de admin. tut. l.* 3. §. 1. *T. quib. ex caus. in possess.* 13 Non fit recte restitutio sine fructibus. vide *l.* 33. *T. ead.*

14 *l.* 1. *T. ne quis. eamve.* 15 §. 3. *T. judicatum solvi. l. ult.* 63. *T. de judiciis. l. hæc autem.* 5. §. recte 3. *T. ea quib. caus. in possess.* alias significat sine vitio, non vi, non clam, non precario. *l.* 6. *T. de itinere actuque privato*; idemque, ut oportet, utiliter. *l.* 20. *in fin. T. de servitut. urban.* juris ordine servato. *l.* 31. *T. de minorib. l.* 2. *T. de institoria. l.* 2. §. 1. *T. ad Senatusc. Vellejan. l.* 3. *T. de Liberis & posthum. l.* 6. *in fin. T. de jure patron. l.* 27. §. 1. *T. de liberali.* adde alia quæ de verbo, *Recte*, dixi ad *l.* 11. *T. de dumb. resc.*

15 *V.* 139. *T. ead.* 16 Anulis signare votus & antiquum semper fuit: (hinc anuli signatorii, *ut hic*, & *l.* 25 §. 10 *T. de aure*) iisque uti in testamentis obsignandis. *l.* 22. §. 2. *& seq. T. qui testamenta. l.* 25. §. 1. *T. de inst. milit. l.* 12. *C. de testamentis. §.* 1. *Inst. de test.* majori natu liberorum anulum dari solitum a patre cum clavibus constat, ex lege 77. §. 21. *T. de legat.* 2. Erant & alii ornatus causa. *T. ead.* ad anulos significantiæ referri etiam potuit *l.* 30. *T. de fundo.* anulos etiam aerhim nomine interdum dari. *l.* 5. §. 15 *T. de institoria. l.* 11. §. 6. *T. de actione. empt.* 17 Hic locus tod cat fuisse & alios, à figuratoria anulos, ornatus causa. *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 84. *l.* 25. §. 10. *T. de aure. l.* 6. *T. de hon. damnat.* Aurem soli verberatur ingenui, 19 *Ibid.* 32. ut & libertini, si modo eos impetraffient. vide *T. & C. de jure aurorum.* anulorum. alios, libertini argenteo, servi ferreo utebantur, & quidem unico: pluribus enim uti olim infame erat: duobus virgines uti poterant, illique à sponso acceptis, horum qui Thynias dicebatur, parva erat: Sanotiracius, aureus quidem, sed capite ferreo: ungulus, gemmatus. vide *Isid. ibid. de anulo. v.* 33 *Plin.* 2. 18 Adde *l.* 22 *T. ead. l.* 81. *l. ult T. ead. l.* 28 §. 4. *T. de usur. l.* 139 §. 1 *T. de reg. jur.*

19 *l.* 35. *T. ead. Rel ib. c.* 75. 6. *Harm. l.* 3. *in pr. l.* 28. *T. de rei vind. l.* 31. *T. de reb. cred.* 20 Puta emptor. 21 Adde *l.* 13 *T. ead.* 22 *l.* 25 *T. de jure dotium. l.* 19 *T. de liberali.* 23 Aut remisit. *l.* 10 *T. de non facta data. l.* 45 *T. de cond & demonst.* 24 *Eel. ibid. c.* 77. 25 Ita lego, appellari placuit: Nec solum id esse quod ex frumentis, &c. Nam legunt ita *Græci* τ *καρπὸν δὲν ἐκ σπορᾶς καρπὸν καλοῦσι, ἀλλὰ καὶ ἐκ δένδρων ἄκαρπα ἢ καρπὸν ἐκ δένδρων καρπὸν.* 26 Sunt enim duo frugum genera, frumenta, ut triticum & ordeum: legumina, ut faba & cicer. *Plin.* 18. vide *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 78. 27 Fruges sunt quibus homo vescitur, præter carnem & poma. 28 Frumenti strictior appellatio, quam frugum: frumenti appellatione continetur bordeum, avena, triticum, siligo sive zea (Longobardi speltam vocant) secale sive tyrtia, milium, panicum, milium Indicum (quod Accorsio melica, aliis turgum.) Triticum per eminentiam, Galli *blatum* appellant à blanco colore. vide *Cujac. ad l.* 96 *T. de verb. oblig.*

29 In fc. *Hal. Vulg.* 30 Frumenta sunt quæ aristas habent. 17 *Ifidor.* 3. siliquam habent cæteræ leguminæ. Sifama & papaver vasculo continentur: milium & panicum nullis defendantur integumentis, parvarum volucrum injuriæ expolita. 31 Non est igitur Servii reticienda sententia, qui frugum appellatione leguminia potabat contineri. 32 Non semper. Est enim quidam à proprietate sejunctum. *l.* 115 *T. ead.* 33 *Eel. ib. c.* 48. *l.* 41. §. 6. *T. de leg.* 3. *l.* 4. *T. de contr. empt. l. ult.* *C. de prædiis minor.* eo casu possessio significat agros late patentes. 34 Sicut e contrario dominium significat possessionem. *l.* 25. *C. de rei vind.* 35 Impensarum tres sunt species. Necessariis res non fit deterior: Utilibus fit melior. Voluptuariis speciosior. 36 Impensis necessariis non fcitis, res aut peritura, aut deterior futura est, *ut hic*, ut quæ necessitatem impendendi habeat. *l.* 1. §. 1. *T. de impensis.* 37 *Al.* palinatiosees, pastinum. *l.* 7. *in fin. T. soluto.* 38 Hæc ornamenta. *l.* 19. §. 1. *T. quod vi.* pastiones. *l.* 8. *in fin T. de instructo.* (possent & hujusmodi loca accipi pro pascuis.) Ut pastinum, fermamentum bifurcum quo semina panguntur: arbores etiam repullinatæ dicitur fuerunt vineæ. 3. *Colum.* 18 *ult. Isidor.* 14. Ager repastinatus, cujus naves innovatur fodiendo. vide 3. *Colum.* 13 15 16. *Pallad. in Februar.* 2. *c.* 9. *Festum in Repastinari.* Pastinum sic definit *Isidorus* 17. bos autem ad id natus videtur, quod magis est? 39 Dubitandi ratio in eo est forte, quod boves junchi aratro solent: ut ea ratione jumentorum appellatione contineri videantur. 85 Quamvis. *Vulg.* 86 Hæc lectio non probatur. *Hal. Ita vetus exemplar.* 87 Quotidiana. 88 *Al.* Nam dicerem: *vel* nam dicimus. 89 Propemodum tantum. *Vulg.* propemodum quoque. *Hal.* ἐγγὺς τοιοῦτον. 2. *Eeleg.* 2. *cap.* 89. 90 *Al.* ἐγγὺς τοῦ. *Eeleg. ibid.* id est, redigi. *l.* 82. *T. ad leg. Falcid.* hinc refecta pecunia, id est, redacta. *l.* 3. *in fin. T. de usurie. l.* 1. §. 10. *T. de collat. bon.* 91 Centum aureos. *Vulg.* centum aurorum habere. *Hal. ἑκατὸν χρυσοῦς ἔχειν.* id est, centum centenas habere. *Eel. ibid.* Ea summa decem millia aureorum nostrorum facit. 92 Hinc colligit Cujac. 14 *obs* 36. legatum fundi alieni non valere, si relictus sit per vindicationem: valere, si per damnationem.

93 Tantum quisque pecuniæ reliquere intelligitur, quantum ex bonis ejus reflci potest: fundos alienos legatos hereditaris pecunia parari potest. fuit igitur in pecunia defuncti fundus alienus: at non ita est, nec enim sequitur, ex pecunia hereditaria fundus Tusculanus emi potest: is igitur in hereditate fuit. 82 Quamvis. *Vulg.* 83 *l.* 61. *T. ad leg. Falc.* 84 Hanc legem repetit Tiraquel. quem vide. 85 *Eeleg. ibid. c.* 89. verum illud dijudicandum ex consuetudine regionis. 86 Βουκόλον Græci *ibid.* adde *l.* 81 §. 3. *T. de leg* 3. pecoris. *l.* 38. §. 6. *T. de ædilitio.* Cur armentorum? An quia ad epos armorum (unde armenta *Festus*) bobus uti possemus? An quia armentum ab arando dicitur. 12. *Isidorus* 1. bos autem ad id natus videtur, quod magis est? 89 Dubitandi ratio in eo est forte, quod boves junchi aratro solent: ut ea ratione jumentorum appellatione contineri videantur. 81 Cur primo? vide quæ notavi ad *l.* 41. *T. de verb. obl.* adde quæ scripsi ad *l.* 12. *T. de servit. rust. prad.* adde *l.* 68. *T. de jure dot. l.* 26. *T. de pact. dot. al.* vide Manticam *l.* 8. *de conjectur. & ultimarum voluntatum* 15.

nuptiæ significantur. §. 2. Interedere [89] & reddi [90] rationes multum [91] interest: nec is, qui edere justus sit, reliquum reddere debet: nam & argentarius edere rationem videtur, etiamsi quod reliquum sit apud eum non solvat.

Ædes uti optimæ maximæque sunt.

XC. ULPIANUS lib. XXVII ad Sabinum.

QUi uti [92] *optima maximaque sunt*, ædes tradit: non hoc dicit servitutem illis deberi: sed [93] illud solum, ipsas ædes liberas esse, hoc est, nulli servire.

Meum, tuum.

XCI. PAULUS lib. II Fideicommissorum.

MEorum [94] & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

Proximus, supremus.

XCII. IDEM lib. VII Quæstionum.

PRoximus [95] est, cui [96] nemo antecedit: *supremus* est, quem nemo sequitur [97].

Moventia, mobilia.

XCIII. CELSUS lib. XIX Digestorum.

MOrentium [98], item mobilium appellatione, idem significamus [99]: si tamen appareat [100] defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa moverent, moventia vocasse: quod verum est.

Reddere.

XCIV. IDEM lib XX Digestorum.

VErbum reddendi quamquam significatum habet retro [1] dandi, recipit [2] tamen & per se dandi significationem [3].

Reliqui.

XCV. MARCELLUS lib. XIV Digestorum.

POtest *aliquorum* [4] appellatio & universos significare.

Litus. 1. Prædia aliquorum.

XCVI. CELSUS lib. XXIII Digestorum.

LItus [5] est, quousque maximus [6] fluctus [7] à mari pervenit: idque Marcum Tullium ajunt, cum arbiter esset, primum constituisse. §. 1. Prædia, dicimus [8] aliquorum esse, non [9] utique communiter habentium ea, sed [vel] alio aliud habente.

Pecunia.

XCVII. IDEM lib. XXXII Digestorum.

CUm stipulamur, *Quanta* [10] *pecunia ex hereditate Titii ad te pervenerit*, res [11] ipsas, quæ pervenerunt, non [12] pretia earum spectare videmur.

De bisexto & mense intercalari.

XCVIII. IDEM lib. XXXIX Digestorum.

CUm *bissextum* [13] Kalendis est: nihil refert, [utrum] priore, an posteriore die quis natus sit, & deinceps sextum Kalendas ejus natalis dies est: nam id biduum pro [14] uno die habetur: sed posterior dies [15] intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non [16] est, sexto Kalendas natus: cum bissextum Kalendis est, priorem diem natalem habet. §. 1. *Cato* putat, mensem *intercalarium* [17] additicium esse, omnesque ejus dies pro momento temporis observari, extremoque diei mensis Februarii adtribuit Quintus *Mucius*. §. 2. Mensis autem *intercalaris* constat ex diebus viginti octo [18].

Natio. 1. Continentes provincia. 2. De instrumento.

XCIX. ULPIANUS lib. I de Officio Consulis.

NOtionem [19] accipere possumus, & cognitionem [20] & jurisdictionem. §. 1. *Continentes* [21] *provincias* accipere debemus eas, quæ Italiæ junctæ sunt: ut puta Galliam [22]: sed [23] & Provinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico [24] freto Italia dividitur. §. 2. *Instrumenta rerum* appellatione quæ comprehendantur, perquam difficile erit separare [25]: quæ enim proprie sint instrumenta [26], propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscemus [27], si in [28] præsentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui [29] actum gessit, licet [30] in servitute, vel qui actor [31] fuit constitutus, putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

Speciosæ personæ.

C. IDEM lib. II de Officio Consulis.

SPeciosæ [32] personas accipere debemus *clarissimas* [33] personas utriusque sexus [34]: item eorum, qui ornamentis [35] *Senatorios* utuntur.

Stuprum, adulterium. 1. Divortium, repudium. 2. Morbus, vitium. 3. Servus.

CI. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

INter stuprum, & adulterium, hoc interesse quidam putant, quod [36] adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur: sed lex Julia de *adulteriis* hoc verbo *indifferenter* [37] *utitur*.

§. 1. *Divortium* inter virum & [38] uxorem fieri dicitur: *repudium* vero sponsæ remitti videtur: quod & in uxoris personam non absurde cadit. §. 2. Verum est, *morbum* [39] esse temporalem corporis imbecillitatem, *vitium* vero perpetuum corporis impedimentum: veluti si talum [40] excussit [41]: nam & luscus [42] itaque [43] vitiosus est. §. 3. Servis legatis etiam [44] ancillas deberi, quidam putant: quasi [45] commune nomen utrumque sexum contineat.

Derogare, abrogare.

CII. IDEM lib. VII Regularum.

DEtogatur [46] legi, aut abrogatur, *Derogatur* legi, cum pars detrahitur, *abrogatur* [47] legi, cum prorsus tollitur.

Capitalis.

CIII. IDEM lib. VIII Regularum.

LIcet capitalis [48] Latine loquentibus omnis causa existimationis videatur: tamen appellatio *capitalis* [49], mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est.

Titus.

CIV. IDEM lib. II Excusationum.

[H]ΤΙΤΟΣ [50] *vitiose quidam scribunt pro* ΤΙΤΟΣ *& ita* ΤΙΤΟΥ ΤΙΤΟΝ ΤΙΤΩΙ.

NAtorum appellatio & ad nepotes extenditur.

Libertis, libertabusque meis.

CV. IDEM lib. II Responsorum.

MOdestinus respondit, his verbis, *Libertis, libertabusque meis*, libertum libertæ [51] testatoris non contineri.

Dimissoria littera, seu Apostoli.

CVI. IDEM lib. singul. de Præscriptionibus.

Dimissoriæ littera dicuntur, quæ vulgo Apostoli [52] dicuntur: dimissoriæ autem dictæ, quod causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.

Assignare libertum.

CVII. IDEM lib. III Pandectarum.

Assignare [53] libertum, hoc est, testificari, cujus ex liberis libertum eum esse voluit.

Debitor.

CVIII. IDEM lib. IV Pandectarum.

Debitor [54] *intelligatur* [55] is, à quo invito [56] exigi [57] pecunia potest.

Bona fidei emptor.

CIX. IDEM lib. V Pandectarum.

Bonæ fidei emptor esse videtur, qui [58] ignoravit eam rem alienam esse: aut putavit [59] eum, qui vendidit [60], jus vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse.

Sequester.

CX. IDEM lib. VI Pandectarum.

Sequester [61] dicitur, apud [62] quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi [63] sequenti eos, qui contendunt, committitur.

Censere, censor.

CXI. JAVOLENUS lib. VI ex Cassio.

Censeri [64] est constituere, & præcipere: unde etiam dicere solemus, *Censeo hoc faciat*, & semet [65] aliquid censuisse. † Inde Censoris [66] nomen videtur esse tractum.

Publi-

---

[1] Retro *Rubr.* [2] Recipit *Rubr.* [3] Significationem *Rubr.* [4] Aliquorum *Rubr.* [5] Litus *Rubr.* [6] Maximus *Rubr.* [7] Fluctus *Rubr.* [8] Dicimus *Rubr.* [9] Non *Rubr.* [10] Quanta *Rubr.* [11] Res *Rubr.* [12] Pretia *Rubr.* [13] Bissextum *Rubr.* [14] Pro *Rubr.* [15] Dies *Rubr.* [16] Non *Rubr.* [17] Intercalarium *Rubr.* [18] Viginti octo *Rubr.* [19] Notiones *Rubr.* [20] Cognitionem *Rubr.* [21] Continentes *Rubr.* [22] Galliam *Rubr.* [23] Non *Rubr.* [24] Modico *Rubr.* [25] Separare *Rubr.* [26] Instrumenta *Rubr.* [27] Dignoscemus *Rubr.* [28] Ob præsentiam *Rubr.* [29] Actum *Rubr.* [30] Licet *Rubr.* [31] Actor *Rubr.* [32] Speciosæ *Rubr.* [33] Clarissimas *Rubr.* [34] Sexus *Rubr.* [35] Ornamentis *Rubr.* [36] Quod *Rubr.* [37] Indifferenter *Rubr.* [38] Et *Rubr.* [39] Morbum *Rubr.* [40] Talum *Rubr.* [41] Excussit *Rubr.* [42] Luscus *Rubr.* [43] Itaque *Rubr.* [44] Etiam *Rubr.* [45] Quasi *Rubr.* [46] Detogatur *Rubr.* [47] Abrogatur *Rubr.* [48] Capitalis *Rubr.* [49] Capitalis *Rubr.* [50] Titos *Rubr.* [51] Libertæ *Rubr.* [52] Apostoli *Rubr.* [53] Assignare *Rubr.* [54] Debitor *Rubr.* [55] Intelligatur *Rubr.* [56] Judicium dicitur in invitum reddi. §. 1. *Rubr.* [57] Exigi *Rubr.* [58] Qui aut ignoravit *Rubr.* [59] Hinc concludit Cujacius, non eandem fidem rei alienæ esse malam fidem. [60] Mandatum expressum vel tacitum. [61] Sequester *Rubr.* [62] Quem *Rubr.* [63] Quasi *Rubr.* [64] Censeri *Rubr.* [65] Semet *Rubr.* [66] Censoris nomen *Rubr.*

[89] Interedere *Rubr.* [90] Reddi rationes *Rubr.* [91] Multum *Rubr.* [92] Uti *Rubr.* [93] Sed *Rubr.* [94] Meorum *Rubr.* [95] Proximus *Rubr.* [96] Nemo *Rubr.* [97] Sequitur *Rubr.* [98] Morentium *Rubr.* [99] Dicimus *Rubr.* [100] Appareat *Rubr.*

[1] Retro *Rubr.* [2] Recipit *Rubr.* [3] Significationem *Rubr.* [4] Aliquorum *Rubr.* [5] Litus *Rubr.* [6] Maximus *Rubr.* [7] Fluctus *Rubr.* [8] Dicimus *Rubr.* [9] Non *Rubr.* [10] Quanta *Rubr.* [11] Res *Rubr.* [12] Pretia *Rubr.* [13] Bissextum *Rubr.* [14] Pro *Rubr.* [15] Dies *Rubr.* [16] Non *Rubr.* [17] Intercalarium *Rubr.* [18] Viginti octo *Rubr.* [19] Notiones *Rubr.* [20] Cognitionem *Rubr.* [21] Continentes *Rubr.* [22] Galliam *Rubr.* [23] Non *Rubr.* [24] Modico *Rubr.* [25] Separare *Rubr.* [26] Instrumenta *Rubr.* [27] Dignoscemus *Rubr.* [28] Ob præsentiam *Rubr.* [29] Actum *Rubr.* [30] Licet *Rubr.* [31] Actor *Rubr.* [32] Speciosæ *Rubr.* [33] Clarissimas *Rubr.* [34] Sexus *Rubr.* [35] Ornamentis *Rubr.* [36] Quod *Rubr.* [37] Indifferenter *Rubr.* [38] Et *Rubr.* [39] Morbum *Rubr.* [40] Talum *Rubr.* [41] Excussit *Rubr.* [42] Luscus *Rubr.* [43] Itaque *Rubr.* [44] Etiam *Rubr.* [45] Quasi *Rubr.* [46] Detogatur *Rubr.* [47] Abrogatur *Rubr.* [48] Capitalis *Rubr.* [49] Capitalis *Rubr.* [50] Titos *Rubr.* [51] Libertæ *Rubr.* [52] Apostoli *Rubr.* [53] Assignare *Rubr.* [54] Debitor *Rubr.* [55] Intelligatur *Rubr.* [56] Judicium dicitur in invitum reddi. §. 1. *Rubr.* [57] Exigi *Rubr.* [58] Qui aut ignoravit *Rubr.* [59] Hinc concludit Cujacius, non eandem fidem rei alienæ esse malam fidem. [60] Mandatum expressum vel tacitum. [61] Sequester *Rubr.* [62] Quem *Rubr.* [63] Quasi *Rubr.* [64] Censeri *Rubr.* [65] Semet *Rubr.* [66] Censoris nomen *Rubr.*

Publicum.

CXII. IDEM lib. XI ex Cassio.

L*Litus publicum* est eatenus, qua maxime [67] fluctus exæstuat [68]. Idemque jutis est in lacu [69], nisi is totus privatus est.

Morbus sanitas.

CXIII. IDEM lib. XIV ex Cassio.

M*Orbus sanitas* [70] est, qui cuique rei nocet.

Solvendo esse.

CXIV. IDEM lib. XV ex Cassio.

S*Olvendo* [71] *esse* nemo intelligitur, nisi qui solidum potest solvere.

Fundus, possessio, ager, prædium.

CXV. IDEM lib. IV Epistolarum.

QUæsitio est, fundus à [72] possessione, vel agro, vel prædio quid differt? † *Fundus* [73] est omne, quidquid solo tenetur. † *Ager* [74] est. [si] species fundi ad usum hominis comparatur. † *Possessio* ab agro [75] juris [76] proprietate differt: quidquid enim adprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec [77] potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo usus [78], ager proprietas loci est. † *Prædium* utriusque suprascriptæ generale nomen est: nam & ager & possessio hujus appellationis species sunt.

Filius, filia.

CXVI. IDEM lib. VII Epistolarum.

QUæsitum mihi alius filii [79] filiæque heres sit, Labeo, non videri filiam contineri: Proculus contra: mihi Labeo videtur verbotum figuram sequi, Proculus mentem testantis respondit: Non dubito, quin Labeonis [80] sententia vera non [81] sit.

Minus solvere.

CXVII. IDEM lib. IX Epistolarum.

NOn potest videri minus [82] solvisse is, in quem amplioris summæ actio non competit.

Hostes.

CXVIII. POMPONIUS lib. II ad Quintum Mucium.

H*Ostes* [83] hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus: cæteri, latrones aut prædones sunt.

Hereditas, bonorum possessio.

CXIX. IDEM lib. III ad Quintum Mucium.

H*Ereditatis* appellatio sine dubio continet etiam damnosam [84] hereditatem: juris [85] enim [86] nomen est, sicuti bonorum possessio [87].

Legare.

CXX. IDEM lib. V ad Quintum Mucium.

VErbis legis XII Tabularum his, *Uti* [88] *legassit suæ rei, ita* [89] *jus esto*, latissima potestas tributa videtur, & heredis instituendi, & legata, & libertates [90] dandi, tutelas [91] quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatum [92] est, vel legum, vel auctoritate jura constituentium.

De usuris.

CXXI. IDEM lib. VI ad Quintum Mucium.

VSura pecuniæ [93], quam percipimus, in fructu [94] non est: quia non ex ipso corpore, sed [95] ex alia [96] causa est, id est, nova obligatione.

Filia, filius.

CXXII. IDEM lib. VIII ad Quintum Mucium.

SErvius ait: si ita scriptum sit, *Filia, filiæque meæ heredes* [97] *tutores do*: masculis duntaxat tutores datos: quoniam singulari casu hoc, *filiæ*, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset: sed hoc facti, non juris habet quæritionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde [98] plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit, quod magis rationabile [99] esse videtur.

Est, erit.

CXXIII. IDEM lib. XXVI ad Quintum Mucium.

VErbum erit [100] interdum etiam præteritum [1], nec solum futurum tempus demonstrat: quod est nobis necessarium scire, & cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, *Quod in codicillis scriptum erit* [2]: utrumne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat: quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. † Quemadmodum [3] autem hoc verbum *est* [4], non solum præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc verbum *erit*, non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat: nam cum dicimus, *Lucius Titius solutus est* [ab] *obligatione*: & præteritum & præsens significamus: sicut hoc, *Lucius Titius alligatus est*: & idem fit, cum ita loquimur, *Troja capta est*. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum [5].

Disjunctivum, subdisjunctivum.

CXXIV. PROCULUS lib. II Epistolarum.

HÆc [7] verba, *ille aut ille*, non solum disjunctivæ, sed etiam subdisjunctivæ orationis sunt. † Disjunctivum [8] est, veluti cum dicimus, *aut dies est aut non est*, quorum [9] posito altero, necesse est, tolli alterum: item sublato altero, poni alterum: Ita similiter figuratione verbum potest esse subdisjunctivum. † Subdisjunctivi [10] autem genera sunt duo. Unum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque esse, ut possit [11] neuter esse: veluti cum dicimus, *aut sedet* [12] *aut ambulat*: nam ut nemo potest utrumque simul facere: ita aliquis potest neutrum, veluti is, qui accumbit. † Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque esse, veluti cum dicimus, *omne animal aut facit, aut patitur*: nullum est enim, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & facere, & pati.

Commodum, posse.

CXXV. IDEM lib. V Epistolarum.

NEpos Proculo suo salutem: Ab eo, qui ita dotem promisit: *Cum* [13] *commodum erit, dot o filiæ meæ tibi erunt aureis centum*, putasne, protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid, si ita promisisset, *Cum potuero, doti erunt*? quod si aliquam vim habeat posterior obligatio, *possit* verbum quomodo interpretaris? utrum re alieno deducto, an extante? Proculus: cum dotem quis [ita] promisit, *Cum potuero, doti tibi erunt centum*: existimo, ad id, quod actum est, interpretationem redigendam esse; nam qui ambigue [14] loquitur, id [15] loquitur, quod ex his, quæ significantur, sensit: propius est tamen, ut hoc eum sensisse existimem, deducto [16] ære alieno potero, potest etiam illa accipi significatio, cum salva [17] dignitate mea potero: quæ interpretatio eo magis accipienda est, si ita promissum est, *cum commodum erit*, hoc [18] est, cum sine incommodo meo potero.

De clausula, uti optimus maximusque est: *& clausula*, jus fundi deterius factum non esse per dominum.

CXXVI. IDEM lib. VI Epistolarum.

SI, cum fundum tibi darem, legem ita dixi, *Uti optimus maximusque esset*: & adjeci, *jus fundi deterius factum non esse* [19] *per dominum* [20], *præstabitur* [21]: amplius eo præstabitur nihil: etiam si prior pars, qua scriptum est, *Uti optimus maximusque sit*, liberum [22] esse significat: eoque, si posterior pars adjecta non esset, liberum præstare deberem [23]: tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad jura attinet, ne quid aliud præstare debeam, quam jus fundi per dominum deterius factum non esse.

Vestis.

CXXVII. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

V*Estis* appellatione, tam virilis, quam muliebris [24], & scenica, etiam [25] si tragica [26] aut citharœdica sit, continetur.

Spado.

CXXVIII. ULPIANUS lib. I ad Legem Juliam & Papiam.

S*Padonum* [27] generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura [28] spadones sunt, item thlibiæ [29], thlasiæ [30], sed & si quod aliud genus [31] spadonum est, continentur.

De his, qui mortui nascuntur.

CXXIX. PAULUS lib. I ad Legem Juliam & Papiam.

QUi mortui [32] nascuntur, neque nati, neque procreati, videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

Lege

---

[67] Quo maximè. *Vinn. ibid.* [68] Dixi ad *l.* 98. *Rutgers. Gronov. Vitr. Lemnius. anteallat. lib. II. cap. 1. n. 2. Salmas.* [69] De quo vide *l. 1. §. 3. & seq. ff. de aquæ pluviæ.* [70] Ita *Basil. Interpr. Ecloga. ibid. c. 2. 4. §. 1. Heim. l. 8. T. de edictis. ibid. §. 3. de verborum significat.* [71] Subdemum sonat *fieri*, qui tardius *fit*, *l. 12. in fin. T. eod.* qui nihil, *l. 13. T. eod.* qui non *licet*, quod *facere possit. Cujac. l. 1. §. 5. T. de ædilit. edict.* [72] Pone, id est, *ea, ea & eadem*, in diversis speciebus fortiri nomen. Sic terra, *genus* in eam rem agitur jure proprio ac auctoritate, ager, *species*, quæ *prædium*, ut *Isidor. 15. etymol. ea videtur*, aut cum *fruges*, aut *cum pecudes*, aut *cum ædificia* dicitur. Ulpianus, quæ ex *genio* venit, *complectitur* vel in proprietate; hinc *ager* vel in usu aliquo; hinc *possessio*. Vide explantationem Isidori apud *Antonium Augustinum. Interpr. Græc. lib. 2. c. 15. Anf.* [73] *l. 60. T. eod.* vide, quæ notavi ad *l. 78. in fin. T. de verb. sign.* adde *Bynkersh. ad l. 3. de rei vind.* [74] Ager tamen ille potest sine villa. *l. 27. T. eod.* [75] Possessio est *res*, & proprietate separatur. Quintus Mucius hic adnitatur: Fundus, Ager, Possessio, Prædium. *Possessio* videtur hic ab ager juris proprietate distare. *Possessio* est corpus, cui plerumque *ædificium* subest, proprietatem separat habemus, ager habere possumus, *ut in genere*, *prædiis*, tributaria stipendiariaque, itemque vectigalia prædia sunt. (de quibus dixi ad *l. si capti. 20. §. 1. T. de captivis*). atque ita falluntur, qui juris vocabulo hic leges XII Tabul. interpretantur. *Sed* [76] *Ius*, qui ad loca sacra, extra commercium posita, verbum *possessionis* referunt, ut post Cervidium Pœcrium Tholosanum docet Brissonius, *4. select. 1.* [77] Imo, quia rem suam possidet, *l. 1. §. 1. T. de adquir. possess.* ut e contrario, aliena res possessores esse possumus. *l. 9. T. de adquir. possess.* unde bonæ & malæ fidei possessores distinguuntur. [78] Et e contra, usus & possessio. Horatius, *2 epist. ultim. Quadam, si credis consultis, mercedem usus.* & Ælius Gallus, possessionem definit usum. [79] Filius filiave hæres. *vulg. Mss.* [80] Verborum figuram & significationem sequentia. [81] Quid igitur hic fieri oportet? nempe filii appellatione, filiam, ut figura verborum, sed ex mente intelligi. *l. 122. l. 201. T. eod. l. 16. T. de testam. tut. l. 45. T. de lib. l. Ecloga. ibid. c. 116.* at non è contra. *d. l. 45. v. l. 220. T. eod.* [82] Summæ amplioris opponitur: qui amplioris ab eo, quæ est soluta, summæ non tenetur, minus solvisse dici non potest. *l. 72. T. eod.* [83] *l. 234. T. eod. Ecloga. ibid. c. 216. v. l. 24. T. de captivis.* [84] Hereditas damnosa esse potest. *v. l. 3. T. ad l. Falcid.* bona damnosa dici non item. *v. l. 39. §. 1. T. eod.* Ut hinc constat, hereditatem juris esse, quod ea esse possit sine ullo corpore. *l. 50. T. de hæred.* Damnosa esse juris, an ideo individuæ? utique, si hereditatem proprie sumimus pro toto aliquo universali, vere pro jure universitatis: sin impropriè, pro rebus hereditariis, dividua dici potest. *Heimb. 9 Ecloga.* hic hereditas non est pecunia, sed successio. *l. 24. T. eod.* id est, jus successionis. *l. 62. eod.* [85] Quæ juris sunt, commoda & incommoda continere possunt. [87] Bonorum possessio est, *l. 3. §. 1. T. de bonor. possess.* ut non possessio. *l. 19. T. ex quib. causis majores.* Potro bona hereditas est possessio in jure constitit, sed & alia, veluti ususfructus, usus, obligationes, *l. 1. Inst. de rer. corpor.* dua, peculium, servitus. *l. 66. §. 6. T. de leg. 2. l. 15. §. 2. T. de precario. l. ult. §. C. de præscr. longi temp.* [88] Hæc facultas postea coangustata est, lege Furia, Voconia, Falcidia. *v. l. 2. T. ad l. Falcid. Novell. 22. c. 2.* hinc Ulpianus, legum nobis adquisitarum ex lege XII tabularum. Ulpian. 12. §. 17. adde *l. 47. in fin. T. de pœnis.* [90] *l. 80. T. eod.* [91] *l. 2. T. de testam. tut. l. 33. T. eod. l. Falcid.* [89] Hujus legis fragmentum extat in *l. 53. T. eod.* Integra non in legitur *v. ad Hermanum.* Paterfamilias uti super familia pecuniave sua legassit, ita jus esto. *l. 2. T. ad l. Falcid. Novell. 22. c. 2.* hinc Ulpianus, legum nobis adquisitarum ex lege XII tabularum. Ulpian. 12. §. 17. adde *l. 47. in fin. T. de pœnis.* [90] *l. 80. T. eod.* [91] *l. 2. T. de testam. tut. l. 33. T. eod.* vi potestatis hujus testatori libertum est, tutorem substituere priori. *Inst. de tutel. §. 2.* [92] Sed vel interpretatione coangustatum est legum, vel auctoritate jura constituentium. *Hugo à Porta.* [93] *Ecloga. ibid. c. 120.* proprie scil. alias pensiones. *l. 36. T. de usur.* [94] Fructus proprie id est, quod ex aliquo corpore nascitur: usura, quod ex rei usu. [95] Usuræ non ex ipso pecuniæ sen nummorum corpore oriuntur, ut fructus ex terra: Aliunde hoc est, alia ex causa, &c. ut hic dicitur, oriuntur ex nova obligatione, vel prodire Jure non inde inquiunt, ulterius esse contrarias juri naturali. nam si obligationes eausam habeant, *Inst. de obligationes ad jus gentium vel civile referuntur. l. 5. in fin. T. de justitia & jure.* diximus esse, jus utrumque naturæ repugnare; quod est absurdum: si proximi mordendi [96] Obligationes res esse alias à corporibus hinc constat. §. 1. *Inst. de rebus corporalibus.* sit. & obligationes ad jus gentium vel civile referuntur. *l. 5. in fin. T. de justitia & jure.* diximus esse, jus utrumque naturæ repugnare; quod est absurdum: si proximi mordendi [96] nam usui Hebraica *Nesek*, id est, à morsu dicuntur) libidinem ab usuris fustuleris, periude usuræ usui posterunt, ut ullum conductarum pensiones, dimidium justi non excedentes: nihil esse numerandi, fructum ex nudibus percipias, an ex nummis, sed de usuris alibi commodius nos disseruimus. [97] *Al. hiisce.* [98] *l. 116. T. eod. l. 16. T. de testam. tut. §. 4. Inst. qui testam.* [99] Verisimile. dixi ad *l. 114. T. de reg. jur.* [100] *l. 18. T. de jure Codicill. l. 6. l. 72. T. de leg. 2. l. 6. T. de aurs. 2 Ecloga. 1. 122.* [1] Gellius, verbum, inquit, *est & erit*, quum præsens annuntiat, habentque atque retinent tempus suum: cum vero præterito jungitur, vim temporis amittunt, & in præteritum concedunt.

[2] Et quod à me jam scriptum est in Codicillis, & quod postea scribetur.

[3] Ut per verbum *erit*, præteritum tempus interdum demonstramus: ita verbum *est*, interdum præteritum quoque significamus.

[4] *Est*, non solum præsens, sed & præteritum tempus significat.

[5] Gell. *d. loco. Ecloga. d. loco. v. 1223. addend. 7. l. 34. §. 1. T. de aure.*

[6] Hoc enim demonstrare volumus, Trojam ollim captam fuisse. Et sic Enallage est temporis.

[7] *Aut*, particula disjunctivis prolocutis & subdisjunctivis inservit. Cæterum sines disjunctivi prolocuti, simul veri esse non possunt: subdisjunctivi, vel simul falsi, vel simul veri esse possunt.

[8] *Disjunctivum. Ecloga. ibid. c. 124.* Gellius appellavit disjunctivum & disjunctivum prolocutum. *7. c. 11.*

[9] In prolocutio disjunctivo, necesse est, alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum esse. *5 Gell. 11.* vel ita: in disjunctione plus uno verum esse non potest. Cic. *in Topic.*

[10] Subdisjunctivum, ut Quintilianus *Ecloga. ibid.*

[11] In subdisjunctivo potest neutrum esse, vel utrumque. Gerh. V. Alberic. Gentil. *tractat. de diversis temporum appell. c. 5. Anf.*

[12] Hujus prolocuti ambæ partes falsæ esse possunt, cum tertia admittatur: sic apud Gell. *d. loco.* ἢ ναὶ ἢ οὔ. & ni-hil-ter duæ illæ partes falsæ esse possunt, ei, qui ita forma habuerit uxorem.

[13] Non quod protinus dari potest stipulanti, commodum est promissori.

[14] Simplici orationis utentis simplex atque unicus est intellectus: ambigue loquentis multiplex fervit enim & stipulanti & promissori.

[15] Gell. *11 Noct. Attic. 12.* Nullum, inquit, verbum est ambiguum (Chrysippus dicebat, omne verbum esse ambiguum natura), nec quisquam ambiguum dicit aut sentit, nec aliud dici videri debet, quam quod se dicere sentit is, qui dicit: at cum ego aliud sensi, tu aliud accepisti, obscure magis dictum quam ambigue videri potest. Ambigui verbi natura illa esse debuit, ut, qui diceret, duo vel plura diceret. Nemo autem duo, vel plura dicit, qui se sentit unum dicere.

[16] Posse facere promissor intelligitur, ære alieno deducto. alias ære non deducto posse facere, promissio est ἀδύνατος. nec enim posse videtur, qui non ponet, nisi inhonestè: cum primum incipit justè posse, primum incipit teneri, *l. ultim. T. de condit. instit. l. 29. T. de cond. & demonstrat. l. 29. T. quando dies legati.* cum res promissori in toto esse incipiat. *l. 80. T. de verbor. obligat.*

[17] Tacita illa exceptio conditionibus inest. *l. 35. T. de negot. l. 12. T. de novatio. l. ultim. T. de act. empt. vide l. 137. §. 4. T. de verborum obligationib. l. 107. T. de solut.* [18] Definitionem à remotione contrarii observa. [19] *Al.* non esse: per dominum præstabitur. [20] Id est, per venditorem. [21] Quid? illud certe, quod promissum fuit: atqui de eo nunc quæritur, nempe quid promissum fuit? dic, venditorem teneri secundum præstare, uti optimus maximus est, id est, liberum à servitutibus, ei à quocunque impositis, sed tamen, quia in illa venditione adjectum fuit, eum fundum tradi emptori, cujus jus à domino, id est, à venditore non esset factum deterius: venditore minime tenebitur ob servitutes ei fundo ab aliis impositas: & ita generalis illa clausula *uti optimus*, &c. restringitur per sequentem *jus fundi*, &c. [22] Optimus maximus fundus, id est liber: non est liber, si jus ejus à domino deterius factum est. *l. 90. T. eod. l. 169. T. eod.* vide *l. 75. T. de evict. l. 59. T. de contrahend. empt.* [23] Debere, *vulg.* debeam. *Hotom.* [24] De vestimentis muliebribus vide Varron. *4 de lingua.* Paul. *4 sent. 6. §. 8.* quorum sunt muliebria, vide *l. 23. §. 1. in fin. & pass. T. de aure. l. 110. in fin. T. de verb. oblig.* adde P. Fabrum. *1 semestr. cap. 15.*

[25] Sufficit enim, ut scenica vestis dici possit, ea aliquem uti in scena, sive tragœdus sit, sive citharœdus. [26] De hujusmodi vestimentis vide Scaliger. *1 Poetic. 13. & 14.* [27] *Spadones* natura sunt, qui ob meatum diffortum coli, non ob infœcundum semen, generare non possunt: quo vinculo adstrictus generant. Galenus, *13 de usu partium apud Prætorium.* generare possunt. *l. 6. in fin. T. de ædilitio.* spes est, posse eos liberos procreare. *19 Ecloga. 1. ex lib. 60. fol. 193.* ideoque placerat, ita scribi in *l. 2. §. 1. T. de adopt.* & hi, qui omnibus generare possunt, ut eorum sterilitas (cujus fit mentio in *l. 6. T. de lib.*) temporaria sit, eoque impediat, inter morbosos censeri, *l. ult. in fin. T. de ædilit.* quod in castratis non est, a quibus sunt diversi) *§. 9. Inst. de adopt. l. 6. l. 7. T. de ædilit. l. 6. §. 1. T. de liber. l. 14. in fin. T. de manumiss. vindicta.* Quod cum ita sit, non mirum, spadonibus permitti matrimonium, *l. 39. T. de jure dot.* & matrimonii causa manumittere, *l. 14. in fin. T. de manumiss. vindict.* adoptare, *l. 2. in fin. l. 40. in fin. T. de adopt.* heredem instituere, *l. 6. T. de liberis & posthum.* quod in castratis non est. In eo tamen æquales sunt, quod utrique testamentum facere possunt. vide *l. 5. C. qui testam.* Paul. *3 sent. §. 2.* [28] *l. 3. T. de statuis.* Thlibiis utriti sunt testes. [29] *Al.* Raiasiæ; male: ad hos refer *l. ultim. T. de publican. l. 4. §. 2. T. de statuis.* Thlasiis erecti sunt testes. [30] Spadonum tria genera: natura, factu, fato. Natura, spadones: facto, castrati: fato seu casu, thlasiæ quibus attriti testes. Sed tamen Ferrand. *1 Explicat. 47.* Thlibias & Thlasias pro iisdem accipit. Cæterum duos castrandi modos facit Aristoteles, *3 de historia Animalium, διὰ τῆς ἐκτομῆς.* ut & Agineta *6. c. 58.* κατὰ σύνθλασιν ἢ ἐκτομήν. ut & Moses, *c. 23. Deuter.* τὰ θλασίαι ἢ ἐκτομίαι. adde Columell. *6. c. 25.* Pallad. *6. c. 7.*

[32] Mortuus qui nascitur, neque procreatus videtur, neque filius appellatur, *3 Ecl. 2. c. 118.* aborsus vel abactus venter partum efficere non videtur. Paul. *4 sent. 9. §. 6.* nec rumpit testamentum *l. 2. C. de postum.* Ab eo sunt diversi, qui exacto ventre matris nascuntur, *l. 6. in pr. T. de inspic. l. 12. T. de liberis.* & ii, qui nondum integrum animal, cum spiritu tamen nascuntur, *d. l. 12. in fin.* adde superioribus de muliere, quæ semper mortuos parit. *l. 14. T. de ædilitio.*

Lege obvenire hereditatem.

CXXX. ULPIANUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

LEge 31 obvenire hereditatem, non improprie quis dixerit & eam, quæ ex testamento defertur 32: quia Lege XII Tabular. testamentariæ hereditates confirmantur 33.

Fraus, pœna, multa.

CXXXI. IDEM lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

ALiud 34 fraus 35 est, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. §. 1. Inter multam autem, & pœnam, multum interest: cum 36 pœna genetale sit nomen, omnium delictorum coercitio, multa specialis peccati 37, cujus animadversio hodie 40 pecuniaria est: pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet: & 41 multa quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit; pœna non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est: quinimo multa ibi dicitur, ubi specialis pœna non est imposita. Item 42 multam is dicere potest, cui judicatio 43 data est. Magistratus solos & Præfides provinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est: pœnam autem unusquisque 44 irrogare potest, cui hujus criminis sive 45 delicti executio competit 46.

Anniculus ante diem X Kalend. post diem X Kalend. vel Pepercisse.

CXXXII. PAULUS lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

ANniculus 47 amittitur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi, id ita esse, declarat. *ante diem decimum Kalendarum, post diem decimum Kalendarum*: neque 48 utro enim sermone undecim 49 dies significantur. §. 1. Falsum est, eum peperisse, cui mortuus filius exsectus 50 est.

Intra diem.

CXXXIII. ULPIANUS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

SI quis sic dixerit, ut intra 51 diem mortis ejus aliquid fiat: ipse 52 quoque dies, quo quis mortuus est, numerabitur.

Anniculus.

CXXXIV. PAULUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

Anniculus non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimoquinto 53 die dicitur, incipiente plane, non 54 exacto die, quia annum civiliter, non 55 ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

De partu portentoso vel monstroso.

CXXXV. ULPIANUS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

QUæret aliquis, si portentosum 56, vel monstrosum 57, vel debilem mulier ediderit, vel qualem visu, vel vagitu novum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quam hominis partum, an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, ut hæc quoque pœnalibus prosint 58: nec 59 enim est, quod eis imputetur, quæ, qualiter potuerunt 60, statutis obtemperaverint: neque id, quod fataliter 61 accessit, mæro damnum injungere debet.

Genere.

CXXXVI. IDEM lib. V ad Legem Juliam & Papiam.

Generi 62 appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio, quam ex filia editarum, cæterarumque maritos contineri, manifestum est.

Ter enixa.

CXXXVII. PAULUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

Ter enixa videtur, etiam quæ trigeminos 63 pepererit 64.

Hereditate.

CXXXVIII. IDEM lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

Hereditatis appellatione bonorum 65 quoque possessio continetur.

Roma. I. Perfecisse ædificium.

CXXXIX. ULPIANUS lib. VII ad Legem Juliam & Papiam.

ÆDificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus 66 Romæ ædificiis fiunt. §. 1. *Perfecisse* 67 *ædificium* is videtur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit.

Cepisse.

CXL. ULPIANUS lib. VII ad Legem Juliam & Papiam.

CEpisse 68 quis intelligitur, quamvis alii adquisiit.

Habere filium.

CXLI. ULPIANUS lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam.

ETiam 69 ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso 70 utero edere possit: necnon etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit: utputa eum, qui ab hostibus remeavit.

De conjunctis.

CXLII. PAULUS lib. VI ad Legem Juliam & Papiam.

TRiplici modo conjunctio 71 intelligitur: aut enim re 72 per se conjunctio contingit, aut re 73 & verbis, aut verbis 74 tantum. † Nec dubium est, quin conjuncti sint, quos & nominum, & rei complexus jungit: veluti *Titius & 75 Mævius ex parte dimidia heredes sunto*: vel [ita], *Titius Mæviusque heredes sunto*: vel, *Titius cum Mævio ex parte dimidia heredes sunto*. † Videamus autem, ne, etiam si hos articulos detrahas, & 76, *que, cum*; interdum 77 tamen conjunctos accipi oporteat: veluti *Lucius Titius, Publius Mævius ex parte dimidia heredes sunto*: vel ita, *Publius Mævius, Lucius Titius heredes sunto*: *Sempronius ex 78 parte dimidia heres esto*: ut Titius & Mævius veniant in partem dimidiam, & re & verbis conjuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia heres esto. Seius ex parte, qua 79 Lucium Titium heredem instituit, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto.* Julianus, dubitari 80 posse, tres semisses factos sint, an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus sit: sed 81 eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse, in eundem semissem duos coæetos, & conjunctim heredes scriptos esse.

Habere.

CXLIII. ULPIANUS lib. IX ad Legem Juliam & Papiam.

ID apud se quis *habere* 82 videtur, de quo habet actionem 83: habetur enim, quod peti potest.

Pellex, παλλακή.

CXLIV. PAULUS lib. X ad Legem Juliam & Papiam.

LIbro memorialium 84 Massurius scribit, *pellicem* 85 apud antiquos eam habitam, quæ, cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine *amicam*, paulo honestiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de jure 86 Papiriano scribit, pellicem nunc 87 vulgo vocari, quæ 88 cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Græci vocant.

Viriles.

CXLV. ULPIANUS lib. X ad Legem Juliam & Papiam.

VIrile 89 appellatione interdum etiam totam 90 hereditatem contineri, dicendum est.

Socer, socrus.

CXLVI. TERENTIUS CLEMENS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

SOceri, *socrus* appellatione avum 91 quoque & aviam 92 uxoris vel mariti contineri, respondetur.

Roma.

CXLVII. IDEM lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

QUi in continentibus 93 Urbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur 94.

Liberi.

CXLVIII. GAIUS lib. VII ad Legem Juliam & Papiam.

NOn 95 est fine liberis, cui vel unus 96 filius, unave filia est: hæc enim enunciatio, *habet liberos*, [*non habet liberos*], semper plurativo numero profertur: sicut & pugillares & codicilli.

CXLIX. I-

---

31 Lege obvenire intelligitur, quod ab eo venit, quod legibus est confirmatum. adde *l. 1. T. de hered. pet.* adde *l. 6. in fin. T. eod.* deferre hereditatem leges dicuntur, quoties delatam confirmant. *Gothofred.* Intellectum hujus leg. vid. apud Bellon. *supput. lib. 3. c. 7. Ansc.*

32 De verbis *deferendi* & *conferendi*, adde *l. 6. T. de jurisdict.* adde *l. 36. in fin. T. de don. inter vir.*

33 Legitimum dici potest, quod lex confirmat.

36 2 *Etym.* 2. c. 231. moretur autem Jurisconsultus ad hanc differentiam assecundam, quod veteres *fraudem* pro pœna ponere solebant. *l. 123. §. 2. T. de ædilitio.* Hinc *sine fraude capere*, id est, sine pœna legis. *l. 1. T. ad Leg. Fabiæ, non sine fraude in jus vocare*, id est, non sine pœna. *l. 26. §. 2. T. quibus ex causis major. l. 32. T. de injur. l. 8. T. de decurs.* vivo adulterum uxoris retinere haud diutius non plus quam viginti, tabulasve ejus rei cusa, sine fraude licet. *l. 25. T. de adult.*

37 De fraude adde *l. 79. T. de reg. jur.*

38 Prima differentia pœnæ & multæ. Pœna generale nomen omnium delictorum: multa, specialis delicti.

39 Secunda differentia multæ & pœnæ. Multa, tantum pecuniaria est: pœna etiam capitis & existimationis.

40 Olim igitur fuit alia multæ animadversio. Quæ fuit? ovium & boum. Hisdor. ex 3 Cicer. *de Republica.* 38 Plin. 3. Plutarch. *in Publicola.* 12 Gell. 1 *ex Varrone.* Noctua *in Ovio.* Nec prius ovem nominabant, quam bovem, in multa judicenda. Plin. *d. loc.* Major pœna triginta boum & duarum ovium. Festus *in multam & in reum.* Halicarnass. 10. ære tandem percusso, loco ovis deni asses: boris, centum lege statuti sunt: ovis, decussibus: bos, centussibus. Fest. *ibid.* Plutarch. *ibid.* idque lege Tarpeia. Fest. vel Aterio, ut sit Gellius; ab illius anni Consulibus: revocata postea a L. Papirio & L. Iulio, teste Livio 4. Postea aucta multæ ratio: nam trium millium æris in majoribus delictis: viceſa fuit in minoribus. Fest. *in reum.* Quidam tamen reperiuntur 10000, & 15000 æris. Halicarnass. 10. Livius 3. quod tamen ita fuit, post usum pecuniæ tamen remansit in multa indicenda ovium, boum, & pecoris vetus mentio. Varro, *de re rustic.* 1. 33 Plin. 1. Porro de verbo *hodie* dixi ad *l. 32. T. de fidei.*

41 Tertia differentia pœnæ & multæ: pœna lege; multa arbitrio judicis imponitur. *l. 244. in fin. T. eod. & Harmenop. 3. adde l. 15. T. ad municipalem.*

42 Quarta differentia pœnæ & multæ. Cui executio criminis data est, ponam potest tantum irrogare, nisi specialiter hoc ei sit indultum, *l. 2. in fin. T. de public. judiciis.* hæc potestas tacite conceditur, ut jure Magistratus non tantum possit pœnam irrogare, quemadmodum & privato, sed etiam multam dicere.

43 Cui adjudicatio. *vulgat. Rubaud.* id est, ei, cui publicum judicium est. *l. 1. in fin. T. de judic.* Quinam illi Magistratus Romæ? omnes Magistratus: sic Consules Senatoribus, qui ædilibus aut omnino non venissent in Senatum, multam irrogabant. Cicero. Prætor etiam multam dicebat. *l. 2. in fin. T. si quis in jus vocatus non iverit.* Ædiles, Liv. 10. Gell. 6. Tribuni plebis, Liv. 7. Gell. 19. Tacit. 3. (idque lege Ateria Tarpeia, Dionys. Halicarnass. 10. & 11 Gell. 1 Fest. *in peculatus.*) curatores æquarum (idque ex Senatusconsulto, Frontin. *lib. 2 de aquæductibus in fin.*) Præsides ex principalibus mandatis, ut hac leg. Procuratores Cæsaris. *l. 2. C. de modo multarum.* vide Brisson. 3 *select.* 4. 44 Privato quoque dari publici judicii executionem, hinc Cujac. colligit. 15 *observat.* 29. 45 Crimen a delicto ut differt, vide in *l. 17. §. 18. T. de ædilitio.*

46 Aliam differentiam pœnæ & multæ, vide in *l. 24. T. eod.* 47 *l. 134. T. eod.* 2 *Eclog.* 2. *cap.* 132. Goth. *Vid. Leonin. emendat. lib. 3. cap. 2. num. 1. & lib. 6. cap. 10. num. 5.* Antun. Augustin. *emendat. lib. 4. cap. 6. Ansc.* 48 Hanc negationem, quam etiam habent Græci, vulgata non legit, legit autem utroque ferme loco Autographum Florentinum, neutro ferme loco, v. Anton. Mercat. 4 *emend.* 5. ne utroque quidem etiam ita legunt, ideo magnus consictus oritur. Budæus & Alciat. 4 *de verb. sign.* notant, Paulum morari lectorem hoc grypho seu ænigmate voluisse potius, quam docere. Pauca sic fuisse, interea dum aliquis melior. Anniculus moritur, qui extremo die anni moritur: antedecendialis dicitur, qui extremo novi expirat; postdecendialis, qui extremo undecimi: neutro sermone exacti dies (sic legendum puto, *arg. l. 134. T. eod.* non undecim dies, quam vocem Græci verius devorant, quem gustant) significantur, ac si diceret, qui moritur post extremum anni diem, non est anniculus, sed biennis: qui præstat aliquid post decimum diem, undecimo præstat; qui *non præstat ante decimum, præstat decimo*: sic *delicire* ante Calendas, ante eas perfectas dare debet: aut si non ante, post certe dederit. *l. 13. T. de verborum obligationib.* Intra Calendas judicare jussus, ante eas perfectas debet judicare: aut si non ante, post judicaverit. *l. 133. T. eod.* Intra hanc tempora, nisi superiora fiant, jus mutatur. *l. 42. T. de verbor. obligation.* In hanc legem, qui suum ingenium exercere voluerit, legat Budæum. Alciatum hic, Anton. Augustin. 4 *emendat. 6.* Cujacium *ad l. 8. & l. 13. T. de verborum obligationib.* Robertum, 3 *animadvers.* 29 Ant. Mercator. 3 *autor. ubique.* Sed quid? post hæc ita observata, reperi in manuscripto Germani Colladonii, Jurisconsulti clarissimi, lectionem nondum auditam, quæ ita habet. Ante diem duodecimum Calendarum, post diem decimum Calendarum; utroque enim sermone undecimus dies significatur, qua lectione nulla aperiùs, dummodo particulam, *enim* subtuleris.

49 Undecimus. *vulgat. Rutgard. Eclog. ibidem.* ne dicas nonum cum Budæo & Alciato. Antonius Augustinus. & Cujac. in *l. 13. T. de verborum obligationib.* decimam esse volunt. Res ita habet: si de futuris Calendis loquimur, dies ante decimum Calendarum vicinior loquenti est undecimus dies, post decimum est nonus: si de præteritis, dies vicinior loquenti ante diem decimum est nonus, post diem decimum est undecimus, & ita necutro sermone dies undecimus significatur, quod hæc lex innuit, haud nonus, *ut vult Budæus*: haud decimus, ut reliqui duo illi viri magni; a quibus tamen propter eorum auctoritatem non facile discedi cupio. 50 *Amputabitur.* 2 *Eclog.* 2. *cap.* 133. & 141. cui filius mortuus extractus est. *Rabaud. l. 141. T. eod. l. 6. in fin. prine. T. de inoffic. t. 12. T. de liberis.* 51 12 Gell. 13. *l. 1. §. 8. §. 9. T. de successoriis Edictis.*

52 *d. §. 9.* Gell. *ibid.* 53 Annus hoc spatio definitur. *l. 51. §. 2. T. ad Leg. Aquil. l. 4. §. 5. T. de pactis.* 54 Vide *l. 132. T. eod.* vide quæ notavi ad *l. 2. T. de diversis & temporalibus.*

55 Imo ad momenta annum numeramus. *l. 3. T. de minoribus.* Gothofr. De Anno vide Alberic. Gentil. *de diversi temp. appell. c. 3. Ansc.* 56 *l. 38. T. eod. l. 14. T. de statu hominum. l. 3. in fin. C. de postumis hæredib. l. quod dicitur.* 12. *in fin. T. de liberis & posthum.* 57 Monstrum licet interficere sine pœna legis Corneliæ. Ea fulebant in flumen demergere: eoque Tibullus alludit. 2 *Eleg.* 2. *Prodigia indomitæ necte sub æquoribus, neque leg.* Cornelia de sicariis cavetur, qui monstrum interfecit. & ita Veronæ judicatum fuisse *refert* Petrarcha, 4 *memorab.* 610. Antonius Vacca ad *l. 14. T. de statu.* Nec debentur ei alimenta a patre, *l. 6. T. de liberis.* quod forte ex lege quadam Romuli est. 58 Imo non prodiunt. Paul. 4 *sent.* 9. §. 3. 59 Imo videtur esse aliquid, quod eis imputetur. Nam ex prava imaginatione quadam concepta videntur ita nasci, ut & Accursius notat. De causis hujusmodi partus adde 11 Hisdor. 2. *in fin. & 12. ex. in fin.* vid. Livium de monstrorum origine. 60 Adde *l. 8. §. 2. T. de senat. inst.* 61 V. *l. 6. T. de act. pignoratitia.*

62 Generos appellare poſſunt neptis aut proneptis maritos. *l. 3. §. 2. T. de postulando.*

63 *l. 7. T. de ædilitio.* Tergeminos. *Hal.* trigeminos. *l. 4. T. de pact. id est, tres. l. 23. T. de statu.*

64 Per insaniam fœlicior: nec enim possunt non imperia plurima fœlici. *l. 23. T. de ædilitio. Paul. 4 sent. 9. §. 2.*

65 *Rel.* 2. 118. bonorum possessio non est propria hereditas, sed quasi: bonorum possessores, veluti heredes. *l. 2. T. de bonor. possess. vide etc. C. de bonorum possessione secundum tabulas. & lap. de bonor. possess.*

66 *l. 2. l. 89. T. eod.*

67 Adde *l. 5. in fin. T. eod.*

68 Vid. *l. 71. T. eod.*

69 Prægn. tamen non dicitur peperisse. *l. 131. T. eod.* Est enim aliud, habere filium & parere. *§ Harmenop. 1 parag. 26.* Porro ubi calcatus dicti. *Festus.* quo adjunctum inde refert Plin. *ep. 9.* exempla alterius Scipionis Africani & Cæsaris.

70 V. *l. 131. T. eod. 2 Eclog. 2. 2. 141.*

71 *l. 68. T. de heredit. instit. l. 83. T. de leg. 1. l. 80. l. 89. T. de legat. 3. 2. Zoes. 1 inſtitut. 18. 19.*

72 Re conjuncti dicuntur, quando duo eadem actione ad rem eandem vocantur: *Titio & Mævio fundum do lego.*

73 Re & verbis conjuncti dicuntur, quando duo eadem actione ad rem eandem vocantur: *Titio & Sempronio fundum do lego.*

74 Verbis tantum conjuncti dicuntur, quando duo eadem actione ad res diverſas vocantur: *Titio & Mævio fundum Tusculanum & quem patrium in loco.*

75 Nota exemplia conjunctionis mixtæ, & ſi ex tribus.

76 His particulis plures inter ſe conjungi ſolent. *65. T. vide l. 1. T. de hered. inſtit.*

77 Vid. *l. 38. T. eod.*

78 Hæc omnia tractata eſt, ubi dimidiam Sempronio adjicit, unde loquitur. Mœrias & Titius comprehendi ſuperiore ſententiæ non poſſe, quam tamen dimidiam admittantur.

79 Hic Titius & Seius in conjungantur, ſi ſi vivo Titio.

80 Ea fuit dubitandi ratio: Sempronio dimidia expreſſim data, nulla Seio expreſſim: ad Titium igitur pertinet dimidia; atqui Seius ex parte heres inſtitutus eſt, ex qua Titius: igitur ex dimidia, & ex conſequenti, tres ſemiſſes facient; & ita Julianus argumentatus eſt. 81 Ratio decidendi: Sempronius ex dimidia ſcriptus eſt conjunctim, eſt igitur veriſimilius, Titium & Seium ad alterum tantum ſemiſſem vocatos: nam ex alia dimidia ſubtuleris, quod remanebit, erit alteri dimidio æquale. *l. 15. T. de heredib. inſtituend.*

82 Apud ſe habere quis dicatur. adde *l. 38. §. 5. T. de verborum obligationibus.* v. *l. 25. T. de reg. jur.* 2 *Eclog. 2. cap. 123.* 84 Memorialium. *vulgat.*

85 Qui Græci *παλλακὴν.* vide Suetor. *in Vitellianus. cap. 21.* Feſtum 4. Gell. 3. 55 Plin. 17. 24.

86 Papirianum jus, de quo vide *l. 2. §. 2. T. de origine juris.* 87 Aliter definiunt Græci: pellicem, quæ cum aliquo in ejus domo legitime ſine nuptiis vivit. *Eclog. ibidem. cap. 144.*

88 Sulpitius definit pellicem, quæ judicia conſuetaque eſſet cum eo, in cujus manu matrimonii cauſa foret, 4 Gell. 3. notanda apud eundem Gellium lex illa Numæ: lex eadem Junonis ne tangito: ſi tangit, Junoni crinibus demiſſa æquum ſit immolare. *Eclog. ibid. cap. 144.*

89 *l. 7. l. 8. T. de legatis præſtandis. l. 38. §. 2. T. de legat. 3.* 90 Adde *l. 2. C. de hered. inſtit.* 91 Soceri appellatione proſecer contineatur. 2 *Eclog. 2. 2. 141. l. 3. §. 2. T. de poſtulando.* 92 Ea magna ſocrus Feſto. *l. 3. §. 2. T. de poſtulando.*

93 *l. 87. T. eod.* 94 Roma nomine continentibus ædificiis fiuntur: ut urbe morti. *l. 2. T. de ædilitio.*

95 Liberos habere intelligitur, vel ſine liberis non videtur eſſe is etiam qui unum tantum habet. adde *l. 201. §. 2. T. de verbor. & demonſtrat. l. 6. §. 2. C. ad Trebell.* 96 Etiam unum tantum interdum demonſtrant, ut Codicilli, pugillares: e contrario. ſingulare plurativo numero profertur: ſicut & pugillares & codicilli. *l. 158. T. eod.* Pluralis oratio, inſpecto uſu loquendi, in unitatem reſolvitur. *l. 3. §. 2. T. de nupt. l. 33. in pr. T. de verbor. & demonſtr.*

CXLIX. IDEM lib. X ad Legem Juliam & Papiam.

NAm 97 quem *sine liberis esse*, dicere non possumus: hunc necesse est dicamus liberos habere.

Quanto minus.

CL. IDEM lib. IX ad Legem Juliam & Papiam.

SI ita à te stipulatus fuero, *Quanto* 98 *minus a Titio consecuturus fuero, tantum dare spondes?* non solet dubitari, quin, si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit.

Delata hereditas.

CLI. TERENTIUS CLEMENS lib. V ad legem Juliam & Papiam.

D*Elata* 99 *hereditas* intelligitur, quam quis possit adeundo consequi 100.

Homo.

CLII. GAIUS lib. X ad leg. Juliam & Papiam.

H*Ominum* 1 appellatione tam fœminam, quam masculum contineri non dubitatur.

De re, qui est in utero.

CLIII. TERENTIUS CLEMENS lib. XI ad leg. Juliam & Papiam.

INtelligendus est mortis 2 tempore fuisse, qui in utero relictus est.

Mille passus.

CLIV. MACER lib. I ad legem vicesimam.

M*ille passus* non 3 à milliario 4 urbis, sed à continentibus 5 ædificiis numerandi sunt.

Proximus.

CLV. LICINNIUS RUFINUS lib. VII Regularum.

P*roximus* 6 appellatione etiam ille continetur, qui solus 7 est.

Major pars anni.

CLVI. IDEM lib. X Regularum.

M*ajore* 8 *parte anni* possedisse quis intelligitur, etiam si duobus 9 mensibus possederit: si modo adversarius ejus aut paucioribus [diebus] aut nullis possederit.

Paries. 1. *Via.*

CLVII. ÆLIUS GALLUS lib. I de Verborum, quæ ad jus pertinent, significatione.

P*aries* 10 est, sive murus 11, sive maceria 12 est. §. 1. Item via 13 est, sive semita, sive iter est.

De numero mutato & multitudine.

CLVIII. CELSUS lib. XXV Digestorum.

IN usu juris frequenter uti nos, Cascellius ait, singulari 14 appellatione, cum plura generis ejusdem significare vellemus: nam & multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse, dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede cavere, *Si eo res secundum me heredemve* 15 *meum judicata erit*: & rursus, *Quod ab eam rem te heredemve tuum*: nempe æque, si plures heredes sint, continentur stipulationes.

Æs.

CLIX. ULPIANUS lib. I ad Sabinum 16.

ETiam 17 aureos 18 nummos æs dicimus.

Cæteri reliqui.

CLX. IDEM lib. II ad Sabinum.

C*æterorum* 19 *& reliquorum* 20 appellatione etiam omnes continentur 21, ut Marcellus dixit circa eum, cui optio 22 servi legata est, cæteri Sempronio: nam tentat 23, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Pupillus.

CLXI. IDEM lib. VII ad Sabinum.

NOn 24 est pupillus, qui in utero est.

Supremus, proximus. 1. *Accedere.*

CLXII. POMPONIUS lib. II ad Sabinum.

IN vulgari substitutione 25, qua ei, *qui supremus moriretur* 26, heres substituitur, recte substitutus etiam unico 27 intelligitur, exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus 28 agnatus & solus habetur. §. 1. Si quis ita in testamento scripserit, *Si quid filio meo accideret* 29, *Damas servus meus liber esto*: mortuo filio, Damas liber erit: licet 30 enim accidant & vivis, sed 31 vulgi sermone etiam mors significatur.

Optimus maximusque, supremus. 1. *Puer, puerpera, maximus.*

CLXIII. PAULUS lib. II ad Sabinum.

ILla verba, *optimus* 32 *maximusque*, vel in eum cadere possunt, qui solus est, sic & circa Edictum Prætoris suprema 33 tabulæ habentur, & solæ 34. §. 1. Pueri 35 appellatione etiam puella significatur: nam & fœminas puerperas 36 appellant recentes ex partu, & Græce παιδίον communiter appellatur.

Filia posthuma. 1. *Partitio.* 2. *Habere, pervenire.*

CLXIV. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

NOmen filiarum 37 & in posthumam cadere, quæstionis non est: quamvis posthuma non cadere in eam, quæ jam 38 in rebus humanis sit, certum sit. §. 1. *Partiendo* 39 nomen non semper dimidium significat: sed prout est adjectum: potest enim juberi aliquis, & maximam partiti posse, & vicesimam, & tertiam, & prout libuerit: sed si non fuerit portio 40 adjecta, dimidia pars debetur. §. 2. *Habere* 41, sicut pervenire 42, cum effectu accipiendum.

Venisse ad heredem.

CLXV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

V*enisse ad heredem* nihil intelligitur, nisi deducto 43 ære alieno.

Urbana, vel rustica familia. 1. *Pernoctare.*

CLXVI. IDEM lib. VI ad Sabinum.

V*rbana* familia, & *rustica*, non loco 44, sed genere 45 distinguitur: potest enim aliquis dispensator non esse servorum urbanorum numero, veluti is, qui rusticarum 46 rerum 47 rationes dispenset, ibique habitet, non multum abest à villico: insularius 48 autem urbanorum numero est: videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero 49 familiæ, & vicariis 50 apparebit. §. 1. *Pernoctare* extra 51 Urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in Urbe est. Per 52 enim totam noctem significat.

Carbo, lignum, titio, lignum coctum, sulphuratum, ad faces paratum.

CLXVII. ULPIANUS lib. XXV ad Sabinum.

C*arbonum* 53 appellatione materiam non 54 contineri: sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum, non enim lignorum gratia habuit 55. † Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, ut proprium genus habeatur. † *Sulphurata* 56 quoque de ligno æque eandem habebant definitionem. † Ad faces 57 quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuit voluntas. † Idem & de nucleis olivarum, sed & de balanis 58 est, vel si qui alii nuclei. † De pinu 59 autem integri strobili 60 ligni appellatione continebuntur.

De palis & perticis.

CLXVIII. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

PAli 61 & perticæ in numeram materiæ 62 redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Optimus maximusque.

CLXIX. IDEM lib. V ad Sabinum.

NOn tantum in traditionibus 63, sed & in emptionibus 64 & stipulationibus 65, & testamentis 66 adjectio hæc, *Uti optimus* 67 *maximusque est*, hoc significat, ut 68 liberum præstetur prædium, non ut etiam servitutes ei debeantur.

Heres.

CLXX. ULPIANUS lib. XXXIII ad Sabinum.

H*eredis* appellatione omnes 69 significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.

Pervenisse.

CLXXI. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

PErvenisse 70 ad 71 te recte dicitur, quod per te ad alium pervenerit, ut in hereditate, à libertо per patronum filiumfamilias patri ejus adopetivo adquisita, respondum est.

Libertus.

CLXXII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Sabinum.

LIberti 72 appellatione etiam libertam contineri placuit.

Colleg. De certæ partis legato, adde *l.8. in fin. l.76. T. de leg.* 2. sed tamen Græci hic legunt, ἀφ' οὗ, id est, partem seu portionem, unde sequitur mox *J. partiri vicesimam & tertiam partiendo.* De partitionis legato, adde, quæ scripsi ad Theophil. §. 5. *Inst. de fideic. her.* & de stipulationibus partis & pro parte, Paul. 4 *sent.* 3. §. 1. 40 Portionem qui dicit, nec adjecit quotam, dimidiam significat. 2 *Reing.* 2. *c.* 165. *l.* 43. *T. de usufr.* facit *lex* 25. *l.* 60. *T. ad l.* 34. *in fin. T. de leg.* 1. 41 *l.* 143 *J. ad. l.* 188 *J. ad. l.* 138. § 9. *T. de verb. obl.* 42 Quod per alium etiam pervenit, *l.* 171 *J. ad.* quod est remanentarium, *l.* 71 *T. ad.* quod deductis oneribus pervenit. *l.* 16. §. 1. *T. ad Treb.* adde *l.* 20. §. 6. *vers. item placere.* §. 18. *T. de her. pet. l.* 2. §. 1. *T. de her. vend. l.* 23 *T. de act. empt. l.* 3. *T. solut. l.* 40 *in fin T. de verb. oblig. l.* 2. §. 1. *T. de her. vend.* 43 Adde *l.* 39. §. 1 *T. ad. adde l.* 16. § 3 *T. ad Treb. Ecl. c.* 166. 44 *l.* 165. *J. ad. l.* 12. *T. de supell.* 45 Id est, opere, *l.* 99. *T. de leg.* 3. operis, *l.* 12. §. 42. *T. de usufruct. officia. l.* 65. *T. de leg.* 2. alii urbico, *l.* 4. §. 5. *T. de pecun.* puta, servus urbanis functionibus, quibus servos patrifamil. cultus sui causa habuit, *l.* 60 §. 1. *T. de leg.* 3. hinc urbana pensa, *l.* 4. § 5. *T. de pec.* urbana supellex. *l.* 12. *T. de supell.* 46 Adde *l.* 12. §. 42. *T. de usufructu.* 47 Alii qui rusticorum rationes dispenset. 48 Insularius, custos insulæ. *l. ult. T. de off. præfect. l.* 16. §. 1. *T. de usu & habit.* insula modicum, proprio ambitu separatum ab aliis. 49 Adde de libello familiæ ex ciburio *l.* 99 *in fin T. de leg.* 3. 50 Ciburio, Cuj. *Instr. de servit. urb. l.* 99. *T. de leg.* 3. Alii legunt *vicarios*, ut eos qui in vicis habitant, intelligat alii urbicarios. 51 Pernoctare extra urbem est nocte integra urbe abesse. Præsidi abnoctare extra provinciam non licet. *l.* 15. *T. de offic. præsid.* Quæ trinoctio abnoctasset, usurpabatur. 3 Gell. *a. in fin.* Flamen dialis non ultra biduum pernoctare poterat. Tacit. 3.

52 Sic pernumerare est omnes numerare. *l.* 1 § 24. *in fin T. de numer in fin.* 53 *l.* 35. § 7 *T. de leg* 3. 54 Materia non videtur legata, carbonibus legatis. An & ligno legato, v. hanc l. dixi ad *l.* 12. *T. de usufr.* 55 *Al.* hæc habuit. 56 *d. l.* 35. § 8. *v. l.* 52. § 8. *T. de furt.* sulphurata, vulg.

57 *d. l.* 35. § 9. *ad faces*, vulg. 58 *l.* 35. §. 1. *in fin. de balaust.* vulg. 59 *d. l.* 35. § *ultim.*

60 Strobyli. *Mal.* stroboli vulg. strobili nuclei ex pinu. Strobilis etiam funt ipsæ arbores nucleos pineos ferentes. Cardinus quoque altilia seu cinara strobilos appellatur. 61 *l.* 16. *T. de leg* 3. *l.* 1. § 1. *T. de tigno.* 62 *l.* 12. *T. de usufr.* 63 *l.* 126. *T. ad l.* 79. *T. de condit. & demonstr. l.* 20. *T. de adq. rer.* 64 *l.* 75. *T. de evict. l.* 99. *T. de contrah. empt.* 65 *d. l.* 39. *in verbis non dixisti. d. l.* 75 *sibi, nisi nominatim dixerit.*

66 *l.* 89. § 3. *T. de leg.* 1. *l.* 93. § 4. *T. de leg.* 3. *l.* 18. § 9. *l.* 22. *T. de infirmis.* 67 *V. l.* 126. *T. ad.*

68 His verbis, *optimus maximus*, libertas inuitur, non servitus. 69 *V. l.* 65 *T. ad.* Goth. Adde *l.* 194. *T. de reg. jur.* 70 *l.* 71. *l.* 164. *in fin. l.* 165 *T. ad. Ecl. c.* 171. *l.* 2. § 2. § 3. *T. de hered. quæ.*

71 Hæc verba *ad te* desunt Græcis hic. 72 *l.* 105. *T. ad.* adde *l.* 243. *J. ad. Ecl. lib. c.* 173.

97 Qui non est sine liberis, liberos habet. Hinc colligit Alciatus, negativam ā negativis semper mutandam.

98 *V. l.* 32. *T. ad. Leg. T. ad. l.* 116. *T. de verb. obl.* a contrario hinc adjectio, quanto plus, infinitum, sed mediocri pœnam continet. *l.* 132. *J. ad.*

99 Defertur, *l.* 7. *in fin. T. ad.* ab intestato: Jure civili et testamento: jure honorario à *præm. l.* 170. *T. ad.* Goth. Justiniano horum legavit. apud Bellon. *Observat. lib.* 3. *c.* 10. *Aut.*

100 ne id est, si adires, id est, si posses adire, id est, cum quis adeundo id est, quod capax, dicitur etiam delatus, etiam si non posse adiri, id est, etiam si ejus adeundæ non sit capax. vid. Scalig. *Paræt.* 16.

1 Homo est etiam fœmina. 2 *Reing.* 2. *cap.* 152. adde *l.* 1. §. 1. *T. de bonor. libert.*

2 2 *Sic l.* 2. *c.* 153. Ille intelligitur, qui est in utero: utique quandocunque ejus pater moritur, uxor in eo tempore fœta esse intelligitur. *v. l.* 28. *T. quando dies legator. cedit* intelligitur, inquam, in rer. natura. *l.* 26. *T. de stat. hom.* in rebus humanis, *l.* 7. *T. de stat. homin.* antequam jam natus, *l.* 3. §. 8. *T. de ventr. inspic.* nemo autem ambigit esse hunc, *l.* 9. *in fin. T. ad leg. Pomp.*

3 Pars in legendum esse, & tertium ordinem: mille passus non à continentibus ædificiis, sed à milliario urbis numerandi sunt.

4 Non à muro urbis, vulgar. *Mal.* Milliarium erat columna quædam, Romæ posita in foro Augusto, à qua omnes viæ Italiæ initium & finem capiebant. Dion. 54. Publ. Victor. *in Italiæ regionibus Urbis Romæ.* hoc columna à Dione vocatur χρυσὸς μίλιον à Plutarcho *in Galba, χρυσοῦς σταθμὸς.* adde Plin. 3. 5. c. 3. Alia significatione milliarium est vas æneum *l.* 19. §. 13. *T. de aurr.* Est & milliarium mensura viarum, quam non milliare dicimus. Græci σταδίους appellant, Galli *lieues*. Ægyptii σχοίνους, Schœnos: sic enim legendum est, non *signos* apud Herodot. 2. Persæ parasangas. 15 Isidor. 6. adde Fest. *in Milliare parasanga.* Parasanga Persica efficit 30 stadia. Herodot. 2. 6. adde quæ de veteri mensurandi via, lapides & milliaria scripsi ad *l.* 21. §. 3. *T. de exercit. rer.* Goth. Vid. Antos. Augustin. lib. 2. *mend. c.* 7 Ant. 5 *l.* 2. *l.* 87. *T. ad.* 6 Legendum puto, proximorum appellatione; ut ibi Gallus: Hereditate, tutela, vel jure quolibet ad proximos delato, admitti etiam eum, qui solus est, ut dubitandi ratio oriatur à voce pluralis numeri proximorum, ad singularem solas proximus: sed ne tamen sibi mutetur, causa lectio ferri poterit: proximum etiam dici, ubi unus est, tamen proximus videatur considerari, ubi plures sint. adde quæ scripsi ad Theoph. §. 5. *Inst. de legatis agnat. succed.* 7 *Est ibid. c.* 155. *l.* 9. *T. de reb. dub. l.* 1. §. 5. §. 6. *T. unde cognati.* quem non anna. adde *l.* 92. *T. ad. & l.* 24. *T. de vulg.* hinc colligunt, stipulante aliquo feudum, emphyteusin, aut quid tale sibi & primogenito, ejusmodi conventionem pertinere etiam ad eum, cujus fratres præterea sint, licet per rerum naturam non sit primogenitus. Et proinde si feudum primogenium non stipulatus fuerit, non is tantum à me nominatus intelligitur, qui mihi omnino natus primogenitus fuit, sed & is, qui primogeniti mei is locum succeserit. 8 Hæc quæstio olim fuit, utilis ex interdictis. Uti possidetis, & Utrubi. *l.* 1. *T. utrubi* §. 4 *circa finem. Inst. de interdict.* vide Faul. 5 *sent. tit.* 6. §. 1. 9 Hoc pene videtur ἀναίδειον nec enim duo menses pars major anni sunt. Intelligitur tamen pars major in interdicto utrubi. *d. l.* 1. *d.* §. 4. 10 Parietum alius proprius, alius communis: *l.* 14. *T. si servitus. l.* 39. *T. de damno.* ventrem facient, projectus, *l.* 17. *T. si servitus vindic.* laterities cratitius, *v. l.* 52. §. 13. *T. pro socio.* adde 2 *Vitruv.* 8. *c.* 7. *c.* 3. rudis, *l.* 42. *T. de usufruct.* intergerinus, Fest. sive confinis, ὁ ἐπὶ τοῦ ὁρίου τοῖχος. 35 Plin. 12. solidus, qui à solo, quorum ductu, ad fastigium exurgit: fornicatus, qui arcum habet: cæcus, qui fenestras non habet. adde quæ notavi ad *l.* 40. *T. de servitut. urban.* vide Cujac. 1 *observation.* 31. eodem sensu, quo cibarium cæcum, Cujac. 2 *obs.* 40. 11 *Aes vagilleum. Eclog. Basil. cap.* 157. 12 *Aes Sarginis. Basil.* hinc macerium docere. *l.* 17. *T. comm. præd.* Res tota ita habet: Septorum quatuor genera: naturale fit vivgultis aut spinis: secundum fit ex agresti ligno: tertium ex fossa & terreno aggere: quartum ex fabrile, ut maceria. Maceria fit, vel ex lapide, vel lateribus coctilibus aut crudis, vel ex lapillis ex terra compositis inter formas. vid. Varron. 1 *de re rustic.* 14 Isidor. muceries fere parietes longi, quibus vineæ clauduntur. 15 *orig.* 9. alias, maceria est sine arenato, murus cum arena, quibus obest Cato *de re rust.* 15. nisi maceria ibi pro pariete accipitur, hic certe opponuntur, de macieria. Græci σφηκιὰν, ξηρόλιθον. unde videtur murus esse, qui ambit, maceria extra id non ambiat: possis etiam referre muros ad urbes, macerium ad privatorum domos.

13 Orbita, orbis rota, vel lignum currus. Gallis est iter angustum, feretrum, inter montes, callo pendente perforatum. Iter, qua ire ab homine quaquaversus possit. 7 *Inst. tit.* 6. & lectica & sella. *l.* 7. *de servit. rustic.* Semita est simis itineris, 15 *Inst. tit.* 6. Actus, qua pecus agi. *Inst.* qua jumentum duci possit. *l.* 13. *T. de servitut.* qua plaustrum possit duci, *l.* 7. *T. de servit. rustic.* via, qua & jumentum & vehiculum. *l.* 13. *T. de servitut. l.* 23. *T. de servitut. rustic.* & trahi lapis, ac lignum, & recta basta ferri, *l.* 7. *T. de servitut. rustic.* hæc velim conferri cum principio tituli de servitutibus instituti. 14 *Singulorum* vox interdum apud Latinos plures significat, *ut hic.* 2 *Ecleg. c.* 158. & e contra *pluralis* unius. *l.* 148. *T. ad.* 15 Heredis appellatione heredes intelligantur, *Gothi.* Quia plures heredes unius loco succedunt, & respectu juris plures heredes pro uno habentur: quin diviso Partium jure, ut desinat unum esse patrimonium. *l. Mevius.* § *duobus. T. de leg.* 2. *l.* 2. *T. de hered. instit.* unum. C. *eod. Instit.* 16 Quo tractavit de testamentis. Cujacius inde colligit, hanc legem redundare ad formulam mancipationis familiæ, quæ fiebat per æs & libram, vel ad prodigos, quibus bonorum verbis ære, commercioque interdicebatur. 7 *observat.* 33. *in fin.* 17 Aureos dicimus: hinc ære alienum, id est, nummi, quos debemus: æs suum, id est, nummi, qui nostros debent, & qui eorum forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod non nisi certa pecunia penitus. Ætia appellatione aurei nummi continentur. 18 Aliter Græcis ἐπίχρυσος ἀργύρεος. 2 *Eclog.* 2. *cap.* 159. alii legunt *æreus.* 19 *l.* 5. *T. de rebus dubiis.* 20 *l.* 97. *T. ad l.* 97. *T. de legat.* 3. *l.* 17. *T. de optione. l.* 2. *C. de hered. instituend.*

21 Cæterum hæc vox inclusionis nota est, interdum etiam exclusionis. facit *lex* 39. *T. de procurat.* quæ nonnisi omnia significat. *l.* 5. §. 7. *in fin. T. de rebus eorum qui sub tutela.* De particula, & numeris, naturalis familiari, vide Bart. ad *l.* 219. §. *idem credendum. 2. in fin. T. de liber. & posthum.*

22 Vide *d. l.* 17. *T. de opt.*

23 Forte tentatur, vel tentari possit.

24 2 *Ecl. 2. cap.* 160. nondum enim animal est, sed spes animalis tantum: pupillus autem proprie, qui natus defiit in secretate patris esse, *l.* 239. *T. ad.* & tamen in utero relictus mortis patrem tempore fuisse intelligendus, ut & in his, quæ ad commodum ejus spectant, *l.* 153. *T. ad.* ideoque ejus nomine si quid à tutore gestum erit, tutela resubitur, *l.* 29. *T. de negot. gest.* quin tutores dari filiis, filiabus, posthumis & futuri, si postea edatur, dati quoque intelligantur. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 16. *T. de testam. tut. §. ubi. Inst. qui test.*

25 *V. l.* 34. *T. de vulg.*

26 Supremus, id est, ultimus is enim dicitur, qui solus est. *l.* 29. *T. ad. l.* 163. *J. ad. l.* 9. *T. de test. dub.*

27 Ratio dubitandi fuit, quod comparatio posteriorita decedentis ex facto prioris mortis fiunitur, *l.* 9. *T. de reb. dub.* supremus igitur improprie dicitur, cui nullus præmoritur.

28 Proximus, vel qui solus est; habetur. *v. l.* 52 *T. ad. Ecl. lib. c.* 162.

29 Vid. *l.* 36. *T. de ædilit. l.* 41 §. 12. *T. de leg.* 3. *Inst. de donat. in pr.*

30 Hinc ratio dubitandi fumitur. Videbatur enim legatario adquiri ante, quam prius quid filio defuncti in vita accidisset. *Ecl. lib.*

31 Ratio decidendi sumpta à communi loquendi sermone.

32 *d. l.* 126 *T. ad.*

33 Superlativa (ut optimus maximus, supremus) pro positivis interdū accipiuntur.

34 *V. l.* 102. *T. ad. l.* 1. §. 1. *T. de bon. poss. secundum tabul.*

35 *V. l.* 204 *T. ad.*

36 Adde *l.* 14. §. 2. *T. de ædilitio Ed.*

37 Filia est etiam in postumus. *v. l.* 5. *l.* 6. *T. de test. tut.* § *nil. Inst. qui test de filiabus. l.* de 1. 116. *T. ad. l.* 220. *in fin. J. ad. l.* 17. *T. de leg.* 1.

38 *l.* 16. *in fin. T. de test. mil.*

39 Partitio species erat legati. de qua *v.* §. 5. *circa fin. Inst. de fideic. hered.* hinc illa formula apud Ulpian. 24. §. 25. Cum Titio heredi tem meam partito, dividito. De legato partitio vide Cic. 2 *de leg.* De certæ partis legato, adde *l.* 8. *in fin. l.* 76 *T. de leg.* 2. sed tamen Græci hic legunt, ἀφ' οὗ, id est, partem seu portionem, unde sequitur mox *J. partiri vicesimam & tertiam partiendo.* De partitionis legato, adde, quæ scripsi ad Theophil. §. 5. *Inst. de fideic her.* & de stipulationibus partis & pro parte, Paul. 4 *sent.* 3. §. 1. 40 Portionem qui dicit, nec adjecit quotam, dimidiam significat. 2 *Reing.* 2. *c.* 165. *l.* 43. *T. de usufr.* facit *lex* 25. *l.* 60. *T. ad. l.* 34. *in fin. T. de leg.* 1. 41 *l.* 143 *J. ad. l.* 188 *J. ad. l.* 138. § 9. *T. de verb. obl.* 42 Quod per alium etiam pervenit, *l.* 171 *J. ad.* quod est remanentarium, *l.* 71 *T. ad.* quod deductis oneribus pervenit. *l.* 16. §. 1. *T. ad Treb.* adde *l.* 20. §. 6. *vers. item placere.* §. 18. *T. de her. pet. l.* 2. §. 1. *T. de her. vend. l.* 23 *T. de act. empt. l.* 3. *T. solut. l.* 40 *in fin T. de verb. oblig. l.* 2. §. 1. *T. de her. vend.* 43 Adde *l.* 39. §. 1 *T. ad. adde l.* 16. § 3 *T. ad Treb. Ecl. c.* 166. 44 *l.* 165. *J. ad. l.* 12. *T. de supell.* 45 Id est, opere, *l.* 99. *T. de leg.* 3. operis, *l.* 12. §. 42. *T. de usufruct. officia. l.* 65. *T. de leg.* 2. alii urbico, *l.* 4. §. 5. *T. de pecun.* puta, servus urbanis functionibus, quibus servos patrifamil. cultus sui causa habuit, *l.* 60 §. 1. *T. de leg.* 3. hinc urbana pensa, *l.* 4. § 5. *T. de pec.* urbana supellex. *l.* 12. *T. de supell.* 46 Adde *l.* 12. §. 42. *T. de usufructu.* 47 Alii qui rusticorum rationes dispenset. 48 Insularius, custos insulæ. *l. ult. T. de off. præfect. l.* 16. §. 1. *T. de usu & habit.* insula modicum, proprio ambitu separatum ab aliis. 49 Adde de libello familiæ ex ciburio *l.* 99 *in fin T. de leg.* 3. 50 Ciburio, Cuj. *Instr. de servit. urb. l.* 99. *T. de leg.* 3. Alii legunt *vicarios*, ut eos qui in vicis habitant, intelligat alii urbicarios. 51 Pernoctare extra urbem est nocte integra urbe abesse. Præsidi abnoctare extra provinciam non licet. *l.* 15. *T. de offic. præsid.* Quæ trinoctio abnoctasset, usurpabatur. 3 Gell. *a. in fin.* Flamen dialis non ultra biduum pernoctare poterat. Tacit. 3.

52 Sic pernumerare est omnes numerare. *l.* 1 § 24. *in fin T. de numer in fin.* 53 *l.* 35. § 7 *T. de leg* 3. 54 Materia non videtur legata, carbonibus legatis. An & ligno legato, v. hanc l. dixi ad *l.* 12. *T. de usufr.* 55 *Al.* hæc habuit. 56 *d. l.* 35. § 8. *v. l.* 52. § 8. *T. de furt.* sulphurata, vulg.

57 *d. l.* 35. § 9. *ad faces*, vulg. 58 *l.* 35. §. 1. *in fin. de balaust.* vulg. 59 *d. l.* 35. § *ultim.*

60 Strobyli. *Mal.* stroboli vulg. strobili nuclei ex pinu. Strobilis etiam funt ipsæ arbores nucleos pineos ferentes. Cardinus quoque altilia seu cinara strobilos appellatur. 61 *l.* 16. *T. de leg* 3. *l.* 1. § 1. *T. de tigno.* 62 *l.* 12. *T. de usufr.* 63 *l.* 126. *T. ad l.* 79. *T. de condit. & demonstr. l.* 20. *T. de adq. rer.* 64 *l.* 75. *T. de evict. l.* 99. *T. de contrah. empt.* 65 *d. l.* 39. *in verbis non dixisti. d. l.* 75 *sibi, nisi nominatim dixerit.*

66 *l.* 89. § 3. *T. de leg.* 1. *l.* 93. § 4. *T. de leg.* 3. *l.* 18. § 9. *l.* 22. *T. de infirmis.* 67 *V. l.* 126 *T. ad.*

68 His verbis, *optimus maximus*, libertas inuitur, non servitus. 69 *V. l.* 65 *T. ad.* Goth. Adde *l.* 194. *T. de reg. jur.* 70 *l.* 71. *l.* 164. *in fin. l.* 165 *T. ad. Ecl. c.* 171. *l.* 2. § 2. § 3. *T. de hered. quæ.*

71 Hæc verba *ad te* desunt Græcis hic. 72 *l.* 105. *T. ad.* adde *l.* 243. *J. ad. Ecl. lib. c.* 173.

Collega, absens.

CLXXIII. IDEM lib. XXXIX ad Sabinum.

COllegarum [71] appellatione hi continentur, qui sunt ejusdem potestatis. §. 1. Qui extra [72] continentia urbis est, absens [73]: exterum usque ad continentia non abesse videbitur.

Furem non esse, furto noxaque solutum esse.

CLXXIV. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

ALiud est, promittere furem [76] non esse, aliud furto noxaque [77] solutum: qui enim dicit, furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furtis noxaque solutum, nemini esse furti obligatum, promittit.

Facere.

CLXXV. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

FAciendi [78] verbo, reddendi etiam causa continetur.

Solutio.

CLXXVI. ULPIANUS lib. XLV ad Sabinum.

SOlutionis [79] verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet: solvere dicimus eum [80], qui [81] fecit, quod facere promisit.

Cavillatio, cavillans.

CLXXVII. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

NAtura [82] cavillationis [83], quam Graeci σοφίσματα [84] (id est, *acervalem syllogismum*) appellaverunt, haec est, ut [85] ab evidenter veris [86], per brevissimas mutationes [87], disputatio ad ea, quae evidenter falsa sunt, perducatur.

Pecunia. 1. Hereditas. 2. Actio, petitio, persecutio. 3. Debitum.

CLXXVIII. IDEM lib. XLIX ad Sabinum.

PEcuniae [88] verbum non solum numeratam pecuniam complectitur: verum omnem [89] omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora: nam corpora quoque pecuniae appellatione contineri, nemo est, qui ambiget. §. 1. *Hereditas* [90] juris nomen est, quod & accessionem [91] & decessionem in se recipit: hereditas autem vel maxime fructibus augetur. §. 2. *Actionis* [92] verbum & speciale est & generale: nam omnis actio dicitur, sive [93] in personam, sive in rem sit petitio: sed plerumque actiones personales solemus dicere: petitionis autem verbo in rem actiones significari videntur; persecutionis [94] verbo extraordinarias [95] persecutiones puto contineri, utputa fideicommissorum, & si quae aliae sunt, quae non habent juris ordinarii executionem. §. 3. Hoc verbum, *debuit* [96], omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, sive civilis, sive honoraria, sive fideicommissi fuit persecutio.

Quanti erit, quanti esse paret.

CLXXIX. IDEM lib. LI ad Sabinum.

INter haec verba, *Quanti ea res erit*, vel *Quanti* [97] *eam rem esse paret*, nihil interest: in utraque enim clausula placet veram [98] rei aestimationem fieri.

Tugurium, toga.

CLXXX. POMPONIUS lib. XXX ad Sabinum.

TUgurii [99] appellatione omne aedificium, quod rusticae magis custodiae convenit, quam urbanis aedibus significatur.

§. 1. Ofilius ait, tugurium à tecto [100], tanquam tegularium esse dictum, ut toga, quod ea tegamur.

Pertinere.

CLXXXI. IDEM lib. XXXV ad Sabinum.

VErbum illud *pertinere* [1] latissime patet: nam & eis rebus petendis aptum est, quae dominii nostri sint, & eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non sint nostri dominii: pertinere ad nos etiam ea dicimus, quae in nulla eorum causa sint, sed esse possint.

Peculium, bona.

CLXXXII. ULPIANUS lib. XXVII ad Edictum.

[PAterfamilias [2]] liber peculium non potest habere [3], quemadmodum nec servus bona [4].

Taberna.

CLXXXIII. IDEM lib. XXVIII ad Edictum.

TAberna [5] appellatio declarat omne utile ad habitandum [6] aedificium, nempe ex eo [7], quod tabulis [8] cluditur [9].

Tabernacula, contubernales.

CLXXXIV. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

INde [10] tabernacula [11], & contubernales [12] dicti sunt.

Taberna instructa.

CLXXXV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

INstructam [13] autem tabernam sic accipiemus, quae & rebus [14] & hominibus ad negotiationem paratis constat.

Commendare.

CLXXXVI. IDEM lib. XXX ad Edictum.

COmmendare nihil aliud est, quam deponere [15].

Exigere.

CLXXXVII. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

VErbum *exactae* [16] *pecuniae*, non solum ad solutionem referendum est: verum etiam ad delegationem.

Habere. 1. Cavere.

CLXXXVIII. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

HAbere duobus [17] modis dicitur, altero jure dominii, altero, obtinere [18] sine interpellatione id, quod quis emerit.

§. 1. *Cautum* [19] intelligitur, sive personis, sive rebus cautum sit.

Facere oportere.

CLXXXIX. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

FAcere [20] *oportere*, & hanc significationem habet, ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, & curaret, ne fiat.

Provinciales.

CXC. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

PRovinciales [21] eos accipere debemus, qui in provincia domicilium [habent], non eos, qui ex provincia oriundi sunt.

Divortium. 1. Repudium.

CXCI. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

INter divortium [22] & repudium [23] hoc interest, quod repudiari etiam fututum matrimonium potest: non recte autem sponsa divortisse dicitur: quod divortium ex eo dictum est, quod [24] in diversas partes eunt, qui discedunt.

Plusve.

CXCII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Edictum.

HAec adjectio [25], *plusve* [26], non infinitam pecuniam continet, sed modicam, ut taxatio haec, *Solidos decem plusve*, ad minutalam summam referatur.

Quanti paret esse.

CXCIII. IDEM lib. XXXVIII ad Edictum.

HAec verba, *Quanti* [27] *eam rem paret esse*, non [28] ad quod interest, sed ad rei aestimationem [29] referuntur.

Donum, munus.

CXCIV. ULPIANUS lib. XLIII ad Edictum.

INter donum & munus [30] hoc interest, quod [31] inter genus & speciem: nam genus [32] esse donum Labeo à donando dictum, munus speciem, nam munus esse donum cum causa, utputa natalicium, nuptalicium [33].

De sexu masculino, & foeminino. 1. Familia.

CXCV. IDEM lib. XLVI ad Edictum.

PRonunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumque [34] sexum plerumque [35] porrigitur. §. 1. Familiae [36] appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem varie accepta est: nam & in res & in personas deducitur. † In res [37], utputa in Lege XII Tabularum his verbis, *adgnatus* [38] *proximus familiam* [39] *habeto*. † Ad personas autem refertur familiae significatio ita, cum de patrono & liberto loquitur lex: *ex* [40] *ea familia*, inquit, *in eam familiam*. & hic de singularibus personis legem loqui constat.

§. 2. Familiae [41] appellatio refertur & ad corporis cujusdam significationem, quod aut jure proprio ipsorum, aut communi universae cognationis continetur. † Jure proprio familiam dicimus plures personas, quae sunt sub unius potestate, aut natura [42], aut jure subjectae, utputa patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, utputa nepotes & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui [43] in domo dominium habet: recteque hoc nomine appellatur, quamvis [44] filium non habeat: non enim solam personam ejus, sed & jus demonstramus. Denique & pupillum patremfamilias appellamus, & cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subjecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt: idemque eveniet & in eo, qui emancipatus est: nam & hic sui [45] juris effectus propriam familiam habet. † Communi jure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etsi, patrefamilias [46] mortuo, singuli singulas familias habent; tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte ejusdem familiae appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. §. 3. Servitutium [47] quoque solemus appellare familias, ut in Edicto Praetoris ostendimus sub titulo de furtis, ubi Praetor loquitur de familia Publicanorum [48]; sed ibi non omnes servi, sed corpus quoddam servorum demonstratur, hujus rei causa paratum, hoc est, vectigalis causa: alia autem parte Edicti omnes servi continentur; ut de hominibus coactis [49], & vi bonorum raptorum [50]: item redhibitoria [51], si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiae ejus, & [52] Intendicto, unde [53] vi, familiae appellatio omnes servos comprehendit: sed & filii continentur. §. 4. Item appellatur familia plurium personarum, quae ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Juliam, quasi à fonte quodam memoriae. §. 5. Mulier [54] autem familiae suae, & [55] caput, & finis [56] est.

CXCVI. GAIUS lib. XVI ad Edictum provinciale.

FAmiliae appellatione & ipse Princeps familiae continetur.

§. 1. Foeminarum [57] liberos in familia earum non esse, palam

---

71 Collega una lecti. Varro, 5. ut puta Magistratus, *l. 3. C. de magistr. convent.* constitutores, concuratores, *l. 12. l. 46. §. 6. in fin. T. de administr. rer. l. 5. in fin. T. de suspect. l. 7. T. rem pupilli. l. 3. C. de probat. l. 2. C. de administr. tut.* qui eadem legatione funguntur, *l. 2. C. de legation. lib. 10.* coheredes, *l. 101. T. de solut.* qui ex eodem sunt collegio, *l. 41. in fin. l. 42. l. ultim. T. de excusat. tut. l. ult. C. de her. dictor.* qui & collegiati dicuntur. *l. 9. C. de SS. Eccles. l. pen. C. de commerc. l. un. C. de collig. vid. Brisson.*

72 *l.* 109. *T. eod.*

73 *l. 2. T. eod. l.* 199. *T. eod. l. 5. §. 6. T. de procurat.* adde Cujac. 7 *obs.* 34. absesse in jure, *l. 5. §. 6. T. de damno. à* Tribunali. *l. 51. §. 4. §. 5. T. de fidejuss. libert.* Abluit, qui *sic* non exaudiatur, *l. 2. in princ. T. de verbor. obl.* qui in eadem provincia non sunt, *l. ultim. C. de profess. longi.* qui tacent, fumo aut morbo impediti, *l. 2. in fin. T. de audit. test.* qui animo non sunt praesentes. *v. l. 124. in fin. T. de regulis jur.* qui non sunt in eo loco, in quo pecuntur: qui capti sunt à latronibus. *l. 199. T. eod.*

74 *l. 223. T. eod. l. 19. §. 1. l. 31. §. 2. T. de aedilit.*

75 Noxa solutus, qui noxae nomine non tenetur, etiam si aliquando noxam admisit. Noxa solutus, *l. 17. §. 17. T. de aedilit. l. 72. §. 5. T. de solut.* noxia solutus, *l. 200. T. eod.* Furtis noxiaque solutus, *l. 11. §. 8. T. de act. empt. l. ultim. T. de rer. permut. l. 45. §. 1. T. de leg. 1.* furti noxaeque solutus. *l. 3. T. famil.*

76 *Faciendi* verbo redditio continetur. *Rol. Ibid. c. 173.* adde *l. 58. T. eod.* facere est etiam sollicitare, *l. 50. T. de pactis.* dance, *l. 73. T. de legat. 1.* mandare, donare, solvere, numerare, judicare, ambulare, *l. 218. T. eod.* efficere, quo minus per te non itur, *l. 23. in fin. T. de evict. Instit.* aliud, quam efficere, *l. 3. §. 25. T. de itinere.* quam pronunciare. *l. 48. §. 3. T. de aedilit.* 79 Vide *l. 54. T. de solutionibus. l. 6. §. 1. in fin. T. de minor. Goth. Adde l. 4. T. de negot. l. 4. T. de fidejussor. l. 22. T. de solution. l. 34. T. de regulis juris.* Anf. 80 *l. 176. T. eod.* 81 *Id.* qui id fecit. 82 Id est, proprium quarto modo. de quo dixi ad *l. 10. in fin. T. de jurisdict. &* 83 *l. 233. T. eod. l. 65. T. de regulis juris.* vide ad *l. 88. T. ad leg. Falcid.* 1 Coll. 1. *l. 1. T. de Carbonianis.* 84 2 *Eclog. 2. cap. 177. Lucullo.* De Sorite aut Pseudomeno. Idem Cicero, 4 *Academic.* & 2 *de divinat.* Augustinus *contra Academicos.* Inde Pseudamesi & Soritae, Hieronymus *in Ruffinum.* Soritarum gradus, pseudomeni argutiae: & *in Amos:* Pseudomenis atque Soritis. vide Cujac. 5 *ad African. fol. 54.* adde Senecam 5 *de benefic. 19.* & 11 *epistol. 83.* & 6 *epist. 48.* Lucretium *in Tarnebum.* Lucianum *in mortuorum Dialogo.* 85 Vide Senecam 5 *de benefic. 19.* 86 Sorites ex veris falsum efficere conatur; verbi gratia: heres estne fucceffor? utique. quid legatarius? is quoque. Titius estne legatarius? certe: igitur Titius est heres. At contra ex falsis verum sequi potest. Omne praedium in jure consistit; omnis servitus est praedium; ergo omnis servitus in jure consistit. vide Cujac. *d. loco.* 87 Interrogationem scilicet. est enim ea natura sortis. 88 *Pecuniae* verbum quam late patet, adde ex Aristotele, 4 *Ethic. 1.* 89 *l. 5. §. 28. l. 97. T. eod. l. 222. T. eod. l. 64. in fin. T. solutis. l. penultim. C. de constituta pecunia.* 2 *Eclog. 2. cap. 178.* vide Ferrandum, 1 *explicationum* 54. 90 *l. 50. T. de her. petit.* 91 *l. 20. §. 3. in fin. T. de her. petit.* 92 V. *l. 42. §. 1. l. 52. l. 53. T. de obl. l. 9. C. de her. vel act.* 93 *l. 28. l. 37. T. de obl.* 94 *d. l. 28. l. 3. §. 6. T. de b. n. possess. l. 23. T. eatam rem.* 95 Id est, praetorias. *d. l. 37.* 96 V. *l. 108. T. eod.* 97 *l. 193. T. eod.* 98 *d. l. 193. T. eod. l. 7. §. 2. T. quod falso tut. v. l. 38. §. 2. T. de verbor. obl. l. 4. §. 11. T. ad leg. Rhod.*

99 Tugurium Graeci καλύβη. 2 *Eclog 2. cap. 180.* 100 Vel tegendo. Solent enim pastores tugurium tegendi sui causa facere. Ruffici *Capannam* vocant, quod unum tantum capiat. 15 Isidor. 12. ubi de casa, de tesquis & magalibus tractat. 1 *l. 70. in fin. T. eod. l. 9. §. 2. T. de reb. auct. jud. l. 53. T. de obligat.* 2 *Eclog. 2. cap.* 181. Pertinentiarum appellatione quae contineantur, v. apud Socin. reg. 295. 2 Recte haec particula addita est. Liber peculium habere potest, ut filiusfamilias: Paterfamilias non item. Liber juris paterni esse potest. Paterfamilias dicitur, qui sui juris est.

3 Sed patrimonium, *l. 195. §. 2. T. eod.* nisi peculii nomine abutamur, qua voce intelligere possumus, quidquid habemus, censum nostrum, fortunas nostras, substantiam nostram, *l. 16. T. ad Trebell.* patet enim latissime peculii appellatio. *l. 79. §. 1. T. de leg. 3.* 4 Servus bona non habet. *l. 13. T. ex quib. caus. major.* 5 Taberna Graecis ταβερνὰ. 2 *Eclog. c. 183.* 6 *l. 7. T. de instructo.* hinc taberna argentaria, *l. 12. T. de contrab. empt.* lanionia. *l. 2. §. 24. T. de orig. jur.* ferraria, *l. 88. T. de leg. 3.* caseatia, *l. 8. §. 5. T. si servit. vindicet.* 7 Columell. 8. 2 Plin 42. caponaria, *l. 13. T. de instruct. l. 43. T. de ritu.* instructa, *l. 185. T. eod.* adde *l. 34. T. de pign.* institoria, *l. 3. l. 18. T. de institor.* pistrinaria, *l. 15. T. de instruct.* purpuraria, *l. 91. §. 2. T. de leg. 3.* hinc tabernarius, *l. 52. §. 1. T. ad l. Aquil.* 7 Grot. legit, *nam ea ex,* & consectit cum *l. seq. Plac. Sparf. lib. 3. l.* 8 15 Isid 2. Festus in dictione. *Tabernacula.* 9 Claudit. *Hal.* claudatur, *vulg.* cluditur: hinc arca clusa, *l. 26. T. depositi.* cluſa bovinis. *l. 3. §. 6. T. de Silesiacae.*

Tabernacula, contubernales.

CLXXXIV. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

INde [10] tabernacula [11], & contubernales [12] dicti sunt.

Taberna instructa.

CLXXXV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

INstructam [13] autem tabernam sic accipiemus, quae & rebus [14] & hominibus ad negotiationem paratis constat.

Commendare.

CLXXXVI. IDEM lib. XXX ad Edictum.

COmmendare nihil aliud est, quam deponere [15].

Exigere.

CLXXXVII. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

VErbum *exactae* [16] *pecuniae*, non solum ad solutionem referendum est: verum etiam ad delegationem.

Habere. 1. Cavere.

CLXXXVIII. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

HAbere duobus [17] modis dicitur, altero jure dominii, altero, obtinere [18] sine interpellatione id, quod quis emerit.

§. 1. *Cautum* [19] intelligitur, sive personis, sive rebus cautum sit.

Facere oportere.

CLXXXIX. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

FAcere [20] *oportere*, & hanc significationem habet, ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, & curaret, ne fiat.

Provinciales.

CXC. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

PRovinciales [21] eos accipere debemus, qui in provincia domicilium [habent], non eos, qui ex provincia oriundi sunt.

Divortium. 1. Repudium.

CXCI. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

INter divortium [22] & repudium [23] hoc interest, quod repudiari etiam fututum matrimonium potest: non recte autem sponsa divortisse dicitur: quod divortium ex eo dictum est, quod [24] in diversas partes eunt, qui discedunt.

Plusve.

CXCII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Edictum.

HAec adjectio [25], *plusve* [26], non infinitam pecuniam continet, sed modicam, ut taxatio haec, *Solidos decem plusve*, ad minutalam summam referatur.

Quanti paret esse.

CXCIII. IDEM lib. XXXVIII ad Edictum.

HAec verba, *Quanti* [27] *eam rem paret esse*, non [28] ad quod interest, sed ad rei aestimationem [29] referuntur.

Donum, munus.

CXCIV. ULPIANUS lib. XLIII ad Edictum.

INter donum & munus [30] hoc interest, quod [31] inter genus & speciem: nam genus [32] esse donum Labeo à donando dictum, munus speciem, nam munus esse donum cum causa, utputa natalicium, nuptalicium [33].

De sexu masculino, & foeminino. 1. Familia.

CXCV. IDEM lib. XLVI ad Edictum.

PRonunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumque [34] sexum plerumque [35] porrigitur. §. 1. Familiae [36] appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem varie accepta est: nam & in res & in personas deducitur. † In res [37], utputa in Lege XII Tabularum his verbis, *adgnatus* [38] *proximus familiam* [39] *habeto*. † Ad personas autem refertur familiae significatio ita, cum de patrono & liberto loquitur lex: *ex* [40] *ea familia*, inquit, *in eam familiam*. & hic de singularibus personis legem loqui constat.

§. 2. Familiae [41] appellatio refertur & ad corporis cujusdam significationem, quod aut jure proprio ipsorum, aut communi universae cognationis continetur. † Jure proprio familiam dicimus plures personas, quae sunt sub unius potestate, aut natura [42], aut jure subjectae, utputa patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, utputa nepotes & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui [43] in domo dominium habet: recteque hoc nomine appellatur, quamvis [44] filium non habeat: non enim solam personam ejus, sed & jus demonstramus. Denique & pupillum patremfamilias appellamus, & cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subjecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt: idemque eveniet & in eo, qui emancipatus est: nam & hic sui [45] juris effectus propriam familiam habet. † Communi jure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etsi, patrefamilias [46] mortuo, singuli singulas familias habent; tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte ejusdem familiae appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. §. 3. Servitutium [47] quoque solemus appellare familias, ut in Edicto Praetoris ostendimus sub titulo de furtis, ubi Praetor loquitur de familia Publicanorum [48]; sed ibi non omnes servi, sed corpus quoddam servorum demonstratur, hujus rei causa paratum, hoc est, vectigalis causa: alia autem parte Edicti omnes servi continentur; ut de hominibus coactis [49], & vi bonorum raptorum [50]: item redhibitoria [51], si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiae ejus, & [52] Intendicto, unde [53] vi, familiae appellatio omnes servos comprehendit: sed & filii continentur. §. 4. Item appellatur familia plurium personarum, quae ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Juliam, quasi à fonte quodam memoriae. §. 5. Mulier [54] autem familiae suae, & [55] caput, & finis [56] est.

CXCVI. GAIUS lib. XVI ad Edictum provinciale.

FAmiliae appellatione & ipse Princeps familiae continetur.

§. 1. Foeminarum [57] liberos in familia earum non esse, palam

---

37 Familia, pro rebus interdum accipitur, 2 *Eol. 2. c. 199.* 38 Id est, agnati prudens, quamvis singulari numero. §. 5 *Inst. de leg. adgn. succeff.* facit *l. 17. §. 1. T. de leg. 1.* 39 Dixi ad Ulp. 26 §. 1 *in fin.* 40 V. §. 4. *Inst. de bon. poff.* 41 V. Ravard. 5 *variar. 1.* 42 *Adde l. 4. T. de statu hom.* 43 Vide *l. 182. T. eod.* 44 Dixi ad Ulp. 4. §. 1. 45 V. *l. 4. T. de bis, qui sunt sui juris.* 46 Nota regulam. 47 *Al.* Servorum. 48 De familia publicanorum, v. *l. 1. in pr. §. 7. T. de publicanis.* 49 De familia vi bona rapientium. *l. 2. T. si bon. rapt.* 50 *d. l. 2. §. 14.* 51 *l. 1. §. 1. verf. si quis autem. l. 2. §. 1. l. 31. §. 15. T. de aedilit.* 52 Et in Interdicto. *Hal.* 53 *l. 1. §. 15. 16. 17. & 18. de vi & vi armat. T. de just. l. 1. §. 1. T. de leg. 3.* 54 Mulieris etiam significatione continetur virginea, *l. 81. T. de leg. 3.* tametsi uxor. mulieres appellari. Serv. 2 *Aeneid.* adde *l. 24. §. 9. T. de aur. Tertull. lib. de velandis virginibus.* 55 Ulp. 4. §. 1. 56 Quia filiorum liberi in ejus familia non sunt; quoniam qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. *l. 196. in fin. T. eod.* 57 Quid ita? Foeminae, familiae alicujus dicere non possunt. Nam qui ex ea nascuntur justi liberi, patris non ejus familiam sequuntur: familiae esse non possunt. Quae qui ex ea nascuntur justi liberi, patris non ejus familiam sequuntur: familiae quae paterna nomen ferunt, non maternum. hoc ideo, quod in foeminam nullum jus adgnationis transeat, & neque suos heredes habeant. *l. 13. T. de suis.* v. Ravard. in *l. 54. T. de ritu nupt.*

UAB Biblioteca de Ciències

palam est: quia qui nascuntur, patris, non [1] matris familiam sequuntur.

Judicasse.

CXCVII. ULPIANUS lib. I. ad Edictum.

INdicasse [2] est detulisse, arguisse, accusasse, & convicisse.

Urbana prædia.

CXCVIII. IDEM lib. II de omnibus Tribunalibus.

URbana [3] prædia, omnia ædificia accipimus, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte fabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis: vel si prætoria [4] voluptati tantum deservientia: quia urbanum prædium non [5] locus facit, sed materia [6]. Proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum sit urbanorum appellatione contineri. † Plane si plurimum horti in reditu [7] sunt, vineatii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana.

Absens.

CXCIX. IDEM lib. VIII de omnibus Tribunalibus.

A*Bsentem* [8] accipere debemus eum, qui non est eo loci [9], in quo loco petitur: non enim trans mare absentem desideramus, & si forte extra continentia Urbis sit, abest: cæterum usque ad continentia [10] non abesse videbitur, si non latitet. §. 1. Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est [11], sed qui a latronibus detinetur.

Noxa.

CC. JULIANUS lib. II Digestorum.

HÆc stipulatio, *Noxa* [12] *solutum præstari*, non existimatur, ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem & coërcitionem capitalem habent.

Filius, pater.

CCI. IDEM lib. LXXXI Digestorum.

IUsta interpretatione recipiendum est, ut appellatione filii [13], sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondebimus, ita & nepos videatur [14] comprehendi. † Et *patris* [15] nomine avus quoque demonstrari intelligatur [16].

De sumptu ex voluntate testatoris faciendo.

CCII. ALFENUS VARUS lib. II Digestorum.

CUm in testamento scriptum esset, ut heres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumeret: non [17] licet minus consumere: si amplius vellet, licet [18]: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

Domus usu sua.

CCIII. IDEM lib. VII Digestorum.

IN lege censoria [19] portus Siciliæ ita scriptum erat: *Servos, quos domus quis ducet, suo* [20] *usu, pro his portoriorum ne dato.* Quærebatur, si quis à Sicilia servos Romam mitteret fundi instruendi causa, utrum pro his hominibus portorium dare deberet, necne? Respondit, duas esse in hac scriptura quæstiones? primam, quid esset, *domum* ducere: alteram, quid esset, *suo usu* ducere. † Igitur quæri soleret, utrum ubi quisque habitaret, sive in Provincia, sive in Italia, an duntaxat in ea cujusque patria *domus* esse recte dicetur? Sed de ea re constitutum esse, eam domum [21] unicuique nostrum debere existimari, ubi quisque sedes & tabulas [22] haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. † Quid autem esset, *usu* [23] *suo*, magnam habuisse dubitationem: & magis placet, quod victus cui [24] causa paratum est, tantum contineri. Itemque, de servis eadem ratione quæri, qui eorum usus sui causa parati essent: utrum dispensatores [25], insularii, villici, artifices, textores, operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus [agris] paterfamilias fructus caperet, quibus se tolleraret [26], omnes denique servos, quos quisque emisset, ut ipse haberet, [atque eis ad aliquam rem uteretur], neque ideo emisset, ut venderet? Et sibi videri, eos demum *usus sui causa* patremfamilias habere, qui ad ejus corpus [27] tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatique essent: quo in genere junctores [28], cubicularii, coci, ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati essent, numerarentur.

Puer.

CCIV. PAULUS lib. II Epitomarum [Alfeni].

P*Ueri* [29] appellatio tres significationes habet: Unam, cum omnes servos [30] puetos appellaremus: Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ [31] diceremus: Terciam, cum ætatem puerilem [32] demonstraremus.

Pomum.

CCV. IDEM lib. IV Epitomarum Alfeni.

QUi fundum vendidit, pomum [33] recepit: nuces [34] & ficos [35], & uvas duntaxat duracinas [36], & purpureas [37], & quæ ejus generis essent, quas non vini causa habetemus, quas Græci [38], id est, *comestibiles* appellarent, recepta videri.

Vasa vinaria.

CCVI. JULIANUS lib. VI ex Minicio.

V*Inaria* 39 *vasa* proprie vasa torcularia [40] esse placet: dolia autem & serias [41] tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent: cum fine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad alium usum transferri possent: velut si frumentum in his addatur: eandem causam amphorarum esse, ut cum vinum habeant, tum in vasis vinariis; cum inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint: quia aliud in his addi possit.

Mancipium.

CCVII. AFRICANUS [42] lib. III Quæstionum.

M*Ævio* [43] appellatione homines [44] non [45] contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones [46] non mercatores, sed venaliciarios [47] appellari ait: & recte.

Bona.

CCVIII. IDEM lib. IV [48] Quæstionum.

B*Onorum* 49 appellatio, sicut hereditatis, universitatem quandam ac jus successionis, & non singulas res demonstrat.

Coram.

CCIX. FLORENTINUS lib. X Institutionum.

C*Oram* [50] Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo feciſſe, nisi [51] is intelligat: itaque si furiosus, aut infans sit, aut [52] dormiat, non videtur coram eo feciſſe. † Scire autem, non etiam velle is debet: nam & invito eo recte fit, quod jussum est.

Urbanum mancipium.

CCX. MARCIANUS lib. VII Institutionum.

IS, qui natus est ex mancipiis urbanis [53], & missus est in villam nutriendus, in urbanis servis constituetur.

Fundus, ædes, area, villa, ager.

CCXI. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

F*Undi* [54] appellatione omne ædificium & omnis ager continetur: sed in usu [55] urbana ædificia, ædes rusticæ, villæ dicuntur. † *Locus* [56] vero sine ædificio, in urbe, area; rure autem ager [57] appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

Prævaricator.

CCXII. ULPIANUS lib. I de Adulteriis.

P*Rævaricatores* [58] eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: à varicando enim prævaricatores dicti sunt.

Cedere diem, venire diem. 1. Æs alienum vel fiscus. 2. Lata culpa.

CCXIII. IDEM lib. I Regularum.

C*Edere* [59] diem significat, incipere deberi pecuniam: *Venire* diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi pure quis stipulatus fuerit, & cessit [60] & venit dies: ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit: ubi sub conditione [61], neque cessit, neque venit dies, pendente adhuc conditione. §. 1. *Æs alienum* [62] est, quod nos aliis debemus: *as suum* est, quod alii nobis debent.

§. 2. *Lata* [63] *culpa* est nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt.

Munus, donum.

CCXIV. MARCIANUS lib. I Publicorum judiciorum.

M*Unus* [64] proprie est, quod necessarie [65] obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem. † *Dona* [66] autem proprie sunt, quæ nulla necessitate [67] juris, officii, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerunque laus inest: sed in summa in hoc ventum est, ut [68] non [69] quodcunque munus, id & donum accipiatur: at [70] quod donum fuerit, id munus recte dicatur.

Potestas.

CCXV. PAULUS lib. sing. ad Leg. Fusiam Caninium.

P*Otestatis* verbo plura [71] significantur, in persona Magistratuum [72] *imperium*, in persona liberorum [73] *patria potestas*: in persona servi [74] *dominium*. † At cum agimus de noxæ [75] deditione cum eo, qui servum non defendit: præsentis corporis copiam facultatemque significamus. † In Lege Atinia [76] in potestatem domini rem furtivam venisse videri, & si [77] ejus vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt [78].

Vinctus, vincula.

CCXVI. ULPIANUS lib. I ad Legem Æliam Sentiam.

VErum est, cum, qui in carcere clusus est, non videri neque vinctum, neque in vinculis [79] esse, nisi corpori ejus vincula sint adhibita.

Cum postquam. 1. In diebus.

CCXVII. JAVOLENUS lib. I ex Posterioribus Labeonis.

INter illam conditionem, *Cum* [80] *sari potuerit, & postquam* [81] *sari potuerit*, multum interest: [nam] posteriorem scripturam, ubeniorem esse constat: at *cum sari potuerit*, arctiorem: & id tancummodo tempus significari, quo primum fari possit. §. 1. Item ita data conditione, *Illud facito su diebus*, si nihil præterea fuisset adjectum, in biduo [82] conditionem impleri oportet.

Facere.

[1] A patre familiæ nostro accipimus, non a matre: hinc adgnatio §. 1. *huc. de legit. adgnat.* & *cognat.* comm. quæ nomen ad *l. 1. §. 1. T. ad senatusc.*

[2] Indicat qui accusat, convenit, v. 2 *Ecleg.* 2. c. 198. adde *l. 3. §. 1. & 14. T. de his qui not. l. 5. in fin. T. de accus.*

[3] Urbana prædia, *Kyl. lib. c. 197. adde l. 166. T. verb. signif. l. 211. T. ad l. 1. T. comm. præd. l. 13. T. de fundo dot. §. 2. huc. de servit.*

[4] Meritoria vigil *pro hominibus. Ecclesiast. c. 42.* quæ notavi ad *l. 34. §. 3. T. de leg. 2.* v. *Servos. c. 2. §. 1. Novell. 89. tit. 1.*

[5] *l. 178. C. de præd. & alii. adde rubr. min.*

[6] *l. ult. ubi v.* quæ notavi ad *l. 166. T. eod.*

[7] Horti, qui in urbe sint, rusticorum prædiorum magis sunt, quam urbanorum.

[8] Adesse quis, *Ecleg. ibid. c. 198.* v. *Cujac. 7 obs. 34. adde l. 13. §. 1. l. 1. 223. in fin. T. eod. 63. §. 6. T. de procur. Gothofr.* Adde *l. fusi. C. de long. temp. præscript. §. 1. Ital. de minor. Aust. §. 1. 4. §. 1. T. de donat.*

[9] *l. 173. in fin. T. eod.* ut sæpe dixi, vid. quæ scripsi ad *l. 4. §. 1. T. de pecul.*

[10] Caput una est civium romanorum, ubique exulat captivitate tamen tuetur. *l. 14. §. 2. T. de captiv.* Cum ergo dicimus absentem totorum dari posse, dubium potium hac appellatione non includimus.

[11] Noxis solutus. v. *l. 174. T. eod.*

[12] Filii appellatione filiam. & nepos comprehenditur. *l. 84. l. 126. Ital. l. 220. §. 2. T. ad Sil. Ital. l. 200.*

[13] Imo non videtur comprehendi. *l. 6. T. de reg. Cat.*

[14] Patris nomine avus comprehenditur. *Ecleg. ib. cap. 202.*

[15] Exigue *l. 44. §. ult. & T. de rit. nupt.*

[16] Quid, si minus consentiunt? utique famosa hæc actio non [17] erat. Sub dictione ejus fuit vectigalia populi Romani. Cicero 1 *ad Attic. 14.* 20 *l. 5. C. de vet. Senat. consult.* Goth. V. *l. 28. T. de aur. & arg. leg. Anf.* 21 Domus appellatione quid intelligatur, v. *l. 1. §. 2. T. de aqua. & aquæd. lib. 1. §. 5. §. 2. T. de injur. l. 7. C. de incolis. 1 Harm. 2. §. 8. l. 27. T. ad municip.* 22 Fuit prisci instituti, quumquemque domestica sibi ratione tabulas conficere, quas Græci ἐφημερίδας appellant, Latine diaria. v. 5 Gell. 18. Bodieque tabularum nomine instrumenta, rerum & fortunarum possessam. Summam continentia intelligit ex *l. 6. C. de incolis.* 23 Usu suo ducere, id virtus sui causa ducere. v. *l. 28. T. de aura. adde l. 43. T. eod.* 24 *Al.* Sui. 25 *l. 166. T. eod.* 26 Tolerare est *sustentare*, *sustinere*. 27 Usus nostri causa habemus, quæ parata sunt ad corpus tuendum, cultumque. v. *l. 166. l. 198. T. eod.* 28 Actores. *Hal.* unctores. sic Artianus inter mancipia patriciam. causa parata, numerat *adolem.* Plautus in *Trinummo*, *Ducitur familia tota, vestis, aurum, argentum, aurei nummi.* Martial. 13. *Atque alii Fidum donarat Opelierus auctor.* Antiqua inscriptio, Tarsius Eras auctor: sed ramen in antiqua glossis, junctor est ζύγιος, qui jungit mulas ad rhedam, & qui multo vel lecticarius. *l. 59. §. 2. & 4. T. de leg 2.* Hinc carruca cum junctura apud Paul. Diacon. vide Cujac. 14 *obs. 3.* 29 Pueri appellatione, servus: pueri masculi, ætas puerilis significatur. 30 Pueri pro servis accipiuntur. Varro *apud Nonium*: vix volgus conflat non fugitivum, sed puerorum atque ancillarum. 31 *l. 163. in fin. T. eod.* Puerus legatis puellæ ideo non debentur. *l. 81. T. de leg. 3.* 32 Puer, filius impubes. *l. 41. §. 4. T. de leg. 3. l. 136. T. de ritualib.* 33 Pomi appellatione continetur omnis fructus, edendi causa paratus. dixi ad *Horat. 2. in Georg. §. 3. & 9.* Macrob. 3 *saturn. 19.* malorum genera hæc refert: aureum, cotoneum, citreum, coccymelium, conditivum, *struthia*, melimum, matianum, *arbicitatum*, ogreaum, præcox, pannuceum, punicum, Persicum quitianum, Persicum nectarium, Scandianum, Sylvestre, strutium, Scantianum, tiburtinum, verianum. Ibidem refert pyrorum genera. Item pinea an pomum sit, quæsitum: sed eam rem definit Macrobius? Cum (inquit) lapidatius Pompeius Vatinius gladiatorium omnes oderet, obtinuerat, ut ædiles ediderent, ne quis in arenam pomum mitteret: forte his diebus Calcitius consulatus à quodam, an nux pinea pomum esset, quæsitum. Is in Verinium missurus ex, pomum est. 2 Macrob. 6. 34 Nux est, quod foris duro cortice, intus habet quod edit esi: Malum vero, quod foris habet, quod est esui, durum intus. Macrob. 3 *Saturn. 19.* ubi hæc genera nucum ab eodem recensentur. Nux juglans, pontica, castanea, glandes, nucleus, tarentina, pinea. 35 Ficus, *Hal. adde l. ult. §. 1. T. de tritico.* Ficuum hæc species enumerat a Macrobio, 3 *Saturn. 20.* Africa, albula, arcuolitica, alisandra, atra, palusca, augustana, cabillica, alba, nigra, calphurniana, chia, cocurbitina, duriceria, herculanea, lacedæmonia, livida, lentiscina, marsica, mammilla, pulla, pompeiana, præcox, tellana. 36 Uvæ duracinæ, *Epistola Augusti, cap. 76.* unciam panis cum puncia acinis uvæ duracinæ comedi. Sic Plinius uva, ut ficus duricoria. Duracina a duricia acinorum dicitur. 14 Plin. 1. quæ propter asperitatem contra frigus durat. Uvarum ista sunt genera: Aminea, alinasica, etrusca, albuierus, apiana, apicia, bonimammia, aut ut Græci dicunt βόμμαστα, duracina, labrusca, melampsea, marcotica, marcestia, nomentana, præcia, pramnia, psithia, pilliolata, rhodia, stephanitis, vellaviola, vitisia, lagea. Macrob. 3 *Saturn. ult.* 37 Purpureæ uvæ: hinc vites purpureæ. Ovid. in *Metamorph. 9.* 6: *Et de purpureis collecta vitibus uva.*

[3] Urbana *prædia*, Plin. *ep. 3. l. 19. T. de adil. edict. l. 15. T. de tritico.* Sunt hæc diversa: vasa, dolia, cuppæ, cuppellæ, cullei, *l. 5. in fin. T. de tritico amphor. eadi. l. 34. l. 15. d. tit.* urnæ, *l. 16. d. tit. &* vasa torcularia, *ut hic.* id est, torculari conjuncta: his adde narem vinariam, visi cicerem, *l. 21. §. 5. Tode fundo.* locum vini, *l. 27. in fin. T. ad l. Aquil.* & feriæ, *§. eod.* adde & alia ex Catone *de re rustica, c. 11.*

[4] Torcularia vasa, *l. 15. §. 5. T. de usufr.* Tercat. *Heautont. 2. scen. 2.* id est, torculari conjuncta.

[5] *d. §. 6.* Festus *in Manier, cap. 13.* Columella 18. Dolia & feriæ, utraque vasa aste quadragesimum diem videmiæ faccanda sunt. Alii feriam vas fictile arbitrantur. Perf. *sat. 2.* Scribi tamen glossis *Scribo*, vocabulum quo hodie Hetrusci utuntur. Nicetas dixit ἔσκριον, & interpretatur *dolium* Scaligeri, unde doga glossis dicuntur, quasi *Scriga*. Vopiscus *in Aureliano*, facta est ratio doga, cuparum & rusticum, doga capacitati. Cupa *dolium, seu vas*, exponunt veteres glossæ, & a quibusdam gaulus vocari. Hinc Burmannus & bonticellus. v. Cujac *13 obs. 26.* 42 Vid. Cujac. 3 *ad Afr. fol. 30.*

[6] Mercis appellatio 2 *Ecleg 2. c. 207.*

[7] Servos, *l. 1. §. 1. T. de tribut. act.* adde *l. 66. T. eod. l. 44. T. de adilit.*

[8] Mercis tamen loco haberi possunt. *l. 73. §. 4. T. de leg. 3.*

[9] Ἀπαλλαγαὶ *apud Ecleg. ibid.* Seneca, 4 *de benef. 12.* Mercator urbibus prodest: medicus, agrotis: mango venalibus. Idem mangones (si quod est quod displicet) aliquo lenocinio abscondunt. Sic Plin. 37. gemmarum politores, mangones vocat.

[10] *l. 1. §. 1. T. de tributaria. l. 57. T. mandati. l. 37. l. 42. §. 1. T. de adilit.* qui & venaliesi, *l. ult. in fin. T. de adil.* Hinc venalitiarium virum exercere *l. 73. §. 4. T. de leg. 3.* qui ad his venduntur, venales, *l. 1. T. de negot. venalitii, l. 5. in fin. T. de jur. delib.* Inde venalitia familia, *l. 31. in fin. T. de adil.* Hinc venalitiarius

Facere.

CCXVIII. PAPINIANUS lib. XVII Quæstionum.

VErbum *facere* [83] omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, numerandi, judicandi, ambulandi.

De voluntate, & verba, heres.

CCXIX. IDEM lib. II Responsorum.

IN conventionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locaverint, *ut ad heredem* [85] *ejus, qui susceperat, pertineret*: jus heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

Liberi, filii.

CCXX. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

LIberorum [86] appellatione nepotes [87] & pronepotes, cæterique [88], qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes suorum [89] appellatione Lex XII Tabularum comprehendit: totiens enim 90 leges necessarium ducunt cognationum singularum nominibus uti, veluti *filii, nepotes, pronepotes*, exterorumve, qui ex his descendunt, quotiens non omnibus, qui post eos sunt, præstitum voluerint: sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus [91] præstatur, sed omnibus, qui ex eodem [92] genere orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur. §. 1. Sed & Papirius Fronto libro III Responsorum ait, prædio cum villico & contubernali ejus & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas testatoris aliter habeat: filii [93] enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere. §. 2. Divus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem [94] reliquit. §. 3. Præter hæc omnia natura nos quoque docet, *parentes pios, qui liberorum procreandorum animo* [95] *& uxores ducunt, filiorum* appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quam *filii* appellare: etenim idcirco filios, filiasve concipimus atque edimus, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis [96] nobis memoriam in ærum relinquamus.

Falsum tutor, falsum testamentum, modius iniquus.

CCXXI. PAULUS lib. X Responsorum.

PAulus respondit, *falsum* [97] *tutorem* eum vere dici, qui tutor non est, sive habenti tutor datus est, sive non: sicut *falsum testamentum*, quod testamentum non est: & *modius* [98] *iniquus*, qui modius non est.

Pecunia.

CCXXII. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

PEcunia [99] nomine non solum [100] numerata pecunia; sed omnes res, tam soli, quam mobiles, & tam [1] corpora, quam jura [2] continentur.

Lata culpa. 1. Amicus.

CCXXIII. PAULUS lib. II Sententiarum.

LAta [3] *culpa* finis est, non [4] intelligere id, quod omnes intelligunt. §. 1. *Amicos* [5] appellare debemus, non levi notitia conjunctos: sed quibus fuerint jura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

Vincula, custodia.

CCXXIV. VENULEIUS lib. VII Stipulationum.

VInculorum [6] appellatione, vel privata, vel publica vincula significant: *custodiæ* vero, tantum publicam custodiam.

Fugitivus, error. De affectu animi, & actu delinquendi.

CCXXV. TRYPHONINUS lib. I Disputationum.

FUgitivus [7] est, non is, qui solum consilium fugiendi a domino suscepit, licet id se facturum jactaverit: sed qui [8] ipso facto fugæ initium mente deduxerit: nam & furem [9], adulterum, aleatorem [10], quanquam aliqua significatione ex animi [11] propositione cujusque sola quis dicere posset: ut etiam is, qui nunquam alienam rem invito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, si modo ejus mentis sit, ut occasione data id commissurus sit: tamen oportere eadem hæc crimina assumpto actu intelligi: & ideo fugitivum [12] quoque, & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

Culpa, dolus.

CCXXVI. PAULUS lib. I Manualium.

MAgna [13] negligentia, culpa est: magna [14] culpa, dolus est.

Heres.

CCXXVII. IDEM lib. II Manualium.

EX illa parte Edicti, *Eum*, [15] *quem ei heredem* [16] *esse oportet* [17], heredis heredibus bonorum possessio non defertur. §. 1. Item in substitutione his verbis, *Quisquis* [18] *mihi heres erit*, proximus heres tantum significatur, imo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.

Municipes.

CCXXVIII. IDEM lib. sing. de Cognitionibus.

MUnicipes [19] intelligendi sunt, & qui in eodem municipio nati sunt.

Transacta, finita.

CCXXIX. IDEM lib. sing. de tacitis fideicommissis.

TRansacta [20] *finitave* intelligere debemus, non solum, quibus controversia fuit, sed etiam, quæ sine controversia sint possessa.

CCXXX. IDEM lib. sing. ad Senatusconsultum Orfitianum.

UT sunt judicio [21] terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

De eo, qui est in utero.

CCXXXI. IDEM lib. sing. ad Senatusconsultum Tertyllianum.

QUod dicimus, cum [22], qui nasci speratur, pro [23] superstite esse: tunc verum est, cum de ipsius jure quæritur: aliis autem non prodest, nisi natus.

Pluris aurorum triginta.

CCXXXII. GAIUS lib. I de Verborum Obligationibus.

HÆc enunciatio, *Quæ sunt pluris* [24] *aurorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significativa est.

Calvi, calumniator. 1. De tertio die post Calend. Januar. 2. Telum, βιλος, τοξευμα.

CCXXXIII. IDEM lib. I ad Legem XII Tabularum.

SI *calvitur* [25] *& pro* [26] *mortuo, & frustratur.* Inde *& calumniatores* [27] appellati sunt, quia per fraudem, & frustrationem alios vexarent litibus. Inde & cavillatio [28] dicta est. §. 1. Post [29] Calendas [30] Januarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur [31].

§. 2. *Telum* [32] vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed tunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τῦ τηλοῦ [33], id est, *ab eo, quod est longe*. Et hanc significationem invenire possumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi βιλος appellant, eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur quod [cum] mittitur manu, ἀπὸ τῦ βάλλειν, a jaciendo. Admonet nos Ξενοφῶν, id est, *Xenophon*: nam ita scribit [34], Καὶ τὰ βάλη ἐρύσασθαι ἐφίησιν, ἀλλ' ἐγχος, πελέκιον, σφυρίδιον, σκεῦος ἓν ἀπὸ τῦ βάλλειν. Id est, *Et tela simul servabantur, hasta, sagitta, funda: pluribus item lapides.* [Et id, quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine πέμμα (id est, *sagitta*) vocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur].

Hostes perduelles. 1. Locuples. 2. Vivere.

CCXXXIV. IDEM lib. II ad Legem XII tabularum.

QUos nos hostes [35] appellamus, eos Veteres perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset. §. 1. *Locuples* [36] est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. §. 2. Verbum vivere [37] quidam putant ad cibum pertinere: sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta & stramenta [38] contineri: sine his enim vivere neminem posse.

Ferri, portari, agi. 1. Fabri tignarii.

CCXXXV. IDEM lib. III ad Legem XII tabularum.

FErri [39] proprie dicimus, quæ quis suo corpore bajulat [40]: *portari* ea, quæ quis jumento secum ducit: *agi* ea, quæ animalia sunt. §. 1. *Fabros tignarios* [41] dicimus non eos duntaxat, qui tigna [42] dolarent: sed omnes qui ædificarent.

Venenum, φάρμακον. 1. Glans δρυόβαλανος.

CCXXXVI. IDEM lib. IV ad Legem XII tabularum.

QUi *venenum* [43] dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum: nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum esset, murat: cum id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur: unde adjectione alterius nominis distinctio fit: admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus [44]; nam sic ait [45],

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀυλά.

Venena multa quidem bona mixta, multa aut ego mala.

§. 1. *Glandis* [46] appellatione omnis fructus continetur, ut Javolenus ait, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum [47] species ἀκροδρυα [48] (id est, *extremitates arborum*) appellantur.

De duobus verbis negativis.

CCXXXVII. IDEM lib. V ad Legem XII tabularum.

DUobus negativis [49] verbis quasi permittit lex magis, quam prohibuit: idque etiam Servius [50] animadvertit.

Plebs.

---

[1] L. 2 Reg. 2. c. 2. 18. l. 38. l. 175. T. eod. l. 60. T. de condit. & demonstr.

[84] l. 69. T. de legat. 3. Eod. l. 6. 2. 19.

[85] Heredis verbo ex mente contrahentium interdum legatarius intelligitur.

[86] l. 56. in fin. T. eod.

[87] l. 59. T. de ritu.

[88] l. 10. §. 9. T. de in jus vocand. l. 48. T. soluto. l. 1. §. 1. T. de legat. præf.

[89] Liberorum.

[90] Liberorum appellatione passim nepotes, ac deinceps descendentes comprehenduntur, nisi in casibus a lege exceptis. Reg. ibid. c. 220.

[91] Quando personis, aut gradibus certum aliquid conceditur, liberorum appellatione descendentes in infinitum non intelliguntur.

[92] Omnibus, qui post liberos, aut qui ex eodem genere sunt, concessa privilegia latius patent, quam quæ certis personis aut certis gradibus conceduntur. Genus latius patet, quam personæ singulæ aut singuli gradus.

[93] l. 84. l. 116. l. 164. l. 201. T. eod.

[94] Si non moritur sine liberis, qui relicto nepote moritur, multo magis sine liberis non moritur, qui nepotem eumque heredem relinquit.

[95] Nuptiarum primus finis est, liberos procreare velle. Lex Julia Miscella remittuntur conditionem viduitatis iis, qui intra annum parallent & liberorum procreandorum causa nuptias contrahere, ut Sp. Carbilius jurasse dicitur, 3 Gell. 3. adde Festum. Et Lege Junia Norbana testato interponebatur, liberorum quærendorum causa uxorem duci, 3 Ulp. §. 3. eaque formula tabulis nuptialibus solebat inseri. Tacit 2. Hinc Augustinus, 3 contra Julianum, Pudicitia conjugalis facit, quod præscribunt tabulæ matrimoniales, ac ultra, quam generandis filiis satis est, conjugis corpus attrectetur. Idem serm. 224. Uxor non propter libidinem, sed propter filiorum procreationem accipitur. denique ipsæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum procreandorum causa. & 1 de nuptiis ad Valerium Comitem: ut secundum matrimoniales tabulas, nonnisi liberorum procreandorum causa concumbant. vide Cujac. ad Novell. 22. Ambrosius super Lucam: Qui non causa procreandæ sobolis, sed explendæ libidinis sibi inveniunt copulantur, non cum conjungi, quam fornicari videntur. c. pudor. 32. quæst. 2. Idem refert Augustinus, serm. 3. dominica post Trinitatem. Isidor. 9. c. 8. Tres ob causas (inquit) ducitur uxor, primæ est causa prolis, &c. de hac testatione, uxoris ductæ liberorum causa, adde Ulpian. 3. §. 3. Alii sunt fines nuptiarum, liberorum scilicet educatio, confinitio familiarum, nominis, & familiarum conservatio. l. 9. C. de quæstionibus. generis humani conservatio, ut sit veluti quædam immortalitas, l. 14. C. de legitim. hered. Theoph. Inst. de jure naturali. in princ. extitendo prolis, l. 83. T. de cond. & dem. ἐπρι virilis, humanitatis solatium, 27. 4. c. nuptiarum. vicissitudo muneram inter virum & uxorem. Xenophon in Oecon. vitatio discordiarum, quæ sunt in concubinatu. Biocrates. Cicer. 4. de finib. ut habeant parentes, a quibus juventur. Xenoph. d. loco. Hieronymus in Jovinian. luxor Dei. vide Antonium Gumbertum, c. 8. in commentario de matrimonio. 96 l. 14. C. de leg. her. Nov. 22. Theoph. d. l. 97 2 Ecl. 2. c. 220. ut fallis emptor. l. 4. §. 5. T. de in diem addict. 98 V. l. 32. §. 1. T. de falsis. 99 V. l. 178. T. eod. Reling. ib. c. 232.

[100] Adde Arist. 4 Ethic. 1. 1 Tam jura, quam corpora, Petr. Fab. 1 semestr. 23. 2 Et fructus. vide l. 32. T. ad Trebellianum. 3 l. 7. §. 2. T. de administ. tutor. vide Cujac. 7 observ. 8. 4 l. 223. T. eod. 5 Amici definitionem observa. de amicis tutoris, v. l. uit. T. ubi pupill. pupillus. v. l. 46. T. de negotiis. l. 2. T. qui petens. tutor. heri. l. 43. §. 1. T. de adilitio. Amici causa factum an excuset a delicto, vide Tiraquell. tract. de panis. causa 22. 6 l. 216. T. eod. 2 Ecl. 2. c. 224.

7 l. 37. l. 43. §. 2. T. de adilitio. 8 ἀπὸ τοῦ τοῦ τοῦ πράττω. Græci hic. ex ipso actu.

9 V. l. 174. T. eod. Reling. ibid. c. 225. 10 l. 4. §. 2. T. de edil. edict. 11 Animus discernit, facitque fugitivum. 12 l. 11. §. 7. T. de act. empt. 13 Nimia, l. 213. in fin. T. eod. Reling. ibid. c. 226. diffolura. l. 29. T. mandati. 14 Lata, l. 223. T. eod. l. 1. §. 1. T. si mensor. l. 7. T. de pistor. latior, l. 32. T. depositi. dolo proxima, l. 8. §. 3. T. de precario. l. 22. §. 3. T. ad Treb. l. 1. §. 2. T. si is, qui rog. liber. in faciendo & non faciendo. v. l. 91. T. de verb. obl. alias est diligentia contraria. l. 31. T. ad l. Aquil. magna quæ sit negligentia, arbitrio judicis definitur, l. 11. §. 1. T. quod vi. adde quæ scripsi ad l. 35. §. 4. T. de contr. empt. 15 l. 1. T. unde cognati. l. 1. §. 2. T. ut ex legib. 16 Si intestatus manumissus fuisset. 17 Sub. possessionem dabo. 18 V. l. 70. T. eod. 19 V. l. 1. T. ad municipal.

20 V. l. 1. in fin. T. Torrell.

21 V. l. 1. in fin.

22 Qui speratur nasci, pro superstite habetur filius, non alius. v. l. 7. T. de statu.

23 V. quæ scripsi ad tit. de ventre inspiciendo.

24 l. 192. T. eod.

25 Calumniatur, male calvitur, id est, decipitur. Pacuvius in Medea: lactatus calvitur modis, idem in Duloreste, me calvitur Pelopeia. Plautus in Cassina, fiquis meus calvitur. Accius in Eumenidibus, memet calvor. Sallust. 3 hist. Ille calvi rursus. Porro hæc verba, si calvitur, animum sunt significare legis XII tabularum: Si calvitur, pedemve struit, manum endo jacit. Festus in verbo struere.

26 Ita legendum puto, tutorem defunctum pro defuncto: ut apud Nasonem, de cavillatione. dixi ad l. 1. T. de regula Catoniana. & ad l. 177. T. eod. Gladii culpitur, ἐξεναλα. & cabillatio, καυλιαμὸς. v. Festum in Incabitare. Glossa incabillatur, kuderidetur. adde l. 19. T. ad reliq. Goth. Græc legit si calvitur, id est, mentitur & frustratur. Flor. Spars. hist. S. L.

27 l. 1. T. de calumniatorib. l. 1. §. 2. T. si quis in testimonio. l. 2. T. ad Turpil.

28 l. 177. T. eod. & callistus. l. 19. §. 5. in fin. T. mandati.

29 Adde l. 131. T. eod. Vota insolute anno pro salute Principis suscepta vide, ut lic. & l. un. C. de obtatis, ac vota. Plutarch. in Cic. offerebatur etiam libra auri in 72 fidibi obviis & five obvias, vide Cujac. ibid. Goth. Vide Lonnio. lib. 3 emendat. cap. 3. num. 1. Auct.

30 Ea die nata est Cicero. Plutarch. in Ciceron. Caturum post nonarum kalendas Januarias nati, ad die tertio. Plutarch. Gell. 15. c. 28. dixit ante diem tertium Nonas. Ipse Cicero, 7 ad Attic. tertia Nonas. Hoc tria sunt eadem: Tertio Nonas: ante diem tertium Nonas, post Kalendas Januarias die tertio. 31 A sacerdotibus fcil. & consulibus. Vota erant etiam anniversaria ob diem imperii, cum videlicet ad Imperium Princeps sumptus esset, vel cum natus esset, l. 7. in fin. C. de feriis. adde Plinium, 10 epist. 9. 44. 47. 60. 61. vide Tertull. in Apologetico: erant & alia pro salute Imperatoris & incolumitate, 10 Plin. epist. 1. Tranquill. in August. c. 87. Eranq; & alia pro abitu & reditu. v. Suet. in Tiberio. c. 38. 32 §. 5. Inst. de publ. jud. l. 1. §. 17. T. de Senatusconsult. Silanian. v. l. 11. in fin. T. ad l. Jul. de vi publ. l. 54. §. 2. T. de furtis.

33 A Græca voce τηλόθεν. Bud. §. 5. Inst. de publ. jud. v. Festum in arma, & tela. 34 l. 9. Xenophontis. 35 l. 118. T. eod. 36 Locuples habetur necessaria persona. adde l. 3. T. in jus vocando. qui adquisiit, qui in corpus patrimonii vertit, l. 18. T. quod met. causa. l. 93. in fin. princ. T. ad l. Falcid. debito liberatus, l. 50. T. de don. int. vir. l. 66. T. de solut. hinc debitor, & rem locupletes, qui solvendo, l. ult. in fin. T. de reb. cred. l. 3. T. de manum. l. 67. T. de manumiss. testam. fidejussor, l. 7. T. in jus vocati. qui non est pauperior factus, l. 47. in fin. T. de solutionib. non is, qui alienum vere debet, l. 165. T. de reg. jur. vel qui libertum adquisiit, l. 226. §. 1. T. de reg. jur. qui donando adquirit obligationem naturalem. l. 25. §. 11. T. de hered. petit. 37 l. 43. T. eod. v. Rosand. à Valle, 2 cons. 22. 38 V. l. 45. T. eod. 39 2 Ecl. 2. c. 234. 40 Bajulare quis dicitur quæ sub corpore tert, ut bajulis, id est, operariis. Festus. 41 Tignarios, vulg. Ital. vitrarios, Græc. 2 Ecl. 2. c. 225. tabularios, Cujacius ad 3 Pauli 2. §. 30. C. de accus. artificum. 42 Tigna, vulg. Ital. 2 Ecl. 2. c. 225. Ecl. ibid. ligna, Cujac. ibid. hinc fabri tignarii, 3 Exod. simt 6. §. 30. 43 l. 35. §. 2. T. de contempt. Veneni appellatio media est, 2 Ecl. 2. c. 236. & 60. tit. 36. c. 4. adde l. 3. T. de sicariis. 44 Homerus summus poëtarum, ut hic. parens omnis virtutis, Confirmitis ad Antonium Sura. de in fa. citatur etiam in l. 1. §. 1. T. de contrab. empt. l. 65. §. 4. T. de leg. 3. l. 9. §. 1. T. de gradibus. l. 16. §. 8. T. de ponis. 45 Odyssea 2. vers. 230. 46 Glans omnis fructus. v. de gradibus. l. 16. §. 8. T. de ponis. 45 Odyssea 2. vers. 230. 46 Glans omnis fructus. v. de glande legenda. 2 Ecl. 2. cap. 236. 47 Baccarum vel fructuum, Homerum. in ἀκρόδρυα. 48 Græci ἀκροδρύων nomen fructibus tribuunt: & ita D. Joannem vicissim legere Nicephorus ait, ut Diogenem Ælianus ἀκρος φάγον. Nicephoro adsentit Diacosius, qui de re vide Cujacium in Parasitla. lib. de glande legenda. 49 Negantibus, Balduinus interdum tamen duo negativa firmius negant, & pro unt, ut Demetrius ait in Sophocleum. Hinc illa, neminem nihil facere, l. 24. T. de damno. nihil neminem habere. Varro Himarvo, quæ sunt corde multi, quos non miserer neminis. Cato apud Festum in Nemine. Varro Himarvo, quæ non modo ignoraffe me clamat, sed omnino omnes heroas negat nescisse. Nonius, 13. num. 48. & ibid. num. 54. Varro, 2 de vita populi Romani, monstrat, qua abstinentia viri malieresque Romani fuerint, quod à rege munera eorum nolserit nemo accipere. vide Cujac. 16 obs. 22. Gutmanus furiat, quod à rege munera eorum nolserit nemo accipere. vide Cujac. 16 obs. 22. Gutmanus furiat, quod à rege munera eorum nolserit nemo accipere. Adde Anton. Augustin. lib. 2 emend. cap. 1. Auct. 50 Servius ad illa verba Legis duodecim tabularum, *neuter alterum infamet*, admonuit, duobus illis negativis verbis quasi permissile negotium magis, quam prohibuisse. cui congruit, quod Philosophus refert, si 2ις ἀναγκαῖα ἢ ἀφαιρεῖται ἀγαθὰ ἀναγκαῖα ἀγαθὰ, Caper, confessoria vox sit ex duplici abnutiva, ut non nolo, non omitto, non nunquam, necesse.

Plebs. 1. Detestatum. 2. Pignus. 3. Noxia.

CCXXXVIII. IDEM lib. VI ad Leg. XII tabularum.

PLebs [1] est exteri cives sine [2] Senatoribus. §. 1. *Detestarum* [3] est testatione denunciatum. §. 2. *Pignus* [4] appellatum à pugno: quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur: unde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant, pignus proprie [5] rei mobilis [6] constitui. §. 3. *Noxia* [7] appellatione omne delictum [8] continetur.

Pupillus, servus, incola, πάροικος, & 3. Munus publicum. 4. Advena. ξένος, & 5. Decuriones. 6. Urbs, urbare, urbanum, appidum, territorium. 9. Saum.

CCXXXIX. POMPONIUS lib. sing. Enchiridii.

PUpillus [9] est, qui cum impubes est, desiit [10] in patris potestate esse aut morte [11], aut emancipatione. §. 1. *Servorum* appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores [nostri] captivos [12] vendere, ac per hoc servare [13], nec [14] occidere solent. §. 2. *Incola* est, qui [15] aliqua regione domicilium [16] suum contulit: quem Græci παροίκους [17], (id est, *juxta habitantem*) appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed etiam, qui alicujus oppidi finibus ita agrum [18] habent, ut in eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant. §. 3. *Munus* [19] *publicum* est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio Magistratus extraordinarium pervenit.

§. 4. *Advena* est, quem Græci ξένους [20], id est, *domo profugum, calamum advenientem* appellant. §. 5. *Decuriones* [21] quidam dictos aiunt ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii [22] publici gratia conscribi solita sit. §. 6. *Urbs* ab urbo [23] appellata est: urbare est aratro [24] definire: & Varus ait, urbum appellari curvaturam aratri, quod in Urbe condenda [25] adhiberi solet. §. 7. *Oppidum* ab ope [26] dicitur, quod ejus rei causa mœnia sint constituta. §. 8. *Territorium* [27] est universitas agrorum intra fines cujusque civitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod Magistratus ejus loci intra [28] eos fines terrendi [29], id est, summovendi jus habet. §. 9. Verbum *finium*, ambiguum est, utrum de toto, an de parte significet: & ideo, qui jurat, suum non esse, adjicere debet, neque sibi communem [30] esse.

Soluto matrimonio.

CCXL. PAULUS ex libris sex, libro primo Imperialium sententiarum in Cognitionibus prolatarum.

CUm quæreretur, an verbum: *Soluto* [31] *matrimonio decem reddi*, non tantum divortium [32], sed & mortem contineret, hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant? & multi putabant hoc sensisse; & quibusdam aliis contra videbatur: secundum hoc motus [33] *Imperator* pronunciavit, id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.

Rata casa.

CCXLI. QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA libro singulari *ἐρωτ.*

IN *ratis* [34] *casis* ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili [35], tectoriove [36] non continentur.

Pars navis. 1. Projectum, immissum. 2. Pars ædificii. 3. Vidua, vecors, vesanus. 4. Pars ædium.

CCXLII. JAVOLENUS lib. 11 ex posterioribus Labeonis.

MAlum [37] navis esse partem, *artemonem* [38] autem non esse, Labeo ait: quia pleraque naves sine malo inutiles essent, idque pars navis haberur: attemo [39] autem magis adjectamento [40], quam pars navis est. §. 1. Inter *projectum* [41] & *immissum* hoc interesse, ait Labeo: quod projectum esset id: quod ita provecheretur, ut nusquam sequiesceret, qualia mœniana [42], & fuggrunda [43] essent: immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. §. 2. *Vinolentum*, quod [44] tegulis [45] ponceretur, ædificii esse, ait Labeo: sed id, quod hypæthri [46] tegendi causa ponceretur, contra esse.

§. 3. *Viduum* non solum eam, quæ aliquando [47] nupta [48] fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum [49] non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors [50], velanus, qui sine corde, aut sanitate esset: similiter viduum dictum esse, sine dubitat. §. 4. Straturam [51] loci alicujus ex tabulis factis, quæ ætate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse, ait Labeo: quoniam perpetui [52] usus paratæ essent: neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

Libertus.

CCXLIII. SCÆVOLA lib. XVIII Digestorum.

SCævola respondit: Semper acceptum est, ut libertorum [53] appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifeste is, à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

Pœna, multa.

CCXLIV. LABEO lib. IV Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI qua pœna est, multa est: si qua multa est, pœna est. Paulus: Utrumque eorum falsum est: namque harum rerum dissimilitudo [54] ex hoc quoque apparet [55], quod [56] de pœna provocatio non [57] est: simul atque enim victus quis est ejus maleficii, cujus pœna est statuta, statim ea debetur: at multæ provocatio est, nec ante debetur, quam aut non est provocatum, aut provocator victus est; nec aliter, quam si is [58] dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit: quia pœnæ certæ singulorum [59] peccatorum sunt; multæ contra: quia ejus [60] judicis potestas est, quantam dicat, [nisi cum [61] lege est constitutum, quantam dicat].

Pars ædium.

CCXLV. POMPONIUS lib. X Epistolarum.

STatuæ affixæ basibus structilibus [62], aut tabulæ relegatæ [63] catenis, aut cega parietem adfixæ, aut si similiter cohærent lychni [64] non [65] sunt ædium: ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur. §. 1. Idem Labeo ait: Prothyrum [66], quod in ædibus [67] [interim qui] fieri solet, ædium est.

Exhibere. 1. Restituere.

CCXLVI. IDEM lib. XVI Epistolarum.

APud Labeonem Pithanon ita scriptum est: *Exhibet* [68], qui præstat ejus, de quo agitur præsentiam: nam etiam qui sistit, præstat ejus, de quo agitur, præsentiam: nec tamen [eum] exhibet: & qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibet, non potest videri ejus præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest. §. 1. *Restituit* [69] non tantum qui solum [70] corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita causa præstet, & tota restitutio juris est interpretatio.

---

1 §. 2. *Inst. de jure naturali.* 2. 2. §. 14. *in fin. T. de stat. hom.*

2 *Xenophon.* 2 *Ecclesiast.* 38. 2. 25. 38. sine his, qui sunt positi in dignitate, seu servitute, & Senatoribus. *d.* §. 4. Gellius ita definit. Plebs ex dicitur, in qua gentes civium patriciam non habent. vide Not. 1. 20. Isidor. 9 orig. 5. Plebs reliqui, exclusa tota nominis civitatis. Hinc plebiscita, reliqui comitia: in contrariis plebs cum populo, ubi leges dicit ad Feronia *in pignoris mancipio.*

3 Derivatur, qui testatione denunciat. *l.* 40. *T. ad d.* 4. §. 1. *T. de V. S.*

4 Proprissime: non pignus proprie dicitur de re mobili. *l.* 2. *in fin. T. de reivindic.* sed dicitur, quod constituitur contractu. *l.* 1. *T. de pign.*

5 §. 7. *in fin. Inst. de actionib.*

6 Nonnam à nota differre ait Justinianus. §. 1. *Inst. de actionib.* sed noxia interdum idem quod noxa. hinc illa formulæ: noxam sarcire. *l.* 45. §. 1. *T. de legat.* 1. noxiam accipe, *l.* 4. *T. de noxal. actionib.* noxam committere, *l.* 32. *T. de noxal. actionib.* noxiam committere, *l.* 1. *T. si quadrupes. pauperiem fecisse dicatur.* noxiæ, *d. l.* 1. noxam caput sequi. *l.* 1. *in fin. T. de private delict.* hinc noxalis actio, *T. de noxal. actionib.* hinc noxii servi, id est, qui nocent. *l.* 17. §. 11. *T. ad d. Senat.*

7 *l.* 1. *l.* 2 §. 1. *T. de senatoribus.* §. 1. *Inst. de noxalibus actionibus.* 2 *Selig.* 1. 238. non tamen, quod pœnam coërcitionem contineat, *l.* 220. *T. eod.* Imo eam pœnam significat, quæ non sit delicti. *T. de noxalib. actionib.* in noxam. *l.* 11. noxam dare. *l.* 7 §. 1. *T. quod vi.* noxæ deditio, *l.* 10. *T. de noxalib.* noxia solvi & solutum esse, *l.* 200. *T. eod.* noxam sarcire, & in noxam dare, separantur. *l.* 2. §. 1. *T. de noxalib.*

8 Papillaris stirps, quæ anno 14 terminatur, *l.* 18. *T. de jure fisci. l.* 3. *C. de præscript.* 30 *annor.* pupillares tabulæ, *l.* 38. *in fin. T. de vulgari.* pupillare testamentum, *l.* 8. §. 5. *T. de inoff. t.* 2. §. 2. *T. de vulgari. l.* 34. §. 5. *T. de leg.* 2. pupillaris substitutio, quæ fit liberis impuberibus in eum casum, quo ante pubertatis annos decesserint, *l.* 2. *T. de vulgari.* pupillares substituti. *l.* 20. §. 5. *T. de vulgari.*

9 Dicitur, si prius fuit in potestate: Qui est in utero, talis non est. *l.* 161. *T. eod.* adde *Eclog. ibid.* c. 239. 11 Patria potestas finitur morte, vel emancipatione. *Inst. quibus modis jus patriæ potestatis.* 12 Ne hinc tamen colligas, fola captivitate servos fieri, quum etiam alio modo servi fiant. *l.* 5. §. 1. *T. de stat.* 13 *l.* 4. *in fin. T. de stat.* §. 2. *Inst. de jure personarum.* 2 *Eclog.* 2. *c.* 239.

14 Hostem, postquam à nobis captus est, non licet occidere, aut de eo supplicium sumere.

15 *Al.* qui in aliquam regionem. 16 Nec jus civitatis adquisivit: potest enim quis unius civitatis incola, alterius civis. *l.* 29. *T. ad municipalem.* adde *l.* 6. *in fin. T. de muneribus.* 17 Et sensum talis fuit Abrahamus: παροικησεν εν γῆ της ἐπαγγελίας, Hebr. 11. *versf.* 9. Hinc illud: advenas ne esse oportet carnis & mundi, Petrus 1. *c.* 2. *versf.* 11. ἀγγελοι, ἐξουσιαι & δυναμεις ὑποταγεντων αὐτῳ παροικουντα ἐν τῷ οὐρανῷ, contra, cœlum fibelibus non incolatus, sed propria civitas. hinc illud: in τοῦ ἔθνους ἡμῶν πολιτευμα, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχομεθα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, *Philipp.* 3. *versf.* 20. Urbs eth civitas, Varro, 4 *de lingua.* 24 Aratro urbes definiri solitæ: quemadmodum & idem in iisdem videndo indicebatur. *v. l.* 21. *T. quib. mod. usufr.* dixi ad Varronem, 4 *de lingua.* ubi locus est degere ex Catone. 25 Aratro quoque urbantur in urbe exfundanda, id est, evertenda. Nonius. Horat. 1 *Carm.* 16. Senec. 1 *de Clement.* ult. hinc Carthago aratrum passa dicitur, *l.* 21. *T. quæ res pignori.* & templum Hierosolymitanum aratrum à Titio Rufo. Hieronymus. ἀροτριᾶν, ἀροτρίου ἄκρου, ἐπιτροπεύειν. Lucianus *in Dialogo qui Charon.* vide Pett. Fabrum, 1 *semestr.* 8. 26 Oppidum ab ope, Varro, 4 *de lingua. Eclog. ibid.* id est, opibus recondendis aut conservandis: Alter, sed vel murorum oppositione, vel quod dent mutuam operam adversus hostes. 15 Hodie. 1. 1. §. 1. *T. de V. S.* Græci *hic*, id est, non ab opere, sed à causa, propter quam mœnia construuntur.

27 Territorium civitatis, *l.* 41. §. 5. *T. de legat.* 1. oppidi, *l.* 3. §. 4. *T. de sepulchris.* judicis. *l. ult. T. de inoff.* 28 Non extra. *v. l. ult. T. de inoff.* 29 Territorium, locus communis, qui prope quidam relinquitur, ne dictum, quod maxime teratur. Varro, 4 *de lingua.* Aliud etymon profert Hilar. 14 *orig.* 23. territorium, quasi tauriturium, id est, tritum bobus, & aratro. A terrendis civibus, Servius 1 *Æneid. ubi de cand. agrorum.* a terrendis hostibus, Frontinus in *libro de agrorum qualit.* a terrendis. Cujac. ad *l.* 53. *C. de decurionib.* 30 Communem. *Hal.* Imo enim quisque potest dicere, quod commune cum alio habet. *v. l.* 40. *T. de ritu. l.* 74. *T. de leg.* 3. adde *l.* 25. *l.* 58. *in fin. T. eod.* Nam & etiam, quod vindicari potest, non quod est in obligatione, *l.* 27. §. 2. *in fin. l.* 34. *T. de rei vind. l.* 9. *in fin. T. de sepulchris.* 31 *V. l.* 54. *T. solut.* 32 Matrimonium enim dissolvitur divortio, morte. *l.* 1. *T. de divort.* 33 *Arg. l.* 1. *C. solut.* 34 Rata causa conjunctim. *l.* 5. *T. ad exhib. l.* 66. *in fin. T. de contr. empt. l.* 38. *in fin. T. de act. empt.* rata & casa. *l.* 3. §. 6. *l.* 18. *T. ad exhib.* 35 Structile, opus manu constructum. Structiles basis, *l.* 245. *T. eod.* canales, 8 Vitruv. *l.* 8. §. 1. *T. de servitut. vindicatur.* formæ, 9 Pallad. 11. lapides, *l.* 6. §. 5. *T. de servitut. urban. praed.* tectorium, incrustatio ex gypso, & calce, vel ex marmore, *l.* 17. §. 3. *T. de act. empt. l.* 40. *T. de damno. l.* 3. §. 9. *T. uti possidetis.* adde 2 Vitruv. 4. & 7. *c.* 3. 36 Tectorium, incrustatio ex gypso, & calce, vel ex marmore, *l.* 17. §. 3. *T. de act. empt. l.* 40. *T. de damno. l.* 3. §. 9. *T. uti possidetis.* adde 2 Vitruv. 4. & 7. *c.* 3. *l.* 27. *in fin. T. ad l. Aquil. l.* 5. §. 7. *T. commodat.* κονίαμα, qui & albarii. Tertullianus in lib. *de idolatria.* albini in *l.* 2. *C. de exhib. artif.* 37 Malus pars navis. *l.* 44. *T. de evict.*

38 Artemonem navis velum, *l.* 44. & acacium. 39 Artemon. 40 Artemonem, hinc Alciatus colligit, esse velum majori additum, ab ἄλλος alioendo: Baïlius majus velum interpretatur: nam & hinc vocabulo majus velum etiam Veneti appellant. Artemonis & mentio *Act.* 27. *versf.* 40.

41 Projectum fit. *Eclog.* 2. *c.* 241. *l.* 2. *T. de furt. urban.* 42 Mœniana, *v. l.* 2. §. 6. *T. ne quid in loco publico.* mœniana, *Hal.* ut & in *l.* 20. *T. de servit. urban.* Mœnianæ dictæ à Mœnio censore, Festo: Graci τειχεσι appellant. *v. l.* 11. *C. de ædif. privat.* 43 Varro, 3 *de re rust.* fubgrundæ, & subgrundæ. *conf.* 2 Vitruv. 9. Inde subgrundatio, 4 Vitruv. subgrunda, *l.* 25. §. 12. *in fin. T. de damno infecto, & de fugrunda.*

44 Non regulis. *Hal.*

45 *l.* 28. *in fin. T. de act. empt. l.* 14. §. 19. *T. de usufructu.*

46 Hypæthra, *d. l.* 12. §. 20. Latine fubdiatia, subdiales, subdio ambulationes. Vitruvius, Jovi, fulgurali, Soli, Lunæ mundicio hypæthra conficiuntur. adde eundem 5. *c.* 11. 17. Plin. 2 *Paneg.* 4. §. 53. *l.* 8. §. 1. *T. de ferv. urb.*

47 2 Illud. 8.

48 Vidua etiam esse intelligitur, quæ maritum habet inutilem, puta damnatum ad triremes, *d. arg. in l. ult. in verbo arbitrari. C. ad l. Fabiam de plagiariis.* ut Ecclesia sponsi viduata dicitur, quæ Episcopum habet inutilem. *c.* 2. §. *fed neque illud. extra. de translatione Episcoporum.*

49 2 *Eclog.* 2. *c.* 242. Vidua dicitur, quæ virum, nec jam habet, nec unquam habuit. Viduare enim lingua Hetrusca, divideze. 2 Macrob. 15. ita vidua dicetur, valde divisa. vidua etiam dicitur, quæ virum abfentem habet, Plaut. *in Stichо.*

50 Vecors, sine corde. 5 Gell. 12. 2 *Eclog.* 2. *c.* 242.

51 Strecturam. *Hal.*

52 *l.* 57. §. 7. *l.* 18. *T. de act. empt.*

53 V. *l.* 172. *T. eod.*

54 Pœna & 55 Appellatur à multa, non à pœna. Pœna certa est: multa, arbitraria. 56 Quinta differentia pœnæ & multæ.

57 Sic sentio, à pœna legibus statuta appellari non posse: nec enim à legibus ad ipsum Magistratum, legum custodem, appellari potest, *l.* 1. §. 4. *in fin. T. ad Turpill.* a negotio male forrassis a judice intellecto, aut non plene probato, *d. l.* 2. *C. quorum appellationes.* appellari posse: & hic sensus admodum est apertus. 58 Innuitur quarta differentia pœnæ & multæ, de qua dictum in *l.* 131. *in fin. T. eod.* adde *l.* 2. *in fin. T. de pœnis.* 59 Innuitur prima differentia, de qua dictum in *d. l.* 131. *in princ.* 60 *l.* 1. §. 4. *T. ad Turp. v. l.* 15. *T. ad municipalem.* 61 Innuitur tertia differentia, de qua in *d. l.* 131.

62 Structiles bases. *v. l.* 241. *T. eod.* 63 Relegatæ. *Hal.* 64 Lychnus, λύχνος, lucerna. lychni pensiles *Plauto: dependent lychni laquearibus aureis*, Virgil. 1 *Æneid. Sunt. in Julio.* 65 Imo sunt. *l.* 12. §. 13. *T. de instructo.* 66 Prothyrum, seu distyrum hic est velamen, quo ædium ostendicur, alio sensu prothyrum simitur in *Nov. Leon.* 57. idque pars est atrium. *v. Cujac.* 14 *obs.* 2. sed Lipsius 2 *epist.* 7. Prothyrum interpretatur repagula è ferro, vel lapide, vel quæ alia re utcunque depacta, arcendis à vestibulo ædium vehiculis & equis. Prothyrum velamen dicitur in *l.* 12. §. 23. *T. de instructo*: Galli appellant *barriere*, ou *perron.* 67 In ædibus utrumque. Lipsius, 2 *epist.* 7.

68 *l.* 2. *T. ad exhib.* 2 *Eclog.* 2. *c. ult.* 69 *l.* 175. *T. eod. Eclog. ibid.* 70 *Al.* solvit.

TIT. XVII.

DE [DIVERSIS] REGULIS JURIS ANTIQUI.

De Regula.

1. PAULUS [lib. XVI ad Plautium].

REgula [1] est, quæ rem, quæ [2] est, breviter [3] enarrat. † Non [4] ut ex [5] regula jus sumatur, sed [6] ex jure, quod est [7], regula fiat. † Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, &

1 Regulæ *eadem descriptione utuntur.* 2 *Eclog.* 3. 6 *Harm.* 2. De regulis juris, 5 *Extrav. ult.* 5. *Extrav. ult.*

2 Non tamen de omnibus: Desunt enim sequentes: nunc caput sequitur, *l.* 17. §. 7. *T. de injur. curatorem habenti curatorem dari non posse. l.* 20. *in fin. T. de tutoribus datis.* In rem suam tutorem auctorem esse non posse, *l.* 1. *T. de auct. tutor. l.* 21. *C. de furtis.* adde *l.* 13. §. 1. *T. de liber. & posthum.*

3 *Regula*, id est, sententiis, definitionibus. Hujusmodi regulæ magnam utilitatem in omni scientiarum genere afferunt. Inde Vegetius 3. *cap.* 26. recentes regulas quasdam generales bellorum. Idem medicis præstant Aphorismi Hippocratis; Postulata Geometris: quæ primæ Ciceroni, 5 *de finibus.* petitiones Cassiodoro, αἰτήματα Euclidi: Concedenda Martiano Capellæ: Eodem fini Ammianus ex Pauli sententiis quasdam Gothis suis felegit, quæ hodie *receptæ Pauli sententiæ* dicuntur. 4 Ne dicas, *antiquari.* nullæ enim hic inveniuntur regulæ juris à Justiniano antiquati, sed recepti ab antiquæ prudentiæ juris auctoribus, *l.* 21. *C. de furtis.* & confona Jurisconsultorum definitiones, *l. ult. C. Theod. de diversis rescriptis.* hinc regula Canoniana, & illa, quæ certissima dicitur, §. 1. *Inst. de perpetuis & temporalibus*, & vetus, §. 5. *Instit. de satisdationib. l.* 37. *T. de pactis.* Cæterum Cujacius addit *leges* 28. 62. 65. 191. esse alienissimas ab hoc titulo.

5 Κανὼν. 2 *Eclog.* 3. *cap.* 1. definitio, *l.* 202. *T. eod.* sententiæ κυρίαι δίκαι. 2 *Eclog.* 3. *c.* 1. sententiæ, maximæ, ἀξιώματα, petita, postulata. 6 *Est, quæ est*, nomine, qualem rem quæstam & litem intelligunt. vides Græcos rei loco ubique ponere πράγμα. *Eclog. ibid. Harm. ibid.* ἔστιν & πράγματα. Galenus apud Hotom. 2 *obs.* 4. sic sentio: his verbis, *rem, quæ est*, jus significari, quod in ipsa re controversa sequi oportet: vel casum generalem, qua moti sunt prudentes: nam regulæ de facto non respondent, sed de jure, ut *T. eod.* dicam. vel τὰ πράγματα, rem subjectam, id de quo agitur. *l.* 67. *T. eod.* 7 Id est, generaliter, & quidem ex jure, variis in partibus juris constituta recepto. Dicimus ad *d. c.* 1. *in secta. eod.* & plurium legum confentione. Hotom. *ibid.* ita ut nihil sit superfluum, nec tamen obscuritas inducatur. id si contingit, brevitas est laudanda. vide *l.* 37. *C. de donat.* etsi difficile sit, regulas ita componere, ut omnino absolutæ sint, ac perfectæ. *l.* 202. *T. eod.* Fit igitur regulæ proprium, non ut semper signum habeat universale affirmativum vel negativum aut indefinitum, ut Dynus putat: sed ut brevitas primaria consilia, primarium rationem juris contineant indefinitam, pro eo, quod verisimilius est, pro re præsentia opportunitate, pro consuetudine, pro eo, quod est benignius vel favorabilius: ac maxime quidem, cum agitur de libertate, dote, testamento, judiciis, contractibus, pœnis, lucro, onere, majori parte, iuter fiscum, & privatos, de tacito, & expresso, ubi agitur de actus conservatione, de conjunctis & disjunctis, de odio, & favore, de dolo malo, de initio utili vel inutili, de jure novo. Hec Jasonis Rauo, præceptori quondam meo, & apud Lovanienses juris antecessori doctissimo accepta refero. 11 Ne dicas neguid, sed (quia rei vocabulum latissime patet, quemadmodum elsewhere in *l.* 1. *T. de rei. creds.*) juris.

12 Conjectio, vulg. & male. Est enim metaphora sumpta ab oratoribus, qui vel in principio obtentum turius causæ conjiciunt, ut attentiorem faciant auditorem; vel in fine, ut eum commovere dimittant. *Joannes Ramos.* Est igitur hujus legis sententia, quod causæ conjectio est inter Rhetores; regula est inter Jurisconsultos: illa jura omnia litigatorum in summam aliquam contrahit: hæc (ut sic loquar) summa etiam exit & (ut Al. hymissæ loquuntur), quintam essentiam exprimit. hæc Hotom. 2 *obs.* 3. Conjectio igitur apte dicitur, quia ex regula aliquam conjicitur, non aliter, quam ex signis factum.

13 Pura, quia male & perperam est concepta: non quod exceptiones habeat; nec enim exceptio vitiosum quid continet, sed quid potius secretum, aut remotum à regula, quam declarat, & in ea declaranda officium suum facit. Hotom. *ibid.* Potest tamen defendi, exceptionibus vitiari regulam propter speciosam rationem ex circumstantiis singularibus deductam. 14 Ut in fabrica, si prava est regula prima, omnia mendose fieri, atque obliqua necesse est. Lucret. *lib.* 4. Hotom. *ibid.* 15 Os *ejusmodi vs Servianorum.* 6 *Harm.* 2. 16 Id est, functionibus. 17 Id est, virilibus, *l.* 1. §. 5. *T. de postulando. l.* 18. *C. de procuratoribus.* in quibus opera & ministerium requiritur. *l.* 12. §. 2. *T. de judiciis. l.* 2. §. 1. *T. ad Velleian. l.* 13. *T. de vac. mun.*

18 Id est, honoribus & muneribus publicis, *l.* 6. *T. de cæpis minut. l.* 78. *T. de judiciis.* aut personalibus, *l.* 3. §. 3. *T. de muner.* corporalibus. *l.* 18. *ibi tertio officium. T. de verb. sign.* Aliud est in nudis dignitatibus; nobilitatem enim vel a patre, vel a marita accipiunt. *l.* 8. *T. de senatoribus.*

19 Non quia non habent judicium, sed *ipsa lexa*, *l.* 3. §. 2. & *l.* 2. §. 5. *T. de postulando.* jure Romano præsertim & moribus, *l.* 12. §. 2. *T. de judiciis. l.* 2. §. 1. *T. ad Velleianum.* removentur.

20 *l.* 12. §. 2. *T. de judiciis. l.* 18. §. 14. *T. de muner.* hodie usu & consuetudine, statuto, Principis privilegio, hereditarium jurisdictionem mulier habere, vel etiam novam emere seu adquirere potest. Dicitur *hic.* e contrario quædam causæ esse possunt, ut masculus à judicando aliquando excludatur. *l.* 13. *T. de vacationibus.* 21 *l.* 4. §. 2. *T. de officio Proconsul.* 22 *l.* 1. §. 5. *T. de postulando.*

23 Fidejubere. *l.* 4. *T. ad Velleian.* 24 V. *l.* 18. *C. de procuratoribus.* 25 Cicero, 13 *ad Attic. epist.* 12. Idque eum non nolle mihi scripsit. 26 Ejus est nolle, *vulg. Hugo à Porta.* Ejus est non velle, *Rel. pri Ottom.* 2 *Eclog.* 2. *c.* 6. *Harm.* 2. quam lectionem defendit Cujacius, 6 *obs.* 39. & 15 *observ.* 23. reprehensus à Roberto, 2 *receptæ* 26. & 1 *animadv.* 30. defunctus ab Antonio Mercatore, 1 *mutat.* 30. Velle proprie dicitur, qui scienter, *l.* 1. §. 3. *T. de tribut.* nec coactus, *l.* 4. *J. eod.* jubet, mandat, & imperat, aut expressim approbat: nolle, qui scienter, nec coactus, expressim, vel palam vetat, aut refragatur. *l.* 24. *C. de negotiis. Non nolle* is videtur, qui tacite approbat, qui scienter patitur, nec expressim fieri jubet, eligue inter velle & nolle medium. Non est velle, quia palam non jubet: non est nolle, quia palam non repugnat, sed tamen probat. Non velle, non est expressim refragari, sed factum tacite reprobare. Non est velle, quia non jubet. Non est nolle, quia palam non vetat. Non nolle, non est jubere, sed approbando pati. *l.* 1. §. 3. *T. de tributoria.* Non velle, non est vetare, sed tamen reprobando pati. Velle igitur & nolle, est jussio & prohibitio expressa, *l.* 86. *T. de hered. instit.* non nolle, & non velle, tacita. Hæc res redit, velle potes? potes nolle, *ut hic.* secundum Vulgatam; potes etiam non velle, secundum Halmadrum, & Græcos: & non nolle secundum Florentinum. E contrario, non potes cum effectu velle? Non videris nolle, *l.* 4. *T. de acquir. hered.* hoc adde *l.* 37. *T. eod.* nolle non dicimur, quoties velle contrarium utiliter non possumus. *l.* 101. *T. de conditionib. & demonstr.* Nolle adire non videtur, qui non potest adire. *l.* 4. *T. de acquir. hered.* Nolle dicimur, cum contrarium possumus, *l.* 17. §. 7. *T. de adit.* Addamus hæc ex Seneca, 6 *de benef.* 20. Nolle ideo, inquit, minus vult, qui non potest nolle. *& post:* Multum interest, utrum dicas, Non potuit hoc non facere, quia cogitur: an, non potuit nolle. *& post:* Quis tam demens est, ut eam velget voluntatem esse, cui non est periculum defuturi, verrendique si in contrarium: cum ex diverso nemo magis videri debeat velle, quam cujus voluntas usque eo certa est, ut æterna sit? An si is quoque vult, qui potest statim nolle, is non videbitur velle, in cujus naturam non cadit nolle? 27 Imo crediti *l.* 26. §. 1. *in fin. T. de pign. l.* 12. *T. de usuf. l.* 22. *T. de vita.* 28 V. *l.* 4. *C. de adult. 2 Eclog.* 3. *c.* 4. 6 *Harmen.* 2. *Ejus*, qui obsequitur, in actus voluntarius, & spontaneus sit dicendus: an & quomodo voluntas coacta, voluntas dicatur. vide Decium *hic.* An justus superiaris excuset à delicto, *vide l.* 30. *T. de obligat.* an velle dicatur, qui cogitur. vide Cujac. 16 *obs. ult.* adde *l.* 142. *J. eod.* 29 Intelligam. *vulg. Ital.* 30 V. *l.* 5. §. 12. *T. de obl.* 31 V. *l.* 43. *T. de obl.* 32 Ex testamento, vel ab intestato. 33 Id est, qui transtulit, id est, qui passus est recipi *se* transferri, *l.* 88. *in fin. T. de hered. inst.* nam velle multis casibus cum effectu intelligendum est. v. *hic* Decium. 34 Romanum. 35 Vide tamen Socinum, *reg.* 400. 36 Imo patitur, *l.* 15. *in fin. T. de inoff.* 37 Reb. sc. pagani, i. non militis. 38 Vide *l.* 6. *in fin. T. de reg. milit.* §. 5. *Inst. de hered. inst.* 39 Pro parte intestati decedimus, si universalis heres pro parte hereditatem potest repudiare. *l.* 1. *l.* 2. *T. de adq. hered.* Item si portio repudiantis heredis reliquis scriptis hereditibus non adcrescit, *l.* 63. *T. de her. inst.* Ideoque ne id accidat, jus adcrescendi introduxerunt est. Quid, si testator partes omisit? Idem jus erit: si quidem tacite vult, eas scriptis adcrescere. Quid, si vetuit, scriptos heredes adcrescendi jure uti? non probo Dynum, & alios dicentes, nihilominus jus adcrescendi competere, cum id testator vetuerit. Et, ut paucis complectar, non est ex bona fide id herudi adquiri, quod testator ad eum pervenire noluit. *l.* 46. *in fin. T. de hered. inst.* Non probo Bartoli opinionem in *l.* 9. §. 6 *de don. int. vir.* locum rem ad causam intestati reduci. Nec id probo, quod Cicero ait, 3 *fam.* 8 *rep.* 9. 74. testamentum irritum fieri, cum actui, id est, testamento fit favendum, ut valeat. nihil etiam interest, verbis an facto testator voluntatem suam declarat, *arg. l.* 32. *T. de legib.* placet media sententia, in partem non scripeam heredes ab intestato ex præsumpta & collecta voluntate testatoria admitti, ne aliquod actus pereat, *l.* 11. *T. de reb. dub.* nam qui vetat scriptos heredes jure adcrescendi uti, tali prohibitione, & testamentarios confirmat heredes, & ad alias partes vacantes heredes ab intestato Gaii expresse vocat. vide *l.* 74. *T. ad Trebellianum. l.* 16. *in fin. T. de fideic. lib. l.* 32. *in fin. T. ad l. Falcid.* ut jam non ab intestato succedatur, sed ex testamento. Idem dicendum, si discretis, & expressis verbis mandavit, ut partes non expressæ ad heredes ab intestato deferrentur: tunc enim successio non erit ab intestato, sed ex testamento: & ita intelligi cupio, quod satis generaliter scripsi ad *l.* 55. *T. de legat.* 1. ita testamentum non fuerit inutile, quia defunctus testari voluit: neque pars vacans adcrescet scriptis heredibus, quia id vetuit: ab intestato heredibus adquiretur, quia id voluit. adde, statuto aliud constitui posse, quod notavit Decius in *l.* 27. *n.* 7. *T. eod.* his adde, quæ notavi ad *l. ult. T. de jurisd.* quemadmodum ex positacto & accidenti fieri potest, ut qui moriatur pro parte testatus, pro parte intestatus. vide *l.* 19. *in fin. T. de inoff.* 40 Naturaliter inter se pugnantia, contradicentia. 41 Adde, & quatenus, *l.* 34. *T. de pact.* natura, *l.* 8. *T. de exp. minorib. l.* 2. *in fin. T. de usufr. earum rerum. l.* 1. §. 2. *in fin. T. de leg. præst.* §. 11. *Inst. de jure naturali.* 42 *Harm.* 15. §. 6. 43 Legatorum, contractuum, pœnarum: non judiciorum: attenditur enim in his, quod melius esse potest actori. vide Decium *hic.* De obscuro, vide *l.* 22. *in fin. T. de fideic. lib.* de ambiguo, *v. l.* 80. *T. de verb. obl.* 44 2 *Eclog.* 3. *c.* 9. *l.* 11. *l.* 200. *T. eod.* 3 *Harmen.* 8. §. 8. *l.* 14. *in fin. l.* 39. §. 6. *T. de leg.* 1. *l.* 43. *in fin. T. de leg.* 2. *l.* 25. §. 2. *l.* 75. *T. de leg.* 3. *l.* 83. §. 3. *l.* 109 *T. de verb. obl.* & quod benignius, *l.* 56. *J. eod.* verisimilius, aut quod plerunque fieri solet, *l.* 114. *J. eod.* quod minus, *l.* 32. *in fin. l.* 40. *T. de pœn.* quod levius, *l.* 51. *T. de cond. & demonst.* quod utilius dicenti, *l.* 60. *T. de judiciis. l.* 8. §. 3. *T. de leg.* 2. reo & debitori. *l.* 11. *T. de jure dot.*

45 Nisi de legato ad pias causas agatur, *l.* 38. *in fin. T. de testa.* & nisi testatoris voluntas, *l.* 13. *T. de reb. dub.* aut ultius contrahentium repugnet. *l.* 30. *T. de pactis. l.* 24. §. 6. *T. de contr. empt.* nisi obscurum à judice declarari oporteat. *l.* 69. §. 1. *T. de jure dotium.* nisi id, quod minimum est, nullius fit momenti. *l.* 37. *T. de legat.* 2. 46 V. *l. ult.* §. 3. *C. de sportul.* adde 2 *Eclog.* 3. *c.* 11. *l.* 63. *in fin. T. pro socio. l.* 13. §. 1. *T. de adq. poss.*

De fœminis. 2. *De impubes.*

II. ULPIANUS lib. I ad Sabinum.

FOEminæ ab omnibus officiis [16] civilibus [17], vel publicis [18] remotæ sunt [19]: & ideo nec judices [20] esse possunt, nec Magistratum [21] gerere, nec postulare [22], nec pro alio intervenire [23], nec procuratores existere [24]. §. 1. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

Non nolle, velle.

III. IDEM lib. III ad Sabinum.

EJus est non [25] nolle [26], qui potest velle.

IV. IDEM lib. VI ad Sabinum.

VEsle non [27] creditur, qui obsequitur [28] imperio patris, vel domini.

De furioso & pupillo.

V. PAULUS lib. II ad Sabinum.

IN negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fati possunt, quamvis actum rei non intelligerent [29]: nam furiosus [30] nullum negotium contrahere potest: pupillus [31] omnia, tutore auctore, agere potest.

De eo, qui ad alium vult transferre hereditatem.

VI. ULPIANUS lib. VII ad Sabinum.

NOn vult heres esse [32], qui ad alium transferre voluit [33] hereditatem.

De testato & intestato.

VII. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

IUs nostrum [34] non [35] patitur [36] eundem in paganis [37], & testato [38], & intestato decessisse [39]: earumque rerum naturaliter [40] inter se pugna est [testatus & intestatus].

De jure sanguinis.

VIII. IDEM lib. IV ad Sabinum.

IUra sanguinis [41] nullo jure civili dirimi possunt.

De obscuris.

IX. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

SEmper [42] in obscuris [43], quod minimum [44] est, sequimur [45].

De commodis & incommodis.

X. PAULUS lib. III ad Sabinum.

SEcundum naturam est, commoda [46] cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.

De translatione dominii.

XI. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

ID, quod nostrum est, sine [47] facto [48] nostro ad alium transferri non potest.

De interpretatione testamentorum.

XII. PAULUS lib. III ad Sabinum.

IN testamentis plenius [49] voluntates testantium interpretantur.

De effectu exceptionis.

XIII. ULPIANUS lib. XIX ad Sabinum.

NOn videtur cepisse, qui per exceptionem [50] [à petitione] removetur.

De die obligationis.

XIV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti [51] die debetur.

De effectu actionis.

XV. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

[IS], qui actionem [52] habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur [53].

De imaginaria venditione.

XVI. ULPIANUS lib. XXI ad Sabinum.

IMaginaria [54] venditio non est pretio accedente.

De tempore.

XVII. IDEM lib. XXIII ad Sabinum.

CUm tempus in testamento adjicitur: credendum est pro [55] herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris [56] gratia tempus adjicitur.

De acquisitione.

XVIII. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

QUæ [57] legata [58], mortuis nobis, ad heredem nostrum transeunt [59], eorum commodum per nos his, quorum in potestate fumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulari fumus, nam & sub conditione stipulantes [60], omnimodo [61] eis adquirimus, etiamsi, liberatis [62] nobis potestate domini [63], conditio existat.

Quod tempus in stipulationibus spectatur.

PAULUS [64].

SI [65] filiusfamilias sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde existente conditione, patri adhuc competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

De conditione contrahentis vel legatarii. 1. De doli exceptione.

XIX. ULPIANUS lib. XXIV ad Sabinum.

QUi cum alio contrahit [66], vel est, vel debet esse non ignarus [67] conditionis [68] ejus: heredi [69] autem [70] hoc imputari non potest, cum non sponte [71] cum [72] legatariis contrahit [73].

§. 1. Non solet exceptio [74] doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur [75].

De favore libertatis.

XX. POMPONIUS lib. VII ad Sabinum.

QUotiens dubia [76] interpretatio libertatis [77] est, secundum [78] libertatem [79] respondendum erit.

De eo, quod est plus vel minus.

XXI. ULPIANUS lib. XXVII ad Sabinum.

NOn debet, cui plus [80] licet [81], quod minus est, non licere.

De servis. 1. De conditione in arbitrium domini vel procuratoris ejus collata.

XXII. IDEM lib. XXVIII ad Sabinum.

IN [82] personam servilem nulla [83] cadit obligatio [84]. §. 1. Generaliter probandum est, ubicunque in bonæ fidei judiciis [85] conferrur in arbitrium domini [86] vel procuratoris [87] ejus [88] conditio, pro boni [89] viri arbitrio hoc habendum esse.

De dolo, culpa, diligentia & casu.

XXIII. IDEM lib. XXIX ad Sabinum.

COntractus quidam [90] dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam: dolum tantum, depositum [91] & precarium [92]: dolum & culpam, mandatum [93], commodatum [94], venditum [95], pignori [96] acceptum, locatum [97], item dotis [98] datio, tutelæ [99], negotia [100] gesta (in his quidem, & diligentiam [1]) societas [2], & rerum communio [3], & dolum, & culpam quæ sine passus & ignorare non debemus, factum nocet. *l.* pen. *T. de Macedon. l.* 48. *T. de ædilitio edicto.* 68 Id est, status, an sit paterfamilias vel filiusfamilias, servus vel dominus, Cuj. 7 *obs.* 36. Hot. 5 *obs.* 8. hinc legis verba porrigit ad eos, qui vel contrahendi vel distrahendi jus non habent. superioribus adde Ludi Senece, nomina facturi, diligenter in patrimonium, & rasa debitoris inquirimus, 1 *de benef. in pr.* 69 *l.* 42. *J. eod.* 70 Hanc Sabini sententiam esse, Cujac. 7 *obs.* 36. Imo non est. Hot. 5 *obs.* 8. 71 Alias cerpe contrahit. 2 *Eclog.* 3. *in fin. l.* 4. *T. quib. ex caus. in pos.* 72 *l.* 5. §. 1. *T. de obl. & act. l.* 9. *T. de oblig. ex quasi contractu.* & coherentibus. *l.* 25. §. 16. *T. familiæ.* 73 Solvendo scilicet: & ita verbum *contrahere* hic impropric sumitur. Solutio namque est distractus, non contractus: heredi igitur non nocet, si ignorata conditione pecuniam solvit. Imo ne ei quidem nocet scientia, si mandato vetitoris solvit, *l.* 14. §. 2. *T. quando dies. Cujac. 7 obs.* 36. Idem tamen negat Hotoman. 5 *obs.* 8. textum superioris sententiæ requirens. 74 *l.* 34. *in fin. T. de aurr. l.* 15. *T. de ædilitio edicto. l.* 1. *C. de jure dotium. adde l.* 4. *in fin. T. de his quæ ut indign.* 75 *Adde l.* 177. *in fin. T. de reg. milit.* 76 Dubium quid, dixi *C. de reb. dubiis.* 77 Voluntatis. *Petr. Faber.* 78 *l.* 179 *T. eod. l.* 13. *T. de probat. l. ult.* §. 1. *T. de vulgari. l.* 3. *in fin. T. de his quæ in testam. delentur. l.* 24. *T. de manum. inst.* 79 Cujus causa pia dicitur, *l.* 5. §. 2. *C. de comm. serv.* legitime antepositi, deductis enim libertatibus quarta fit. *l.* 8. §. 9. *T. de inoff.* 80 Adde *l.* 26. *J. ad l.* 11. *C. ad l. Jul. de ambit.* 81 *l.* 3. *T. de reg. jur.* in 6. minor potest restitui, ergo appellare, *l.* 43. *T. de minor.* potuit jubere & debuit. 82 Ex contrario valet argumentum, si non potest restitui, ergo appellare, *l.* 43. *T. de minor.* potuit jubere & debuit. 83 Ex contractu civili sc. alias ex delictis & naturali cadit, *v. l.* 14. *T. de obl.* adde *l.* 33. 84 Et actio, *l.* 107 *J. eod.* adde *l.* 208. *J. eod.* 85 Et legatis. *l.* 1. *T. de leg.* 2. *l.* 43. *T. de leg.* 3. 86 Hinc colligo emptionem & locationem in domini, id est, vendentis, vel locantis arbitrium conferri posse. Imo neutrum potest. *l.* 2. *T. de emptione. l.* 25. *T. locati. l.* 5. *T. de oblig. l.* 17. *l.* 108. *in fin. T. de verb. obl.* 87 Item in aliis quibuscunque extraneis. v. Hotom. ad hunc locum. 5 *obs.* 10. 88 Aliqua conditio. Hotom. *ibid.* conditionis vocabulo qualitatem rei approbandæ & reprobandæ intelligo. 89 *l.* 6. *T. pro socio. l.* 7. *T. de contr. empt. l.* 24. *l.* 76. *T. locati. l.* 3. *in fin. C. de datis pro emptore.* qui constituit in arbitrium [alterius] virum intelligit. 90 V. *l.* 5. §. 2. *T. commodati. l.* 108. §. 12. *T. de leg.* 1. 91 *l.* 3. §. 2. *T. commodati. l.* 14. §. 1. *T. de furtis. l.* 1. §. 10. *in fin.* & §. *ult. l.* 2. *l.* 32. *T. depositi. l.* 3. §. 1. *T. mandati.* 92 *l.* 8. §. 3. *T. de precario.* 93 *l.* 8. §. 9. §. 10. *l.* 60. *in fin. T. mandati. l.* 11. *l.* 12. *C. mandati.* 94 *d.* §. 2. & *l.* 18. *T. commodati.* 95 *d.* §. 2. *l.* 35. §. 2. *T. de contr. empt. l.* 14. *T. de furt.* 96 *l.* 42. §. *ult. Inst. quib. mod. re contrahitur.* 97 *d.* §. 2. *l.* 1. §. 10. *T. depositi. l.* 25. §. 7. *T. locati l.* 20. *C. locati.* 98 *d.* §. 2. 99 V. *l.* 7. *C. arbitrium tutelæ.* 100 *l.* 3. §. 9. *l.* 11. *T. de min. v. l.* 30. *C. de administ. tut.* Ibique §. 2. 1 Quidam ex actissimam. Theoph. §. 2. *Inst. de obl. ex quasi contractu.* 2 *d.* §. 2. *l.* 52. §. 2. *T. pro socio.* §. *ult. Inst. de societate.* 3 *l.* 26. §. 4. *l.* 33. §. 15. *T. familiæ. v. l.* 4. *in fin. C. comm. divid.*

pam recipit: sed hæc ita, nisi [1] si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus, in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio [2] convenit: legem [3] enim contractus dedit: excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne [4] dolus præstetur; hoc enim bonæ [5] fidei judicio contrarium est: & ita utimur. Animalium vero casus [6], mortes [7], quæque sine [8] culpa accidunt, fugæ servorum, qui custoditi non solent, rapinæ [9], tumultus [10], incendia [11], aquarum [12] magnitudines, impetus prædonum [13] a nullo [14] præstantur [15].

De eo, quod interest.

XXIV. PAULUS lib. V ad Sabinum.

QUatenus cujus [16] interfit, in [17] facto [18], non in jure [19] consistit.

De cautione.

XXV. POMPONIUS lib. XI ad Sabinum.

PLus [20] cautionis in re [21] est, quam in persona [22].

XXVI. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

QUi potest invitis [23] alienare, multo magis, & ignorantibus, & absentibus [24] potest [25].

De pactis. De causis obligationum. De modo actionum.

XXVII. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

NEc [26] ex Prætorio [27], nec ex solemni [28] jure, privatorum [29] conventione quicquam immutandum est: quamvis obligationum causæ pactione [30] possint immutari, & ipso [31] jure, & per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per Prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur [32]: nisi [33] tunc, cum inchoatur [34] actio [35], inter eos convenit.

De his, qui ex liberalitate conveniuntur.

XXVIII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

DIvus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate [36] conveniuntur, in [37] id, quod facere possunt [38], condemnandos [39].

De eo, quod initio vitiosum est.

XXIX. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

QUod initio [40] vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere [41].

De emptis.

XXX. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

NUptias [42] non concubitus [43], sed consensus [44] facit.

De facto, de eo, quod est impossibile.

XXXI. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

VErum [45] est, neque pacta [46], neque stipulationes, factum [47] posse tollere: quod enim impossibile [48] est, neque pacto, neque stipulatione, potest comprehendi, ut [49] utilem actionem aut factum [50] efficere possit.

De servo, de hominum æqualitate.

XXXII. IDEM lib. XLIII ad Sabinum.

QUod attinet ad jus civile [51], servi pro [52] nullis habentur [53]: non tamen & jure naturali [54]: quia, quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales [55] sunt.

De actore & reo.

XXXIII. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

IN eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri [56] facturus est, durior causa est petitoris [57].

De interpretatione contractuum.

XXXIV. ULPIANUS lib. XLV ad Sabinum.

SEmper [58] in stipulationibus, & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum [59] est; aut si non paret, quid actum est, erit consequens, ut id [60] sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum [61] est, redigenda summa est.

Quibus modis tollitur obligatio.

XXXV. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

NIhil tam naturale [62] est, quam eo [63] genere quidque [64] dissolvere [65], quo colligatum est [66]: ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.

De culpa.

XXXVI. POMPONIUS lib. XXVII ad Sabinum.

CUlpa [67] est [68], immiscere se rei [69] ad se non pertinenti [70].

De condemnatione & absolutione.

XXXVII. ULPIANUS lib. LI ad Sabinum.

NEmo [71], qui condemnare [72] potest, absolvere non potest [73].

De lucrade.

XXXVIII. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

SIcuti pœna [74] ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum [75] facere, si quid ex ea re ad eum [76] pervenisset.

De eo, quod per alium fiat, quominus fiat.

XXXIX. IDEM lib. XXXII ad Sabinum.

IN omnibus cautis pro [77] facto accipitur [78] id, in quo [79] per alium mora [80] fit, quominus fiat.

De furioso & prodigo.

XL. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

FUriosi [81] vel ejus [82], cui bonis [83] interdictum [84] fit, nulla [85] voluntas est [86].

De actore & reo.

XLI. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

NOn [87] debet actori [88] licere, quod reo [89] non permittitur.

§. 1. In re obscura melius est favere repetitioni [90], quam adventitio lucro [91].

De ignorantia.

XLII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

QUi in alterius [92] locum succedunt, justam [93] habent causam

---

[1] l. 1. § 6. T. de pact. l. 35. § 4. T. de contrah. empt. l. 7. C. de comm. dan. l. 6. in fin. C. de pignorat. act.

[2] Vel in contractu. l. 7. § 4. T. de pact. l. 72. T. de contrah. empt.

[3] V. l. 52. T. de cond. indeb.

[4] Dolus ne præstetur, nisi pactus sit. l. 27. § 3. T. de pact. l. 7. T. commodati. l. 5. T. depositi. l. 7. § 10. T. de pact.

[5] Culpa non præstantur. 2 Sent. l. 3. tit. 1. l. 2. l. 16. T. de furt. l. 1. § 7. T. de aedilit. ed. l. 26. § 6. T. mandati. l. 2. T. de minor. l. 32. T. de adm. tut. l. 50. T. de admin. tut. in l. 1. § 1. T. depositi.

[6] Alius è collocatione præstatur. l. 11. T. de negot. l. 1. § 4. T. de obl. l. 26. § 6. T. mandati. l. 2. T. de minor. l. 32. T. de adm. tut. l. 50. T. de admin. tut.

[7] Peremptum, l. 3. § 1. T. mand. l. 8. T. commodati. quarum lectionum, seu exercitus remotionis latitia, l. 15. § 2. Unum. Interdum. l. 26. § 6. T. mandati. l. 40. T. de adm. tut.

[8] Imo præstantur, ut si quis in se casus periculum recepit. l. 1. C. commodati. 17 Quia illis nihil non potest. l. 18. T. commodati. 18 Cujusque. Rav. Goth. Interest, hic est æstimatio lucri adempti, vel damni emergentis propter moram, sive culpam debitoris. Vid. Cuiac. 1 observ. c. 29. Ant. 19 Sic in l. 10. T. de capite minutis. 20 In facto consistunt, de quibus ex facto judicium est, potest enim ex eodem facto pro cautione personarum, l. 118. in fin. T. de verborum obligat. l. 2. T. de ea quod certo loco. temperari, l. 4. T. de ea quod certo loc. l. 17. T. de negotiis. l. 32. T. de jurisdict. l. 16. T. de penis. alias pluris, alias minoris interesse; interdum non interesse quidem: ideo nulla juris definitione id comprehendi potest. Hugo Donell. in libros de eo quod interest. cap. 2. in fin. de ludi quæstionibus adde l. 16. in fin. T. de statu. l. 79. § 1. T. de judiciis. l. 52. § 2. T. ad leg. Aquil. l. 13. T. qui potiores. l. 8. § 13. T. quibus modis pignus. l. 32. T. de usuris. l. 30. in fin. T. de tutelis. 21 In jure ea consistunt, in quibus, cum quid inciderit, constat, quidnam id, aut quale sit: sunt hæc hujusmodi, ut hominum prudentia æstimari & dijudicari possint. Donell. ibid.

22 Imo contendum. l. 4. § 8. T. de fideicommiss. libert. Imo minus; reales namque minuri tenpore, & in extincta tollunturi: personales ad genus, quod nunquam perit, competunt: realis non competitio quadruplum: In reali probandum est dominium, quod est difficile. Solve: Plus continuatur, non tollere quod fit, quam contra aliam agere. vide Bellon. 1 suppetat. 8. Gothofr. Vid. Gail. de tenut. lib. 1. quæst. cap. 5. num. 2599. & Bellon. suppetat. lib. 1. cap. 8. Anf. 23 In remigat. Holland. id est, in pignore, § 4. Institut. quibus mod. re contr. obl. in pactis, l. 21. in fin. T. de pactis. In actionibus, quæ id, quod deest, personalibus suppleant, l. 16. § 3. T. de pign. & privilegiis reali. l. 3. in fin. l. 4. § 3. T. de compens. 24 Nisi ex personalium præcipue mentionem fecerit. l. 7. T. de stipulationibus Prætoriis. 25 Difficilius qui potest, idem & facilius potest. l. 4. § 3. T. de fideicommiss. libert. adde l. 6. T. de tutor. datis. hinc colligunt, neminem cogi eum citare, qui eorum actum exercere possit. Decius. 26 Prædictis eos debet ex pactis, quæ nihil operatis, l. 14. in fin. T. ad Vellejanum. 27 Nisi ratio sit diversa: ut in arbitris, l. 18. T. de arbitris. & judiciis, quorum præsentia alios potest in locum sententiam trahere. l. 39. T. de re judicata.

28 Jure Reipublicæ. l. 2. § 6. T. de administratione rerum. de jurisdictione, & forma juris publici, l. 13. C. de testamentis. de jure naturæ, & quo vide l. 8. T. eod. de Senatusconsultis, Edictis, Principum constitutionibus, bonis moribus. l. 7. § ait Prætor, § de pactis. C. de pactis.

NEmo ideo obligatur [50], quia [51] recepturus est [52] ab alio [53], quod præstiterit.

De ambiguis.

CLXXII. IDEM lib. V ad Plautium.

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra [54] venditorem interpretandum est [55]. §. 1. Ambigua autem intentio [56] ita accipienda est, ut [57] res salva actori sit [58].

De his, qui condemnantur in id, quod facere possunt. 1. De restitutione. 2. De mora. 3. De eo, qui petit quod redditurus est.

CLXXIII. IDEM lib. VI ad Plautium.

IN [59] condemnatione personarum, quæ [60] in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, exorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant [61]. §. 1. Cum verbum *restituat* [62] lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. §. 2. Uni-

cuique sua [63] mora nocet [64]: quod & in duobus [65] reis promittendi observatur [66]. §. 3. Dolo facit, qui [67] petit, quod redditurus est [68].

Posse. 1. De repudiatione.

CLXXIV. IDEM lib. VIII ad Plautium.

QUi potest [69] facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. §. 1. Quod quis, si velit, habere non potest [70], id repudiare non [71] potest.

De servis. 1. De eo, qui in jus alterius succedit.

CLXXV. IDEM lib. XI ad Plautium.

IN [72] his, quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, servus [73] intervenire non potest. §. 1. Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor [74] meus, à quo jus in me transit.

Ne singulis concedatur, quod per Magistratum publice fieri potest. 1. De libertate & necessitudine.

CLXXVI. IDEM lib. XIII ad Plautium.

NOn est singulis [75] concedendum [76], quod per Magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. §. 1. Infinita æstimatio est libertatis [77] & necessitudinis [78].

De eo, qui in jus alterius succedit. 1. De ignorantia.

CLXXVII. IDEM lib. XIV ad Plautium.

QUi in jus, dominium [79] vel alterius succedit [80], jure ejus uti debet. §. 1. Nemo [81] videtur dolo exsequi, qui ignorat [82] causam, cur non debeat petere.

De principali & accessorio.

CLXXVIII. IDEM lib. XV ad Plautium.

CUm principalis [83] causa non consistat, plerunque [84] ne [85] ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

De obscura voluntate manumittentis.

CLXXIX. IDEM lib. XVI ad Plautium.

IN obscura voluntate manumittentis favendum est libertati [86].

De eo, qui jussu alterius solvit.

CLXXX. IDEM lib. XVII ad Plautium.

QUod jussu [87] alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

Si nemo adierit ex testamento.

CLXXXI. IDEM lib. I ad Vitellium.

SI nemo [88] subiit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur [89].

De eo, quod nullius esse potest.

CLXXXII. IDEM lib. III ad Vitellium.

QUod nullius [90] esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

De solemnibus non facile mutandis. De æquitate.

CLXXXIII. MARCELLUS lib. III Digestorum.

ET si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen, ubi æquitas [91] evidens poscit, subveniendum est.

De vano timore.

CLXXXIV. CELSUS lib. VII Digestorum.

VAni [92] timoris justa excusatio non est.

De impossibilibus.

CLXXXV. IDEM lib. VIII Digestorum.

IMpossibilium [93] nulla obligatio est.

Quando peti potest.

CLXXXVI. IDEM lib. XII Digestorum.

NIhil [94] peti potest ante [95] id tempus, quo per rerum naturam solvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi [96] eo præterito, peti non potest.

De eo, qui uxorem prægnantem reliquit.

CLXXXVII. IDEM lib. XVI Digestorum.

SI quis prægnantem [97] uxorem reliquit, non videtur sine [98] liberis decessisse.

Si testator pugnantia jusserit. 1. De impossibilibus.

CLXXXVIII. IDEM lib. XVII Digestorum.

VBi pugnantia [99] inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. §. 1. Quæ rerum [100] natura prohibentur [1], nulla lege confirmata sunt.

De pupillo & auctoritate tutoris.

CLXXXIX. IDEM lib. XIII Digestorum.

PUpillus [2] nec velle [3], nec nolle in ea ætate, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

De evictione.

CXC. IDEM lib. XXIV Digestorum.

QUod evincitur [4], in bonis non [5] est.

De beneficio Principis.

CXCI. IDEM lib. XXXIII Digestorum.

NEratius consultus, an, quod beneficium dare se, quasi viventi, Cæsar rescripserat, jam [6] defuncto dedisse existimaretur? Respondit, non videri sibi, Principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse; quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius [7] æstimationem esse.

De

---

14 *Ulpian. libro 6. ad Sabin. l. 24. l. 1. §. 5. l. 7. quand. dies legat. ced.* 15 *Ulpian. libro 1. ad Sabin. l. 88. l. 2. §. 1. de cond. inst.* 16 *Ulpian. libro 1. ad Sabin. l. 134.* 17 *l. 85. l. 7. de verb. oblig.*

18 Necessitate recepta non accusandum, ex *l. 2. Cod. Just. de inoffic. test. l. 2. §. 1. de mag. conven. vicar. Afric. & Asian. &* 6. *Novell. 22. de magist. conven. provinc. &* 28. *de rescind. in* 6. *cum ob gravem. Sic Ecclesiæ quidem jus est, quod necessitas facit. l. penult. ff. de legation. Clerus enim parati id inveni, Populus exercitari à patre familias consilii, propter extremam necessitatem, sit, l. fin. §. fin. vers. quod quidem. necessitas totum excusat vectigalium fisci. l. 2. C. de pact. quæ fiscus. Quod non est licitum de lege, necessitas facit licitum, cap. quod non est, extra. de reg. juris. Necessitas non habet legem. Non ignorat tamen ea, quæ diuturna paupertate turpissimam vitam agit. l. 41. §. 1. ff. de usur.*

19 Consequentia. *l. 14. ff. de obligat. ad regulas juris. l. 15. ff. de legib. in urbe Roma. Ridic. ibid. Rursus, ibid. id est, exemplum hinc sine exemplo sibi sumere. §. 9. in fin. Inst. de jure natur. gent. & civil. ex consequente.*

20 Cui jus est, &c. Rursus hic ordo rerum est, dixi ad *l. 6. §. 10. ff. arbor furtim cæsar.*

21 Argumentum à majori ad minus: Qui potest donare, potest vendere, multo magis emendere, 2 *Ridic. §. 2. 118. adde l. 21. ff. ad fisc.* cui testamenti factio est, donare potest mortis causa, & non causa, *l. 7. in fin. ff. de don.* sic qui potest alienare, potest alienationi consentire. *l. 167. §. 1. ff.* Ut autem argumentum à toto juris. *l. 7. ff. de excep. rei judicatæ.* 22 Et contra prohibitus vendere, donare non potest. Imo potest. *l. 4. C. de fidejussoribus.* sive: Voluntati defuncti non repugnat, qui donat servum, quod extra familiam vendere, aut pignori dare non potuit. 23 *Κυριεύειν ἐστὶ τοῦ δύνασθαι διαθέσθαι. Ecleg. ibid.* id est, etiam cedere potest: concedendi incabulo quidam intelligunt cohærentium contractum. 24 Imo non est. Decurio donare potest, vendere non potest, *l. ultim. C. de præd. decur.* id merito sublatum. *Novell.* 38 27 2 *Ridic. §. 2. 129.* alias non constituta minime transmittuntur. *l. 11. ff. eod. l. 26. l. 38. ff. de obligationib. §. 1. in fin. Inst. de perpetuis. l. ult. C. ex delictis defunctor.* Quin non omnia constituta in heredes transeunt, heredes rei ob delictum paucis exceptis; non tenentur: nisi lata sententia. *l. 20. ff. de accus.* 26 In judicio, & sic contestata. 27 Majus cui licet, eidem minus est permissum. *vide l. 21. l. 66. ff. eod.* 28 Vide *l. 110. §. 1. ff. eod.* 29 Argumentandi species: a contrario sensu ortus: nunquam ita quisquam locupletabendus est, ut immunis à satisfaciendo sit ejus nomine, quem defendit. *l. 51. §. 1. §. 2. in fin. l. 52. l. 53. ff. de procurat.* nisi necessitatem personam defendat. *l. 3. ff. in jus vocati. l. 2. §. 2. ff. qui satisdare. adde l. 95. ff. eod. l. 224. §. 1. ff. de verb. sign. l. 63. in fin. ff. ad Falcid.* 30 Propriè, licet impropriè, ratione personæ, *l. 55. ff. de cond. & demonstr.* vel instructus. *l. 4. ff. de ædil.* 31 *V. l. ult. ff. de cond. caus. data l. 77. in fin. ff. de verb. obl. §. 14. Inst. de act.* 32 Vide Cicer. 2 de Inventione, *ubi de furca.* 33 *l. 169. §. ult. adde l. 137. ff. eod.* vel Superiorib. *l. 237. ff. eod.* 34 Justus judicis executor à dolo & delicto, *l. 7. §. 4. ff. de jurisdict. l. 5. 2. in fin. ff. de minor. l. 8. ff. de lege commissoria. l. 4. ff. de aqua pluv. l. 13. §. 2. ff. de injuriis.* non coercet tamen ad lucrum, idque licitè Oldendorp. *Class. 2. act. 3. in fin.* 35 Imo non habet. Non enim aut omnia jubere possumus, aut omnia servi parere coguntur. *l. 155. ff. eod.* Senec. *5 de benef. 20.* 36 Cujacius, *vulg. Hugo à Porta.* 37 Id est, interpretatio. 38 Vid *l. 56. ff. eod. l. 37. ff. ad l. Aquil. cap. qui facit per alium. 72. de reg. in 6. v. l. 5. C. de accusat.* 42 Imo est. *vide l. 1. §. 13. ff. quod vi.* 43 *l. 167. in fin. ff. eod. v. l. 11. §. 7. ff. quod vi.* 44 *l. 35. ff. de jud. l. 12. in fin. l. 25. §. 1. ff. de usufr. l. 9. ff. de reb. cred. l. 2. §. 1. ff. de Senatusc. Macedoniano. l. 43. ff. de ædil. l. 20. ff. de donat. inter. vir. l. 9. §. 2. ff. de liberis. l. 59. §. 6. ff. de verb. oblig. l. 36. §. 4. ff. de leg. 2. l. 33. §. 3. ff. ad leg. Falc. l. 2. §. 3. ff. unde legit. l. 43. §. 2. ff. de adquir. rer. dom. l. 28. ff. eod. 2 Ridic. §. 2. 168.* 45 Res judicata, *l. 116. in fin. ff. de verb. obl. §. 5. Inst. quib. mod. jus patriæ.* factum Prætoris juri derogare non debet. *l. un. C. qui pro sua jurisdict.* 46 *2. ex qua fiunt à judice. 26. de reg. in 6.* 2 Ridic. *§. 2. 166.* 47 Ex jurisdictionem. vide *l. 28. ff. de jurisdict.* 48 Imo est: ei nunquam obtemperandum. *l. 167. ff. eod. l. 199. ff. eod.* 49 Tunc etiam habetur pro privato.

50 Puta, ad opus fisci impensa Titio restituendum. 51 Id est, quamvis: ut sit sensus: Non si fiscus impensas, sed nomine factas, ab eodem potest repetere, tenetur eas actori præstare: est enim iniquum, innocentem necessitas facta obligari. *l. 12. ff. de aqua pluv.* 52 Judicio communi dividendo Scil. 53 Puta à Mævio facio, qui aqua Titio damnolim fecit. 54 Pactio obscura, vel ambigua venditori nocet. 1 *Harmenop. 15. §. 18. l. 39. ff. de pactis. l. 33. in fin. ff. de contrahend. empt.* & stipulatori, *l. 38. §. 15. ff. de verb. oblig.* quia potuit re integra apertius dicere, *l. 21. ff. de contrah. empt.* Imo venditori est utile, *l. 24. ff. de contrah. empt. Solve*, ut ibid. 55 Aliud in oratione aperta, & magis verisimili, *l. 34. ff. eod.* beneficiis Principum, *l. 43. ff. de vulgari.* judiciis. §. 1. *Inst. de confection. Decius hic.* 56 *ivery-374.* 2 *Ecleg. 3. c. 167.* Intentio judicialis ambigua sic interpretanda intelligitur, *l. 66. ff. de judiciis. l. 20. in fin. ff. de excep. rei judic. l. 83. §. 1. ff. de verb. obl.* 57 Ne alioquin actus ipse pereat. *l. 12. ff. de reb. dub.* 58 Si tamen id interpretatio facta postea: quid enim, si testatoris impugnet voluntatem? *l. 7. ff. de vulgari.* quid, si exceptionibus deliberatur? 2 *Ridic. §. 2. 81. l. de bell. captiv.* 59 1 *Harm. 4. §. 41.* 60 *l. 20. ff. eod. l. 12. ff. solut. l. 62. de re jud.* 2 *Ecleg. 3. c. 169.* 61 *l. 30. ff. de re jud.* 62 *V. l. 38. §. 2. ff. de usur. l. 75. ff. de verb. sign.* 2 *Ecleg. 3. c. 169.* 63 *V. l. 134. in fin. ff. eod. ex mora fieri incipit, qui in ea versatur. 24. de reg. in* 6. *l. 3. ff. de rebus cred. l. 22. in fin. ff. depositi. l. 3. in fin. ff. de actionib. empti. l. 32. §. 3. ff. de usufr. 14. ff. de jure deliberandi.*

64 Necet tamen mora rei fidejussori. *l. 88. ff. de verbor. obl.*

65 *l. 32. §. 4. ff. de usur.*

66 Vide tamen *l. pen. ff. de duobus reis.*

67 *c. dolo facit. 65. de reg. in* 6. *l. 8. ff. de dolo malo.*

68 Idem si quis petit, non alii, *l. 44. ff. fin. ff. solut.* sed nec ex interdicto recuperandæ. *v. l. 14. C. de agricolis & censitis.*

69 Potentia faciendi factum repræsentat. *l. 50. ff. de contr. empt. l. 1. §. 8. ff. si quis omissa causa. l. 40. ff. de cond. & demonst.*

70 Quod non potest haberi, repudiari non potest. *l. 18. ff. de acquirend.*

71 Repudiatio est quædam privatio, quæ subjectum aliquod præsupponit. *l. 8. §. 2. ff. de aptione. l. 59. §. 6. in fin. ff. de hered. inst.* vide *l. 3. ff. eod.*

72 In omnibus officiis, quæ. *Hal.*

73 *V. l. 32. ff. eod.*

74 Vid. *l. 120. l. 160. in fin. ff. eod.*

75 Id est, privatis.

76 Nemini permittendum est, ut sibi jus dicat, 2 *Ecleg. 3. c. 171. l. 7. C. unde vi. v.* tamen *l. 54. C. de decur.*

77 Vid. *l. 106. ff. eod. l. 2. ff. de bonis libertor.*

78 Id est, conjunctionis sanguinis. *Goth. v. l. fin. ff. de just. & jure. Aut.*

79 Dominium vel alterius, *vulg. Hahoud.* vide *l. 69. ff. eod. l. 37. ff. de acquirend. hered.* 2 *Ecleg. 3. c. 174.*

80 *l. 47. ff. de contr. empt. l. 1. §. pœnultim. l. 41. & seq. ff. de aq. quotid.*

81 3 *Harmen. 3. §. 56.*

82 Vid. *l. 19. ff. eod.*

83 *l. 129. in fin. ff. eod. l. 2. ff. de peculio.* 2 *Ecleg. 3. c. 175.* 2 *Harm. 18. §. 19.*

84 Si non eadem est ratio, sed diversa. Decius *hic.*

85 Puta, ulterius.

86 *V. l. 20 ff. eod.* 2 *Ecleg. 3. c. 175.* 2 *Harm. 18. §. 19.*

87 *V. l. 50. ff. de solut. Ecleg. ibid. c. 176.*

88 *l. 12. §. 3. ff. de bonis libert. l. 1. §. 1. ff. quis ordo in bonor. possid.*

89 Et res ad intestati causam redit, *d. §. 1. l. 89. ff. eod. l. 9. ff. de test. tut. l. 10 §. 4. in fin. l. 38. in fin. ff. de vulgari.* nisi heredes pro adita habeant, & nisi testator pro adita esse velit, quod fieri potest.

90 Inquisitione evenit propter codicillos, vel similes clausulas. 90 *l. 83. §. 5. ff. de verbor. oblig.* 2 *Ecleg. 3. c. 178.*

91 *l. 85. in fin. l. 90. ff. de in integrum. l. 2. ff. de const. princ.* de æquitate alibi dixi. *Goth. V. Joan. Janer. Periador. rerum quotid. lib. 2. cap. 10. Aut.* 92 Vide *l. 4. ff. si cui plus quam per legem. & l. 13. §. 3. ff. de re jud. qui & Scævol. §. pœnult.* 2 *Ecleg. 3. c. 180.* 93 *V. l. 138. ff. de verb. oblig. Ecl. d. loc. v. l. 21. c. nemo potest ad impossibile obligari. C. de reg. in* 6.

94 Tempore plus petitur. 1 *Harm. 2. §. 32. §. 3. vers. tempus. Inst. de action.* 95 *V. l. 73 ff. de verb. obl. Ecleg. d. loc. c. 182.* 96 *V. l. 46. ff. de verb. obl. Ecl. ibid.* adde *l. 47. ff. eod.* 97 *l. 18. ff. quando dies legati. Ecl. ib. c. 183.* 98 De hac conditione, *si sine liberis*, adde *l. 77. §. 13. l. 89. §. 5. ff. de legat. 2. l. 17. §. 4. ff. ad Trebell. l.* 148. ff. *de verb. sign.* 99 2 *Ecl. 3. c. 184. l. 26. ff. de cond. inst. l. 13. §. 3. l. 27. ff. de reb. dub. v. l. 14. C. de fide instrum.* 100 *V. l. 27. ff. de oblig.* 1 *V. l. 8. & 185. ff. eod.* adde *l. 12. §. 2. ff. de captivis. Ecl. ib. c. 185. Goth. Adde l. 5. §. 2. ff. commodati. l. 2. ff. de fidejussor. Aut.* 3 *V. l. 2. §. 19. ff. ad Senat.* 4 *l. 42. ff. de adq. rer. dom. l. 25. ff. de verb. sign. v. l. 49. ff. de verb. sign.* 5 Imo est. *v. l. 15. §. 6. ff. qui testam.* 6 Privilegium alicui datum tanquam viventi, ei mortuo non competit, id est, ad heredes non extenditur. *Ecleg. ib. c. 187.* 7 *Harm. 3. §. 19.* facit *l. 2. ff. quæ sent. sine appellatione.* 7 Interpretatio privilegii, vel beneficii spectat ad Principem, qui concessit. *l. 43. ff. de vulgari. Ecleg. ibid.*

De heredibus & obligatione individua. 1. De re dubia.

CXCII. MARCELLUS lib. XXIX Digestorum.

EA, quæ in partes dividi non possunt [8], solida [9] à singulis heredibus debentur. §. 1. In re dubia benigniorem [10] interpretationem sequi, non minus justius est, quam tutius.

De additione cum tempore mortis confirmanda.

CXCIII. CELSUS lib. XXXVIII Digestorum.

OMnia fere jura heredum perinde habentur, ac si continuo [11] sub tempus mortis heredes extitissent.

De heredibus heredum.

CXCIV. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

QUi per successionem, quamvis longissimam [12], defuncto heredes constituerunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt.

De expressis & tacitis.

CXCV. IDEM lib. VII Differentiarum.

EXpressa nocent [13], non expressa non nocent.

De privilegiis.

CXCVI. IDEM lib. VIII Regularum.

PRivilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: & ideo quædam ad heredem transmittuntur, quæ causæ [14] sunt: quæ personæ [15] sunt, ad heredem non transeunt.

De conjunctionibus. De licito & honesto.

CXCVII. IDEM lib. singulari de ritu nuptiarum.

SEmper in conjunctionibus [16] non solum, quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum [17] sit.

De dolo tutorii.

CXCVIII. JAVOLENUS lib. XIII ex Cassio.

NEque in Interdicto [18], neque in exteris [19] causis pupillo nocere oportet dolum [20] tutoris, sive [21] solvendo est, sive non est.

De eo, qui imperio Magistratus non paruit.

CXCIX. IDEM lib. VI Epistularum.

NOn potest dolo carere, qui imperio Magistratus non [22] paruit.

De minori iniquitate eligenda.

CC. IDEM lib. VII Epistularum.

QUoties nihil sine [23] captione investigari [24] potest, eligendum est, quod minimum [25] habeat iniquitatis.

De his, quæ ex testamento proficiscuntur.

CCI. IDEM lib. X Epistularum.

OMnia, quæ ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus [26] capiunt, si initium [27] quoque sine vitio ceperint.

Definitiones esse periculosas.

CCII. IDEM lib. XI Epistularum.

OMnis definitio [28] in jure civili periculosa est: parum [29] est enim, ut non subverti possit.

De damno & culpa.

CCIII. POMPONIUS lib. VIII ad Quintum Mucium.

QUod quis ex culpa sua damnum [30] sentit, non intelligitur damnum sentire [31].

De actione.

CCIV. IDEM lib. XXVIII ad Quintum Mucium.

MInus [32] est actionem habere, quam rem.

De his, quæ à nobis abire possunt.

CCV. IDEM lib. XXXIX ad Quintum Mucium.

PLerunque fit, ut etiam ea, quæ [33] nobis abire possunt, proinde [34] in eodem statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent: & ideo, quod fisco obligamus, & vindicare [35] interdum, & alienare, & servitutem [in] prædio imponere possumus.

Ne quis lucretur cum jactura alterius.

CCVI. IDEM lib. IX ex Variis lectionibus.

IUre naturæ [36] æquum est, neminem cum alterius detrimento [37] & injuria fieri locupletiorem [38].

De re judicata.

CCVII. ULPIANUS lib. I ad Leg. Juliam & Papiam.

REs judicata [39] pro veritate accipitur.

Desinere habere.

CCVIII. PAULUS lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

NOn potest videri desisse habere [40], qui nunquam habuit.

De servitute.

CCIX. ULPIANUS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

SErvitutem [41] mortalitati [42] fere comparamus.

De institutione.

CCX. LICINNIUS RUFINUS lib. II [43] Regularum.

QUæ [44] ab initio [45] inutilis fuit institutio, ex postfacto [46] convalescere non potest.

De servo & absentia Reipublicæ causa.

CCXI. PAULUS lib. LXIX ad Edictum.

SErvus [47] Reipublicæ causa abesse non potest.

Explicit ex ordine Digestorum Liber Quinquagesimus feliciter.

Lex Græca in aliis editionibus omissa restituenda.

Sub Titulo Pandect. *de via publica, & si quid in ea.* lib. XLIII. tit. X.

Ἐκ τῶν Ἀρτεμιδωρου μηροσίδου τῶν Παπιανῶν.

Οἱ δημοσιῶναι ἐπιμελείσθωσαν τοῦ τε τῆς πόλεως ὕδατος, ὅπως ἂν ὁμαλίζωσιν, καὶ τοὺς ῥαδιουργοῦντας καὶ βλάπτοντας τοὺς ἀγωγοὺς καὶ χαράσσοντας ὕδωρ ἀφ' ἑτέρου. §. 1. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ ὅπως αἱ ὁδοὶ τετριγῶσι τῶν ἄκρων, καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς αἰκίας, ἃ εἰς τὸν ὑδατα φέρει, μὴ σφαλερὸν ᾖ. ἵνα, ὡς δεῖ, κυβερνῶσιν αἱ ἀναβάσεις τῶν αἰκιῶν, καὶ ἐπισκοπῶσιν. Ἐὰν δὲ μὴ κυβερνῶσιν, μηδὲ ἐπισκοπῶσιν, ζημιούσθωσαν αὐτούς, ἵνα ἀσφαλῆ ποιήσωσιν. §. 2. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ, ὅπως μηδεὶς ὀρύσσῃ τὰς ὁδοὺς, μηδὲ χωννῇ, μηδὲ κλειστὰς τὰς ὁδοὺς μηδὲν. Εἰ δὲ μὴ, ὁ μὲν ἐλεύθερος ἔστω δ' ἀνδράσι δὲ μαστιγούσθω, ὁ δὲ ἐλεύθερος ἐπιδικαζέσθω τοῖς ἀγορανόμοις. οἱ δὲ ἀγορανόμοι ζημιούτωσαν κατὰ τὸν νόμον, ἢ τὸ χαλκοῦς κολλυβιστῶσι.

§. 3. Ἐπισκοπείτωσαν δὲ τὰς ὁδοὺς τὰς δημοσίας, καὶ τοῦτο αὐτὸ εἰκάσωσαν· ὥσπερ καὶ τοὺς νεκροτάφους ἐκκαθαίρειν τοὺς ἐν τῷ πωμοδρόμῳ καὶ ἐπισκοπείτωσαν κατὰ τὰς, ὡς ἂν μὴ κωλύῃ ἀμιξίαν ὑπάρχειν· ὅσοι δὲ μὴ ἐπισκοπῶσιν εἰκάσωσι, ἐὰν μὴ ἐπισκοπῶσι, ὁ διωκόμενος, αὐτὸς ἐπισκοπείσθωσαν τὸ ἀκάλυπτον καὶ τὰ μιαρά. §. 4. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ, ὅπως ὑπὸ ἀγορανόμων μηδεὶς ἀφορολόγητον ᾖ. κωλύει γὰρ ἐμπόλιος ὑγιὴς, καὶ τέκνων τροφὰς ἐκδιδῷ. Τιμήσωσι δὲ ὧν τὸν, ὅσα μὴ κωλύει ἀμιξίαν βαδίζειν. §. 5. Μὴ ἐξετάσωσι δὲ μηδὲ μισθωτὰς τὰ τῶν ὁδῶν, μηδὲ κηπάρια σκάπτωσιν, μηδὲ τεκμῆ, μηδὲ ἀγρικὰ ῥίπτειν.

AMSTELODAMI,
Typis Ludovici & Danielis Elzeviriorum.
CIↃ IↃC LXIII.

8 Ut via, ut rectus, aquæductus. *l. 17. T. de servitut. l. 11. §. 24. T. de leg. 3. l. ult. T. de servitute legata.* 9 *l. 2. §. 2. T. de verb. oblig.* 10 *1 Harmen. 15. §. 12. v. l. 155. in fin. T. ad l. 54. T. de adq. hered.* 11 *l. 138. T. ead. v. l. 3. T. de hered. petit. l. 5. §. 1. T. quod cuiusc. 20. l. 7. in fin. T. de aqu. hor. l. 28. in fin. T. de stipulat. serv. l. 85. l. 70. T. de verb. sign. quæst. l. ult. C. de hered. inst.* 12 Nihil heredis vocabulo adjecta sit restrictio, puta, *leges heredibus ipsa scripsit*: nihil agatur de odio, nisi quædam specialis affectio defuncti aliud suadeat. vid. Decium *hic*. Goth. Adde *l. 65. l. 170. T. de verb. signific. l. 22. C. de legat.* Ans. 13 Interdum *fc. l. 77. T. ead. l. 77. in fin. T. de cond. & demonstr. l. 132. T. de verbor. oblig. l. si quis semperunus. 68. T. de hered. inst. l. si ita legatum fit. 67. T. de legat. 1. l. nonnunquam. 52. T. de condit. & demonstr.* Interdum vero magis prosunt quam taxia, de quibus vide Decium *hic*. 14 Πεφύκασι ἔνιοι ἀνθρωποι. *2 Eclog. 3. c. 193.* 15 Vid. *l. 68. T. ead.* 16 *4 Harmen. 6. de τῶν γάμων. 2 Eclog. 3. c. 192.* in conventionibus; *Rittand.* contractibus. *Dynus.* 17 *l. 144. T. ead. bonorum. Eclog. ibid.* naturale jus & pudor. vide *l. 14. l. 42. T. de ritu.* facit *lex 10. §. 2. T. de justitia.* 18 *l. 11. §. 6. T. quod vi.* Goth. Adde *l. 49. T. ead.* Ans. 19 *l. 76. de reg. in 6.* 20 *l. 4. T. quando ex facto tutoris. c. delictum personæ. 76. de reg. in 6.* 21 *2 Eclog. 3. c. 194.* 22 *l. un. T. si quis jus dicenti. l. 13. §. 2. T. de imperio.* 23 Χωρὶς ἐπιβολῆς. *Eclog. ibid. c. 195. 6 Harmenop. 2.* 24 Fieri non potest, *ἐν ἐνεχομένῳ γενέσθαι. Eclog. cap. 195. 6 Harm. 2.* 25 Τὸ ἧττον κακόν. *Eclog. 3. c. 195.* id est, æquitas, æquum bonum, *l. 6. T. de jure dotium.* utilius, *l. 3. T. de confessis. l. 5. T. si pars hereditatis.* hinc illæ regulæ: Ex duobus malis minus eligendum. Lic. *offic. 3.* Odia restringi, *cap. odia. 15. de reg. in 6.* adde *l. 9. T. ead.* Goth. *Jacull. l. 13. §. ult. T. de minorib.* Ans. 26 Id est, effectus, ἀποτέλεσμα. *2 Eclog. 3. c. 197.* 27 *l. 29. l. 178. T. ead. l. 210. J. ead. v. l. 1. T. de regula Catoniana.* 28 *l. 1. T. eod. adde l. 32. T. ad. vinnic. accor. Evag. ibid. cap. vide 6 Harm. 2.* 29 Id est, vix est: sic Græci interpretes τὸ ἀνατρεπτὸν vel ἀνατρεπτικὸν. *Eclog. ib. Harmen.* Goth. Alii legunt, *rarum est*, vide Cujac. *lib. 17. obs. cap. 17.* Alciat. *lib. ult. parador. cap. 9.* Cervat. *lib. 2 miscel. cap. 6* Vigl. *ad Pr. Inst. de stipulan. n. 25. S. L.* 30 *cap. damnum. 86. de reg. in 6. l. Contumelias. Richin. ibid. c. 109. l. 46. §. 5. T. de pact. l. 9. in fin. l. 17. in fin. pr. T. de usufructu. l. 44. §. 3. T. solut. l. 15. T. si qui caussa caus.* 31 Ab alio fit. 32 Re, effectus idem fictione *l. 15. T. ead.* adde *l. 38. §. 9. l. 103. T. ead.* 33 Quæ à nobis, *vulg. Hal.* 34 Perinde *vulgus. Hal.* 35 Non ideo minus est, ut nostrum, recte vindicabimus, quod abire à nobis dominum speretur. *l. 66. T. de rei vind.* 36 Natura, *l. 14. T. de cond. ind.* ex æquo & bono, *l. 65. T. de cond. indeb.* jure gentium. *l. 25. in fin. T. rer. amot.* 37 Locupletari cum alterius injuria, jure naturæ non est æquum. *2 Eclog. 3. c. 200. d. l. 14. tit. locupletari. 43. de reg. in 6. l. 16. T. de servit. rustic. prad. l. 13. §. 1. T. communia prædiorum.*

l. 17. §. 4. in fin. T. de instit. l. 12. §. 1. T. de distract. pign. l. 2. §. 20. T. ne quid in loco publico. 38 Minor ita obligatur, quatenus est locupletior. *l. 1. T. de auctor. tut.* Fallit tamen hæc regula in usucapionibus, *l. 1. T. de usurpat.* & quoties utilitas publica usum non impedit ei alienæ exigit, *l. 15. §. 2. T. de rei vind. l. 23. T. comm. præd. l. 11. T. de evict.* 39 *l. 24. in fin. T. de stat.* 40 *l. 83. l. 174. T. ead.* Desisse non videtur, quod non incepit, *l. 5. T. de injust. l. 96. in princ. & §. 1. T. de condit. & demonstr. l. 13. T. de furt. l. 116. T. de verbor. oblig. l. 29. T. quem. adm. servitutes amittuntur.* Privatio namque, ut dici solet, habitum præsupponit. 41 *1 Harmen. 14. §. 6.* & manumissionem. vide *l. 91. T. de solution.* 42 V. *l. 159 in fin. T. de cond. & demonst.* 43 Quo de formulis testamentorum scripsit. 44 *5 Harm. 5. §. 23.* 45 Vide *l. 29. T. ad.* 46 Id est, tractu temporis. 47 Adde *l. 140. T. ead.*

D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI

PRINCIPIS PP. A.

CODICIS,

REPETITÆ PRÆLECTIONIS

LIBRI XII.

MANCHESTER LAW LIBRARY

UAB Biblioteca de Ciències Socials

IMPERATORUM NOMINA, QUORUM

Constitutiones duodecim libris Codicis sunt insertæ.

HADRIANUS.
Antoninus Pius.
Divi fratres, sive M. Antoninus & Verus.
M. Ælius Antoninus solus.
Ælius Pertinax.
Severus & Antoninus Caracalla.
Antoninus Caracalla solus.
Antoninus Heliogabalus.
Alexander.
Maximinus.
Gordianus.
Philippus.
Decius.
Gallus & Volusianus.
Valerianus & Gallienus.
Gallienus & Valerianus Junior.
Gallienus solus.
Claudius.
Aurelianus.
Probus.
Carus, Carinus & Numerianus.
Carinus & Numerianus.
Diocletianus.
Diocletianus & Maximianus Herculius.
Constantius & Maximianus Galerius.
Constantinus Magnus.
Constantinus Junior, Constantius & Constans.
Constantius & Constans.
Constantius solus.
Constantius & Julianus.
Julianus.
Jovinianus.
Valentinianus & Valens.
Iidem & Gratianus.
Valens, Gratianus & Valentinianus II.
Gratianus & Valentinianus II.
Iidem & Theodosius.
Valentinianus II. Theodosius & Arcadius.
Theodosius & Arcadius.
Iidem & Honorius.
Arcadius & Honorius.
Iidem & Theodosius Junior.
Honorius & Theodosius Junior.
Theodosius Junior solus.
Iidem & Valentinianus III.
Valentinianus III. solus.
Idem & Martianus.
Martianus solus.
Leo.
Idem & Anthemius.
Leo Junior & Zeno.
Zeno solus.
Anastasius.
Justinus.
Justinus & Justinianus.
Justinianus solus.

LITERARUM NOTÆ,

Quæ per duodecim Libros Codicis, vel Constitutionum inscriptionibus, vel temporum denotationibus hinc inde visuntur, ne cui forte caliginem objiciant, ad hunc modum legi debent.

A.	*Augustus.*
AA.	*Augusti.*
A. & C.	*Augustus & Cæsar.*
AA. & CC.	*Augusti & Cæsares.*
Accept.	*Acceptæ.*
C.	*Cæsar vel Clarissimus.*
CC.	*Cæsares vel Clarissimi.*
CC. Coss.	*Clarissimis Consulibus.*
Cæs.	*Cæsar.*
Cæss.	*Cæsaribus.*
Civitat.	*Civitatis.*
Cl. Cæs.	*Clarissimus Cæsar.*
Com.	*Comes.*
Com. R.P. vel rer. priv.	*Comes rerum privatarum.*
Com. s.l. vel sacr. larg.	*Comes sacrarum largitionum.*
Cos.	*Consule.*
Coss. vel Conss.	*Consulibus.*
Cons.	*Consulario.*
Conss. vel CP. vel Const. vel Constantinop.	*Constantinopoli.*
Correct.	*Correctori.*
D.	*Data vel dicta.*
Dat.	*Data.*
D.S.	*Data subscripta.*
D. PP.	*Data proposita.*
DN.	*Domino vel Domino nostro.*
Dix.	*Dixerunt.*
Emiss.	*Emissa.*
Fl.	*Flavius.*
G.	*Gesta.*
Gen. P.P.	*Gennadio Præfecto Prætorio.*
Id.	*Idus vel Idibus.*
Imp.	*Imperator.*
Impp.	*Imperatores.*
In for. Tr.	*In foro Trajani.*
IV.	*Quarto.*
Kal.	*Kalendas vel Kalendis.*
L. Jul.	*Legem Juliam.*
Lect.	*Lecta s. apud acta.*
Mag.	*Magistro.*
Magist. mil.	*Magistro militum.*
Mag. off.	*Magistro officiorum.*
N.	*Nobilissimo.*
N. Cæs.	*Nobilissimo Cæsare.*
NN. Cæss.	*Nobilissimis Cæsaribus.*
Non.	*Nonas vel Nonis.*
N.P. vel Nob. P.	*Nobili vel Nobilissimo puero.*
Off.	*Officiorum.*

P. vel Pr.	*Præsidi.*
Præs. prov.	*Præsidi Provinciæ.*
P.P.	*Proposito vel perpetuo, vel Præfecto Prætorio.*
Pf.	*Præfecto.*
PP. G.	*Proposita gesta.*
P.V.	*Præfecto urbi vel vigilum.*
P. vig.	*Præfecto vigilum.*
P.U.R.	*Præfecto urbi Romæ.*
P. vel Pf. Aug.	*Præfecto Augustali.*
Pp. emiss.	*Propositæ emissa.*
P.P. Gal.	*Præfecto Prætorio Galliarum vel prætoriorum Galliarum.*
P. A.	*Perpetuus Augustus, vel Perpetuus August.*
Pet.	*Petita.*
Pleb.	*Plebis.*
Præf. ann.	*Præfecto annonæ.*
Prat.	*Prætoribus.*
Pr. vel prid.	*Pridie.*
Prop. vel propos. vel propof.	*Propositæ.*
Procons.	*Proconsuli.*
Procoss.	*Proconsules.*
Publ. judic.	*Publicis judiciis.*
Quæst.	*Quæstori.*
R.P.	*Rerum privatarum.*
R.P. orient.	*Rerum privatarum orientis.*
S.	*Salutem, vel scripta, vel subscripta, vel suppositæ.*
S.D.	*Salutem dicit, vel dicunt, vel subscripta data.*
Subscr.	*Subscripta.*
S.L.	*Sacrarum largitionum, vel sacrarum literarum.*
Sacr. lit.	*Sacrarum literarum.*
S. pet.	*Subscripta petita.*
S.P.	*Suppositæ.*
S. PP.	*Subscripta propositæ.*
Supp. vel suppos. vel supposit.	*Suppositæ.*
S. petit.	*Subscripta petita.*
Tit.	*Titulo.*
Trib. pleb.	*Tribunus plebis.*
V.	*Viro.*
V.C.	*Viro clarissimo.*
VV. CC.	*Viris clarissimis.*
Vic. vel vicar.	*Vicario.*
K.N.	*Karissimo nobis.*

INCI-

TITULI CODICIS, D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A. REPETITÆ PRÆLECTIONIS CONSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

LIBER PRIMUS.

DE summa Trinitate & fide catholica, ut nemo de ea publice contendere audeat, Tit. 1. De sacrosanctis Ecclesiis, & de rebus & privilegiis earum, 2. De episcopis & clericis & orphanotrophis & brephotrophis, & ptochis & xenodochis, & asceteriis & monachis, & de privilegiis eorum & castrensi peculio, & de redimendis captivis, & de nuptiis clericorum vetitis seu permissis, 3. De episcopali audientia, & de diversis capitulis, quæ ad jus curamque & reverentiam pertinent pontificalem, 4. De hæreticis & Manichæis, & Samaritanis, 5. Ne sanctum baptisma iteretur, 6. De apostatis, 7. Nemini licere signum salvatoris Christi humi vel in silice, seu marmore aut sculpere aut pingere, 8. De Judæis & cœlicolis, 9. Ne Christianum mancipium hæreticus vel Paganus vel Judæus habeat, aut possideat aut circumcidat, 10. De Paganis sacrificiis, & templis, 11. De iis, qui ad ecclesias confugiunt, vel ibi exclamant, 12. De iis, qui in ecclesiis manumittuntur, 13.

Leges.

De legibus & constitutionibus principum, & edictis, 14. De mandatis principum, 15. De Senatusconsultis, 16. De veteri jure enucleando & de auctoritate jurisprudentium, qui in Pandectis referuntur, 17. De juris & facti ignorantia, 18. De precibus imperatori offerendis: & de quibus rebus supplicare liceat vel non, 19. Quando libellus principi datus litis contestationem faciat, 20. Ut lite pendente, vel post provocationem, aut definitivam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare, 21. Si contra jus vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum vel imperatum, 22. De diversis rescriptis & pragmaticis sanctionibus, 23. De statuis & imaginibus, 24. De iis, qui ad statuas confugiunt, 25.

Magistratus.

De officio præfectorum Orientis & Illyrici, 26. De officio præfecti prætorio Africæ, & de omni ejusdem diœcesis statu, 27. De officio præfecti urbis, 28. De officio magistrorum militum, 29. De officio quæstoris, 30. De officio magistri officiorum, 31. De officio comitis sacrarum largitionum, 32. De officio comitis rerum privatarum, 33. De officio comitis sacri patrimonii [Constitutio Græca.] 34. De officio proconsulis & legati, 35. De officio Comitis Orientis, 36. De officio præfecti Augustalis, 37. De officio vicarii, 38. De officio prætorum, 39. De officio rectoris provinciæ, 40. Ut nulli provinciæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur. [Constitutio Græca.] 41. De quadrimenstruis, tam civilibus quam militaribus. [Constitutio Græca.] 42. De officio præfecti vigilum, 43. De officio præfecti annon. [Constitutio Græca.] 44. De officio civilium judicum, 45. De officio militarium judicum, 46. Ne comitibus rei militaris vel tribunis lavacra præstentur, 47. De officio diversorum judicum, 48. Ut omnes tam civiles quam militares judices post administrationem depositam quinquaginta dies in civitatibus, vel certis locis permaneant, 49. De officio ejus, qui vicem alicujus judicis vel præsidis obtinet, 50. De assessor. & domest. cancellariis judicum, 51. De annonis & capitu administrantium, eorumque assessorum, aliorumve publicas solicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates, 52. De contractibus judicum, vel eorum, qui sunt circa eos, & de inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent [sine sanctione pragmatici, 53.] De modo mulctarum, quæ à judicibus infliguntur, 54. De defensoribus civitatum, 55. De magistratibus municipalibus, 56. De officio judicis Alexandriæ, 57.

LIBER II.

Judicialia.

DE edendo, 1. De in jus vocando, 2. De pactis, 3. De transactionibus, 4. De errore calculi, 5. De postulando, 6. De advocatis diversorum judiciorum, 7. [De advocatis diversorum judicum.] 8. De advocatis fisci, 9. De errore advocatorum, &c. 10. Ut quæ desunt advocatis, judex supplicat, 11. Ex quibus causis infamia irrogatur, 12. De procuratoribus, 13. Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre, 14. De iis qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt, 15. Ut nemo privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat, 16. Ut nemo sine judicis auctoritate signa imprimat rebus, quas alius possideat, 17. Ne fiscus vel respublica procurationem alicui patrocinii causa in lite præstet, 18. De negotiis gestis, 19.

Restitutiones in integrum.

De iis, quæ vi metusve causa gesta sunt, 20. De dolo malo, 21. De in integrum restitutione minorum [xxv. annis] 22. De filiofamilias minore, 23. De fidejussoribus minorum, 24. Si tutor vel curator intervenerit, 25. Si in communi eademque causa in integrum restitutio postuletur, 26. Si adversus rem judicatam [restitutio postuletur.] 27. Si adversus venditionem, 28. Si adversus venditionem pignorum, 29. Si adversus donationem, 30. Si adversus libertatem, 31. Si adversus transactionem vel divisionem, 32. Si adversus solutionem à tutore vel à se factam, 33. Si adversus dotem, 34. Si adversus delictum, 35. Si adversus usucapionem 36. Si adversus fiscum, 37. Si adversus creditorem, 38. Si ut ab hereditate se abstineat, 39. Si ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud adquirat, 40. In quibus causis restitutio in integrum necessaria non est, 41. Qui & adversus quos in integrum restitui non possunt, 42. Si minor se majorem dixerit, vel [major] probatus fuerit, 43. Si sæpius in integrum restitutio postuletur, 44. De iis qui veniam ætatis impetraverunt, 45. Si major factus ratum habuerit, 46. Ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit, 47. De reputationibus quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis, 48. Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse, 49. In integrum restitutione postulata ne quid novi fiat, 50. De restitutione militum, & eorum qui Reip. causa absunt, 51. De uxoribus militum, & eorum qui Reipublicæ causa absunt, 52. De temporibus in integrum restitutionis tam minorum & aliarum personarum quæ restitui possunt, quam etiam heredum eorum, 53. Quibus ex causis majores in integrum restituantur, 54. De alienatione mutandi judicii causa facta, 55.

Arbitria & Judicia.

De receptis [arbitris,] 56. De satisdando, 57. De formulis & impetrationibus actionum sublatis, 58. De jurejurando propter calumniam dando, 59.

LIBER III.

DE judiciis, 1. De sportulis & sumptibus in diversis judiciis faciendis, & de executoribus litium, 2. De pedaneis judicibus, 3. Qui pro jurisdictione judices dare darive possunt, 4. Ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat, 5. Qui legitimam personam standi in judiciis habent vel non, 6. Ut nemo invitus agere vel accusare cogatur, 7. De ordine judiciorum, 8. De litis contestatione, 9. De plus petitionibus, 10. De dilationibus, 11. De feriis, 12. De jurisdictione omnium judicum: & de foro competenti, 13. Quando imperator inter pupillos & viduas, vel miserabiles personas cognoscat, & ne exhibeantur, 14. Ubi de criminibus agi oportet, 15. Ubi de possessione agi oportet, 16. Ubi fideicommissum peti oportet, 17. Ubi conveniatur qui certo loco dare promisit, 18. Ubi in rem actio exerceri debeat, 19. Ubi de hereditate agatur, & ubi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant, 20. Ubi de ratiociniis tam publicis quam privatis agi oportet, 21. Ubi causa status agi debeat, 22. Ubi quis de curiali, vel cohortali aliave conditione conveniatur, 23. Ubi senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur, 24. In quibus causis militantes fori præscriptione uti [non] possunt, 25. Ubi causæ fiscales, vel divinæ domus hominumque [ejus] agantur, 26. Quando liceat unicuique vindicare se sine judice, vel publicam devotionem, 27.

Vindicationes.

De inofficioso testamento, 28. De inofficiosis donationibus, 29. De inofficiosis dotibus, 30. De petitione hereditatis, 31. De rei vindicatione, 32. De usufructu & habitatione, & ministerio servorum, 33. De servitutibus, & aqua, 34.

Damni injuriæ actio.

De lege Aquilia, 35.

Mixtæ seu divisoriæ actiones.

Familiæ erciscundæ, 36. Communi dividundo, 37. Communia utriusque judicii tam familiæ erciscundæ, quam communi dividundo, 38. Finium regundorum, 39. De consortibus ejusdem litis, 40.

Noxales actiones.

De noxalibus actionibus, 41. Ad exhibendum, 42. De aleæ lusu & aleatoribus, 43. De religiosis, & sumptibus funerum, 44.

LIBER IV.

Conditiones.

DE rebus creditis, & jurejurando, 1. Si certum petatur, 2. De suffragio, 3. De prohibita sequestratione pecuniæ, 4. De condictione indebiti, 5. De condictione ob causam datorum, 6. De condictione ob turpem causam, 7. De condictione furtiva, 8. De condictione ex lege, & sine causa, vel injusta causa, 9.

RUBRICÆ CODICIS.

Obligationes & Actiones.

De Obligationibus & actionibus, 10. Ut actiones ab herede, & contra heredem incipiant, 11. Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur, 12. Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, (vel) libertus pro patrono (vel servus pro domino) conveniatur, 13. An servus pro suo facto post manumissionem teneatur, 14. Quando fiscus, vel privatus debitoris sui debitores exigere possit, (vel debeat.) 15. De actionibus hereditariis, 16. Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur, 17. De constituta pecunia, 18.

Probationes.

De probationibus, 19. De testibus, 20. De fide instrumentorum, & amissione eorum, & antapochis faciendis: & de iis, quæ sine scriptura fieri possunt, 21. Plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur, 22.

Conditiones quædam.

De commodato, 23. De actione pignoratitia, 24. De exercitoria actione & institoria, 25. Quod cum eo, qui in aliena potestate, negotium gestum esse dicetur: vel de peculio, seu quod jussu, vel de in rem verso, 26. Per quas personas nobis adquiritur, 27.

Exceptiones quædam.

Ad senatusconsultum Macedonianum, 28. Ad senatusconsultum Velleianum, 29. De non numerata pecunia, 30. De compensationibus, 31.

Usuræ.

De usuris, 32. De nautico fœnore, 33. Depositi [vel contra.] 34.

Obligationes ex consensu.

Mandati, 35. Si servus se emi mandaverit, 36. Pro socio, 37. †. De contrahenda emptione, 38. De hereditate vel actione vendita, 39. Quæ res venire non possunt, & qui vendere vel emere vetantur, 40. Quæ res exportari non debeant, 41. De eunuchis, 42. De patribus, qui filios distraxerunt, 43. De rescindenda venditione, 44. Quando liceat ab emptione discedere, 45. Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata, 46. Sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse, 47. De periculo & commodo rei venditæ, 48. De actionibus empti & venditi, 49. Si quis alteri vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit, 50. De rebus alienis non alienandis: & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca, 51. De communium rerum alienatione, 52. Rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione, 53. De pactis inter emptorem & venditorem [compositis,] 54. Si servus exportandus veneat, 55. Si mancipium ita veneat, ne prostituatur, 56. Si mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur vel contra, 57. De ædilitiis actionibus, 58. De monopoliis, & conventu negotiatorum illicito, vel artificio ergo laborum, necnon balneatorum prohibitis, illicitisque pactionibus, 59. De nundinis & mercationibus, 60. De vectigalibus & commissis, 61. Vectigalia nova institui non posse, 62. De commerciis & mercatoribus, 63. †. De rerum permutatione, & præscriptis verbis, 64. †. De locato & conducto, 65. †. De jure emphyteutico; 66.

LIBER V.

Nuptiæ.

De sponsalibus & arrhis sponsalitiis & proxeneticis, 1. Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitia dederint, 2. De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis, 3. De nuptiis, 4. De incestis & inutilibus nuptiis, 5. De interdicto matrimonio inter pupillum & tutorem seu curatorem filiosque eorum, 6. Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias, 7. Si nuptiæ ex rescripto petantur, 8. De secundis nuptiis, 9. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquit, 10. De dotis promissione vel nuda pollicitatione, 11. De jure dotium, 12. De rei uxoriæ actione in ex stipulatu [actionem] transfusa, & natura dotibus præstita, 13. De pactis conventis, tam super dote, quam super ante nuptias donatione, & paraphernis, 14. De dote cauta & non numerata, 15. De donationibus inter virum & uxorem factis, & à parentibus in liberos, & de ratihabitione, 16. De repudiis, & judicio de moribus sublato, 17. Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur, 18. Si dos constante matrimonio soluta fuerit, 19. Ne fidejussores, vel mandatores dotium dentur, 20. Rerum amotarum, 21. Ne pro dote mulieris bona quondam mariti addicantur, 22. De fundo dotali, 23. Divortio facto, apud quem liberi morari, vel educari debeant, 24. De alendis liberis, ac parentibus, 25. De concubinis, 26. De naturalibus liberis, & matribus eorum, & quibus ex causis, justi efficiantur; 27.

Tutelæ.

De tutela testamentaria, 28. De confirmando tutore, 29. De legitima tutela, 30. Qui petant tutores, vel curatores, 31. Ubi petantur tutores, vel curatores, 32. De tutoribus, vel curatoribus illustrium, vel clarissimarum personarum, 33. Qui dare tutores, vel curatores, & qui dari possunt, vel non (possunt,) 34. Quando mulier officio tutelæ fungi potest, 35. In quibus causis tutorem, vel curatorem habenti tutor, vel curator dari potest, 36. De administratione tutorum, vel curatorum, & de pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda, 37. De periculo tutorum, vel curatorum, 38. Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere vel conveniri possunt, 39. Si ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel unus agere, vel conveniri possint, 40. Ne tutor vel curator vectigal conducat, 41. De tutore, vel curatore qui satis non dedit, 42. De suspectis tutoribus (vel curatoribus,) 43. De in litem dando tutore vel curatore, 44. De eo, qui pro tutore negotia gessit, 45. Si mater indemnitatem promiserit, 46. Si contra matris voluntatem tutor datus sit, 47. Ut causæ post pubertatem tutor adsit, 48. Ubi pupilli educentur, 49. De alimentis pupillo præstandis, 50. Arbitrium tutelæ, 51. De dividenda tutela, & pro qua parte quisque (tutor) conveniatur, 52. De in litem jurando, 53. De heredibus tutorum (vel curatorum,) 54. Si tutor (vel curator) non gesserit, 55. De usuris pupillaribus, 56. De fidejussoribus [tutorum vel curatorum] 57. De contrario judicio [tutelæ] 58. De authoritate præstanda, 59. Quando tutores, vel curatores esse desinant, 60. De actore à tutore, seu curatore dando, 61. De excusationibus & temporibus earum, 62. Si filiis allegationibus excusatus sit, 63. Si tutor Reipublicæ causa aberit, 64. De excusatione veteranorum, 65. Qui numero liberorum se excusant, 66. Qui morbo [se excusant,] 67. Qui ætate [se excusant,] 68. Qui numerotutelarum se excusant, 69. De curatore furiosi & prodigi, 70. De prædiis & aliis rebus minorum [sine decreto] non alienandis, sive obligandis, 71. Quando decreto opus non est, 72. Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit, 73. Si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit, 74. De magistratibus conveniendis, 75.

LIBER VI.

Servi & liberti.

De fugitivis, & libertis, mancipiisque civitatum, artificibus diverso operi deputatis ad rem privatam, vel dominicam pertinentibus, 1. De furtis, & servo corrupto, 2. De operis libertorum, 3. De bonis libertorum & jure patronatus, 4. Si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit, 5. De obsequiis patronis præstandis, 6. De libertis, & eorum liberis, 7. De jure aureorum annulorum, & de natalibus restituendis, 8.

Bonorum possessiones.

Qui admitti ad bonorum possessionem possunt, & intra quod tempus, 9. Quando non petentium partes petentibus accrescant, 10. De bonorum possessione secundum tabulas, 11. De bonorum possessione contra tabulas, quam prætor liberis pollicetur, 12. De bonorum possessione contra tabulas liberti, quæ patronis, liberisque eorum datur, 13. Unde liberi, 14. Unde legitimi, & unde cognati, 15. De edicto successorio, 16. De Carboniano edicto, 17. Vnde vir & uxor, 18. De repudianda bonorum possessione, 19. De collationibus, 20. De testamento militis, 21.

Testamenta vel quasi.

Qui testamenta facere possunt, vel non, 22. De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur, 23. De heredibus instituendis, & quæ personæ heredes institui non possunt, 24. De institutionibus, vel substitutionibus, seu restitutionibus sub conditione factis, 25. De impuberum & aliis substitutionibus, 26. De necessariis servis heredibus instituendis, vel substituendis, 27. De liberis præteritis, vel exheredatis, 28. De posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis (vel præteritis,) 29. De jure deliberandi, & adeunda, vel adquirenda hereditate, 30. De repudianda, vel abstinenda hereditate, 31. Quemadmodum testamenta aperiantur, describantur, & inspiciantur, 32. De edicto divi Hadriani [tollendo] & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur, 33. Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit, 34. De iis, quibus ut indignis auferatur hereditas: & ad Senatusconsultum Silanianum, 35. De codicillis 36.

Legata.

De legatis, 37. De verborum & rerum significatione, 38. Si omissi sit causa testamenti, 39. De indicta viduitate & lege Julia Miscella tolleoda, 40. De iis, quæ pœnæ nomine in testamentis, vel codicillis relinquuntur, 41. De fideicommissis, 42. Communia de legatis & fideicommissis, & de in rem missione tollenda, 43. De falsa causa adjecta legato, & fideicommisso, 44. De iis quæ sub modo legata, seu fideicommissa relinquuntur, 45. De conditionibus insertis, tam in legatis, quam in fideicommissis, & libertatibus, 46. De usuris & fructibus legatorum, seu fideicommissorum, 47. De incertis personis, 48. Ad senatusconsultum Trebellianum, 49. Ad legem Falcidiam, 50. De caducis tollendis, 51. De iis, qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt, 52. Quando dies legati, vel fideicommissi cedit, 53. Ut in possessionem legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat, 54.

Intestati successio.

De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus, 55. Ad senatusconsultum Tertyllianum, 56. Ad senatusconsultum Orfitianum, 57. De legitimis heredibus, 58. Communia de successionibus, 59. De bonis maternis, & materni generis, 60. De bonis quæ liberis in potestate constitutis, ex matrimonio, vel aliter adquiruntur: & eorum administratione, 61. De hereditatibus decurionum, naviculariorum, cohortalium militum, & Fabricensium, 62.

LIBER VII.

Manumissiones.

De vindicta, libertate, & apud concilium manumissione, 1. De testamentaria manumissione, 2. De lege Fusia Caninia tollenda, 3. De fideicommissariis libertatibus, 4. De dediticia libertate tollenda, 5. De Latina libertate tollenda, & per certos modos in civitatem Romanam transfusa, 6. De communi servo manumisso, 7. De servo pignori dato manumisso, 8. De servis Reipublicæ manumittendis, 9. De iis, qui à non domino manumissi sunt, 10. Qui manumittere non possunt, & ne in fraudem creditorum manumittatur, 11. Qui non possunt ad libertatem pervenire, 12. Quibus pro causis servi pro præmio accipiunt libertatem, 13. De ingenuis manumissis, 14. Communia de manumissionibus, 15. De liberali causa, 16. De assertione tollenda, 17. Quibus ad libertatem proclamare non licet: & de rebus eorum qui ad libertatem proclamare non prohibentur, 18. De ordine cognitionum, 19. De collusione detegenda, 20.

Præscriptiones & usucapiones.

Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur, 21. De longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, non adversus libertatem competit

competit, 22. De peculio ejus qui libertatem meruit, 23. De senatusconsulto Claudiano tollendo, 24. De nudo jure Quiritium tollendo, 25. De usucapione, vel transactione, 26. De usucapione pro donato, 27. De usucapione pro dote, 28. De usucapione pro herede, 29. Communia de usucapionibus, 30. De usucapione transformanda & sublata differentia [rerum] mancipi, & nec mancipi, 31. De adquirenda & retinenda possessione, 32. De præscriptione longi temporis, id est, decem, vel viginti annorum, 33. In quibus causis cessat longi temporis præscriptio, 34. Quibus non objicitur longi temporis præscriptio, 35. Si adversus creditorem, 36. De quadriennii præscriptione, 37. Ne rei dominicæ, vel templorum venditio temporis præscriptione summoveatur, 38. De præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, 39. De annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diversis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus, 40. De alluvionibus & paludibus, & pascuis ad alium statum translatis, 41.

Sententiæ.

Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes ad suppositarum jurisdictioni suæ aspirare tentaverint nuptias. 5.7
Si quis aliquem testari prohibuerit vel coëgerit. 6.34
Si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit. 4.50
Si quis eam cujus tutor fuerit corruperit. 9.10
Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit. 5.73
Si quis imperatori maledixerit. 9.7
Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitia dederint. 5.2
Si reus, vel accusator mortuus fuerit. 9.6
Si sæpius in integrum restitutio postuletur. 2.44
Si secundo nuptierit mulier, cui maritus usumfructum reliquit. 5.10
Si servus aut libertus ad decurionatum aspiraverit 10.32
Si servus exportandus veneat. 4.55
Si servus extero se emi mandaverit. 4.36
Si tutor, vel curator falsis allegationibus excusatus sit. 5.63
Si tutor vel curator intervenerit. 2.25
Si tutor, vel curator non gesserit. 5.55
Si tutor, vel curator reipublicæ causa aberit. 5.64
Si vendito pignore agatur. 8.30
Si unus ex pluribus appellaverit. 7.68
Si unus ex pluribus heredibus creditoris, vel debitoris partem suam debiti solverit, vel acceperit. 8.32
Si ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud acquirat. 2.40
De Solutionibus & liberationibus. 8.43
De Solutionibus & liberationibus debitorum civitatum. 11.39
Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. 5.18
De spectaculis & scenicis & lenonibus. 11.40
De Sponsalibus & arrhis sponsalitiis, & proxeneticis. 5.1
De Sportulis & sumptibus in diversis judiciis faciendis, & de executoribus litium. 3.2
De Statuis & imaginibus. 1.24
De Stratoribus. 12.25
De Studiis liberalibus urbis Romæ & Constantinopolitanæ. 11.18
De Suariis & susceptoribus vini, & cæteris corporatis. 11.16
De Successorio edicto. 6.16
De Suffragio. 4.3
De Suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus. 6.55
De Summa trinitate, & fide catholica, & ut nemo de ea publice contendere audeat. 1.1
Sumptus injuncti muneris ad omnes collegas pertinere. 12.37
De Sumptuum recuperatione. 10.67
De Superexactionibus. 10.20
De Superindicto. 10.16
De Susceptoribus, præpositis, & arcariis. 10.70
De Suspectis tutoribus, vel curatoribus. 3.43

T.

De Tabularis, scribis, logographis, & censualibus. 10.69
De Tabulis exhibendis. 8.7
De Temporibus & reparationibus appellationum, seu consultationum. 7.63
De Temporibus in integrum restitutionis tam minorum & aliarum personarum quæ restitui possunt, quam etiam heredum eorum. 2.53
De Testamentaria manumissione. 7.2
De testamentaria tut. 5.28
De Testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur. 6.23
De Testamento militis. 6.21
De Testibus. 4.20
De Thesautis. 10.15
De Tractatoriis & stativis. 12.52
De Transactionibus. 2.4
De Tutoribus, vel curatoribus illustrium, vel clarissimarum personarum. 5.33
De Tutore, vel curatore qui satis non dedit. 5.42
De Tyronibus. 12.44

V.

De Vacatione publici muneris. 10.45
Ubi causæ fiscales, vel divinæ domus, hominumque ejus agantur. 3.26
Ubi causa status agi debeat. 3.22
Ubi conveniatur qui certo loco dare promisit. 3.8
Ubi de criminibus agi oporteat. 3.15
Ubi de hereditate agatur, vel ubi heredes scripti in possessionem mitti postulare debeant. 3.20
Ubi de possessione agi oporteat. 3.16
Ubi de ratiociniis, tam publicis, quam privatis agi oporteat. 3.21
Ubi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit. 2.47
Ubi fideicommissum peti oporteat. 3.17
Ubi in rem actio exerceri debeat. 3.19
Ubi petantur tutores vel curatores. 5.32
Ubi pupilli educari debeant. 5.49
Ubi quis de curiali, vel cohortali, aliave conditione conveniatur. 3.23
Ubi senatores, vel clarissimi civiliter, vel criminaliter conveniantur. 3.24
De Vectigalibus & commissis. 4.61
Vectigalia nova instituri non posse. 4.62
De Venatione ferarum. 11.44
De Vendendis rebus civitatis. 11.31
De Venditione rerum fiscalium cum privatis communium. 10.4
De Verborum & rerum significatione. 6.38
De vestibus holoberis & auratis, & de intinctione sericis muricis. 11.8
De Veteranis. 12.1
De Veteri jure enucleando, & de authoritate jurisprudentium qui in Digestis referuntur. 1.17
De Veteris numismatis potestate. 11.20
De vi bonorum raptorum. 9.33
De Vindicta, libertate, & apud concilium manumissione. 7.1
Unde legitimi, & unde cognati. 6.55
Unde liberi. 6.14
Unde vi. 8.4
Unde vir & uxor. 6.18
De usucapione pro donato. 7.27
De Usucapione pro dote. 7.28
De Usucapione pro emptore, vel transactione. 7.26
De Usucapione pro herede. 7.29
De Usucapione transformanda, & de sublata differentia rerum mancipi, & nec mancipi. 7.31
De Usufructu & habitatione, & ministerio servorum. 3.33
De Usuris. 4.32
De Usuris & fructibus legatorum, seu fideicommissorum. 6.47
De Usuris rei judic. 7.54
De Usuris pupillaribus. 5.56
Ut actiones ab herede & contra heredes incipiant. 4.11
Ut armorum usus inscio principe interdictus sit. 11.46
Ut causæ post pubertatem adfit tutor. 5.41
Ut dignitatum ordo servetur. 12.8
Ut in possessionem legatorum, vel fideicommissorum servandorum causa mittatur, & quando satisdari debeat. 6.54
Ut intra certum tempus criminalis quæstio terminetur. 9.44
Uti possidetis. 8.6
Ut lite pendente, vel post provocationem, aut definitivam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare. 1.21
Ut nemini liceat in emptione specierum se excusare, & de munere sitocomiæ. 10.27
Ut nemini liceat sine judicis auctoritate signa rebus imponere alienis. 2.17
Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum. 11.53
Ut nemo invitus agere, vel accusare cogatur. 1.7
Ut nemo privatus titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela regia suspendat. 2.16
Ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. 11.56
Ut nulli patriæ suæ administratio sine speciali permissu principis permittatur. 1.41
Ut omnes judices, tam civiles, quam militares post administrationem depositam quinquaginta dies in civitatibus, vel certis locis permaneant. 1.49
Ut quæ desunt advocatis partium judex suppleat. 2.11
De Uxoribus militum, & eorum qui reipublicæ causa absunt. 2.32

PRÆFA-

PRÆFATIONES CODICIS TRES.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.

CODICIS,

REPETITÆ PRÆLECTIONIS

LIBER PRIMUS.

DE NOVO[1] CODICE[2] FACIENDO.

Imperator Justinianus Augustus ad Senatum urbis Constantinopolitanæ.

HÆc, quæ necessario corrigenda esse multis retro principibus visa sunt, interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est: in præsenti rebus donare communibus auxilio Dei omnipotentis censuimus, & prolixitatem litium amputare: multitudine quidem constitutionum, quæ tribus codicibus Gregoriano, Hermogeniano [3], atque Theodosiano [4] continebantur, illarum etiam quæ post eosdem codices à Theodosio divinæ recordationis, aliisque post eum retro Principibus, & à nostra etiam clementia positæ sunt, resecanda: uno autem codice sub felici nostri nominis vocabulo componendo, in quem colligi tam memoratorum trium codicum, quam [5] novellas post eos positas constitutiones oportet. §. 1. Ideoque ad hoc maximum, & ad ipsius reipublicæ sustentationem respiciens opus efficiendum, elegimus tanto fastigio laborum, tantæque sollicitudini sufficientes, *Joannem* virum excellentissimum exquæstore sacri nostri palatii, consularem atque patricium. *Leontium* virum sublimissimum magistrum militum exprætecto prætorio, consularem atque patricium, *Phocam* virum eminentissimum magistrum militum, consularem atque patricium, *Basilidem* virum excellentissimum ex præfecto prætorio, Orientis, atque patricium: *Thomam* virum gloriosissimum, Quæstorem sacri nostri palatii & exconsule, *Tribonianum* virum magnificum, magisteria dignitate *inter agentes* decoratum: *Constantinum* virum illustrem, comitem sacrarum largitionum inter agentes, & magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum, *Theophilum* virum clarissimum, comitem sacri nostri consistorii, & juris in hac alma urbe doctorem: *Dioscorum*, & *Præsentinum*, disertissimos togatos fori amplissimi prætoriani. §. 2. Quibus specialiter permisimus (resecatis tam supervacuis quantum ad legum soliditatem pertinet, præfationibus, quam similibus, & contrariis, præterquam si juris alia divisione adjuventur: illis etiam quæ in desuetudinem abierunt) certas & brevi sermone conscriptas ex iisdem tribus codicibus, & novellis constitutionibus leges componere, & congruis titulis subdere adjicientes quidem & detrahentes, imo & [6] mutantes verba earum ubi hoc rei commoditas exigeret: colligentes vero in unam sanctionem, quæ in variis constitutionibus dispersa sunt, & sensum earum clariorem efficientes: ita tamen, ut ordo temporum earum constitutionum non solum ex adjectis diebus consulibusque, sed etiam ex ipsa compositione earum claresceat, primis quidem in primo loco, posterioribus vero in secundo ponendis: & si quæ earum sine [7] die & consule in tribus veteribus codicibus, vel in his quibus novellæ constitutiones receptæ sunt, inveniantur: ita his ponendis nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda, sicut & illas vim generalis constitutionis obtinere palam est, quæ ad certas personas rescriptæ, vel per pragmaticam [8] sanctionem ab initio datæ, eidem novo Codici propter utilitatem sanctionis insertæ fuerunt. §. 3. Hæc igitur ad vestram notitiam ferre properavimus, ut sciatis quanta nos diuturna super rerum communi utilitate cura sollicitet, studentes certas & indubitatas, & in unum codicem collectas esse de cætero constitutiones: ut ex eo tantummodo sub felici nostro nomine nuncupando Codice, recitatio constitutionum in omnibus ad citiores litium decisiones fiat judiciis. Datum Idib. Febr. CP. DN. JUSTINIANO PP. A. II. Cons. Anno Christi 528.

DE JUSTINIANEO[9] CODICE CONFIRMANDO.

Imperator JUSTINIANUS *Pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Menna præfecto prætorio, exprafecto hujus almæ Urbis C. P. ac Patricio.*

SUmma reipublicæ tuitio de stirpe duarum rerum, armorum [10] scilicet, atque legum veniens, vimque suam exinde muniens, felix Romanorum genus omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari tam præteritis effecit temporibus, quam Deo propitio in æternum efficiet: istorum etenim alterum alterius auxilio semper eguit: & tam militaris res legibus in tuto collocata est, quam ipsæ leges armorum præsidio servatæ sunt. Merito igitur ad primam communium rerum sustentationem nostram sententiam, & mentem laboresque nostros referentes, militaria [11] quidem agmina multiplicibus, & omnem providentiam continentibus modis correximus: & tam legibus veteribus ad meliorem statum brevi tempore reductis, quam novis non solum exquisitis, sed etiam recta dispositione nostri nominis, sine novis expensis publicis constitutis, primo servando posita [12], deinde nova [13] ponendo, firmissima subjectis effecimus.

§. 1. Sed cum sit necessarium multitudinem constitutionum tam in [14] tribus veteribus Codicibus relatarum, quam post earum confectionem posterioribus temporibus adjectarum, ad brevitatem reducendo, caliginem earum rectis judicum definitionibus insidiantem penitus extirpare: ad hoc commune præstandum beneficium Deo præsule prono animo nos dedimus: & electis viris gloriosissimis, tam doctrina legum, quam experientia rerum, studioque reipublicæ indefesso, & laudabili proposito pollentibus, sub certis finibus magnum laborem commisimus: per quem, tam trium veterum, Gregoriani, Hermogeniani, atque Theodosiani codicum constitutiones, quam plurimas alias post eosdem codices à Theodosio divinæ memoriæ, cæterisque post eum retro principibus, à nostra etiam clementia positas in unum codicem felici nostro vocabulo nuncupandum colligi præcepimus. Tollendis quidem tam præfationibus nullum suffragium sanctionibus conferentibus [15], quam contrariis constitutionibus, quæ posteriore promulgatione vacuatæ sunt: similibus etiam præter eas, quæ eadem pene sanciendo, divisionem juris aliquam facere noscuntur, ex qua dividendo vetera novum aliquid nasci videtur, multis insuper aliis ad rectam hujus Codicis compositionem pertinentibus, iisdem prudentissimis viris à nostro numine mandatis: & nostro studio pro republica instituto, suum præsidium Deus omnipotens annuit.

§. 2. Ad istum enim laborem, & tanti operis consummationem electi, vir excellentissimus exquæstore nostri palatii, consularis atque patricius *Joannes*: & vir sublimissimus ex præfecto prætorio consularis atque patricius *Leontius*: vir quoque eminentissimus magister militum consularis atque patricius, *Phocas*: etiam vir excellentissimus exprætecto prætorio per orientem: & patricius, & nunc præfectus prætorio per Illyricum, *Basilides*: & vir gloriosissimus quæstor sacri nostri palatii, & exconsule *Thomas*, imo & vir magnificus magisteria [16] dignitate inter agentes decoratus, *Tribonianus*: & vir illustris comes sacrarum largitionum inter agentes, & magister [17] scrinii, & libellorum, & sacrarum cognitionum, *Constantinus*: & vir illustris exmagistro, & juris doctor in hac alma urbe *Theophilus*: viri etiam disertissimi togati amplissimi fori tuæ sublimitatis *Dioscorus* atque *Præsentinus* omnia, quæ eis mandavimus, cum sedula & pervigili industria, moderataque digestione, cum Dei auxilio ad prosperum tulerunt terminum, & eundem novum Justinianeum [18] Codicem nobis obtulerunt ita compositum, ut & rebus profuturus esset communibus, & nostro convenisset imperio. §. 3. Hunc igitur in æternum valiturum judicio tui culminis intimare perspeximus, ut sciant omnes tam litigatores, quam disertissimi advocati, nullatenus eis licere de cætero constitutiones ex veteribus tribus codicibus, quorum jam mentio facta est, vel ex iis, quæ novellæ constitutiones ad præsens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare cerraminibus, sed solum eidem nostro Codici insertis constitutionibus necesse esse uti [19], falsi crimini subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint: cum sufficiat earumdem constitutionum nostri Codicis recitatio, adjectis etiam veterum juris interpretatorum laboribus ad omnes dirimendas lites: nullaque dubitatione emergenda, vel ex eo quod sine [20] die & consule quædam compositæ sunt, vel quod ad certas personas rescriptæ sunt: cum omnes generalium constitutionum vim obtinere proculdubio est, sed & si quæ earum constitutionum detractis vel additis, vel permutatis certis verbis (quod & ipsum præfatis excellentissimis viris specialiter permisimus) compositæ sunt: nullis concedimus ex libris veterum juris interpretatorum aliter eas habentes recitare, sed solam juris interpretatorum sententiam commendare: ut nunc teneat, cum minime adversetur ejusdem nostri Codicis constitutionibus. §. 4. Si quæ vero pragmaticæ [21] sanctiones, quæ minime in eodem nostro Codice receptæ sunt, civitatibus forte, vel corporibus, vel scholis, vel scriniis, vel officiis, vel alicui personæ impertitæ sunt: eas siquidem aliquod privilegium speciali beneficio indulgent, omni modo ratas manere: si vero pro certis capitulis factæ sunt: tunc tenere cum nulli nostri Codicis adversantur constitutioni, præcipimus. Sed & si qua re gesta [22] in tui culminis judicio, vel in aliis judiciis civilibus, vel militaribus, vel apud principia numerorum pro publicis expensis, vel quibuscunque titulis ad publicum pertinentibus posita sunt: ea etiam prout communis rei commo-

1 Ad differentiam Gregoriani, Hermog. & Theodosiani, est tamen verus, habita ratione ad eum, quo anno utimur, de quo vide J. ind.

2 Prudentia respectu fit chartæ aut membranis inlabant conscribere, Constitutiones vero & rescripta Cæsarum & pugillares chartacios, ligneis, aureis, vel aliorum metallorum aut preciosis quæ potius in ferreis memoriæ & diuturnitatem servaturis. Eo factum est, ut liber constitutionum potius Codicis, quam membranarum nomen obtinuerit. *Cujac.*

3 Hi duo Codices nominantur ab auctore, prior Codex ab Adriano ad Valerianum, secundus à Claudio ad Diocletianum latas leges continebat.

4 A Theodosio Imp. in eo Codice leges Constantini ad Theodosium etiam.

5 Constitutiones à Theodosii temporibus ad suum tempus latas intelligit.

6 Genuine l. 28. l. 9. sedum verba, sed authoris legum mutatio notat, quam à Justiniano evertere Theodosii leges, de interdictis nuptiis inter fratrem & sororis filiam, & Arcadio falso adscripti Gothe 19. C. de nupt. tradit. adde quæ de factionibus Tribonianis scripsi ad l. 3. §. 2. *de veter. jur. enucleand.*

7 Vid. quæ notavi ad l. 4. C. de *donat. reservat.*

8 Vid. l. 7. in pr. & §. 2. C. de *sacr. sanct. & pragmat. Sanctionib.*

9 Qui & novus dictus est *Cujac.* T. ind. alius ab emendatus. J. de *emendat. Cod.*

10 §. 1. *in fin. Procem.*

11 De constitutionibus ad rem militarem pertinentibus, vid. *tit.* 2. *C. Theod.* 34. *ad* 50. *& ff.* 16. 17. 18.

12 Al. *leges positas.*

13 Al. *novas.*

14 *De quibus cum fit.* 1. *in pr.* T. ind.

15 Pugnat tamen *lex* 24. *ff. ad Treb.* Antonini Pii cum l. 28. *ff. de cond. & dem.* Antonini Caracallæ & cum l. 3. *Cod. quando dies leg.* l. 49. *in prin. ff. de leg.* 1. quæ sunt Alexandri.

16 Nota de magistro inter agentes.

17 Qui & *Magister officiorum*, & princeps scriniorum dicitur, à Lampridio spectabilis, honore comitis ornatus, adsessor quodammodo principis, *differens à referendario.* Utriusque munus in Gallia magistri repositarum complectantur. *Cujac.* l. 1. *C. de magistris.*

18 Et ita decemviri electi sunt ad compositionem veteris codicis Justiniani.

19 *Confirm. ad summum* J. §. *hanc igitur & l.* 23. *Instr. ff. de falsis* l. 4. *C. de falsis*, adde l. 1. *ff. de concussione.*

20 Vid. l. 4. *C. de donat. reservat.*

21 l. ult. §. ult. *C. de diversis rescript.*

22 Vid. in hunc locum *Cujac.* 15. *obs.* 37.

commoditas exigit, firma esse censemus. §. 5. Illustris igitur & magnifica auctoritas tua pro innato sibi circa rempublicam nostraque dispositiones explendis studio, ad omnium populorum notitiam eundem Codicem edictis ex more propositis pervenire faciat: ipso etiam textu Codicis in singulas provincias nostro subjectas imperio, cum nostra divina subnotatione mittendo, ut eo modo ad omnium notitiam ejusdem nostri Codicis constitutiones valeant pervenire, & ut extantibus festis diebus, id est, ex die sextodecimo Kalendarum Maji præsentis septimæ [2] indictionis, consulatu Decii viri clarissimi recitationes constitutionum ex eodem nostro Cod. fiant. Dat. VII. Id. Apr. CP. DECIO V. C. CONS. 329.

[1] Institiones unde dictæ, & quid significent, explicat libro 1. §. 2. de natura rerum. Cujac. initio tit. Cod. de Institutionibus & Sect. Berardi. 4. Clarmir. 4. *

[2] Hac editione hodie utimur.

DE EMENDATIONE CODICIS DOMINI JUSTINIANI ET SECUNDA EJUS EDITIONE.

Imp. Cæsar, Flavius, Justinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus victor ac triumphator semper Augustus, Senatui urbis Constantinopolitanæ, &.

CORDI nobis est, patres conscripti, semper nostri animi curas rebus communibus avidissime impendere, ut nihil à nobis inceptum imperfectum relinquatur. Igitur in primordio nostri imperii sacratissimas constitutiones, quæ in diversa volumina fuerant dispersæ, & quamplurima similitudine, necnon diversitate vacillabant, in unum corpus colligere, omnique vitio purgare proposuimus: & hoc jam per viros excelsos & facundissimos perfectum est, & à nobis postea confirmatum: quod geminæ constitutiones nostræ, quæ in jure positæ sunt, ostendunt. §. 1. Postea vero cum vetus jus considerandum recepimus, tam quinquaginta [3] decisiones fecimus, quam alias ad commodum propositi operis pertinentes plurimas constitutiones promulgavimus: quibus maximus antiquarum legum articulus emendatus & coarctatus est, omneque jus antiquum supervacua prolixitate libenum atque enucleatum in nostris Institutionibus & Digestis reddidimus. §. 2. Sed cum novellæ [4] nostræ tam decisiones [5], quam constitutiones, quæ post nostri Codicis confectionem latæ sunt, extra corpus ejusdem Codicis divagabantur, & nostram providentiam, nostrumque consilium exigere videbantur: quippe cum earum quædam ex emendatis postea factis aliqua meliore consilio permutationem vel emendationem desiderabant: necessarium nobis visum est per [6] *Tribonianum* virum excelsum magistrum exquæstore & exconsule legitimum operis nostri ministrum, necnon virum magnificum quæstorem & Berutiensium legum Doctorem *Dorotheum*, *Mennam* insuper & *Constantinum* & *Joannem* viros eloquentissimos rogatos fori amplissimæ sedis, easdem constitutiones nostras decerpere, & in singula discreta capitula, ad perfectarum constitutionum soliditatem competentibus supponere titulis, & prioribus constitutionibus eas adgregare. §. 3. Supradictis itaque magnificis & prudentissimis viris permissimus hæc omnia facere: & si qua emendatione opus foret, hanc facerent non titubante animo, sed nostra auctoritate freti: constituriones vero superfluas, vel ex posterioribus sanctionibus nostris jam vacuatas, vel si quæ similes vel contrariæ inveniretur, eitcunducere, & à propriis Codicis congregatione separare: & tam imperfectas replere, quam nocte obscuritatis obductas, nova elimationis luce detegere: ut undique non solum Institutionum, & Digestorum via dilucida & aperta pateat, sed etiam constitutionum nostri Codicis plenum jubar omnibus clareat: nulla penitus nec simili, nec diversa, nec inusitata relicta [constitutione:] cum nemini venit in dubium, quod repetita prælectio probavit, hoc satis validum, satisque esse famosum. In antiquis etenim libris non solum primas editiones, sed etiam secundas (quas repetitas [7] prælectiones veteres nominabant) subsecuras esse invenimus: quod ex libris Ulpiani viri prudentissimi ad Sabinum scriptis promptum etat quærentibus reperire. §. 4. His igitur omnibus ex nostra confectis sententia, commemoratus Justinianeus Codex à prædictis gloriosissimis & facundissimis viris purgatus & candidus factus, omnibus ex nostra jussione & circanductis, & additis, & repletis, necnon transformatis nobis oblatus est: & jussione (in) secundo eum ex integro scribi, non ex priore compositione, sed ex repetita prælectione: & cum nostri numinis auctoritate nitentem in omnibus judiciis solum, quantum ad divales constitutiones pertinet, frequentari ex die quarto Kal. Januarii, quarti nostri felicissimi consulatus, & Paulini viri clarissimi: nulla alia extra corpus ejusdem Codicis constitutione legenda: nisi postea varia rerum natura aliquid novum creaverit, quod nostra sanctione indigeat. Hoc etenim nemini dubium est, quin si quid in posterum melius inveniatur: & ad constitutionem necessario sit redigendum, hoc à nobis & constituatur, & in aliam congregationem referatur: quæ Novellarum nomine constitutionum significetur.

§. 5. Repetita itaque jussione nemini in posterum concedimus, vel ex decisionibus nostris, vel ex aliis constitutionibus, quas antea fecimus, vel ex prima Justinianei Codicis editione, aliquid recitare: sed quod in præsenti purgato, & renovato Codice nostro scriptum invenitur, hoc tantummodo in omnibus rebus, & judiciis & obtineat, & recitetur, cujus scripturam ad similitudinem nostrarum Institutionum, & Digestorum [8] sine ulla signorum dubietate conscribi jussimus: ut omne quod à nobis compositum est, hoc & in scriptura, & in ipsa sanctione purum atque dilucidum clareat: licet ex hac causa in ampliorem numerum summa hujus Codicis redacta est. §. 6. Ut igitur, sanctissimi, & florentissimi patres, nostri labores vobis manifesti fiant, & per omne tempus obtineant: hanc præsentem legem ad frequentissimum ordinem vestrum duximus destinandam. Datum XVI. Kalend. Decemb. *Constantinopoli*, Domino JUSTINIANO, P.P.A. IV. & THEODOTO PAULINO Viris Clariss. CONSS. 534.

[3] Quæ ex Consulatu Lampadii & Orestis, & sequentibus dignoscuntur.

[4] Vide quæ scripsi ad Nov. initium.

[5] Harum plerisque jus vetus, quod erat certum emendavit: illarum vero nonnullis certum fecit, quod erat controversum. *Cujac. hic.*

[6] Quinque viri hic præficiuntur emendationi Codicis Justinianei. Decem novo Codici faciendo: sexdecim pandectis: tres institutionibus componendis præfuerant.

[7] Prælectiones erant lectiones, quibus professores viva voce aut scripto discipulis explicandi gratia utebantur. *Cujac. hinc colligit 4. ad Africanum.* veteres Justinianeos falsos variasse, & eadem Papinianum, *l. 6. §. 1. ff. de furt. supr. l. un. §. 2. C. de furt. Paulum, l. 19. in fin. ff. ad Vellejanum & Ziriolum, l. 25. §. ult. ff. de aqu. pot. dem.*

[8] Et testamentorum, *l. 6. §. ult. ff. de test. mil. Nov. 107. c. 2.* nec militarium remo, *l. 21. ff. de milit. test. de notis & cifris*, vid. *Cujac. 3. obs. 32 & 18. obs. ult.*

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS
LIBER PRIMUS.

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, ET UT NEMO DE EA PUBLICE CONTENDERE AUDEAT.

TITULUS PRIMUS.

De una deitate & trinitate. 1. De nomine eorum, qui veram fidem amplectuntur, & de pœna hæreticorum.

1. Imperatorum GRATIAN. VALENTIN. & THEOD. AAA. Edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ.

CUNCTOS populos, quos clementiæ nostræ regit imperium, in tali volumus religione versari, quam divum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat: quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexandriæ Episcopum, virum Apostolicæ sanctitatis: hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam Evangelicamque doctrinam, Patris & Filii & Spiritus sancti unam deitatem sub pari majestate & sub pia Trinitate credamus. §. 1. Hanc legem sequentes, Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti: reliquos vero dementes & vesanosque judicantes, hæretici dogmatis infamiam sustinere: divina primum vindicta, post etiam motus [animi] nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. Dat. III. Kal. Mart. Thessal. GRATIANO A. V. & THEODOSIO A. CONSS. 380.

De hæreticorum & fidelium congregationibus: 1. Summa concilii Nicæni. 2. De hæretico ejiciendo & catholico episcopo ecclesiæ restituendo.

11. Iidem AA. Eutropio Præfecto Prætorio.

NULLIS hæreticis ministeriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab hujusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ: unius & summi Dei nomen ubique celebretur. Nicænæ fidei dudum à majoribus traditæ, & divinæ religionis testimonio, atque adsertione firmatæ, observantia semper mansura tenet. §. 1. Is autem Nicænæ adsertor fidei & Catholicæ religionis verus cultor accipiendus est: qui omnipotentem Deum & Christum Filium Dei uno nomine confitetur: Deum de Deo, lumen de lumine: qui Spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente & speramus & accipimus, negando non violat: apud quem intemeratæ fidei sensus viget, & incorruptæ Trinitatis indivisa substantia, quæ Græco verbo ὁμοουσία rectè credentibus dicitur. Hæc profecto nobis magis probanda, hæc veneranda sunt. §. 2. Qui vero non iisdem intervient; desinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen assumere: & suis apertis criminibus denotentur, atque ab omni submoti Ecclesiarum limine penitus arceantur: cum omnes hæreticos illicitas agere inter oppida congregationes vetemus. At si quid eruptio factiosa tentaverit, ab ipsis etiam urbium mœnibus exterminato furore propelli jubemus: ut cunctis orthodoxis Episcopis, qui Nicænam fidem tenent, Catholicæ Ecclesiæ toto orbe reddantur. Dat. IIII. Id. Jan. CP. Fl. EUCH. & Fl. STAGRIO CC. Conss. 381.

Præfatio. 1. De libris Porphyrii contra Christianam religionem. 2. De Nestorianis puniendis. 3. De libris Nestorii & similibus comburendis. De synodo Nicæna & Ephesina. 4. De Ireneo. 5. Epilogus.

Γ. Αὐτοκ. Θεοδόσ. καὶ ὁ Βαλεντ. ΑΑ. Ὀμφ. ὑπάρχῳ πρ. ἀν.

ΠΑΣΑΣ ἡγεμονικὰ τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑποτεταγμένους τοῖς ἡμετέροις ὅρκοις ἐν θρησκείᾳ ὑποκαταστῆσαι· ἵνα τὸ κοινὸν ὁμολογούμενον ἡμῶν καὶ τοῦ θεοῦ τοῦ τὰ πάντα ἐν τάξει διοικοῦντος ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους διατείνῃ· καὶ τὸ μὲν ἡμέτερον ἐπιτήδευμα ἐν τῷ ἀκριβεῖ τῆς πίστεως καὶ τῷ ἀληθεῖ τῆς θρησκείας ἐπιδείκνυσθαι, τὸ δὲ τῆς ἀσεβείας καὶ τῆς πλάνης ἐκκλίνειν καὶ φεύγειν. ἐπεὶ τοίνυν τοῦτο τὸ

1 Irenæus hùc Nestorianus Tyrius Episcopus. *de quo v. Evagrium 1. c. 10. Nicephorum 14. c. 47.*

2 Nestorii sc. Eutychianum tamen fuisse superiùs apud Evagrium *d. l.*

3 *V. c. 16. Concilium Apost.*

4 Intercidit hujus constitutionis subscriptio; sed videtur edita Asterio, & Protogene Coss. *v. hic Continue.*

5 Extat hæc constitutio in actis concilii Chalcedonensis *act.* 3. & in Synopsi Basilicon *1. tit. 1. c. 4.* Adde huic legi titulum integrum Codicis Theodosiani, *De his qui de religione conturbant lib. 16. tit. 4.*

6 In Ecclesia Dei tentatio est populi, error magistri: & tanta major, quanto ipse est doctior, qui errat. *Fulgentius Ferrando. l. 1.*

7 Vel monachus *1. Reg. 1. c. 4.*

8 Adunatis, & advenientibus; *alia concilii Chalcedonensis.*

9 Contendere, præfertim publice, de Christiana religione prohibemur, *v. Irenæum hujus tituli.* Contendere plus est quam *tractare*: est tumultus, & pertidiæ occasionem requirere ex sua disputatione, *ut his turbare populum, l. 3. C. Theod. de his, qui de religione conturbant.* profanare Judæica, & Paganis mysteria Christiana disputando, *alia Concilii Chalcedonensis ibid.* Hujusmodi disputationes merito reprehenduntur ab Apostolo *1. ad Timot. 3. vers. 5.* quibus adde *l. 6. §. 1. C. de hæreticis. v. Ammian. lib. 23.*

10 Et merito. Quisquis enim post veritatem repertam, aliquid ulterius disiquirit, mendacium quærit: *alia Concilii Chalcedonensis ibid.*

11 Religiosissimæ, *alia Concilii Chalcedonensis.*

12 Fide statuta sunt ac juxta Apostolicas &c. *alia Concilii Chalcedonensis ibidem.*

13 Bithyniæ metropolitanus Ecclesiæ martyris Euphemiæ. *v. alia Concil. Chalcedonensis.* hodie vicus est exiguus sine mœnibus. *v. Ortelium in Synonymia Geographica.*

14 Adversus Eutychem, Dioscorum & Nestorium. *v. alia Concilii Constantinopolitani. v. Evagrium 2. cap. 3. 4.*

15 Synodos antiquitus concilia Imperatorum decreto, hic locus effendit: itaque confirmant acta concilii Chalcedonensis. *act. 1.* & præsertim illa verba apud Evagrium *2. hist. 18.* modo placuerit divinissimo, & sanctissimo nostro Imperatori.

16 Sanctus est, Nicæno concilio 318. adfuisse Episcopos: Constantinopolitano 150. Chalcedonensi (de quo hic agitur) 630.

Νεστορίου πίστιν ἰσοτιζόμεθα, Εὐτυχοῦς τε καὶ τῶν ἀσεβῶν τούτων πάντων ἡμῶν ἀγαπωμένων συναδελφῶν, τῶν μὲν τῶν (σὺν ἱερᾷ ἔτους) μὲν δύο χιλιάσι (ὡς μυριάσιν εἰπεῖν) πλειόνων τῶν λοιπῶν ἁπλῶς πάντων τε Τυρίων πόλεως ἐπισκόπων γεγονότων, τῶν δὲ ἐν Τύρῳ ἁγίας ἐκκλησίας ἐκκληθῆναι, οὐ ἡ τῆς αὐτῶν μόνη πατρὶς ἀφῆλε καταζέσασα, πανελλὰς δὲ ἡγεμονικὴ καὶ ἡ ἀνόμαστος ἡ ἱερὰ τῶν Ἑλλήνων.

Nestorii fidem adfectant: præcipimus, IRENÆUM[1] dudum ob hanc[2] causam nostræ indignationi suppositum, & postea (nescimus quomodo) post binas[3] nuptias (ut didicimus) præter apostolicos canones, Tyriorum civitatis Episcopum factum, ex Tyriorum quidem ecclesia dejici, in sua autem duntaxat patria degere quiescentem omnimodo, & schemate atque nomine sacerdotis exutum.

§. 5. Hæc igitur tua magnificentia, sequens nostræ religionis scopum, observare & effectui dare studebit. Datum[4] XIII. Kalend. Mart. 449.

Ne quis de fide publicè contendat.

IV. Imp. MARCIANUS[5] A. Palladio præfect. prat.

NEmo[6] clericus[7], vel militaris, vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Christiana, publice turbis coadunatis[8], & audientibus, tractare[9] conetur in posterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam & injuriam[10] facit judicio reverendissimæ[11] Synodi, si quis semel judicata ac rectè disposita revolvere & publice disputare contenderit: cum ea quæ nunc de Christiana fide[12] a sacerdotibus, qui Chalcedone[13] convenerunt[14], per[15] nostra præcepta statuta sunt, juxta Apostolicas expositiones, & instituta sanctorum patrum trecentorum decem & octo [in Nicæa,] & centum[16] quinquaginta [in hac Regia[17] Urbe] definita esse noscantur. Nam in contemptores hujus legis pœna[18] non deerit: quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Judæis & Paganis ex hujusmodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, [à] consortio clericorum removebitur: si vero militia prædituis sit, cingulo[19] spoliabitur: Cæteri autem hujus criminis rei, si quidem liberi sint, de hac Sacratissima Urbe[20] expellentur: pro vigore judiciario etiam competentibus suppliciis subjugandi: [si vero servi, severissimis animadversionibus plectentur.] Dat.[21] VIII. Id. Feb. Constant. PATRICIO & RICHIMER. Cons. 459.

Præfatio. 1. Summa catholica fidei. 2. Anathematizantur Nestorius, Eutyches, Apollinaris, & sectatores.

ε'. Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. Α.[22]

v. 22 Imp. JUSTINIANUS A.[23]

ΤΗς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως, ἣν ἐκ προφητῶν τε καὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ καθολικαὶ καὶ ἀποστολικαὶ καὶ συνοδικαὶ, σαφῆ ἀδήλου τρόπου παραδόσεις ἀκριβῶς ἐκμαθόντες ἡμεῖς τοῖς τε μετ' ἐκείνους ἁγιωτάτοις καὶ πρὸς ἡμᾶς ἁγίοις καὶ θεοῦ καθολικαῖς διδάσκαλοις, ὀλίγα παρὰ τοσαῦτα φωσφόρα, ὅσπερ ὑγρῷ ἐπὶ τῷ ἡμῶν ἐλπιδι, ἀκλαδεῖς τῆς θεοδιδάκτου, καὶ ἀμολογίας τῶν ἁγίων θεοῦ καθολικῆς ἐκκλησίας.

CUm recta atque irreprehensibilis fides, quam prædicat sancta Dei Catholica & Apostolica ecclesia, nullo modo innovationem[21] recipiat: nos sequentes sanctorum Apostolorum, & eorum qui post eos in sanctis Dei ecclesiis conversati sunt, dogmata, justum fore existimavimus, cunctis manifestum facere, qualiter de fide, quæ in nobis est, sentiamus, insistentes & adhærentes traditioni & confessioni sanctæ Dei Ecclesiæ Catholicæ.

§. α'. Πιστεύομεν γὰρ εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, μίαν θεότητα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις μίαν θεότητα, μίαν δύναμιν τριάδα ὁμοούσιον. Ἕνα ἐκ δύο φύσεων τὸν ἡμέτερον κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν καὶ σωτῆρα, ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον, ἐν ἑνὶ προσώπῳ καὶ μιᾷ ὑποστάσει συντρέχοντα, οὐδαμοῦ τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν ἀναιροῦντα διὰ τὴν τῶν φύσεων ἕνωσιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν ἰδιότητα ἑκατέρας φύσεως σωζομένην καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης, οὐ μεμερισμένον οὐδὲ διῃρημένον εἰς δύο πρόσωπα, ἀλλὰ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν καὶ μονογενῆ θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, καθὼς ἐξ ἀρχῆς οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ ἐμαρτύρησαν, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν ἐνέθετο σύμβολον.

§. 1. Credentes enim in Patrem & Filium, & Sanctum Spiritum, unam essentiam in tribus hypostasibus[24], seu subsistentibus personis, adoramus unam deitatem, unam potestatem, trinitatem consubstantialem[25]. In ultimis autem diebus confitemur unigenitum Dei filium, Deum de Deo, Filium ex Deo, ante sæcula & sine tempore ex Patre natum, coæternum Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, descendisse de cœlis, incarnatum esse ex Spiritu sancto, & sancta gloriosa, & semper virgine Maria, hominem factum esse, crucem pertulisse, sepulcrum[26] fuisse, & resurrexisse tertia die, unius & ejusdem miracula & passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscentes. Neque enim alium Deum Verbum novimus, alium Christum: sed unum & eundem consubstantialem patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Manfit namque Trinitas etiam post incarnatum unum ex Trinitate Dei Verbum: Neque enim quartæ[27] personæ adjectionem recipit sancta Trinitas.

§. β'. Τούτων πάντων ὄντως ἐκριβωμένων, ἀναθεματίζομεν πᾶσαν αἵρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ Νεστόριον τὸν ἀνθρωποτόκον, τὸν διαιροῦντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν καὶ τὸν θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν, καὶ θεὸν ἡμῶν καὶ ὁμολογοῦντα κυρίως καὶ ἀληθείαν τὸν αὐτὸν ἐνδοξον ἀσπόρως Μαρίαν θεοτόκον· ἄλλον μὲν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς θεὸν λόγον λέγοντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς ἁγίας ἀσπορίου Μαρίας χριστὸν καὶ αἰνιττόμενον τὴν αὐτὴν τοῦ λόγου θεὸν ἀναφορὰν καὶ τὴν ἀνθρωποτόκον.

§. 2. Hæc igitur cum ita se habeant, anathematizamus omnem hæresin, præsertim vero NESTORIUM Anthropolatram[28], dividentem unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, & Deum nostrum; nec differte & secundum veritatem confitentem sanctam gloriosam semper virginem Mariam theotocon[29] esse, hoc est, Deiparam: sed alium esse dicentem Deum ex Deo Patre, alium, qui ex sancta semper virgine Maria natus est: hunc[30] autem gratia, & proximitate, quam habuit cum Deo verbo, Deum factum esse.

†. Οὐ μὴ δ' ἀπὸ εὐτυχοῦς καὶ Εὐτυχοῦς καὶ φαντασίαν εἰσαγόντες, ἀγνοήσομεν τὴν τοῦ θεοῦ καὶ ἁγίας αἰσχυντίαν καὶ ἰησοῦ Μαρίας ἀληθινὴν σύμπραξιν, τῶν ἴσα τὴν αὐθεντίαν καὶ σωτηρίαν, μὴ ὁμολογοῦντα καὶ πάθη ὁμοίως τοῦ παθεῖν καὶ τὴν ἀγωνίαν, καὶ ὁμοίως ἡμᾶς τὸν αὐτὸν καὶ τὸν ἀνθρωποτόκον.

†. Neque vero Nestorium solum, sed & EUTYCHEM[31] mente captum, phantasiam inducentem, negantem autem veram ex sancta semper virgine, & Deipara Maria incarnationem, hoc est nostram salutem: neque confitentem per omnia consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem.

†. Τὸν αὐτὸν τρόπον ἢ καὶ Ἀπολλιναριανὸν τὸν ψυχοφθόρον, τὸν λέγοντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν θεὸν καὶ Ἰησοῦν καὶ θεὸν ἡμῶν ἄνευ ψυχικοῦ τινὸς φυσικῶς νοῦ συνεστάναι καὶ μεγάλως ἐκπεπλῆχθαι ἐπὶ τῷ θεῷ λόγῳ τὸν ἀνθρωπόκτονον καὶ ἀπάτητον ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα καὶ ἀπὸ τούτου ἀναπείθειν ἑαυτὸν ὡς ὁμολογοῦντα τὸν ἀπάτητον καὶ ἀναμάρτητον καὶ ἀναμάρτητον καὶ ἀναμάρ

ἀμφότερα. Ἐπ' ἐσχάτων ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ὢν θεὸς ἀληθινὸς καὶ ἄνθρωπος ἀληθινὸς, ὁ διὰ πάντων τῶν προφητῶν κηρυχθεὶς, ὁ ἐπιφανεὶς τῷ παύλῳ σκηνοποιῷ καὶ ἀποστόλῳ, ὁ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς γράμμασιν ἡμῖν παραδοθείς, ὁ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, παθὼν καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθεζόμενος καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἐλεύσεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν σωμάτων ἡμῶν ἔσται. Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὃ καὶ παράκλητον ὑπέσχετο πέμψειν ἡμῖν μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, ἵνα διδάξῃ καὶ ὑπομνήσῃ τοὺς ἁγίους αὐτοῦ ἀποστόλους περὶ τῆς ἀληθείας τοῦ θεοῦ. Ἐν τούτοις γὰρ τοῖς τρισὶ τὸ πᾶν τῆς εὐσεβείας ἐστὶ μυστήριον.

potestatem, trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium ex [2] Deo vero Deum verum, ante [3] secula, & [4] sine tempore ex Patre [5] natum: coæternum [6] Patri, ex quo omnia, & per quem omnia, qui descendit de cœlis, incarnatus de Spiritu Sancto, & sancta gloriosa & semper [7] virgine Maria, & inhumanatus, sive homo factus est, & passus crucem pro nobis sub Pontio [8] Pilato, sepultus est, & resurrexit tertio die. Unius ac ejusdem passiones & miracula, quæ sponte perfulit in carne, agnoscentes. Non enim alium Deum Verbum, & alium Christum novimus, sed unum & eundem, consubstantialem Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse & perfectus est in humanitate. Nam ejus secundum hypostasim seu secundum personam unitatem suscipimus, & confitemur: Manet enim Trinitas, & post incarnatum unum ex Trinitate Dei verbum: Neque enim quartæ [9] personæ adjectionem admittit sancta Trinitas.

Τὸν αὐτὸν ἄτρεπτον ἀναθεματίζομεν καὶ Νεστόριον, ἐξωτέρω ὁ Νεστόριος τὸν ἀνθρωποτόκον τῶν ὁμοφρονούντων τῇ ἁγίᾳ τοῦ θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τοὺς τὸ αὐτὸ φρονοῦντας τῷ Νεστορίῳ, τοὺς διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, εἰς δύο υἱούς, μόνης γὰρ τῆς προσηγορίας τοῦ μονογενοῦς τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ οὐ τῆς οὐσίας, ἵνα εἷς ᾖ ὁ τῆς ἁγίας τριάδος κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπος, καὶ ἀληθῶς θεός, ὡς ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ ἐδιδάξεν ἡμᾶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, καὶ ὡς ἐκήρυξαν αὐτὸν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ ὁ ἅγιος πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος ὁ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας τῆς μητροπόλεως τῆς Αἰγύπτου, καὶ οἱ λοιποὶ θεοφόροι πατέρες, ἵνα μάθῃ τὸ τῆς ἀληθείας πλήρωμα, ὅτι ἐκ δύο φύσεων ἑνωθεὶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐκ εἰς δύο υἱοὺς διῃρέθη, οὐδὲ διαιρεθήσεται, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν καὶ μονογενῆ θεὸν λόγον, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν.

§. 2. His ita se habentibus, anathematizamus omnem hæresin, præcipue vero Nestorium anthropotocam [9], & qui eadem cum ipso sentiunt, vel senserunt, qui dividunt [10] unum dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, & Deum nostrum: & qui non confitentur propriæ [11], & secundum veritatem sanctam gloriosam, & semper [12] virginem Mariam theotocon seu Deiparam, id est, Dei matrem: sed qui duos [13] filios dicunt, unum ex Deo Patre Deum verbum, alterum ex sancta semper virgine Deipara Maria, gratia & habitudine, & propinquitate, quam cum Deo Verbo habet, natum esse: & qui negant, nec confitentur dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, & Deum nostrum incarnatum, & hominem factum & crucifixum, unum esse ex sancta, & consubstantiali Trinitate. Ipse enim solus est coadorandus & conglorificandus Patri & Sancto Spiritui.

§. 3. Anathematizamus insuper, & Eutychetem mente captum, & qui eum eo sentiunt, aut senserunt, qui phantasiam introducunt, negantque veram nativitatem, seu generationem domini, & salvatoris nostri Jesu Christi ex [14] sancta virgine & Deipara, hoc est, nostram salutem: & qui [15] non confitentur ipsum consubstantialem [16] Patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem.

§. 4. Similiter autem anathematizamus, & Apollinarium psychophthoron [17], sive animicidam, & qui eum eo sentiunt, vel senserunt, qui dicunt inanimem, hoc est animæ humanæ expertem, esse dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, & Deum nostrum, & qui confusionem, aut conturbationem introducunt, & invehunt in unigeniti Dei Filii inhumanationem sive humanitatem: & omnes postremo, qui eadem cum ipso senserunt, aut sentiunt. Dat. Id. Martii, Constantin. D.N. Justinian. PP. A. III. Coss.

Scriptum est superius Edictum eodem [18] exemplo Ephesis, item Cæsariensibus, item Cyzicenis, Amidenis, Trapezuntiis, Hierosolymitanis, Apameis, Justinianopolitanis, Theopolitanis [19], Augustanis, Tarsensibus, Ancyrenis.

Præfatio. 1. *Hæreticorum epistolæ, & anathemata.* 2. *Confessio Catholica.* 3. *De edicto Justiniani.* 4. *De quatuor conciliis.* 5. *Epilogus.*

§. 5. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφάνιον τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην τῆς αὐτῆς βασιλίδος τῶν πόλεων καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην.

Γνώσεσθαι βουλόμενοι τὴν ὅλην ἀγωνοθεσίαν τοῦτο τὸ εἰς σωτηρίαν ἡμῶν ὁρώμενον πολίτευμα, ἀναγκαίως ἡγησάμεθα τοιούτῳ χρήσασθαι τῆς ἡμετέρας συμβουλῆς, καὶ δι' αὐτῶν δηλῶσαι τὴν ἡμετέραν τε καὶ ἀληθῆ πίστιν μόνα. Ὁμολογεῖς γὰρ πρὸς ἀληθείας τὰ ἁγίων κηρύγματα καὶ διηνεκῶς σωζομένης τῆς ἀσεβοῦς Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς μανίας, τῆς τὰ αὐτὰ βλασφημούσης κεχαραγμένης, (ἵνα αὐτοπροσώπῳ ἕνώσει λέγωμεν) δι' ἣν τὸν τῆς παρθένου ἀνθρωπον καὶ θεὸν λόγον ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως ἑνωθέντα, ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως ἑνωθείσαις, ἐν ἑνὶ προσώπῳ καὶ μιᾷ ὑποστάσει ὁμολογοῦμεν, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα διῃρημένον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν καὶ μονογενῆ θεὸν λόγον, κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν ἐν τριάδι ὁμοούσιον καὶ ἐν μονάδι συνθεότητα προσκυνούμενον καὶ δοξαζόμενον. Ἐν ᾧ καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην τῆς αὐτῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Ἐπιφάνιον ἐν τῷ ἐπιστολῇ ἣν ἔγραψε πρὸς τὸν ἡμέτερον γαληνότατον καὶ θεοσεβέστατον βασιλέα, ἐν τῷ ἐπιγνῶναι τὸν ἡμέτερον γαληνότατον καὶ θεοσεβέστατον βασιλέα τὴν ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἐκείνου ἀσέβειαν, ἐπιστείλαντος ἡμῖν τοῦ γαληνοτάτου καὶ θεοσεβεστάτου βασιλέως, ἵνα μὴ ἐπιδῶμεν τὸν ἐκείνου ἀσεβῆ λόγον, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίσωμεν αὐτὸν καὶ τοὺς ὁμοφρονοῦντας αὐτῷ, ἐποιήσαμεν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἡμέτερον γαληνότατον καὶ θεοσεβέστατον βασιλέα, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀσέβειαν τοῦ ἐκείνου ἐπιστολῆς ἐδηλώσαμεν, καὶ τὴν ἡμετέραν ὀρθὴν πίστιν ἐκθέμενοι, ἐπεμψαμεν αὐτῷ. Ἐν ᾗ καὶ τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην τῆς αὐτῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Ἐπιφάνιον ἐν τῷ ἐπιστολῇ ἣν ἔγραψε πρὸς τὸν ἡμέτερον γαληνότατον καὶ θεοσεβέστατον βασιλέα τὴν ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἐκείνου ἀσέβειαν, ἐπιστείλαντος ἡμῖν τοῦ γαληνοτάτου καὶ θεοσεβεστάτου βασιλέως, ἵνα μὴ ἐπιδῶμεν τὸν ἐκείνου ἀσεβῆ λόγον, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίσωμεν αὐτὸν καὶ τοὺς ὁμοφρονοῦντας αὐτῷ, ἐποιήσαμεν ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἡμέτερον γαληνότατον καὶ θεοσεβέστατον βασιλέα, ἐν ᾗ καὶ τὴν ἀσέβειαν τοῦ ἐκείνου ἐπιστολῆς ἐδηλώσαμεν, καὶ τὴν ἡμετέραν ὀρθὴν πίστιν ἐκθέμενοι, ἐπεμψαμεν αὐτῷ.

§. 5. O autem piissimus Imperator Epiphanio sanctissimo, & beatissimo Archiepiscopo regiæ hujus urbis, & Œcumenico Patriarchæ.

COgnoscere volentes tuam sanctitatem ea omnia quæ ad Ecclesiasticum spectant statum: necessarium duximus, hisce ad eam uti divinis compendiis [21], ac per ea manifesta eidem facere, quæ jam moveri cœpta sunt, quamquam & illa eandem cognoscere fumus persuasi. Cum itaque comperissemus quosdam alienos à Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, impiorum Nestorii & Eutychetis sequutos deceptionem, divinum antehac promulgavimus Edictum (quod & tua novit sanctitas) per quod hæreticorum furores reprehendimus, ita ut nullo quovis omnino modo immutaverimus, immutemus, aut prætergressi fimus eum, qui nunc usque coadjuvante Deo servatus est, Ecclesiasticum statum (quemadmodum & tua novit sanctitas) sed in omnibus servato statu unitatis sanctissimarum ecclesiarum cum ipso [22] SS. Papa [23] veteris Romæ, ad quem similia hisce perscripsimus. Nec enim [24] patimur ut quicquam eorum, quæ ad Ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad ejusdem relegetur beatitudinem: quum ea sit caput omnium [25] sanctissimorum Dei sacerdotum: vel eo maxime quod, quoties in eis locis hæretici pallularunt, & sententia, & recto judicio illius venerabilis sedis coërcuti sunt. Idcoque ex præsentibus divinis nostris breviculis [26] scier tua sanctitas quæ à nobis proposita sunt quam & quibus studio est, pessime interpretari, quæ à nobis statuta sunt, comprehendetur.

§. 1. Pauci quidam infideles & alieni à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia contradicere Judaice ausi sunt adversus ea, quæ ab omnibus sacerdotibus recte observantur, probantur & annunciantur: negantes dominum nostrum Jesum Christum unigenitum [27] Filium Dei, & Deum nostrum incarnatum ex Spiritu sancto, & sancta gloriosa, semper virgine, & Deipara, & hominem factum & crucifixum, unum esse sanctæ, & consubstantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum [28] Patri, & Sancto Spiritui, consubstancialem Patri secundum Deitatem [29], consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem Deitate. Recusantes autem Dominum nostrum Jesum Christum unigenitum filium Dei, & Deum nostrum fateri, unum esse sanctæ, & consubstantialis Trinitatis, manifeste deprehenduntur impii Nestorii sequi pravam doctrinam, secundum gratiam [30] eum dicentes Filium Dei, & alium Deum verbum, & alium [31] Christum dicentes, quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata, eos etiam, qui eadem cum ipsis senserunt, aut sentiunt, ut alienos à sancta Dei Catholica & Apostolica Ecclesia.

§. 2. Et Reverendissimi sacrorum monasteriorum Archimandritæ [32] sequentes sanctorum patrum traditionem (ea scilicet fide, ut nihil omnino antehac immutaverint aut hodie immutent, ab eo qui nunc usque, sicuti dictum fuit, obtinet ecclesiastico statu) unanimiter fatentur, & cum gloria annunciant

21 Latina interpretatio Græcis constitutionis.

22 Græce ὑπὸ τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. Sacri episcopi qui sint, dicam alibi.

23 Joannem intelligit, de quo *l. 8. §. ult.*

24 Papæ aliarum etiam Ecclesiarum episcopi appellati sunt: sine Cypriano Papa pref. by-teri, & diacono Romæ consistentes salutem, Cyprianus 2. epist. 7. Sic & Athanasius *in Apologia fuga* Papa appellatur & *apud Epiphanium*, v. quæ notavi *ad* 28 Cyp. 123. n. 3. Mitto plures authoritates in re notissima retexere: videndus est passim Sidonius.

25 Hinc illud Ammiani *lib.* 27. Id enim ille (Constantium intelligit) Athanasio semper infestus, sicut scitur implerunt (id est, Athanasium fide sua jam dejectum ab Arrianis) tamen authoritate (qua potiores urbis æternæ episcopi sibi frustrari desiderio nitebatur ardenti.

26 Hinc colligi, errare eos, qui volunt simp. Placcia prisium pro Gregor. Magn. pontifice, sententiam tulisse contra Justinianum Constantinopolitanum; quam ex his verbis constet trempore Justiniani primatum summo pontifici denatum fuisse: facile etiam *l. 8. ff. de novell. 131. cap. 2. in fin. Auth.*

26 Donatus.

27 Mendose in *Cod. Just. §. 2.* Johanni *in Rescript. vers. 14.* dicitur etiam *unigenitus Dei. Lucæ 2. vers. 7. Hebr. 1. v. 6.* id est, primogenitus, non quod post eum alius, sed quod ante eum, nullum Maria peperit. Sic in legibus *superstes* seu *primus* dicitur, cui jam is, post quem nemo, *l. 9 ff. de reb. dub.* quem nemo sequitur, *l. 92. ff. de ver. sign.* & proximus qui sibi. *l. 3. §. 2 ff. unde cognati. l. 155. ff. de verb. sign.*

28 Συνπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Impie igitur negant Pneumatomachi, Spiritum sanctum patri & filio conglorificandum. v. *Rupertum lib. de Spiritu sancto c. 27. 28.* Sic alia in causa legimus Nestorium docuisse hominem verbo condocabdum, tanquam alterum alteri, non filium unum. *Basilium contra Anomœos.*

29 Ὁμοούσιον. Hinc illud, in Christo habitat πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. *Col. 2. vers. 9.* dicitur etiam de Deo *Sedens ad dextram. 1. Petri 3. v. 22.*

30 Verbum non sic filium, quemadmodum nos: Nos adoptione filii: illud natura. Etiam quadam adoptione filius est Christus, sed secundum carnem, *Mar. Victor. 1. adver. Arrian.*

31 Et sic dux, Epheseus, *Idolo.* Eorum primi sive præfecti *Archimandritæ dicti.* Goth. *Archimandrita*, Agnitis seu gregis princeps, ille pro Pastore, seu Abbate sumitur, à Græca voce μάνδρα, quæ spelæncum significat: solent enim multi spelæncis, & cavis montibus habitare. Vide Alciat. *ad l. 8. C. h. t. num. 12.* Ant.

1 *V. l. 2. §. 1. Trad.* ἀμφότερα.
2 Ex ore *Joan. 1. vers. 1. vers. 2. Col. 1. vers. 17.* ante omnia *Ecclesiast. 1. vers. 1.* ante omnia *Prov. 8. vers. 22.*
2 Eodem jure gaudet Respublica, & civitas. *vide Bart. Bald. & Paliolum, n. 10. hic Matth. Afflict. decis. 67. Roland. a Valle de hæred. dat. quæst. 75. n. 30. ad Gabriel. tit. de præsumpt. Coutlef. 16.* ANT. Causam & historiam cur & qua occasione hæc lex lata sit, post Procopium & Suidam narrat *Gron. Obs. Observ. lib. 1. S. L.* Cur centum anni vitæ hominis longissimum tempus hic constituatur? Dioscorides commentitiam hanc rationem adfert, quod cor hominis ad annos 50. crescat duabus drachmis in singulos annos: à 50 ad centesimum annum totidem drachmis decrescat. Inde fieri et annum 100. homonion excedat. Eadem fuit opinio Ægyptiorum revelata à Plinio, *l. 2. c. 37.* Varro 5. *de lingua Latina*, seculum 100. annorum spatium, longissimæ vitæ in homine esse refert. Inde in ludis sæcularibus primo populum ad esitos ludos vocabat, quos nemo unquam vidisset aut visurus esset 7. *Plin. Festus in sæculares. Censorinus de die natali. Plutina in vita Valiani. Trebell. Poll. in Claudio* dixit 120. annos homini ad vivendum datos: quo loco etiam refert Mosen 125. annis vixisse, adque vitæ spatium ei à numine constitutum. *adde Genes. 6. Stasea* Peripateticus annos 84. vitæ humanæ spatio tribuit, eo ubi spatio, extra stadium quali vitæ humanæ decurrere. *Censorinus de die natali, c. 14.* unde Varro 12. Hebdomadibus fatalem hominis vitam describit, Plato 80. Solon 70. annos tantum tribuit. *Lært. in Solone.* Alii 60. *lib. epigram. Græcorum* 3. 3 *Vide l. 1. 2. 3. comm. de legatis.* Goth. Ergo dominium rei civitati, vel Ecclesiæ, aut in redemptionem captivorum legatur, aut donatur, ipso jure sine traditione transit. *Facit l. 23. ff. de rei vindic. confirmat Justin. hic num. 4. 5. 7. cap. 2. cum. De confessum. Bald. lib. 5. Consil. 86. Tiraquell. de privileg. pia causa cap. 23. 45. 46. & 107. l. 1. & ibi Glos. Cod. de Donat. quæ sub mod. adde l. Titia. 64. verb. rotila via. ff. de fund. ANT.* 4 *Vide T. 11. in princ.* 5 *C. placuit, cauf. 16. quæst. 3. & c. decimali, cauf. 16. quæst. 4. c. nimis, quæst. 3. cauf. 16. & cap. 3. quæst. 4. cauf. 16.* ANT. 6 *Novella 9.* Goth. An bene hic excipiat Ecclesium Romanam: vid. *Rittersh. in exposit. Nov. part. 11. cap. 10. & sqq. & lib. 4. cap. 14. De differ. jur.* ANT. Adde *Balb. De præscript. 1. quint. princip. quæst. 1. & Tiraell. ad authen. nisi reformatio. Cod. De hæret. manich.* S. L. 7 Epitome interprete Contio. 8 Imo non Constantinopolitana sed Romana. *l. 8. ibi: Reddentes honorem. T. de summa Trinit. etc.* 9 *Aliarum*, id est præter Romanam: *caput*, id est ordine prima. ex *decret. concil. Constantinopolit. & Chalced. & l. decernimus. 16. C. Vide Gron. ster. ff. de rei vind. hic.* S. L. 10 Παρακαλῶ λεγῶν. Jus Colonarium & *magistratus de quo hic. Nov. 7. Nov. Leo.* 13. est libellaria alia ab emphyteusi. Libellaria venditio fit scriptura inter veniente certo pretio, & hoc amplius, certa pensione constituta in annos singulos, & hac plerunque lege, ut fisco conducitoque tempore contractus renovetur numerato certo pretio vel arbitrario: Emphyteusis vero non solet renovari, non mutato professore. Eadem ex emphyteusis sub lege melioranda prædii datur. Libellaria non item. Libellaria, in perpetuum: emphyteusis, ad tempus. In libellaria aliqui interpretes volunt commisso locum esse post biennium, licet in locatione: in emphyteusi post triennium, *vide Cujac. 1. Feud. 2. fol. 480.* 11 Imo ultra permittitur, *Authent. perpetuæ 14. T. cod.* 12 *Vide Nov. 7. c. 3.* 13 Epitome interprete Contio. 14 De quibus dicam *l. tit. de numerar. all. & cleric.*

§. β'. Καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῶν φερῆ κλήσεως ἀ παρηβόδας ἢ ἄλλως ἀστατήσαντος ἔξεστι τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκδόσθαι αὐτὸν ἢ κρίνειν.

§. γ'. Γίνεται ἢ εἰς ἑκατὸν ἢ εἴκοσι χαρτουλαρίους ιβ'. εἰς τὸ ἀπόστολ. ιε'. εἰς τὸ Πάσχα, ιβ'. εἰς τὸ σύκλιτον ιβ'. εἰς τὸ Θεοφάνια, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Λαυρέντιον, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Κασιανόν, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Ἀνδρέαν, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Κασιανόν, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Ἀναστάσιον, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Ἀναστάσιον, ι'. εἰς τὸ ἅγιον Ἀναστάσιον

quidem in ipsa metropoli invenerus fuerit, talis aliquis locus illi, procul dubio videri relictam, vel hereditatem, vel legatum, vel fideicommissum: si vero illic nullus talis locus apparet, denuo Ecclesius, quæ in illo loco sunt, capere id debere. Sane sanctissimis [2] Ecclesiis omnes aliæ domus cedant: nisi constet, defunctum aliud nomen scripsisse & voluisse adjicere, & aliud dixisse: nam tale quid accidisse, & nos scimus in cujusdam Pontici testamento, & tunc etiam constitutum fuisse, ut contra [3] scriptum veritas obtineret.

§. 2. Si autem testator certum locum non apposuerit, multa [4] autem templa ejusdem tituli aut nominis in illa civitate inventa fuerint, vel ejus vicinia, si quidem in aliquo illorum defunctus frequenter [5] versabatur, & majorem erga illud habebat affectionem [6], illi templo videri legatum relictum: si vero nihil tale inveniatur, maxime ei templo ex multis ejusdem nominis videatur relictum legatum, vel hereditas quod [7] est cæteris indigentius, & magis opis & eleemosynæ egens. Dat. XIII. Kal. Nov. CP. Lampad. & Orest. VV. CC. Cons. 130.

T I T. III.

DE EPISCOPIS [1], ET CLERICIS [2], ET ORPHANOTROPHIS [3], ET XENODOCHIS [4], ET BREPHOTROPHIS [5], PTOCHOTROPHIS [6], ET ASCETRIIS [7], ET [8] MONACHIS [9], ET PRIVILEGIIS [10] EORUM, ET CASTRENSI PECULIO [11], ET DE REDIMENDIS [12] CAPTIVIS, ET DE NUPTIIS [13] CLERICORUM VETITIS SEU PERMISSIS.

De novis collationibus. De hospitibus.

1. Imperator Constantinus [1] A. clericis salutem dicit.

Quæ [2] sanctionem [3], quam dudum meruistis, & [4] vos & mancipia [5] vestra nullus novis [6] collationibus obligavit: sed vacationе gaudebitis: Præterea neque [7] hospites [8] suscipietis [9]. Datum VI. Kalend. Septemb. Placido & Romulo Cons. 343.

De muneribus sordidis, vel à negotiatoribus præstandis. 2. De muneribus extraordinariis. 3. De parangariis. 4. De clericis, & eorum uxoribus, liberis, manumissis.

II. Imp. Constantinus [1] A. [& Jul. Cæs.] Felici episc.

Omnis [2] à clericis indebitæ conventionis injuria, & iniquæ [3] exactionis repellatur improbitas: nullaque conventio sit contra eos munerum sordidorum: Et cum [4] negotiatores [5] ad aliquam præstationem competentem vocantur, ab his universis istiusmodi strepitus conquiescat. Si quid enim vel patrimonia, vel provisione, vel mercatura [6] (honestati tamen consentia) congesserint, id in usum pauperum atque egentium ministrari oportet: At id quod ex eorundem ergasteriis [7] vel tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis existimet lucrum. §. 1. Verumetiam hominibus [8] eorundem, qui operam in mercimoniis habent, Divi Principis Genitoris mei statuta multimoda observatione caverunt, ut iidem clerici privilegiis pluribus redundarent. §. 2. Itaque extraordinariorum munerum à prædictis necessitas atque omnis molestia conquiescat. §. 3. Ad parangariam [9] quoque præstationem non vocentur, nec eorundem facultates atque substantiæ. §. 4. Omnibus clericis hujusmodi prærogativa succurrat, ut [10] & conjugia [11] clericorum ac liberi eorum quoque, [&] ministeria, id est, mares patrire ac forminæ, eorumque etiam filii [& filiæ] immunes semper ab hujusmodi muneribus perseverent. Datum IX. Idib. Decemb. *Med.* Lecta V. Kal. Jan. apud acta, Constantio A. IX. & Juliano Cæs. II. Cons. 357.

De collectis, exactionibus, angariis, parangariis.

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statu & consuet. contra lib. Eccles. col. 10. §. item nulla.

Item nulla communitas [1] 19, vel persona publica, vel privata collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere, aut invadere Ecclesiastica bona præsumant: quod si fecerint & requisiti ab [2] Ecclesia vel imperio, emendare contempserint, tripla [3] refundant & restituere bona imperiali banno [4] subjacente: quod absque [5] satisfactione debita nullatenus remittatur.

De fiscalibus.

III. Idem A. & Cæs. ad Taurum præf. prætor.

De [1] his clericis, qui prædia [2] possident, sublimis auctoritas tua [3] non solum eos aliena juga [4] nequaquam statuet excusare: sed etiam pro his prædiis, quæ ab ipsis possidentur, eosdem ad pensitanda fiscalia [5] perurgeri; Universos namque clericos possessores duntaxat provinciales, pensitationes fiscalium, translationesque [6] faciendas recognoscere jubemus. Data epistola Prid. Kalend. Jun. *Med.* Constantio A. x. & Jul. Cæs. III. Cons. 360.

De officialibus rationalibus.

IV. Idem A. ad Taurum PP.

Officiales [1] rationales [2]; si exhibitione cursus seu primipili [3] necessitate neglecta, intenersa etiam ratione fiscali, ad clericatus honorem putaverint transeundum, ad priorem conditionem retrahantur. Si vero obnoxii [4] ratiociniis vel necessitatibus non sint: sub notione Judicum, Officiis consentientibus, si probabilis vitæ studium id postulaverit, transferantur, nec cessionem metuant facultatum. Quod si clandestinis artibus putaverint irrependum, duas partes suarum rerum concedant liberis: aut si proles defuerit, propinquis: ex propria substantia portionem tertiam sibimet retenturi. Sin vero propinquorum necessitudo defuerit; geminæ portiones Officiis, in quibus militant, relinquantur: portione tantummodo tertia sibi retentia. Datum IV. Kalend. Septembr. Tauro & Flor. Coss. 361.

De curialibus aut officialibus. De Monachis.

In Authent. de sanctis Episcop. sed neque curialem. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 15.

Sed [1] 14 *neque curialem aut officialem, clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero sint injuriæ* [2]. † *Si vero tales personæ in clero constituantur, tanquam nec ad ordinationem perducta, propria fortuna restituantur; nisi monasticam forsitan virum aliquis eorum non minus quindecim annis impleverit: tales enim ordinari præcipimus, quatenus propriæ substantiæ fiat retenta, reliqua partibus curiæ & fisco vindicandis, si in clero constituti monasticam & decentem vitam implexerint.* §. 1. *Sed si post Clericatus honorem aliquis eorum nuptum, aut concubinam acceperit, propriæ fortunæ reddatur, licet talis Ecclesiastico gradui teneatur, in quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur. Idem erit & in omnibus aliis monachis, licet nullis fortunæ primæ subjectis fuerint. Et generaliter quicunque in quolibet Ecclesiastico gradu constitutus, ad secularem* [3] *vitam redierit, honore undatus, curiali fortunæ propriæ civitatis reddatur.*

Si quis sacratissimam virginem rapuerit, vel attentaverit.

V. Imp. Jovinian. [1] A. Secundo Præfecto Prætorio.

Si [2] quis non dicam rapere, sed attentare [3] tantum jungendi causa matrimonii sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur. Datum XI. Kalend. Mart. Gratiano [4] A. III. & Merobaude Cons.

De muneribus personalibus.

VI. Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ad Caraphronium.

Presbyteros [1], diaconos [2], subdiaconos [3], atque exorcistas [4], & lectores [5], ostiarios [6], [acolythos [7]] etiam personalium [8] munerum [9] expertes esse præcipimus. Dat. III. Non. Mart. Gratiano A. III. & Merobaude Cons. 377.

De testimonio dicendo.

Pars auctorum habitorum in consistorio apud Imperatores Gratianum, Valentinianum, & Theodosium, consulatu Syagrii, & Eucherii virorum clarissimorum, die III. Kal. Januar. Constantinopoli in consistorio.

VII. Imp. Theodosius dixit.

Nec [1] honore [2], nec legibus Episcopus [3] ad testimonium [dicendum] flagitetur. †. *Item dixit*, Episcopum ad testimonium dicendum admitti non decet: nam & persona oneratur [4], & dignitas sacerdotis [5] exempta confunditur.

In Authent. de sanctis Episcop. §. nulli vero judicum. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 7.

Sed judex mittat ad eos quosdam de suis ministris, ut propositis [1] *sacrosanctis evangeliis, secundum quod decet sacerdotes, dicant ea quæ noverint, (non tamen juvent.)*

Presbyteri occasione testimonii non torquentur, puniuntur tamen si falsum dixerint.

VIII. Idem A. Paulino Præfecto Augustali.

Presbyteri [1] citra injuriam quæstionis [2] testimonium dicant: ita tamen, ut falsa non simulent. Cæteri vero clerici [3] qui

---

1 Nota sententiam. 2 Vide l. 4. J. de Episcopis. 1 Ambigitur quando quantum Ecclesiæ possit, ut ad eas fit in toto, vide l. 22. ff. de testibus. 2 Cur ita? Ea quæ sunt consuetudinis & moris, considerari oportet l. 32. §. 20. ff. de aedilit. l. 3. §. 10. ff. de off. pr. de ingat. 1 Ex frequenti observatione mandatum effectio colligitur l. 4. J. de civil. furor. 4 In dubio fundum pauperis. Nov. 131. c. 8. in fin. l. 49. §. 1. J. ut. prat. 5 Vide C. Theod. 5. Nov. 123. Episcopi, presbyteri, diaconi, principes Ecclesiarum, Optatones, & principes civitatum, Optatones ibid. ut prædictum est, sacerdotes dicuntur l. Sed. 1. 9. 17. l. 18. J. ead. Nemen Episcopi ex nomen Metropolitanis & civitatis Ecclesiasticis, ut speculari vel intendere. Episcopi sunt speculatores morum & originalis populorum. cap. 1. de Sed. 21. Ant. 6 Synodi Regiæ 24. c. 1. Nov. 123. cap. 19. Clerici dicuntur, qui divino cultui ministrant, vel religioni inserviunt, l. 2. C. Theod. de epis. & cler. qui eas retinet apud Fabianum lib. 10. Significati sunt presbyteri, diaconi, archidiaconi, archidiaconi, lectores divinæ Scripturæ, exorcistæ, cantores, psalmi: & Hieron. lib. 3. Isaiæ. 14. c. nominis vel pecus interpretes, ut apud Nummos, qui omnes etiam ministri divinæ legis & constitutionis dicuntur: ab eo separatur juvenes, seu acolythi. vide l. 6. J. ex Parthenii, vide Cyp. Nov. 3. Qui autem habent ecclesiarum exercere, plebes appellantur, & sacri. Leg. Tertullianus lib. de coronat. ad soldatum. Diffinitum, inquit, inter sacerdotem & plebem constituit, laicalis authoritas. 7 Orphanotrophia, xenodochia, ascetria, Salmas. de usur. ut enim hic agit de rebus illis quibus dictum est Ecclesiæ. Superiori. Id de personis. Qui sint orphanotrophi, vide l. 32. J. ad Nemdoch. qui etiam accipiunt, l. 49. §. 5. J. ead. 11 Presbyteri qui infantes regenerare & parvulos baptizare, aut capitum parentibus dicuntur, l. 2. §. 22. J. de Episc. Episcopus ipsum fieri Fortuna in quem fluens Lucrine loca constituta sunt xenodochia. 12 Ptochotrophi d. leg. 19. l. 22. qui pauperes alunt. 13 Ascetria, personæ devotæ sacris meditationibus: quod institutum Majorianus Sped. de famulis, & virginis vocat philosophiam: vocatur à Nazianzeno & Hermia ἀσκητρία φιλοσοφία. 14 Monachi alii sunt ab ascetriis, ut ascetriam aliud à monasterio leg. 54. Cap. hic. 15 De quibus vide l. 26. J. de curiosibus. 16 L. 33. §. 7. J. ead. 17 L. 20. l. 7. C. Theod. ead. formosi Basilicum 54. tit. 2. ex lib. 3. tit. 3. cap. 5. 18 L. 28. l. 46. §. 2. J. ead. 19 L. 2. §. 4. l. 19. J. ead. 20 Clerici & eorum mancipia novis collationibus ne gravenrur: sed nec metata præstent. 21 L. 5. J. tit. præc. Id est, familia, de qua vide hic Bald. 22 vide quæst. 1. c. generaliter, §. novarum. id est, nemorellinis, l. 2. §. 2. J. ead. 23 Malè salutare Salmasius, somnia ibid. 24 Cap. 2. in fin. de Ep. Goth. Vide tamen Christin. vol. 2. decis. 230. Ant. 25 Id non servatur in Gallia. Burgundus traitté des Iuste abrogées lib. 1. Codex Theod. 26 L. 14. C. Theod. 16. 2. 27 Illicitis, 2. fund. 53. §. 2. in fin. Clerici & eorum mancipia nova collationibus ne gravenrur: sed nec metata præstent. 28 Cap. 1. de Sed. 21. Ant. 29 Clerici ab exactionibus & sordidis muneribus, & extraordinariis, licet negotientur, immunes non conjugibus & liberis sanctis. Syn. d. l. 30 Hinc colligit Baldus Clericos immunes à lia ut E dixi. 31 Clerici non removentur à mercatura honesta. 32 Officiales: atqui neutrum clerico habere licet, 44. distinct. cap. nullo. 33 Id est, ministris: Codi. Rerisedes vocant. Ministrum vocabulo qui intelligantur, vide l. 1. J. commercia. & l. 20. C. Theod. de Episcop. 34 De qua alibi dixi. adde d. l. 10. 35 Parentibus concessis immunitates, ad eorum liberos propagantur. vol. 2. §. de jure immunit. An etiam post mortem patris? negat Baldus 36 Clerici olim conjugati. 37 Communitas delinquere potest. 38 Clerici olim conjugati. 39 Communitas delinquere potest. 40 Hinc colligit, laicum sortiri forum Ecclesiasticum.

41 Imo duplum, 2. fund. 53. §. 2. vers. illicitum. 42 Bannni bona confiscari ut. sequi solent. 43 Ex contraria colligit bannitum relaxari posse ex justa causa. 44 Pari ratione l. 15. C. Theod. ead. 45 Subsidii, privata & propria. Nam de Ecclesiasticis prædiis dictum est, l. 5. C. de sacr. Eccles. Est vero hic sensus apud authores Synopseos d. cap. 5. Clericos qui sunt in provinciis non suis, non solum non aliena, sed ne quidem sua prædia excusare vice evectionis, à compulsionibus fiscalium, & eorum translatione. 46 Ratione censuum & tributorum personæ Ecclesiasticæ conveniri debent apud judicem laicum. adde l. 20. J. de Episcopis. l. 13. J. de Patribus Latinis Sacrar. sacrif. 47 Id est, jugatione, atque ita clerici non sint immunes à jugatione: quod ex Ambrosio in superioribus probatum est. 48 Rentis sc. non personalis. 49 De quibus alibi dictum. 50 Beneficiarii vel officiales rationalis, &c. ita legitur l. 7. C. Theod. de exhort. ad sacr. fac. extra de obsig. ad ratis. 51 Rationalis. Cantor parabilis communicatur Cujac. ad P. Fabr. ut ille testatur ad l. 7. J. de jure fisci: officiales procuratoris Cæsaris. Nam procurator ipse catholicus sæpe appellatur. 9. Cujac. ibid. adde l. 9. §. 2. in fin. J. de bon. proscr. 52 Adde l. 27. J. ead. Novell. 123. cap. 1. 53 Rationibus reddendis obnoxius, inutiliter fit clericus. 54 Hoc non servatur in Gallia: nam & cancellarii facerdotes esse possunt: quin & Curiales ingressi monasterium de sua substantia possunt testari. Fer. de Bellaperticа, quæst. 238. Rebuff. in pragmat. tit. de gloss. 9. num. 25. 55 Clero fit injuria, si indigno ad clericatum admittatur. 56 Apostata non fruitur beneficio clerici. Bald. 57 Ep. Jovianus. Ante tempora Jovianæ, imperante Juliano Imperatore, cui Jovinianus successit, impune quidvis in perniciem religionis catholicæ moliri; adeoque vi illata, vel persuasione adhibita, nuptus cum virginibus Deo consecratis contrahere. Vide porro de ratione & causa hujus legis Sozom. Histor. Tripart. lib. 7. cap. 4. Nicephor. lib. 10. cap. 39. Ant. 58 Vide l. 30. J. de furtis, l. un. J. de raptu. hac lege puniri conatus: quod in Gallia non servatur, Rebuffus d. l. num. 28. ad 31. De ea re dixi ad l. 12. ff. de pœnis. Fatetur tamen Rebuff. ibid. num. 31. conatum puniri mulcta pecuniaria, quin & interdum capitali pœna. adde Bellovisanum l. 1. c. 13. Cujac. 5. obs. 25. l. 2. ff. ad leg. Corn. de sicar. Goth. Non punitur conatus, nisi in crimine læsæ majestatis. Barbat. vol. 2. consil. 23. num. 27. Farinac. prax. criminal. quæst. 17. num. 49. & quæst. 30. n. 31. & quæst. 28. n. 3. Est tamen Canonistæ hanc lex cap. 6. de pœnitentia, quæst. 2. Ant. 59 Repugnandum Joviniano & Valentiano Cæs. ut habetur quoque in Cod. Theod. item addendus locus, unde hæc lex data Antiochiæ, ut eadem Cod. Theod. continetur, & habent quoque manuscripti nonnulli. 60 De quibus dicam ad l. 8. J. ead. 61 L. 24. C. Theod. de episcop. de diaconis vide Duaren. 1. de sacr. Eccles. ministr. 12. 62 De subdiaconis vide Duar. 1. de sacr. 14. 63 Exorcistæ, de quibus vide Duar. ibid. 64 Lectores, de quibus vide Duar. ibid. 65 Ostiarii Ecclesiæ, de quibus vide Duaren. d. loc. Porro hujus loci hæc sententia est; Omnis clericus ad ipsius usque ostiarium, à personalibus muneribus excusatur. Symp. Basilicum 54. tit. 7. & lib. 3. tit. 3. cap. 5. 66 Acolythi qui & juvenes, l. 19. C. Theod. ead. Corrupte hic jungantur clerici, ut qui ex eorum numero non sint, l. 24. C. Theod. ibid. cereos & fanalia deferebant: vetantur oratorium exigere ab hostimonibus, Novell. 59. De acolythis plura vide apud Duar. 1. de sacris 14. 67 L. 8. C. Theod. de fide testium lib. 11. 68 L. 32. J. ead. Ext. 1. cap. 2. 69 L. 8. C. Theod. de fide testium lib. 11. In Gallia Episcopi etiam testimonium ferre, sicuti laici cogantur; non tamen jurant tactis Evangeliis, sed posita ad pectus manu. Fieri etiam possunt perjuri, vide Rebuffum in pragm. conf. gloss. 5. num. 27. 70 Hoc falso additum ab Irnerio notat Contius. 71 Id est, nec volens, nec invitus, sed domum mittitur, ut fit in l. 2. §. 2. J. de jure prog. cohorm. 72 Hoc speciale. Nam reliqui cogi possunt, l. 7. J. de testibus. 73 Dehonoratur. C. Theod. de fide testium, lib. 11. 74 Id est, Episcopi, cui sacerdotii nomen sæpius tribuitur, l. 18. J. ead. interdum clericis & omnibus Christianis. Tertull. exhortatione ad castitatem: Nonne & laici sacerdotes sumus? scriptum est enim, Christus sacerdotes nos Deo & patri fecit. vide Cujac. hic. 75 Hoc non servatur in Gallia ut E dixi. 76 L. 20. C. Theod. de fide testium lib. 11. apud Har. 1. tit. 6. §. 16. Ingl. ead. vi sacri vis Deum adjuvare sacerdotes, sacerdotes & omnes denique divino ministerio addicti inviti testimonium dicunt, si à superiore, Episcopi vero neque ipsi invizi: si tamen opus sit eorum testimonio; propositis sacris Evangeliis interrogantur. Goth. Quod in propriis ædibus, non in foro Secularibus fieri debet: Salicet. hic. Farin. de testib. quæst. 6. num. 544. ad 573. Mastard. de probat. Concl. 1338. vid. cap. 36. sens. 11. quæst. 8. Ant. 77 Presbyteri, rationis testimonii, torqueri non debent, 11. C. Theod. 39. l. 10. 78 Clerici torqueri possunt.

1 Presbyteros superiorem inter clericos locum obtinere hinc colligitur: Apostolorum vice fungi, ut legimus in Scripturis eorumdem: eisque non minus quam episcopis incumbit jus annunciandi verbi, ejusdem ea exercendi ac vis inquirendi ejusdem: & Paulo ascribendo in Asyro ad Ephesum, episcopis proximi, l. 5. C. Theod. de haeret. vide Cujac. ibid. Video Petrum vocari συμπρεσβύτερον, 1. Petr. 5. vers. 1. Paulum ad presbyteros Ephesios, Act. 20. vers. 17. 28. Vel Spiritum Sanctum posuisse episcopos ad regendam Ecclesiam Dei: & 1. epist. ad Tit. vers. 5. Reliqui te Cretae, ut appendens constituas presbyteros, etc. Quartet enim episcopum inculpatum esse. Presbyteri orabant pro infirmis, ab eis accersebantur, ungebant eos oleo. Jac. 5. vers. 14. Adversus eos accusatio non facile admittebatur, Paul. 1. ad Tim. 5. vers. 17. 19. Desensus existimat Cardinalem olim fuisse presbyterum, non quidem, sed qui in majore Ecclesia, quam cathedralem dicimus, rem divinam cum episcopo suo faciebant, 1. de fuerie 13.

2 Prodocti, citati, moniti.

3 Presbyteri falsi teneri possunt.

4 Sub nomine, C. Theod. sub nomine superioris loci testimonium dicere, citra corporalem injuriam est, praterea & honore dignitatis, ac muneris sacerdotis cogi testimonium dicere, citra injuriam quastionis & tormentorum.

5 Quo quisque honoratior, eo gravius punitur, si deliquit. Imo mitius, l. 28. in fin. ff. de pan.

6 Nota poenam presbyteri, vel diaconi falsum dicentis.

7 Para prima. l. 27. C. Theod. de episcop. lib. 16.

8 Paul. sexagenta, d. l. 27. ut & epist. 1. ad Tim. 5. vers. 9. quinquagenta, ut hic, & Nov. 6. cap. 5. Chalcedonensis Synodus c. 12. Ecta Synodus in Trullo, c. 14. hodie quadraginta, Nov. 123. c. 13. & sic utraque discedit à praecepto Apostoli.

9 Hodie id non observatur: potest enim quis admitti ad subdiaconatum anno 18. ad diaconatum anno 20. ad sacerdotium 25. Clementina de aetate. ad episcopatum anno 27. Apud Gallos, v. Rebuff. in prooem. conf. gall. t. n. 32. Goth. Varia de hac aetate jura refert Simon Majolus de Irregularib. lib. 2. c. 29. n. 18. 60. annos desiderat, cap. juvenculae quaest. 2. cap. vero indemnitatibus. 43. pr. de elect. in 6. 30. anno, cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. abbatissas 25. annorum admittere videtur. Tandem Concil. Trid. Sess. 25. cap. 7. Abbatissam aetatis 40. professionem 8. annorum requirit. Anr. 10 Dixi ad l. 9. T. eod. 11 De poenis secundarum nuptiarum alibi dicam. 12 L. 31. C. Theod. de Episcop. lib. 16. Goth. Pro intellectu hujus legis vide Atzonem, de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cap. 389. num. 3. S. L. 13 Sub. cum divina mysteria & alii sacri cultus peraguntur. Syn. Basil. Can. 32. tit. 2. l. 2. 43. 14 Praesertim cum divina mysteria & sacri cultus peraguntur Can. Eccles. 31. & lib. 3. tit. 1. c. 43. 15 Episcopo, clericis, & aliis ministris, Syn. Basil. ad loc. 16 Vel in ipso cultu. Hal. adde Nov. 123. c. 31. 17 Tria hic vindicantur, injuria vel delicet facta personis, actioni, & loco. 18 Βασανος verbera, vel de ipsius supplicio καταδικου, verberari jubemus, & exilio multari. Syn. Basil. ad. mox tamen hac lege hi mentio capitalis vindictae: vocum ad aliam factis speciem pertinet id genus poenae. Goth. Poenam ejus, qui verbat Sacerdotem fuerit facientem, vide apud Atzonem, de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cap. 309. n. 3. Anr. 19 Diversa haec facti species à superiore. Prior pertinet ad eum qui Ecclesiam ingressus injuriam intulit Episcopo, clericis & aliis ministris. Haec ad eum qui τὰ ἱερὰ μυστήρια καὶ τὰς ἱερὰς λειτουργίας παραβύει, qui ipsa divina mysteria & cultus divinos turbat, quem κατασκοπὴν ποιοῦσθαι: & καταλύειν ἱερὸν συλλογὴν ἐν μέσῳ ἱερεῖ, capite puniri jubet lex. Quid si non λειτουργίας, id est, sacra mysteria, sed τὰς λοιπὰς, hoc est, preces, & supplicationes turbaverit, aut simpliciter in iis injuria affecerit ministrum aliquem Ecclesiasticum? Injuria verberibus & exilio vindicatur: turbatio supplicationis, capite punitur, secundum d. hon. 20 Convicti, & confessi par poena & conditio. 21 Injuria Ecclesiae vel ministro facta potest à quovis in judicium deduci. 22 Injuriam facere ministro crimen est publicum. 23 Apparitionis. 24 V. l. 68. ff. de rei vind. 25 Τὰ ἱερὰ σκεύεσι, καὶ τοῖς ἱεροῖς λειτουργοῖς. 26 Ecclesiasticos. 27 Ἐν τοῖς ἱεροῖς, id est, supplicationibus Litaniae, l. 3. T. de haer. Syn. Basil. ad loc. Nov. 67. Litaniarum usus à Mamerco in Gallia repertus. 28 Litaniae olim ut factae fuerint, observa.

29 L. 32. C. Theod. de Episcopis, lib. 16. 30 16. C. Theod. d. l. 32. 31 Extraneos & peregrinos beneficiorum (eorum praesertim quibus animarum cura connexa est) in Gallia non esse capaces hinc Galli colligunt, vid. conc. Carol. VII. anno 1431. Simile est illud Innocentii III. in cap. Bona 4. §. intellexisse de postulat. Ideo, inquit, non poterunus salva conscientia, in alis personis, quae de regno Hungariae originem ducerent, congrue providere: nec vellemus ei praeferre alienum, adde c. nullus inmult. 61. distinct. adde 71. distinct. & c. quantum in plerisque de offic. ordinarii, & c. ult. de cler. peregr. ibid. Catholicum praesentem nationibus illis conformem: gloss. in verbo, Praesentem. in verbo, conformem: Papon. 2. Notar. 6. cap. des lettres de Naturalité. de quibus, ut & de jure Albinagii dicam ad l. unic. T. non licere habitat. mutuceos. Possis addere hoc hodie non observari in Gallia in eum qui Naturalitatis, ut vocant, literas à rege impetravit. 32 V. distinct. 71. passim, & c. nubis de cler. peregr. vetat eadem ratione Augustinus, formare adpopulum ex c. sortamur. distinct. 71. aliunde venientes presbyteros suscipi, nisi confecratos à proprio loci episcopo, aut commendatitias literas habentes. Eadem distinctione, cap. ultim. ex concilio Antiocheno, peregrinos clericos suscipere nullibi licet absque formata epistola: adde canonem Apostol. 32. & 32. 33 Novell. 123. cap. 18.

rum numerus ordinetur. Dat. III. Kal. Aug. Minino Honor. A. IIII. & Eutychiano Conss. 398.

De curialibus.

XII. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI 34 quis curialis 35, clericus fuerit ordinatus, nec statim, conventione praemissa, pristinae conditioni reddatur, is vigore & solertia judicantium, ad pristinam fortem, veluti manu injecta, mox revocetur 36: Clericis enim ulterius legem 37 prodesse non patimur: quae, cessione 38 patrimonii subsecuta, decuriones clericos esse non verebat. Datum VI. Kal. Aug. Mineo. Hon. A. IIII. & Eutychian. Conss. 398.

De privilegio Ecclesiae.

XIII. Iidem AA. Fidiano 39 vicario.

SI 40 venerabilis Ecclesiae privilegia 41 cujusquam fuerint, vel temeritate violata 42, vel diffimulatione neglecta, commissum [hoc] quinque librarum auri condemnatione plectetur. Datum VII. Kalend. Jul. Bristiae, Theodoro V.C. Conss. 399.

De excommunicatis.

Nova constitutio Friderici de statu & consuet. contra lib. Eccl. §. item quaecunque. coll. 2.

ITem quaecunque communicans 43 vel persona, quae annum integrum excommunicationi propter libertatem Ecclesiae fractam & violatam perseveraverit, ipso jure imperiali bannis subjacebit: à quo nullatenus extrahatur: nisi 44 prius ab Ecclesia beneficio absolutionis obtento.

De episcopo evacuato.

XIV. Iidem AA. Hadriano PP.

QUicumque 45, residentibus 46 Sacerdotibus, fuerit episcopali loco, vel nomine detrusus 47, si aliquid contra custodiam vel quietem 48 publicam moliri fuerit deprehensus, rursusque 49 petere sacerdotium, à quo videtur expulsus, procul ab ea urbe, quam conturbaverit, centum millibus vitam agat: nec nostra adeat secreta, nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat: defensoribus 50 etiam eorum [nostram] indignationem subituris. Datum Prid. Non. Febr. Ravenn. Stilichone & Aurelliano Conss. 400.

In Authent. de sanct. Episc. §. si quis autem Episcop. coll. 9. tit. 9. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 11.

SI quis episcopus sacerdotio pulsus, praesumpserit ingredi civitatem, ex qua pulsus est, vel ing. sens locum, in quo degere jussus est, jubemus, hunc monasterio in alia religiosa constituto tradi: ut, qua in sacerdotio deliquit, in monasterio degens corrigat.

De illicito conventiculo.

XV. Iidem AA. Studio P.U.

COnventicula 51 illicita 52 etiam 53 extra Ecclesiam in privatis aedibus celebrari prohibemus, proscriptionis 54 domus periculo imminente, si dominus ejus in ea clericos nova ac tumultuosa 55 conventicula extra Ecclesiam celebrantes susceperit. Datum IV. Kalend. Septemb. CP. Honorio A. VI. & Arsenio Conss. 404.

De censibus.

XVI. Impp. Honor. & Theodos. AA. Anthemio PP.

QUisquis censibus 56 fuerit annotatus, invito agri domino temperet ab omni Clericatu: adeo, ut etiamsi in 57 eo vico, in quo noscitur manfitare, clericatus fuerit, sub hac lege religiosam adsumat sacerdotium; ut & capitationis farcinam per ipsum dominum agnoscere compellatur, & in ruralibus obsequiis, quo maluerit, subrogato 58 utatur: ea scilicet immunitate indulta, quae certae capitationis venerandis Ecclesiis relaxatur: nullo contra hanc legem unquam valituro rescripto. Dat. ** Honorio A. VIII. & Theod. A. III. Conss. 409.

De publicis actionibus, vel ad curiam pertinentibus & publicis spectaculis. 1. De Parabolanis.

XVII. Iidem AA. Maximo 59 P.P.

PLacet 60 nostrae clementiae, ut nihil commune Clerici cum publicis actionibus 61, vel ad curiam pertinentibus [cujus corpori non sunt annexi,] habeant. §. 1. Praeterea his qui Parabolani 62 vocantur, neque ad quodlibet publicum spectaculum 63, neque ad curiae locum, neque ad judicium accedendi licentiam permittimus: nisi forte singuli, ob causas propias & necessitates judicem adierint, aliquem pulsantes lite, vel ab alio ipsi pulsati, vel [in communes totius corporis causas] syndico ordinato: Sub ea definitione, ut, si quis eorum haec violaverit, & brevibus 64 parabolanis eximatur, & competenti supplicio subjugetur, nec unquam ad eandem sollicitudinem revertatur. Datum III. Kalend. Octob. CP. Theod. A. VII. & Palladio Conss. 416.

De ludis & spectaculis.

In Authent. de sanct. Episc. §. Interdicimus. ii. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. cap. 10.

INterdicimus sanctissimo Episcopo, & presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & lectoribus, & omnibus aliis cuilibet ordini venerabilis collegii annexis schematis constitutis, ad 65 tabulas ludere, aut alios ludentibus participes esse, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculum spectandi 66 gratia venire. † Si quis autem ex his tribus hoc deliquerit, jubemus, hunc tribus annis à venerabilis ministerio prohiberi, & in monasterium redigi: sed in medio tempore si se poenitentem ostenderit, licitat sacerdotes sub qua constitutus est, tempus minuere, & hunc priori rursus ministerio reddere.

De parabolanis.

XVIII. Iidem AA. Monaxio P.P.

PArabolanos 67 qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur,

34 Para legis. 3. C. Theod. de his, qui ad Ecclesias confugiunt, lib. 9.

35 Nov. 123. c. 1. §. 1. vers. curiales.

36 L. 33. §. 1. T. eod. adde l. 60. T. de decurion.

37 L. 56. & 120. C. Theod. de decurion. lib. 12.

38 L. 5. T. qui sine censu.

39 Supplicano ut C. Theod.

40 L. 34. C. Theod. eod.

41 L. 21. T. eod.

42 Para violatis privilegiis Ecclesiae 16. C. Theod. d. t. 34.

43 Communis excommunicati potest.

44 Bannum remitti potest.

45 L. 35. C. Theod. eod.

46 XVI. C. Theod. d. l. 35. id est, in synodo.

47 Nov. 123. c. 11. in fin.

48 Magistratus officium est sedition ministros Ecclesiae coercere: sic Constantius notata aliquando Tyri synodum non destituit reprehendere, quod Athanasio injuriam faciebat: imo & caligare, furores 1. Historiae. Suidae, non fuit ut Novell. 123. cap. 11. praecidit, atque paena minima limit si quid tardius per aut nimius, Theod. 1.

49 Episcopus repulsus, sacerdotium tertia penes non potest. Hic locus etiam obtinet, eosdem olim fuisse episcopos & sacerdotes: adde distinct. 93.

50 Improbis adhibenda defensio prohibenda.

51 Pars interpretata lege 37. C. Theod. de episcop. l. 5. T. de haeretic. conventicula illicita, Cujac. 2. Prud. 73. §. 1. vers. conventicula. Eadem legit conventiculum, quem vide his, explicatum variis per singulos locos argumentandi specimen, ut Topicorum loci jurisprudentiae illustrandae esse possint.

52 Quid licitum? puncellae facere spectacum extra Ecclesiam celebrari? Vide Novellam Leonis 4. Potest ne etiam baptismus extra templum conferri? vide de Novellam Leonis 101.

53 Ut nullus omnino locus hereticis patet, vide l. 3. T. de haeretic. est enim haec vox ambiguitatis.

54 Publicatur domus in qua fuit illicitus coetus. Anr. 55 L. 37. C. Th. 56 P. l. 37. T. eod. 57 Nov. 123. c. 17. in fin.

58 Subdititio. l. 21. T. eod.

59 Monaxio. C. Theod.

60 Pars legis 22. C. Theod. eod. adde Novell. Leonis 85.

61 Clerici non pedunt esse ad vocati, aut procuratores, adde l. 26. l. 41. in fin. T. eod. Nov. 123. c. 8. adde distinct. 88.

62 De quibus, v. l. 18. T. eod.

63 XVI. C. Theod. d. l. 42. Nov. 123. c. 10. Lactantius in Epit. c. 6. gladiatorum spectacula non minus crudele perfunditur qui spectat, quam ille qui facit, &c.

64 Al. brevibus parabolani, vide l. 34. T. de episcop. aud. 65 Tabulae. d. leg. 42. C. Theod. eod. Brevis, hic, matricula est in qua parabolani inscripti. vide l. 34. T. de episcop. aud. 66 Dixi ad l. 17. T. eod. 67 L. 43. C. Theod. eod. adde l. 17. T. eod. qui & parabolarii Julio Firmico: paraboli Socrati: parabolani 68. C. Theod. d. l. 42. 43. utique inhibenda, Parabolani. Caeterum, ita dicti quod se conficiant in magna periculosa pestilentia propter frequentem aegrorum contactum. v. Cujac. ad Nov. 3. Sunt enim Graecis vocabulo fere cognata, quae ab eis objecta, Canon 2. c. 10. num. 7. Turned. 13. Alciat. 4. disp. 9. Goth. Parabolanos Accursius vult esse medicos, quem sequitur Tiraquell. de nobilitat. cap. 31. num. 438. Alii deputatos servitio hospitium, Ecclesiarum, vel, Xenodochiorum, qui ut adscripti à cultura aegrorum, à servitio aegrorum recedere non poterant. Col. Rhodigin. Lect. Antiq. lib. 28. cap. 11. Alciat. disputat. lib. 4. cap. 9. Anr. Parabolani qui sint, vide Alciat. 4. disputat. cap. 9. Turnob. adverf. lib. 13. cap. 23. Cujac. ad Nov. 3. S. L.

tantur, sexcentos constitui præcipimus: ita † ut per † arbitrium viri reverendissimi Antistitis Alexandrinæ † urbis de his qui antea fuerant, & qui pro consuetudine curandi gerunt expectientiam, sexcenti parabolani ad hujusmodi sollicitudinem eligantur: exceptis videlicet honoratis, & curialibus. † Si quis autem ex his naturali sorte fuerit adsumptus, alter in ejus locum pro voluntate ejusdem † sacerdotis (exceptis honoratis & curialibus) subrogetur, ita ut hi sexcenti viri reverendissimi Sacerdotis præceptis ac dispositionibus obsecundent, & sub ejus curâ constituant: reliquis, quæ dudum latæ legis forma complectitur, super his parabolanis, vel de spectaculis, vel de judiciis, cæterisque (sicut jam † statutum est) custodiendis. Dat. xii. Non. Febr. CP. Honorio xii. & Theod. x. AA. Cons. 418.

Quæ mulieres cum clericis habitare possint.

xix. Iidem AA. Palladio P. Urb.

Eum [6], qui probabilem [7] sæculo disciplinam agit, decolorari [8] consortio sororiæ [9] appellationis non decet [10]: Quicunque igitur cujuscunque gradus sacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore censentur: extraneam [11] sibi mulierum interdicta consortia cognoscant, hac tantum eis facultate concessa, ut matres, filias, atque germanas [12] intra domorum suarum septa contineant: in his enim nihil sævi criminis existimari [13] fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui casti atis honatur affectio, quæ ante [14] sacerdotium maritorum, legitimum meruere conjugium: neque enim clericis incompetenter adjunctæ sunt, quæ [15] dignos sacerdotio viros sua conversatione fecerunt. Dat. viii. Idib. Maii, *Ravenn.* DN. Theod. A. ix. & Constantio V. C. Cons. 420.

In Authent. de Nupt. §. sed & si quis inter col. 4. tit. 1. seu Novell. 22. cap. 42.

Multæ magis [16] *ergo cessant earum conjugia: soli enim cantores lectorumque nuptias contrahere permittuntur: aliis autem omnibus penitus interdicimus. Verumtamen si & ipsi ad secundas pervenerint nuptias, nequaquam ad sacerdotii culmen ascendant.*

In Authent. quomodo oportet Episc. §. hæc autem versic. neque autem. col. 1. tit. ult. seu Novell. 6. cap. 5.

Episcopo [17] *nullam nauticorum socium habere permittimus: sed si habere voluerint, ab Episcopatu dejiciatur, quo se fecit indignum.*

De bonis clericorum & monachorum.

xx. Impp. Theod. & Valent. AA. ad Taurum Præfect. P. & Patricium.

Si [18] quis presbyter [19], aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus, vel cujuslibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier, quæ solitariæ vitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit; nec ei parentes utriusque sexus, vel liberi, vel qui agnationis cognationisve jure junguntur, vel uxor extiterit, bona, quæ ad eum, vel ad eam pertinuerunt, sacrosanctæ [20] Ecclesiæ, vel monasterio, cui [forte] fuerat destinatus, aut destinata, omnifariam socientur: exceptis [21] his facultatibus, quas forte censibus adscripti, vel juri patronatus subjecti, vel curiali conditioni obnoxii clerici, vel monachi, cujuscunque sint sexus, relinquunt. Neque enim justum est; bona, seu peculia [22], quæ aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adscriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ constitutionis sub certa forma pertinere noscuntur; ab Ecclesiis, aut monasteriis detineri: actionibus videlicet competentibus sacrosanctis Ecclesiis, vel monasteriis reservatis, si quis forte prædictis conditionibus obnoxius, aut ex gestis negotiis, aut ex quibuslibet aliis Ecclesiasticis actionibus obligatus obierit. Dat. xiv. Kal. Jan. Arbovindo & Aspare [23] Cons. 334.

In Authent. de Monachis §. illud quoque. col. 1. tit. 5. seu Novell. 5. cap. 5.

Nunc autem cum monachus factus est: hoc [24] *ipso stant res omnes obtulisse monasterio videtur, si prius testatus non sit, & exinde de judicio ejus cessante lege disponitur: ut si libros habeat, in quos aut nihil, aut minus legitime portione quoquo donandi titulo contulerit, earum substantia monasterio destinata detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum* [25] *salvo tamen jure ususfructus, & aliorum creditorum.*

De honoribus curiæ.

xxi. Iidem AA. Thomæ Præfecto Prætorio.

Ad [26] similitudinem [27] tam episcoporum orthodoxæ fidei, quam presbyterorum & diaconorum; hi, qui honorario titulo [28] illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos [29], periculo [30] suarum facultatum, curiæ muneribus satisfacere non vetentur. Dat. iv. Non. April. C. P. Isidoro & Senatore Cons. 436.

De accusatione episcopi. 1. De privilegiis ecclesiarum. 2. De litteris Systaticis.

xxii. Iidem AA. Florentio PP.

Si quâ per calumniam [31] postulatio super criminalibus causis apud competentem judicem deposita exhibitionis causa fuerit, sacrosanctæ religionis auctoritas triginta pondo auri condemnatione [32] publicis calculis inferenda, ut percellatur, præcipimus. §. 1. Quinetiam omnia privilegia [33], quæ sacrosanctis Ecclesiis confugarum, aut clericorum, decanorum, aut aliorum Ecclesiasticorum causa, legibus sunt præstita, intacta atque illibata servari. §. 2. Præterea jubemus, ut omnes clerici atque monachi, qui de suis [34] civitatibus ad hanc almam Urbem Ecclesiastici negotii, vel religionis causa proficiscantur, litteris [35] episcopi [36], cui unusquisque eorum iter faciens obsequitur, muniti adveniant: sciturі, quod si citra hanc fiduciam accesserint, sibimet imputabunt, quod non clerici vel monachi esse putabuntur [37]. D. Theod. A. xvii. & Festo Cons. 439.

In Authent. de sanct. episcop. §. sed neque pro qualibet. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Nov. 123. c. 8.

Nullus episcopus invitus ad [38] *civilem, vel militarem judicem in quamlibet causa producatur, vel exhibeatur, nisi Princeps jubeat: judex autem, qui ducі, vel exhiberi imperaverit, post singulі privationem, viginti libras auri Ecclesiæ illі, cujus episcopus est, persolvat: executore post singulі privationem verberibus subdendo, & in exilium deportando.*

De Fabiano sive Flaviano & Eutyche.

xxiii. [39] Impp. Valent. & Marcian. AA. Palladio, Præfecto Prætorio.

Quoniam venerabilis recordationis Fabianus [40] hujus almæ Urbis episcopus, cum venerabilis synodi innumerabilium pene sacerdotum, qui Chalcedone [41] convenerunt, tanto & tali decoratus est testimonio, ut Eutyches, qui contra senserat, cum sceleratis dictis suis ab omnibus uno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria [42], Fabiani autem laudabilis recordatio relevetur. [43] Data Constantinopoli, pridie Nonas Asporatio [44] V. C. & qui fuerit nunciatus Cons. * [45].

De relictis pauperibus.

xxiv. Iidem AA. Palladio Præfecto Prætorio.

Id. quod pauperibus [46] testamento vel codicillis relinquitur, non ut incertis [47] personis relictum evanescat, sed omnibus modis ratum firmumque consistat.

De foro competenti. 1. De cautione. 2. De sportulis.

xxv. Imp. Marcianus A. Constantino P. P. P.

Cum clericis in judicium vocatis pateat episcopalis audientia [48]: volentibus [49] tamen actoribus, si actor disceptationem sanctissimi Archiepiscopi noluerit experiri, eminentissimæ tuæ [50] Sedis examen contra catholicos sub viro reverendissimo Archiepiscopo hujus Urbis clericos constitutos, vel contra reverendissimum Oeconomum, tam de suis, quam de Ecclesiasticis negotiis, sibimet noverit expetendum: qui in nullo [51] alio foro, vel apud quemquam alterum judicem eosdem clericos litibus irretire, & civilibus vel criminalibus negotiis tentet innectere. §. 1. Memorati autem reverendissimi clerici orthodoxarum Ecclesiarum, quæ sub viro religiosissimo antistite hujus inclytæ Urbis sunt; in causa, in qua vel ipsi, vel procuratores [52], quos pro se dederint, sententiarum suarum auctoritate [53] pulsantur; executoribus, per quos cœperint convenirі; fidejussorem, sacratissimæ hujus Urbis Ecclesiæ œconomum, vel defensorem præbeant; qui usque ad quinquaginta libras auri fidejussor existat. Ipse vero reverendissimus œconomus almæ hujus urbis ecclesiæ lite pulsatus, fidejussorem pro se non præbeat: ut [54] pote qui & aliorum [55] clericorum fidejussor futurus est, sed fidei [56] suæ committatur. Quod si iis diversorum (excepto reverendissimo œconomo) clericorum, quæ agitanda sit, memoratam summam videatur excedere: clericus lite pulsatus, det executori pro residua quantitate cautionem suam: cui nullum tamen insertum erit jusjurandum: quia ecclesiasticis regulis, & canone à beatissimis episcopis antiquitus instituto, clerici [57] jurare [58] prohibentur. §. 2. Statuimus autem, ut executoribus idem reverendissimus œconomus, vel alii diversi clerici sub beatissimo Archiepiscopo hujus splendidissimæ civitatis, sententiarum tuarum auctoritate commoniti, duos solidos tantummodo dent pro commonitione sua, & pro institutione procuratoris, si per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diversos apparitores eminentiæ tuæ, in his quæ ex consuetudine præbentur officio, obsecvari in causis prædictorum clericorum jubemus: ut litis sumptus vel expensæ à clericis pauciores humaniorесque [59] præstentur. Dat. viii. * April. Varani [60] & Juanne Cons. 456.

In Authent. de sanct. Episc. §. spontularum. coll. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. c. 28.

Sed hodie nulla persona in ecclesiastico officio constituta, in qualibet causa criminali, vel pecuniaria cujuscunque quantitatis, vel diaconissa, vel mona-

---

1 Medici tantum emolumentum in municipia non ab episcopo, aut presbytero, sed ab urbium, & respublicarum curatoribus civitatis, jubet *l. 2. ff. de decurion. ac filiis eorum.*

2 Parabolanos numero arbitrio antistitis Alexandrini electos hic bene agentibus indicta est, unde quibusdam non simpliciter medicinæ, aut medicam exercere licere fulcipicio est, sed eis potius, qui certo genere voti & quali religioso: eundis egrotis propter eam doctrinam publice: quales sequitur Lutetia, unde stibi originem, paucis ab hinc annis, instituto simili (neque dubito quin aliquando in lagunis) ac certo numero constituit. Alius medici elegendi jus civitatem ipsarum fuit, *l. 1. ff. de decurion. ac filiis eorum.*

3 De Medicis & Scholis medicinæ in urbe Alexandrina, hoc situ dignum refert Ammian. 22. *in fin.* ad commendandum, inquit, artis peritiam, medicos pro censi experimento fulcire si Alexandriæ disserit & eruditum.

4 Cujus? unique Episcopi, de quo superius facta est mentio. Idem ergo antiquitus fuit Iatricus & epi.

l. 17. ff. ad. l. Aq. C. Theod. ad. Goth. Vide *Novell. 123. cap. 29. & ibi notat. Petr. Rebuff. de leg. abrog. lib. 4. fol. 98. Ann.*

Vide autem hanc conditionem, ut clerici qui nuptias contrahere conantibus vetantur, nullatenus inde ab domi assistam, & quasi focium, & ut ea tempore loquebatur, fermoni habeat exempta matre, filia, sorore & fœminibus, quæ ab omni fuspicione honestæ; fuspicione vero nullam etiam earum, nisi episcopatu privari velint.

7 Probabilem hi fæculo disciplinam agit, cujus facta augue conducit bonella est.

8 Id est, dehonestari.

9 Ita fabulæ quondam clerici exercitio malitiam, fraudem, mores aut filios, appellare, ut propudia fuis fub his videlicet pietatis nominibus obtegerent. Id quod Hieronymus in *lib. ad Riparium nonnullorum de vitandis fuspecta contubernia: & in epist. ad Furiam Viduam Christianam: & Ambrosium Concilium cap. 18. Goth.* Ex consuetudine & familiaritate fimilis vitæ fimulatur perfuasio. Vid. *Tiraquell. de leg. Connub. 5. part. glos. 1. num. 29. Cujac. lib. 2. observ. 29.*

10 Græci distinguunt inter presbyteros, diaconos, fubdiaconos, & episcopos. Illis licet *matrimonio* habere: his non nisi *sumpsi. Basil. tit. 3. cap. 41.* 11 *l. 1. tit. 1. de prob. & diversis in habitum cum muliebri. cap. 1. Regium Balsamonis: adde Novell. 123. c. 29. Nov. 133. c. 3. Mev. 137. c. 1. in fin.* quas Ruffin. Aquileiensis *in c. 3. Nicæni Concilii, romanas* interpretatur. Alii veriam fubintroductas, intromissas & adscititias, *cap. nullus. c. interdixit, dist. 32.* Superinductam interpres *Nov. 123. c. 29.* quam *verbatim* Græci, *3. Keleg. 1. c. 41. adde cap. 59. Aquisgranensis Concilii, & cap. 4. Ancyranæ synodi.* Eusseb. *7. hist. 30.* ubi Rhenanus ex Chrysostomi quodam sermone, quales ea mulieres fuerunt, diligenter interpretatus est, *vid. Cujac. 2. observ. 29.* ut non male jactetur in eas illud Martialis, 12. *epigram. 20.* Quare non habeat, Fabulle, quæris Uxorem, Thænisson? habet fororem. *vid. Cujac. ad Novell. 6. in fin.* Tibullus: Hæc tibi vir quondam, nunc frater, casta Marcon Minti. Seneca in Phædra, Me vel fororem, Hippolyte, vel famulam voca. Petronius, Recipes servos tuos si triduo fine fratre dormierit. Idem: Concilio tibi, ô juvenis, sororem. Martialis, 2. *epigr. 4.* Fratrem te vocat, & sorur vocatur. Idem 10. *epigr. 65.* Quare desine me vocare fratrem, Ne te Carmenion vocem fororem. 12 In Nicæno concilio additur *Syra.* & quæ libet hujusmodi necessitudine conjunctis mulier, ut procul abfit omnis ab ea fuspicio, *adde l. 7. ff. de ufu, & habit.* 13 Non genuinitur fornicatio, incestus, aut crimen inter consanguineos, *l. 34. ff. de ædil. ed. Alsiat. 1. prosumpt. 34. l. 68. §. 1. ff. de rit. adde Wurmf. 1. prud. 21. cap. 2.* 14 Episcopo, facerdos aut clericus eam quæ uxor ante Sacerdotium fuit, domi habere potest. 15 Videtur addere ad *senf. 14. 16. 1. ad Corinth. cap. 7.* 16 Sensus est, Si non permittitur ad temperandi mulierem domi habere, multo minus in perpetuum, jus enim illud matrimonio quia adhibetur. *§. 2. Inst. de patr. pot.* 17 *3. Keleg. 1. cap. 61.* 18 *L. unic. C. Theod. de bonis clericor. l. 1. tit. 3.* 19 Clericus: aliud in episcopo. *vide Cujac. ad Nov. 131.* 20 *Nov. 131. c. 13. in fin. Goth.* Vide *Salian. Ann. Romam. Conf. 296. Wissenbac. de Bonificiis. obs. 40. fol. 27. Ann.*

21 Post libertos agnatos & cognatos & uxorem, curiam, patronum, & dominum, intuitati religiosi bona ad monasterium deferuntur. *Goth.* Vide *Godefrid. de Jure Novell. lib. 2. cap. 16. num. 25. Ann.*

22 *L. 50. ff. ad. Novell. 123. cap. 1.* 23 xviii. *C. Theod. Aspare.* 24 Hoc modo ut verum fit apud Gallos, dari ad Authenticum ingressi 23. *Tit. sin. prom. Goth.* Confer *cap. 9. sanct. 29. Ann.*

25 Legitimam auferre filiis iniquum est. 26 Sumpta hæc lex est ex *l. 187. C. Theod. de diver. scit. 12.* Igitur Curiæ muneribus per substitutos periculo suarum facultatum satisfacere jubentur episcopi, presbyteri, diaconi, illustres. 27 Argumentum ab episcopis ad illustres personas nota, Episcopi similes illustribus, non sint tamen illustres: aliud in Cardinalibus existimat. 28 *Vid. l. ult. C. ubi fenat. vel Clarissi. Bald. hic. Pet. Magnus. ad Constant. Rodingensf. fol. 121. Benchopal. ad l. 1. ff. de donat. inter. num. 29. 31. 33. 34. Ann.* 29 Obdicimus. Supervenimtom potuit quis servire per substitutum. 30 Substituere suo loco aliquem, seu periculo substituit.

31 Poenam calumniatoris, egiscopi observa.

32 Τῆς ἀμφοδίας, id est, publico aut fisco, *Syn. Basil. 60. tit. 1. ex lib. 1. tit. 1. cap. 2. & Harm. 9. §. 2.* ut fit sensus, cum qui in crimine aliquo Episcopum calumniatus fuerit, 30. auri libras fisco pendere.

33 Privilegia ἀσυλίας firma esse debent, *synopsis ibid.*

34 Clerici peregrini sine litteris testimonialibus diœcesani veniantes non habentur pro clericis, *adde Nov 86. c. 1. in fin. & Cujac. ibid.*

35 Ea quidem fiducia, alias non faciunt fidem, de hujusmodi litteris, vide Rebuffum *tom. 2. tract. de litteris requisitor. n. 7.*

36 Ut ne clericus aut monachus habeatur ἀνέπαικτος (alii γυμνάστιον) verbo τὸ ἀπαίδευτον (alii τὸ ἀπαίδευτον) *nunc. apud. Synopsi ead.* qui absque litteris seu syllabis episcopi sui comitantur aut Urbem adierit, *quæ ead.* igitur epistolæ ac litteræ: quæ commendatitiæ ab Augustino formatæ in actis Concilii Antiocheni dicuntur 31 *dist. 1. quos. & ult. Goth. Vid. Barr. loc. n. 2. Bald. part. 3. Cons. 320. Oldrad. Cons. 100. Ann.*

37 An perculens ignoranter dominus, vel clericum, incidat in felonium vel canonem, vid. Molin. 1. *consuet. 30. n. 350. 351. 352. 353.*

38 Episcopus non trahitur invitus ad judicium seculare, *Faliser. Goth.* Confer *cap. 8. cons. 11. 17. 1.* Quando tamen sine pœna ad judicem laicum trahi possint, vide *Vasq. illustr. controvers. cap. 3. num. 17. Ann.*

39 Hanc constitutionem integram è manuscriptis erutit Leunclavius in notis ad *Synopsin Basil. 198.*

40 Flavianus Episcopus Constantinopolitanus: de quo vide Euseb. 2. *hist. 4.* De ejusdem rescripto ad Leon. V. tom. 1. Conciliorum: *vid. in Epist. Leon. fol. 639.* Epistolæ rescriptum de fide ad Theodosium. *Acta Concilii Chalcedon. fol. 716.* Ejusdem appellationem à Dioscori sententia, *ibid. Act. 1. fol. 813.* Ejus memini Photius 9. Nomocanonis 9.

41 *Vid. l. 4. T. de summa Trinit.*

42 Sceleratorum memoria abolenda. Vid. *Declam. pract. ecclesiast. lib. 5. cap. 37. fol. 421.* Historiam hujus text. vid. apud *Guidon. Pancirol. var. hist. lib. 2. c. 169. Nicoph. lib. 14. cap. 47. Ann.* 43 *Revolutor.* 44 *Sporacis.* 45 ccccxli. 46 Pauper, parum: inops, nihil habet. 47 Cur ita? jus & commun heredis datur episcopis, œconomis, & Xenodochis, ut sint heredes: jus, ut debita exigant, & creditoribus defunctі respondeant, & pauperibus relicta dividant, *l. 49. §. 1. ff. ad. ut Falcidian* vel Trebellianicam detrahant, quafi legatis aut fideicommisso onerati? non detrahant, *l. 49.* alias non valet legatum, *l. 18. in fin. ff. de usufr. l. §. 35. Inst. de leg. Dr. 22. §. 4.* In certis tamen de certis legare possumus, *dict. §. 35. l. 5. ff. de reb. dub.* nisi de libertate agatur, *l. 31. de manum. test.* At hic ut sint incertæ personæ, certa tamen sint subjecta piæratis exercendæ. Pauperes sunt instar collegii quod vicem personæ repræsentat teste Baldo (apud quem ille videndus) de integrum eruditum de executoribus testamentariis quis & hoc casu, legarum certum dici potest, quia Deo relictum, qui certus est: sed & id privilegio fieri dici potest: vel certos paupertes demonstrari ab executore testamentario vel legitimo, puta episcopo *l. 28. §. 1. J. end.*

48 Videtur esse pars legis Decemvirum. *J. de episcopali audientia.* 49 *L. 23. in fin. C. 29. J. de episcopali audientia.* Hinc colligo, Ex pluribus legitimis judicibus electionem permitti actori. Ubi vero habet plura fora jure communi non privilegiato, electio est actoris. *Bald.* 50 Id est, Præfecti Prætorio, *l. 33. in fin. J. end.* & its Clerici Constant. convenirі poterant, vel coram episcopo Constant. vel præfecto. Civiles enim magistratus, initio judices fuerdorum & clericorum fuere. 51 Ubi certi judices delegati nullus alius potest cognoscere. 52 Citatio prima potest incipere à procuratore. *vide l. 7. ff. de admonit.* 53 In criminalibus (secus in civilibus) sine præcepto judicis reus citari non solet. Hujusmodi consilio est interlocutoria. *Bald.* 54 Similes est, qui nomine alterius fidejubet, suo cavere non tenetur. 55 Fidejussor clericorum, œconomus, *l. 33. §. 1. J. end.*

56 Qui fidei suæ committuntur, alibi dicam. 57 Juramentum cautionem clerici non præstant. 58 Ullo modo, ulla in causa. An forte de calumnia jurare teneatur? Cujac. negat *Nov. 49. in fin.* ubi notat illas formulas concilio jurandi. Si Deus, *ex Hadriano:* Si valeas, *ex Gregorio Turonens.* Reperio tamen œconomum jurare cogi, *Mathem. Hac jure perculsum 14. T. tit. prat. l. 1. J. de jurejur. prætor edictum.* 59 Hinc colligitur, Humanius agendum cum clerico, quam cum laico, quibus reclamat lex 8. *in fin. C. end.* 60 Varani.

1 Siliqua sive siliquum, l. 21 §. 2. ff. de aur. Graeci aspron vicesimaquarta pars nummi sive solidi. Apud Gallos aurifices Carat. est vicesimaquarta pars auri puri. vid. Salm. de usuris, num. 64. 68. De siliquarum exactionibus, de usuribus monopolii auraria functionis, & siliquatici, vid. Cujac. 16. obs. 23.

2 Jure veteri actor non tenebatur satisdare, propositis de satisd. vid. Bugn. de legib. abrog. lib. 1. c. 228. Ann.

3 Hodie auditur actor perfequens litem, licet de ea profequanda ad finem usque vel de solvendis expensis non caveat, l. Rebuff. in praxi. constit. glos. 5. num. 37. Roland. à Valle, l. cons. 71. num. 19. Demus eam solennitatem defuetudine non subsistam, omissam esse, num vitiabitur processus? negat Rolandus à Valle ibid. num. 25. Cur? ordo judicii non consistit proprie in praeparatoriis, quorum omisso (excepto libello) non vitiat: maxime si non sint petita, ibid. num. 26. Merito autem sublata est ea necessitas satisdandi; alioquin egeni finem judicio nunquam recuperarent, utpote satisfactionem destituti.

4 Decima hac apud Gallos non praestatur, nisi in Curia parvi sigilli Montispessulani. Rebuff. d. loc. n. 17.

5 Vid. quae not. ad Auth. sed judex 7. T. eod.

6 Viviano.

7 Ἐν ἐκκλησίᾳ τόπου ἢ ἐν ὁδῷ δημοσίᾳ, in publico loco vel ubi spectacula populo exhibentur. Eyn. Basil. 2. tit. 2. περὶ καθόλου πραγμάτων ὁρίσεως. c. 5. & c. περὶ ψευδῶν τιμῆς. adde l. 20. §. 4. ff. de episc. aud.

8 l. Synops. 1. tit. περὶ δικῶν. c. 5. & tit. περὶ ψευδῶν τιμῆς. c. 15.

9 Eadem ratione templa paganorum everti vetant Imperatores, l. 3. ff. de paganis.

10 Hoc tamen refer dictam Alexandri Severi ex Lampridio. Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinari dicerent sibi eum deberi, rescripsit, melius esse ut quomodocunque illic Deus colueretur, quam popinariis daderetur.

11 De Monachi etymo & officio, v. Alligantur 26. dist. 1. cap. placuit omnibus, & cap. placuit eosdem.

12 Impleris.

13 V. l. 4. T. eod.

14 Per procuratorem, Novell. 123. cap. 17.

15 Primipilariorum causa ita durior est quam aliorum. adde l. de primipilis.

16 Ad intellectum hujus leg. vid. Barbof. de jure Eccl. lib. 2. cap. 27. n. 27. & seq. Ann.

17 Summae improbitatis est pia defunctorum judicia infringere.

18 Redimendos ad captivos quod reliquitur, non habetur pro legato incerto personis relicto, l. 24. T. eod. l. 49. §. 2. ff. eod.

19 Executor specialiter est nominandus in testamento. De executoribus testamentorum v. Baldi tractatum in l. 24. T. eod. Bartolum ad l. 9. in princip. num. 6. ff. de alim. Perezium in forma libelli reddendae rationis tutelae 35. in verbo, ac executores 6.

20 Executor ad pias causas agere potest adversus haeredem gravatum.

21 Executorem defuncti testamentarium, vel legitimum non posse alteri officium, & munus suum committere, hinc colligitur. Imo ne quidem ei jus substituendi à testatore datum posse nisi ad pias causas, notant. vid. Tiraquell. de privileg. 31. pia causa.

22 Executor legitimus testamenti ad pias causas, Episcopus.

23 V. l. 50. in fin. ff. de haered. pet.

24 Leg. in qua testator moritur, ut in §. 3. T. eod.

25 Executor testamenti inventarium rerum accepturum facere tenetur, & rationem reddere. Si ita est, ejus bona tacite subjiciuntur hypothecae. facit lex 20. in fin. T. eod.

26 An impius, injustus, an superstitiosus? v. l. 14. §. 3. 6. ff. de religios? adde l. 5. §. 9. ff. de admin. tut. l. 1. §. 1. ff. ubi pupill.

27 Hinc illud, gratis nec epistolis gratis dare, Matt. 10. vers. 8.

28 Vid. Bugn. de legib. abrog. lib. 5. fac. 15.

29 Id est, fundus. adde l. 30. ff. ad municip.

30 Cuilibet legatum ad pias causas deferre licet.

monachus, vel asceteria, vel monacha amplius quatuor siliquas [1] permittantur dare: nisi cum ex jussione Principis ad alias provincias vocantur: ubi usum ultra unum solidum accipere execrantur. † Episcopus pro rebus ecclesiae suae nihil praefert nomine spectularum: alioquin contra ecclesias propositae oeconomus subjacet crimini, vel ipse, qui in eum causam sunt ordinati.

† Qui contra hoc exegerit, in duplum, quod exactum est, reddet, mulandus singulo, si miles est: si clericus, à consortio clericorum removendus.

De spectulo ut supra. De cautione ab actore praestanda.

In Authent. de litigios. §. ad excludendas. col. 8. tit. 13. al. tit. 8. seu Novell. 112. c. 2.

GEneraliter autem judex provideat, libellum pulsato non porrigi, spectulatoresve ab eo non exigi, nisi prius & in libello actor, per se, aut per tabularios conscribat, & adhuc inter vocandos fidejussorem idoneum [5] periculo competentis officii praestet. Quod [6] usque ad finem litis permaneat, eamque vel per se, vel per procuratorem exerceat: & si convictus fuerit injuste movisse litem, expensarum sumptuumque nomine decimam [4] partem quantitatis in libello comprehensae pulsato restituat: aut si fidejussorem dare non valet, super infirma juratoriam exponat cautionem, & tactis [5] sacrosanctis evangeliis, adfirmet, se fidejussorem dare non posse: poena judicis & ejus officio imminente, si aliter versati fuerint, in decem libris auri, exactoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exilium: nisi causa movebatur ex consensu utriusque partis.

De reliquiis sanctorum.

XXVI. Imp. Leo A. Juliano [6] Praefecto Praetorio.

DEcernimus, ut posthac neque monachi, neque quicunque alii cujuscunque status atque fortunae in aedes [7] publicas, vel in quaecunque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem [8] crucem & sanctorum martyrum reliquias illicite inferre [9] conentur, vel occupare [10] audeant ea, quae vel ad publicas causas, vel ad populi oblectamenta constructa sunt. Cum enim religiosae aedes non desint; possint ibi, consultis prius (ut opotet) religiosissimis Episcopis, reliquias sanctorum martyrum, non quorundam usurpatione, sed arbitrio reverendissimorum Antistitum collocare. Ideo patientiam & modestiam suam, quam leges nostrae & publica disciplina, & ipsorum monachorum nomen [11] expoſcit, studioſe unuſquiſque, tam monachus, quam cujuslibet alterius professionis retineat, & perpetuo observare procuret.

De his, qui officia, seu munera expleverunt. De primipilaribus.

XXVII. Idem A. Eutychio PP.

QUiſquis emenſis [12] militiae suae stipendiis, expletisque officiis, sive muneribus, quae cuicunque conditione, aut consuetudine, aut lege debebantur, ad [13] consortium se contulerit clericorum, & inter ministros veta orthodoxae fidei maluerit, & elegerit numerari, nullius prorsus sententiae acerbitate revocetur: nec à Dei templis, quibus se consecravit, importunis intentionibus abstrahatur: sed in iisdem beatissimis ministeriis securus permaneat & quietus, ad quae post longi laboris lassitudinem ob reliquae vitae requiem consilio meliore protractus est: his actionibus, si quae contra eum ejusque patrimonium legitima intentione competunt, pro juris ordine respondeat [14] exceptis primipilaribus [15], quos praeceptis tui culminis, & publicis utilitatibus in perpetuum esse subjectos, sacratissimae constitutionis statuta sanxerunt.

Legatum relictum in redemptionem captivorum valet, non obstante incertitudine personarum.

XXVIII. Idem & Anthemius AA. Nicostrato PP.

NUlli licere [16] decernimus, sive testamento heres sit institutus, sive ab intestato succedat, sive fideicommissarius, vel legatarius inveniatur, dispositiones pii testatoris infringere [17], vel improba mente violare, adserendo incertum esse legatum, vel fideicommissum, quod [18] redemptioni captivorum relinquitur: sed modis omnibus exactum, pro voluntate testatoris, piae rei negotio proficere. §. 1. Et si quidem testator defignaverit, per quem desiderat redemptionem fieri captivorum, is, qui specialiter [19] designatus est, legati vel fideicommissi habeat exigendi [20] licentiam, & pro [21] sua conscientia vorum adimpleat testatoris. † Si autem, persona non designata, testator absolute tantummodo summam legati, vel fideicommissi taxaverit, quae debeat memoratae causae proficere: vir reverendissimus [22] Episcopus [23] illius civitatis, ex [24] qua testator oritur, habeat facultatem exigendi: quod hujus rei gratia fuerit derelictum, pium defuncti propositum sine ulla cunctatione, ut convenit, impleturus. §. 2. Cum autem vir religiosissimus Episcopus hujusmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit consecutus: statim gestis [25] intervenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo eas susceperit, apud Rectorem provinciae publicare debebit: Post unius vero anni spatium, & numerum captivorum, & data pro his pretia eum manifestare praecipimus: ut per omnia impleantur [tam] pia [26] deficientium voluntates: Ita tamen, ut religiosissimi Antistites gratis [27], & sine ullo dispendio praedicta gesta conficiant: ne humanitatis obtentu relictae pecuniae, judiciorum dispendiis erogentur. §. 3. Quod si testator [28], qui hujusmodi legatum vel fideicommissum non designata persona reliquit, Barbarae sit nationis, & de ejus patria aliqua emerserit ambiguitas, vir reverendissimus Episcopus civitatis ejus, in qua [idem] testator defunctus est, ejusdem habeat legati seu fideicommissi petitionem, defuncti propositum modis omnibus impleturus. §. 4. Quod si in vico, vel territorio testator mortem obierit, illius civitatis vir reverendissimus Episcopus exactionem habebit, sub qua vicus, vel territorium [29] esse dignoscitur. §. 5. Et ne piam defuncti propositum improba fraudatorum calliditate celetur: quidquid pro hujusmodi causa à testatore relictum fuerit, universi [30], qui id quocunque modo cognoverint, vel in viri clarissimi Rectoris provinciae, vel in urbis Episcopi notitiam deferendi liberam habeant facultatem: nec delatoris [31] nomen suspicionemque formident: cum fides atque industria eorum tam laude, quam honestate, ac pariter pietate non careat, cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint.

In Authent. de Eccles. tit. §. si quis autem pro redemptione, col. 9. tit. 14. al. tit. 6. seu Novell. 131. cap. 11.

LIcet [32] testator, vel donator interdixerit [33] ei aliquid ad hoc participium in ea re habere. Idem est in oeconomo. §. 1. Sed si hi, qui facere jussi sunt, neglexerint [34], semel vel bis ab Episcopo vel Oeconomo admoniti per [35] publicas personas amittunt lucrum [36], quod eis contingebat ex voluntate defuncti: & Episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum: & illud [37] quod distribui debet, distribuere: quod si non fecerit, rationem reddere debet.

XXIX. [38] Impp. Leo & Anthemius AA. Zenoni Stratego.

QUi in monasteriis degunt, potestatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochensi civitate, seu aliis quibuscunque civitatibus [39] conversandi: exceptis duntaxat apocrisiariis, quibus licentiam damus volentibus, ut apocriseon [40] solatium causa exire possint. †. Caveant autem hi qui ita exibunt, ne de religione vel doctrina disputent [41], vel conciliabulis [42] praesint, vel turba concitata simpliciorum animos seducant: sciturі, quod si nostrae pietatis statuta neglexerint, legum austeritati subjicientur. Dat. Kal. Jun. CP. Leone & Probiano Conss. 466.

XXX. [43] *De excommunicatione.*

EPiscopis interdicimus, ne quem à sacrosancta Ecclesia vel communione segregent, nisi [44] justa causa probata sit. Qui vero citra probationem hanc segregat, à sacra communione quoddam ad tempus arcetur.

De electione episcopi.

XXXI. Iidem AA. Armatio [45] Praefecto Praetorio.

SI quemquam vel in hac regia urbe, vel in caeteris provinciis, quae toto orbe diffusae sunt, ad Episcopatus gradum provehi Deo auctore contigerit, puris [46] hominum meritibus nuda electionis conscientia, sincero omnium judicio proferatur. Nemo [47] gradum sacerdotii praetii venalitate [48] mercetur: quantum quisque mercatur, non quantum dare sufficiat, aestimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quae causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur; quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, si auri [49] sacra fames in penetralia veneranda proserpat? quid denique cautum esse poterit, aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altatibus imminere profanus [50] ardor [51] avaritiae, & à saccis adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus: ut quocunque locorum pervenerit, omnia vitae propriae integritate purificet [52]. Nec pretio [53], sed [54] precibus ordinetur antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, ut [55] quaeratur cogendus [56], rogatus recedat, invitatus effugiat: sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus [57]: cum sane si quis hanc sanctam & venerandam antistitis sedem pecuniae interventu subiisse, aut si quis, ut [58] alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis & laesae majestatis accusatione proposita à gradu sacerdotii terrahatur. Nec hoc solum de nceps honore privari, sed perpetuae quoque infamiae damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat & aequat [59], urrosque similis poena comitetur. D. VIII. Id. Mart. Constantinop. Marciano & Zenone Conss. 469.

In Authent. de sanct. Episc. §. prae omnibus, col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novell. 123. c. 2.

QUod pro hac causa datum est, & pretium, quod expensum est, restituatur ecclesiae, cujus sacerdotium voluit comparare.

De orphanotrophio.

XXXII. Iidem AA. Dioscoro Praef. Praet.

ORphanotrophos [60] hujus inclytae Urbis (nulla subtilitate juris obsistente) qui [61] quidem pupillorum sunt quasi tutores [62], adolescentium vero quasi [63] curatores, fine ullo fidejussionis gravamine in emergentibus causis tam in judicio, quam extra

Facit cap. 4. conf. 15. 4. 2. vid. Mantua. de turel. cap. 26. num. 53. Ann.

47 Episcopatus non est beneficii incapax quis redditur ambitu, seu Simonia, ut hic, c. nullis de simonia, c. cum ecclesiae. de pacif. ut & alibi crimen haereseos, c. cod. 1. 9. 1. Ichismatis, c. inter haeres. 24. 4. 3. majestatis, l. fallitur. de pen. in 6. sacrilegii, c. nonnullis. de elect. falsi, c. ad falsi. de crimine falsi. perjurii, c. querelam. de jurejur. homicidii, c. accusat. de accusat. c. 5. ad autres. de testib. de aet. & qualitate. c. ult. de temp. ordin. ita incapax fit infamis, vel apud bonos tantum & graves viros, cap. Iste. 35. dist. c. ult. de furtis, delicti publicitas, licet modum damnatus, c. ult. de testib. c. nonnulli. de accus. communione vel officio interdictus, tenet quae restituitur, cap. postulatum contra de elect. examen. c. cum homem. de aet. & qualitate. cap. cum dilectus. de consuet. 48 Simonia quid v. 1. 9. 1. Nov. 8. c. 1. §. 9. sed omnino vide ad hunc locum Authenticis epistolam ad Joannem Papam apud Cassiodorum 9. variar. 15. De annatis alibi dicam, adde l. unic. D. de ambit. Nov. 123. cap. 3. 49 Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Virgil. 3. Aeneid. vers. 55. 56. 50 Avaritiae ardor profanus. 51 Ardor avaro tribuitur, ut alibi, fervor: ut illo loco, fervet avaritia, miserasque cupidine pectus. 52 Non Episcopus à loco, sed locus Episcopi vita purificandus est, v. ad hunc locum distinctionem 40. passim. 53 Episcopus non pretio, sed precibus ordinandus. 54 Sic omnes manuscripti: Alii legunt, non precibus. 55 Quari, cogi, rogari & invitari Episcopus, non obtrudi debet. 56 Sic Alexander Severus praefectum urbis à Senatu accepit, alterum praetorio praefecit, qui ne sieret, etiam flagerat, dicens: invitus non ambitiosus in Republica valere debet. vid. Lampridium in Alexandro Severo. adde omnino Novellam Martiani, vid. tit. 1. in prine. Felix respublica, si à solennibus & ab ipsis publicos repulsantibus administretur. 57 Magnum est, nudae virtutis praemio reluctantem ad honores promoveri. 58 Vid. Nov. 6. cap. 1. 59 Par ubi delictum, ibi poena aequalis esse debet, l. ult. ff. ad leg. Jul. repet. 60 Eccleg. 7. cap. 12. 61 Orphanotrophi sunt qui substantiis destitutos minores sustentant & educant, veluti affectione paterna, haec l. in fin. aut quod tutores pupillorum, & curatores adolescentium. 62 Et patres. 63 Orphanotrophi quasi tutores & curatores. vid. Novell. 1. cap. 15.

31 l. 2. ff. de jure fisci.

32 Testator etiam insens, ejus legatum se pro sua voluntate exsequenda ignorante potest. Ancar.

33 Hujusmodi interdictio formam jure communi constitutam mutare non potest. Ancar.

34 Qui negligit voluntatem defuncti implere, commodo fisci relicto privatur, l. 25. §. de legat.

35 Iterata monitio per publicas personam facta, constituit debitorem in mora.

36 Quod si filius haeres mortem committat in rebellia ad pias causas pertinentia, an haereditate privabitur? Num privabitur, atque si in libertatem pristinam non admitteretur, l. 1. §. fin. autem 7. de exam. serv. Et idem hic privari lucro dicitur: haereditas autem libertas quasi debita est. Praeterea si id in esse, eorum legitime impetrantur à patre, contra l. penult. 29. 7. de inoff. & exheredatione filius inferta Ecclesia contra rescissum Augustini, 27. 9. 4. ad. Atque filius mortem ultimatus in relictis ad pias causas pertinentibus haereditate paterna privari dicitur, c. sicut nat. de testa. Nempe quia in illa specie filius jurasset, & votum patris implerum. Deinde nihil vetat haeredem privari, & humanis legitimum consequi. Et haec sequitur, sunt rationum, ut ne filius mortem ultimatus in legat

extra judicium (ut opus exegeris) ad similitudinem tutoris, & curatoris, personas & negotia eorum (si qua possint habere) defendere ac vindicare jubemus: Ita videlicet, ut præsentibus [1] publicis personis, id est tabulariis [2], aut [3] intervenientibus gestis in hac quidem inclyta urbe apud virum perfectissimum magistrum census, in provinciis vero apud moderatores earum, vel defensores locorum, res eorum eis tradantur, à quibus sunt custodiendæ: ut, si quas earundem rerum, propter fœnus fortitan, vel aliam urgentem causam, vel eo quod servari non possunt, alienandas esse perspexerint, prius habita æstimatione, liceat eis alienationis inire contractum: ut pretia eorum, quæ exinde colligantur, ab eisdem personis custodiantur [4]. †. Hujusmodi autem piam atque religiosum officium pro tempore Orphanotrophos ita peragere convenit, ut minime [5] ratiociniis tutelaribus seu curationibus obnoxii sint: Grave enim atque iniquum est, callidis quorundam (si ita contigerit) machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei, patentibus atque subsistantiis destitutos minores sustentare, atque velut affectione paterna [6] educare festinant.

De foro competenti. 2. *De cautione judicio sisti.* 4. *Quis convenire debeat in causis ecclesiasticis.* 5. *De sportulis.* 6. *Ne clerici vexentur ab executoribus.* 7. *De privilegio piar. loc. & muneribus extraordinariis.* 8. *De pulsantibus ecclesiasticas personas sine justa causa & legitima petitione.*

XXXIII. Idem AA. Eutropio PP.

OMnes, qui ubique sunt, vel posthac fuerint orthodoxæ fidei sacerdotes & clerici cujuscunque gradus sint, monachi quoque, in causis civilibus [7] ex nullius penitus majoris minorisve sententia Judicis [commonitoria] ad extranea judicia pertrahantur: aut provinciam, aut locum, aut regionem, quam habitant, exire cogantur: Nullus eorum ecclesias, vel monasteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere [8] miserabili necessitate jubeatur: sed apud suos Judices ordinarios [9], id est, provinciarum [10] rectores, in quibus locis degunt, ecclesiarum ministeriis obsecundent, omniumque contra se agentium excipiant actiones: ut his horis saltem atque temporibus, quibus religiosos viros à turbulenta observatione prætorii vacare contigerit, cumque eos ad tempus petitorum intentio calumniosa laxaverit, ad sua se monasteria & venerabiles ecclesias conferentes, sapienti animo, precatione sollicita [11], facilisque de proximo sacrosanctis altaribus obsecundent, in suis laribus [12] domiciliisque constituti. §. 1. In hac autem regia Urbe, si quando cujuscunque rei causa Episcopos, vel presbyteros, cæterosque clericos, qui sacrosanctis ecclesiis obsequuntur, sive monachos ex aliis quibuscunque provinciis contigerit reperiri, quos tamen in litem quisquam vocare voluerit, in nullo sit licitum memoratos cuiquam pulsare judicio, nisi [13] in tuæ sublimitatis duntaxat examine, ubi eis & beatitudinis honor [14] debitus reservetur, & oratorum adjuens in defensionibus copia large præstetur.

§. 2. Præterea cum in provinciis ex ejus, qui regit provinciam, fuerint sententia, vel interlocutione conventi - sive illi sacerdotes, sive cujuscunque gradus clerici, sive monachi habeantur, dummodo approbentur orthodoxi [15], qui in propriis causis contractibusve pulsantur, non alios quam ecclesiæ propriæ defensores, seu [16] quos *Œconomos* appellant, fidejussores præbeant: ne, dum executoris pertinax [17], & avara protervitas extraneos, & idoneos fidejussores flagitat, multiplex innoxiæ [18] paupertati infligatur incommodum. §. 1. In hac autem inclyta Urbe inventi, ex quacunque provincia venientes, cum in tuæ amplitudinis judicio (quod eis solum delegavimus [19]) lite pulsati fuerint, revertendi illorum orthodoxæ fidei sacerdotes, seu certe Œconomi, aut [20] ecclesiæ defensores, seu clerici in causis civilibus suis, sive ecclesiasticis, nulla præbendi fidejussores molestentur injuria: sed aut vicariis [21] fidejussionibus contra dantur, quas tamen stipulationum solennis cautela vallaverit: aut [22] cautioni, & professioni propriæ, aut [23] facultatum suarum obligationibus committantur.

§. 4. Hoc nihilominus observando, ut in causis Ecclesiasticis nullum aliud [24] conveniri fas sit: nisi eum, quem dispensatorem pauperum, id [25] est, œconomum Ecclesiæ, Episcopi tractatus elegerit: hunc enim fine dubio à [26] sacerdote convenit ordinari: quem tamen conventum defensoris Ecclesiæ fidei committi præcipimus. §. 5. Executoribus [27] in minoribus quidem judiciis omnibus in ipsa conventione sacerdotum, seu clericorum, non [28] amplius, quam unum semissem aut sperantibus, aut etiam audemibus accipere. Verum si apparitor tuæ magnitudinis, ex sententia tuæ sedis amplissimæ in [29] provincia degentes eos [30] commonuerit: jubemus, non amplius eum quam duos solidos sportularum nomine accipere. In hac vero urbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis uno aureo, sportularum gratia à provincialibus clericis contentus sit: quantælibet summæ qui conventus fuerit, exponatur obnoxius. §. 6. Præterea nullus executorvexare [31] contumeliis [32] clericos ullos, nullis impulsionibus molestare, nullis exprobrare conviciis aut corporalibus [33] injuriis fatigare conetur: his, qui hujusmodi aliquid aggressi fuerint, post amissionem cinguli & patrimonii ultima protinus animadversione plectendis. §. 7. Privilegiis [34] sane singulis, quibuscunque sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ fidei, xenodochiis, sive ptochotrophiis, tam generaliter, quam specialiter attributis, perpetuo observandis: nullis eas [35], earumque [36] sacerdotes, aut clericos cujuscunque gradus sint, aut monachos ptochotrophos, aut xenodochos orthodoxæ fidei deputatos, extraordinariis muneribus præcipimus prægravari: Eas etenim sarcinas oneris, quas pletisque personis diversa ratione remittimus, imponi beatissimis viris nostro seculo inconveniens esse judicamus. §. 8. Præterea, ne cui temeritas sua lucrativa [37] concedatur, & ut impudens calumniantium refrenetur audacia: jubemus, quotiens hi qui sacerdotes, seu clericos ac monachos, cæterolque superius designatos, vel in tuæ magnitudinis examine, vel in provinciali judicio, proposita actione convenerunt; si causa cognita convicti fuerint sine justa eos causa & legitima petitione pulsasse; omnes eis legitimas expensas [38] sumptusque, quos ab exordio cœptæ controversiæ ipsorum vitio tolerasse eos constiterit, redhibere cogantur: ut hac saltem censuræ justissimæ formidine revocati, qui impotentibus assidue conflictationibus occupantur, acquiescant: jamque sopitis clamoribus jurgiorum, magistra deinceps necessitate retinere se adsuescant.

De foro competenti.

In Authent. apud quos oportet causas dicere monachos §. 1. collat. 6. tit. 8. al. tit. 6. seu Novel. 79. c. 1. & 4.

CAusa, quæ fit cum monacho, vel cum muliere qualibet in monasterio consistente, non [39] apud judicem civilem ventilatur; sed apud Episcopum, qui de persona præsentia, quod convenit, statuet: sive per Abbatem, vel antistitem, vel per alios hoc fieri debeat: qui secundum legum vim disponat, & sacras regulas, salva debita personæ reverentia. Si vero contra fiat, pœna, quæ statuta sunt, commineabunt: Judex enim, qui de his sententiam proferre præsumpserit, ab administratione depositus tanquam divinitatis contumeliam faciens, pœna decem librarum auri mulctabitur, sacratissimo nostro ærario inferenda: executoribus, qui admonitionem facere præsumpserint ab ipsis sanctissimis Episcopis in locis decanicis [40] detrudendis: de cætero nullam exactionem facere permittendis.

In Authent. ut Cler. ap. prop. Episcop. conv. in pr. vers. ut si quis habet, col. 6. tit. 12. al. tit. 11. seu Novel. 83. in pr.

CLericum quoque in lite pulsatus pecuniaria causa, prius apud Episcopum conveniatur, per quem sine damno causa decidatur. Quod si natura causæ, vel alia ratio faciat, ut negotium apud eum decidi non possit, per civilem procedat judicem, observatis clericorum privilegiis: nec mora circa talia fiat. §. 1. Sed in civili crimine civilis [41] præsit judex, ut ne ultra [42] duos non egrediatur mensis: nec tamen puniatur, etiam si reus sit inventus, priusquam per Episcopum sacerdotio spoliatur. §. 2. Si vero crimen sit Ecclesiasticum [43]: Episcopalis erit examinatio, & castigatio.

De his, qui justitiam denegant Ecclesiasticis personis.

Nova constitutio Friderici Imperatoris, de statu & consuet. contlib. Eccl. §. item statuimus, ut nullus, col. 10. constit. fin.

STatuimus, ut nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel civili [44] trahere ad judicium seculare præsumat contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. Quod si actor fecerit, à suo jure cadat: judicatum non teneat: & judex in tunc potestate judicandi privetur.

§. 1. Sancimus etiam, ut si quis clericis vel Ecclesiasticis personis justitiam denegare præsumpserit, tertio requisitus juri sufficiantes [45] suam amittat.

De peculio clericorum.

XXXIV. Idem AA. Eutropio [46] PP.

SAcrosanctæ orthodoxæ fidei Episcopi atque presbyteri, diaconi quoque, qui, semel probatis moribus integritate castissima, ad hunc gradum meruerint pervenire, ea, quæcunque in eodem clericatus gradu locoque viventes acquirere, & habere potuerint, etiamsi in patris avique aut proavi potestate constituti sint [47], & adhuc justitiales habeantur, tanquam [48] bona propria vindicent: de his (si quando eis libitum fuerit) eis testandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera [49] facultate concessa: ut ea bona quoquo tempore [nunquam ad divisionem veniant,] nunquam fratribus vel sororibus aut ex his genitis conferantur: sed ad eorum filios, posteros, & quoscunque extraneos [50] heredes perveniant, nec à patribus, avis, aut proavis, sed ab ipsorum liberis tanquam præcipua vindicentur: [&] cetre his lucro cedant, quibus ipsi id peculium, vel intervivos alienatione habita, vel mortis tempore ultima, & jure cognita voluntate concesserint. Dat. v. Kal. April.

De solutione patria potestatis.

In Authent. const. quæ dign. col. 6. tit. 10. al. tit. 9. seu Novel. 21.

SEd Episcopalis dignitas solvit [51] jus patriæ potestatis: sicut etiam & Consulatus, & Præfectura sacrarum prætoriarum, & Urbicaria, & Magisterium militare: & omnis dignitas valeat liberare à curia, liberat à patria potestate: cum hoc quodcunque cingulum sua potestatis præmium habuerit, præstet. Ita tamen, ut filii eorum post mortem aviorum recidant in potestatem, ac si contigisset eis morte parentum, & non ex præsenti lege sua potestatis fieri.

De bonis clericorum.

In Authent. de Eccl. tit. §. interdicimus, col. 9. tit. 14. al. tit. 6. seu Novel. 131. c. 13.

LIcentiam [52] habeant Episcopus, quæcunque ante episcopatum probatus fuerit habuisse, & quæcunque post episcopatum jure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerint, ad quos voluerit, ultima voluntate transmittere: cæteris [53] rebus alio modo acquisitis ab eo, dominio ecclesiæ reservatis: nisi in usufructum ecclesiæ, vel opera pietatis constituta sint. Eadem distributione habita in administratoribus cujuscunque loci religiosi. §. 1. Item si quis Episcopus aut minister ecclesiæ moriatur sine testamento, & successione legitima, vel legitima, successio competit ecclesiæ, in qua constitutus fuit.

De peculio clericorum.

In Authent. de sanct. Episc. §. presbyteros, col. 9. tit. 6. al. tit. fin. seu Novell. 123. c. 19.

PResbyteros, & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores (quos [54] omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in sua potestate præcipimus, ad similitudinem cæterorum clericorum: & donare eis volumus secundum leges, & in his testare, licet sub parentum potestate sint: sic tamen, ut [55] horum filii, aut his non extantibus, parentes eorum legitimam habeant partem.

De privilegiis locorum piorum.

XXXV. Idem AA. Dioscoro PP.

OMnia privilegia [56], quæ à retro Principibus, aut à nostra Serenitate, vel judiciariis dispositionibus, aut liberalitatibus, pro singulis quibuscunque temporibus, ex consuetudine, [vel constitutione,] sive circa jus meratorum [57], sive in aliis quibuslibet rebus præstita sunt orphanotrophiis, sive asceteriis, vel ecclesiis, aut ptochotrophiis seu xenodochiis, vel monasteriis, atque cæteris omnibus ac [etiam] rebus jutis eorum, ad curam Œconomi [58] viri religiosissimi presbyteri, & orphanotrophi, vel

1 Adde l. 24. J. de admin. tut.

2 Diplomatophylacium fuisse testantur: quorsum alii vide Rosinum & Valle. lendum 2 Valle. 1. conf. 49. Extat hic satis eorum instrumentorum fides inventarium facere? Dixerim: quod in aliorum inventariis non est. vid. Cujac. Obs. 1.

3 Nihil interest, inventarium fiat apud notarium an apud judicem, & forsan apud notarium fiat, judicis confirmantis, & administrationem executionis authoritas requirente.

4 Vel alias res pro eis erant, ut fuse legi adhuc Græci, Epit. Bas. 5. 30. 2. c. 12.

† Orphanotrophi non tenentur ad rationes orphanorum reddendas, ut hic, fol. Epitropo, Nov. 72. cap. 23. Imo non tenentur reddere rationes, Nov. 131. cap. 15. Idem l. Nov. 131. videbitur inquirendum, ubi quæ potuit in tenebris, ut orphanotrophi non teneantur reddere rationes, cum ipsis orphanis. arg. l. ult. §. 4. C. de bon. quæ lib. sui Episcopo.

5 Educatur ei quem educaris, quasi pater, Thesp. de fin. prior. inst. & sent. rec. l. cum quidam §. 5. com. de testam. J. de hon. quæ lib.

6 371. C. Theod. 11. c. 23.

7 l. 2. §. 3. D. de arbitr.

8 Vid. l. 9. J. de mun. militar.

9 Translatio latior, quo jure monachi, Nov. 79. & clerici contra suo Episcopo convenientur, Nov. 83.

10 Id est, Satrapa. 11 Larga & doctissima monachi, manuductum.

12 l. 25. J. vel l. 13. J. de Episcop. aud. Nov. 83. Greg. 8. vers Episcopos differat judicare, celebrare ad locum. Novel. 123. cap. 21. §. 2. adde Novel. 115. in pr. Auth.

13 Clerico, quamvis litigandi causa habenda est.

14 Clerici, non criminali, fortunæ earum &c. solem.

15 Ecclesia defensor idem, qui œconomus Ecclesiæ, ut hic, & §. 3. infra. qui & defensator quoque pauperum. §. 4. J. h. t.

16 Ea sunt vitia enormium.

17 Pauper fidejussorem facile reperit, non potest. adde Nov. 82. c. 2. §. 1. in med.

18 Hæc jura delegatio non est propria delegatio: sed ordinaria potius.

19 Hæc particula, nisi, pro id est, ponitur ut V.

20 Id est, monachis. Quatuor enim principum constitutiones hic conferuntur, quibus sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ fidei, l. 18. J. de tutorib. dativ. 21 L. 25. §. 1. J. ad Nov. 123. c. 21. in fin. 23 Utcunque propter inopiam quis fidejussorem dare non possit, cogitur tamen pati bonorum suorum hypothecam. 24 Nov. 123. c. 18. in causis Ecclesiæ conveniendus est œconomus. 25 Dispensator pauperum est œconomus Ecclesiæ. Idem postea Vicedominus & major dominus appellatus. dict. 89. 2. Homer 2. erat rerum Ecclesiasticarum administrator, procurator Ecclesiæ, minor defensore & admonitore. l. 2. §. 3. C. de sabator. 2. vers. nomine vero. arbitrio cius Episcopum disponebatur. c. Diaconum dist 89. si minus diligentem tandem judex, vitium tamen causarum, & quasi pedaneus. Eum tamen dignitatem quidam principes non illibenter involarunt postea, vel etiam affectarunt: forte vel pietatis, vel officii mis alicujus occultæ causa. De vicedominis adde Speculatorem J. partic. 3. rubr. de vicedom.

22 Id est, ab Episcopo. 27 De quibus v. l. 22. J. de rerum. furror. ferim. 28 L. 25. §. 2. J. ad Nov. 123. c. 28. 29 Hinc colligunt Bald. & Wurmf. 1. obs. C. l. 9. citationem verbalem in alienum territorio fieri posse. Aliud tamen foro, si territoria diversorum fuerint principum: vel si corporalis fiat prehensio. adde l. 2. J. de off. præsid. vid. Bald. hic. 30 Eos convenire mandat. ibid. 31 Executores vexationi indulgere non licet. 32 Jubet igitur clericos immunes esse à contumeliis, impulsionibus, convitiis, & corporalibus injuriis executorum: quales ipsi exercere deberitibus silent in ipso exequendi officio. 33 Corporales injurias hic vocat, quas. Æquum enim est quemque temeritatis suæ, non ultimæ pœnam pati.

38 Vicies victori condemnatur & expensas. l. 4. J. de frivolibus & litium suppositis. l. 79. ff. de judic.

39 Et ita abrogatur principium legis 35. C. eod.

40 Decanica loca quæ essent, dixi Nov. 79. cap. 4.

41 Hoc abrogatur per authenticam proxime sequentem.

42 Hoc speciale est in clericis: nam in cæteris infantia criminalis non excedit biennium. l. 1. l. 2. J. ut intra certum tempus.

43 Criminum alia Ecclesiastica: alia secularia: alia mixta. Priora generis, sacrilegii aut limoniis: secundi, furtum & similia: tertii, adulterium, concubinatus, mollities. v. Clarum 5. fin. §. 1. quæst. 1. versic. peramittimus.

44 Et ita abrogatur §. 1. Authenticæ superioris. Ita tamen in aliam redductus est apud Gallos, hac Authentica Friderici defueta; qua de re valde queritur Rebuff. in prax. constitut. gall. §. num. 3. Gothofr. In hanc constitutionem vide Perinconsil. 12. & Roman. consil. 369. Ans.

45 Hoc item speciale est. In aliis enim causis jurisdictionem non amittit, qui jurisdictione abutitur: sed extra ordinem punitur. Novell. 17. cap. 3. Nov. 124. cap. 1.

46 Al. Eunifacio, al. Florentino, al. Eryxio, al. Eustachio.

47 Hodie ipsi jure Episcopatus filios patria potestate liberat. Nov. 81. c. 3. pr. At non liberat emancipando à curia. Novell. 123. cap. 4.

48 L. 50. J. ad Nov. 123. c. 19.

49 Servata tamen legitima parentibus. Authent. præsbyteros. J. ad. Nov. 123. cap. 19. præsbyteros. J. ad.

50 Hodie omnibus in certis bonis. Authent. licentiam. J. ad. Novell. 131. c. 13. v. etiam l. 42. §. 3. J. ad.

51 Et ita abrogatur jura legis 34. C. ad. ibi: etiamsi in patris potestate sint.

52 Baldus hanc licentiam ita explicat: Prælatum regularem non posse testari: Prælatum secularem de peculio quasi castrensi, non de Ecclesiasticis: eandem distinctionem servandam, si de consanguineis bonis fiat quæstio. Quid si incertum sit unde quæsita? Baldus putat in dubio præsumi quæsita ex redditibus ecclesiæ, & ita de his testari non posse. adde Marsilium 2. p. q. 1. n. 39. n. 3.

53 Et ita restringitur jura legis 3. C. ead. ibi: & quæcunque extremus.

54 Clericorum appellatione comprehenduntur presbyteri, diaconi, subdiaconi.

55 Et ita restringitur jura legis 34. C. ad. ibi, alienandi libera facultate.

56 V. l. 32. §. 1. C. eod.

57 Hoc est, hospitum recipiendorum.

58 Nicnuis, cui jus nomen hic deesse satis ostendunt verba sequentia, ad curam meminati viri,

1 Ad similitudinem aliquorum aut alicujus loci, concessa alicui privilegia, si prioris loci augentur privilegia, & hæc augebuntur (nisi ad similitudinem præsentium tantum privilegiorum usus loci, alteri loco privilegia data sint, *arg. l. si ita 7. ff. de aur.* licet, priores loci deminuta privilegia hujus privilegia non minuantur. *arg. l. 10. in fin. D. de hon. poss. contr. tabul.* de quo tamen dubitari potuit, *arg. l. in rescripto 27. D. de cond. & demonst.*

2 Eadem privilegia postmodum attributa sunt Xenoni Samsonis. *Nov. 159. cap. 3. & Novell. 131. Procop. lib. 1. περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ ἐπαίνων. vid. Cujac. 1. obs. 2.*

3 Zoticus Constantinopolitanæ orphanotrophii primus fuit Orphanotrophi. cui non multo post Nicon successit. *Procop. lib. de ædificiis Justiniani.*

4 Id est, Nicomedia, cujus nomen proprium deorat superius.

5 Interpretatio Contii.

6 *Vid. Paul. ad Tit. 1. vers. 5.*

7 Sozomenus legit *Timotheum*, quorum Episcoporum inter emeritos præfuit Theotim. *7. Hist. 25.* vel Theotimus. *6. Socrat. 11.*

8 De unione beneficiorum, *vide quæ scripsi ad l. 40. J. eod.*

9 Isauria Ammian. 14. Ptolemæo Trans metropolis quondam Isauriæ. In eadem præcipuæ urbes Seleucia & Claudiopolis. *Ammian. ibid.*

10 *Dicit ad c. 81. Apostolorum.*

11 Hodie adscriptitii ad clericatum possunt promoveri invitis dominis: sed per subrogatum servire debent. *Auth. præs. J. eod.*

12 Hodie servus consentiente domino in clericum ordinatus ipso jure censetur liber. *Authen. si servum. J. eod. hoc refer definit. 14.*

13 *Ut l. 23. T. eod.*

14 Juri convenit litigatores ad judicem deduci, non judices ad litigatores: ut & Baldus joculariter scribit, poss ire non debet ad asinum, sed e converso: excipe tamen casus *l. 15. ff. de jurisdict. & l. 2. §. 1. J. de jurisdict. propter calumn.*

15 In eo derogatur *leg. 17. T. eod. ibi nisi dominorum evidens consensus.*

16 Vide *Gudelin. de jure Novit. lib. 1. c. 4. num. 2.* Ans.

17 Favore religionis, qui non contradicit, consentire intelligitur.

18 Olim expressè libertas erat conferenda: & ita derogatur *l. 37. §. 1. T. eod.* ibi: data primum servis libertate.

19 Scientibus, nec expressim vetantibus dominis servi solitariam vitam possunt profiteri.

20 Causa finalis commensurata tempori commensurat sibi effectum secundum illud tempus. *Bald.* Vel ita, confessio, favor, privilegium & immunitas concessa alicui contemplativæ certæ causæ finalis, tamdiu durare intelligitur, quamdiu causa ipsa finalis perdurat.

ad eos, qui post eum loco ejus successerint, pertinentibus, ad similitudinem Zotici beatissimæ memoriæ, qui primus hujusmodi pietatis officium invenisse dicitur; per hanc pragmaticam sanctionem firma illibataque in perpetuum custodiri decernimus: Valde etenim hoc videtur esse necessarium: cum extinde sustentatio, vel educatio orphanis, atque egenis, & usibus ecclesiasticis ac prochotrophiis, vel asceteriis comparetur. Domus etiam aliasque res superius nominatas ad curam memorati viri pertinentes, vel postmodum quolibet modo ad ejus sollicitudinem, vel eorum, qui post eum ad ejusdem orphanotrophii curam vocati fuerint perventuras: ad instar majoris venerabilis ecclesiæ hujus inclytæ Urbis: omnibus privilegiis, quæ eadem sancta ecclesia vel nunc adipiscitur, vel postea merebitur, perpetuo potiri pietatis intuitu decernimus. Dat. Non. Januar. C. P. Martiano & Zanone. A. Conss.

De Episcopis, territorio, & jure singulari civitatum.

XXXVI 5.

Unaquæque 6 civitas proprium Episcopum habeto. Et si quis vel per divinum rescriptum civitatem aliquam aut suo Episcopo, aut territorio, aut alio quopiam jure privare audeat, exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomensium 7 Scythiæ civitas: illius enim Episcopus reliquarum 8 etiam civitatum curam gerit: tum etiam Leontopolis Isauriæ subest Episcopo Isauropolitano 9.

De adscriptitiis. 1. De servis. 2. De loco judicii.

XXXVII. Iidem AA. ad Sebast. PP.

Jubemus, *adscriptitiorum* 10 creationes (secundum veterem constitutionem) nisi 11 dominorum possessionem, unde oriundi sunt, evidens concurrerit consensus, nullius penitus esse momenti: sed eisdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (sicut dictum est) evidenter consenserint, jus proprium ad similitudinem cæterorum colonorum in suos adscriptitios exercendi, tanquam si nulla creatio intercessisset, tribui facultatem. †. Idemque hoc super illis quoque agricolis decernimus observari, qui cum essent adscriptitiæ conditionis nexibus adstricti, solitariam vitam videlicet appetentes, quibusliber sese monasteriis contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos.

§. 1. Servos sane sociari clericorum consortiis, volentibus atque consentientibus dominis, modis omnibus prohibemus: cum liceat eorum dominis, data 12 prius servis libertate, licitum eis ad suscipiendos honores clericorum iter (si hoc voluerint) aperire. §. 2. Omnes præterea vitorum clarissimorum provinciæ moderantium sententiis absque ulla privilegii differentia, (qui tamen præfidali jurisdictioni subjecti sunt) sive Episcopi, vel quiliber clerici, aut monachi, aut cujuslibet conditionis sint, pariter respondere decernimus: nulla 13 in posterum viris clarissimis provinciarum rectoribus ad loca, in quibus incusatæ personæ constituunt, perveniendi necessitate penitus imponenda: cum non solum legibus, verum etiam naturali quoque juri 14 conveniat, quos res exegerit, judicialibus ad judicium vocari sententiis, non ipsos judices (quod dictu etiam injustum est) ad subjectos deduci, sed per datos ab his judices ad causæ examinationem in locis, ubi incusati degunt, procedere.

De adscriptitiis.

In Authent. de sanct. Episcop. §. adscriptitios col. 9. tit. 6. al. tit. ult. seu Novel. 123. cap. 17.

Adscriptitios in ipsis possessionibus, in quibus sunt adscripti, clericos etiam præter 15 voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, ut clerici facti, impositam sibi agricolturam adimpleant, subrogato aliquo quem maluerint.

De Servis.

In Authent. de sanct. Episc. §. si servus. col. 9. tit. 6. al. tit. fin. seu Novel. 123. c. 17.

Si servum 16, scientе domino, & 17 non contradicente, in clericum ordinatus fuerit ab Episcopo: ex hoc 18 ipso, quod constitutus est, liber & ingenuus erit. Si vero, ignorante domino, ordinatus fuerit: liceat domino, intra annos unius spatium, & servitium fortunam probare, & servum suum accipere. Si vero servus, scientе vel nescientе domino (sicut diximus) ideo quod ex clero constitutus, liber est factus, monasterium ecclesiasticum reliquerit, & ad secularem vitam transierit: suo domino ad serviendum tradatur.

XXXVIII. Iidem AA. Sebastiano Præfecto Prætorio.

Servis si dominorum fuerint voluntate muniti, solitariam vitam participandi licentia non denegetur: dum tamen eorum domini 19 non ignorent: Quod si servis suis ad monasteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem servorum dominio, donec 20 iidem servi in eodem monachorum habitu duraverint, spoliandos esse censemus: alioqui, si relicta forte vita solitaria, ad aliam quamlibet sese conditionem transtulerint, certum est eos ad servitutis jugum, quam monasticæ professionis cultu evaserant, revertsuros. Datum Non. Febr.

De servis, adscriptitiis, & curialibus seu officialibus.

In Authent. de sanct. Episcop. §. sed hæc quidem. col. 9. tit. 6. al. tit. fin. seu Novel. 123. cap. 4.

Episcopalis verbo liberat à fortuna servili, vel adscriptitia: sed non à curiali seu officiali: nam & post ordinationem durat: ita ut per subjectam, vel interpositam personam officium adimpleatur: nisi curia, vel officium restituatur.

In Authent. de Monachis. §. hinc autem col. 1. tit. 5. seu Novel. 5. c. 2.

Verum & si legitimo probatus experimento monachus efficiatur, evadet jugum servitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monasteriis permanere, postea vero si monachi facti fuerint, liberi erunt.

De monasteria relinquentibus. 1. De fructuum oblatione. De angariis, & quibuscunque vexationibus.

XXXIX 21.

Qui sua monasteria relinquunt, non recipiunt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cujuscunque quantitatis sint: etiamsi non sint confecta monumentorum gesta super illis. In donationibus autem immobilium, oportet jura servari, quando non adimitur ei, qui donavit, evictio 22 earum.

§. 1. Non oportet, Episcopos aut clericos cogere 23 quoquam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare 24, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare: quamvis usus ita obtinuerit. †. Transgressor cadit ab Ecclesia, & administratione ipsius, & dat decem libras. Hæc vero obtinent in sola imperatrice (civitate) & territorio ejus, & locis ad eos qui à patriarcha ordinantur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his Episcopos.

De monasteriis, monachis, Abbatibus, Episcopis.

XL 25.

Monasteria 26 degunt (seu censentur) sub Episcopis territoriorum suorum & Abbatum 27 quidem curam gerunt Episcopi: monachorum 28 vero abbates.

§. 1. Non 29 sit vero Abbas 30 duorum 31 monasteriorum.

Insinuatio testamenti coram quo fieri debeat.

XLII. Imp. Justinus A. Archelao P. P.

Reperta 32 promulgatione, non solum judices quorumlibet tribunalium 33, verum etiam defensores 34 ecclesiarum hujus Almæ urbis, quos turpissimum 35 insinuandi ultimas deficientium voluntates genus irrepserat, præmonendos esse censemus, ne rem attingant, quæ nemini prorsus omnium, secundum constitutionum præcepta, præterquam 36 Magistro census, comperit: Absurdum etenim clericis est, immo etiam opprobriosum 37, si peritos se velint [offendere] disceptationum esse forensium 38: Temeratoribus hujus sanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis. Datum XIII. Kal. Dec. CP. Justiniano 39 A. II. & Opilrano Conss. 524.

De electione & rebus episcopi. 5. De œconomis. 6. De rebus xenodochi, nosocomi, prochotrophi, orphanotrophi. 7. De his, quæ post necessariam erogationem superfuit. 8. De successoribus. 9. Ne quis per largitionem ordinetur. 10. De psalmodia. 11. Conclusio.

4 Notarius dignitas est: unde colligunt, infimum notarium esse non posse. *arg. l. 1. ff. de dignitatibus.* Præcipuum notarii munus est, fidem publicam facere: quod infimis vix fuerit. 5 Constitutiani, vid. *l. 3. de procur. muner. Cujac. ad Novell. 17. §. 1.* 6 Accepta prid. Kal. Aug. *C. Theod.* 7 Hanc legem Cujac. ex Basilic. restituit, *ff. 21. & Nov. 124. c. 4.* 8 *Latina interpretatio.* 9 *Id est*, ex his scriptis. 10 Mandata Principis quibus judex aut collega judici datur, aut acta celeriter edi, & intra finiri Princeps juber, non requirunt scripturam. 11 In quibusdam editionibus, additis *Novellis* 17. sed male: cum ea sit omissa post editionem Codicis Basilicis Consule.

TIT. XVI.

DE SENATUSCONSULTIS [22].

Senatusconsulta sicut servanda, & contra ea rescripta non valent, & imponentes pœnitur. Salyc.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Senatum.

QUAMVIS Senatusconsultum perpetuum per se obtineat firmitatem, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur: adjicientes ut si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentaverit, ut transire ei formam liceat statutorum, tertia patrimonii parte multetur, & damnatus ambitus crimine, manear infamis. Dat. VII. Kal. Aug. *Heraclea*, RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Hic notetur Græcum constitutionem desideari.

TIT. XVII.

DE VETERI JURE ENUCLEANDO, ET DE AUCTORITATE [23] JURIS PRUDENTIUM [24], QUI IN DIGESTIS [25] REFERUNTUR [26].

Præfatio. 1. *De compositione Codicis.* 2. *De conceptione Digestorum.* 3. *De compositionibus.* 4. *Quid, & ex quibus libris antiquandum est in Pandectarum compositione.* 5. *Divisio, & ordo pandectarum. De authoritate Jurisconsultorum, & eorum libris emendandis.* 8. *Ut nulla sint antinomia.* 9. *Vel similitudines.* 10. *De legibus, quæ in desuetudinem abierunt, prætermittendis.* 11. *De libris juris.* 12. *Nomina hujus operis. De commentariis, paratitlis, indicibus.* 13. *Quomodo libri juris scribi debent.* 14. *Epilogus.*

1. Imp. JUSTINIANUS [27] A. Triboniano viro eminentissimo Quæstori sacri palatii.

DEO [28] auctore nostrum gubernante Imperium, quod nobis à cœlesti Majestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipublicæ sustentamus: & ita nostros animos ad Dei Omnipotentis erigimus adjutorium: ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam providentiam referamus summæ Trinitatis, unde & mundi totius elementa processerunt, & eorum [29] dispositio in orbem terrarum producta est. §. 1. Cum itaque * nihil tam studiosum [30] in omnibus rebus inveniri, quam [31] Legum auctoritas, quæ & divinas, & [32] humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem Legum tramitem, qui ab Urbe Roma coudita, & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut [in] infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur, primum nobis fuit studium à Sacratissimis retro Principibus initium sumere, & eorum Constitutiones emendare, & viæ dilucidæ tradere: quatenus in unum Codicem congregatæ & omni supervacua similitudine, & iniquissima discordia ablotuæ, universis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium. §. 2. Hocque opere consummato, in uno volumine, nostro nomine præfulgente, coadunato, cum ex paucis & tenuioribus relevati ad summam, & plenissimam juris emendationem pervenire properaremus, & omnem Romanam sanctionem & colligere & emendare, & tot auctorum dispersa volumina uno Codice [33] indita ostendere, quod nemo alius neque sperare, neque optare ausus est, res quidem nobis difficillima, imo magis impossibilis videbatur, sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio invocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo fieti, qui & res penitus desperatas donare, & consummare suæ virtutis magnitudine potest. §. 3. Et ad tuæ sinceritatis optimum respeximus ministerium: tibique primo & hoc opus commisimus, ingenii tui documentis, ex nostri Codicis ordinatione acceptis: & jussimus, quos probaveris tam ex facundissimis antecessoribus, quam ex viris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ira tamen, ut rui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. §. 4. Jubemus igitur, vobis antiquorum prudentium [34], quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi Principes præbuerunt, libros ad jus Romanum pertinentes & legere, & elimare: ut ex his omnis materia colligatur, nulla, (secundum quod possibile est,) neque similitudine, neque discordia derelicta: sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alii libros ad jus pertinentes scripserunt: quorum scripturæ à nullis auctoribus receptæ, nec usitatæ sunt, neque nos eorum volumina nostram inquietare dignamur sanctionem. §. 5. Cumque hæc materia summa nostri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimum templum justitiæ consecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum [jus] digerere, tam secundum nostri Codicis constitutionem, quam Edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodum esse paruerit: ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum: sed his quinquaginta libris totum jus antiquum per mille & [35] quadringentos pene annos confusum, & à nobis purgatum quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat: omnibus auctoribus juris æqua [36] dignitate polleutibus, & nemini quadam prærogativa servanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa: vel meliores, vel detectiores inveniuntur. §. 6. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius & æquius est, judicatote, cum possit unius [forsitan] & deterioris sententia & multas & majores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quæ antea in notis Æmilii Papiniani ex Uipiano, & Paulo, nec non Marciano adscripta sunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem & splendidissimi Papiniani, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini, ut omnes qui relati fuerint in hunc Codicem prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus Constitutionibus profecta, & à nostro divino fuerint ore profusa: omnia enim meliora nostra facimus: quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas: nam qui *non* subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus invenit. §. 7. Sed & hoc studiosum vobis esse volumus: ut si quid in veteribus non bene positum libris inveniatis, vel aliquid superfluum, vel minus perfectum, * supervacua longitudine semota, & quod imperfectum * est, repleatis, & omne opus moderatum, & quam pulcherrimum ostendatis. Hoc etiam nihilominus observando: ut, si aliquid in vetcribus legibus, vel Constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt, non recte scriptum inveniatis; & hoc [37] reformetis, & ordini moderato tradatis, ut hoc videatur esse verum, & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum, & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosum scripturam arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ *Regia* [38] nuncupabatur, omne jus omnisque potestas populi Romani in Imperatoriam translata sunt potestatem: nos vero sanctionem omnem non dividimus in alias, & alias conditorum partes, sed *totam nostram* esse volumus: quid possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantum eadem omnia, cum reposita sunt, obtinere: ut, si [39] aliter fuerint apud Veteres conscripta, in contrarium autem in positione [40] inveniantur, nullum crimen scripturæ imputetur, sed nostræ electioni hoc adscribatur. §. 8. Nulla [41] itaque in omnibus prædicti Codicis membris antinomia (sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum, sed sit una concordia, una consequentia, adversario nemine constituto. §. 9. Sed & similitudinem, (secundum quod dictum,) ab hujusmodi consummatione volumus exulare, & ea quæ sacratissimis constitutionibus quas in Codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex veteri jure non concedimus, cum divalium constitutionum sanctio sufficiat ad eorum auctoritatem: nisi forte vel propter divisionem, vel propter repletionem, vel propter plenioretem indaginem hoc contigerit, & hoc tamen perraro, ne ex continuatione hujusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. §. 10. Sed & si quæ leges in veteribus libris positæ, jam in desuetudinem abierunt: nullo modo vobis eisdem ponere permittimus; cum hæc tantummodo obtinere velimus, quæ vel judiciorum frequentissimus ordo exercuit [42], vel longa consuetudo hujus almæ urbis comprobavit, secundum Salvii Juliani scripturam, quæ indicat debere omnes civitates consuetudinem Romæ sequi, [& leges] quæ caput est orbis terrarum, non ipsam alias civitates. Romam autem intelligimus non solum veterem, sed etiam regiam nostram quæ Deo propitio cum melioribus condita est [43] auguriis. §. 11. Ideo jubemus duobus istis Cocidibus omnia gubernari: uno constitutionum: altero juris enucleati, & in futurum Codicem compositi, vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum institutionum vicem obtinens; ut [44] rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. §. 12. Nostram autem consummationem, quæ à nobis Deo adnuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus, nullis juris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, & verbositate sua supradicti Codicis compendium confundere: quemadmodum in antiquioribus [temporibus] factum est, cum per contrarias interpretantium sententias totum jus pene conturbatum est: sed sufficiat per indices [45] tantummodo & titulorum subtilitatem, [quæ τὰ ἐπιγραφὰ nuncupantur] quædam admonitoria ejus facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. §. 13. Ne autem per scripturam [46] aliqua fiat in posterum dubitatio: jubemus non per limpiorum [47] captiones & compendiosa ænigmata, quæ multas per

1 *l. 1. C. Theod. §. Nov. 17.* Mandata Principum sint præcepta, sive annua, quæ exeunte, perfecta dantur à principe, velut præfectis & proconsulibus. Diarythus *ἐνιαυσιαῖος* vocant, Græci etiam *ἐπιτάγματα* & *ἐντολὰς*, *Nov. 26. præfatio*, & *Nov. 24. præfatio*, & *Novell. 17.*

2 *l. un. C. Theod. de mandatis Principum.*

3 Nostrum & quibus ademtum Principem.

4 Pœna privilegii, dignitate, delegatis.

5 Pro Jurisdictione delegata à Principe aliud in privata. *Basil. tit.* an probantur, an probentur.

6 Mandatum Principis scriptura probandum, *l. 1. §. de jure fisc.* Vide an habeatur mandatum, quo fertur quis se habere edictum ex ore Principis sine scripto.

7 His erant ordinem in provinciis minuebatur, vid. *Cujac. Nov. 17.*

8 Notarius dignitas est: unde colligunt, infimum notarium esse non posse. *arg. l. 1. §. de dignitatibus.* Præcipuum notarii munus est, fidem publicam facere: quod infimis vix fuerit. 9 Constitutiani, vid. *l. 3. de procur. muner. Cujac. ad Novell. 17. §. 1.* 10 Accepta prid. Kal. Aug. *C. Theod.* 11 Hanc legem Cujac. ex Basilic. restituit, *ff. 21. & Nov. 124. c. 4.* 12 *Latina interpretatio.* 13 *Id est*, ex his scriptis. 14 Mandata Principis quibus judex aut collega judici datur, aut acta celeriter edi, & intra finiri Princeps juber, non requirunt scripturam. 15 In quibusdam editionibus, additis *Novellis* 17. sed male: cum ea sit omissa post editionem Codicis Basilicis Consule.

11 *l. D. tit.* quæ sint cons. *Novella Leonis 78.*

23 Æquali scilicet, ut alter altero non sit potior, & in integrum restitui *l. 2. C. Theod. de reiudicata. præfatione.*

24 *Adde l. 1. §. 1.*

25 Digesta sic dicuntur ut Græcis *πανδέκται*, vel ut ipse Justinianus ait, *Digesta* vel *Indigesta*. Digesta enim digerunt, quæ antea confusa jacebant. Or Digesta in hunc modum ff. veteres plurarint, Digesta quæritur ab Ulpiano *l. digestorum ff.* 11. notarium esse interrum est, quæ plerumque nullam habent rationem, *Cujac. 12. obs. ult.*

26 In ipsorum legum non tantum inscriptionibus, sed & qui in ipsis legum contextu à mentionibus laudantur, id est, allegantur.

27 *Al. Imp. Fabricianus, Theophil. & Arad. edit.*

28 *l. 1. C. de veteri jure.*

29 *Al. rerum.*

30 Id est, expeditum.

31 *Adde l. 1. §. de legib. Novell. 74. in pr. & Leonis.*

32 *L. 10. in fin. §. de justit. & jur.* ubi legum interpretandarum fines ad collegium pontificum pertinere, *l. 2. §. 6. de orig. jur.* & quos divinis & humanis & humanarum rerum reformare, *Cicer. 3. de Orat.*

33 *Al.* uni Codici S. L.

34 *l. 2. §. 47. vers. & ne obiter D. de orig. jur.*

35 Atqui Justiniani Imperium incipit ab anno 1280. urbis, vid. *comp. ad finem. in Princ.*

36 Et sic abrogatæ, *l. 2. C. Theod. de resp. prudentium. Cujac.*

37 Livor Græculus gloriæ Romanæ ac juri plus detrimenti attulit, quam Gentilium incendia & vastationes. *Salmasius.*

38 Lex Regia de imperio Principis, *§. 6. instit. de jure naturali. Goth.* Dicitur lex Imperii. *l. 1. C. de testam.* De lege Regia, vid. *Barnabam. in indic. leg. Romanæ. S. L.*

39 Crucis nomen de quo apud Paulum *5 sent. 17. §. 2. & 22. §. 1.* Tribonianus in furcæ vocabulum sic commutavit. *l. 28. §. 19. l. 38. §. 2. ff. de pœn.*

40 *Al.* compositione.

41 Post Molinæum Cujacius *8. ad Africanum, fol. 176.* notat *legem 12. & 14. ff. de rit. nupt.* nulla ratione concilitari posse cum *l. 34. ff. manumiss.* idem refutat, *5. obs. 38. in fin.* errore Tribonianæ confusionis esse *inscitiam* inexplicabile inter legem *7. in fin. D. de adult. & l. 7. ff. de pœnit.*

42 Adde *l. 34. l. 35. & seq. D. de leg.*

43 Constantinopolim, quæ alibi urbs æterna appellatur, *l. 5. in pr. C. de Episcop. audient. lib. 12. tit. 60.*

44 Remi necem fabinnuit. Hoc si Zosimo credimus Constantinus Romulo non erit prior ob ædificia & filii necem.

45 Institutionum compen.

46 Per Indicem, §. *ult. Inst. de publ. Judic. Theophil. ibi. v. Cujac. 5. obs. 25.*

47 Al. signorum, al. figlorum. de figlis vid. *comp. ad antecessores. §. hac autem. ad finem.*

se & per suum vitium [1] antinomias [2] induxerunt, ejusdem Codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur, aut aliud quicquam; nec enim per specialia signa numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus. §. 14. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundissimis viris studeat; & tam subtili, quam celerrimo fini tradere: ut Codex consummatus, & in quinquaginta libros digestus offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiæ [3] argumentum, nostrique imperii vestrique ministerii gloriam. Dat. XVIII. Kal. Januarias, LAMPADIO & ORESTE viris clarissimis CONSS. 530.

De bellicis Justinianæ sacrosanctæ, & juris compositione. 1. *De compositione Codicis, & pandectar.* 2. *De prima.* 3. *De secunda.* 4. *Tertia.* 5. *Quarta.* 6. *Quinta.* 7. *Sexta.* 8. *Septima pars Digestor.* 9. *De compositor. pandect.* 10. *De nominibus Jurisconsultorum, eorumque libror. & veter. leg. emendat.* 11. *De compositione institutionum.* 12. *Deo gratias reddantur.* *De utilitate compositionis Justinianeæ.* 13. *De legibus simil.* 15. *De contrariis.* 16. *De prætermissis.* 17. *Collatio juris antiqui, & juris Justinian.* *De libris ex quibus pandectæ collectæ sunt.* 18. *De rebus nobis constituendis.* 19. *De gratiis Deo agendis.* *De legibus Justinianæ observandis.* 20. *De catalogo librorum ex quibus Digesta composita sunt, & de authoritate Jurisconsultorum.* 21. *De interpretationibus juris.* 22. *Quomodo libri juris scribi debent.* 23. *De legibus Justinianeis observandis, & manifestandis.*

11. Imp. Cæs. FLAV. JUSTINIAN. A. ad Senatum, & omnes populos.

TAnta circa nos divinæ humanitatis est providentia, ut semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam: & leges antiquas jam senio prægravatas, per nostram vigilantiam præbuit in novam pulchritudinem, & moderatum pervenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium unquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit: erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri Imperii tempora, quæ pene in mille [4] & quadringentos annos concurrunt, intestinis præliis vacillantem, hocque & in imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere consonantiam: ut nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inveniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ usquam appareant: namque hoc cœlestis quidem providentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium, & summo numine invocato, Deum auctorem & totius operis præsulem fieri optavimus: & omne studium Triboniano viro excelso, magistro officiorum, & exquæstore sacri nostri palatii, & exconsule creditimus, cique omne ministerium hujuscemodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis [viris] illustribus & prudentissimis vitis nostrum desiderium adimpleret: nostra quoque majestas semper investigando, & perscrutando ea, quæ ab his componebantur; quicquid dubium & incertum inveniebatur, hoc numine cœlesti erecta emendabat, & in competentem formam redigebat. §. 1. Omnia igitur confecta sunt, Domino & Deo nostro Jesu Christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus præstante. Et principales quidem Constitutiones duodecim libris digestas, jam ante in Codicem [5] nostro nomine præfulgentem contulimus. Postea vero maximum opus aggredientes, ipsa vetustatis [6] studiosissima opera, jam pene confusa & dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere, quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelso suggestum duo pene millia librorum esse conscripta, & plus quam [7] trecentiens decem millia versuum à veteribus effusa: quæ necesse [esset] omnia & legere & perscrutari, & ex his si quid optimum fuisset, eligere. Quod cœlesti fulgore & summæ Trinitatis favore confectum est, secundum nostra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod utilissimum erat, collectum est: & omnes ambiguitates decisæ, nullo seditioso relicto, nomenque libris imposuimus Digestorum, seu Pandectarum, si [8] omnes disputationes, & decisiones in se habent legitimas, & quod undique fuit collectum, hoc in sinus receperunt, in centum quinquaginta pene millia [9] versuum totum opus consummantes, & in septem partes eos digessimus non perperam, neque sine ratione: sed in numerorum naturam & artem respicientes, & consentaneam eis divisionem partium conficientes. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτον nuncupatur, in quatuor libros sepulta est.

§. 3. Secundus autem articulus [10] septem libros habet qui de judiciis appellantur. §. 4. In tertia vero congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus [11], octo libris eis [12] deputatis. §. 5. Quartus autem locus, qui & totius compositionis quasi quoddam invenitur umbilicum, octo libros suscepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam [13] pertinent, reposita sunt, ut non à pignoratitia actione in libris de rebus posita multum differant. Alio [14] libro eodem inserto volumine, qui ædilitium Edictum, & redhibitoriam actionem, & duplæ stipulationem, quæ de evictionibus proposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum, & venditionum consentanea sunt: & prædictæ actiones, quasi pedissequæ illarum ab initio processerunt, in vetustionis quidem Edicti ordinatione in loca devia, & multo distantia devagantes: per nostram autem providentiam his congregatæ: cum oportuerat ea, quæ de eodem pene loquuntur, in confinio ponere. Alius denique [15] liber post duos primos nobis excogitatus est de usuris, & trajectitiis pecuniis, & de instrumentis & testibus, & probationibus, [necnon præsumptionibus,] & memorati tres singulares libri juxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptiis, vel dotibus legibus dicta sunt, reposuimus, tribus [16] librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem, & curationibus geminos [17] libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum, mediam totius operis reposuimus, omnia undique tam utilissima quam pulcherrima jura continentem.

§. 6. Quintus autem exoritur * nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis [& [18]] codicillis tam privatorum quam militum, omne quidquid antiquis dictum inveniat quis repositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque [19] librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam (ut) legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommissis autem Senatusconsulti Trebelliani, singulis libris [20] utrique eorum applicatis tota pars quinta in novem libros coadunata est. Solum autem Senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimavimus: captiosas etenim, & ipsis veteribus odiosas Pegasiani Senatusconsulti ambages, & utriusque Senatusconsulti ad se tam supervacuas quam scrupulosas diversitates respuentes, totum jus super his positum Trebelliano Senatusconsulto adjudicavimus. Sed in [21] his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa, quæ in rebus non prospere gestis, & tristibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coalescens civili, in nostris remaneat temporibus, quæ favor cœlestis, & pacis vigor firmavit, & [super] omnes gentes in bellicis [victori] periculis superposuit [22]: ne luctuosum monumentum læta sæcula inumbrare concedatur.

§. 7. Sexta deinde pars Digestorum exoritur; in qua omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos quæ ad libertinos respiciunt: ut & jus omne quod de gradibus descendit, legitimæque hæreditatis, & omnis ab intestato successio: & Tertullianum, & Orphitianum Senatusconsultum, ex quibus mater & filii invicem sibi heredes existunt, in geminos [23] libros contulimus: bonorum possessionum multitudinem in compendiosum, & manifestissimum ordinem concludentes. †. Post hæc ea quæ de operis novi nuntiationibus, damnique infecti, & pro ædificiis diruitis, & eorum insidiis, & quæ de aqua pluvia arcenda veteribus auctoribus placita sunt: necnon de publicanis, & donationibus tam inter vivos, quam mortis causa conficiendis, cauta legibus invenimus, in librum singularem [24] deduximus. †. De manumissionibus autem, & de liberali causa alius [25] liber respondit: quemadmodum, & de adquisitione tam dominii, quam possessionis, & titulis, qui eam inducunt multæ & variæ lectiones [26] uni sunt inserta volumini: alio [27] libro deputato his, qui judicati, vel in jure confessi sunt: & de bonorum detentionibus, & venditionibus, & ut nequid in fraudem creditorum fiat. Postque hæc omnia interdicta glomerata [28] sunt: & deinceps exceptiones, & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus, & actionibus liber [29] iterum singularis extenditur: ut præfata sexta pars totius Digestorum, voluminis octo libris definiatur. §. 8. Septimus autem & novissimus articulus Digestorum sex libris formatus est: in quo de stipulationibus [seu] verborum obligationibus, & fidejussoribus & mandatoribus, nec non novationibus, & solutionibus, & acceptilationibus, & de Prætoriis stipulationibus, omne quod jus invenitur [30] gemino volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hæc duo [31] terribiles libri positi sunt de delictis privatis, & extraordinariis necnon publicis criminibus, qui omnem continent severitatem, pœnarumque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea, quæ de audacibus hominibus cauta sunt, qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de pœnis quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur: necnon de eorum substantiis. Liber autem [32] singularis pro appellationibus nobis excogitatus est contra sententias, tam civiles quam criminales causas finientes. Cætera autem omnia quæ ad *municipales* [33], vel de decurionibus, & muneribus, vel publicis operibus, vel nundinis, & pollicitationibus, & diversis cognitionibus [& censibus,] vel significatione verborum veteribus inventa sunt, quæque regulariter definita in sese recipit [34], quinquagesimus totius consummationis perfectus. §. 9. Quæ omnia confecta sunt per [35] virum excelsum necnon prudentissimum magistrum, exquæstore & exconsule *Tribonianum*, qui similiter eloquentiæ, & legitimæ scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit; nihilque majus nec carius nostris unquam justionibus duxit, necnon per alios viros magnificos, & studiosissimos perfecta sunt, id est, *Constantinum* virum illustrem, Comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum; qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendavit: necnon *Theophilum* virum illustrem [36], magistrum jurisque peritum in hac splendidissima civitate laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & *Dorotheum* * virum * illustrem & facundissimum quæstorium, quem in Berytiensium splendidissima civitate leges discipulis [37] tradentem propter ejus optimam opinionem, & gloriam ad nos deduximus, participemque hujus operis fecimus: sed & *Anatolium* virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berytienses juris interpres constitutus, ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens, & cum pater ejus Leontius, & avus Eudoxius * qui post Patricium inclytæ recordationis quæstorium, & antecessorem, & Leontium virum gloriosissimum prætorium, consularem, atque Patricium filium ejus, * optimam sui memoriam in legibus reliquerunt, necnon *Cratinum* virum illustrem, & comitem sacratum largitionum, & optimum antecessorem hujus almæ Urbis constiturum. Qui omnes ad prædictum opus electi sunt, una cum *Stephano*, *Menna*, *Prosdocio*, *Eutholmio*, * *Timotheo*, * *Leonide*, *Leontio*, *Platone*, *Jacobo*, *Constantino*, *Johanne*, viris prudentissimis. Qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem præfecturæ quæ Orientalibus prætoriis præfidet. Omne autem suæ virturis testimonium undique accipientes, & à nobis ad tanti operis consummationem electi sunt: & cum omnes in unum convenerunt, gubernatione Triboniani viri excelsi, ut tantum opus nobis auctoribus possint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consummatum est. §. 10. Tanta autem à nobis antiquitati habita est reverentia, ut [38] nomina prudentium taciturnitati [39] tradere nullo patiamur modo: sed unusquisque eorum qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantummodo à nobis effecto; ut si quid in legibus eorum vel supervacuum, vel imperfectum, vel minus idoneum visum est: vel adjectionem, vel deminutionem necessariam acciperat, & restrictissimis tradatur regulis, & in multis similibus, vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est, unaque omnibus auctoritate indulta: ut quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quæ nostra auctoritas introduxit: quia multa & maxima sunt, quæ propter utilitatem rerum transformata sunt; adeo ut etsi principalis Constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus: sed & hoc corrigendum esse putavimus: & in melius restaurandum: nominibus etenim veteribus relictis: quidquid legum veritati decorum & necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus servavimus: & propter hanc causam, & si quid inter eos dubitabatur, hoc jam in tutissimam pervenit, quietem, nullo titubante relicto. §. 11. Sed cum propiximus quod ad portandam tantæ sapientiæ molem non sunt idonei homines rudes, & qui in primis [40] legum vestibulis stantes intrare ad

1 Ex eo fonte vitium in *l. 37. de fin. de judiciis*, pronanare tradit Petras Faber 1. *Semest.* 13. *de fin.*

2 Et obscuritates in contractibus & testamentis. vid. *quæ not. ad Novell. 47. c. 22. de fin.*

3 *Al.* providentiæ.

4 Vid. *constit. ad Tribon.* §. 5. Goth. *Al.* mille & trecentos. *S. Le.*

5 Codex.

6 Pandectæ.

7 Vid. §. 1. *Justif. ad Senatum.*

8 *Al.* quia.

9 Hic locus ostendit versum vocabulo legis & paragraphus intelligi non posse, sed potius lineas, vid. *Cuiacium 1. Not. 8. Dinar. 2. disp. 6.*

10 *Al* v. *ad finem* xi.

11 Qui à XII. incipientes in XIX. finiunt.

12 *Al. al.*

13 De qua lib. xx.

14 Nempe XXI.

15 Liber fe. XXII.

16 Nempe XXIII. XXIV. XXV.

17 XXVI. XXVII.

18 Continens lib. XXVIII. & XXIX.

19 Nempe XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV.

20 Hæc XXXV. Gilli. & XXXVI. quamquam trigesimus quintus minime ducat mas à Tractatu legis Falcid. fuit à tit. de cond. & demonst.

21 Contra quam in Codice qui habe extat.

22 *Al.* posset.

23 XXXVII. XXXVIII.

24 XXXIX.

25 XL.

26 XLI.

27 XLII.

28 Lib. XLIII. & XLIV. à Tit. 1. ad finem 6.

29 Imo non liber sed Titulus 3. *lib.* XLIV.

30 XLV. XLVI.

31 XLVII. XLVIII.

32 XLIX.

33 Vid. *Cujac. 9. obs. 37.*

34 L.

35 *Nota de prætermissis, viris, electis ad compositionem Digestorum.*

36 Confutio poli.

37 Eundem recognovit, vocavit, T. *conf. al. eum Græc. circa pr.* ut & Theophilum, legum doctorem. §. 1. T. *conf. ad Imaut.*

38 Quæ ubique pretendit, & in quidem nominaque sola, licet ex eorum mente fremoveat solebuerit nihil. Cujac. & contraria his quæ aliquando scripserunt posteritati tradat. vide Cujac. *tome 1. fol. 9.*

39 Vid. *not. simul ad l. 3. §. 2. ff. de progr.*

40 De institutionibus compositis à Justiniano.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ad arcana eorum properant: & aliam [1] mediocrem emendationem præparandam esse censuimus, ut sub ea colorati, & quasi primitiis omnium imbuti, possint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis aspicere. Et ideo Triboniano viro excelso, qui ad totius operis gubernationem electus est, necnon Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus & facundissimis antecessoribus accertitis, mandavimus, quatenus libris quos veteres composuerunt, qui prima legum argumenta continebant, *& Institutiones* vocabantur, separatim collectis, quidquid ex his utile & aptissimum, & undique sit elimatum, & rebus quæ in præsenti ævo in usu verruntur, consentaneum inveniatur, hoc & capere studeant, & quatuor libris reponere, *& totius* [2] *eruditionis prima fundamenta, atque elementa ponere: quibus juvenes suffulti possint graviora & perfectiora legum scita suscipere.* Admonuimus autem eos, ut memores etiam nostrarum fiant Constitutionum, quas pro emendatione juris promulgavimus, & in confectione institutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur: ut sit manifestum, & quid antea vacillabat, & quid postea in stabilitatem redactum est. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum & relectum est, & prono suscepimus animo, & nostris sensibus non indignum esse judicavimus: & prædictos *libros Constitutionumque* vicem habere jussimus: quod & in oratione nostra, quam eisdem libris præposuimus, apertius declaratur. §. 12. Omni igitur Romani juris dispositione composita, & in tribus voluminibus, id est, Institutionum, & Digestorum, seu Pandectarum, necnon Constitutionum, perfecta, & [3] in tribus annis consummata; quæ ut primum leparati cœpit, neque in totum decennium compleri sperabatur: omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum sustentationem piis obtulimus animis, uberesque gratias maximæ Deitati reddidimus, quæ nobis præstitit, & bella feliciter agere, & honesta pace perpotiri, & non tantum nostro, sed etiam omni ævo, tam instanti quam posteriori leges optimas ponere.

§. 13. Omnibus itaque hominibus eandem Sanctionem manifestam facere, necessarium * esse * perspeximus: ut sit eis cognitum, quanta confusione & infinitate absoluti, in quam moderationem & legitimam veritatem pervenerint; legesque in posterum habeant, tam directas, quam compendiosas, omnibusque in promptu positas, & ad possidendi libros earum facilitatem idoneas: ut non mole divitiarum expensa possint homines supervacuæ legum multitudinis adipisci volumina [4], sed vilissima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus, quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda.

§. 14. Si quid autem in tanta legum compositione quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum existimet: sed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inscribat: quia * omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis est: quod & à majoribus dictum est: deinde sciat quod similitudo in quibusdam & his brevissimis adsumpta non inutilis est: & nec citra nostrum propositum hoc subsequutum: aut enim ita lex necessaria erat, ut diversis titulis propter rerum cognationem applicari eam oporteat: aut cum fuerat aliis diversis permixta, impossibile erat [eam] per partes detrahi ne totum confundatur, & in partibus in quibus perfectissimæ visiones [5] veterum expositæ fuerant, quod particulatim in eas fuerat sparsum, hoc dividere ac separare penitus erit incivile: ne tam sensus, quam aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo, si quid principalibus Constitutionibus cautum est, hoc in Digestorum volumine poni nullo concessimus modo: quasi Constitutionum recitatione sufficiente, nisi & hoc raro ex iisdem causis quibus similitudo adsumpta est. §. 15. Contrarium [6] autem aliquid in hoc Codice positum nullum [7] sibi locum vindicabit, nec invenitur: si quis subtili animo diversitatis *rationes* excutiet, sed est aliquid novum inventum [8], vel occulte positum, quod dissonantiæ querelam dissolvit, & aliam naturam inducit discordiæ fines effugientem. §. 16. Sed & si quid forsitan prætermissum [9] est, quod in tantis millibus quasi in profundo positum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obscuritate involutum necessario derelictum est: quis hoc reprehendere recto animo possit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem: deinde propter ipsius rei vitium, quod multis inuribus permixtum, nullam sui ad eruendum præbuit copiam: dein [10] quod multo utilius est, pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines prægravare. §. 17. Mirabile autem aliquid ex his libris emersit, quod *multitudo antiqua prolixæ brevitate paucior invenitur*: homines etenim, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant positæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam insitiam, & [11] voluntate judicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præsenti autem consummatione nostrorum Digestorum e tantis legis collectæ sunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec unquam audiebant, quæ omnia collecta sunt subitantia amplissima congregata, ut egena quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentissima autem brevitas nostra efficiatur. Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus vir excellentissimus præbuit: in quibus multi fuerant, & ipsis eruditissimis hominibus [12] incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc semotum in optimam nostram compositionem pervenit. Sed hujus operis conditores non solum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges positæ sunt: sed etiam alia multa, quæ illi, nihil vel utile, vel novum in eis invenientes, quod excerptum nostris Digestis applicarent, optimo animo respuerunt.

§. 18. Sed quia * *divina quidem res perfectissima sunt, humanas vero jura cuncturæ semper in infinitum decurrit, & nihil est in eis, quod stare perpetuo possit: multas enim formas edere natura novas deproperat:* non desperamus, quædam postea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non sunt innodata [13]: si quid igitur tale contigerit, augustum imploretur remedium: quia ideo imperialem fortunam rebus humanis Deus præposuit, ut possit omnia, quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis & regulis competentibus tradere: & hoc non primum à nobis dictum est, sed ab antiqua descendit prosapia: cum & ipse *Justianus* legum & Edicti perpetui subtilissimus conditor, in suis libris hoc tetulit: ut si quid imperfectum inveniatur, ab imperiali sanctione hoc * repleatur, & non ipse solus, sed & Divus Hadrianus in compositione Edicti, & Senatusconsulto, quod eam secutum est, hoc apertissime definivit, *ut, si quid in edicto positum non inveniatur* [14], *hoc ad ejus regulas ejusque translationes & imitationes possit nova instruere auctoritas.* §. 19. Hæc igitur omnia scientes patres conscripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem amplissimas agite summæ divinitati, quæ vestris temporibus, tam laluberrimum opus servavit: quo enim antiquitas digna divino non est visa judicio, hoc vestris temporibus indultum est. Hasce itaque leges & adorate [15] & observate omnibus antiquioribus quiescentibus, nemoque vestrum audeat, vel comparare eas prioribus, vel si quid dissonans in utroque est, requirere: quia omne quod hic positum est, hoc unicum & solum observari censemus. Nec in judicio, nec in alio certamine, ubi leges necessariæ sunt, ex aliis libris, nisi ab iisdem institutionibus nostrisque Digestis, & constitutionibus à nobis compositis, vel promulgatis aliquid, vel recitare, vel ostendere conetur: nisi temerator velit falsitatis [16] crimini subjectus una cum judice, qui [17] eorum audientiam patiatur [18], pœnis gravissimis laborare. §. 20. Ne autem incognitum vobis fiat, ex [19] quibus veterum libris hæc consummatio ordinata est, jussimus, & hoc in primordiis Digestorum nostrorum inscribi: ut manifestissimum sit, ex quibus legislatoribus quibusque libris eorum, & quot millibus hoc justitiæ Romanæ templum ædificatum est. Legislatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere fuerant, & quos, & anteriores piissimi Principes admitrere non sunt indignati: omnibus uno dignitatis apice impertito, nec sibi quoquam alienam [20] prærogativam vindicante: cum enim Constitutionum vicem, & has leges obtinere censuimus, quasi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibusdam esse intelligatur: cum una dignitas, una potestas omnibus est indulta? §. 21. Hoc autem, quod & ab initio nobis visum est, cum hoc opus fieri Deo adjuvante mandabamus, tempestivum nobis videtur, & in præsenti sancire, ut nemo neque eorum qui in præsenti juris peritiam habent, neque (qui) postea fierent, audeat commentarios [21] hisdem legibus adnectere: nisi tantum si velit eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eademque consequentia sub qua, & voce Romana positæ sunt: hoc quod Græci [22] κατὰ πόδα dicunt, & si qui forsitan per titulorum subtilitatem adnotare malnerint, & ea quæ Paratitla nuncupantur componere, alias autem legum interpretationes, immo magis perversiones, eos jactare non concedimus: ne verbositas eorum aliquod legibus nostris adferat ex confusione dedecus: quod & in antiquis Edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confectum, huc atque illuc in diversas sententias producentes (contrahentes) in infinitum distraxerunt, ut pene omnem Romanam sanctionem esse confusam. Quos si passi non sumus, quemadmodum postetitatis admittatur vana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint: ipsi quidem fallsitatis rei constituantur, volumina autem eorum omnimodo [23] corumpentur. Si quid vero, ut supradictum est, ambiguum fuerit visum: hoc ad Imperiale culmen per judices referatur, & auctoritate Augusta manifestetur, cui [24] soli [25] concessum est leges, & condere & interpretari. §. 22. Eandem autem pœnam falsitatis constituimus, & adversus eos, qui in posterum leges nostras per figlorum [26] obscuritates ausi fuerint conscribere, omnia enim, id est, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros per consequentias literarum volumus, non per [27] figla manifestari: ita ut, qui talem librum sibi paraverit, in quo figla posita sint in qualemcunque locum libri, vel voluminis, sciat inutilis se esse Codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali Codice in judicium aliquid recitare, qui in quacunque sua parte figlorum habet malitias. Ipse autem librarius qui eas inscribere aulus fuerit, non solum criminali [28] pœna, secundum quod dictum est, plectetur: sed etiam libri æstimationem in duplum domino redder, si & ipse dominus ignorans talem librum, vel comparaverit, vel confici curaverit: quod & antea à nobis dispositum est, & in Latina Constitutione, & in Græca, quam ad legum professores dimisimus.

§. 23. Leges autem nostras, quæ in his Codicibus, id est, Institutionum seu Elementorum, & Digestorum, vel Pandectarum posuimus, suum obtinere robur ex tertio nostro felicissimo sancimus consulatu præsentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Januarias, in omne ævum valituras, & una cum nostris Constitutionibus pollentes: &, finem vigorem in judiciis ostendentes in omnibus causis, sive [29] quæ postea emerserint, sive quæ in judiciis adhuc pendent, nec eas judicialis, vel amicalis forma compescuit: * quæ enim jam vel judiciali sententia finita sunt, vel amicali pacto sopita, hæc [30] resuscitari nullo volumus modo. Bene autem properavimus in tertium nostrum consulatum, & has leges edere: quia maximi Dei & Domini nostri Jesu Christi auxilium felicissimum eum nostræ Reipublicæ donavit: cum in hunc & bella Parthica abolita sunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcrevit. Post Europam enim, & Asiam, & tota Libya nostro imperio adjuncta est, & tanto operi legum caput impositum est: omnia cœlestia dona nostro tertio Consulatu indulta. §. 24. Omnes itaque judices nostri pro sua jurisdictione eisdem leges suscipiant [31], & tam in suis judiciis quam in hac regia Urbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelsus hujus almæ Urbis præfectus: curæ autem erit tribus excelsis præfectis prætoriis, tam Orientalibus, quam Illyricis, necnon Libycis, per suas auctoritates omnibus, qui suæ jurisdictioni suppositi sunt, eas manifestare. Dat. XVII. Kalendis Januariis, JUSTINIANO Domino nostro ter consule. FELICITER 533.

[1] Institutionum ælia.

[2] Institutionum delicio.

[3] Facit ex res, ut omnia suspectum Tribonini opus valeant.

[4] Eadem modo Florus laudem meretur, quod cum mysteria juris à Pontificibus tanquam diu à Chaldæis pene oppressa: jus in penetralibus Pontificum abditum evulgavit Cicr. pro Murena. *Lib. 3. Val. 2. Plin. 21.*

[5] Theorie §. 13. *C. conf. prax. vid. l. 23. §. 15. ff. de pact. dotal. ad. jusseum.*

[6] De Antinomiis.

[7] Vid. §. 8. *C. conf. ad Tribonianum.*

[8] Cujacius tradit, legem perpetuam in consuetudinem retroi posse: si aliæ ad jus constitutionum benignum, aliæ ad leges veteres, & jus severum referantur. *7. absens. 19.* eaque diffidendi lege, idem *l. ult.* utitur. Hucusque est quod extat in *l. 26. ff. de leg. l. ult. ff. de conf. pr. & §. 19. ad nostrum Senatum.*

[9] De Prætermissis.

[10] *Al.* Deinde.

[11] Adde *l. 2. §. 3. §. 6. ff. de orig. jur.*

[12] Hoc facere potuit quod Antonius *l. 30. de adventic. loquens*, scribit. Hi, inquit, ut alias jura calleret videntur, Trebatium interpretor, & Cassellium & Aufidium, & Aurunculanum, Sassiumque jam diu leges ignoratas, cum Ennii & Naevii ab hinc seculis obrutas nullis.

[13] *Vide. al.* id est, innovata.

[14] Adde *l. 12. ff. de legib. l. 7. §. 2. in fin. ff. de Jurisdict. v. l. 14. ff. de præscr. verbis.*

[15] Ad laudem scientiæ juris facit *l. 1. §. 5. ff. de extra ord.*

[16] §. 19. *C. emendat. ad magnum Senaculum.*

[17] *Al.* eis.

[18] Accommodavit.

[19] Quibus ex libris Pandect. excerptæ sunt.

[20] Adde *emendat. ad Tribon. C. §. 3.*

[21] De commentariis legum §. 12. *C. conf. prax.*

[22] Juxta pedem, periode ac si diceret, ea lege, ut iisdem vestigiis insistant, & pedetentim subsequantur hoc opus. vid. *Alciat. 21. Parerg. 6.*

[23] Adde *l. 4. §. 1. in fin. ff. famos. senatus.*

[24] Vid. *quæ not. ad l. 1. C. de legib.*

[25] Atqui Senatus jus facere potest, *l. 9. ff. de legib.*

[26] Leges figlia non esse scribendas observa.

[27] Vid. *conf. ad Antecessor. C. §. illud autem 21.*

[28] *Fusius* §. 22. *C. conf. ad Senatum. arg. l. ult. ff. de falsis.*

[29] Adde *l. 7. C. de legib.*

[30] *L. 16. C. de transact.*

[31] *Al.* subjaciant.

I I I. IN' NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imperator Cæsar Flav. Justinianus, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclitus, victor, triumphator, semper celsitus Augustus ad magnum Senatum & populum, & omnes urbis nostri civitates.

DEdit nobis [2] Deus post pacem cum [3] Persis initam, post Vandalica trophæa, & totam Libyæ adquisitionem, postque nominatissimam Carthaginem nostro iterum Imperio [4] sociatam, ut veterum legum renovationis opus ad optatum finem perduceremus: quod nemo Principum ante nostrum imperium, aut in mentem induci posse, aut humano ingenio possibile esse existimavit. Erat enim mirabile, omnem Romanam sanctionem à condita vetere Roma usque ad nostri imperii tempora, quæ [5] penè in mille & trecentos annos concurrant, non solum secum in variis suis partibus, sed in imperialibus quoque præsenim sanctionibus inter omnem nutare consonantiam pariter ac discordiam: non tamen id solum quod secum pugnabat, tollere; sed etiam quod idem, aut simile reperiebatur, expellere, variamque ipsius pulchritudinis ideam tribuere, ita ut pro singulis rebus singulæ leges constitutæ viderentur. Quod proculdubio superioris numinis & fluentis inde benignitatis fuit, non humanæ cogitationis, aut incepti, aut potestatis. Nos itaque, more solito manibus ad Deum erectis, eoque, ut nos complecti dignaretur, invocato, & rem aggressi sumus, & omnia tandem confecimus, Triboniano gloriosissimo magistro, & exquæstore sacri nostri palatii, & exconsule ad omne ministerium uli; necnon aliis quibusdam illustribus, & prudentibus viris, inquirentes semper ea quæ ab eis componebantur: & id quod erat dubium perscrutantes, omnibus quoque secundum datam nobis à Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo scientiam & intellectus vigorem imponentes competentem formam.

§. 1. Et piissimas igitur constitutiones jam ante in duodecim libris comprehensas, Codicem nostræ pietatis cognomine fulgentem composuimus: nunc vero omnium veterum juris conditorum sententias ex multitudine, quæ ad duo millia penè librorum, & trecentas [6] myriadas versuum pertingebat, in moderatum & perspicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc sumus cœlesti favore, colligentes omne id quod erat utile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo seditioso relicto. Quos libros Digesta seu Pandectas appellavimus, ex [7] eo, quod legum habeant divisiones [8] & decisiones; itemque ex eo, quod omne in unum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes: nec ultra quindecim myriadum versuum numerum eis dantes: & in septem eos dispONentes tractatus: idque non perperam, neque sine ratione, sed ad numerorum naturam & harmoniam respicientes.

§. 2. Ea igitur quæ apud omnes πρῶτα, id est, primordia [9], nuncupantur, in [10] quatuor libros sepositimus.

§. 3. Deinceps [11] ea quæ de judiciis tractant, in alios septem [12] libros.

§. 4. Item ea quæ de [13] rebus, non in plures quàm octo [14] libros.

§. 5. Sequentem vero operis partem, quæ quarta [15] & media μέσος τῶν τῆς ὅλης est totius operis, in aliis [16] octo libris deposuimus, in quibus est quidem [17] hypothecaria, non longè admodum à pignoratitia actione distans: est & Ædilitium [18] edictum, & de evictionibus stipulatio: quæ duo accessoria, & consequentia constituta venditionum, longe tamen admodum in veteri juris ordinatione ab his devagantia congregavimus propius propter mutuam inter se cognationem; ne, quæ de eodem penè loquuntur, longe à se distarent. Post hæc introduximus post duos illos libros ea, quæ sunt scripta de usuris tam terrestribus, quam trajectitiis seu maritimis, & de probationibus, atque præsumptionibus in unum librum [19]: his autem tribus monobiblis, singulatibus libris post tractatum de rebus sibi invicem depositis, & rursum ea quæ de sponsalibus, & nuptiis, & de dote legibus dicta sunt congregantes, his etiam [20] tria habere in hac ordinatione volumina concessimus. De tutoribus autem minoris ætatis [21] geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concidimus memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (ut dictum est) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima & utilissima jura in his describentes.

§. 6. De testamentis [22] autem, & legatis, & fideicommissis omnia congregavimus in novem librorum numerum: quorum principatum obtinent ea, quæ sunt de testamentis, & codicillis, cum omnium, tum etiam militum qui ea, ut volunt, faciunt [23], duobus libris ordinata, & de testamentis inscripta; quinque [24] autem sequentibus continentur ea, quæ de legatis & fideicommissis, & omni eorum ambiguitate disputata sunt: & quoniam Falcidiæ narratio continens, & consentanea erat legatorum & fideicommissorum proprio tractatui: propterea & ipsam continuo legatorum suppositimus tractationi, libro integro ei applicato, cum brevi quadam adjectione: & rursum quia ad Falcidiæ [25] imitationem (introductum) erat Trebellianum [26] Senatusconsultum in fideicommissis: & huic ultimum hujus ordinationis tribuimus locum, totum jus super his positum, Trebelliano Senatusconsulto attribuentes, & supervacuam esse Pegasiani Senatusconsulti positionem invenientes, & absurdas horum Senatusconsultorum inter se differentias, & communiones: quas sane & veteres perosi, captiosas & damnosas appellarunt: simpliciore quadam narratione, omne hoc schema congregantes, & ad unius Senatusconsulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis novem his perfecimus libris: in quibus novem libris nihil de quondam [27] caducis dictum à nobis est: quia propter usum quendam non prosperum cum inrebuissent in republica, & luctuosum monumentum bellorum civilium essent: non oportebat in his manere temporibus, in quibus & Deus dedit pacem agere domi & foris, &, cum oportuit bellum gerere, facile cum ipsius favore hostes superare & capere.

§. 7. Sequitur deinde & exoritur nobis & sexta [28] pars totius compositionis, octo conclusa libris. Pulchre autem incipit ab his, quæ possessiones nominantur, quas nos similiter, ut cætera diligenter considerantes, tam eas quæ ad ingenuos, quam quæ ad libertinos pertinent, ex multa anteriorum temporum confusione & obscuritate in purum deduximus compendium, geminorum [29]

ΕΝ ΟΝΟΜΑΤΙ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλ. Ἰουστινιανὸς, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φραγγικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Βανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεὶ σεβαστὸς, ἀοίκητος τῇ μεγάλῃ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, καὶ πάσαις ταῖς εἰκουμένης ἡμῶν πόλεσι.

ΔΕΔΩΚΕΝ ἡμῖν ὁ Θεὸς μετὰ τὴν τῶν Περσῶν εἰρήνην, μετὰ τὰ τῶν Βανδίλων τρόπαια, καὶ τὴν ὅλην Λιβύης κτῆσιν, καὶ τὴν τῆς ἐνοημερωτάτης Καρχηδόνος ἐπανάκλησιν, καὶ τὴν τῶν παλαιῶν νόμων ἔργῳ εἰς πέρας ἀγαγεῖν ὅσῳ οὐδεὶς τῶν ἡμῶν βασιλευσάντων, [ἐπὶ] οὐδὲ εἰς τῶν βασιλέων ἤλπισεν· ὡὖν, ὅτι δυνάμεθα, ὅλως τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει αὐτὸ τὸ ἐγχείρημα, ἢν μὴ ἐκ τοῦ ἀνωθεν τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀπὸ τῆς ἀρχαιοτάτης Ῥώμης κτίσεως, μᾶλλον δὲ μετὰ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν χρόνων, οἷς ἀμφὶ τὰ χίλια καὶ τριακόσια ἔτη συμπέπτωκε, καὶ ἐς τὰς ἄλλας μείναι, ἀλλὰ καὶ οὐ τοῖς βασιλικοῖς ἀξιώμασι μόνον ἀλλὰ συμφώνως τῇ τῆς ἀληθείας καὶ τῇ τῶν ἀξιολόγων ἐξηλεῖν, τὰ ἢ παῦσαι τὰ μὴ ὀρθῶς ἐξενεχθέντα μέλλοντα ἢ αὖθις ἐπιφανῆναι ἀσύμφορα νόμων, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑκάστῃ καθεστάναι σαφῆ νόμον, ἢ ἕνα μὲν ῥητῆς, καὶ ἐφ' ἑκάστῃ φιλοτεθρυμμένης ἰδέας ἕν, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς ἀξιώσεως ἢ ἐπιχειρήσεως ἢ διανοίας ἴχνος. ἡμεῖς δὲ (τοῦτο δὴ τὸ σεμνοτερόμενον ἡμῖν) τὰς χεῖρας εἰς Θεὸν ἀνατείναντες, καὶ αὐτὸν παρακαλέσαντες, ἡμῖν αὐτὸν συλλαβέσθαι, συνεχειρήσαμέν τε, καὶ τὰ πάντα ἐξεπράξαμεν· Τριβωνιανοῦ τοῦ ἐνδόξου τε μαγίστρου, καὶ ἐκκουαιστόρων ἡμῶν τῶν ἱερῶν παλατίων, καὶ ὑπάτων ἄνδρας τοὺς ἄλλους ὑπαργύρους, ἐξεταστάς, καὶ πάσι τοῖς ἄλλοις εὐδόξους τε καὶ σοφοὺς ἀνδράσιν ἐρευνητὰς μὲ ἅπαντα ἐπιμόνως τε καὶ ἀμφιβόλου παντὸς μακρόθεν ἐξορίζοντας, πάσῃ τῇ συνειδήσει ἡμῶν ἐπιβάλλοντας τὸν τοῦ θείου καὶ δικαίου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ χαλινὸν τε καὶ ἡνίαν ἐπιθεῖναι τῇ κρίσει ἀπαρεγκλίτως.

§. α'. Ταῖς μὲν οὖν διατάξεσι ταῖς πρόσθεν διὰ τῶν βιβλίων ἀπεστείλαμεν, τὰ δ' ἡμέτερα δι' ὑπατείας ἐπώνυμον σωτηρίου κηρύξαι βιβλίον, ἐπεὶ ἦν πᾶς ἀπαρίθμητος τῶν ἐμπεσόντων νομοθετημάτων συνακταγώγιος χαλάσας ἐπὶ τῶν βιβλίων ἀπὸ τῶν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἑξακοσίους δὲ ὄντας τὸν μυριοπληθῆ τῶν τριακοσίων ἐπὶ ἡμισείοις τε ἄμοιρα καὶ ὑπεραπτὸν σωτηχήσαντα ἀθροισμόν. Πεντήκοντα δὲ τὰ πάντα συναγαγόντες βιβλία τὸ τῶν ἀσυμβάτων τὸ ζητήσιμον, καὶ ἀπάτας πάσας ζυγάσαι τεμόντες, καὶ μηδὲν καθολικαῖς ἐπὶ γνησιωτέροις. Ὅ δὴ βιβλίον Digesta, εἴτε Πανδέκτας ὀνομηδόσαμεν ἐκ τε τῶν νόμων ἔχειν διαιρέσεις τε καὶ διατάξεις, ἔκ τε τοῦ πάντα εἰς ἓν ἀθροισθῆναι· ἐπιτιθέντες τοῖς ἑπτὰ μέρεσι τοῦ ὅλου τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ἐπιδέξασθαι, τοσούτῳ καὶ τῷ ἀριθμῷ ἔχοντα ἀξιολόγως τὸν τῶν ἀπείρων, καὶ μὴ πρὸς ἀκριβείαν τοῦ ἀριθμοῦ τὴν τῶν μυριάδων τῶν στίχων ἐπιβλέποντας· οὐ γὰρ εἰκῇ τοῦτο καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ θείας τινὸς ἐπιρροίας καὶ τῆς ἀπ' αὐτοῦ δόσεως τῆς ἐπιστήμης τῶν ἀνθρωπίνων τε καὶ θείων πραγμάτων ἐπιβαλόντες τοῖς ἀρχαίοις τε καὶ ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον ἐξητασμένοις τὸν τῆς ἁρμονίας καὶ τῆς συμφωνίας χαρακτῆρα.

§. β'. Τὰ μὲν οὖν ἐν διατάξεσι λεχθέντα ἤδη πρόσθεν διὰ τῶν βιβλίων ἀπεστείλαμεν, τὰ δ' ἡμέτερα δι' ὑπατείας ἐπώνυμον σωτηρίου κηρύξαι βιβλίον, ἐπεὶ ἦν πᾶς ἀπαρίθμητος τῶν ἐμπεσόντων νομοθετημάτων συνακταγώγιος χαλάσας ἐπὶ τῶν βιβλίων ἀπὸ τῶν μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἑξακοσίους δὲ ὄντας τὸν μυριοπληθῆ τῶν τριακοσίων ἐπὶ ἡμισείοις τε ἄμοιρα καὶ ὑπεραπτὸν σωτηχήσαντα ἀθροισμόν. Πεντήκοντα δὲ τὰ πάντα συναγαγόντες βιβλία τὸ τῶν ἀσυμβάτων τὸ ζητήσιμον, καὶ ἀπάτας πάσας ζυγάσαι τεμόντες, καὶ μηδὲν καθολικαῖς ἐπὶ γνησιωτέροις. Ὅ δὴ βιβλίον Digesta, εἴτε Πανδέκτας ὀνομηδόσαμεν ἐκ τε τῶν νόμων ἔχειν διαιρέσεις τε καὶ διατάξεις, ἔκ τε τοῦ πάντα εἰς ἓν ἀθροισθῆναι· ἐπιτιθέντες τοῖς ἑπτὰ μέρεσι τοῦ ὅλου τὸ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ἐπιδέξασθαι, τοσούτῳ καὶ τῷ ἀριθμῷ ἔχοντα ἀξιολόγως τὸν τῶν ἀπείρων, καὶ μὴ πρὸς ἀκριβείαν τοῦ ἀριθμοῦ τὴν τῶν μυριάδων τῶν στίχων ἐπιβλέποντας· οὐ γὰρ εἰκῇ τοῦτο καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλὰ θείας τινὸς ἐπιρροίας καὶ τῆς ἀπ' αὐτοῦ δόσεως τῆς ἐπιστήμης τῶν ἀνθρωπίνων τε καὶ θείων πραγμάτων ἐπιβαλόντες τοῖς ἀρχαίοις τε καὶ ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον ἐξητασμένοις τὸν τῆς ἁρμονίας καὶ τῆς συμφωνίας χαρακτῆρα.

§. γ'. Τὰ δὲ ἐν διατάξεσι λεχθέντα, καὶ πρόσθεν ληχάντα, καὶ φιλάνθρωπα ἀπανθ' ὁμοῦ συναγαγόντες εἰς ἕνα βιβλίον ἀπεθέμεθα· οὐ γὰρ ἐπιτρεπτὸν τὰ μὲν ἀναγκαῖα καὶ ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον ἐξητασμένα, τὰ δὲ ἐπιπόνως ἐκ πολλῶν βιβλίων ἀπολεγόμενα, καὶ ἐπὶ τὸ ἀκριβέστερον ἐξητασμένα, ἐκ τῶν ἀναγκαίων ἀφαιρεῖν τε καὶ ἐξορίζειν, ἐν ἑνὶ δὲ βιβλίῳ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

illis librorum numerum sufficere arbitrantes. Applicavimus autem ipsis, & omnes ab intestato appellatas successiones, & ipsos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inscriptis, & circa omnium finem Tertullianum & Orficianum composuimus senatusconsultum, ex quibus matres & liberi invicem successiones fiunt. Procedit autem post hæc alius liber [1], qui de ædificiorum operibus, & de ea quæ ob minosa & diruta ædificia (datur) satisdatione, & his qui in his aliquid insidiarum aut fraudis admiserint, & de his qui ex aquarum impetu vicinos læserint, & de publicorum vectigalium coactoribus, atque insuper de donationibus tam indefinitis [seu simplicibus] quam in cogitationem mortis relatis leges ac jura ordinant. Rursum autem quicquid de quacunque manumissione extat, vel de his, quæ super ipsis agitantur causis, & hoc uni [2] traditum est libro. Amplius autem, & ea quæ de possessione, & per ipsam adquisitione, & de causis eam introducentibus sunt, in [3] unum sepositimus tractatum [seu librum.] Et quidquid etiam de judiciariis extat sententiis, & his qui in eis aliqua contra seipsos confessi sunt, & de bonorum cessione, & creditorum detentione, & venditione, & de bonorum separatione & curatione, & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in [4] unum similiter collatum est librum. Sed & interdictorum modum non pluribus, quam [5] uni dedimus libro. Inde [6] autem & ad præscriptiones [seu exceptiones] & in his ordinata tempora venimus. Et obligationum quidem, & actionum sepositimus modos, & coegimus omnem hanc partem, cui præsunt possessiones (ut dictum est) octo librorum numero descriptam, sextam hanc partem totius voluminis seponentes.

1 XXXIV.

2 XL.

3 XLI.

4 XLII.

5 XLIII.

6 *Lib.* XLIV.

§. 2. Totius autem extremæ partis, quæ & septima [7] est totius tractationis, sex librorum numero demandata est, incipiens quidem [8] à stipulationibus, procedens vero ad ea, quæ scripta sunt de fidejussione, & debitorum numeratione, solutione & liberatione ipsorum, & de introductis ex Prætorum jurisdictione stipulationibus: quæ omnia duobus à nobis contracta sunt libris: cum apud veteres nec dici posset, quot essent libri [ea de re.] Procedit & deinceps [9] ad delictorum narrationem: & omnia recensetur quæ ad majora delicta pertinent, quæ vocant privata, & item quæ ad ea quæ necdum ordinaria appellant: sed ipsis extraordinariorum appellationem imponunt: descendit etiam & ad publica crimina quæ atrocissima sunt: & magnam sibi advocant pœnam. Duo [10] autem & hic sunt libri qui illa quidem, quæ ad delicta & crimina pertinent, complectuntur: quibus permixta sunt, & ea quæ de reis criminum, qui se celare tamen conantur, scripta sunt, & de eorum bonis, & de ea quæ infligitur condemnatis pœna, vel indulgentia. Initium autem nobis alterius tursum [11] libri fit narratio de appellationibus, quæ communis est professo ad rescindendas tam pecuniarias [seu civiles] sententias quam criminales. Quæcumque autem de civibus [seu municipibus,] & de decurionibus, & muneribus, & publicis operibus, & nundinis, & redituum pollicitationibus, & variis cognitionibus [seu interrogationibus,] & publica descriptione, veteribus inventa sunt, & quæcunque de verborum extant significatione, & de his quæ pro regulis apud veteres dicta sunt: hæc omnia in sese recipit ultimus liber. Hujus igitur compositionis, cujus initium est à stipulationibus, hic liber est sextus quidem, si ad proprium principium comparetur: sed est quinquagesimus, si conferatur ad totam consummationis perfectionem, [seu harmoniam.]

7 Pars septima.

8 *Lib.* XLV. XLVI.

9 *Lib.* XLVII.

10 *Lib.* XLVIII. XLIX.

11 Pandectarum compositores.

§. 3. Quæ omnia compostа sunt, & elaborata peroptime, & ut nostra justione dignum fuit, per Tribonianum [12] illustrissimum: necnon prudentissimum magistrum, & exquæstorem nostrorum palatiorum, & exconsulem, virum & in ipsis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus scribendis satis spectatum, & qui nihil unquam nostrarum jussionum contempsit: necnon per alios [viros] qui sub ipso nobis hoc opus elaborarunt; id est Constantinum [13] magnificentissimum comitem sacrarum largitionum, & antigraphariun [seu magistrum] sacri scrinii, & sacrorum libellorum & cognitionum imperialium, qui nobis bonam de se opinionem in omnibus præbuit: necnon Theophilum [14] magnificentissimum magistrum, & leges [seu jura] in regia hac urbe laudabiliter [15], & cum summis vigiliis, & ut magisteria sedulitate dignum est, docentem: & Dorotheum [16] magnificentissimum quæstorem, & Doctorem in legum civitate designatum: dicimus autem verendam & splendidam Berytiensium metropolim, quem de ipso optima opinio & gloria, & ad nos deduxit ipsum, & ut hujus operis participem faceremus, hortata est: sed & Anatolium [17] magnificentissimum magistrum, qui & ipse apud Berytienses ea quæ ex legibus [proficiscuntur,] pulchre docet, vir ex tertia stirpe laudabili juris apud Phœnices interpretum descendens: refert enim genus ad Leontium, & Eudoxium, homines in legibus optimæ memotiæ post Patricium inclytæ recordationis, quæstorium & anticensorem, & Leontium gloriosissimum, expræfecto, & exconsule, atque Patricium ejus filios (summæ admirationis viros) & Cratinum [18] magnificentissimum atque prudentissimum comitem sacrarum largitionum, & optimus quoque is est legum enarrator in regia hac urbe: & præter hos etiam Stephanum, Menam, Prosdocium, Eutolmium, Timotheum, Leonidem, Leontium, Platonem, Jacobum, Constantinum, Joannem, viros prudentissimos, qui universi Rhetores [19] quidem sunt gloriosissimorum prætectorum sacrorum nostrorum Prætoriorum, gloriam autem seu laudem apud omnes prudentiæ juste habent, & à nobis merito judicati sunt digni, ut eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digestorum elaborata sunt conscriptionem per jam dictos gloriosissimos viros.

12 Tribonianus.

13 Constantinus.

14 Theophilus.

15 Antecessoris munus.

16 Dorotheus.

17 Anatolius.

18 Cratinus.

19 Prætores verendum fuit advocati; nam apud Præfectum P. Illyrici ad vocatos 150. fuisse constat, *l.* 17. *in pr. C. de advocat. divers. judicior.* ut & apud Præfect. Urb. 150. *l.* 8. *l.* 11. *C. eod.* et apud Præfectum *Syriæ* 39. *l.* 5. *C. de advocat. divers. jud.* apud Præfectos urb. &c. *l.* 7. *in pr. C. eod.*

§. 10. Tanta autem nobis reverentia antiquitatis fuit, ut neque mutari nomina veterum Jurisconsultorum sustinuerimus, sed uniuscujusque illorum appellationem legibus inscriptimus, mutantes quidem, si quid jam habere visum est non recte, partes vero illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes, & unam [atque parem] [20] omnibus præbeantes potestatis vim, [seu robur:] ita ut quicquid scriptum est in eo libro, id nostra sit sententia: nemine audente comparare ea quæ nunc facta sunt his quæ prius erant: quia multa & numeratu non facilia transposuimus in melius, etiamsi quid imperiali aliqua antiquorum imperatorum constitutione in aliam dictum fuerat formam. nam nomina quidem veteribus servavimus, legum autem veritatem nostram fecimus. itaque si quid erat in illis seditiosum, (multa autem talia erant ibi repositа) hoc decisum est & definitum, & in perspicuum finem deducta est quæque lex.

20 Vid. §. eumque *in fin. I. confirm. ad Tryb.*

21 De authoritate Jurisprudentiæ.

22 De institutionibus compositis.

23 Institutionum usus. *Institutiones, scientia elementaria, vel hic.* prima elementa legitimæ scientiæ, *I. de conform. Instit.* §. 11. *vers. & idea Tribonianus.* prima legum argumenta prima fundamenta atque elementa, *I. confirm. ad Tomum* §. 12.

§. 11. Sed cum opottebat, & aliquam [21] mediocrem [22] isagogen [23] facere in eorum gratiam, qui recenter leges attingunt, nec majorem doctrinam portare possunt: neque hoc extra nostram

ſtram providentiam reliquimus, ſcilicet Triboniano gloriosiſſimo, qui & ad totius operis legitimi gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo magnificentiſſimis & prudentiſſimis anticenſoribus accerſitis mandavimus: ut ſeligerent ex his, quæ apud veteres erant iſagogarum modo compoſita, ea, quæ eſſent aptiſſima, & in ipſis rerum argumentis obtinentia; utque colligerent, & nobis offerrent, & ut mentionem etiam facerent noſtrarum Conſtitutionum, quas pro emendatione veteris juris promulgavimus: & ita componerent libros quatuor futuros prima elementa totius iſagoges, quos vocari inſtituta viſum eſt, quam ſane legitimi operis partem compoſitam nobis obtulerunt, & nos eam totam conſideratam à nobis, & perpenſam, rectèque habere viſam noſtris ſenſibus non indignam eſſe judicavimus, & [1] pro noſtris haberi Conſtitutionibus, & noſtrarum Conſtitutionum robur habere juſſimus: quod & ex his, quæ in *proœmio* ejuſdem voluminis diſſeruimus, omnibus manifeſtum fecimus.

1 Paulo aliter Theophilus, §. penult. Inſtit. Interpellatio. Vide Juretii Theſin quinquagenariam.

§. 12. Sic itaque omni Romani juris diſpoſitione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis tanto opere perfecto: (quod nobis ab initio omnem ſpem excedere: circa finem autem, cum jam penetrabilem eſſe rem docuimus, ne in decem quidem annis totum abſolvi poſſe videbatur) tanta ergo trium [2] annorum celebritate conſummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit & pacem agere, & bella feliciter dirigere, & leges ponere præterito, præſenti, & futuro tempori: juſtum eſſe putavimus, omnibus hominibus facere manifeſtum noſtrum in his rebus ſtudium ſimul & providentiam: quomodo nempe priore ſoluti perturbatione, & confuſione, & nullum finem habente juris poſitione, uſuri ſint poſthac legibus rectis, compendioſis, & omnibus ad manum promptis, & litium compendium adferentibus, & paratis, atque expoſitis omnibus [hominibus] ad [3] facilem adquiſitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, ut illorum inutilium librorum congerant multitudinem: ſed viliſſima pecunia, tam ditionibus, quam ex teniore profectis patrimonio, copiam ſui comparandi præbentibus.

2 De triennio felici Juſtin.

3 §. 13. *in pr. conſt. ad Senatum, & omnes populos.*

§. 13. Si quid autem ex multitudine ea, quæ nunc congeſta eſt, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur eſſe ſimile [& geminatum 4.] (hoc autem putamus rarum eſſe) attamen humanæ naturæ [imbecillitatem] conſiderantibus, non extra juſtam apologiam ne hoc quidem videbitur eſſe: * in nullo enim aberrare, [ſeu in omnibus inreprehenſibilem ſeu inemendabilem eſſe,] divinæ utique ſolius, non autem mortalis eſt conſtantiæ, [ſeu roboris,] quemadmodum & à majoribus dictum eſt: deinde eſt, ubi & ſimilium adſumptimus poſitionem: vel rebus ſubjectis id exigentibus, ut oporteret idem pluribus applicari titulis: vel quia cum extraneo loco eſſet commixtum id, quod ſimile ſuperiori videbatur, impoſſibile fuit eam ſimilitudinem detrahi:

4 De ſimilibus.

5 Viſiones. §. 14. *f. conſt. proœ.* vel etiam quia ſæpe cuſtodienda fuit integra totius theoriæ [5] [ſeu viſionis] continentia, nec ſeparanda, [aut divellenda] mens & intellectus [legentium] per eorum, quæ jam ſcripta fuerant, ademptionem, quin & hoc ſicubi adſumptum eſt propter rei neceſſitatem: tamen id breve eſt, nec ullum fere ſui ſenſum præbens.

§. 14. Hoc etiam ipſum, & in Conſtitutionibus jam inter imperiales Conſtitutiones relatis, & jure, quod ex his reſultat, obſervavimus: nam quæ in illis jam cauta erant, ea nec in volumine poni conceſſimus, niſi ob aliquam interdum circumſtantiam ſimilitudinis aliqua cauſa relicta eſt.

6 De Antinomiis.

§. 15. Contrariam [6] autem aliis legibus legem ex his, quæ in hoc volumine poſitæ ſunt, non facile quis repererit, ſi modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere feſtinet, ſed [7] ineſt aliquid diverſum: quod adſumptum alterius generis forte hanc & illam legis poſitionem apparere faciat.

7 Vid. §. 15. *conſt. ad Senatum.* Sed Govenus legem 8. *in pr. §. de Juriſdict.* cum lege 32. *in pr. §. ad l. Aquil.* non poteſt aliter conciliare, quàm ſi dicat in *l. 8.* aliter vel male ſcriptum fuiſſe.

§. 16. Sed & ſi quid forte prætermiſſum [8] eſt eorum, quæ poni debebant (forte enim & aliquid tale contigit propter humanæ imbecillitatem naturæ) multo ſane melius eſt noſtris ſubditis multis inutilibus liberari [legibus] dum privantur forte paucis quibuſdam, quæ videbantur idonea, myriadibus prope infinitis defoſſa & depoſita, & nemini forte mortalium animadverſa.

8 De prætermiſſis.

§. 17. Hanc enim ob cauſam tot libris [9] (quos antea ſcribi oportebat,) deſtituti judices, facilius ex pauciſſimis juris auctoribus, & libris ad finem litium perveniebant, & judicia decidebant, vel propter inopiam librorum, vel quia non ſufficiebant multis laboribus ad invenienda multa utilia neceſſariis, & viribus erant impares. In præſenti autem conſummatione maximus legum obtinentium congeſtus eſt numerus ex libris raris, & qui vix inveniri potuerint, & quorum nec nomina nec eruditiſſimi quidem in legibus complures homines noverant. Quorum ſane copiam [ſeu materiam] nobis uberrimam dictus gloriosiſſimus Tribonianus præbuit multorum librorum, & qui vix numerari poſſunt, ſuppeditata multitudine: quibus omnibus perfectè lectis, congeſta ſunt hæc volumina; ſed ex horum multis & variis hi, qui à nobis ad hoc congregati erant, cum nihil inveniſſent idoneum, aut novum ab his quæ jam congregata erant, illationem ex his in hoc opere faciendam optimo animo reſpuerunt.

9 De liberis veterum Juriſconſultorum.

§. 18. Si vero poſtea aliquid novi [10] controverteretur, quod non apparebit legibus his inſcriptum: (* multa [11] enim novare novit natura) ſed Imperium Deus propter hoc impoſuit hominibus, ut emergentia & legis egentia lege definiat, & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus ac regulis: neque hoc noſtrum nunc dicimus: ſed jam omnium juris conditorum, qui olim claruerunt, prudentiſſimus Julianus hoc ipſum viderur dixiſſe, qui & ab imperiali auctoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus & quæſtionibus: ſed & D. Adrianus piæ memoriæ; quando ea, quæ à prætoribus quotannis edicta fuerant, brevi complexus eſt libello, adſumpto ad id optimo Juliano; in oratione, quam in commune habuit in ſeniore Roma, hoc ipſum quoque ait: ut, ſi quid præter id, quod jam ordinatum eſt, emerſerit: conveniens eſt, eos, qui in magiſtratu ſunt, illud conari decidere, & remedium imponere ſecundum eorum, quæ jam ordinata ſunt, conſequentiam [imitationem.]

10 De novis ac futuris quæſtionibus, & conſtitutionibus.

11 *Novell. 7. c. 2. in prine.*

§. 19. Hæc igitur omnes (dicimus autem vos, magni Senatus & omnes noſtræ reipublicæ homines) cognoſcentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui noſtris temporibus tantum bonum ſervavit: utimini vero noſtris legibus; nulli [12] earum, quæ veteribus libris inſcriptæ ſunt, attendentes: neque ad ea quæ nunc poſita ſunt, illas comparantes, quia etſi videantur quædam invicem non conſonare, tamen prius [13] illud & veriſtius nobis ut imperfectum diſplicuit, nunc autem hoc viſum eſt debere obti-

12 De abrogatis veterum Imperatorum legibus.

13 Vid. §. 19. *f. conſt. ad Senatum.*

ſαυτοῦ τῆς εὐδοξοτάτης, τῆς κ τῶν ἐν ἕλαις κομμητίσεως ὑπαρχήσαν ἐπιτροπευσάντων, κ Θεοφίλου γλυκέως, κ Δωροθέου τῆς μεγαλοπρεπεστάτης, κ σοφωτάτης, ἀνδρικώτατον ἐπιλελοιπότος ἀριθμὸν ἀνεγνωκότα τε κ τοῖς ἀρχαίοις συντεταγμένα τὰ κατὰ τὴν ἀκριβῶς, κ ἀκόπως τοῖς νεωτερικοῖς νομοθετήμασι συμφέρ[ε]ι πεφιλοτιμημένον, τοῦτο ἐξελέξατο, κ ἀθροίσαι κ εἰς ἓν ἡμῖν ἀγαγεῖν, μεμνημένος κ τῆς ἡμετέρας διατάξεως, κ ὡς εἰς ὑποβολιμαῖον τὸ ἡμέτερον σύνταγμα μὴ παραδέξασθαι. κ ἵνα τὰ συνθέντα βίβλους τέσσαρας, ἀρχὴν ταύτην τῆς εἰσαγωγῆς ἐσομένας, ἃς δὴ καλεῖν Instituta νενόμισται· καὶ δὴ κ τοῦτον τὸν νομοθετικὸν συνθέτην ἀσφαλῶς ἡμῖν κ ἡμεῖς ἀποδεξάμενοι κ ἐπικυρώσαντες ἰσχύειν τε ἔχειν, κ κύρ. τῆς ἡμετέρας σὺν λόγῳ τε κ τῶν τῆς βασιλείου διαλήψεως ἀπόφασιν ἐπιτρέψαντες. κ τοῖς μὲν συνθέτῃ βίβλους τέσσαρας, ἀρχὴν τῆς εἰσαγωγῆς ἐσομένας, ἃς δὴ καλεῖν Instituta νενόμισται· καὶ δὴ κ τοῦτον τὸν νομοθετικὸν συνθέτην ἀσφαλῶς ἡμῖν κ ἡμεῖς ἀποδεξάμενοι κ ἐπικυρώσαντες ἰσχύειν τε ἔχειν, κ κύρ. τῆς ἡμετέρας σὺν λόγῳ τε κ τῶν τῆς βασιλείου διαλήψεως ἀπόφασιν ἐπιτρέψαντες. κ τοῖς μὲν συνθέτῃ

1 Παύλου ἀλλαχοῦ Θεοφίλου, §. penult. Inſtit. Interpellatio. Vide Juretii Theſin quinquagenariam.

§. 12. Οὕτω τοίνυν τῶν Ῥωμαϊκῶν νομοθεσιῶν τάξεως, κ ὄγκου τριῶν τῶν ὅλης βιβλίων τε κ ἀκριβοῦς πραγμάτων πεῦσιν ἐκτετμημένης· ὑφ' ᾧ μὴ τῶν δέκα ἔτεσι ἀπαιτεῖν ἐλπίδα· τὸ δὲ πελάσιμον, μετ' ὀλίγα ἡμᾶς βαθεῖ εἶναι τὸ πρᾶγμα ἐδείκνυτο, ἐπὶ δὲ εἰς δέκατον ἔτος ἄλλο συντιθέμενον ἀφορᾶσθαι, εἰς μόνον τριῶν ἐνιαυτῶν λαπτόλουσις πέχθ· κ τῇ διαστάσῃ Θεῷ κ τῶνδε ἀναθέντες τ' ἄθλου τοῦ κ εὐρύθμου ἄγειν, κ πολέμους κρηφθῆναι, κ νομοθετῆσαι παντὶ τῷ τε ὄπι ἡμῶν, τῷ τε ἐφ' ἡμᾶς, τῷ τε μετ' ἐκεῖνα χρόνῳ διηγησάμενοι· δίκαιον φάνθημεν, ἅπασι τοῖς ἀνθρώποις παῖσαι φανερὸν τὸν ἡμέτερον ὑπὲρ αὐτῶν σπουδὴν τε κ φρόνησιν· ὅπως ἂν ἀφ' ἡμῶν ἀπαλλαγῶσι πορυβῆς τε κ συγχύσεως, κ πέρας ἔχοντος ἀδίκου νομοθεσίας, χρέους) τοῖς ἀρθοῖς τε, κ συντόμοις, κ πᾶσιν ἀφῃρεσίοις, κ τῶν τε δικῶν συνθήκαις ἀπαντῶσι χρήσασθαι, κ μὴ πρὸς ἀπειρίαν τοῖς βιλιαρίοις χαλεπὸν εἰς κτῆσιν, ὅσα ἐπ' ὀλίγῳ τιμήματι τοῖς τε πλουτοῦσι ὁμοίως, τοῖς τε ἐξ ἐλαττόνων ἐρρωμένοις κτῆσις ἄθλιον τοῖς ἑαυτῶν πατρικοῖς κλήροις.

2 Περὶ τριετηρίδος εὐτυχοῦς Ἰουστινιανοῦ.

3 §. 13. *in pr. conſt. ad Senatum, & omnes populos.*

§. 13. Εἰ δέ τι πλήθους ὄντος· ἴσ κ παῦ ἀθροισθέν κ ὃν πανταπάσιν συμπεφύκοτος, δέξεται ἴσχειν ὁμοίως (τοῦτο δ' οἰόμεθα σπάνιον ἔσεσθαι) πολὺ ἀδικεῖ τοῖς τ' ἀνθρωπίνης ἐνεργείας ὁμοίοις φύσεως, ὅσα ἔξω δικαίας λόγου ἀπολογίας ἐδὲ τοῦτο δέξειν εἶναι τὸ γὰρ ἐξ πάσιν ἀκριβεῖσθαι, θείας ἂν εἴη μόνης, ἀλλ' ὅσα ἀνθρωπίνης ἰσχύος, καθὰ κ τοῖς ἀφ' ἡμῶν εἴρηται πολλοῖς ἤδη, ὅταν κ τὸν τῶν ὁμοίων παραδεξάμενα χρῆσιν, ἢ τὸ ταυτοειδὲς ἀφαιρεῖσθαι τοῦτο ἀκριβῶς τὸ δεῖν ταυτὸ πολλοῖς ἐφαρμοσθῆναι τόποις, ἢ τοῦ συμπαραμεμῖχθαι τινὶ ξένῳ τὸ ὅλον ὁμοίου τοῦ ἀφθόν κ ἀδιακρίτου αὐτοῦ τὸν διαίρεσιν εἶναι, ἢ κ τοῦ πολλάκις φυλαχθῆναι τὸ τῶν ὅλης ἰσοειδὲς συνεχές· κ μὴ ἀδιαπαθείας τῶν τῆς ἀδιαχειρισμένων ἀφαιρέσεως ῥηγνύσθαι πολλοῦ κ τοῦτο εἶπε κ παρείληπται ἀφ' τοῦ τῶν πρᾶγμα· ἀνάγκαν, ἀλλ' ἔστι βραχύ· κ οὐδεμίαν ἔσεσθαι χρείαν παρεῖναι αὐθητόν.

5 Ὁράσεις. §. 14. *f. conſt. proœ.*

§. 14. Τοῦτο δ τοῦτο κ ἐπὶ τῇ ἤδη γενομένῃ τῶν ἐν ταῖς βασιλικαῖς ἀφαιρέσεσιν ἐφυλάξαμεν· τὰ γὰρ ὑπάρχοντα ἐν ἀρχῇ τοῖς τελείοις ἢ συμφέροντα ἐν βιβλίοις ἐσεσθαι ἐν ταῖς ἀναγκαίοις ἀφαιρέσεσι τῶν ἡμετέρων αἰτήσεων.

6 Περὶ τῶν ἀντινομίων.

§. 15. Ἐναντίως δ τοῖς ἄλλοις ἔχοντα τινὰ νόμον τῶν ἐπὶ τῷ βιβλίῳ τούτῳ κειμένων, ὅσον οὐ τοῖς αὐτοῖς ῥᾴδιος, εἴγε ἀφ' ἑνὸς τῶν τῷ συνιέντι· ἀρκεῖ διεξελθεῖν ἀπαθῶς· ἀλλ' ἴσως τι τὸ ἀφ' ἑτέρου, ἀ ἀφανληθεῖν ἀπόκρυφον ἴσως ἀφορμὴν ἐμποδίσαι τοῦ ἀφ' ἑτέρου ῥᾳδίως ἐπιφέρειν.

7 Vid. §. 15. *conſt. ad Senatum.* Sed Govenus legem 8. *in pr. §. de Juriſdict.* cum lege 32. *in pr. §. ad l. Aquil.* non poteſt aliter conciliare, quàm ſi dicat in *l. 8.* aliter vel male ſcriptum fuiſſe.

§. 16. Εἰ δ τοῦ καὶ τι παρεῖται τῶν τοιούτων δέοντος (οἰκὸς γὰρ κ τι τοιοῦτο συμπεσεῖν ἀφ' τῷ τῆς ἀνθρωπίνης ἀδύνατον φύσεως) ἀλλὰ τῷ πολὺ κρείττον ἐν εἴη, τοῖς ἡμῶν ὑπηκόοις πολλοῖς ἀπαλλαγῆναι κακῶν ἓ καλλιστεῖν ἴσως ὀλίγα πού τῶν δοκούντων ὑπηρδεῖν μενόντα κρίσιν ἀνεμβιάστως ἐπιφερομένην τι, κ ἐκ καιρῶν τε κ καλλιστεῖν ἓν ἐνδεῖ κρίσιν τῶν πολλῶν γενέσθαι, τοῦτο τε ἄνευ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ ἓ νόμῳ ἐπιτρέψαι πανεὶ τῷ ἓ νόμῳ ἴσον.

8 Περὶ τῶν παραλειφθέντων.

§. 17. Ἐκ ἓ κ τοῦτο παρεῖται τῶν τελείων δέοντος (οἰκὸς γὰρ κ τι τοιοῦτο συμπεσεῖν ἀφ' τῷ τῆς ἀνθρωπίνης ἀδύνατον φύσεως) ἀλλὰ τῷ πολὺ κρείττον ἐν εἴη, τοῖς ἡμῶν ὑπηκόοις πολλοῖς ἀπαλλαγῆναι κακῶν ἓ καλλιστεῖν ἴσως ὀλίγα πού τῶν δοκούντων ὑπηρδεῖν μενόντα κρίσιν ἀνεμβιάστως ἐπιφερομένην τι, κ ἐκ καιρῶν τε κ καλλιστεῖν ἓν ἐνδεῖ κρίσιν τῶν πολλῶν γενέσθαι, τοῦτο τε ἄνευ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ ἓ νόμῳ ἐπιτρέψαι πανεὶ τῷ ἓ νόμῳ ἴσον.

9 Περὶ τῶν βιβλίων τῶν παλαιῶν νομοθετῶν.

§. 18. Τοσούτων δ ὄντων τῶν ὑμετέρων χαρακτήρων βιβλίων, ἐξ ἐλαχίστων νομοθετῶν τι κ βιβλίων συνθέτῳ τῷ τῶν διηγησέων ἀγώνων τῶν μ, ἐκτεθῆ βιβλίων ὑπάρχει· τῷ δ' ἐπειδὴ τῶν ἐκεῖ πάνυ πλείστοι δέονται τοῦ παθεῖν τῷ χρείαν ἐσκ ἐχόντων. Νῦν δ κ' τὸν σωφρονεῖν ἀθροισθῆ τοιοῦτο πολὺς νόμων κομιδῶν ἀφελόμενος ἐκ βιβλίων ἀπάντων, κ μόλις ἐξελεγμένων, κ ὧν οὐδὲ πᾶς ἀφοσηγορίας οἱ παθεῖ κ τῷ σφόδρα διδασκάλων ἐπὶ νόμοις ἐγκυκλίου. ὧν δὲ τῶν ὕλαν ἡμῶν ἀφορισθέντων ὁ ῥᾴδιος εὐδοκίμου· Τελευταῖον παρεῖχθ, παθὼν τῷ βιβλίων, κ ὧδε ἀφελεμένων ῥᾴδιον ἀφορίσμου· πολλοῦ· ὧν ἀπόδειξιν διαφανῆ ἀναγκαιοδίδωμι, ἐξ ἐφόδου τὸ παρόντος βιβλίου. Καὶ τοί γε οἱ παρ' ὑμῶν ἀφῆς τῶν φυσιολογιδόντες, παθεῖς δὲ κ ἑτέρας ἐφέπουσι βιβλίους ὧν ἐξ ὧδε ἀφορίζεσθαι ἀπαθῶν, ὧδε κεῖνα ἓ τοῦ τε ἀφοῦ τῶν ἐξορισμόν, τῷ ἐξ αὐτῶν εὐσχήμως ἀπόδειξιν ἐμποιῶν ὧν τοῦ ἓ τοῦ συγχέσθαι τῷ τῶν νόμων εἰσφορᾶς.

10 Περὶ τῶν νεωτερικῶν καὶ μελλόντων διατάξεων.

11 *Novell. 7. c. 2. in prine.*

§. 19. Εἰ ἓ καὶ τι τὸ λοιπὸν ἀμφισβητηθείη, κ μὴ πᾶσι νόμοις τούτοις ἐξαχθησόμενον φανείη· (πολλὰ γὰρ ἓ πίφυκεν καινοτομεῖν ἡ φύσις) ἀλλὰ βασιλέων ὁ Θεὸς ἀφ' τῶν κεῖσθαι εἰς ἀνθρώπους ὅπως ἂν τὰς ἀναβρίσεις ἀεὶ τῷ ἀφορισθῆναι, τῷ τ' ἀνθρωπίνης φύσεως ἀκριβῶν ἀναπληρῶσι, κ ῥήτρας ἐξεκλείσι νόμοις τε, κ ὅροις· κ ὧν ἡμέτερος γε τῶν λέγομεν μέγας· ἀλλ' ἤδη κ ὁ πάλαι τῷ ἐν νομοθέταις φιλοπαιπτήσων ἀφῶνα· Ἰουλιανὸς αὐτὸ τῷ φάναι λέγει, κ τῷ ἐν τῷ βασιλείᾳ ἐπὶ τοῖς ἀναφορήμασι ζητοῦσι ἐκπλήρωμ· ἀναπλεῖν. καὶ ἀφ' ὧδε γε Ἁδριανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως· ὅτι τὰ πρωῒ τῷ ἀρχαῖον ἦσαν τῶν· ὅσων νομοθετημάτων, ἐν βραχεῖ τῇ βιβλίῳ τῷ κεφαλαίῳ Ἰουλιανὸν ἀφῆς τῶν Ἀδριανῶν, κ' τ' λόγῳ, ὃν ἐν κοινῷ διεξῆλθεν ἐπὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, αὐτὸ δὲ τοῦτ' φησὶν, ὡς εἰ τι Ἀδριανὸς τὸ ἀφορισθὲν ἀνακινήσειεν, ἀφοσήσειν ἴσως τοῖς ἐν λέγειν τῶν τοιούτων διαφορὰς ἓ ἀναγκαῖον κ' τῷ ὧν τῶν ἤδη ἀφορισθέντων ἀκριβείαν.

12 Περὶ τῶν ἀβρογατῶν ὑπὸ τῶν παλαιοτέρων βασιλέων νόμων.

13 Vid. §. 19. *f. conſt. ad Senatum.*

§. 18. Τοσοῦτος τοίνυν ἄπαντος, (φαμὲν ἓ ὑμῖν τε, ὦ μεγάλη βουλὴ, κ ὁ λοιπὸς ἅπας τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἀνθρωπος·) γνώσεσθε, χάριν μὲν ὁμολογεῖτε Θεῷ, τῷ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἀγαθὸν τοσοῦτον φυλάξαντι χρῆσθε ἓ τοῖς ἡμετέροις νόμοις, τῆς τοῖς παλαιοῖς βιβλίοις ἐξηκριβωμένοις ἀφοσήσεις ἀδεῖ, ἀδὲ ἀντιπαρέχοντες αὐτοῖς ἀφῆς τὸ νῦν κείμενον· ἀφῆ τὰ κεῖ εἰ δοκοῖς τινὰ πρὸς ἀλλήλοις μὴ συμφθέγγεσθαι· ἀλλ' ἐν τῷ μὲ ἀφοῖτερον ὑμῖν ὡς ἀληστικὸς ἀπορίαν, τὸ νεῖν ἓ τῶν δεῖσι κρεῖσσον. κ ἓ ἀπαγορεύομεν, οὐδένας τὸ λοι-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nere. Nam prohibemus, illis in posterum uti: hæc autem sola observari in republica, & obtinere concedimus & sancimus: ita ut quicunque fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus solis, & Constitutionum [libro] à nobis compositis, vel factis, uti quibusdam legibus vel eas in judiciis legere, vel si quis judicaverit ex his apud se recitari eas passus: falsi [1] reus erit, & publicorum criminum judicatus, & pœnæ addictus: quod etsi non diceremus, vel ex hoc ipso manifestum esset.

1 *Arg. l. ult. ff. de falsis.*

§. 20. Sed & hoc optimum fore judicavimus, præponere Digestorum volumini, & veteres juris conditores, & illorum volumina [2], & unde collectio facta sit legum nunc à nobis congestarum: quod & fieri jussimus: & factum est: & simul ea, quæ de his rebus conscripta sunt, supponi huic divinæ nostræ Constitutioni præcepimus: ut omnibus fiat manifestum, & quid prioris inexperientiæ simul, & incertitudinis esset, & quid à nobis sit adinventum. Legislatores autem seu legum interpretes illos congessimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus Imperatoribus placuerant, & qui ab his nominati meruerunt. Si enim aliquis nondum veteribus Legislatoribus cognitus est: nos & huic interdiximus hujus voluminis communicationem. Omnibus fane hic positis unum ordinem & dignitatem parem dedimus: nulli cuipiam majore, quàm cæteris, data prærogativa. Si enim his, quæ ab illis scripta sunt omnibus imperialium Constitutionum [3] dedimus robur: quid est, quod in his amplius, quodque minus haberi debeat?

2 Quinam voluminа a veteribus Jurisperitis compositi.

3 *Ut § 11. I. eod.*

§. 21. Illud autem, quod statim, cum hanc compositionem legum congregari mandaremus, jussimus: iterum & nunc sancimus illud confirmando: omnibus similiter interdicimus, ne quis audeat hominum qui sunt nunc, aut in posterum erunt, commentarios [4] scribere harum legum: præterquam si velit quis in Græcam linguam hæc transferre, quem etiam volumus sola secundum pedem seu ἐν τῷ ῥητῷ nuncupata uti legum interpretatione: & si quid secundum nominatorum paratitlorum (ut conveniens est) adscribere voluerint usum: aliud autem nihil omnino ne tantillum quidem circa ea facere, nec rursum dare seditionis, & dubitationis, aut infinitæ multitudinis legibus occasionem: id [6] quod antea in antiqui edicti factum est ordinatione: ita ut illud brevissimum constitutum ex differentium commentariorum differentia seu diversitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid enim forte ambiguum fuerit visum, vel litium certatoribus, vel his qui rebus judicandis præsunt: hoc Imperator interpretabitur rectè: nam hæc facultas illi soli [7] à legibus permissa est. Itaque quisquis ausus fuerit ad hanc nostram legum compositionem commentarium aliquod adjicere, aliter atque nostræ hujus jussionis forma præscribit: is sciat, quod & ipsi falsi reo legibus futuro, & quod composuerit, capietur, & modis omnibus corrumpetur.

4 Quales legum commentarios olim oporteat. § 22. *I. eod. prin.*

5 Quid nobis videatur hic loco quod sequitur.

6 Quod vitium videatur Cajus fummo studio fugere velle, *l. 1. ff. de orig. jur.*

7 Imo & Senatui, *l. 9. ff. de legib.* & subditis atque judicibus, *l. 12. l. 13. l. 37. 38. ff. de legib.* & epitropis, *l. 6. Cod. de Sacrof. eccles.* & populo, *l. 9. circa pr. ff. de justitia & jure.*

§. 22. Eadem pœna imposita & adversus eos, qui notis [8] (seu signis) quibusdam in scriptura utentur, (quæ signa singlas [9] vocant) & qui per ea contrahare scripturam tentaverint, nec per totam consequentiam litterarum numeros, & nomina veterum prudentum, & totam legum positionem scripserint. Sciant etiam librorum ita scriptorum comparatores se inutilis fore libri dominos: neque enim damus licentiam talibus libris in judiciis uti, & aliquid agere: etiamsi contingat librum in ea ipsa parte quæ recitatur, nullum habere tale signum [aut notam] sed in alia quacunque sui parte, quamvis semel tantum id admissum sit. Itaque ipse quidem eum librum pro non scripto prorsus habebit. Is autem, qui eum scripserit, & ignoranti emptori dederit: duplum solvet ejus æstimationis ei, qui ita in quantitate damnum passus fuerit, nihilominus infligenda criminali [10] pœna. Hoc etenim, & in aliis constitutionibus ea de re positis scripsimus, tam his quæ Latina processerunt voce, quam ea quæ Græcorum lingua, quam quidem ad legum professores rescripsimus.

8 Labeus legum notis non esse describendas.

9 Vid. § 22. *conft. ad Senatum.*

10 Falsi, § 22. *conft. ad Senatum.*

§. 23. Hæc igitur volumina (Institutorum & Digestorum dicimus) ex fine tertii nostri felicissimi consulatus suum robur obtinere sancimus, id est, ex ante tertium Kalendarum Januariarum præsentis duodecimæ Indictionis, in omne ævum valitura, & una cum imperialibus constitutionibus vigorem, & locum habitura tam in his quæ postea [11] emerserint, quam in his quæ in judiciis adhuc pendent, necdum amicalibus tradita sunt transactionibus: * quodcunque enim hactenus, vel judicatum vel transactum est, retractari non sustinemus. Quem quidem consulatum tertium nobis nominatissimum dedit Deus: quando & sub ipso pax cum Persis confirmata est, & hoc tantum legum volumen repositum est: quod à nemine majorum unquam excogitatum fuit: atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam Lybiam) nostris adjuncta est sceptris: omnia hæc à summo Deo & Servatore nostro Jesu Christo dona tertio nostro consulatu indulta.

11 Vid. *l. 7. C. de legib.*

§. 24. Omnes itaque laudatissimi nostræ Reipublicæ Magistratus divinam hanc nostram suscipientes constitutionem, ut utantur prædictis nostris legibus, unusquisque in suo procurabit judicio. Præponet autem eam in maxima & regia hac urbe, & ejus gloriosissimus Præfectus. Curæ autem erit excellentissimo & laudatissimo nostro magistro, & gloriosissimis atque beatissimis præfectis sacrorum nostrorum Prætoriorum; tam in his quæ ad solem orientem, quam his quæ in Illyride: necnon his etiam quæ in Libya sunt; per sua edicta his qui sub ipsis ordinati sunt, & ista facete manifesta, ad omnium nostrorum subditorum inexcusabilem notitiam. Data XVII. Kalend. Januar. Domino nostro Justiniano perpetuo Augusto III. Cons. 533.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. XVIII.

DE JURIS ET FACTI IGNORANTIA.

De milite.

1. Imp. ANTONINUS A. Maximo Militi [1].

QUAMVIS, cum causam tuam ageres [2], ignorantia [4] juris propter simplicitatem [5] armaturæ [6] militiæ allegationes [7] competentes omiseris: tamen si [8] nondum satisfecisti, permitto [9] tibi, si cœperis ex sententia convenire, defensionibus tuis [10] uti. Dat. VII. Kal. Maji, duobus ASPERIS CONSS. 213.

De renunciatione hereditatis.

II. Imp. GORDIANUS A. Juvenali.

CUm ignorantia [11] juris facile excusari non possis, si major [12] annis [vigintiquinque] hereditati matris tuæ renunciasti, sera [13] prece subveniri tibi desideras. Dat. XIII. Kalend. Maji, ARIANO & PAPO CONSS. 244.

De bonorum possessione omissa.

III. Imp. PHILIPPUS A. Marcellæ.

SI [14] emancipata [15] à patre, intra annum bonorum possessionem petere cessasti [16]: prætendere juris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. XVI. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De divisione & testamenti vitio.

IV. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. Julianæ.

SI post divisionem [17] factam, testamenti vitium in lucem emerserit: ex his quæ per ignorantiam confecta sunt, præjudicium tibi non comparabitur. Ostende [18] igitur hoc apud Correctorem [19] Virum Clarissimum amicum [20] nostrum, testamentum, vel fide veri [21] deficere, vel juris [22] ratione stare non posse: ut infirmata scriptura, quæ testamenti [23] vice prolata est, solidam successionem obtineas. Dat. VIII. Id. Jul. DIOCLETIANO IV. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 290.

De falsa responsione.

V. Iidem AA. & CONSTANTINUS & MAXIMIAN.

Nobilissimi Cæs. Martiali.

CUm falsa [24] demonstratione mutari substantia veritatis minime possit: respondendo [25] id, quod paternum erat, *ex materno esse bona*, nihil [26] egisti. Dat. Prid. Kalend. Januar. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA. CONSS. 293.

De promissione indebiti pro parte.

VI. Iidem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

SI non transactionis [27] causa, sed indebitam, errore facti, olei materiam [28] vos Archantico stipulanti spopondisse [29] Rector provinciæ animadverterit, reddito [30] quod deberis, residui [31] liberationem condicentes audiet. Dat. V. Kalend. Maji, CC. CONSS. 294.

De causa decisa vel non.

VII. Iidem AA. & CC. Zoæ.

ERROR [32] facti [33], necdum [34] finito [35] negotio, nemini nocet: Nam causa decisa velamento tali [36] non instauratur. Dat. VI. Non. Jul. CC. III. CONSS. 300.

De testamentis.

VIII. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

CUm testamentum nullo jure [37] constiterit: ex ejus qui ab intestato successit, professione [38] sola, veluti ex testamento libertos per errorem profitentis, orcini [39] vel proprii [40] liberti, si non ipsius accessit judicium (cum errantis [41] voluntas nulla fit) effici non potuerunt. Dat. V. Kalend. Septemb. CC. IV. CONSS. 302.

De liberali causa.

IX. Iidem AA. & CC. Cajo & Anthemio.

NOn idcirco minus, quod à vobis velut [42] à liberis debitam accepisse pecuniam Sanius dicitur (cum nullus [43] sit erroris consensus) movere status quæstionem prohibentur ejus heredes. Dat. VI. Id. Decemb. CC. V. CONSS. 305.

De solutione indebiti.

X. Iidem AA. & CC. Araphiæ.

CUm quis [44] jus ignorans, indebitam pecuniam solverit: cessat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantum repetitionem indebiti soluti competere tibi notum est. Dat. V. Kal. Januar. CC. VI. CONSS. 306.

De furtu & rapt.

XI. Imp. CONSTANTINUS A. Valeriano agenti Vicariam præfecturam.

QUamvis [45] in lucro [46] nec fœminis [47] jus ignorantibus subveniri soleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam [48] locum hoc non habere, retro Principum statuta declarant. Dat. III. [49] Kal. Maji, GALLICANO & SYMMACHO CONSS. 330.

De constitutionibus Principum.

XII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Flaviano PF. Illyrici & Italiæ.

COnstitutiones [50] Principum nec ignorare [51] quemquam, nec dissimulare permittimus. Dat. VI. Kal. Jun. *Vincentio*, TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

De mulieribus.

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P. P.

NE passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare, in his quæ prætermiserint vel ignoraverint: statuimus, si per ignorantiam juris damnum [52] aliquod circa jus vel substantiam suam patiantur, in his tantum [53] casibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis suffragatur, subveniri. Dat. Kal. Julii, MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

TIT. XIX.

DE PRECIBUS [54] IMPERATORI OFFERENDIS: ET DE QUIBUS REBUS SUPPLICARE LICEAT, VEL NON.

De precibus à servis oblatis.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firminæ.

LICET servilis conditio defecendæ precis facile capax non [55] sit: tamen admissi scelleris atrocitas & laudabilis fidei exemplum super vindicanda [56] cæde domini tui, nobis monumento fuit, ut præfecto prætorio juxta annotationis [57] nostræ decretum demandaremus (quem adire cura) ut auditis his quæ in libello contulisti, & reos investigare, & severissimam vindictam juxta legum censuram exigere curet. Dat. VIII. Id. Octobr. DIOCLETIANO. VI. & MAXIMIANO III. AA. CONSS. 296.

De exceptionibus.

II. Imp. CONSTANTINUS A. Severo P. F. V. [58]

QUoties [59] rescripto nostro moratoria [60] præscriptio permittitur [61], aditus supplicanti pandatur. Quod autem totius negotii cognitionem tollit, & vires principalis negotii exhaurit: sine gravi partis alterius dispendio convelli non potest. Nec [62] præscriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. Dat. X. Kal. Jun. *Nicæ* [63], PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

De damnosis fiscis, De juri contrario.

III. Idem A. ad populum.

NEc [64] damnosa [65] fisco, nec juri [66] contraria postulari oportet. Dat. Prid. Kal. Octob. CONSTANTIO VII. A. & CONSTANTINO Cæs. IV. CONSS. 354.

De dilatione solutionis.

IV. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEOD. AAA. Floriano P. P.

UNiversa [67] rescripta, quæ in debitorum [68] causis super præstandis dilationibus [69] promulgantur, non aliter valeant, nisi [70] fidejussio idonea super debiti solutione præbeatur. Dat. VIII. [71] Kal. Mart. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De sententiis præfectorum prætorio.

V. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Volusianum P. P.

SI quis adversus Præfectorum Prætorio sententias duxerit supplicandum [72], victusque defuerit [73]: nullam habebit licentiam iterum [74] super eadem causa supplicandi. Dat. XV. Kalend. Octob. *Romæ*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

In Authent. Ut sponsa. lat. §. aliud. collat. 9. tit. 2. seu Novell. 119. cap. 5.

Quæ supplicatio gloriosissimo Præfecto, vel earum consiliariis, vel causas [75] introducentibus intra decem dies posit sententiam offerenda est. Quo subsecuta, sententia non aliter executorem mandabitur, nisi victrix pars dignum fidejussionem præbuerit tantum restituenda cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, si legitima retractatione sententia vocatur. Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur: executio causæ sine fidejussione procedet: retractationis jura illis servando, qui se gravatum putaverit, ut intra biennium [76] supplicare possit imperatori.

De eo, per quem preces offeruntur.

VI. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Isidoro P. P. [77]

UNiversis simul hanc observantiam remittimus: ut à quocunque liberæ conditionis constituto, vel servo [78] supplicante impetratum fuerit rescriptum, minime requiratur, per quem [79] preces oblatæ sint. Dat. III. Id. Nov. THEOD. VII. A. & PALLADIO CONSS. 416.

---

1 Arg. D. VI. *Quos, & Synopsis Basil.* 4. 1. *Harmenopul.* 1. 1. 2. *Ut qui ignorantiæ veniæ, &c.* Legis vocabulo intelligo constitutiones Principum, Senatusconsulta, responsa prudentum & similia.

2 Idem dicendum in rustico si non potuit consistere periculoso. *l.* 9. §. 3. *D. eod.*

3 Agit etiam qui excipit. *l.* 1. *D. de except.* vid. *Oldend. de jure singulari, c.* 11. *n.* 2.

4 Pro milite hæc tria faciunt, quod miles exceptionem omiserit, quod certet de damno evitando, quod res sit. Duo contra faciunt, res judicata & juris ignorantia.

5 Id est, ignorantiam qua destituitur, si peritiores consuluit, aut si ipse peritus juris habetur. *Bald. hic*, vid. *l.* 3. *J. de Testam. milit.*

6 Non idem in militia togata, vix est enim, ut in advocato juris ignorantia excusetur. Vid. *l.* 11. §. 1. *in fin. J. de advoc. diversi. judicior.*

7 Puta exceptionem peremptoriam, veluti doli, rei judicatæ, pacti de non petendo, §. 9. *institut. de except.* quod est contra jus communem. *l.* 2. *J. sententiæ rescind.*

8 Exceptio quæ non excluditur per sententiam, excluditur per executionem sententiæ.

9 Vid. *Socin. reg.* 332.

10 Id est, allegare juris ignorantiam. *Goth.* Vid. A. Padil. Duaren. & Coras. hic. Mercer. *lib.* 2. *opin. cap.* 10. Vigil. *de militar. test.* §. *illis autem, n.* 3. Everhard. *consil.* 2. *Ant.*

11 Tria faciunt contra Juvenalem (de quo hac lege) quod major renunciaverit quod jus ignoraverit; quod de lucro certet.

12 Minori viginti quinque annis juris ignorantia prodest. Vid. *l.* 2. §. 1. *D. eod.*

13 Sera non sunt preces, quæ fiunt intra annum. *l.* 6. *in fin. D. ad Tertull.* quo jure? non stricto, sed ex æquo & bono. *Bald. hic.*

14 Tria quoque hic Marcellæ obstant, quod major intra tempus non petierit, quod de lucro certet, quod jus ignoret.

15 Aliud in non emancipata, quia tunc intra triennium, vid. *l. ult. J. de reputd. vel abstin. hered.*

16 Cessatio annua petendæ bonorum possessionis commissa ab emancipato tacitam renuntiationem inducit.

17 Adversus erroneam divisionem datur restitutio erroremve probanti. *Goth.* Quando errorem intervenisse allegatur, eo devicto, judex veritatem sequi debet, *l.* 67. §. 3. *ff. de condict. indeb. l.* 29. *in fin. ff. de probat.* Pinell. *ad l.* 2. *Cod. de Rescind. vend. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 32. Ao *l.* 2. *Cod. de Rescind. vend.* locum habeat in divisione bonorum; vid. Caspar. Roderic. *de restit. ante. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 33. Anton. Merend. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 37. *Ant.*

18 Præsumitur pro scriptura testamenti. Præterea negationem asseveranti ad scripturam impugnandam, incumbit onus probationis.

19 Rectorem.

20 Hinc illa forte Galloram regis clausula ad judices, *à nostro nomine & fisci.*

21 Probata rei veritate facti error offenditur.

22 Alias testamentum præsumitur solenne.

23 Id est, quæ pro testamento.

24 *L.* 9. *J. vod. l.* 15. *J. de liberal.* Rerum veritatem gestarum; ita legit Hotomanus non *gestarum*, 15. *illustr. fol.* 169. error non vitiat, *l.* 6. §. 1. *D. de off. præfect.* adde *Cujac. 12. obs.* 19.

25 Respantio quæ juris causa destituitur, non officit respondenti vel instanti. Qui falsam qualitatem rei per errorem attribuit, sibi non nocet.

26 Hinc Molinæus *de usur. num.* 209. Simplex recognitio in feodum vel emphyteusim, licet non semper dispiceat, tamen inducit probationem: non tantum quoad illum actum vel præteritam solutionem, sed etiam in futurum, donec contrarium probetur.

27 Secus si non animo transigendi, *l.* 2 *J. de cond. indeb.*

28 Id est, quantitatem.

29 Spondeo per errorem facta spondenti non officit.

30 Solato, *ut in l. ult. J. ne fiscus vel Respubl. proster.*

31 Quatenus erratum in promittendo, eatenus promissio revocari potest, adde *l.* 7. 8. *D. de leg.* 2. *l.* 54. *in fin. D. ad Trib. l.* 21. *ff. de verb. oblig.*

32 Adde *l.* 9. *J. ad l. Falc.*

33 Demus innocem absque culpa tenere in judicio delictum aliquod confessum esse, potestne ad versus confessionem ante latam sententiam restitui? posse ait Rolandus à Valle 1. *consil.* 51. *num.* 39.

34 Finitur vero per transactionem, *l.* 6. *C. eod.* & rem judicatam & ejus executionem, *l.* 1. *C. eod.*

35 Error facti negotia decisis non prodest. *Sym. Basilic.* 2. *tit.* 6. *c.* 16.

36 Id est, erroris.

37 Utpote destitutum solemnibus.

38 Qui professetur Titium testamento manumissum, videtur testamentum agnoscere. Id ita est, si testamentum aliàs solenne fuit. Alias tales professio, ea quæ testamento desunt, non supplet.

39 Orcini liberti defuncti: proprii vero heredis.

40 Id est, per errorem confitentis.

41 Vid. *l.* 9. *J. eod. l.* 15. *ff. de jurejurando.*

42 Qui velut à liberis pecuniam accepit, liberos quidem fatetur; si tamen vere non sint liberi, movere eis statum quæstionem potest, nocet ei tamen tantisper confessio, donec constet *de* errore. *Molinæus de usur. quæst.* 20. *num.* 209.

43 *L.* 8. *C. eod. l. un. J. de errore calculi, l.* 2. *J. de errore advoc. l.* 13. *J. de prob.* §. 37. *in pr. Inst. de act. l.* 37. *ff. de accus. l.* 57. *ff. de obl. & act. l.* 116. §. 1. *ff. de reg. jur.*

44 Non minor tamen, *l.* 29. *ff. de cond. indeb.* non caliter. vid. *l.* 13. *J. eod.*

45 *L.* 3. *C. Theod. de Apostatis, & ante matrimon. donat.*

46 Ubi si ei accepto latum, aliud in damno. *l.* 9. *C. eod. l.* 7. 8. *ff. ad l. Falc. l.* 6. *J. qui admitti. l.* 110. *in fin. ff. de reg. vid. Cujac. 14. obs.* 39.

47 De majoribus viginti quinque annis fic loqui.

48 Id est, contra minorem.

49 Vid. *C.* 71.

50 *Synops. ad. t.* 22. 1. *Harm.* 1. §. 14. *l.* 2. *C.* 71. *de constitut. Principum, lib.* 1.

51 Legum ignorantia non excusat, *l.* 9. *C. de legib.* præsertim in delictis. vid. *Cicer. 1. finet.* §. 21. 9. 60.

52 *L.* 11. *C. eod.*

53 Aliud in locato, *l.* 11.

ipſam [1] Romam viderunt ab eiſdem Vandalis captam, & omnia imperialia ornamenta in Africam exinde tranſlata: Nunc vero Deus per ſuam miſericordiam non ſolum Africam, & omnes ejus provincias ſibi tradidit, ſed & ipſa imperialia ornamenta, quæ capta fuerant ablata nobis reſtituit. Ergo poſt tanta beneficia quæ nobis divinitas contulit, hoc de Domini Dei noſtri miſericordia poſtulamus, ut provincias quas nobis reſtituere dignatus eſt, firmas & illæſas cuſtodiat: & faciat nos eas ſecundum voluntatem ſuam ac placitum gubernare: ut univerſa Africa ſentiat [omnipotentis] Dei miſericordiam: & cognoſcant ejus habitatores à quam duriſſima captivitate & jugo barbarico liberati, in quanta libertate ſub feliciſſimo noſtro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes expramus ſanctæ & glorioſæ ſemper virginis & Dei genitricis Mariæ precibus: ut, quicquid minus eſt reipublicæ noſtræ, per novissimos ſervos ſuos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſervitium ejus adimplere. §. 1. Deo itaque auxiliante pro felicitate reipubiicæ noſtræ per hanc divinam legem ſancimus, ut omnis Africa quam nobis Deus præſtitit, per ipſius miſericordiam optimum ſuſcipiat ordinem, & propriam [2] habeat Præfecturam: ut ſicut Oriens, atque Illyricum: ita & Africa, prætoriana maxima poteſtate ſpecialiter à noſtra clementia decoretur. Cujus ſedem jubemus eſſe Carthaginem [3], & in præfatione publicarum chartarum præfecturis aliis ejus nomen adjungi: quam nunc tuam excellentiam gubernare decernimus. §. 2. Et ab ea auxiliante Deo ſeptem provinciæ cum ſuis judicibus diſponantur: quarum Tingi [4] & quæ proconſularis antea vocabatur, Carthago & Byzacium [5] ac Tripolis rectores habeant conſulares: reliquæ vero, id eſt, Numidia & Mauritania, & Sardinia à præſidibus cum Dei auxilio gubernentur. §. 3. Et in officio quidem tuæ magnitudinis, necnon pro tempore viri magnifici præfecti prætorio Africæ trecentos nonaginta ſex viros per diverſa ſcrinia & officia militare decernimus. In officiis vero Conſularium ac præſidum quinquaginta homines per ſingula officia eſſe ſancimus. §. 4. Quæ vero emolumenta, ſive magnificentia tua, ſive Conſulares, & Præſides, & quod unuſquiſque ex officio eorum de publico conſequi debeat, notitia ſubter annexa declarat. §. 5. Optamus ergo, ut omnes judices noſtri ſecundum voluntatem & timorem Dei, & noſtram electionem atque ordinationem ſic ſuas adminiſtrationes gubernare ſtudeant; ut nullus eorum, aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas vel ipſe inferat, vel judicibus aut officiis eorum, aut quibuſcumque aliis collatoribus inferre permittat. Licet enim per omnes provincias noſtras (Deo juvante) feſtinemus, ut iliæſos habeant collatores; maxime tamen tributariis diœceſeos Africanæ conſulimus, qui poſt tantorum temporum captivitatem meruerunt, (Deo juvante,) per nos lumen libertatis adſpicere. Ergo jubemus omnes violentias & omnem avaritiam ceſſare, & juſtitiam atque veritatem circa omnes noſtros tributarios reſervare. Sic enim & Deus placabitur: & ipſi poſſunt celerius, ſicut collatores alii noſtræ reipublicæ relevari, atque florere. §. 6. Sportulas [6] enim ab officio, tam viri magnifici, præfecti [prætorio] Africani, quam reliquorum judicum ſic exigi jubemus, quomodo in noſtris legibus eſt diſpoſitum; & ab omni republica noſtra cuſtoditur: ut nullus audeat quocumque tempore, vel quocumque modo earum excedere quantitatem. §. 7. Hoc etiam præſenti ſanctione credimus ordinandum, ut non multa diſpendia pro complectione chartarum, vel codicillorum, vel in noſtro latercullo, vel in ſcriniis præfecti prætorio per Africam judices ſuſtinere videantur: quia, ſi ipſi diſpendiis læſi non fuerint, nullam habebunt neceſſitatem ejuſdem noſtræ Africæ tributarios prægravandi. Jubemus ergo, ut judices diœceſeos [7] Africanæ tam civiles, quam militares in noſtro latercullo pro codicillorum atque chartularum promotionis ſuæ conſuetudinibus nihil ultra ſex ſolidos præbeant: at vero in ſcrinio præfectorum non ultra duodecim ſolidos cogantur inferre. Quem modum ſi quis exceſſerit, ipſe quidem judex triginta librarum auri diſpendio ſubjacebit: officium vero ejus non ſolum ſimile diſpendium, ſed & capitale periculum ſuſtinebit. Nam ſi aliquis ex quacumque parte auſus fuerit juſſiones noſtras exceedere, & non feſtinaverit cum Dei timore eas ſervare: non ſolum dignitatis aut ſubſtantiæ periculum ſuſtinebit, ſed etiam ultimo ſupplicio ſubjacebit. §. 8. Et eſt notitia [8] Deo auxiliante. Pro annonis & capitu [9] pro tempore præfecto prætorio per totam Africam, auri libras centum. Pro annonis Conſularium [10], auri libras xx. Pro annonis Cancellariorum [11] auri libras VII. †. Item officiis ejus ita. In ſcrinio primo hominibus decem pro annonis XVIII. pro capit. ſol. XII. Fiunt ſol. CXLVIII. Item numerario, pro annonis ſolid. v. & pro capit. ſol. IIII. Fiunt ſol. XLVI. Secundo pro an. III. annuos ſol. v. & pro capit. VII. cap. ſol. v. & pro capit. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. III. vero & IV. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt XXIV. Reliquis III. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXVIII. In ſcrinio ſecundo, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio tertio, ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio quarto [12], ut ſupra ſcriptum eſt. In ſcrinio primi ſcrinii, quod eſt ſubadjuvæ [13] hominibus x. ann. XIV. cap. XII. Fiunt ſolid. CXVI. ſcilicet. Ita primi ſcrinio pro ann. III. ann. ſolid. v. & pro cap. II. capitu ſolid. IV. Fiunt ſolidi XXIII. Secundo pro ann. II. ann. ſolidi, ut ſupra ſcriptum eſt, & pro cap. capit. ſolid. ut ſupra ſcriptum eſt, & fiunt ſolidi XVI. Tertio & quarto pro ann. I. annona ſolidorum, ut ſupra ſcriptum eſt, & pro cap. I. cap. ſolidorum, ut ſupra ſcriptum eſt. Fiunt ſol. XXIII. Reliquis hominibus VI. ad ann. I. annona ſolidi v. & pro capitu capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi LVIII. In ſcrinio *cammoncariensis* [14] hominibus XII. ann. XVII. cap. IV. Fiunt ſolidi CLIII. Primo commentarienſi, ann. III. ſolid. v. pro capit. II. capit. ſol. IV. Fiunt ſolidi XXIII. Sequentes homines III. ad ann. II. ann. ſolid. v. pro cap. II. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XLVIII. Reliqui homines VIII. ad ann. I. ann. ſolid. v. & cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXVIII. In ſcrinio *ab actis* hominibus X. ann. XIV. cap. XII. ſolid. CXVIII. Ita primo ann. III. pro ann. I. ſolid. VI. cap. II. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Secundo & tertio ad ann. ſecun. ann. ſolid. v. & ad capit. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXII. Reliquis XVII. ad ann. I. ſolid. v. ad capit. I. capit. ſolid. VIII. Fiunt ſolid. LXIV. †. In ſcrinio *libellarum* [15] hominibus VII. ann. VI. cap. VI. Fiunt ſolidi v. pro cap. II. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. Secundo II. pro anno ſolid. X. pro capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XII. Reliquis hominibus IV. ad ann. I. ann. ſol. v. & ad capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXVI. †. In ſchola *exceptorum* [16] hominibus IX. ann. LXXIV. capit. LXII. ſolid. DCXVIII. Ita primo & ſecundo ann. III. pro anno ſolid. v. & ad cap. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLVI. Aliis hominibus VI. ad ann. II. ann. ſolid. v. ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CXVI. Reliquis hominibus X. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CXV. Reliquis hominibus XLIV. ad ann. I. ſolid. v. & ad capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CCCLXXXVI. †. In ſchola *ſingulariorum* [17] hominibus I. ann. III. capit. I. ſolid. CCCCLXXIII. Ita I. ann. II. ann. ſolid. v. capit. I. capit. ſolid. III. Fiunt ſolid. XXXIV. Secundo, tertio & quarto ad ann. v. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis XLVI. ad ann. I. ſolid. v. & cap. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſol. CCCCXVIII. †. In ſchola *notitendariorum* [18] hominibus I. ann. III. S. capit. I. ſolid. CCCCLXII. Ita primo ann. II. ann. ſol. v. & ad capit. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XIV. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis hominibus XLVI. ad ann. I. ſol. v. & ad cap. I. cap. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CCCXXIV. †. †. In ſchola [19] *curſorum* hominibus XXX. ann. XXII. S. cap. XXX. ſolid. CCXXXII. Ita primo ann. ann. ſolid. v. cap. I. cap. ſol. IV. Fiunt ſolidi XVII. Secundo, tertio & quarto ad ann. I. S. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXXIV. S. Reliquis hominibus XXVI. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CCXXXIV. †. In ſchola *numerculatorum* [20] hominibus XXII. ann. ſolidi v. capitu XII. ſolid. IV. Fiunt ſolidi CXV. Ita primo anno ann. ſolid. v. capit. I. S. capit. ſolidos IV. Fiunt ſolid. XVI. Reliquis hominibus XI. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad capit. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XCIX. †. In ſchola *ſtratorum* [21] hominibus VI. ann. VII. capit. VI. ſolid. LIX. Ita primo anno, ann. ſolid. v. cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XIV. Reliquis hominibus V. ad ann. I. ann. ſolid. v. & ad cap. I. capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLV. †. In ſchola *præturiensium* [22] hominibus decem ann. XII. capit. XI. ſolid. XCVII. Ita primo annonæ pro ann. II. ſolid. v. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. LXXI. †. In ſchola *draconariorum* [23] hominibus X. ann. II. cap. X. S. ſolid. CCVI. Ita primo ann. pro ann. ſolid. XIV. capit. I. pro capit. I. ſolid. IV. Fiunt ſolidi XVI. Reliquis hominibus IX. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt. ſol. LXXX. †. In ſcrinio *operum* [24] hominibus XX. ann. XXIV. cap. XXI. ſolid. CCXXIV. Ita primo ann. III. pro ann. ſolid. v. cap. II. pro capit. ſolid. VIII. Fiunt ſolid. XXIV. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. ſolid. v. & ad capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. LXII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. & ad capit. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſol. XC. †. In ſcrinio *arcæ* [25] hominibus XX. ann. XXVIII. capit. XXI. ſolid. CCXXIV. Ita primo anno III. pro ann. ſolid. v. capit. II. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XXIII. Reliquis hominibus IV. ann. II. pro ann. ſol. v. & ad capit. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſolid. XLII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. II. ſolid. v. & ad cap. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſolid. LXVIII. Reliquis aliis hominibus CX. ad ann. I. pro ann. ſol. v. & ad capit. I. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XC. †. In ſchola [26] *chartulariorum* [27] hominibus I. ann. LVIII. cap. II. pro capit. ſol. IV. Fiunt ſol. XXIV. Ita primo anno III. pro ann. ſolid. v. cap. II. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſol. XXIII. Reliquis hominibus III. ad ann. II. pro ann. ſol. v. & ad capit. I. pro cap. ſolid. IV. Fiunt ſolid. XLVIII. Reliquis aliis hominibus VI. ad ann. I. pro ann. ſolid. v. & ad cap. I. pro cap. ſol. IV. Fiunt ſol. XLIX. Reliquis hominibus XI. ad annum primum pro ann. ſol. v. & ad cap. I. pro capit. ſolid. IV. Fiunt ſolid. CCCXLIX. Item pro anno & cap. cenſualium ſolid. CCCXLIX. Officiorum ejus ſolid. CIX. poteſt medi hominibus V. ann. XLVIII. capit. XVIII. ſolid. CCCCXVIII. Ita primo ann. pro ann. XV. capit. V. ſol. V. Secundo pro ann. X. capit. V. ſolid. LXX. Reliquis hominibus III. ad ann. VIII. & ad cap. II. ſolid. CL. †. *Grammatico* [28] hominibus II. ad ann. X. & ad cap. II. ad ſolid. LXX. ſortitas. †. *Oratoribus* [29] hominibus II. ad ann. X. cap. V. ad ſolid. LXX. †. Hæc igitur, quæ pro diſpendiis civilibus Judicibus Africæ, eorumque officiis, id eſt, tam ſcriniariis [30] ampliſſimæ ejus Præfecturæ, quam cohortalibus [31], per hanc divinam conſtitutionem ſtatuimus; tua magnitudo cognoſcens, ex Kal. Septemb. futuræ tertiædecimæ Indictionis effectui mancipari, obſervatioque procuret, atque edictis publicis omnibus innoteſcat: His ſcilicet, qui ordinati fuerint à tua ſublimitate ſecundum præſentem divinam conſtitutionem, firmitatem ſui ſtatus in perpetuo habituris. Nam Deo juvante de militaribus Judicibus, & de officiis eorum, & de alio noſtro exercitu per aliam ſanctionem ſtatuemus. Dat. *Conſtantinop.* Domino noſtro Juſtiniano P. P.

De Judicibus militaribus, & officiis eorum.

II. Idem A. Belisario Magiſtro militum per Orientem.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad omnis conſilia omneſque actus ſemper progredimur: per ipſum [32] enim jura Imperii ſuſcepimus: Per ipſum pacem cum Perſis in æternum confirmavimus: per ipſum acerbiſſimos hoſtes, & fortiſſimos Tyrannos dejecimus: per ipſum multas difficultates ſuperavimus: per ipſum Africam defendere, & ſub noſtrum imperium redigere, nobis conceſſum eſt: per ipſum quoque, ut noſtro moderamine rectè gubernetur, & firme cuſtodiatur, confidimus. Unde per ejus gratiam etiam civilium adminiſtrationum Judices, & officia ſingulis Africanis provinciis conſtituimus: attribuentes quidem emolumentum, quod unuſquiſque percipere debeat. Ad ejus igitur providentiam etiamnum animum noſtrum referentes, & armatas militias, & duces militum ordinare diſponimus.

§. 1. Sancimus itaque, ut *Dux* militum *Tripolitanæ* [33] provinciæ in Leptimagnenſi [34] civitate ſedes interim habeat. Dux vero *Byzacenæ* [35] provinciæ [&c] in Capſa, & altera [36] Lepte civitatibus interim ſedeat. Dux vero *Numidiæ* [37] provinciæ in Conſtantinenſi

[1] Roam à Vandalis capta. [2] Africa imponit Juſtiniani proprium habuit Præfectum Prætorio. [3] Hinc ait illa Carthago Romani imperii æmula. [4] Tingi, modo à Diſtr. modica à Diſtr. [5] Byzacium, ſive Regio Tyrii, Virgil. 1. Æneidos verſ. 15. 16. Terent. lib. de Andria. Strabo lib. 17. in fine, ſeparatim duobus annis ante Romam, ut ex Trogo refert Juſtinus lib. 18. aut CXII. ut vult Joſephus 1. contra Apionem: eversa à Scipione Æmil. 5. reſtaurata ab Auguſto. Strabo lib. ult. Pomponius Mela lib. 1. cap. de Africa. Plin. lib. 5. Ptolem. in Geſt. Cæſar. capta à Vandalis Procop. 1. de bello Vandalico. cooperante Belisario Juſtiniani patritio. Procop. ibidem. Princeps olim Africæ. Tertul. lib. de pallio in princip. bodie vix mediocris. Lac 1. Offic.

[4] Tingis à qua Tingitana.

[5] A qua Byzacena provincia. l. 1. §. 19. verſ. Item vero. §. 23. decem ſen. J. eod. de Byzacena. l. 4. §. 1. J. eod. nulle Byzacium: corruptus Hieronymus apud Sextum Rufum.

[6] l. ult. J. de annona civili.

[7] Diverſis multarum provinciarum adminiſtratio atque complexus.

[8] Notitia eſt brevis, aut libellus, in quo deſcripta ſtatus, adminiſtrationis & diverſitas alicujus continetur. l. 3. §. 1. J. §. 3. C. de admin. decreſt. judicum. l. 1. & 2. J. de curioſa. artic. l. penult. & l. ult. J. de decreſt. Hinc de ſtatu imperii ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis agens liber, Notitia imperii Romani inſcribitur: adde & aliam Notitiam quæ extat in l. 1. §. 2. J. eod. in l. 7. J. de pat. fur. long. Nov. 8. c. 1. §. 1.

[9] Vid. J. l. un. de annona & cap.

[10] Conſularium.

[11] Cancellarii judicum ſecretarii. vid. l. 3. J. de aſſeſſoribus & cancellar. jud.

[12] In ſcrinio quatuor hæc erant, memoriæ, libellorum, epiſtolarum, dispoſitionum. l. ult. J. de filio familias. l. ult. J. de ſervitutibus. l. 3. J. de aſſeſſ. l. 3. §. 4. J. de præſcript. longi temp. l. 2. in pr. J. de præſcr. long. temp. in ſacris: nonnullum ſcrinium dispoſitionum omittunt. l. 3. §. 12. J. de præſcr. long. temp. l. 1. J. de præſcr. long. temp. in ſacr. patrat. Erant & ſcrinia cognitorum, tabellionum, canonum, numerorum, mittendorum. l. ult. J. de officio habentis. l. 3. §. 1. J. de palatinis ſacr. large. l. 10. J. de muriſic. Fabetiarum, barbariciorum. l. 1. in pr. J. de proxeſ. agent. in rebus. auri ad reſpond. dict. l. 7. verſ. Scrini auri ad hinc ſcriniarii. l. 16. J. de reſtitut. ſtipendiis. l. 3. J. de cadrem. penal. leg. 30. in pr. J. de numerar. l. ult. de agent. in rebus. auri ad reſpond. dict. l. 7. verſ. Scrinii magiſter Lampridius. [13] Subadjuva, id eſt, adjutoris adjutor. Lact. verſ. longior autem. J. de agentibus in rebus. Ea forma dicitur ſubcurator, l. 30. D. de negot. & ſubdiaconus ab Anaſtaſio ad Victorium. Hic Græcis ὑποδιάκονος ordinarii doctoris vicarius morum *correctorii*. Joſ. Scalig. §. 7. J. de jure fiſci. [14] Commentarienſia, cujus manu actus ſubmotantur. l. 45. J. de curiali. [15] Nota de ſcrinio libellorum. [16] l. 7. l. 3. J. de *præſc. fori.* l. 5. J. de *foriſm.* l. 5. J. §. 1. in pr. l. ult. J. de Palat. ſacror. largit. l. ult. §. 3. J. de re militar. l. ult. de caſtr. pec. l. 5. J. de numerar. *adnotar.*

[17] Singulares ſive ſingulares, qui per ſingula ſive ſingla, id eſt, abbreviaturas ſcribebant. Sic ſingula, ſingla, ſig'a, & tandem ſiglæ. Notæ diſtant à ſiglis vel ſiglis. Sigla, vel Siglæ ſunt ſingulares literæ: notæ, non ſunt literæ. A ſiglis ſingularii, ut à notis notarii dicti ſunt. vid. *Cujac.* 12. *obſerv.* ult.

[18] l. 3. l. 7. §. 1. verſ. Scrinii notitendariorum. J. de Palat. ſacr. large.

[19] Nota de ſchola curſorum.

[20] Alio ſenſu accipitur hic, quam in l. 7. §. 5. J. de appr. libert.

[21] Strateorum. vid. J. de ſtratoribus.

[22] Prætoriani milites præfectorum prætorio Græcis *Hypaspiſtæ*. vide *Petrum Pithœum* 1. *ſemeſtr.* 3.

[23] Draconarii ferebant ad prælium Draconum ſignum militare cohortis. Primum ſignum totius legionis aquila. Vide *Pigorium* 2. *cap.* 13. vide elegans exemplum apud Ammianum 20. ubi de Juliano loquitur à militibus in Imperatorem electo.

[24] Nota de ſcrinio operum.

[25] Hinc arcarii, præpoſiti his ſuſcipiendis, quæ in arcam Præfecti Prætorio inferuntur. vid. J. de ſuſceptoribus præpoſ. & arc. lib. 10. tit. 70.

[26] Schola, corpus & collegium militantium. Quidam interpretantur locum, in quo militant: meo tamen judicio male.

[27] De quibus dicam J. de numerariis, actuariis & chartulariis. lib. 12. tit. 50.

[28] Adde l. 2. l. ult. J. de profeſſor. & medic.

[29] D. leg. 2. d. l. ultima, in pr.

[30] Σκρινιάριος, Suidæ χαρτοφύλαξ, Suidæ author etymologici γραμματοφύλαξ τῆς ἐκκλησίας. Suidas 2. memorialis Præfecti Prætorio, magiſtri militum, comitis utriuſque ærarii. Procenſul Aſiæ & Caſtrenſis ac Palatii ſuos habuere ſcriniarios. vid. J. de numerar. act. chart. judicar. ſcriniariis.

[31] Cohortales, officiales præſidum, conſulariumque correctorum. vid. J. de cohortalibus principis.

[32] Ἀναφορὰ figura dictionis, cum in principio multarum orationum idem verbum repetitur. *Guth.* Ad hanc leg. vid. *Cujac.* lib. 3. *obſerv.* cap. 24. S. L.

[33] Quæ Oroſio & Aſthico Subvennæ & Arzugum. hodie ſcorto Garegara. vide Ortelium. Quæ hodie Africæ Tripolis nominatur, nova eſt, ab Africanis extructa circa veterem deſtructam & Mauris. vide *Leon. 5. in Africa.* [34] Lepti magnæ. Leptis magna hodie Lebida. [35] Vide l. 1. §. 2. J. infra. [36] Id eſt, parva, quæ hodie Africa nuncupatur. *Gerard. Joan. Leo in Africa.* [37] Hodie Biledulgerid.

1 Constantina hanc fuit à Romanis ædificata: de qua vide Leonem *lib. 5. Tactic.*

2 Mauritaniæ. *Hod.* Mauritania (Hebræis *Fûr.*) duplex Tingitana, quæ & etiam Bogudiana, Mauritania, Sitifensis, Hispania Transfretana, Hispania Tingitana, inferior Mauritania. Hodie regnum Marrocchi nuncupatur, si Antiocho Curiani, regnum Fessæ, si Nigro credimus. Altera Cæsariensis, quæ Massilia & Massæsylia: hodie regnum Tremessinum.

3 Hanc hodie nuncupari Cabo Figato, refert Plinetus. vid. *Procopium lib. 8. de ædificiis Justiniani.*

4 Hic trajectus hodie dicitur, *Estroit de Gibraltar & de Marroch.* Theveras dicit ab Æthiopibus Gebethon, Gebetharas & Zuchar nuncupari: quæ nomina valde mihi una cum auctore suspecta.

5 Franci tempore Justiniani Gallias occupabant: nec iis imperabat Justinianus: ut hic liquet: & se tamen Francicum appellat multis locis, & inscriptionibus: fortè quod dux quidam Francorum à Narsete Justiniani exercitus duce prope Tarentum fuerat superatus: eum duobus & viginti antea annis Franci Theodeberto rege duos instructissimos exercitus Justiniani, & Gothorum (qui in præcinctu erant, ut inter se dimicarent de Mediolani possessione) fudissent. vid. *Procop. lib. 1. de bello Gothor.*

6 Dromonas, navigii longioris, & ad cursum expediti genus. *Isidor. 19. Etymologiar. 1. Cassiodor. 5. variar.* Dromoni contrarius musculus, curtum navigii genus. *Zonar. tom. 3. in Mauricio, & Justinian. Rhinotmito.* A Dromone, Dromonarii. *Cassiodor. 1. & 4. variar.*

7 §. 23. §. 19. *in fin. J. eodem.*

8 Clausuræ quid vid. *l. 4. J. de offic. magist. eff.*

9 Burgus à Græca voce πύργος deducitur. *Vegetius lib. 4.* Castellum parvum burgum vocat Paulus Orosius in Valentiniano, crebra per limitem habitacula constituta Burgos vulgò appellat. Eadem vox reperitur in lege penultima *J. de fundis rei privatæ, lib. 11. tit. 65.* vide *Cujac. 3. observ. 14.* A burgis dicti Burgarii, hoc est, burgorum, qui in limitibus erant, custodes. De burgariis Hispaniæ, vid. *l. unicam Cod. Theod. de Burgariis. lib. 7. tit. 14.* Idque satis ostenditur sequentibus titulis 15. 16. 17. quorum hæc est inscriptio, De terris limitaneis, De littorum & itinerum custodia, De luforia Danubii. Dictos Burgundiones à Burgis Paulus Lastipranduus, & Isidorus existimant. vid. *Pithœum 1. Advers. 4.*

10 Imperatores Romani habuerunt in limitibus τὰ ἐκσκουβίτα, quæ ipsi *clausuras* appellant. id ab Hadriano videtur institutum. *Spartianus.* Per ea tempora, & alia frequenter in plurimis locis, in quibus Barbari non flumine, sed limitibus dividuntur, fixis ingentibus magnis in modum muralis sepis fundibus jactis atque connexis Barbaros separavit. *Hen. Valesius.* Harum clausurum vel clusorum vel clausurarum propugnacula castella (unde castellani milites) & burgi. De ea re alibi dicam. vid. *Pithœum d. loc.*

11 Ducis vocabulum hic nomen dignitatis: hinc dux militum Tripolitanæ provinciæ, Byzacenæ, Numidiæ, Mauritaniæ. §. 1. *J. eod.* Sardiniæ, §. 3. *J. eod.* 12 Nec enim omnes Comitatenses in castris: sed in sala & comitatu Principis. *l. 2. J. de pens. suor. qui in sacr. Palat. l. 13. in princ. J. de re milit.* 13 Limitanei milites unde dicti, & eorum munus.

14 Per partes, id est, interdum: aut dispositos in illis partibus. *Partes* enim pro regione usurpasse *Scipiones*, §. 2. 15 Exemplum possis Gallico *interpretari su ofter.* 16 Limitanei à Comitatensibus differunt: illorum proprium munus est, in limite tumulo versari: hoc extra ordinem. §. *eod. ibi, qui per castra sunt.* A Comitatensibus Comitatenses legiones, *l. 7. in princ. de Palat. sacr. larg.* Comitatenses numeri, *l. 14. J. de re milit.* 17 Nota de ducibus vel ducianis limitaneorum militum. 18 Aliqua sibi consuetudine de eorum, &c.

19 Vid. *Vegit. de exercend. cprun. 1. de re milit. 9. & sequent.* 20 Commeatalis miles is est, cui in stipendii partem dantur alimenta ex commeatu, ac alimento publico. 21 Alii legunt *emmentibus.* Commeatus militum vel commeata, sunt ciboria, & alimenta exercitus.

22 *Belisarius* limitem omnem imperii restituit ruetoque ordinavit.

tinensi [1] civitate sedes interim habeat. Dux autem *Mauritaniæ* [2] provinciæ in Cæsariensi [3] civitate interim sedeat. §. 2. Jubemus etiam: ut in trajectu [4], qui est contra Hispaniam, qui *Septa* dicitur, quantos providerit tua magnitudo, de militibus una cum Tribuno suo homine prudente, & devotionem servante Reipublicæ nostræ, per omnia constituas, qui possint & ipsum trajectum semper servare, & omnia, quæcunque in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, *seu Francorum* [5] aguntur, vito spectabili Duci denunciare, ut ipse tuæ magnitudini referat. In quo trajectu etiam dromones [6], quantos providéris, ordinari facias. §. 3. In *Sardinia* [7] autem jubemus Ducem ordinari: & eum justa montes, ubi Barbaricæ gentes videntur sedere, habentem milites pro custodia locorum, quantos & ibi tua magnitudo providerit.

§. 4. Et omnes diligenter pro commissis suæ custodiæ provinciis invigilent, & ab omni hostium incursione subjectos nostros tueantur illæsos: & festinent die nocteque Dei invocando auxilium, & diligenter laborando, usque ad illos fines provincias Africanas extendere, ubi ante invasionem Vandalorum, & Maurorum Respublica Romana fines habuerat, & ubi custodes antiqui servabant: sicut ex clausuris [8] & burgis [9] ostenditur: maxime autem civitates, quæ prope clausuras & fines antea tenebantur, cum essent sub Romano imperio constitutæ, auxiliante divina misericordia cum hostes per partes expelluntur, festinent comprehendere, atque munire: & in illis duces & milites per partes accedant, ubi antea fines [10] & clausuræ provinciarum erant, quando integræ Africanæ servabantur sub Romano imperio provinciæ, quod Deo annuente (cujus auxilio nobis restituræ sunt) speramus cito nostris provenire temporibus; & ut in securitate & pace provinciæ cum antiquis finibus integræ serventur, & vigiliis ac laboribus devotissimorum militum, & cura spectabilium pro tempore Ducum custodiantur illæsæ: quoniam ita convenit, ut semper custodes fines provinciæ servent: ne detur hostibus licentia incurrendi aut devastandi loca, quæ nostri subjecti possident. §. 5. Quantos autem milites, sive pedites, sive equites, per unumquemque limitem collocari oportet ad custodiendas Provincias & civitates, tua magnitudo, prout consideraverit ordinet, & nobis referat: ut, si præviderimus sufficientem esse ordinationem, confirmemus eam: sin autem perspexerimus, & aliquid amplius fieri, ut eam augmentemus. §. 6. Quid autem Dux [11] stipendiorum nomine pro se suisque hominibus, & quid ejus officium consequetur, hoc in subdita declaratur notitia.

§. 7. Sicut ergo prædictum est, interim nunc [12] Duces ac milites secundum nostram dispositionem in locis, seu civitatibus, in quibus justimus, sedeant, donec Deo auxiliante nobis ac Reipublicæ nostræ per labores nostros in illis locis constitui possint, *in quibus uniuscujusque provinciæ antiquus limes constitutus erat*, quando florente Romana republica memoratæ provinciæ integræ tenebantur. §. 8. Pro *limitaneis* vero ordinandis necessarium nobis effevidetur, ut extra Comitatenses milites, qui [13] per castra sunt, milites limitanei constituantur, qui possint, & castra, & civitatis limites defendere, & terras colere: & ut alii provinciales videntes eos per partes [14], ad illa loca se conferant. Et exemplum [15] fecimus unius numeri limitaneorum: ut secundum exemplum, quod nos misimus, per castra & loca, quæ providerit tua magnitudo, eos ad similitudinem nostri exempli ordinet: sic tamen, ut si inveneris de provinciis idonea corpora, aut de illis, quos antea milites habebant; limitaneorum constituas in numero, in unoquoque limite: ut si aliqua forsitan commotio fuerit, possint ipsi limitanei [16] sine Comitatensibus militibus, una cum Ducibus suis adjuvare loca, ubi dispositi fuerint non longe limitem exeuntes, nec ipsi limitanei, nec duces eorum; ut nullum etiam dispendium à Ducibus [17], vel ducianis prædicti limitanei sustineant, nec aliquas [18] sibi consuetudines de eorum stipendiis per fraudem ad suum lucrum converrant. Hæc autem non solum in limitaneos volumus observari, sed etiam in Comitatenses milites. §. 9. Et unumquemque Ducem & Tribunos eorundem militum jubemus, ut semper milites ad exercitationem [19] armorum teneant, & non concedant eos divagari, ut, si quando necessitas contigerit, possint inimicis resistere, & nullum audeant Duces aut Tribuni commeatalem [20] de ipsis dimittere: ne dum sibi lucrum student conficere, incustoditas nostras relinquant provincias. Nam si usurpaverint memorati Duces, vel officia eorum, seu Tribuni, commeatalem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis sibi acquirere: hoc non solum in quadruplum jubemus publico rependere, sed etiam dignitate eos ptivari. Magis enim debent, & Duces & Tribuni supra deputata sibi emolumenta secundum labores suos de nostra largitate remunerationem sperare, & non de commeatis [21] militum, aut eorum stipendiis lucrum sibi acquirere: quoniam ideo ordinati sunt milites, ut per ipsos provinciæ vindicentur: præcipue cum sufficienter & ipsis Ducibus, & eorum officiis emolumenta præstitimus, & semper providimus unumquemque secundum labores suos ad meliores gradus, & ad majores dignitates perducere. §. 10. Postquam vero Deo placuerit, & [22] per *tuam magnitudinem limes omnis in antiquum statum* pervenerit, & bene ordinatus fuerit; tunc ubicunque necessitas emerserit, viri spectabiles Duces invicem sibi, quando usus exegerit, auxilium præbeant: ut provinciæ, seu limites eorum vigiliis & laboribus (Deo juvante) illæsi custodiantur. §. 11. Sicut autem jubemus audaces & feroces contra inimicos judices ac milites nostros esse: sic volumus eos mites & benevolos circa collatores [23] nostros existere, & nullum damnum, nullamque læsionem in eos efficere. Sin autem quisquam de militibus ausus fuerit, quamcumque læsionem tributariis [24] nostris inferre: periculo viti spectabilis Ducis, seu Tribuni & Principis digna vindicta afficiatur, ut indemnes tributarii nostri custodiantur. §. 12. Si vero pro quibusdam causis interpellatio apud nostros Judices facta fuerit: jubemus non amplius sportularum nomine, quam nostris legibus definitum est, executores accipere, pœnam eisdem legibus infertam ex transgressione formidantes. §. 13. Cum autem Deo annuente Africanæ nostræ provinciæ per tuam magnitudinem [25], secundum nostram dispositionem ordinatæ, & limites in antiquum statum reducti, & omnis Africa sic detenta fuerit, sicut erat: cum ergo hæc omnia (Deo juvante) præsente tua magnitudine, disposita & perfecta fuerint, & per labores tuos [26], [antiquos] fines omnes Africa receperit; & docuerit nos de omni ordinatione totius Africanæ diœceseos: id est, quanti & qui milites, in quibus locis, vel civitatibus constituti sunt, & quanti limitanei, & in quibus locis & militiis collocati sunt: tunc jubemus tuam magnitudinem ad nostram clementiam remeare.

§. 14. Interea vero si aliquas civitates, seu castella [27] per limites constituta providerit tua magnitudo nimiæ esse magnitudinis, & propter hoc non posse bene custodiri: ad talem modum ea constrai disponat, ut possint per paucos bene servari.

§. 15. Cum autem magnitudo tua, omnibus dispositis, ad nos remeare jussa fuerit; tunc Duces uniuscujusque limitis; quotiens pro componendis civitatibus, aut castris [28], & pro dispendiis suis, aut pro annonis aliquod opus habuerint, celerius ad virum magnificum Præfectum per Africam significent: ut ipse, quæ necessaria fuerint, festinet facere, ne aliqua protractio provinciis noceat. §. 16. Ea vero, quæ ipse fecerit, vel quæ adhuc necessario procuranda sunt postea, & memoratus vir magnificus Præfectus [prætorio] Africæ, & viri spectabiles Duces, & de aliis omnibus, quæ ibi aguntur, frequenter ad nos referant: ut benefacta confirmemus, & quæ oportunius debent fieri, ex nostra dispositione peragantur. §. 17. Hoc etiam decernimus, ut judices, qui ordinandi sunt per Africanos limites, nihil amplius in sacratissimo Palatio [29] cuilibet personæ, aut dignitati, vel in Prætorio [30] per Africam Præfecturæ & Magisteriæ [31] potestati præbeant, nisi quantum subter annexa declarat notitia [32]: nam si quis amplius, quam in subita notitia taxatum est, usurpaverit, seu acceperit, triginta libras auri multæ dependat nomine, cum quo & periculo indignationis nostræ [serenitatis] subjacebit, nulla alia qualibet persona, aut dignitate, aut officio accipiente aliquid ab eis, præter illos quorum nomina in subjecta notitia continentur. §. 18. Ad hoc jubemus, ut (Deo juvante) unusquisque Dux seu eorum officia [33], secundum quod notitia subtexannexa continet, emolumenta sua ex tributis Africanæ Provinciæ ex Kal. Septembris instantis felicissimæ tertiæ decimæ Indictionis percipiant. §. 19. Et hæc notitia [34], Deo volente, debet deliberi Ducibus, & eorum officiis in Africa constitutis pro annonis, & capitu per singulos annos prædendis. Ita Clarissimo *viro Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus singulis sol. v. cap. CLIX. singulis cap. sol. DCCLXXXIII. Adsessori Ducis, & officio ac hominibus ejus, XL. ann. XCVI. S. sing. ann. cap. sol. VI. Simul fiunt pro ann. & cap. sol. DCLXXIV. Dividuntur sic, Adsessori in ann. VIII. cap. IV. Primicerio [35] in ann. VIII. cap. II. Ducenariis III. ad ann. VI. sol. fiunt. ann. capitis fiunt capitum. cap. Centenariis [36] VI. ann. V. sunt. Fiunt ann. IV. & ad cap. I. fiunt ann. XVI. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. Circitoribus [37] IX. semis. Aliis XI. ad ann. I. S. fiunt ann. XIV. sunt. & ad cap. III. fiunt cap. XI. †. Item viro clarissimo *Duci Byzacenæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. singulis in ann. sol. V. cap. CLVIII. singulis cap. sol. X. Simul fiunt pro ann. cap. sol. DCLXX. omnes dividuntur sic, Adsessori in ann. VII. cap. IV. Primicerio in ann. V. cap. II. Numerario in ann. VI. cap. III. Ducenario IV. ad ann. III. fiunt cap. III. Centenariis VI. ann. * ann. XV. & cap. I. fiunt cap. VII. Circitoribus IX. ad an. * fiunt an. XIII. & ad cap. III. fiunt c. VII. Circitoribus IX. ad ann. II. fiunt XVIII. & ad cap. fiunt an. * XIII. * cap. IX. semis. Alii XI. ad ann. III. * fiunt an. XIII. S. & ad cap. XI. †. Item viro clarissimo *Duci Numidiæ* Provinciæ, & hominibus ejus ann. CXC. singul. ann. solid. VIII. cap. CLVIII. singulis cap. sol. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. solid. CCCLI. XXXIV. Adsessori ducis & officio ejus hominibus XL. ann. & cap. solid. V. cap. XLIX. singuli cap. solid. V. cap. XLVII. II. singulis cap. sol. III. Simul fiunt pro ann. & cap. sol. CLXIV. S. Dividuntur sic, Adsessori in ann. XIII. cap. VI. Primicerio * ann. cap. III. Numerario [38] in annum IV. * Fiunt ad ann. XVI. & ad cap. V. centenariis ad ann. XI. S. Fiunt duodecim. & ad cap. capita VI. Biarchis VIII. Circitoribus [39] IX. ad ann. II. fiunt. an. CXXVII. & ad cap. III. fiunt cap. VIII. semis. Aliis XI. ad ann. II. fiunt an. XVI. sunt XV. & ad III. fiunt cap. XI. †. Item viro clarissimo *Duci Mauritaniæ* Provinciæ & hominibus ejus an. CXC. singulis an. solid. V. cap. solid. CC. CLX. XXXV. Adsessori Ducis, & officio ejus hominibus XL. an. XCVI. S. * S. fiunt simul pro ann. & cap. sol. DCLXX. III. S. Dividuntur sic: Adsessori in ann. IX. capit. IV. Primicerio in ann. V. cap. I. Numerario in ann. cap. III. Ducenariis III. ad ann. III. S. fiunt ann. * & capit. III. fiunt capit. II. Centenariis III. ad an. III. S. fiunt an. * & cap. III. fiunt cap. II. * Centenariis IX. ad ann. X. & ad capit. III. fiunt capit. V. Biarchis [40] VIII. Circitoribus ad an. VIII. fiunt ann. XVIII. & ad cap. fiunt capit. III. fiunt cap. XI. †. Item viro clarissimo *Duci* [41] *Sardiniæ* insulæ, & hominibus ejus ann. CXC. singulis ann. solidi CCLXXXII. Adsessori Ducis, & officio ejus hominibus XL. ann. XCVI. S. singulis ann. solid. *. capit. XLVIII. singulis capit. solid. IX. Simul fiunt pro ann. & cap. CL. CLXXXVI. Dividuntur sic, Adsessori ann. IX. & cap. III. Primicerio in an. II. cap. III. Numerario in an. cap. III. Ducenariis [42] IV. ann. III. sunt ann. XVI. & cap. III. sunt & cap. IX. Circitoribus IX. an. III. Fiunt an. XXIX. & cap. III. fiunt cap. IX. Circitoribus IX. ann. III. fiunt ann. IV. cap. IX. semis. Aliis XI. ad ann. XVI. sunt & ad capit. III. fiunt cap. XI.

§. 20. Notitia consuetudinum, quas in sacro latercolo, & in prætorio ampliffimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magistri militum, pro tempore Dux præbere debet uniuscujusque militis [43], sic: In sacro latercolo sol. VI. In officio Magisteriæ militum potestatis pro insinuandis administrationis suæ divinis nostræ Serenitatis adsatibus solid. 12. In officio ampliffimæ Præfecturæ per Africam pro insinuandis ejusdem chartis, solid. XII.

§. 21. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostra statuit æternitas, effectui ea mancipari observarique præci-

23 Collatores, qui postea dicuntur tributarii, conferentes tributa. vid. *Nov. de adscriptione* 128.

24 Qui tributa conferunt.

25 Ex his fatis apparet, consentaneum esse quod Petr. Crinit. De honesta disciplina *lib. 9. cap. 8. mavult.* Belisarium ab Imp. Justiniano ex livore accusatum, eumque dispensa à vinculis petiisse his verbis: *Obsecro oriatur Belisario amicis, quem sine mea culpa error affligit.* vid. Alciat. *parerg. lib. 4. cap. 14. Ann.*

26 Fuit enim recuperata à Vandalis Africa, duce Belisario.

27 Vid. §. 4. *J. eod.*

28 Civitates & castra hic tanquam species civitatis & castelli. §. 14. *J. eod.*

29 Sermo sacri latercolii, sive Palatii. Sacro latercolo pro cubiculis fiscum dispensum inferimus Duces, de quibus §. 2. *J. eod.*

30 Scriniis & officiis Præfecti Prætorio pro cubiculis fiscum dispensatum pensim inferebant.

31 Militaris stil. Ducis militiam inferebant pro cubiculis fiscum dispensatum (cujus magistri militum.

32 Notitia quid sit, vid. §. 8. *J. eod.* Galli, *Rôle.* Idem quod exemplum *d. §. 8. J. eod.*

33 Id est, horum hominum.

34 Vid. §. 8. *J. eod.*

35 Primicerius Græci dicuntur, *ὁ πρῶτος τῆς τάξεως*, vid. *J. de primicerio.*

36 *L. 1. J. de locis adsus. l. 4. J. de agentibus in rebus. l. 1. de exactl. tribut.* Olim centuriones dicebantur, 2. *Digest.* 13. Centena, ordo & dignitas primicerii. *l. 1. C. Theod. de municipalib. l. 1. C. Th. de decur.*

37 Vid. *J. eod. sive ultra.*

38 Hi tabularium rum munera fungebantur. vid. *J. de numerariis.*

39 Circitores vigilias circumibant, & si qua emerserat culpa renunciabant. *J. Digest. 8.*

40 Biarchi officiales sunt, vitibus præfecti, quorum meminit Hieronymus ad *Pammachium*: hinc Biarchia, *l. 1. J. de off. magistri eff.*

41 De quo §. 1. *J. eod.*

42 Ducenarii qui ducenis scholariis præsunt. *l. 3. J. de agentib. in rebus. l. 1. J. de locis adsus. l. 1. J. de exactl. trib. l. 9. C. Theod. de exactl. tribut.* Cyprianus 1. epist. 4. Ducenarius potius quam Equisones. Meminit hujus muneris Nicephorus 6. *cap.* 37.

Ducenarius est Vegetio, qui ducenos homines ducebat, 2. *cap. 8. Hinc ducenarii, l. 1. J. de offic. militar. jud.*

43 Al. limitis. vide *l. 4. J. de offic. militar. jud.*

5. L.

præcipiat. §. 22. Emissa lex Idib. Aprilis C.P. D.N. Justiniano P. P. A. IV. & Paulino V. C. Consl. [1] §. 23. Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari Judicibus, & eorum officiis in Africa constituris pro annonis, & capitu per singulos annos præbendis. Item viro clarissimo *Duci Tripolitanæ* provinciæ, & hominibus ejus anno * nonagesimo singula annona solidos quinque capit. centum quinquaginta novem singulis cap. solidos ducentos octoginta duos: adsessori ducis, & officio ac hominibus ejus quadraginta annis nonaginta & septem. Item viro clarissimo *Duci Byzacenæ*, & hominibus ejus similiter. Item viro clarissimo *Duci Numidiæ*, & hominibus ejus similiter. Item viro clarissimo *Duci Mauritaniæ* provinciæ & hominibus ejus similiter. Item *Duci Sardiniæ*, & hominibus ejus similiter. §. 24. Item notitia consuetudinum, quas in sacro [2] latercolo, & in prætorio amplissimæ Præfecturæ per Africam, & in officio Magistri militum pro tempore Dux præbere solet uniuscujusque limitis, sic: In sacro latercolo sex solidos. In officiis Magisteriæ militum potestatis pro insinuandis divinis administrationibus, seu divinæ serenitatis fatibus, solidos duodecim: pro officio amplissimæ Præfecturæ per Africam pro insinuandis ejus chartis solidos duodecim. §. 25. Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam sanctionem nostram statuuntur, æternitatis effectui mancipari observariique præcipiat.

1 Id est, anno Christi 534.

2 De sacro latercolo alibi dictum.

* 1. §. 12. supplendum videtur nonagesimo, aut septuagesimo octavo, Syntyf. Bafil. S. tit. 4. Hic magistratus (Præfectus urbi scilicet) constitutus ab Augusto, tribus Sacrorum & Asse-lis Vicitare.

4 Id est, ad annos præfecti annonæ, *Jac. ad.*

5 Adde *L. 1. §. 11. ff. ad.*

6 Eadem annonaria potestas, *l. 12. C. Theod. de Judaeis.*

7 Hinc colligunt, Certis casibus citationem extra territorium permitti. vid. quæ not. ad *l. 33. §. 1. ff. de Judiciis.*

8 Hanc vocem *Cujac. hic*, & *S. alii*, vi. refert ad factiones agitatorum quarum, quæ in urbe erant: Veneta, Prasinam, Alburn, Russinam, quæ Græci δήμους vocant. *Nov. 13. & 17. & 68. §. 1. Reipsum hinc facile elicuerit, l. 1. C. Theod. de equis sacr. aliis quæ not. ad 128. §. ff. de pœnis.*

9 Etiam Constantinopolitanæ, *C. Synop. Basil. de 111. addit. C. Harm. l. §. 7.*

10 *Nov. 27. c. 2. & Nov. 61. §. 2.* Cassiodorus *in Formula præfecturæ urbanæ*, Consulibus suis omnes consulares fortunatum primo dicit.

11 *Tantum ex omnium parte derivaris.*

12 Ea de causa Capitolio. *In Formula* dicit, Præfectus urbi cum omnibus participasse sermonem.

13 Comiti R. privat. *Lib. C. Th. ad l. Jul. rep.* Comiti de Cisternis, *l. 15. C. Theod. de Tutor. l. 1.*

14 Corporati a corporibus. Corpus municipia, *C. Jus. Basil. 1. 12.*

15 Nudius, dicunt apud authorem *Synopseos, ad. aff. 22.*

16 Id est, primus, prior, missus adjutor.

17 Non intelligit lector *l. 3. de adv. diversi. judicum*, quæ Scripta est de advocatis Præfecturæ prætorianæ non arbitratur, sed aliam quandam. vid. *Cujac. 13. obs. 1.* 18 Curam epistolarum, *Cujac. ibid.* eam hæc cura nuncupatur inter officia præfecti urbi, & dicitur à Cassiodoro, Cura canonicarum epistolarum, *lib. 12.* 19 Alii legunt *matricule.* De matricula alias dixi.

TIT. XXVIII.

DE OFFICIO PRÆFECTI URBI. [1]

De cura annonæ.

1. Impp. Valentianus & Valens AA. ad Volusianum Præfectum Urbis.

Studentium nobis statum Urbis, & annonariam rationem aliquando fimare: in animum subiit, ejusdem annonæ curam non omnibus deferri potestatibus. Et ne Præfectura Urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium [4] annonarium redundasset: eidem [5] Præfecturæ sollicitudinis necessitatem mandavimus: sed non ita ut lateat officium Annonariæ [6] Præfecturæ: sed ut ambæ potestates, in quantum sibi negotii est, tueantur civilem annonam: sitque societas muneris: ita ut inferior gradus meritum superioris aguoscat: atque ita superior potestas se exerat, ut sciat ex ipso nomine, quid Præfecto debeatur annonæ.

De persuis advocandis, vel non.

Præfectus urbis in provinciis agentes non evocat, nisi damnabitur ex causis.

11. Iidem AA. ad Ampelium Præfectum Urbi.

Quod promulgatis sanctionibus tua Sinceritas rescriptum esse non nescit, etiam ex præcepto nostro competenter observet: nec quasdam personas de provincia existimet advocandas, nisi [7] tantummodo suos officiales, & homines populares [8] hujus almæ urbis seditioni obnoxios.

Collatio præfecturæ urbis, & aliarum dignitatum.

III. Imppp. Valens, Gratianus & Valentin. AAA. ad Rufinum Præfectum Urbi.

Præfectura *urbis* [9] cunctis [10], quæ intra urbem sunt, antecellat dignitatibus, tantum [ex omni [11] parte derivaris,] quantum sine omni injuria ac detrimento honoris alieni [12] usurpat. Dat. VI. Kal. Jul. Valentæ A. V. & Valentiniano Jun. Conss. 368.

Qui subjiciuntur præfecti urbi.

IV. Imppp. Theod. Valentinianus, & Arcad. AAA. Severino Comiti [13] sacrarum largitionum.

Omnia Corporatorum [14] genera, quæ in Constantinopolitana civitate versantur, universos quoque cives, ac populares [15] Præfecturæ urbanæ regi moderamine cognoscas.

De primicerio.

V. Imp. Theod. A. Constantino Præfecto Urbis.

Primicerius [16] adjutor tuæ sedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscæ ordinationis [17] meruit, curam insuper personarum [18], usurpatione omni, atque ambitione cessante, suscipiat: hoc etiam adjecto: ut, si quis ex memorato ordine, vel conditionis humanæ fine praventus, vel alia quacumque ratione, militiæ gradum propriæ amisisse monstrabitur, solitæ ambitionis injuria vacante, locum is, qui juxta [matriculæ] [19] veritatem sequitur, obtineat.

1 Id est, anno Christi 534.

2 De sacro latercolo alibi dictum.

* 1. §. 12. supplendum videtur nonagesimo, aut septuagesimo octavo, Syntyf. Bafil. S. tit. 4. Hic magistratus (Præfectus urbi scilicet) constitutus ab Augusto, tribus Sacrorum & Asse-lis Vicitare.

4 Id est, ad annos præfecti annonæ, *Jac. ad.*

5 Adde *L. 1. §. 11. ff. ad.*

6 Eadem annonaria potestas, *l. 12. C. Theod. de Judaeis.*

7 Hinc colligunt, Certis casibus citationem extra territorium permitti. vid. quæ not. ad *l. 33. §. 1. ff. de Judiciis.*

8 Hanc vocem *Cujac. hic*, & *S. alii*, vi. refert ad factiones agitatorum quarum, quæ in urbe erant: Veneta, Prasinam, Alburn, Russinam, quæ Græci δήμους vocant. *Nov. 13. & 17. & 68. §. 1. Reipsum hinc facile elicuerit, l. 1. C. Theod. de equis sacr. aliis quæ not. ad 128. §. ff. de pœnis.*

9 Etiam Constantinopolitanæ, *C. Synop. Basil. de 111. addit. C. Harm. l. §. 7.*

10 *Nov. 27. c. 2. & Nov. 61. §. 2.* Cassiodorus *in Formula præfecturæ urbanæ*, Consulibus suis omnes consulares fortunatum primo dicit.

11 *Tantum ex omnium parte derivaris.*

12 Ea de causa Capitolio. *In Formula* dicit, Præfectus urbi cum omnibus participasse sermonem.

13 Comiti R. privat. *Lib. C. Th. ad l. Jul. rep.* Comiti de Cisternis, *l. 15. C. Theod. de Tutor. l. 1.*

14 Corporati a corporibus. Corpus municipia, *C. Jus. Basil. 1. 12.*

15 Nudius, dicunt apud authorem *Synopseos, ad. aff. 22.*

16 Id est, primus, prior, missus adjutor.

17 Non intelligit lector *l. 3. de adv. diversi. judicum*, quæ Scripta est de advocatis Præfecturæ prætorianæ non arbitratur, sed aliam quandam. vid. *Cujac. 13. obs. 1.* 18 Curam epistolarum, *Cujac. ibid.* eam hæc cura nuncupatur inter officia præfecti urbi, & dicitur à Cassiodoro, Cura canonicarum epistolarum, *lib. 12.* 19 Alii legunt *matricule.* De matricula alias dixi.

TIT. XXIX.

DE OFFICIO MAGISTRI MILITUM. [20]

De provincialibus. De præfecturis.

1. Imppp. Valent. Gratian. & Theod. AAA. ad Ensignium P. P.

Viri Illustres Comites, & Magistri peditum, & equitum, in [21] provinciales nullam penitus habeant potestatem: nec amplissima Præfectura in militares viros.

De apparitoribus.

II. Impp. Honor. & Theod. AA. ad Hypatium Magistrum militum per Orientem.

Apparitores per Orientem statutos officii [22] tui ad aliud judicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, sive civiliter, sive criminaliter appetantur, eos litigare debere.

De his, qui ultra statutos militant. De tributariis collationibus.

III. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P.

Eos, qui [23] ultra statutos in officio Magisterii per Orientem potestatis militant, civilium quoque judicum sententiis super quolibet negotio subjacere [præcipimus:] ipsis quinetiam statutis in tributariis collationibus civilium quoque judicum dispositionibus proculdubio patituris.

De translatione militum.

IV. Imp. Anastasius A. Joan. Magistro militum per Illyricum.

Milites de locis, in quibus consistunt, ad [24] alia loca sine speciali nostræ Serenitatis auctoritate nullatenus transferri, præcipimus: ne eorum expensæ in locis, in quibus consistunt, minuantur. † Sed si forte quædam urgens & necessaria causa emerserit, utilitati ac securitati publicæ, tam amplissimam Prætorianam præfecturam, quam tuam sedem sine ulla procrastinatione propicere protinus oportet, & suggestiones ad nostras aures destinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi sunt, quam ea, ad quæ pervenire eos oportet: nominaque fortissimorum numerorum [25], in quibus iidem milites referuntur: nec non quantitatem annonarum; & ante omnia causam, ob quam iidem milites transferendi sunt: ut post talem suggestionem, à nostra auctoritate competentia procedant.

De Armenia & Ponto Polemoniaco, & gentibus.

V. Imp. Justinianus A. Zetæ Viro Illustri, Magistro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & [cæteras] gentes.

Cum propitia divinitate Romanum nobis sit delatum imperium: sollicita cura, canta diligentia pertractantes perspeximus oportere etiam partibus Armeniæ [26], & Ponto Polemoniaco [27] & gentibus proprium Magistrum militum per hanc legem constituere: tuamque magnitudinem, quæ nobis ex ante gestis optime commendata est, idoneam ad talem fore dignitatem confidentes eligimus: certasque Provincias, id est, magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes Anzitenam [28] videlicet, Ingilenam, Astyanenam [29], Sophenam [30], Sophonenam [31], in qua est Martyropolis [32], Belabitenam [33], & primam [34] & secundam [35] Armeniam, & Pontum Polemoniscum tuæ curæ cum suis Ducibus commisimus, comite Armeniæ penitus sublato: cunctosque subdimus numeros, non modo quos in præsenti novos constituimus, sed etiam de præsentalibus [36], & Orientalibus, & aliis agminibus segregatos, non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: sed quia plures eis addidimus fine Reipublicæ gravamine: & sine augmento sumptuum, aliquantos subtraximus: ita tamen, ut post hanc subtractionem ampliores remanserint, quam usque ad nostra felicia fuerant tempora.

Montano, hodie Turcomanis dicitur Mercatori & Gyravæ: Theretas scribit à Medopocamais, & Persis Thoura Areniποὲ, id est, montes Armeniæ: & à Nestorianis Zelbacibwa, id est, montes à lupis habitentus appellari. Verum mihi suspectus ille semper author est. 36 Præsentales militum magistri, qui in præsenti erant, *in aspectu, quartier ou service*: hoc est, Comitatui Principis juncti. *l. ult. §. 1. 7. 8. J. de re milit. l. 4. J. de appellationibus magist. milit.* Sic præsentales domestici, *l. 6. §. 3. J. de advoc. diversi. judicum. l. ult. J. de domest. & protectoribus.* Id est, obsequio Principis diurno deputati, *l. 13. J. de re milit.* Sic præsentales numeri, *l. 18. l. ult. in fin. J. de re milit.* & præsentes ordines apud Nicephor. 17. *Histor. 2.* & præsentalis cursus publici, in Notitia Imperii Romani: & ἐφήμερος τῶν ἀφορμῶν λόγος, *in Edict. 14. Justiniani.* vid. *Brissonium.*

TIT. XXX.

DE OFFICIO QUÆSTORIS. [37]

De minoris latercoli cura.

1. Imp. Theodos. A. Salustio Quæstori.

Votivus minoris [38] latercoli [39] curam scias ad tuæ Sublimitatis sollicitudinem pertinere: ita ut tuo arbitratu, & [40] scrinio memoriæ totius minoris latercoli dignitates, hoc [41] est, Præfecturæ, omnes Tribunatus, & Præposituræ castrorum, juxta consuetudinem priscam Clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. VI. Kal. Maji, *Constantinop.* Cazyno & Victore Conss. 424.

II. Idem A. Helioni Comiti & Magistro officiorum.

Omnes minores latercoli dignitates, quæ sub cura quidem ac sollicitudine viri illustris Quæstoris esse antea videbantur, postea [42] vero, vel universæ, vel mediæ ad Magistrorum militum potestatem, dispositionemque transferant; placuit nunc Clementiæ meæ, vetusti temporis more revocato, ad priscæ deinceps jura revocare. Dat. III. Kal. Maji suprascriptis Conss. 424.

De officiis & conditionibus non usurpandis.

III. Imp. Anastasius A. Eusebio Magistro officiorum.

Officia & conditiones, quæ pertinent ad viros devotos in sacro scrinio memoriæ militantes, nemini liceat sub quacunque occasione fine ulla divinæ subscriptionis liberalitate peragere: eo, quicunque in hoc fuerit postea facinore convictus, publicatione bonorum suorum mulctando: Officio quoque rectoris Provinciæ, in qua non allegato super gerenda sollicitudine sacro rescripto aliquis ausus fuerit eandem curam sibimet usurpare, trium librarum auri dispendio feriendo. Dat. Kal. Mart. *Constantinop.* Anastasio A. & Rufino Conss. 492.

37 *J. lib. XII. tit. VI. 1. D. XIII. Nov. 20. 6. Eclog. 6. addit. Nov. 41.*

38 Latercolo minori continebantur notitiæ minorum dignitatumque majoris majorum. Illi quæstor: huic primicerius notariorum & tributorum præerat. Per quæ rectores igitur Principes largiebantur minores dignitates. *Cassiodorus in formulis.* Quinimo Quæstori non hoc tantum munus fuit: per eum enim in Senatu orationes, epistolæ & libelli Principis recitabantur, & quia sæpe ex plebe (aliorum litteratorum penuria) assumebatur, honor & studus Quæstoria aridefebatur, ut ingredi senatum posset: lapsu temporis consilia Principum quæstores adfuerunt, & ad preces responderent; leges dictarunt: unde à Symmacho quæstor dicitur precum arbiter, & legum conditor: & à Cassiodoro 12. Principis imago, & vox & custos legum: & in Novell. Valent. *de homicid. casu fortuito.* Justitiæ & legum custos, sheluarum famæ publicæ, armarium legum. Idem postea κῆρυξ λογικὸς: novissimè Cancellarius, *Nicetas 7. Annal.* Quæstor ipse à Cassiodoro, dignitas litterarum dicitur, quod literatis tantum deferretur. vid. *Cujac. hic* de cancellario. vid. *Lucianus 3. plaid. 7. Papon. 3. Matth. 1. fol. 523. & Simancatibus, & 4. Alberic. 8.* 39 Latercolum dicitur, ducto nomine à quadrata figura: quasi πλινθίον. Galli, *le petit reale.* vid. *Cujac. hic.* 40 Exque scrinio. 41 Non dignitates ad eorum minoris latercoli pertinentes. 42 Munus latercolorum aliquando commissum fuit magistro militum: hodie quæstori.

TIT. XXXI.

DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORUM. [43]

De privilegiis servandis. De creationibus.

1. Imp. Constantinus A. ad Agentes in rebus.

Privilegia dudum scholæ vestræ indultis, [& integris reservatis, ad ducenariam [44], centenariam [45], & biarchiam [46] nemo suffragio, sed labore unusquisque perveniat: Principatum vero adipiscatur matricula [47] decurrente: ita ut ad curas agendas, & cursum illi exeant, quos ordo militiæ vocat [48], & ejus laborum adjutor. Præterea in [49] quo totius scholæ status, & magistri securitas constituta est, idoneus [50] probitate morum ac bonis artibus præditus, nostris per Magistrum obturibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio. PP. *Romæ* in foro Trajani.

43 *L. 2. J. in pr. J. ubi fiscal. leg. 38. J. de appellationibus, leg. 2. vers. Sin autem. J. de temporibus appellat. l. ult. J. de his qui per metum. l. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. 15. in Epigraphe. J. de proxim. sacror. scrin. leg. 1. 2. 3. 4. in Epigraphe. J. de agentibus. leg. 1. 2. in Epigraphe. J. de præsid. agentibus. l. 4. & in Epigraphe. J. de curiosis. leg. 3. l. 4. in Epigraphe. J. de castrensiis. Novellæ. C. Anthrof. 7. 1518. 53. Nicephorus 10. & alibi passim hoc*: aulicorum scilicet τῶν ἐν τῷ αὐλῷ τάξεων. Suidas in Theodosio: ἐγκύκλιοι τῶν βασιλικῶν, Theodorus. id est, ministrorum Principis, quarum mentio præterea: ministri Principis, ministeriani, cubicularii, silentiarii, decani: & breviter, difficilius morum ad cum in Palatio pertinebat. Senatores etiam in consistorium Principis inducebat, unde à Cassiodoro, donator aulici consistorii, quasi aliter lucifer appellatur. Curam primarem gerebat cursus publici, *l. 9. J. de cursu publico.* & fabricæ armorum, fabricensium limitis limitaneorum militum, militum supernumerariorum. vid. *Cujac. hic, & Petrum Faberum 1. Semestr. 5. 6* ita est in solus, plerisque Gallicorum magistratuum munus subsunt.

44 Vid. *l. 1. J. de excusat. milit.* 45 Vid. *l. 2. §. 17. J. de off. præf. prat. afr.* 46 *Dict. §. 17. vers. Item vice.* 47 Matricula, *Vid. l. ult. in fin. J. de off. præf. urb.* 48 *Al.* vocat. & labor. Adjutor præcones, &c. *Cujac. ad leg. 5. J. de principibus agentium in rebus. ut in leg. 20. C. Theod. de agentibus in rebus.* qui militiæ labore utique ordine decurrit, *l. 4. C. Theod. de curiosis.* quatenus laboris atque ordinis ad cursum dirigamini. 49 Secretius scholæ in probis scholaribus consistit. 50 *L. 5. J. reguand. Nov. 8. c. 10. §. 2. vers. Reapropter. Nov. 262. c. 1. segg.* Quis? adjutor.

De ordine militia servando.

11. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Patricium Magistrum officiorum.

NEmo agentium in rebus ordinem [1] militiæ, atque stipendia præveniat, etiamsi nostri nominis per obreptionem detulerit indultum: ac si quis formam admissi ejusmodi docebitur obtulisse: in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur: ut is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. PP. *Hadrumeti.*

De senatoribus & ducenariis.

111. Impp. Theodos. & Valent. AA. Pleitio [2] Comiti, & Magistro officiorum.

SCholarium nostrorum devotio probata à nostris parentibus, circa maximæ serenitatis nostræ affectionem emituit: Unde quidquid ad fovenda servandaque eorum privilegia postulatur, statim credidimus admittendum. Ideoque suggestionem tui culminis approbantes, viris spectabilibus Comitibus scholarum vetberandi, degradandive [3] Senatores & Ducenarios licentiam denegamus: Ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam.

De militum numero, castrorumque & clausurarum cura.

IV. Iidem AA. Nomo [4] Magistro officiorum.

CUræ tui [perpetui] culminis credimus injungendum: ut super omni limite sub tua jurisdictione constituto, quemadmodum se militum numerus habeat, castrorumque ac clausurarum [5] cura procedat, quotannis significare nobis propria suggestione procuret. Dat. 11. Id. Septemb. *Constantinop.* Maximo 11. & Patricio Conss. 443.

De creandis. 1. Vel subrogandis scholaribus. 2. De quadrimenstruo brevibus conscribendis.

V. Impp. Justin. & Justinian. AA. Tatiano Magistro officiorum.

JUbemus cum ad militiam devotissimorum scholarium de cætero pervenire, qui nostrum meruit judicium: nec licere pro tempore tui culminis administrationem habenti, sine hujusmodi probatoria [6] aliquem inter eosdem viros devotos scholares [7] suis referre præceptionibus: sed sciat is, qui sine sacro rescripto ad eandem pervenire militiam ausus fuerit, non solum ea se privari, verum etiam pœnæ viginti librarum auri subjici.

§. 1. Illud etiam observari de cætero volumus: ut si quis locus statusve Scholarium in quacunque schola vacaverit, ille subrogetur, quem nostra pietas per sacrum rescriptum vacantem subire locum præceperit. §. 2. Ad hæc quadrimenstruos [8] breves eorundem Scholarium cura tuæ Sublimitatis, & pro tempore viri excellentissimi Magistri officiorum conscribi volumus, & eos sacro scrinio latercului præstari, ibi deponendos: ut semper notitia eorundem Scholarium certa sit, neque publico damnum aliquod infligatur. Dat. x. Kalend. Maji, *Constantinop.* Mavortio V. C. Cos. 523.

Tit. XXXII.

DE OFFICIO COMITIS [9] SACRARUM LARGITIONUM. [10]

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Limenio [11] Comiti.

PAlatinis hæc cura debet esse præcipua, ut, periculo proprio Notariis destinatis, super negligentia Judicum (si ita res exegerit) conquerantur, ne eorum sit impunita desidia. §. 1. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis, quam utilitatibus publicis studere providerint: Breves etiam quadrimenstruos [12] ad officium palatinum noverint dirigendos: aurumque exactum ad sacras [13] largitiones sine ulla dilatione esse mittendum. Dat. III. Kal. Maji, Honorio VII. & Theodos. II. AA. Conss. 407.

9 Comes sacrarum largitionum olim præfectus ærario dicebatur. Sed vox Comitis omnibus postea magistratibus data, qui Principis comitatum observarent, & tandem ad omnes præpositos.

10 Comes sacrarum largitionum, Comes Thesaurorum Principis. Largitionum dicitur, quod ex thesauris quisque liberalitatem Principis expectet, quod ad exercendam liberalitatem destinati esse debeant. Huic Comiti suberant speciales comites largitionum, diffusi per provincias, comites metallorum, rationales summarum, præpositi thesaurorum, procuratores monetarum, procuratores Gynecearum, id est, textrinorum sacrorum, & similes. vid. *Cujac. hic.* ab eo præbebantur pondera auri, argenti, æris. *Novell.* 128. *cap.* 15. 11 *Limenius* hic idem postea PP. Galliarum fuisse videtur: cujus meminit Rutilius *lib.* 1. *pag.* 808. I. G. Eidem inscribitur *hic* 10. *J. de off. Rector. prov. Largitionalium.*

12 Vid. *l.* 1. *verf. Hæc etiam. J. de apoche.* 13 Vid. *l.* 1. *J. de census Largitionalium.*

Tit. XXXIII.

DE OFFICIO COMITIS [14] RERUM PRIVATARUM. [15]

De actis ad officium rei privatæ transmittendis.

1. Impp. Valent. & Valens AA. ad Honoratum Consularem Byzantii.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiscalis appareat, ad Officium rei privatæ tua Gravitas acta transmittat: ut instructione percepta, quid sibimet juris auxilio debeatur, agnoscat. Dat. VI. Kal. Januar. Valentin. & Valente AA. II. Conss. 368.

De thesaure. 1. De cautione præstanda. 2. De rebus nuntiatis ante sententiam ex scripto latam.

Lex hæc Græca à Cujacio primum edita ex lib. 60. Basil. & à Contio sub hoc titulo ita restituta.

MHτε ὁ κῆνσος ἢ ἰδιωτικὸς πατρικὸς, μήτε τις ἕτερος τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἢ πόλις ὑπαρχίας ἡγούμενος, τὸν ἐπὶ

14 Comes rerum privatarum videtur successisse in locum procuratoris rei privatæ seu patrimonii, de quo dixi in *l.* 89. *in fin. ff. de legatis* 1. Porro fit mentio hujus Comitis in *l. ult.* §. 2. *verf. Si quis. J. de adjeff. l. ult. J. de petit. hæredit.* *l.* 3. *J. de bonis vacantibus. l.* 1. *J. de advocatis diversi. judicum. l.* 64. *J. de decurionibus. Novell.* 128. *cap.* 25. *Nov.* 117. *cap.* 13. *verf. Porro circa fin. Nov.* 123. *cap.* 43. *in fin. Novell.* 124. *cap.* 3. *verf. Ipsum vero.*

15 Additur in editione Halandri, Sacri palatii, sacriquæ patrimonii. Sacri patrimonii fit mentio in *l.* 13. *de pr. J. de occupatione.* Res privatæ Principis, sunte separatæ ἀπὸ τῶν ἰδίων χρόνων τῶν βασιλίων, ut volunt interpretes Græci lib. 6. *Basilicor.* Suntne quæ dicuntur ἀδέσποτα, id est, res vacantes, ut vult Strabo? Suntne eo omnes, quando ita est, omnia censeri vel dici Principis, *l.* 3. *J. de quadrimenti præfc.* Rem ita quidam explicant, Tres fuisse Principis summas, Proprias & privatas Principis, *ut hic*: quasi proprias, ut fiscales, (quibus præerat Comes, cujus facta est mentio titulo superiore: fiscales tamen pertinent ad hunc titulum, *l.* 1. *J. eod. Novell.* 60. *cap.* 2. §. 1. *circa fin.*) destinatas ad epulas aulicas: hinc Comes sacri patrimonii. Puto id adumbrari quodammodo posse: si dicerimus Comitem, quo de hic agitur, à Gallis appellari, *le Thresorier & receveur du domaine*: cum de quo agitur titulo superiori, *Thresorier de l'Espargne*: cum vero cujus sit mentio, *J. tit. præc. Thresorier de la maison du Roy.* 16 Lex restituta à Cujacio *lib.* 60. *Basilic.* extat apud authorem Synopseos Basil. *lib. tit.* 1. *cap.* περὶ καθολικῶν ὑποθέσεων, &c.

προκειμένῳ κριθησομένοις ἀποδιδόσθω.

§. α'. Εἰ δέ τις ἐπὶ τῷ ἐπίτροπῳ Φωκαιλίῳ ἀφορισμένῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ ἐξόντος ἀδίκως ἐπὶ τοῦτο ἤγαγε τὸν ἀντίδικον.

§. β'. Καὶ μήτε σφραγὶς, ἢ ἀπογραφὴ, ἢ κατεπίσχεσις ὁ τυχὸν ἐπὶ τοῖς ἀφορισθεῖσι ἀφορισμοῖς ἀπὸ τοῦ ἐπιτρόπου πραχθήσεται ἀφ' ἑκάστου.

qui super 17 thesauro aliquem defert, admittat.

17 *L.* 7. *J. de Thesaurar.*

§. 1. Sed si super alio fiscali jure nuntiationem quis faciat, sub fidejussione mox non minus quinque librarum [auri] id fiat.

§. 2. Et ne quod sigillum, vel descriptio, vel alia ulla innovatio interveniat super rebus nuntiatis ante sententiam ex scripto latam.

Tit. XXXIV.

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PALATII [18].]

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Minervio Comiti rerum privat.

AD Palatinorum curam, & Rationalium officia, omnium rerum nostrarum, & totius perpetuarii [19], hoc est, emphyteuticarii juris exactio revertatur. Dat. Kalendis Januarii, *Mediolani*, Cæsario & Attico Conss. 397.

11. Iidem AA. Utsatio Comiti rer. privat.

SI quis Judicum vir illustris, vel Præfectus Urbi cognitionem Comitivæ rerum privatarum examini debitam, sibimet vindicandam censuerit, vel tuitionem contra ejusdem statuta sedis præstiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium ejus teneatur, quam decet in articulo [20] exigi, mansuetudinis nostræ ærario sociandam. Dat. VI. Idib. Aug. *Ravennæ*, Constantio, & Constantino [21] Conss. 414.

18 In editione Halandri non distinguitur hic titulus à titulo superiori. Cujacius legit De Officio Comitis sacri patrimonii. Ait tamen hunc titulum nullam habere legem Latinam, Græcam quidem habitâsse, sed quæ desideretur.

19 *Al.* perpetuarii vel emphyteuticarii. Cujac. *ad l.* 1. *J. de locatione pred.*

20 Vid. quæ not. *ad l.* 117. *ff. de reg. jur.*

21 Et Constante.

Tit. XXXV.

DE OFFICIO [22] PROCONSULIS [23], ET LEGATI. [24]

1. Imp. Constant. A. Æliano proconsuli Africæ.

LEgati non solum civiles, sed [25] etiam criminales causas audiant [26]: ita, ut, si sententiam in reos ferendam providerint, ad Proconsules eos transmittere non morentur.

22 L. D. tit. 6. *Rebg.* 1. adde *Nov.* 30. 103. Post illustres, de quibus superius egit, ad spectabiles descendit.

23 Proconsules mittebantur in provincias cum imperio consulari. *Salic.* 7. Proconsul, quantum ad nomen, proconsul: quantum ad potestatem consul. 24 Legatus proconsulis habebat propriam jurisdictionem [27] Cujacius ait, 7. *obs.* 21.

25 Idque ordinatione Augusti, *Suetonius*, *Strabo.* 26 Imo audire non possunt, *l.* 1. *in fin. ff. eod. l.* 1. §. 4. *ff. de suspectis tutoribus.*

[DE OFFICIO COMITIS SACRI PATRIMONII [27].]

1. Impp. Honor. & Theodos. AA. Simplicio Proconsuli Asiæ.

OFficium Hellespontiæ Consularis æternæ recordationis patrem Serenitatis nostræ adiit: & expositis suis incommodis, quibus à Vicariis [28] apparitoribus urgebatur, oravit sub tuæ Sublimitatis agere potestate, cujus allegationes humanæ proclivius pium Principem commoverunt: quod & nos obtinere censemus.

27 Hic titulus deest in editione Halandri: improbatur etiam à Cujacio.

28 Vicariusne à Vicario. Vicarium provinciarum tenes præfecturam prætorio in discessibus gerebant. In Oriente tres erant, Asiana, Pontica (de qua hic) & Thraciæ: Potuerunt esse & alii in Occidente, variis temporibus, ut Romæ, Africæ, & Hispaniarum: qua de re alibi dicam in edicto de Vicario Pontico. adde *l.* 1. & 2. *J. de off. vicarii*, *l. ult. verf. Et est notitia. J. de diverf. off.*

Tit. XXXVI.

DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS [29].

1. Imp. Leo A. Usco [30] P. P.

TItulos qui Alytarchiæ, & [31] Syriarchiæ [32] muneribus in prima Syria deputati sunt, per officia tam viri spectabilis Comitis Orientis, quam viri clarissimi Rectoris provinciæ flagitari præcipimus: Alytarchiæ quidem ludi, cura viri spectabilis Comitis Orientis, & ejus officio: Syriarchiæ vero, sollicitudine viri clarissimi moderantis provinciam [33], ejusque apparitoris exerceantur: Nullique penitus curialium, nec si voluerint, idem munus vel honorem subeundi licentia permittatur.

29 Sub Oriente Comite erant quindecim provinciæ, Palæstinæ tres, Syriæ duæ, Oriens, tres item, Cilicize duæ, Phœniciæ duæ, Cyprus, Euphratensis, Osrhoena, Mesopotamia, Hispania, Arabia, Augustamnica 1. & 2. vel 3.

30 Usco, *Hal.* Fusco, *Cujac.* 2. *obs.* 23. *al.* Uscio.

31 Liminarchiæ. *Certa in memorabilibus ita vocc Liminarchiæ.* Lyciarchiæ. *Hal.* & male, Quinquiarchiæ: (ut ex Notitia constat: non Orientis sed Asiæ erat diœcesseos. Neque interim dicas non fuisse Lyciarchem: quum vel ex Strabone lib. 14. constet à Lycia civitatibus eligi solitum: quo loco perperam Xylander vertit *Lyciæ Principem.* Porro Alytarcha fuit sacerdos Antiochiæ in Syria: in diœcesi vid. *Cujac.* 2. *obs.* 13. Alytarchæ sit mentio, *l. ult. J. de expenss. l.* 12. *C. Theod. de spectac.* *l. ult. C. Theod. de expens. lud.* 32 *L.* 1. *J. de naviculariis. l.* 5. §. 15. *ff. de exercitor. nav.*

33 Syriæ salutaris scil. Alytarchis ad Syriæ primæ, seu Antiochiæ præsidem, cujus metropolis Antiochia, Theophilis postea vocata à Justiniano, *Novell.* 7. *cap.* 8. *verf. Simili. Novell.* 124. Syriarchis vero ad Salutaris Syriæ præsidem. vid. *Cujac.* 8. *obs.* 21. adde eundem ad *Novell.* 8. & *lib.* 2. *obs.* 13. & *ad l.* 6. *ff. de exceff.*

Tit. XXXVII.

DE [34] OFFICIO PRÆFECTI [35] AUGUSTALIS [36].

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Florentio Præfecto Augustali.

OMnia tributa per Ægyptiacam diœcesim [37] cura, & providentia Claritatis tuæ à moderatoribus provinciarum exigi jubemus. Si qui tamen ex possessoribus, sive militaribus, sive non militaribus, ad inferenda quæ debentur, audaces exiterint, eos per militare etiam auxilium (si opus exegerit) ad solutionem compelli sancimus [38].

De judicibus ordinariis.

11. Impp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Rufino P. P.

PRæfectus [39] prætorio Augustali Ordinariorum sub se Judicum examinandi flagitia, & super his referendi [40], non amovendi, vel puniendi habeat potestatem.

34 L. D. tit.

35 Ne dicas præconsulis. Præsidibus enim Pulla refert, Fuisse consulares Alexandriam (*fuit* in fidei præfecti Augustalis ingressi non licuisse.

36 Id est, ab Augusto primum constituti in Ægypto provincia facta. *l.* 1. *J. de publicanis. l.* 35. §. 3. *J. de publicanis vectig. Tacit.* 12. *Dion.* 52. *Aurelius.* 3. *de cæsaribus. Mela.* Ægypti annos etiam numerabant ex fine mensis Augusti.

37 Sub cura Augustalis præfecti fuerant sex Provinciæ: Libyæ duæ, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Augustamnica. 38 Vid. *Cujac. ad l.* 1. *J. de exactor. trib.* 39 Præfectus Augustalis ordinariorum, &c. vid. *Cujac. hic.* 40 Suidas tamen de hoc prætore tradit, habuisse eum τὸν τῶν βασιλικῶν λόγον: fuisse. adde *Ammian.* 22. & *l.* 59. *J. de decurionibus.*

TIT. XXXVIII.

DE OFFICIO VICARII.[1]

Collatio vicariorum & comitum. De dignitate.

1. Impp. Valent. Valens & Gratianus, AAA. Antonio P. P.

IN [2] civilibus causis Vicarios [3] Comitibus militum convenit anteferri: in militaribus negotiis Comites Vicariis antreponi. Quotiens societas in judicando contigerit: priore loco Vicarius ponetur, Comes adjunctus accedat. Siquidem Præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antistet: & Vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere judicet [4] portionem, & sacræ cognitionis habeat potestatem, & judicationis nostræ soleat repræsentare reverentiam.

De relationibus.

11. Iidem AAA. ad Hesperium P. P.

RElationes [5] Vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram manuserudinem referantur: Relationes enim Judicum libenter audimus: ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta veluti profanorum preces à nostris adytis repellamus.

1 Vicarius pro Præfecto Prætorio mittebatur in trastum, vel diœcesin aliquam aliquot in se Provincias continentem. Diœcesis Thraciæ fuit. Postea undecim vel duodecim. Asiana undecim (teste Tiseardeto quinque, sed tamen Notitia imperii octo tantum adscribit.) Fuit etiam Macedonia, Roma, Italia (sub eo erant decem Provinciæ) Asiæ, Illyricum (singulis fuberant quinque provinciæ) Galliæ, Hispaniarum (singulis fuberant septem Provinciæ.) Religua vide apud Cujacium *hoc tit.* His adde quæ scripsi ad *l. un. T. de off. Com. sacr. patrim.* Goth. Vide Alciat. *Parador. lib. 2. c. 12.* Asc. Adde Covarr. *Miscellan. lib. 3. c. 19.* S.L. 2 Vicarii & Comitis militum. 3 Hos interdum & Græci appellant. *Synopsis Basilic.* 18. 4 Judicat *Hal.* 5 Vide sacra vicarii judices dicuntur, *ut hic*: & tamen ab his appellatur, non appellatur autem a Præfecto Prætorio. vid. Cujac. 16. *obs.* 2. ubi probat ab his, qui vice sacra judicant, appelari posse.

TIT. XXXIX.

DE [6] OFFICIO PRÆTORUM.[7]

De jurisdictione.

1. Imp. Constantinus A. ad Senatum.

PRætori [8] defertur hæc jurisdictio, sanctissimis nobis, ut liberale negotium ipse disceptator examinet. Sane [9] interponi ab eo decreta [10] convenit; ut sive in integrum restitutio referenda est, probatis duntaxat causis, ab eodem [etiam] interponatur decretum: [seu] tutoris dandi, seu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpositio decretorum: quippe cum apud [11] eum [12] quoque adipisci debeat patronorum judicio sedula servitus libertatem. Nec sane debita filiorum votis patrum vota cessabunt, ut patenti [13] copia liberos suos exuant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cum sese intelligant his obsequii plus debere, [à] quibus sese meminerint sactis vinculis exutos. Dat. [14] VI. Kal. Januar. Eusebio & Hypatio Conss. 359.

De creatione. De sumptibus.

II. Impp. Valent. & Mart. AA. Tatiano P. P.

TRes [15] tantummodo Prætores electæ opinionis in hac urbe [16] per singulos annos judicio Senatus [17] præcipimus ordinari: qui competentes causas, & debitos actus integre discepture atque tractare debebunt: ut hi tantum tres ex his qui proprium larem in [18] hac alma urbe habeant, non ex provinciis eligantur. Nec siquis forte propter alias causas ad hanc urbem de provinciis venerit, ad Prætur æ munus efferatur, sed hi tantummodo (ut dictum est) qui hic domicilium fovent: ita tamen, ut nec ipsi sumptus [19] quosdam inferre cogantur inviti [20], sed habeant spontaneum liberalitatis arbitrium. Dat. XV. Kal. Januar. *Constantinop.* Valentiano VII. & Aviano Conss. 450.

6 Adde *tit. C. Th. de Prætorib. lib. 6. tit. 4.* 7 XII. *lib. 2. J. ad l. F. 14.* Cujacius legit, *Prætorio adde Nov. 13. 25. 26. 29. 104.* Cujac. putat hic jusium duci magistratuum clarissimorum. 8 *L. 28. C. Theod.* 9 *L. 4. J. de minoribus.* 10 Observa casus, *in* quibus olim prætor cognoscebat. 11 Decretorum interpositio propria pertinet ad Constantinianum prætorem; de quo vide quæ dicam J. *adde Cujac. 7. obs. 23.* 12 *Ulpian. 1. §. 7.* 13 Patrone. 14 III. *C. Theod.* 15 *L. tres tantummodo, l. 3. T. de epist. and.* pars *l. 1. de prætorian.* Flavitis, Constantianus, *Leo. J. de prætor.* tranquillis, *leg. 3. l. 13. l. 25. C. Theod. de Prætorib. lib. 6.* interdum habuit quatuor, interdum quinque, interdum octo, Constantianum, Constantianum, Theodosium, Arcadium, Triumphalem, Augustalem, Romanum, Laurentium. *L. 24. C. Th. eod.* In antiqua Roma primis temporibus fuerunt octodecim, *l. 2. §. 34. ff. de orig. jurie.* adde quæ scripsi ad *Theod. §. 29. Inst. de leg.* 16 Constantinopolitana scil. 17 Olim prætoris defignatio, & nominatio Senatoribus erat concessa, *l. 13. 26. 27. C. Th. eod.* sed hanc legem abrogavit Leo, *Novell. 47.* 18 Extranei ad dignitates non sunt promovendi. vide tamen quæ dicam J. *ut nulli patrie sue.* 19 *L. 2. J. de pretoris.* Olim prætores cogebantur ad certos sumptus faciendos, vel in urbis fabricas, vel in populi voluptatem. *l. 5. §. 10. ff. commodati. Plutarchus in Rom.*: adde *Lipsium lib. de glad. cap. 9.* 20 Ad hoc olim etiam coacti quæstores. *Lamprid. in Alex. Severo*, Quæstores candidatos ex sua pecunia jussit munera populo dare. Vid. *Lipsium d. loco, fol. 35.*

TIT. XL.

DE [21] OFFICIO RECTORIS PROVINCIÆ.

De causa falsi, & de proprietate.

1. Imp. Alexand. A. Juliano.

POTEST [22] de falso causam cognoscens Præses provinciæ, incidentem [23] proprietatis quæstionem dirimere. Dat. VI. Kalend. April. Maximo II. [24] & Urbano Conss. 225.

De potentior. insolentia.

II. Imp. Constantin. A. ad Maximianum Præsid. provinc.

PRæsides provinciarum oportet, si quis potentiorum extiterit insolentior, & ipsi vindicare non [25] possunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt; de ejus nomine ad nos, aut certe ad Prætorianæ Præfecturæ scientiam referre: quo providetur, qualiter publicæ disciplinæ, & læsis tenuioribus consulatur. Dat. V. Kal. Maij, Probiano & Juliano Conss. 322.

De acclamationibus, & accusationibus judicum.

III. Idem A. ad provinciales.

JUstissimos & vigilantissimos Judices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus [26]: & e contrario injustos, & maleficos querelarum vocibus accusandi, ut censuræ nostræ vigor eos absumat. Nam si veræ voces sint, nec ad libidinem per clientelas effusæ, diligenter investigabimus: Præfectis prætorio, & Comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* Basso & Ablavio Conss. 331.

De officialibus præfectorum.

IV. Idem A. ad Periclem Præsidem.

IN officiales Præfectorum cursum [27] publicum laniantes, vel prava contra utilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus potestatem: ita ut Præfectos de eorum culpa facias certiores. Dat. X. Kal. Novemb. *Nicopoli*, Constantio & Albino Conss. 335.

21 I. *C. Th. 61. l. 2. XVIII.* adde *Novell. 24. 25. 29. 104. 112.* Rectores unius provinciæ erant, vel præsides, vel correctores, vel consulares, erant sub eis rectores, quibus plures provinciæ demandabantur, ut Proconsulibus, Comitis Orientis, Præfecti Augustalis Ordinarii & publici judices etiam appellantur, & à Græcis ἡγεμόνες, *Novell. 30. 4. J. & 111. cap. 3. in pr. vers. jubemus*, & frustra interdum ab imperatoribus in subscriptionibus constitutionum ad eos directarum. vid. *Cujac. hic.* 22 *L. 1. de ordine jud. l. 26. J. de adult.* 23 Reponendum. 24 Malim *Præf. Prat.* 25 Præsidis provinciæ vices interdum sedentibus non sunt pares, exemplum vide apud Ammianum *lib. 6.* Brachium, ut ita loquamur, Præfecti Prætorio *vel similis.* 26 *Magis publice.*

De majoribus & minoribus judicibus.

V. Impp. Valent. & Valens AA. ad Apronianum Præf. urbi.

POtioris gradus judicibus ab inferioribus competens reverentia [28] tribuatur. Sed ubi publica tractatur utilitas, etsi [29] minor Judex veritatem investigaverit, nulla majori irrogatur injuria. Sane qui insignia dignitatis ad hoc exercet, ut indignis injuriis existimet adficiendos eos, qui officia cum potestate moderantur, non declinabit nostræ indignationis aculeos. Dat. V. Kal. Jun. Arinthæo & Modesto Conss. 372.

De hymnatione.

VI. Imppp. Valent. Grat. & Theod. AAA. Cynegio P. P.

CIvitas Phodiorum [30] injuriam suam non tam decenter, quam sero conquesta est: Unde inviolabili observatione sancimus, ut quoniam tempore hyemis [31] navigatio sæpe periculosa est, [&] semper incerta: in illis quinque [32] urbibus, quæ [33] potiores esse cæteris asseruntur, vicissim hyemandum sibi Judices recognoscant. Quod si cuiquam tale exisset ingenium, ut præcepta nostra contemnat, quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab ejus Officio, si aliter factum fuerit, fisci nostri juribus inferantur.

De eo, qui ex vestura delegationis titulo profligavit.

VII. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Cynegio P. P.

QUi ordinariam [34] gesserit dignitatem, quicquid ex venturæ delegationis titulis profligaverit: cum dispendio pudoris atque fortunæ de propriis facultatibus intra provinciarum positus inferre debebit. Dat. VII. Kalend. Jun. *Constantinopoli*, Honorio nobiliss. puero & Evodio Conss. 386.

28 Vide *l. 2. J. de off. diversi. judicum.* 29 Majoribus judicibus officio suo non fungentibus minores partibus eorum possunt se immiscere. 30 Rhodiorum, *Hal.* In errore natus est ex Græca littera P. accepta pro Latina R. ut jo illo Lucilii versu apud Terentianum Maurum, Apes apes Græci ut faciunt: Martialis 9. *epigr. 12.* loquens de Græcia, *& quæ hyemi dicit sonare.* Vide *Cujac. 16. obs. 6.* Simili errore, *Arbam* pro *Lesbum* legitur *in Novell. 78. in fin.* 31 De mense Januario ita præcepit Aratus, *ut nemo navigaret, ante diem nonum Kalendas Februarias, quod dicunt Hesiodeum, quia Hesiodus ita præcepisset.* & Cicero, *hoc caveto Ponto facilius committere noxia.* Et Festus Avienus, *Non tuta nobis longa phasellis fides Mensura tentatur, non tam fretis turbida pontus, Quia potest.* 32 Cujacius *hæc* refert ad quinque metropoles quinque provinciarum, quibus præerat Quæstor exercitus, ut sit sensus, Quæstores exercitus uno anno hybernare in Rhodo, ibique audire causas appellationum; alio in Cypro, & sic deinceps in aliis, quod tamen aliter definitur *Novella 41.* adde *Novell. 50.* 33 *L. 1. J. ut omnes judices, tam civiles*, id est, quæ sunt metropoles: Potiores enim urbium eum dicit, metropoles oftendit, *ut 4. §. 9. ff. de Lusoria.* 34 Puta Præsidis, consularis, correctoris. 35 Præfectianus. Præfecti Prætorio apparitor. vid. *l. 2. l. 3. J. de appellationibus Præfecti Prætorio*: adde *leges unicam C. Theod.* Ne præfectianus exactoris, vel curiosi vel horreorum custodis fungatur officio, *lib. 12. tit. 10.* 36 Miles intercessoris, id est, executoris muneris fungi non potest, *l. 5. J. de jurisdictione, omn. de* intercessore dixi ad *l. 7. J. quæ res pign.* 37 *Synod. Basil. 6. cap. 80.* Constantinopolim. 38 Palatinus, domesticus Principis, *Comes. 4. c. 15. num. 4.* & malè. Pertinet enim ad Comitem sacrarum largitionum, vel rerum privatarum, *ut hic.* Ejus partes erant urgere, instare, monere, ne quid adversus chartularios attentaretur. *Cujac. ad l. 2. l. 3. J. de comm. largition. tit.* 39 *L. ult. C. Th. eod.* 40 Potentium. *C. Theod. 2. tit. 6. l. ult.* 41 Id est, indignationem. *ut l. 24. J. de solitis. l. 20. ff. communi dividundo*: vide *Cujac. 13. obs. 29.* 42 *L. 12. l. 13. l. 14. J. de cohortalibus.* 43 Prætoria non sunt villæ, ut putat Rhenanus apud Tertullianum *lib. ad Scapulam*, sed domus magnifice Præsidum, Judicumque causa in urbibus extructæ. *l. 33. V. de episcop. l. 4. J. de ep. pub. l. 3. J. de mun. l. ult. Cod. Theodosian. de off. comm. jud. Novell. 24. in princ.* Vopiscus in Aureliano, Forum nominis sui in Ostiensi ad mare fundare cœpit, in quo postea prætorium publicum constitutum. *Prætorium* etiam veteres appellarunt partem villæ latius ædificatam, & patrifamilias habitationi relictam, *l. 12. ff. de usu, l. 2. ff. de servit. rust.* Vide *l. 198. ff. de verb. signif.* 44 *L. 3. J. de mutat.* 45 Vide J. *de curatore in quib. loco.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TIT. XLI.

UT NULLI [1] PATRIÆ SUÆ ADMINISTRATIO [2] SINE [3] SPECIALI PERMISSU PRINCIPIS PERMITTATUR [4].

* *Græca constitutio Anastasii* [5] *Imper. ut scribit Jac. Cujac. ad Paul.* lib. 5. sent. tit. 12. *qui tamen putat esse const. ult. tit. De offic. rectoris provinciæ: at nos aliter sentimus, multi & auctoritate librorum veterum, qui novam Rubricam manu scriptam post illum titul. desiderant habent, & Græcorum interpretum consensu, qui ad* lib. ult. inf. de crim. sacrileg. *hunc titul. numerant* 41. *lib.* 1. *Cod. In eadem est & iam nobilissimi sententia præstantissimus Aut. Aug. Caterum credendum, eadem hac constitutione fuisse cautum, quod superadicta* ult. constit. tit. de crim. sacrileg. *continetur.*

1 Si quis provincialis a Principe pecuniæ administrationis officium in sua provincia, sacrilegii tenetur: nihil ultrò Princeps cum magistratum decernit. *Symmach. Basil.* 2. *περὶ ἀκεραίων, Græc. adde l.* 14. *T. tit. prox. l. ult. T. de crimin. sacrileg. & ibi not.*

2 Etiam fiscalis & adiectoria. *l.* 10. *T. de adiectoriis. l.* 1. *C. Theod. eod. l.* 3. *T. de decurs. & ibi adde l.* 3. *ff. de adiectoriis. adde l.* 38. *ff. ex quib. caus. major.* sic legimus Casiodorum patriæ suæ Lucaniæ & Bruttiorum correctorem fuisse. *Cassiodor. l. Var.* 4 Ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur. *Paul. 5. sent.* 12. §. 5. Idem constitutum fuerat a Philippo Pulchro anno 1302. & Carolo V. an. 1366. Gallorum regibus: adeo ut ex eorum Constitutione, multi privarentur senatorio munere, quod Parisienses essent. Vid. *Papon. 3. notar. 8. cap. des premisses d'office, fol.* 604. id tamen hodie non observatur, videtur autem niti *l.* 17. §. 4. *ff. ad municipal.* quæ vult in dignitatibus conferendis originarium præferri. Cæterum extraneus dignitatis non est capax. *l. ult. T. de offic. præt.* Hoc ita est, si modò omnino extraneus sit: quales utique non sunt qui eidem Principi sunt subjecti. 5 Ante Anastasium versatissima lex reperitur Antonini apud Xiphilinum, *ρᾴδιον ἐν τῷ βίῳ τοῦ Ἀδριανοῦ ἰδεῖν.*

TIT. XLII.

DE [6] QUADRIMENSTRUIS [7] BREVIBUS [8].

* *Græca constitutio deest.*

Hunc titulum disere ita scriptum in veteribus libris, & à nomine adhuc recentiorum animadversum intercepta restitui, ut qui & hoc loco opportune sit insertus. Putat quidem Jacobus Cujac. vir doctissimus, eum fuisse additum tit. De apochis lib. 10. *quia & quadrimenstruarum brevium l.* 1. *illius tit. mentio fit, sed idcirco non fuit adiicitus, quia hic jam proprio fuerat loco collocatus. Extat simile tit. l.* 11. *C. Theodosiani tit.* 25. *De quadrimenstr. brevib. & sub eo constit. singul. Theodosii, Arcadii, & Honorii A. A. A.* Cont.

6 Adde *l. unicam C. Theod. de petrit. damno Augusta lib.* 10. *tit.* 25.

7 *L.* 2. *vers. Hæc etiam. T. de apochis.* Vide *l.* 1. *T. de off. com. sacror. larg. l. pen. C. de annona largit. cicubiorum.* Quadrimenstrui dicuntur, quod quarto quoque mensis concludantur. Tribus enim pensionibus annis cujusque indictiones solvebantur. *l. ult. T. de annonis, l.* 15. *l.* 16. *C. Theod. eod. tit.* Cassiodorus, ut crimi illationem devotus possessor suam compleat functionem. Idem 12. *variar.* Expensarum fidelem notitiam quatuor mensibus comprehensam. Hi breves a chartulariis conficiebantur, & ad officia Palatii, aut Prætecti Prætorio transmittebantur. vid. *Cujac. de apochis.* 8 Breves, brubia, *βρᾶχυ*, brevicula. *Tomar. in constit. Carthag.* Anna *Alexand.* 6. *Juliani epist. ad commun. Judæorum. l. ult. T. de contrahenda fidei dubitantibus, l.* 1. *T. de apostat.* sunt chartulæ breves.

TIT. XLIII.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILUM [9].

1. Impp. Theod. & Arcad. AA. Nepthidio Præfecto urbis.

PRÆFECTI Vigilum hujus urbis nihil de capitalibus causis [10] sua auctoritate statuere debent: sed si quid hujusmodi evenerit, Culmini tuæ potestatis referre: ut de memoratis causis celsiore sententia judicetur.

9 *L. d.* 25. *περὶ τῶν ἐγκλημάτων τῶν ἀφορώντων τὴν ἀρχὴν τῶν νυκτοφυλάκων, Nov.* 13. *περὶ νυκτοφυλάκων ἵνα μηδὲν ἀφῶσι ἄκριτον. l. un. C. Theod. eod.* Ideo dicitur obscurus judex, arbiter silentiosus incendiariorum & furum Indagator. Eleganter Cassiodorus 7. variarum 7. de præfecto vigilum, Furta eum facere in furibus, dum illos noctu circumvenit. 10 Gravioribus scil. & in liberos. vid. *Novell.* 13.

TIT. XLIV.

DE OFFICIO PRÆFECTI [11] ANNONÆ [12].

Græca constitutio sub hoc tit. miniato deesse notatur in manuscriptis. Hoc igitur pacto restituta quinque tit. in hoc primo lib. C. qui antea deerant (id est, tit. De offic. Comitis sacri patrimon. tit. De offic. Vicarii, qui in omnibus manuscriptis extat. tit. Ut nulli patria sua administratio, &c. tit. De quadrimenstr. brevib. & tit. De offic. præf. annon.) perpulchre numerus tit. hujus lib. per omnia convenit cum numero Græcorum: quos duos numeros conciliare anxiè studuit Aut. Aug. nec tamen præstare potuit. Cont.

11 Præfectus annonæ extra ordinem pro tempore & necessitate exigente constituebatur.

12 Præfectus annonæ inter cætera per officinas pistorum discurrebat, pensasque & mundicias panis exigebat. *Cassiodor 6. variar.* 18. *Cujac. in hunc tit.* Cognoscebat etiam criminaliter de his quæ ad annonam pertinebant. vid.

TIT. XLV.

DE [13] OFFICIO CIVILIUM [14] JUDICUM.

De honoratis litigantibus.

1. Imppp. Arcad. Theod. & Honor. AAA. Curtio P. P.

HONORATI [15], qui litem habere noscuntur, his horis [vel temporibus [16]] quibus causarum, vel merita, vel fata [17] panduntur [18], residendi [19] cum Judicibus non habeant facultatem. Dat. III. [20] Non. Febr. *Ravennæ* [21], Basso & Philip. Coss. 408.

De publicis functionibus.

11. Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P. P.

SI quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo se defendere tentet munimine: adeat Judicem, & promat, quæ duxerit adferenda. Quem si Judex (quod non [22] arbitramur) minus audire maluerit, ipse quidem administrator triginta librarum auri, apparitor vero ejus quinquaginta feriatur dispendio. Dat. XIII. Kal. August. *Constantinop.* Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Coss. 409.

13 Extat Col. Theod. *l. tit.* 7.

14 Civiles judices opponuntur militaribus: de quibus *T. tit. prox.* adde 1. *C. Th. eod.*

15 *L.* 1. *C. Th. eod.*

16 Nec enim omnibus temporibus judices adiri poterant, puta meridianis horis, *l. un. C. Th. eod.* Idem autem constituerant Valens, Gratianus, & Valentinianus, *ibid.* Ne quis domum Judicis ordinarii postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet. Hujusmodi leges judiciarias Augustus tulit, quas *edictas* Macrobius vocat 1. *Saturn.* 10. in his inter cætera cautum erat, ne reus vel accusator domum judicis ingrederetur. Idem observatum fuisse in actore Cujacius existimat 6. *observ.* 34. ubi tractat de legibus judiciariis. 17 Facta. vide *Cujac.* 16. *obs.* 9. *T. ubi fenatoris.* 18 Vide quæ dicam ad *l.* 2. *ibid.* Sedendi quoque in alia secretaria parte 19 Pendentur. *l. unic. C. Theod. eod.* 20 III. *C. Theod.* 21 Romæ 22 Præsumitur pro judicis fide: de qua præsumptione. vid. *Alciat.* 3. *Cod. Theodos.* rectius. *præs.* 9.

TIT. XLVI.

DE OFFICIO MILITARIUM JUDICUM [23].

De negotiis privatorum.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Magistris & Comitibus utriusque [24] militiæ.

NUNQUAM [25] omnino in [26] negotiis privatorum [27] vel tutio militaris, vel executio tribuatur. Dat. Prid. Id. Februar. *Constantinop.* Theod. A. III. & Hasundantio Coss. 393.

23 *l. C. Theod.* 8. Militares judices opponuntur civilibus, de quibus dictum est tit. superiore.

24 *L. un. Cod. Theod. eod.* videtur intellexere comites militum Orientis: quorum unus in Ægypto, alter per Isauriam. *l.* 1. *T. de off. vicar. l.* 6. *T. de assessorib. & tit. prox. T. eod. de vel milit. comitib.* 25 *L. un. C. Theod. eod.* 26 *L.* 2. *T. eod. l.* 7. *de offic. rect. provin. l. Harmon.* 4. 27 Vide *pragmaticam Justiniani cap.* 23. *l.* 2. *T. si à non competente judice.*

De foro competenti.

11. Impp. Honor. & Theod. AA. Monachio P. P.

PRæcipimus, ne [28] quando curiales [29] vel privatæ conditionis homines ad militare exhibeantur judicium [30], vel contra se agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogantur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri adversus Comitianum [31] officium proponi decernimus, si quid contra hoc aliquando tentaverit. Dat. VI. Kal. Sept. Theod. A. VII. & Palladio Coss. 416.

De his, qui in virorum spectabilium ducum officiis militare averunt.

III. Impp. Theod. & Valent. AA. Anatolio magistro militum.

NEmo de his qui in virorum spectabilium ducum officiis militaverit, scholæ agentium in rebus quacunque subreptione post completam militiam societur, nec agendi vices viri clarissimi Principis accipiat facultatem. Si quis autem adversus hæc nostræ perennitatis decreta venire conetur: militia spoliatus, proscriptionis pœna pro parte bonorum tertia constringatur. Dat. V. Kalend. Februarias, *Constantinopoli*, Maximo II. & Paterio Coss. 443.

De ducibus militum.

IV. Iidem AA. Nomo [32] magistro officiorum.

DUces militum [33] & præcipue, quibus gentes [34], quæ maxime cavendæ sunt, appropinquant, in ipsis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magisteriis potestatibus, diuturnisque eorum exercitationibus inhærere præcipimus. Castrorum quinetiam refectionis [lustrationisque [35]] curam habeant. Quibus cum Principibus castrorumque præpositis, pro laborum vicissitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, distribuendam videlicet inter eos magisteriæ [36] potestatis arbitrio, deputamus. Dat. II. Id. Septemb. *Constantinop.* Maximo II. & Paterio Coss. 443.

* *Constitutio Græca.*

Lusoriorum censet legendum Salmasius, teste *Gron. Flor. Sparf. hic. T. L. tit. l. ult. T. ubi quis de curiali l.* 3. *in pr. T. ubi senatores, l.* 10. *T. de fide Instrum. l.* 3. 33. *l.* 38. *de Appellat. Goth.* Adde *l.* 2. §. 37. *& §.* 24. *T. de offic. præf. præt. Afric. l.* 19. *T. de Agricol. & mancip. l.* 17. 18. *T. de re militari & l.* 57. *ff. de verb. signif.* S. L. Magisterium militare, *l.* 25. *T. de procuratoribus.* Suid. *μαγιστρίκιον ἀξίωμα.*

28 Id est, ne quando omnino, *l. unic. C. Th. eod.*

29 Id est, adscripti curiis civitatum.

30 Id est, fieri, ut sit forum: Pergamum non cogi in foro militari litigare. *l.* 1. *T. de off. magist. milit. l.* 42. *T. de decur. Novell.* 145.

31 Comitianum officium hic, id est, a comitiva militum, de quibus dixi in epitaphio *l.* 1. *T. eod. officialibus.*

32 Nomo, vid. *l.* 4. *T. de off. magist. off.*

33 *Id.* limitum, ut in *l.* 2. §. 30. *T. de offic. præf. præt. Afric.* pro limitis legitur militis.

34 Ut Sophonem Ruffinum, & alios: de quibus vid. *l. ult. T. de offic. magist. militum.*

35 Quidam legunt *lustrorum*; alii, *lustrationis*: Cujacius vero 3. *obs.* 34. *classicorum. vel l.* 4. *T. de offic. magist. off.* Goth.

36 *L.* 6. *T. de jurisdict. omn. judic. l.* 33. *T. de Appellat. & mitt. ibi.* Goth. Adde *l.* 2. §. 37. *& §.* 24. *T. de offic. præf. præt. Afric. l.* 19. *T. de Agricol. & mancip. l.* 17. 18. *T. de re militari & l.* 57. *ff. de verb. signif.* S. L. Magisterium militare, *l.* 25. *T. de procuratoribus.* Suid. *μαγιστρίκιον ἀξίωμα.*

TIT. XLVII.

NE REI MILITARIS COMITIBUS [37] VEL TRIBUNIS LAVACRA PRÆSTENTUR.

1. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Anthemio P. P.

QUEMDAM inquietudinem à cuniis & civitatibus præcipimus prohiberi: nec ulla privata ab his succendi balnea ad Tribunorum, vel ducum, aliorumve [38] militarium comitum usus: nec adærationem aliquam pro hac causa profligari. Illustribus enim tantummodo viris comitibus ac magistris militum (si tamen id voluerint) hoc ministerium indulgemus: dupli pœna violatoribus hujus sanctionis imminente. Dat. V. Kal. Decemb. Arcadio A. VI. & Probo Coss. 406.

37 Dixi ad epigraphen legis 1. *T. tit. de offic. milit. jud.*

38 Aliorumve comitum, &c. *l.* 2. *C. Theod. eod. vid. Cujac. hic.*

TIT. XLVIII.

DE OFFICIO DIVERSORUM [39] JUDICUM.

De mulieribus.

1. Imp. Const. ad Domitium Celsum Vicarium.

NEMO [40] judex [aliquem] officialem ad eam domum, in qua materfamilias [41] degit, cum aliquo præcepto existimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat: cum certum sit debita ejus, quæ intra domum confiderato sexu semet contineat, domus ejus vel cujuscunque rei habita distractione, publicis [42] necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. IV. Id. August. Sabino & Rufino Coss. 316.

In Authent. ut nulli jud. §. necessarium. col. 9. tit. 17. al. 9. seu Novell. 134. cap. 9.

SEd hodie nova jure pro fiscalibus vel privatis debitis nulla mulier debet includi: sed ad judicem veniet per se vel per procuratorem suum: vel mittat unum vel alterum, quatenus negotium legitime exequantur. Si contra factum fuerit, majores judices viginti librarum auri, minores decem puniantur. Obedientes autem ex cingulo stoliabuntur, & pœnis subjacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.

De honore viris celsioribus deferendo.

11. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Principium P. V.

SInguli quique judices sciant, celsioribus viris, & his quorum nonnunquam judicio provehuntur, honorificentiam [43] debitam esse præstandam, nec in proscriptionibus suis [44]: fratres audeant nominare: appetitione multanda, cujus hæc est cura. Dat. Id. Februar. Richomere & Clearcho Coss. 384.

III. Iidem AAA. Constantino [45] PP. Gallianum.

SCiant principes, & comiciarii [46] & primates [47] officiorum, & judices etiam, ternas libras auri à suis facultatibus eruendas, si honoratis [48] viris (quibus etiam consistorium [49] nostrum ingrediendi facultas præbetur) secretadi judicum non patuerit ingressus, aut reverentia [50] non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum judice societas denegata. Dat. V. Id. Novemb. Tyberiade [51], Timasio & Promoto Coss. 389.

39 Id est, & Scribarum & militarium omnium, *l. C. Theod.* 9.

40 *L.* 1. *C. Th. eod.*

41 Vide ad hanc legem Socinum *reg.* 319. Meræ carceres patiuntur. Mulieres invitæ ab aspectibus domo abstrahi, & in publicum educi non possunt. In causis criminalibus defensoribus committuntur, vel juratoriæ cautioni: vel si grave crimen intenditur, custodiæ inclusum. vid. *Wesenbec. 124. cap. 15. & ibi Cujac.* Ad hæc, & sua puniri non trahendæ facinus constituit. vid. *l. un. T. quando Imperator.* hoc hodie desitum.

42 Quid si filiæ debeat. vide *Authenticum præsentem T.*

43 *L.* 3. *T. ad l. Jul. repetund. l. T. de offic. rector. provinc.*

44 Superstitionibus.

45 Constantino *in Cod. Theodos. l.* 8. *de decurion. l.* 4. *fol.* 170. *& l.* 4. *de legat. Sacrof. Aut.* Constantio *in l.* 5. *de proximis, sacris defunctis.*

46 Græcis λογοθέται *τοῦ στρατιωτικοῦ, Symmach. Basil.* 6. *tit. l.* 1. *C.* 124. officiales qui adsunt comitibus sacrarum, vide *l.* 22. *T. de procur. Cæsar. & familiar.*

47 Of viri spectabiles, *Symmach. Basil. ibid.* 48 Hi clarissimi, *Symmach. Basil. ibid.* 49 Honorati consistorium Principis ingrediuntur. Porro consistorium ad curiam Principis refertur, ab eo autem discedunt Consistoriani, *l.* 1. *T. de comitibus consistor.* Consistoriani, id est, comites consistorii. *l.* 2. *T. eod.* 50 *Verecundiæ, vel C. Theod.* 51 Tiberiade, *vel* Tyberiade.

TIT. XLIX.

UT [1] OMNES JUDICES TAM CIVILES QUAM MILITARES POST ADMINISTRATIONEM [2] DEPOSITAM QUINQUAGINTA DIES IN CIVITATIBUS [3] VEL CERTIS LOCIS [4] PERMANEANT.

1. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P.

NEMO ex viris clarissimis Præfidibus provinciarum, vel Consularibus, aut Correctoribus, vel qui administrationis majoris insulas [5] meruerint [6], id est, Viri spectabiles [7] Proconsules, aut Præfectus Augustalis, aut Comes Orientis, aut cujuslibet tractus Vicarius, aut quicunque Dux, vel Comes cujuslibet [8] militis, vel divinarum [9] Comes domorum, postquam sibi successum fuerit, audeat excedere de locis, quos texisse noscitur, antequam quinquaginta dierum constitutus numerus finiatur: Sed per id tempus Præsides quidem, & Consulares, nec non Correctores [10] in metropoli: Spectabiles vero judices tam civiles quam militares in civitatibus administratæ diœceseos illustrioribus [11], publice, non domi, vel intra sacrosanctos [12] terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, sed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernaverant, ora versentur: ut pateat omnibus facultas libera super furtis, aut criminibus querimoniam commovendi: ita ut ab omni defensus injuria provitione post eum administrationis, ac periculo Officii, nec minus curialium, & defensoris civitatis, juratoriæ tantum cautioni commissus, postquam fuerit in querimoniam devocatus, pulsare volentibus (ut dictum est) pro legum ratione respondeat. Nec ullam ante præfinitum tempus de provincia discedendi excusationem ei tribuat vel divinæ [13] vocis copia, vel codicilli alterius administrationis oblati, vel præceptum Amplissimæ tuæ Sedis, ut alterius provinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius civilis vel militaris cujuscunque potestatis, ut quandocunque sollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut postremo cujuslibet artis astutia, cujuscunque occasionis excogitata calliditas excludatur: ut modis omnibus, quæ pro universarum provinciarum salute sancimus, sortiantur effectum. Quod si quis temeritate punienda saluberrimam legem circumscribendam vel violandam crediderit, licet, & majestatis reus non immerito judicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: Simili pœna plectendo [eo,] qui post eum administratione suscepta minime eum curaverit honeste retinendum, aut super ejus fuga protinus referendum. §. 1. Administrationem autem deponere non volumus decessorem, antequam [14] successor ad provinciæ fines pervenerit: licet literis ad eum, seu programmate, vel Edicto ad Officium, & provinciales usus fuerit. §. 2. Ipse autem, qui præsentem fugiens [15] non observaverit legem, ubicunque repertus fuerit, licet in hac florentissima civitate, ad provinciam sine ullo penitus obstaculo, præceptione tui Culminis, cura etiam viri clarissimi Rectoris provinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per sex [16] mensium curricula ibidem moraturus: quatenus interea minime possint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore servato, non prohibuerit contra legis tenorem discedere, triginta librarum auri dispendio feriatur. §. 3. Quod si intra quinquaginta dierum numerum fuerit forte pulsatus, & præfato tempore elapso necdum finita lis fuerit, civiliter quidem super furtorum sceleribus pulsatus, dato procuratore instructo, post quinquaginta dies protinus habeat licentiam discedendi: accusatione veto super criminibus facta, per inscriptionum laqueos irretitus, usque ad terminum causæ ibidem necessario perdurabit. §. 4. Sciant autem universi Judices, apud quos vel administrationis jure, vel ex præcepto amplissimæ tuæ Sedis, hujusmodi controversiæ civiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum spatium debere se præfata litigia, postquam orta fuerint terminare: Nam si fuperfederint, ipsos quidem decem [17] librarum auri condemnationem subire censemus: accusationem vero seu civilem intentionem semel in judicium deductam præfato modo legitime terminari. Dat. v. Id. Octob. *Constantinop.* Zenone A. II. Cos. 475.

In Authent. ut judices sine quoquo suff. §. necessitatem, col. 2. tit. 2. seu Novell. 8. cap. 9.

Si vero, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur, detineatur à provincialibus, & omne quod datum fuit ex occasione, furti actione exigatur: præstante tamen Deo amabilis Episcopo, & causam ex nostris scripta examinante.

[1] Idem lege Justa repetendarum cautum esse cuiusc Cicero.

[2] Eandem materiam vero Codex complectitur, quæ singulorum in provinciis deputationem & officium concernit. Gothofr. Rebuff. &c.

[3] Ex vi consequentia. Basil. Hexab. ad. in provincia.

[4] Ex vi Novellæ Justiniani. de magistratibus c. atque inde §. 3. Leo §. Augusto, &c. Provinciam igitur dicimus vocat: & ita Zonaras in Horatio, in vita Publicolæ, id est, ex provinciis, Tiraquell. Hermogenianus 6. n. 2. de voc. jurisprud. Syrus in vi Severo, & alibi Leo, Imperator in vi Severo, inde apud Harmenopulum 1. tit. 4. Novellæ 8. cap. 9. Novellæ Augustus, veri dicique debuerunt judices provinciales, non palatini, aut delegati. vid. Cujac. 88. de provin.

[5] Insulas, Hal. in exile: Insulæ autem est honorem ædificii.

[6] Meruit hic, ut de veteribus non est labore vel opere, vel merito adquirere, sed aliquid adeptum esse & obtinuisse fimpliciter.

[7] Spectabiles qui sint observa.

[8] Cujuslibet limitis.

[9] Comes divinarum domorum.

[10] Quibus pars provinciarum demandata. l. 20. ff. de off. pref.

[11] Civitates, illustriores metropoles. vid. l. 6. ff. de off. rector. provinc.

[12] Sacer, Excelsa. In judex in his locis sedere continere jubetur, in quibus oportet omnibus præsis esse rectorem, nec divertitoria magistratu fecari. l. 4. C. Th. de offic. ductoris provinc.

[13] Divina revocatoria, vel codicilli alterius administrationis, &c. Hal. quam licentiam petat Cujac. Not. 8.

[14] l. 10. ff. de offic. præsid. l. 20. ff. de offic. Præfect. Aug. l. 2. ff. ad l. Jul. majest. Novell. 8. c. 1. in fin.

[15] Φεύγων non est fugitivus, sed reus: fatis est autem, ut præses qui finito magistratu contra præcepta legum ante dies quinquaginta provincia excesserit, reducatur, & in provincia remaneat per sex menses, provincialium ullorum exceptione, damni aut pœnæ.

[16] De sex mensibus, vid. Cujac. c. 28. de præscript. [17] Librarum

TIT. L.

DE OFFICIO EJUS QUI VICEM ALICUJUS JUDICIS VEL PRÆSIDIS OBTINET [18].

De causis ad Reipublicam spectantibus.

1. Imp. Gordianus A. Domitio P. P.

UBI causa, quæ spectat ad utilitatem Reipublicæ, eum qui vice Præsidis provinciam administrat, potuisse cognoscere, in dubium non venit. Sane si in aliquo captum est jus Reipublicæ: juxta scita divorum Principum, defensores Reipub. si modo adesse fiduciam negotio putant, restitutionis auxilium possunt flagitare. Dat. III. Non. Novemb. Sabino II. & Venusto Coss. 241.

De Jurisdictione.

11. Mandata Impp. Theod. & Valent. AA. missa Antiocho, exercitique P. P. per referendarium [19]: quæ sic habent.

SUggerente magnificentia vestra, docta imperialis æternitas, debere eos qui [20] præceptione principali [21] seu vestræ Sedis amplissimæ tueri locum Rectorum provinciarum noscuntur, auctoritatem habere tutores [22] seu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere [23] ad alienandas minorum similiumque eis personarum seu Curialium [24] facultates, & emancipationes quoque legibus [25] celebrare, & omnia, quæ ad jurisdictionem Rectoris provinciæ pertinent, actitare, præcipere dignata est pro dispositione vestræ Celsitudinis præfatas hujusmodi sollicitudines peragendi habere licentiam. Dat. Prid. Id. Octobr. *Constantinop.* Hierio & Ardaburio Coss. 427.

[18] Vicem præsidis obtinere quis? qui vicem præsidis gerunt, ad tempus fol. idque justu Principis vel præfecti prætorio. l. 1. vel. judex vel præsidi defuncto: vel quia ad tempus ei provincia committa est. Hoc munere nonnunquam fungebantur procuratores Cæsaris. l. 1. J. de pedan. l. 3. J. ubi causæ fiscales, l. 2. J. de jurisd. sic Pontius Pilatus procurator Cæsaris erat, in Syria vicem præsidis. Cujac. hic, & 19. obs. 17. quod à Roberto non probatur. 1 animad. 21. in fin. probatur vero ab Antonio Mercatore, 2. Notar. 22. Cujac. ad Nov. 8. punit derogatum huic titul. vetito præsidis vicem gerenti, seu vicarius in civitatibus sua absente, constituere: utpote eo munere ad defensorem civitatis translato. Paucis hic fantio. Eum de quo hic agitur vicem judicis vel præsidis obtinere, ut hic: vice præsidis provincie administrasse. l. 1. J. eod. locum rectoris provinciarum tuitum, Principis vel ipsius præsidis. l. 2. J. eod. Unde constat, huic vicario, defuncto tantum præsidi, locum non fuisse. l. 1. J. eod. vicariorum, Nov. 8. c. 4. Videtur autem hic falsæ locorum tantum quorundam, non integræ provinciæ defensor, ut res ea redant: à Præsidibus mandari potuisse interea provinciæ administrationem, sed & jurisdictionem, pos tamen ab eo potuisse certis locis ac civitatibus defensores dari, l. 1. ff. de tutor. dativ. Cæterum vicem præsidis obtinens, hic est diversus à vicario, de quo T. tit. XXXVIII. & legato, cove cui mandata est à præside jurisdictio. 19 Referendarius est, qui recitat Principi supplicum desideria, & mandata Principis judicibus intimat. Novell. 20. in princ. Novell. 124. cap. 4. in pr. Procop. de bello Persico: Ammian. 4. cap. 41. Formulam Referendariorum vide apud Cassiodorum, 6. Variar. 17. 20 Vicem judicis vel præsidis quia obtinebat, jussu Principis vel præfecti prætorio. Goth. Vide ad hanc leg. Bellonegotior. lib. 2. cap. 2. Anz. 21 L. 1. J. de mandatis Princip. l. 1. §. 4. ff. de leg. 3.

22 L. 1. ff. de tutor. dativ.

23 Imo, eam facultatem mandare præsis potest, l. 24. in fin. ff. de offic. cui est mandata.

24 Hinc & ex verbo, Decretum J. eod. colligunt, Non valere constitutionem prædiorum curialium, nisi fiat causa probata apud acta præsidis. vide Cujac. ad l. 1. J. de prad. curial. poterat etiam fieri apud acta vicarii de quo hic agitur. 25 Hinc colligunt, Vicarios constitui, ut ea quæ legibus specialiter Præsidibus data sunt exsequantur: vid. Cujac. ad Novell. 8.

TIT. LI.

DE [26] ADSESSORIBUS [27], [ET] DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS [28] JUDICUM. [29]

Ut consiliorum participes spe præmiorum provocentur, non metu cogantur.

1. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Paulino.

STUDIORUM [30] labor meretur, ut hi, qui in publicis administrationibus constituti sociari sibi consiliorum [31] participes cupiunt, spe præmiorum [32] atque honorificentia sua provocent eos, quorum prudentiam sibi putant esse necessariam, non metu terribili, & necessitate incongrua libertati. Dat. Prid. Idib. Jul. Tiberio & Maximo Coss. 291.

De subscriptionibus.

11. Imp. Constantinus A. [33] ad Bassum P. V.

PRæsides non [34] per adsessores, sed per se [35] subscribant libellis. Quod si quis adsessori subscriptionem inconsultis nobis permiserit: mox adsessor, qui subscripsit, exilio puniatur: Præsidis vero nomen ad nos referri jubemus, ut in eum severius vindicetur. Dat. XV. Kal. Septemb. Constantino A. VI. & Constantino C. Coss. 329.

Ut consiliarii, cancellarii & domestici post depositam administrationem quinquaginta dies in provincia resideant.

111. Impp. Arcad. & Honor. AA. Messalæ P. P.

CONsiliarios judicum, & Cancellarios, & eos qui domesticorum [36] funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta [37] dies in provinciis residere præcipimus. Pro confesso autem tenebitur, qui accusatus hujusmodi personam subtraxerit: Eaque in quadruplum restitui [38] jubemus, quæ docebuntur ablata: ut duplum spoliatus accipiat, & [39] duplum noster fiscus adquirat. Dat. VI. Kal. Januar. *Mediolani*, Theodosio & Rufo Rufio Coss. 403.

De domestico judicis à publicis actibus arcendo.

IV. Iidem & Theod. AAA. ad Cæcilianum Vicarium.

DOmesticus [40] Judicis à publicis actibus arceatur. Quod si necessitatibus publicis sese convictus fuerit miscuisse; statim eum ad Majoris potestatis examen deduci oportet, ut competens in eum vindicta promatur. Dat. VII. Idib. April. Honorio A. VI. & Aristeneto Coss. 404.

De ministerio non iterando.

V. Impp. Honorius & Theodosius AA. Seleuco P. P.

NEmo in provinciis, qui semel domestici vel cancellarii [41] ministerium gesserit, ad [42] eandem observationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decembr. *Ravenn.* AA. X. & VI. Coss. 415.

VI. Iidem AA. Viraliano Duci Libyæ.

NEmo de Domesticis [43] Ducum vel Comitum militarium, officiis eorum connumeratus, post completum sui temporis actum ad [44] eandem turpium sollicitudinem audeat adspirare: decem librarum auri condemnatione propolita, si quis hanc violare voluerit sanctionem, eadem pœna officio quoque ejus coërcendo, si per ambitionem, vel avaritiam ex his aliquid temerarie consenserit. Dat. VIII. Kal. Novembr. Honorio A. XI. & Constantio II. Coss. 417.

De peculio quasi castrensi.

VII. Iidem AA. Eustathio P. P.

VElut [45] castrense peculium filiifam. adsessores etiam post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores juvare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerint. Dat. Kalend. April. *Constantinop.* Honor. XIII. & Theod. X. AA. Coss. 422.

De electione & accusatione domesticorum, vel cancellariorum, & de quæstionibus.

VIII. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

NUllus [46] judicum ad provinciam sibi commissam quemquam secum ducere audeat, cui domestici, vel cancellarii [47] nomen imponat: nec profectum ad se undecumque suscipiat, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim Primarum Officii cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos judicibus applicari jubemus: ita ut post depositam administrationem, nec militiam deserant, & provincialibus præsentiam sui exhibeant, quo volentibus sit accusandi eos facultas. Si enim idonea causa exegerit: ad detegenda judicis fagitia, & quæstioni cos subdi oportet. Dat. Prid. Kal. Jul. Asclepiodoto & Marciano Coss. 423.

De domesticis exhibendis.

IX. Impp. Theodos. & Valent. AA. ad Taurum. [48]

SI post depositam administrationem judicum, præsentiam, vel exhibitionem domesticorum [49], querimonia provincialium aut curialium, vel aliqua publica necessitas postulaverit: per eosdem administratores, quorum domestici fuerunt, judicio legibusque tradantur. Dat. V. Non. Jul. *Constantinop.* Theodosio A. XIV. & Maximo Coss. 433.

De eo, qui ultra quatuor menses affidit in sua provincia.

X. Iidem AA. Florentio P. P.

IN [50] consiliariis observari censemus, ut in eum, qui in sua provincia ultra [51] quatuor menses moderatoribus adsederit adversus

26 l. 1. ff. de tutor. dativ. Eclog. 1.

27 Vide l. 14. J. eod. adsessores etiam vocantur 1. C. Theod. 11.

28 Vid. l. 3. l. 8. J. eod.

29 Omnium judicum, l. 6. 11. 12. J. eod.

30 Jurisprudentia requiritur in adsessore, ut hic, & l. 1. J. eod. Novell. 82. in pr. vers. Non enim. At non in eo cui adsidetur: ideoque adsessori imputatur imprudentia, non magistratui. l. 2. ff. quod quisque juris.

31 Il sunt jurisprudentes Scævolæ viri boni, 7. Eclog. 1. cap. 1. simul. vel. Maxarius Nomil. 15. consiliarii, l. 3. 7. 11. 12. 13. J. eod. adsessores. C. Theod. eod. ubi quidam legunt adsessores. Ut differant à judicibus, vide l. 2. & 11. J. eod.

32 Alexander Severus adsessoribus salaria instituit: sæpe dicens, ad rempublicam esse promovendos, qui per se rempublicam gerere possent, non per adsessores, Spartian. in Alexand. Severo.

33 Al. Tiberiano & Diocle.

34 Adsessores non sunt judices, nec enim possunt libellis subscribere. Nov. 60. cap. 2.

35 Non per adsessorem. An cum adsessore potest? l. 13. J. eod.

36 Nota qui sint domestici judicum. De domestico, adde l. 4. §. 8. J. eod. adde l. 1. J. ad l. Jul. repet.

37 L. un. C. ut omnes judices.

38 L. 2. J. ad leg. Jul. repet. Cæterum vide ad l. 3. C. Th. ad l. Jul. repet.

39 Sensus est: Quadruplum hic dividitur inter fiscum & spoliatum.

40 Vid. l. 3. J. eod.

41 Vid. l. 8. J. eod.

42 Vid. l. 6. J. eod.

43 Vid. l. 3. J. eod.

44 L. 5. C. eod. l. un. J. ad l. Jul. de ambitu, l. 2. in fin. J. de extraordinar. l. 18. ff. ad municip. l. 14. in fin. ff. de muneribus.

45 Quod ex lucro legitimo adsessionis filiusfamil. adquisivit castrensis peculii privilegio donatur, 2. C. Th. eod. l. 4. J. de advocat. diversi. judiciar. l. 2. §. 16. ff. de collat. §. ult. Inst. de milit. test.

46 L. 2. C. Th. eod.

47 L. 3. l. 5. C. eod. l. 2. §. 18. ff. de off. pref. aff. Novell. 16. c. 1. Cancellarii à secretis judicum dabant operam scribendis & expediendis epistolis, jussionibus, edictis, relationibus, responsis, & sententiis in loco quodam ut consistorio proximo, reticulis sive cancellis clauso, ut sit etiam hodie in Curia. Per eosdem fiebat ad judices admissio: dictos ait Agathias lib. 1. de vita Justinian. videntur etiam vocari viri epistolares, l. 5. §. 2. J. de temp. appell. Cæterum hoc erant judicibus, quod Principibus tribuni & notarii. 48 C. P. 49 Vide l. 3. C. eod. 50 Vid. Brisson. 1. select. 12. 51 Adsidere prædili nemo in sua provincia potest ultra menses quatuor, ut hic, quod ideo constitutum, ne quid gratiæ, vel per calumniam in suos admittat, l. 37. l. 38. ff. ex quib. caus. major. De quatuor mensibus, vid. Cujac. c. 16. de præscript.

vetſus leges antiquas, & divorum retro [1] Principum ſcita, proſcriptio bonorum & accuſatio publici [2] criminis immineat, niſi per cœleſte oraculum, vel ampliſſimæ tuæ ſedis præceptionem ſeſe defendat. Dat. XIII. Kalend. Februar. THEODOS. XVII. & FESTO Coss. 439.

1 Marci Antonini & Commodi authorum hujus legis, teſte *Zonara*: vel Peſcennii Nigri teſte *Spart.*

2 Vid. *l. ult. ff. de crimine ſacrilegii.*

De onere indictionis.

11. Idem AA. Zoilo P. P. Orientis.

NOn minus adſeſſoribus Majorum Magiſtratuum, quam ipſis judicibus noſtræ benevolentiæ liberalitas tribuenda eſt. Ideoque conſiliarios virorum illuſtrium Præfectorum tam prætoriorum, quam hujus inclytæ urbis, eminentiſſimorumque magiſtrorum militum, nec non etiam viri illuſtris Magiſtri officiorum, ſive prædicto officio jam functi ſunt, ſeu fungentur in poſterum, poſt depoſitum etiam officium ab [3] omni indictionis onere ſeu civilium ſeu militarium judicum prorſus immunes eſſe præcipimus: ut nec ab Ampliſſima quidem Sede tui culminis eis ulla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet gravamine penitus injungatur: quinquaginta librarum auri Officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid adverſus ſtatuta Clementiæ noſtræ innovari conceſſerit. Dat. V. Kal. Mart. THEODOSIO A. XVIII. & AZZINO Coss. 444.

3 Immunitas eorum, qui aſſident majoribus magiſtratibus.

De iiſdem conſiliariis ſæpius adjungendis.

XII. Impp. VALENT. & MART. AA. Palladio P. P.

LIceat omnibus judicibus illuſtri prædictis poteſtate, conſiliarios ſibi eoſdem ſecundo, ac tertio, & ſæpius adjungere: quia qui ſemel [4] recte cognitus eſt, non debet ob hoc ſolum, quod jam probatus eſt, improbari. Dat. VAL. A. * * *.

4 Semel bene probata non ſunt improbanda.

De jure dicendo.

XIII. [5]

Μηδενὶς χωρὶς τῶν δεήσεων τοῦ συμφέροντος διαγράφεσθαι τὰ κοινὰ πράγματα ἐπιτρέπε ὁ νόμος.

NUnquam [6] ſine [7] judicibus conſiliarii eorum nomina ponentes jus dicant.

5 Hæc lex ſumpta eſt ex 7. *Synopſeos Baſilicon* 1. *cap.* 1.

6 Leunclavii interpretatio.

7 Poſſint ergo cum judicibus, vid. *l.* 2. T. *Novell.* 60. *c.* 2.1.

Ne quis eodem tempore advocatus & adſeſſor ſit: neve duarum magiſtratuum adſeſſor ſit. 2. Sanctio.

XIV. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P. P.

NEmo [8] ex his, qui advocati cauſarum conſtituti ſunt, vel fuerint etiam in hac Regia Urbe, in quocunque judicio deputati, & in aliis omnibus provinciis noſtro ſubjectis imperio, audeat in uno [9] eodemque tempore tam advocationem uti, quam conſiliarii cujuſcunque Magiſtratus, quibus reſpub. gerenda committitur, curam arripere: cum ſatis abundeque ſufficiat, vel per advocationem cauſis perfectiſſime patrocinari, vel adſeſſoris officio fungi: ne, cum ad utrumque feſtinat, neutrum bene peragat: ſed ſive advocatus eſſe maluerit, hoc cum debita ſolentia implere poſſit: vel, ſi adſeſſionem elegerit, in ea videlicet permaneat: Ita tamen, ut poſt conſiliarii ſolicitudinem depoſitam, liceat ei ad munus advocationis reverti. §. 1. Nec ſit conceſſum cuiquam duobus Magiſtratibus adſidere, & utriuſque judicii curam peragere (neque enim facile credendum eſt etiam duabus [10] neceſſariis rebus unum ſufficere: nam cum uni judicio adfuerit, alteri abſtrahi neceſſe eſt: ſicque nulli eorum idoneum in totum inveniri) ſed altera adſeſſione penitus ſummota, unius Magiſtratus eſſe contentum judicio. §. 2. Nec callidis machinationibus hujuſmodi legem putet quis eſſe circumſcribendam, etſi non conſiliarii ſignum [11], quod ſolitum eſt, chartis imponat, ſed alias quaſdam literas excogitatas adſimulaverit, exiſtimans ei licere fungi quidem memorato officio, ſub hujuſmodi tamen umbra latere: cum * in legem committant [&] hi qui vigorem ejus ſcrupuloſis, & excogitatis artibus eludere feſtinant. Neque tibi blandiri quemquam oportet, quod præſentis [etiam] legis aculeos poſſit evadere, quemadmodum & anteriores leges ſuper hac re poſitas deludebat: ſi quis etenim in tali commiſſo fuerit inventus, ſciat ſe de matriculis [12] advocatorum penitus eſſe delendum, & decem [13] librarum auri multam noſtris privatis largitionibus illaturum, per virum illuſtrem comitem rerum privatarum exigendam, & aliam majorem Regalis Culminis ſubiturum offenſam: cum nec ipſe judex, qui hoc fieri paſſus eſt, & ſciens prudenſque hoc commiſerit, ſine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem ſubjiciendo etiam eo, vel eis, qui in his cauſis, quarum patrocinium adepti ſunt, quibuſque advocationem ſuam præſtiterunt, adſeſſiones cujuſcunque magiſtratus colore audeat, vel audeant vindicare, ne affectionis ſuæ [vel] advocationis memor incorrupti judicis non poſſit nomen proferre. Dat. V. Kalend. Octob. *Chalcedone*, DECIO V. C. Coss. 529.

8 Adſeſſores chartis judicialibus ſigna ſua imponebant, & quidem conſueta. Verum ut fraudem hujus legi faceret, quæ veræ quemquam ſimul fungi adſeſſoris, & advocati officio, ſignum aliquod novum chartis judicialibus adſcribebant, ut ipſi actis viderentur non interfuiſſe.

9 *L. 5. ff. eod.*

10 *L. ult. T. de aſſeſſorib. leg. 9. verſ. Nec non ff. de poſt.*

11 Ἐκδικεῖον τὸν σημειωτήν.

12 Καὶ λίστας πολλάς, *Synopſ. Baſil. 7. tit. 1. c. 1.*

13 Decem librarum auri multam.

TIT. LII.

DE ANNONIS [14] ET CAPITATIONE [15] ADMINISTRANTIUM, ET EORUM ADSESSORUM, ALIORUMVE PUBLICAS SOLLICITUDINES GERENTIUM, VEL EORUM QUI ALIQUAS CONSECUTI SUNT DIGNITATES.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

OMNIBUS tam vitis ſpectabilibus, quam viris clariſſimis judicibus, qui per provincias ſive militarem ſive civilem adminiſtrationem gerunt, necnon comiti [16] commerciorum, magiſtro æris, ſive privatæ rei rationali per Ponticam atque Aſianam diœceſim, item & adſeſſoribus judicum ſingulorum in præbendis ſolatiis annonarum hic fixus ac ſtabilis ſervabitur modus, ut ea pro annonis & capite dignitari ſuæ debitis pretia conſequantur, quæ particularibus delegationibus [17] ſolent contineri. Dat. III. Kal. Jun. *Conſtantinop.* THEOD. XVII. & FESTO Coss. 439.

14 Annonæ ſunt, quibus vitam noſtram toleramus.

15 Et capitu. *Rut. 1. §. 8. T. de offic. præf. prat. Afr.* capita ſunt pabula equorum & jumentorum. Heſych. κανθήλιον τὸ τετράγωνον κάλυμμα. pabula jumentorum, quæ vulgo dicitant capita, *Ammian.* 22. ad equos capitum deſignatum. *Caſſiod. 7. var. formulæ 42. 1713, Joſ. 13. c. 3.*

16 Comiti commerciorum curæ fuit ne commercia illicita exercerentur. Eidem ſolita Barbaris comparandi ſerici in uſum Principis jus poteſtaſque fuit: & ſine eo cum barbaris ultra fines conſtitutos negotiari non licuit. *l.* 2. T. *quæ res vendi non poſſunt.* 17 Delegationes quæ & delegatoriæ, Notitiæ ſunt quæ ſingulis adminiſtratoribus & officiis delegantur: quibus annonæ eis debitæ taxantur, & capita, & pretia eorum: quæ ſimunt vel ex tributis, vel ex publicis horreis. Sunt & aliæ delegationes his contrariæ, quarum meminit *l.* 2. 2. T. *de indictionibus. & Novell. 128. cap. 3.*

TIT. LIII.

DE CONTRACTIBUS JUDICUM [18] VEL EORUM QUI SUNT CIRCA EOS [19], ET INHIBENDIS DONATIONIBUS IN EOS FACIENDIS: ET NE ADMINISTRATIONIS TEMPORE PROPRIAS ÆDES ÆDIFICENT [SINE SANCTIONE PRAGMATICA.]

Prætores & provinciarum rectores non poſſunt per ſe vel per alios contrahere in loco ſibi commiſſo, niſi pro neceſſitate victus & veſtitus. Salic.

1. Imp. JUSTIN. A. Menæ P. P.

QUicunque [20] adminiſtrationem in [21] hac florentiſſima urbe gerunt, emere [22] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter poſſunt, niſi [24] ſpecialem noſtri numinis hoc eis permittentem divinam reſcriptionem meruerint. §. 1. Donationes [25] vero omnimodo recuſent: ſcientes non eſſe validas eas, in quibuſcunque rebus, & quacunque æſtimatione, niſi poſt adminiſtrationem depoſitam, vel ſpecialiter in ſcriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquennale prætercurrerit, in quo nulla querela ſuper iiſdem donationibus, vel ab ipſo donatore, vel ab ejus ſucceſſoribus facta ſit. §. 2. Provincias [26] vero moderantibus, non ſolum donationes, ſed [27] etiam emptiones quarumcunque mobilium vel immobilium rerum (præter eas, quæ ad alimoniam vel veſtes pertinent) & ædificationes, licet [28] ſacri apices aliquid eorum permiſerint, penitus interdicimus. Nec ratum ſit, quod his donatione, vel venditione datum eſt, licet [29] quinquennale tempus poſt depoſitam adminiſtrationem exceſſerit, vel [30] conſenſus donatoris, vel venditoris poſt eandem adminiſtrationem adjectus ſit. §. 3. Hæc [31] autem etiam ad domeſticos [32] & conſiliarios [33] eorum trahi neceſſarium duximus: illud etiam adjicientes, ut nec per [34] interpoſitam perſonam aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari. §. 4. [Quæ etiam ad præterita [35] negotia referri ſancimus, niſi [36] tranſactionibus, vel judicationibus ſopita ſint.] Dat. V. Idib. Decembr. *Conſtantinop.* D. N. JUSTINIANO A. II. Cos. *.

18 Vid. *ad hunc tit. Cujac. 16. obſerv. 11.* Cæterum hic titulus non ſervatur in Galliis, ſed nec apud eas gentes, apud quas perfecta magiſtratuum ſunt. *Gold. Tract. 1. 95.* Quia Leo Nov. 84. permittit urbenſis prudentia negotiari, ædificare & mutua capere: veranimus tamen ab eo præſides, *Nov. 15.* in provinciis domeſtica ſpeciſilia contrahere.

19 Et urbanorum & gravioribus.

20 Vid. *l. 1. §. 3. ff. ad leg. Jul. repet. l. 3. §. 2. ff. de jure fiſci. Gothofr.* Adde *l. 16. Cod. Theodoſ. de reb. vend. & ibi Gothof. & Zaſ. l. 62. ff. de contrab. empt. Ant.* 27 *D. l. 8. §. 1.* 28 In mediis rius agitur cum provincialibus, quam cum urbanis, *§. 2. T. eod.* & meritò. Major eſt enim in provinciis graſſandi copia. 29 Abrogatur, *l. 5. C. Theod. de his admiſſ. vel aſſ. publ.* 30 Cur ita? collige ex *l. 29. D. de reg. jur.* 31 An quæ dicuntur initio hujus legis, an quod *§. 2. T. eod.* continetur? 32 Sunt enim judicibus ſuppoſitæ perſonæ, *l. 3. ff. ſi tutor. vel curat.* 33 Quos Græci συμβούλους, παρέδρους, συνέδρους, συμβούλους. Latini conſiliarios. *Lactant. 2. Plin. 4. epiſt.* conſiliantes, *l. 12. C. Theod. de legat.* participes, *l. un. ff. ſi tutor. pendente conſiliares, l. 5. ff. de off. aſſeſſ.* adde *Cujac. Nov. 119. cap. 5.* 34 *L. 13. T. de reb. eod.* 35 Leges tribuuntur etiam ad præterita, ſi hoc nominatim ſit expreſſum. *l. 7. T. de legibus. l. ult. T. de poſt. pignor. Nov. 113. cap. 2. Nov. 66. cap. 1. Nov. 115. cap. 1.* 36 *L. 22. §. 1. T. de fideic. Rittersh.* adde *Novell. 112. in fin.*

TIT. LIV.

DE MODO [37] MULTARUM, QUÆ A JUDICIBUS [39] INFLIGUNTUR.

De fama.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Firmo.

MULTA damnum famæ [40] non irrogat. Dat. V. Idus Aprilis, ANTONINO A. & GETA utriuſque II. Coss. 206.

De procuratore Cæſaris vel rationali.

II. Imp. ALEXAND. A. Decimio P. P.

PRocuratores meos, vel [41] rationales, multæ indicendæ jus non habere [42] ſæpe reſcriptum eſt. Dat. XIV. Kal. Septemb. MODESTO & PROBO Coss. 229.

De curatore Reipublicæ.

III. Imp. GORD. A. Celeti PP.

CUrator [43] Reipublicæ (qui Græco vocabulo logiſta [44] nuncupatur) multandi jus non habet. Dat. Id. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA Coss. 240.

De præfecto prætorio.

IV. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS. AAA. Eutrop. PP.

ILluſtres viros præfectos prætoriis uſque ad quinquaginta [45] librarum auri multam, cum peccatum gravitſimum erit, pervenire ſinimus. Dat. VIII. Id. Jan. GRATIANO V. & THEODOS. AA. Coss. 380.

Cui quæritur multa.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad prætextatum P. P.

MUltarum ſevera compendia ærario noſtro protinus eſſe quærenda nullus ignoret: niſi [46] ipſe judex id, quod ad pœnam admiſſi facinoris exſculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis ſpecialiter deputaverit. Dat. V. Idib. Septembr. *Aquileiæ*, RICHOMERE & CLEARCHO Coss. 384.

37 Tiſi τέλους, &c. 43. *Eclog. 7.*

38 Nec enim licet ita judicium, *l. ult. T. ad l. Jul. de annon. provis.*

39 De quibus perſonibus ſimile dictum eſt, excepto procuratore Cæſaris, & curatore Reip. *l. 2. T. eod.* & defenſore plebis, *l. 3. T. eod. prox.* dixi plenius ea de re, & ad quos pertineat jus multæ dicendæ in *l. 131. ff. de verb. ſign.* adde *l. 2. in fin. ff. de jurisd.*

40 Multa damnum pecuniæ irrogat, non ſitus, ut differat a pœna. vid. *l. 122. §. 1. ff. de verb. ſign.*

41 Non id eſt, rationales quidam ita legunt.

42 Cur ita? vid. *l. 2. in fin. ff. de jurisd.*

43 De quo *l. ult. ff. de off. aſſeſſ. l. 37. ff. de poſt.* adde *Leg. 5. l. ff. de adminiſt. tut.*

44 Curator Reipublicæ, id eſt, curator rerum ad civitatem pertinentium. Idem *scorda* Græcanici præſes publicis & veſtigialia locat, pecuniam publicam tractat, opera & loca publica curat. *l. 4. ff. de locat. 3. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 2. l. 3. ff. de aleatoribus. Eclog. 7. cap. 3.* Idem curat ut res publicæ agit, ex decurionibus legatur. Idem quoque civitatis appellatur, *l. ult. ff. de publicis lectionibus.* vid. *Cujac. ad l. 3. T. publica lectio.* vid. *Cujac. ad Cod. Theodoſ. 12. obſ. 30. in fin.* curator emendi frumenti. *l. 21. in pr. ff. ad municipal. l. ult. §. 1. ff. de annon. & fumon.* ut creatur. vid. *l. ult. T. ne omnibus liceat in collegia.* collectæ tributorum pecuniæ ad eum deferebantur. *l. ult. in fin. C. publicæ lætitiæ, Novell. 128. cap. 16.* Brilſonius tamen 3. ſelect. 18. hanc de procuratore Cæſaris accipit. 45 XLIII. *Eclog. 7. cap. 3.* Ea ſuprema multa eſt præfectis prætorio conceſſa. Caſſiodorus *6. variar. 3.* magna quantitate multas errantes. 46 XLIV. *Eclog. 7. cap. 3.* omnis multa plerumque accedit fiſco: poteſt tamen à judice ſpecialiter deputari publicis operibus, vel curſui publico, vel aliis neceſſariis cauſis, *ut hic. & l. 2. in fin. T. de aleat.* vel puerperiis, *l. 2. T. de Epiſcop. aud. l. 10. C. Theod. quorum appell. non recip. Caſſiod. 8.* quod & Parliamentum Gallicum ſtatuit. *Loiſel. in pin. obſervat.* 47 Præſides intelligit: & eos quidem qui ſunt in actu, *ἐνεργοὺς Græci, Eclog. d. l.* adde *l. 33. in pr. T. de Epiſcop. aud. l. 2. T. de prov. fact. ſervis. Novell. 20. c. 3. 31. 103. & 112. §. 1. c. 3. pr. verſ. Johannes*, quaſi infimi ordinis. Sic ordinarii milites, gregales & manipularii, ſed & etiam dicuntur. vid. *Cujac. ad l. 4. T. de annonis, & ad tit. de off. rector. provinc. T. eod.*

48 Judex multam hic deſignatam excedere non poteſt. vid. *Tucic. cap. 48.* 49 *Eclog. d. l.* Καὶ εἰ τὰς τοῦ ἐνεργοῦντος ἔτους, *Eclog. d. loc. c. 3.* & qui vicem præfectorum gerunt.

censemus, ut in unius correptione personæ (si ad id continuatio peccari impulerit) trinæ [1] tantummodo in anno [2] condemnationis sub præstituta summa severitas exerceatur. §. 4. Quod si quis prædictum modum [3] excesserit, hujus auctor admissi condemnato [4] ad dupli restitutionem: fisco vero nostro ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. §. 5. Nec [5] tamen ad hujus legis moderationem pertinere se credant, qui in peculatibus aut manubiis, id est, deprædationibus, aut concussionibus, furtis, aliisque flagitiis, quæ coërceri severius convenit, fuerint deprehensi: scilicet ut scripta [6] per judices memorados, in cujuslibet fuerit dirigenda dispendium, sententia proferatur. §. 6. Nec putent factu facile esse [7], ut aut præcipiti persuasione condemnent, quem culpa non ingravet, aut erubescenda [8] varietate judicii pro arbitrio proprio immutandum esse, quod jusserint: nisi [9] pauperias condemnati hoc persuaserit. Dat. XII. Kal. Septemb. Theodos. A. II. & Cynegio Coss. 388.

1 Ecloga. tit. 3. c. 4. 2 Καθ' ἑκάστην ἡμέραν, id est, in singulos annos. Ecloga. tit. 3. 3 Multarum judicialium modum excessus esse debet, ut hic. quid in illis publicis & privatis judiciis? possitne plus infligi quam statutum? vid. Cujac. tit. 16. obs. 4. adde l. penult. 44. ff. de oper. Hæc interea regula notanda est. Nemiam pœnam ultra quantitatem, ultra legitimam quantitatem, ita legunt: Græci rem totam expresserunt, τὰ δὲ ὑπὲρ τοὺς ὁρισθέντας ἀναλίσκοντες τῶν ἀρχόντων: vel ut ibidem alter legit, παρανομίας, ut sit sensus: Eum qui modum in indicenda multa excesserit, teneri duabus pœnis, & ipse condemnato ad dupli restitutionem, & fisco ad parem multam quam indixit. 5 L. 1. §. 6. Sibi scil. Nam superior judex potest remittere. 7 Sensus est, modum multarum, de quo hoc titulo agitur, non pertinere ad sacrilegos, fures & hujusmodi gravium delictorum reos. 43. Ecloga. 7. cap. 4. Hos enim gravius multari posse. 8 Varietas in judice erubescenda. vid. l. 14. ff. de ex judic. l. 15. inf. de tum. 9 Judex contrario judicio mulctandus, & remittere potest: non passim vel absolvi: sed justa de causa: verbi gratia propter tam moderari, & remittere potest: non passim vel absolvi: sed justa de causa: verbi gratia propter inopiam rei. l. 6. in fin. ff. de off. præfect. Vrbi. 4. 1958. Prætor Senatori multam dixit, egit ille in Senatu causam suam sic, ut deprecaretur: remissa est multa. Interdum pœna pecuniaria mutatur in corporalem, l. 4. vers. quod si inf. de servis fugit. l. 1. in fin. ff. de pœn. 2. Find. 33. §. qui vero.

TIT. LV.

DE [10] DEFENSORIBUS [11] CIVITATUM. [12]

De quibus causis defensores cognoscunt.

I. Impp. Valent. & Valens AA. Senecæ Defensori.

SI quis de tenuioribus [13], ac minusculariis [14] rebus interpellandum te esse crediderit, in minoribus causis, id est, usque ad quinquaginta [15] solidorum summam, acta judicialia conficiat: scilicet, ut, si quando quis vel debitum jussum, vel servum, qui per fugam fuerat [16] elapsus, vel quod ultra delegationem dederat, postulaverit, vel quodlibet hujusmodi tua disceptatione restituas. Cæteras vero, quæ dignæ forensi magnitudine videbuntur, Ordinario insinuato Rectori. Dat. XV. Kal. Januar. *Turici* [17], Valentiniano & Valente AA. Coss. 365.

10 Extat tit. 1. C. Theod. 10. 11 l. C. Theod. 10. tit. 15. cujus vide scholia. 12 Hi defensores erant civitatum singularum: similes erant tribunis plebis urbis Romæ. Idem locorum defensores, l. 3. J. eod. parentes plebis, l. 4. defensores plebis, l. un. in fin. J. de off. jurisdict. defensores disciplinæ, l. 6. J. eod. vid. l. 4. §. J. eod. adde Ritter. 3. de bon. J. 13 Majores enim remittuntur ad Præsidem, l. 7. J. eod. 14 Minusculariis, ital. 15 Pauperiatis hoc summa definitur, l. 10. ff. de senat. Hodie ad arrestorum ex Novella 15. cap. 3. in fin. 16 l. 7. J. de serv. fugit. 17 Taurini. 18 Id est, ex plebe. 19 Quin ne quidem illustres & militia hoc munus declinare possunt. Nov. 15. cap. 1. 20 Rusticitas innocua & quieta patrocinio indiget. vide Rosatum Chopinum & alios, de privilegiis rusticor. 21 Reponendum puto III. id est, A. D. 370. 22 Defensoribus singularum civitatum, quidam ita dicunt, & recte. 23 Forma defensoris civitatum, adde alium ex Cassiodoro 7. var. 11. 24 Hodie biennii. Nov. 15. cap. 1. §. 1. 25 Error hic. 26 l. 2. C. Theod. ad lib. 1. 27 Nomini suo respondere magistratum lanæ est, ut hic, & l. 2. C. Th. eod. Cassiodor. 7. var. 11. seu in servanda disciplina, nihil venale, nihil improbum facere velit, qui tali nomine auncuparis. 28 Jus etiam prehensionis habuerunt, sicuti tribuni plebis. l. 22. in pr. J. de Episc. aud. Nov. 15. c. 3. §. 1. quæ illis denegata erat. l. 5. C. Theod. de exhib. reis. vid. Cujac. 9. de prof. pr. 29 L. 13. C. Theod. eod. 30 Latronum vita periculi sui nescia. ut hic, & l. 3. C. Theod. tit. 10. 31 Impunitate, l. 3. C. Theod. eod. 32 Id est, convalescere, vel ut quidam legunt, crudescere. 33 Hinc colligunt, Ob delicti qualitatem hæreticis denegari delinquentibus advocatum. Quidam negant hoc in Gallia servari. Rebuff. in pravit. conf. gl. 5. num. 45. negare videtur: nec enim mortis est in Gallia delinquentibus advocatum dari: ut qui ore proprio respondere tenentur, quod omnia criminalia extraordinarie expediantur. 34 Vid. C. 7b.

VII. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Cæciliano P. P.

DEfensores [35] civitatum oblatos sibi reos in ipso latrocinio [36], vel congressu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut stupro, vel raptu, vel adulterio deprehensos & actis [37] publicis sibi traditos, expresso crimine cum his, à quibus fuerint accusati, mox sub idonea persecutione [38] ad Judicium dirigant. Dat. Prid. Kalend. Januar. *Mediolani*, Stilichone II. & Antemio Coss. 405.

De ordinatione. 1. De eo, quod sit in lasionem possessorum.

VIII. Impp. Honor. & Theod. AA. Cæcilio P. P.

DEfensores ita præcipimus ordinari, ut factis [40] orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, revendissimorum Episcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac possessorum, & curialium [41] decreto constituantur: de quorum ordinatione referendum est ad illustrissimam Prætorianam potestatem: ut literis [42] ejusdem magnificæ sedis eorum soliderur auctoritas.

§. 1. Quod si quid à qualibet persona contra publicam disciplinam in lasionem possessorum fieri cognoverint defensores, referendi habeant potestatem ad illustres, & magnificos viros Præfectos prætoriis, & illustres vitos Magistros equitum & peditum, Magistros etiam officiorum, & Comites, tam sacrarum largitionum, quam rerum privatarum. Dat. XV. [43] Kal. Februar. *Ravennæ*, Honorio VIII. & Theod. III. AA. Coss. 409.

De fraude susceptorum coërcenda. 1. De actorum confectione injurias suas contestari cupientibus non denegenda.

IX. Iidem AA. Cæcilio P. P.

JUbemus [44] cura ac solertia defensorum minime possessores majoribus [45] mensuris [46] & ponderibus à susceptoribus prægravari: sed eos deprehensos ad judicium dirigi cum ipso commissæ fraudis indicio [47]. §. 1. Illud etiam fieri permittimus: ut, si provincialibus nostris contestari injurias, seu lasiones suas cupientibus [48], actorum [49] confectio à defensoribus denegetur, licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conscriptum, eo tempore, quo fuerat contestandum in frequentioribus [50] civitatum locis proponendi [51], conveniendique scribas, tabularios, & cætera officia publica commonendi, per quæ libellum colligi oportebit, atque invitis supra memoratis personis, sub actorum confectione ingerendi, quorum quæstione fides possit inquiri: qua probata, in eos quos gestorum peritam confectionem negasse constiterit, vigor judiciarius exeratur [52]. Dat. XI. Kal. Februar. *Ravennæ*, Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Coss. 409.

De abdicatione.

X. Impp. Theod. & Valentin. AA. Cyro P. P.

NUlli [53] defensorum licere decernimus, si de publica sollicitudine se voluerit liberare, nisi divinos affatus intimaverit tuæ Sublimitatis judicio: triginta librarum auri pœnam, tam moderatoribus provinciarum, quam cæteris judicibus, vel temeratoribus sacri nostri oraculi, subituris, si neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. XV. Kalend. Septembr. *Constantinop.* Cyro V. C. Cons. 441.

35 L. 5. C. Theod. de exhibendis, vel transmittendis reis, l. 9. tit. 2. 36 L. 6. J. eod. l. 8. §. 1. J. eod. Nov. 15. c. 6. §. 1. 37 Apud defensores acta edebantur, etiam adversus potentiores, l. 9. J. eod. qua de causa & archivum habebant, sive scrinium & scriniarium unum, & exceptorem & officiales duos. Apud eos nemo emancipabatur, aut manumittebatur: hæc enim judices exigunt, apud quos sit legis actio. Idemque de his actis eum conficiebant. vide Cujac. ad Nov. 15. in fin. 38 Prosecutione C. Theod. & recte. Inde prosecutores. l. 7. ff. de custod. idoneos prosecutione mittere: *Rites conducere de criminali arrest fures & homicidas.* 39 Vide l. 18. J. de Judæis: adde Nov. 15. c. 1. l. 19. J. de episc. aud. l. 9. inf. de decr. ab. 40 L. 19. in fin. J. de episc. aud. 41 De litoris prætoriæ sedis, vide Cujacium ad Nov. 18. 42 XII. reponendum. 43 Cæciliano. 44 L. 16. C. Th. 11. tit. 8. de superexactionibus. 45 Defensoris inter cætera fuit, commercia civitatum providere, ut hoc ex loco posset colligi, sed apertius ex formula ejusdem defensoris, quæ extat apud Cassiodorum 7 Variarum 11. Commercia, inquit, civitatum, quæ ad utilitatem publicam pertinere videntur, ita ut nec labor vendendi fatigationem ineludere, nisi statuta pretia cultissime custodieris. 46 Vid. l. 9. J. de suscepter. 47 Id est, cum ipsis ponderibus & mensuris. 48 Nov. 15. cap. 3. §. 1. 49 Vide quæ notavi l. 8. J. eod. adde l. 30. J. de don. 50 Prescriptio fit de futura auctione, propositis libellis in celeberrimis locis. Cicero pro Quintio. Theophil. in vers. συμφωνῶν τῶν τόκων ἀφῶν, l. ult. §. 5. J. de delator. 51 Addingendi. l. ult. C. Theod. 11. tit. 8. Novell. 120. c. 6. §. 2. 52 Exercentur. 53 Defensor civitatis abdicare publicum sollicitudinem non potest, sine imperiali permissione. adde l. 20. ff. de off. præfid. adde l. 2. J. quando tutores esse desinunt.

TIT. LVI.

[DE MAGISTRATIBUS MUNICIPALIBUS. 54]

De nominatione & excusationibus.

I. Constantius A. ad Florentium P. P.

DEcuriones [55] ad Magistratum, vel exactionem annonarum ante [56] tres menses, vel amplius nominati debent, ut, si qucrimonia eorum justa videatur, sine impedimento in absolvendi locum alius subrogetur. Dat. Id. Aprtil. *Constantinop.* Severo & Rufino Coss. 323.

De actis conficiendis.

II. Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Germanianum.

MAgistratus [57] conficiendorum actorum [58] habeant potestatem. Dat. XIII. Kalend. Januar. Gratiano N. P. & Dagalaipho Coss. 366.

54 Magistratus municipales utplurimum erant Duumviri similes duobus consulibus populi Romani. Sumebantur duumviri ex ordine decurionum: dixi plura in l. 3. §. 4. ff. de decurion. 55 L. 8. C. Theod. de decurionibus lib. 12. tit. 1. 56 L. 8. C. Theod. 12. tit. 1. 57 Municipales scilicet, quibus eum hoc commune habent etiam defensores civitatum. l. 9. §. 1. J. tit. prox. 58 De actis adde l. un. J. tit. proxim. & l. 2. J. de edendo.

TIT. LVII.

DE OFFICIO JURIDICI [59] ALEXANDRIÆ.

59 l. 5. §. 20.

I. Impp. Leo & Anthemius AA. Alexandro Duci & Præfect. Augustali.

AUdimus apud Alexandrinæ duntaxat clarissimæ civitatis Juridicum [60], licitum & concessum esse, singulis quibuscumque volentibus donationis conscriptæ solemniter instrumenta reserare, eisdemque robur adjiciat gestorum series apud eundem confecta, tanquam si apud virum clarissimum Moderatorem [61] provinciæ, vel Magistratus, [62] vel Defensores [63] plebis habita fuisse dicerentur.

60 Id est, rectorem provinciæ, l. 32. J. de donat. 61 L. ult. J. tit. prox. 62 L. 9. §. 1. J. de defensoribus civitatum.

D. Justi-

D. IUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.
DE EDENDO.[1]

Reus rationes *officio judicis edit.*

1. Imp. Antoninus Pius A. Æmilio.[2]

PER dispice[3], quemadmodum[4] pecuniam, quam te depoſuiſſe dicis[5], deberi tibi probes[6]. Nam quod deſideras, ut rationes ſuas adverſaria[7] tua exhibeat: id ex[8] cauſa ad[9] Judicis officium pertinere ſolet. PP. IV. Kalend. Octob. Sabin. II. & Severo Conss. 156.

Acta publica *edenda.*

II. Impp. Severus & Antoninus AA. Fausto.

IS[9], apud quem res agitur, acta publica[10], tam civilia quam criminalia[11] exhiberi[12] inſpicienda[13] ad[14] inveſtigandam veritatis fidem jubebit. PP. Non. Julii, Severo A. & Albino Coss. 195.

Actio *edita mutari poteſt.*

III. Idem AA. Valenti.

EDita actio ſpeciem[15] futuræ[16] litis demonſtrat: quam emendari[17], vel mutari licet, prout Edicti[18] Perpetui monet auctoritas, vel[19] jus reddentis decernit æquitas. Dat. II. Kal. Septemb. Severo III. & Antonino AA. Coss. 203.

Reus *edere inſtr. ſ. non cogitur.*

IV. Imp. Antoninus A. Epaphrodito.

QUi[20] accuſare[22] volunt, probationes habere debent: cum neque juris, neque æquitatis ratio permittat, ut[23] alienorum[24] inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fieri debeat. Actore enim non[25] probante: qui convenitur, etſi nihil ipſe præſtat, obtinebit[26]. PP. V. Idib. Mart. Duobus & Aspris Coss. 213.

Creditor *debitori* Rationes *ſuas edere cogitur.*

V. Imp. Alexand. A. Valentinianæ.

NOn[27] eſt novum, cum[28] à[29] quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, ut fides veri conſtare poſſit. PP. VII. Id. Mart. Maximo II. & ÆlIano Coss. 224.

Rationes *publicæ debitori edendæ.*

VI. Idem A. Uranio.

JUſtum eſt deſiderium ejus, à quo pecunia petitur, licet[30] nomine[31] publico, ut rationibus publicis exhibitis conſtet, quantum [ſub] nomine ſuo ſolutum ſit. PP. XVI. Kalend. Decemb. Maximo II. & ÆlIano Coss. 224.

Fiſco *communia inſtrumenta privato edi debent.*

VII. Idem A. Valenti.

PRocurator privatæ rationis inſtrumentorum, quæ communia[32] tibi eſſe cum fiſco dicis, deſcribendorum[33] facultatem ſecundum morem fieri jubebit: & ſi quando res exegerit, ad fidem petitionis tuæ apud alium judicem probandam aliquod[34] eorum proferri, deſiderante eo qui convenitur, [ut id fiat, præcipiet.] PP. X. Kal. Mart. Fuſco[35] & Dextro Conss. 226.

Si in aliquo documento alterius documenti mentio fiat.

In Auth. ut ſponſalitiæ largitates §. & hoc inſuper, coll. 9. tit. 2. ſeu Novell. 119. cap. 3.

SI quis in aliquo documento mentionem[36] *faciat alterius documenti, nulla*[37] *ex hac memoria fiat exactio: niſi*[38] *aliud documentum, cujus memoria in ſecundo facta eſt, proferatur*[39], *aut alia ſecundum leges quantitatem debita probatio exhibeatur: quia & quantitas, cujus memoria facta eſt, pro veritate debetur: Hoc enim & in veteribus legibus invenitur.*

Actor *reo*, *non* reus *actori edit.*

VIII. Idem Aug. Floro.

ET[40] quæ à D. Antonino[41] patre meo, & quæ à[42] me reſcripta ſunt, cum juris & æquitatis rationibus congruunt: Nec enim diverſa ſunt, vel diſcrepantia: quod multum interſit, an ex parte ejus qui aliquid petit, quique doli exceptione ſubmoveri ab intentione petitionis ſuæ poteſt, rationes promi reus[43] deſideret, quibus ſe poſſe inſtruere[44] contendit, quod utique ipſi rei æquitas ſuadet: an vero ab eo, à quo aliquid petitur actor deſideret rationes exhiberi: quando hoc caſu non[45] oportet originem petitionis ex inſtrumentis ejus, qui[46] convenitur, fundari. PP. Kalend. Octobr. Fuſco & Dextro Conss. 226.

---

1 II. D. XIII. *quæ ſuſtineat* 7. *Bol.* VII. *fol.* 86. De libello oblato 2. *extra* 3. id eſt, de editione actionis. Quid ſit edere, vid. *l. 2. T. ead. & l. 2. §. 1. ff. ead.*

2 Manilio.

3 Ad intellectum *l. 1.* vid. Bellon. *Suppar. lib. 2. c. 11.* Purpurat. Fachin. *lib. 11. cap. 85.* Leonin. *emendat. lib. 5. cap. 8.* Ans.

4 Id eſt, quo genere probationum, alio tamen ab editione rationum.

5 Deponenti depoſiti incumbit probatio.

6 Id eſt, pars tibi adverſa, ſive τὸν λόγον ἀπαιτῇς, ſive τὸν λόγον ἀποδιδῷς ex editione ἀναγκάζειν scil. & poſt, τὸν τῆς ἀντιδίκου ἀποδιδόντα. id eſt, adverſarium tuæ brevia. Synopſis Baſil. 7. *tit.* 18. *c.* 14. Adverſarium ſuum ad album producere *in l. 1. §. 1. ff. ead.* non id ſignificat rationes tumultuarie confectas in mundum redigere, ut ibidem notavi Alcatum ſentire. Poſſumus domi, abſente & ignorante adverſario, id facere, nec tamen ei edere. Non omnia rationum tranſcripta eſt editio. Producere ad album eſt ἐνδείκνυσθαι καὶ τὸ χάρτην (qualem legunt χαρτία τῆς ἀγορᾶς) 7. *Eſt.* 18. *c.* 1. id eſt, digito demonſtrare ex albo Prætoris, qua actione ſis uſurus.

7 Reus non ſine cauſſa ad editionem rationum cogendus eſt. Cauſſa ex æquo & bono petuntur à judice. Editionem cauſſæ in æquitate fundantur. vid. *Menochium 2. de arbitr. caſu* 175. *num.* 5.

8 Editio ſit adverſario judicis officio nobili non jure actionis. Quæ de re vide Bellon. 2. *Suppurat.* 11.

9 Acta facta in uno judicio, in alio fidem non faciunt: vide tamen Socin. *reg.* 4. Goth. Vide Purpurat. & Alciat. *hic.* Bellon. *Suppar. lib.* 2. *c.* 12. Ans.

10 Confecta apud publicas perſonas, quales ſunt ipſi judices, actuarii, notarii.

11 Non modo apud ſe edita in alio judicio, ut vult Zoanetus, ſed etiam apud judicem primæ inſtantiæ.

12 Cui? reo: qualiacunque etiam ſint inſtrumenta. vid. Clar. 5. *ſent. §. ult. q.* 49. ubi tractat de publicatione proceſſus criminalis: & ipſi actori, etiam criminalia: ſed ab actuario, notario & ſimilibus perſonis, non ab ipſo reo. Reus enim actori non tenetur edere acta, ſive ſint civilia, ſive criminalia: Civilia non, *l. 4. T. ead.* niſi juſta cauſſa ſit, *l. 1. T. ead.* Criminalia non, ne alioquin cogatur cum poëta dicere, *Hen patior tela vulnera facta meis.* At enim dixeo, delatorem cogi, adverſario petente, mandatorem edere, *l. 2. §. 5. l. 24. ff. de jure fiſci?* Merito: Nam delator partes accuſatoris ſuſtinet: ideoque lex illa reo edi, non actori jubet.

13 Nudis enim actuarii, aut notarii, *l. 40. in pr. ff. de teſtam. milit.* verbis non eſt credendum. Scripturæ tabellionis & inſtrumenti præterea requiritur, aut ſit nihil. vid. *Papon. 3. Notar. 2. cap. In partis principale de tout notaires, eſt l'eſcripr.* 14 Vid. *Socin. reg.* 113.

15 Spem, *Hal.* & male. Species, id eſt, genus actionis, *l. unic. T. de lit. conteſt.* Libellum ſine concluſione non valere hinc colligunt. vid. *Socin. reg.* 231.

16 *Edicto*, litis judicium eſt, ut conteſtatio ejuſdem initium. De ordine judiciorum dicam T. *de litis conteſtatione.* Hic tantum addo: Editionem extrajudicialem, vocationem in jus antecedere, *l. 13. ff. de verb. ſignif.* judicialem ſubſequi. Eſt enim incivile & animi ad lites propenſi indicium ignorantem & non præmonitum in jus vocare: qui alioquin (edita ſibi actione) potuiſſet ſponte actori ſatisfacere, & ita regulariter ab apparitoribus reo dici ſolet: *Subpœnam, aliquis tibi dicit, ut in jus te duces.* Præſenti in judicio reo iterum editur actio: In civilibus cauſſa libelli ſummarias cauſſas petendi continent. Quod ita verum eſſe Capolla notat *cautela* 34. ut rem (eo ordine neglecto) in judicio ultro debitum conſeſſus, ad expenſas condemnari non poſſit.

17 Libellus emendari, aut mutari poteſt ab actore §. 34. *Inſt. de actionibus. Rocadella* ejus ad partem. *Mutatio* ad totum refertur. Fit emendatio adjiciendo vel detrahendo. hinc clauſula libelli (in fine) ſcripta, *Salvo jure addendi.* An alteretur actoris, reo invito, licet impune? Non licet, *l. 23. ff. de judiciis. l. 3. §. 1. ff. de accuſationibus.* qua de re vide apud Ferrarienſem *tit. de forma libelli in actione realı* 2. *num.* 29. *ibi, Salvo jure addendi.* alias ſi libellus ineptus ſit, reo juſta exceptio competit. de qua vide Oldendorp. *in tit. de exceptionib. cap.* 21. *& in tractatu de forma libelli.* Libellum ante litem conteſtatam emendare quis poteſt. vid. *Socin. reg.* 231. poſt conteſtatam non poteſt. vid. *Socin. reg.* 236.

18 Id eſt, quemadmodum Edictis prætorum licet.

19 Ubi jus ſcriptum deeſt, judex ex æquo ſupplere ſolet.

20 IIII.

21 Synopſ. Baſil. *ead. c.* 17. *Theoph. §. 3. Baſil. de act. l. ult. T. de rei vind.* vide ad hunc locum *Socin. reg.* 112.

22 Vel agere: Accuſatori, & actori probatio incumbit, *l. 8. T. de probationibus.*

23 Nemo ex alienis inſtrumentis, aut probationibus juvari debet litemve ſuam inſtruere. 1. *Harmen.* 2. §. 4. vid. *cap.* 1. *extr. de probat.*

24 Id eſt, eorum, qui ad id ſpeciali jure non coguntur. Quilibet fiſco edere tenetur, *l. 3. ff. ead.* Argentarii privato etiam cogantur edere, *l. 10. §. 1. ff. ead.* Quin reus cogitur exhibere, reſpondere & interdum jurare, & ita cauſam adverſario edere, *l. 13. T. de reb. cred.* In criminalibus etiam cauſſa reus queſtioni ſubjectus cogitur verum adverſus ſe evulgare, T. *de quæſt.* Magna videtur abſurditas: Reum non cogi inſtrumenta adverſario prodere; & tamen compelli reſpondere, exhibere, jurare, verum fateri, & quod eo occultius eſt, animi ſecreta in ſeipſum evulgare, ſed eo de re *alibi* dicetur commodius.

25 *L. 9. T. de obl. l. 2. T. de probat. l. 9. T. de excuſat.* Fallit in caſu *Lab. C. de fideicomm. & §. fin. Inſt. ead. Auz.*

26 Id eſt, abſolvetur definitive vel non definitive. An & ab obſervatione judicis? vid. *Bapt. de Monſtrolio ſingulari* 189. *Matheſilanus ſingulari* 17.

27 *Syn. Baſil. 7. tit.* 18. *c.* 17. *in fin.*

28 In à quo petitur, reus: v. *l. 6. T. ead.*

29 Actor ſuas rationes edere eo tenetur. Expunctarum enim rationum qualitas à reo petitur injuſte: nihil itaque reo nocet amiſſio ſecuritatis, cum ſolutionis fides ei ſervari poſſit ex cautionibus rationibus. Cæterum cum dico *reus tenetur*, fiſcum etiam intelligo. vid. *l. 6. T. ead.*

30 *L. 4. T. de fide inſtr. l. 1. T. de cullat. artic.* adde *Nov.* 128. *c.* 4.

31 Sive ſit debitum τοῦ δήμου ſive ſingulorum civitatis vel fiſcale. *Syn. ead. c.* 18.

32 Inſtrumenta rerum earum, quas cum fiſco communes habemus, apud fiſcum eſſe debent: ut & regulariter apud dignioremve, puta majoris partis heredem, *l. 4. §. 3. ff. famil. h. ult. ff. de fide inſtr.* penes heredem, non fideicommiſſarium, *l. 24. ff. de fideicom.* penes heredem venditorem, non emptorem, *l. 48. ff. de act. empt.* penes eum quem digniorem creditores duxerint, *l. 15. ff. de reb. auct. judic.*

33 Ut ſcil. privatus habeat exemplum authenticum, *d. l. 4. in fin.*

34 Authenticum ſcil. & originale. *l. 24. T. de fideicomm. l. 43. ff. de act. empt. l. 48. in fin. ff. de act. empt.* vide ad hunc locum elegans Arretium Parliienſis apud Lucium 9. *Platior.* 1. *num.* 1.

35 Roſo.

36 Clauſula *mire* proprii inducit probationem, ut etiam alienis verba in reſcripto probent. *Alberic.*

37 Exemplum non probat: vide tamen Socinum *reg.* 136. Goth. Vide Purpurat. & Alciat. *l. 1. Fachin. lib.* 12. *cap.* 3. Bellon. *Suppar. lib.* 3. *cap.* 17. Ans.

38 Exemplo inſtrumenti non creditur, ſed authentico. Cur ita? Ita tamen notario creditur, de quibus rogatus eſt ut & in his fides quæ tempore inſtru-

4 Id est, si quis in ipso contractu, aut instrumento emendo. Ex confensu pacto jure civili nihil aliud tutor potuit, quam præstare exceptionem & replicationem. 5 Vide ad hanc locum Socinum *reg.* 339. 6 Foro quisque in suo conveniendus. Forum peculiare sortiuntur ratione militiæ, dignitatis, sacerdotii. Si alio loco conveniantur, competit nobis exceptio. De exceptionibus declinatoriis adversus jurisdictionem, vide Oldendorp. *c. 6. Enchiridii, excepti.* 7. 7 Id est, exceptione. Porro fori præscriptioni renunciat, qui hoc adversario largitur, ubi conventus ab eo fuerit, se ad forum fori vel judicem suum non revocaturum: majus est expresse consentire in quentvis judicem, quam simpliciter pollicori, si ad eum judicem non iturum, ad quem jure possit revocare. Priore casu in quem vis judicem consentitur: posteriore, non consentitur, sed in eos tantum, quos judices jure communi habemus, si vellent eos esse. Itaque in hac hypothesi, tametsi miles non possit revocare adversarium ad judices privilegio datos, non ad quos id, tamen trahetur ab adversario, sed ad eos tantum, quorum esset jurisdictio, si donatus privilegio non fuisset. 8 Id est, occasione militiæ, &c. Fori præscriptio, seu exemtio tribus ex causis hic competit, propter militiam, dignitatem, sacerdotium: igitur milites, magistratus, & sacerdoti competit. 9 Milites apud magistrum militum. *L. pen. C. de negotiis, cum suc.* Clerici apud Præsidem in provincia, apud P. prætorio in urbe conventi possunt. *l. 31. T. de epiſc. audient.* 10 Vid. *l. 7. C. de jurisd.* 11 *L. 51. T. de epiſcopis. Nov.* 136. *c. 2.* 12 Forsa ex *l. si tutoris.* 28. *ff. de jurisd.* Verum ibi licuit ante editum judicem pœnitere. Alias ultimus fit competens. 13 Græci locatio, *si*, pro *An*, ut *l.* 30. *C.* 14 Pacto renunciare suæ pestimæ. 15 Prima decidendi ratio. 16 Quod proponitur *l. 7. §. 7. ff. de pactis.* 17 Foro pestimæ renunciare. 18 Imo valere debet, præsertim re integra. *l. 16. ff. de jurisd.* Solve: ducta l. 18. negat pactum nudum ad fori renuntiationem sufficere. Aliud est autem in pacto vestito solemnitis contractus, *ut hic.* 19 Secunda decidendi ratio satis infirma, multis enim casibus renunciare non licet juri suo: puta dotis privilegio, *l. 2. ff. de pactis dotalib. alimentis. l. 8. in fin. ff. de transact.* cautioni usufructuariæ. *l. 1. §. de usufr.* Verum dici potest, quemque juri pro se introducto posse renunciare, lege nominatim id permittente, vel si publica utilitas in eo non versetur. Ita eadem pacta ex regulis juris jure à se introductum confirmat Justinian. *l. 30. §. ult.* 21 *L. 7. §. 14. §. 1. l. 43. l. 45. in fin. ff. sed. l. 4. §. 4. ff. si quis caution. l. 41. ff. de minorib. l. 24. §. 8. ff. de donat. l. 21. 27. ff. de reg. jur.* 22 Nota genera judicum qui sequuntur Paulum, compromissarii, arbitri, electi. 23 Judicum alii pedanei, compromissarii, arbitri. 24 *Litem suam facere* quid, vide in *l. ult. ff. de contrahend. empt.* 25 Ne dicas Cæsaris ad vocatum cum Accursio, sed urbis Cæsareæ Palestinæ advocatus: unde Palestina advocatio dicitur, *l. 12. §. de legitimis hæredibus. l. 15. in pr. §. de fideicomm.* 26 Corvina conventio est pactio de viventis hereditate, eo ignorante, *l. 3. §. 4. ff. de usufruct. l. 8. §. 2. ff. de collat. Goth.* De pacto futuræ successionis vide Tessaur. *dec.* 229. Alciat. & Purpurat. *b. l.* Sic fiat insitio no, de cujus bonis agitur, Merend. *lib. 1. controvers. cap.* 17. 18. 19. Anz. 27 Id est, an: et *l.* 29. *T. eod.* 28 Vivantis non est hereditas. Ideo si quis ita scripserit, *pro se fecisse filios & hæredes suos*: vel si quis ita concesserit, *mihi, & filiis, & hæredibus meis*: vel ita hæredem instituerit, *me, filios meos & hæredes*, liberi mecum non concurrunt, quia hæredes hæredes non sunt. Aliud erit si quis *me, & filios hæredes* instituerit. v. *Graff. lib. 3. tit. 3. §. her.* 7. 4. 29 Ita veteribus regulis suas decisiones confirmat Justinianus, *l. 29. T. eod.* 30 *L. 6. T. eod.* 31 *D. l. 46. ff. de her. inſt.* 32 Ea de cujus successione agitur, sciente, jubente, adeo, & ne quidem in merita arbitrale recusante, de ejus hereditate, licet viventis pacisci possimus. Imo non possumus, ex eam permittente: confirmatur enim spes pacisconium, qui nihil non auferri sinit in eum, ex cujus morte speranti aliquid. Ad hæc, in de cujus successione quis pactus fuit, de ea hereditate non transferenda pactionem non obligatur, *l. 13. T. eod. l. 9. §. de pactis. convent. l. 4. §. de donat. simul.* Ergo nec pactionibus consentire. Solve: hoc nostro casu, qui consentit hereditatem suam, non propriæ absolutæ, cum ante mortem suam voluntatem mutare possit. 33 *L. 1. C. §. sanc. resp.* 34 *L. 1. §. de reg. & legib. l. 38. §. 4. ff. de verb. obl.* Rem alterius donare non possumus.

Jl. 11. ff. xv. 2. C. 11. 9. C. Gregor. de Hermogen. 10. de pactis. 6 transf. vigil. Imperat. 12. Recit. 2. 1. Nov. 10. 1. Nov. 35. Transigere est cautum sui libertatis. *l. 18. §. 1. ff. eod.* contra veritatem. *l. 14. ff. eod.* vel futurum. *l. 2. §. eod.* vel pendentem, aut *l. 18. §. 1. ff. eod.* dubium tamen. *l. 22. §. eod.* incertum, modum finitum. *d. l. 2. §. confessa. l. 13. §. 1. §. 2. ff. de cond. indeb.* certa conditione. *l. 25. §. eod.* certa lege. *l. 14. ff. eod.* id est, aliquo dato. *l. 8. l. 38. §. eod.* retracto. *l. 22. §. eod.* vel accepto. *l. 24. §. eod.* vel promisso. *l. 2. §. 37. §. eod. l. 8. §. 16. l. 29. §. eod. l. 1. ff. eod.* ac decidere. *l. 7. l. 17. §. eod.* 35 Idem si cum uno fidejussoribus. Pactum cum alio altero ex duobus fidejussoribus factum nihil prodest. *l. 25. §. 1. ff. de fidejuss.*

TIT. IIII.
DE TRANSACTIONIBUS [35].

De paciscendo vel transactionis facta cum quibusdam ex tutoribus vel curatoribus.

I. Imp. Antonius A. Celerio.

NEQUE pactio, neque transactio cum quibusdam ex curatoribus [36] sive tutoribus facta, auxilio cæteris est in his, quæ separatim communiterve gesserunt, vel gerete [37] debuerunt. Cum igitur tres curatores habueris, & cum duobus [38] ex his transegeris: tertium convenire non [39] prohiberis. Dat. Kalend. Maji, Gentiano & Basso Conss. 212.

De mora litis.

II. Idem A. Luctatio.

CUm te proponas cum sorore tua de hereditate transegisse, & ideo *certum pecuniam ei te debere* caviſſe: etsi [40] nulla [41] fuisset quæstio hereditatis, tamen propter timorem [42] litis transactione interposita, pecunia [43] recte cauta intelligitur: ex qua causa si fisco solvisses [44], repetere [45] non posses: & si non [46] solvisses, tamen jure conveniereris. PP. III. Id. Aug. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De actione administrata curæ.

III. Imp. Alexand. A. Tullio.

AGe cum Geminiano [47], quod pater ejus curator tibi datus negotia tua gesserit: & si apud judicem negabit se hac actione teneri, quoniam [48] transactio & [49] Aquiliana stipulatio [50] interposita est: judex contemplatione [51] judicii quod bonæ [52] fidei est, quæret, de quanta pecunia nominatim transactum sit: &, si apparuerit de minore transactum [53], quantam pecuniam reliquam ex administratione curæ deberi probatum fuerit, solvere cum jubebit [54], quod non in stipulationem Aquilianam obligationis jure tantum deductum est, quanta erat quantitas pecuniæ quæ debebatur. Dat. Prid. Idib. August. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De actione administratæ curæ.

IV. Idem A. Numidio.

ACtione administratæ curæ ab eo, qui legitimæ ætatis annos complevit, in Aquilianam stipulationem deducta, & per [55] acceptilationem extincta, nullam [56] aliam superesse [57], nisi de dolo intra [58] concessa tempora [59], non ambigitur: nisi specialiter etiam [60] de dolo transactum sit. PP. II. Non. Martii, Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De transactione cum herede tutoris sine scriptura.

V. Idem A. Evocato.

CUm te transegisse cum herede [61] quondam tutoris tui proficeris, si id post legitimam [62] ætatem feciti, frustra desideras, ut à placitis recedatur: licet enim (ut proponis) nullum [63] instrumentum intercesserit, tamen si de fide contractus confessione [64] tua constet: scriptura quæ [65] probationem rei gestæ continere solet, necessaria non est. PP. Kal. Mart. Alexino & Æmiliano Conss. * [66]

De Querela inofficiosi, de actione ex stipulatu, vel præscripto verbo.

VI. Idem A. Pomponius.

CUm mota inofficiosi querela matrem vestram cum diversa parte transegisse, ita [67], *Ut* [68] *partem bonorum susciperet* [69], *& à lite discederet*, proponatis: instaurari quidem semel omissam [70] querelam per [71] vos, qui matri heredes extitistis, juris ratio non [72] finit: Verum, si fides placitis præstita non est, in [73] id quod interest, diversam partem recte convenietis: Aut [74] enim stipulatio conventioni subdita est, & ex stipulatu actio competit: aut, si omissa verborum obligatio est, utilis actio, quæ præscriptis verbis rem gestam [75] demonstrat, danda est. PP. VIII. Idib. Jan. Agricola & Clemente Conss. 231.

De procuratore.

VII. Imp. Gord. A. Junio militi.

TRansactionis [76] placitum ab eo interpositum, cui *causæ actionem* [77], non [78] *decisionem litis* mandasti, nihil [79] petitioni tuæ derogavit. PP. XIV. Kalend. Januar. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De alimentis.

VIII. Idem A. Licinio

DE alimentis [80] prætextis [81], si quæstio deferatur, transigi potest: De futuris autem sine [82] Prætore, seu Præside interpo-

37 Curatores & Tutores non nudo tenentur ea, quæ gesta, seu ex his quoque quæ debent gerere. Quamquam is etiam *male gerere* dicitur, qui quæ gerere debeat omittit.

38 Qui transigit cum duobus sibi obnoxiis, tertium tacite liberasse non censetur *l. 15. ff. de aut. & vasimon. l. 3. ff. eod. l. 3. ff. Res inter alios acta.*

39 Cur non prohiberis, cum obligentur plures tutores in solidum & in eo sint correi. *l. 38. l. 55. in pr. ff. de adm. tutor. l. 5. ff. arb. tutel.* & pactum unius correi alteri prodit. *l. 25. ff. de pactis, l. 3. §. 2. ff. de lib. leg.* Factum fuit personale quod alteri non prodest. *l. 25. §. 1. ff. de pactis.*

40 De lite nondum mota posse transigere. *l. ult. T. eod.*

41 Imo non est transactio, nisi res dubia, *l. 1. ff. eod. l. 22. ff. de in jus vocando. l. 2. ff. si quis cautionibus.*

42 Propter litis metum transactioni locus est. Satis est ad transactionem litis metus. Hoc ipsum quod à lite discedere, causa videatur esse transigendi. *l. 65. §. 1. ff. de cond. indeb.*

43 Pecunia transactionis nomine cantæ jure peti potest.

44 Quid? quam summam, num dicemus vicesimam hereditatis, quæ fisco solvebatur, ut vult Cujac. 9. *obſ. 24.* Aut verò id quod Lucrativæ ex transactione dare debeit forori sua, cui fiscus jure succesſerat, ut vult Accurs. & Hot. aut certe qui soror fuisset succeſſus, ut vult Donellus?

45 *L. 23. ff. eod.* Solutum transactionis causa non repetitur.

46 Promiſſum transactionis causa conduci non potest.

47 Herode tui curatoris filii. 48 Prima dubitandi ratio hinc sumitur, Nam non fuisse prætextu minoris quæstionis instaurari non potest. *l. 28. in fin. ff. de Dol.* 49 Altera dubitandi ratio hinc sumitur. Nam Aquiliana stipulatio actionem perimit. *l. 4. ff. eod.* 50 Id est, acceptilatio. Solet enim Aquiliana stipulationis verbo acceptilatio, quæ illum sequitur, intelligi. *l. 5. l. 15. ff. eod.* & è contra. vide *Cujac. 5. obſer. 36.* 51 Decidendi ratio. 52 Negotiorum gestorum actionem intelligit. *§. 28. Inſt. de act. l. 7. ff. de negotiis, l. 3. ff. de obl. & act.* 53 Transactum esse quantitatem pecuniæ, quam ex administratione, &c. *Hal.* 54 Cur ita? vide *l. 3. ff. eod.* 55 Actio per acceptilationem extingui solet. Extincta simel actio refuscitari non potest alteram in vita. Atqui si exceptio, cum qui accepit talit deceptum fuisse? Antiqua si non restituetur, sed ejus loco dabitur de dolo actio, nisi transigendo dolum quoque remiserit adversarius.

56 Cur non tutela & cura? quia subsidiaria juris Aquiliana stipulatio, licet dolo mala facta, tutelæ administrationi interposita, ipsius tutelæ actionem extinxit. *l. 9. §. 3. ff. eod. l. 36. ff. de verb. obl.*

57 Doli actio subsidiaria est ei, qui dolo inductus non debitori accepto tulit debitum, *ut hic, & l. 1. §. si quæ ff. de dolo.* quemadmodum & metus causa actio ei datur, cui acceptilatio metu extorta est. *l. 21. §. si metus. ff. quod metus causa.* 58 Doli actio olim annua: jure novo, biennalis est. *l. ult. T. de dolo.* 59 Biennium. *l. ult. T. de dolo.* 60 Si de dolo transigendum, specialiter dolum remitti oportet. 61 Heredes tutorum tutelæ tenentur. 62 Transactio legitime facta à majore 25. annis non rescinditur. 63 De eo dixi ad *l. 17. T. de pro. adde l. 17. §. de fid. instr.* 64 Confessione adversarii nulla melior & efficacior haberi potest probatio. vide *Balduc. & Valle t. conſ. 21. n. 2.* Idem præstat & operatur confessio, quod publicum instrumentum. *Bald.* 65 Instrumenta sunt in id inventa ut probent. 66 Id est, A. D. 207. Quod si ita est, neque error est in Consulibus, tribunalia hæc lex non Alexandro, verum Severo. Atque ita fuerit hæc lex à Tribonianno prima omnium hoc titulo constituenda. 67 Solet enim transactio interponi datæ aliquo vel retento. *l. 38. §. ult.* 68 Negotium hic quodammodo gestum est? Do ut des. Nam actione hic remittit actionem, ut ei pars hereditatis detur. 69 Conciliationem *l. 1. C. comm. l. 17. ff. de inoffic. teſt.* vide apud Fachin. *lib. 1. controv. cap. 10. Anz.* 70 De querela inofficiosi potest transigi. 71 Juliam defuncti transactionem heredes rescindere non possunt. 72 Imo finit; quoniam transactio inofficiosi querelam integram relinquit. *l. 27. in pr. ff. de inoffic.* Die aliud esse in filio qui querelam instituit, aliud in eum heredem. *l. 11. §. 1. l. 3. §. in fin. cum l. seq. ff. de inoffic.* Cur aliud Papia heredi alia actione succurritur? æquum fuit gravem actionem inofficiosi non concedi. Defuncti enim existimationem lædit instituta inofficiosi actio. *l. 2. l. 5. ff. eod.* Quod si quæris quæ sint illæ actiones, quibus heredi succuratur, die, *ac cavi virum?* *eod.* 73 Qui infuitam transactionem impugnat, tenetur id quod interest. 74 Ob non servatam nobis fidem transactionis, id quod interest petimus, vel ex stipulatu (si stipulatio transactioni intervenit aut præscriptis verbis, si stipulatio omissa. 75 Præscripta verbis actio res gestam, id est, ipsum factum demonstrare solet. *l. 2. §. de verus. in rem si fund.* vide quæ notavi *ff. de præscr. verb.* hinc etiam colligent, Transactionem contractum esse innominatum, cum detur ex ea præscriptis verbis actio. 76 *L. 2. C. Gregor. eod.* 77 Actionis executor, litisve procurator transigere, decidere, solutionem accepere non potest. *l. 23. ff. de pactis. l. 85. ff. de solut.* 78 Actionem cuique habenti procuratoris, & decisionem litis habentis differentia. Hic non, ille transigere potest. 79 Imo derogare videtur. Nam post litem contestatam, procurator efficitur rei dominus. *l. 11. ff. de doli except.* Solus procurator, de quo hic agitur, procurator ad negotia gerenda, non ad litis decisionem fuit. 80 De alimentorum transactione hoc præcis notandum: De alimentis relictis, cuicirillis aut mortis causa donatione relictis, transigere non possumus. *l. 8. §. 2. ff. eod.* nisi posterita sint, *ut hic.* Atqui de futuris etiam pactis possumus. *vide ibi Donellum n. 8.* ergo & transigere? promiscue fieri homines ad transigendum, quam ad pacisendum. Pacisentes dumtat. *l. 1. ff. eod.* transigentes etiam aliquod modicum præsitis acciipiunt vel retinent. *l. 35. T. eod.* 81 Cur de præteritis alimentis transigere licet, de futuris non licet? Nemo in præteritum vivit, licet jam vixerit, ex tamen nunquam ad præsentem vitam à defuncto fuerunt destinata, idcoque hoc casu contra testatoris voluntatem recte non transigitur. 82 Cur de alimentis testamento relictis transigere vetatur: non ut eum quasi legatarius (id enim fallerent in civis; ac præterea alimenta legata potest quis gratis remittere) non ut bonos mortis habentes voluntati defuncti; nonquam enim transactio permitteretur. Dicendum ergo est, prohiberi non præcise, sed causa cognita.

1 Ulpio.
2 De stat.
3 Transactio fieri potest sub conditione.
4 Quia etiam possidendi causam nobis stipulari possumus.
5 In, cui transactione libera fundi possessio cessit, vim pati non debet.
6 Minus aut vim inferentem repellit Prætor officio Suo: vel potius iurisdicto Uti possidetis. l. 1. ff. uti possidetis.
7 L. ult. ff. quod metus causa. l. 1. ff. uti possidetis.
8 Judex officium suum non impertitur nisi rogatus. Vide tamen hic Decium.
9 L. ult. ff. quod metus.
10 Ex hac pactione exceptio datur adversus actionem in rem, ut hic, recte: duplex enim rei vindicandæ possessionis via est, aut exceptio, aut interdictum. l. 1. §. 3. ff. uti possidetis.
11 Transactio potest fieri sola promissione, hoc est etiamsi nihil datum sit.
12 Patrui nepotibus ex fratre contra fidem sanguinis quæstionem status, & successionis paternæ movent.
13 De statu & successione transigere licet.
14 L. 16. ff. eod.
15 Vid. l. 16. ff. de pactis, & l. 1. eod.
16 Et ita abrogatur sententia apud Paul. 4. sent. 1. §. 13.
17 Quæ, cum rata sit, summovere retinenda.
18 Votum mortis alterius improbandum.
19 Id est, non ex minore.
20 Minor non restituitur adversus transactionem.
21 In recipienda remissione minor non restituitur: quia ubi par conditio est, lædi nemo intelligitur.
22 In eo transactio differt à pacto, l. 1. ff. eod. 2. Harm. 20. §. 14.
23 Dubietas, nota transactionis transactionis l. 1. ff. eod.
24 Dubitandi ratio elicitur hoc ex loco: quoniam hic administrator plerumque tutor appellatur, & sicut tutor aut curator domini locum obtinet. l. 27. ff. de admin. tutor.
25 Id est, gratiosè. Cujac. l. eod. l. 4. in pr. ff. de decretis ab ordin. faciend.
quodcumque sit gratiosè in perniciem Reipub. nullius est momenti. 26 Transigere administrator Reip. vel civitatis potest: at non donare. Aliud est enim donatio & administratio. l. 7. ff. de donat. l. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptore. l. 2. §. sine reipublicæ 8. ff. de admin. rerum. 27 Civitatis administrator transigere potest de re civitatis, at non debitum liquidum remittere.
28 X. Ecthg. 2. tit lib. 11. tit. 2. c. 22. 29 L. 1. ff. quod met. 30 In genere, at indefinite: videtur hinc Edictum ad quemcunque metum pertinere. 31 Vide l. 8. ff. de rest. hinc videtur metus reverentialis excludi; ut si famosa Transactionem inter patrem & filium habitam valere, nec rescindi metus reverentialis prætextu: cum in tantum metus transactioni sit contrarius, qui salutis periculum, &c. inferat: quod in filiabus versum esse negat Hotomanus, consil. 7. 32 Tryphon. Synopf. Basil. d. loco. 33 Imo qualitas facti sufficit. l. 10. ff. de rescind. Solve: facti qualitas, id est, atrocitas sufficit. l. 9. ff. de vi qua vi. Causa, id est, personarum qualitas non sufficit. l. 6. d. tit. l. ult. ff. quod met. caus. Qualitates personarum, puta si patronus, ut hic. 34 Nec enim falsis precibus Principes indulgent. 35 Transactio inter dominum & servum non consistit. l. 6. ff. an servus, l. 36. ff. de liberali l. 4. ff. de judiciis. An idem in adscripto? vide Cujac. 12. observ. 36. 36 Teneri posse videbatur. nam pacto naturalis obligatio constituitur. l. 95. §. naturale ff. de sol. Et vero servus naturalis obligationis capax. l. 13. l. 64. ff. de cond. ind. l. 14. ff. de obl. & act. 37 Id est, adversa, quæ transactionis causa aliquid acceperat.
38 Adde, & sic ipsam non impedias, quominus transactionem irrita, causa ad priorem statum redeat. 39 Imo diffuadet: Nam cum jus transactionis edicto sit confirmatum, publicum videtur: jus autem publicum pacto mutari non potest, l. jus publicum 38. ff. de pactis. Dic, pactis non posse adversus Edictum jubens aut prohibens. l. 7. §. ait prætor. ff. de pactis. posse, si Edictum permittat. l. 41. ff. de minoris. 40 Transactione rescissa mutuo partium consensu, quidquid aut ab uno, aut hinc & inde datum & acceptum fuit, restitui oportet, l. 27. J. eod. adde l. 42. J. eod. l. 95. §. 1. ff. de solut. 41 Adversus transactionem utroque consentiente interdictum ita potest. 42 Transactio ipsa jure tollitur per acceptilationem ei subjunctam. l. 2. l. 3. J. de acceptilat. l. 4. l. 32. hoc tit. Quid si non sit subjecta? per exceptionem tollitur: idque Prætoris beneficio. l. 28. J. eod. Ideo in re judicata est. l. 22 ff. de excep. rei judic. alias transactione, ut res judicata, finiri lites dicuntur, l. 20. J. eod. l. 1. in fin. ff. ad Trebell. 43 Jus ex facto oritur. 44 Acceptilatio perimit omnem transactionem. l. 4. T. eod. l. 32. J. eod. l. 3. J. de acceptilationib. l. 10. T. eod. 45 Synopf. Basil. 11. tit. 2. cap. 24. 1. Harmen. 10. §. 10.
46 Pagan. Not. 25. 109. Des rescripts contre transactions. 47 Cur non oportet, cum capite damnatos restituat, l. 27. ff. de pœnis, l. 6. §. pen. ff. de injustis? Rescriptum illo casu nemini damnosum est, alias non admittaretur. l. 3. l. 7. T. de precibus, l. 2. §. meritò 10. ff. ne quid in loco publico, l. 12. in fin. ff. de religios. l. penult. ff. de hæred. instit.

terposita transactio nulla auctoritate juris censetur. PP. x. Kal. Jan. Pio 1 & Pontiano Conss. 239.

De possessione.

12. Idem A. Agrippino.

Si super 2 possessione, quæ tibi quæsita est, cum quæstionem pateretis à fratre uxoris tuæ, pactum conventum, & stipulatio inter vos (ut allegas) interposita est, *Ut, si is intra diem certum idem adversarius tuus decem aureos tibi summovisset, possessione ei cederes: vel 4, si eam inferre quantitatem non curasset, alterius quæstionem non pateretur:* & is, qui ita spopondit, promisso satis non fecit: consequens est, te, ad quem res pertinet, vim 5 ab eo pati non debere: Cujus 6 rei gratia, Vir Clarissimus præses 7 provinciæ interpellatus, 8 vim [fieri] prohibebit 9: præcipuè cum, etiam si in 10 rem diversæ parti actio competeret, hujusmodi pactione 11 propter utilem exceptionem posset submoveri. PP. VI. Id. April. Gordiano Aug. II. & Pompeiano Conss. 242.

De lite non revocanda.

X. Imp. Philippus A. Apollophanis.

Fratris tui filiis de paterna successione, ac statu etiam nunc contra 12 fidem sanguinis, itemque placitorum, 13 quæstionem inferre panum probe postulas: nullus etenim erit litium 14 finis, si à transactionibus bona fide interpositis cœperit facile discedi. PP. Prid. Kal. Apr. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De fideicommisso recipiendo.

XI. Impp. Valerianus [Gallienus] AA. & Valerianus Nobilis Cæsar Cajano militi.

De fideicommisso à patre inter te, & fratrem tuum vicissim 15 dato, *si alter vestrum sine liberis excesserit vita*, inter posita transactio rata 16 est: cum fratrum concordia 17 remoto captandæ mortis alterius 18 voto improbabili retinetur: & non potest eo casu rescindi, tanquam circumventus sis: cum pacto tali consenseris: neque eam 19, cui subveniri solet, ætatem agere te proponas 20: nec, si ageres, iisdem illis de 21 causis in integrum restitutionis auxilium impetrare deberes. PP. XV. Kal. Decemb. Valeriano & Gallieno AA. utrisque II. Conss. 256.

De administratoribus civitatis.

XII. Iidem AA. Primo.

Præses provinciæ examinabit, utrum de 22 dubia 23 lite transactio inter te & civitatis 24 tuæ administratores facta sit: an ambitiose 25 id, quod indubitate deberi posset, remissum sit: nam priore 26 casu ratam manere transactionem jubebit: posteriore vero casu, nocere civitati gratiam 27 non sinet. PP. XVI. Kal. Mart. Æmiliano & Basso Conss. 260.

De metus & dolo. De damno & furto.

XIII. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Probæ.

Interpositas 28 *noctus causa transactiones, ratas non haberi* Edicto 29 perpetuo continetur 30. Nec tamen quilibet metus ad rescindendum ea, quæ consensu terminata sunt, sufficit: sed talem metum probari oportet, qui saluris 31 periculum, vel corporis cruciatum 32 contineat. †. Advim tamen, vel dolum arguendum qualitas causæ principalis non 33 sufficit: Unde, si nihil tale probari potest, consensu quæstiones terminatas minime instauran oportet. Sed quoniam eum, cum quo te transegisse commemoras, ex ancilla [tua] natum, servum tuum esse adseveras: si 34 vera sunt quæ precibus complexus es, alia ratio pactum reformat: nec enim dubii juris est, dominos cum 35 servis suis pacisentes, ex placitis teneri atque obligari non 36 posse. S. IV. Non. April. Byzantii, ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

Si à transactione recedatur.

XIV. Iidem AA. Sopatræ.

Si diversa 37 pars contra placitum agere nititur 38, æquitatis ratio suadet 39, refusa 40 pecunia (cum & 41 tu hoc desideras) causam ex integro agi. PP. IV. Non. Jul. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De Aquiliana stipulatione, & acceptilatione.

XV. Iidem AA. Pontio.

Ut 42 responsum congruens accipere possis, infere 43 pacti exemplum: ita enim intelligemus, utrum sola convention fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio, nec non & acceptilatio secuta fuerit: quæ si subdita esse illuxerit, nullam 44 adversariæ tuæ petitionem hereditatis, vel in rem specialem competere palam est. PP. XV. Kal. Aug. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De lite non resuscitanda.

XVI. Iidem AA. & CC. Cælio.

Cassus 45 vel lites transactionibus legitimis finitas, Imperiali rescripto 46 resuscitari non 47 oportet. S. V. Id. Mart. ipsis V. & IV. AA. Conss. 293.

Si is, qui quid transactionis causa accipit, de conventione restituat.

XVII. Iidem AA. & CC. Marcello.

Cum proponas ab ea, contra quam supplicas, litem, quam tecum habuit, transactione decisam: eamque acceptis 48 his, quæ negotii dirimendi causa placuerat dari, nunc de conventione resiluisse: ac petas, vel pacto stari, vel 49 data restitui: perspicis, liquidem de his reddendis *manente 50 transactionis pacto*, statim stipulatione, *si contra fecerit*, prospexisti, & viginti quinque annis major fuerit: quod exceptionem 51 pacti 52, & 53 actionem 54 datorum habeas: Quod si nihil tale convenit: exceptio tibi 55, non etiam eorum, quæ dedisti, repetitio competit, parta fecuritate. PP. V. Id. Jun. ipsis. AA. V. & IV. Conss. 293.

De publicis criminibus.

XVIII. Iidem AA. & CC. Valenti.

Transigere 56 vel pacisci de crimine 57 capitali, excepto 58 adulterio 59, prohibitum non est: in aliis 60 autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, citra 61 falsi 62 accusationem. S. III. Kal. Septemb. AA. Conss. 293.

De instrumentis post transactionem repertis.

XIX. Iidem AA. & CC. Itenzo.

Sub 63 prætextu instrumenti post reperti transactionem bona fide finitam rescindi, jura non patiuntur. 64 †. Sane si per se, vel 65 per alium subtractis instrumentis, quibus veritas arguipotuit, decisionem litis extorsisse probetur; siquidem actio superest, replicationis auxilio doli mali pacti exceptio removetur: si vero jam perempta est, intra constituturum tempus tantum actionem de dolo potes exercere. Dat. IV. Kal. Octobr. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De vi transactionis. De nocte.

XX. Iidem AA. & CC. Antiliæ

Non 66 minorem 67 auctoritatem transactionum, quam rejudicatarum esse, recta ratione placuit: si quidem, *Nihil ita fidei 68 congruit humanæ, quam ea quæ placuerant, custodiri:* Nec 69 enim ad rescindendum pactum sufficit, quod hoc secunda 70 hora noctis intercessisse proponas: cum nullum tempus sanx 71 mentis majoris viginti quinque annis consensum repudiet. S. IV. Kal. Octob. ipsis AA. Conss. 293.

De simulata emptione.

XXI. Iidem. AA. & CC. Geminiano.

Cum ea, quæ transactionis causa dari 72 aut retineri convenit, velut 73 emptorem eum, quem accipere placuerat, obtinere præscribitur: his, quæ simulate 74 gerantur, pro infectis habitis, frustra facti 75 pretii postulatur numeratio. S. V. Non. Octob. ipsis AA. Conss. 293.

1 Id est, ait rescripsit. Gratiosè in perniciem Reipub. nullius est momenti. 2 De stat. 3 Transactio fieri potest sub conditione. 4 Quia etiam possidendi causam nobis stipulari possumus. 5 In, cui transactione libera fundi possessio cessit, vim pati non debet. 6 Minus aut vim inferentem repellit Prætor officio Suo: vel potius iurisdicto Uti possidetis. l. 1. ff. uti possidetis. 7 L. ult. ff. quod metus causa. l. 1. ff. uti possidetis. 8 Judex officium suum non impertitur nisi rogatus. Vide tamen hic Decium. 9 L. ult. ff. quod metus. 10 Ex hac pactione exceptio datur adversus actionem in rem, ut hic, recte: duplex enim rei vindicandæ possessionis via est, aut exceptio, aut interdictum. l. 1. §. 3. ff. uti possidetis. 11 Transactio potest fieri sola promissione, hoc est etiamsi nihil datum sit. 12 Patrui nepotibus ex fratre contra fidem sanguinis quæstionem status, & successionis paternæ movent. 13 De statu & successione transigere licet. 14 L. 16. J. eod. 15 Vid. l. 16. ff. de pactis, & l. 1. eod. 16 Et ita abrogatur sententia apud Paul. 4. sent. 1. §. 13. 17 Quæ, cum rata sit, summovere retinenda. 18 Votum mortis alterius improbandum. 19 Id est, non ex minore. 20 Minor non restituitur adversus transactionem. 21 In recipienda remissione minor non restituitur: quia ubi par conditio est, lædi nemo intelligitur. 22 In eo transactio differt à pacto, l. 1. ff. eod. 2. Harm. 20. §. 14. 23 Dubietas, nota transactionis transactionis l. 1. ff. eod. 24 Dubitandi ratio elicitur hoc ex loco: quoniam hic administrator plerumque tutor appellatur, & sicut tutor aut curator domini locum obtinet. l. 27. ff. de admin. tutor. 25 Id est, gratiosè. Cujac. l. eod. l. 4. in pr. ff. de decretis ab ordin. faciend. 26 Transigere administrator Reip. vel civitatis potest: at non donare. Aliud est enim donatio & administratio. l. 7. ff. de donat. l. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptore. l. 2. §. sine reipublicæ 8. ff. de admin. rerum. 27 Civitatis administrator transigere potest de re civitatis, at non debitum liquidum remittere. 28 X. Ecthg. 2. tit lib. 11. tit. 2. c. 22. 29 L. 1. ff. quod met. 30 In genere, at indefinite: videtur hinc Edictum ad quemcunque metum pertinere. 31 Vide l. 8. ff. de rest. hinc videtur metus reverentialis excludi; ut si famosa Transactionem inter patrem & filium habitam valere, nec rescindi metus reverentialis prætextu: cum in tantum metus transactioni sit contrarius, qui salutis periculum, &c. inferat: quod in filiabus versum esse negat Hotomanus, consil. 7. 32 Tryphon. Synopf. Basil. d. loco. 33 Imo qualitas facti sufficit. l. 10. ff. de rescind. Solve: facti qualitas, id est, atrocitas sufficit. l. 9. ff. de vi qua vi. Causa, id est, personarum qualitas non sufficit. l. 6. d. tit. l. ult. ff. quod met. caus. Qualitates personarum, puta si patronus, ut hic. 34 Nec enim falsis precibus Principes indulgent. 35 Transactio inter dominum & servum non consistit. l. 6. ff. an servus, l. 36. ff. de liberali l. 4. ff. de judiciis. An idem in adscripto? vide Cujac. 12. observ. 36. 36 Teneri posse videbatur. nam pacto naturalis obligatio constituitur. l. 95. §. naturale ff. de sol. Et vero servus naturalis obligationis capax. l. 13. l. 64. ff. de cond. ind. l. 14. ff. de obl. & act. 37 Id est, adversa, quæ transactionis causa aliquid acceperat. 38 Adde, & sic ipsam non impedias, quominus transactionem irrita, causa ad priorem statum redeat. 39 Imo diffuadet: Nam cum jus transactionis edicto sit confirmatum, publicum videtur: jus autem publicum pacto mutari non potest, l. jus publicum 38. ff. de pactis. Dic, pactis non posse adversus Edictum jubens aut prohibens. l. 7. §. ait prætor. ff. de pactis. posse, si Edictum permittat. l. 41. ff. de minoris. 40 Transactione rescissa mutuo partium consensu, quidquid aut ab uno, aut hinc & inde datum & acceptum fuit, restitui oportet, l. 27. J. eod. adde l. 42. J. eod. l. 95. §. 1. ff. de solut. 41 Adversus transactionem utroque consentiente interdictum ita potest. 42 Transactio ipsa jure tollitur per acceptilationem ei subjunctam. l. 2. l. 3. J. de acceptilat. l. 4. l. 32. hoc tit. Quid si non sit subjecta? per exceptionem tollitur: idque Prætoris beneficio. l. 28. J. eod. Ideo in re judicata est. l. 22 ff. de excep. rei judic. alias transactione, ut res judicata, finiri lites dicuntur, l. 20. J. eod. l. 1. in fin. ff. ad Trebell. 43 Jus ex facto oritur. 44 Acceptilatio perimit omnem transactionem. l. 4. T. eod. l. 32. J. eod. l. 3. J. de acceptilationib. l. 10. T. eod. 45 Synopf. Basil. 11. tit. 2. cap. 24. 1. Harmen. 10. §. 10. 46 Pagan. Not. 25. 109. Des rescripts contre transactions. 47 Cur non oportet, cum capite damnatos restituat, l. 27. ff. de pœnis, l. 6. §. pen. ff. de injustis? Rescriptum illo casu nemini damnosum est, alias non admittaretur. l. 3. l. 7. T. de precibus, l. 2. §. meritò 10. ff. ne quid in loco publico, l. 12. in fin. ff. de religios. l. penult. ff. de hæred. instit. 48 L. 34. J. eod. 49 Alias restitutio petitionis gratia obtinet, vel pacto stari, vel actionis restitui: adde l. 14. T. 50 Posteaquam hanc classicam transactionis naturam, & quid in ea agatur, explicuit, quid ea agatur, additione causæ, ut de præterito, & futuro, restituat, quod à me supra, l. 16. ff. eod. ipsum eod. cap. 27. 51 Ex hujusmodi stipulatione actio, ex clausula transacta competit. 52 Si adversus transactionem quid molitur. 53 Insolubrium tantum competere videtur: quoniam qui à transactione recedit, commodum ex ea percipere non debet. Imo etiam repugnanti, actium opposita, & ex eo exercitium quem queritur. l. 8. §. sanxit 14. ff. de transf. l. 13. §. penult. ff. de jure fisci. Denique transactione rescissa, damna ejus causa contracta, l. 23. in fr. ff. de evict. imbuit. Præterea qui à transactione recedit, fidem & auctoritatem ipsius violare videtur, l. 1. ff. de pactis. 54 Id est, repetitionem. 55 Nomen Sil. à transactione recedi. Sic inque distinguendum. Indulgus adversus transactionem, fidem & auctoritatem ipsius violare videtur, l. 1. ff. de pactis. 56 Id est, repetitionem. 57 Nomen Sil. à transactione recedi. Sic inque distinguendum. Indulgus adversus transactionem, fidem & auctoritatem ipsius violare videtur, l. 1. ff. de pactis. 58 Hæc verba desunt in C. Gregor. Cod. l. 1. Azo putat maritis hodie permittum transigere, & pacisci cum suis uxoribus adulteriis. Nevel. 134. c. 10. Goth. Hæc verba ab imperito interprete addita putat. Aut. Fab. conject. 2. cap. 20. vid. Alciat. & Purpurat. h. l. Ant. 59 Tribus quæstionibus res tota definiri potest. Primo, Num adulterii crimen capitale semper fuerit apud Romanos, de qua vid. quæ notavi ad l. 39. in fin. J. de adult. Deinde, An de adulterio pacisci licuerit. Postremo, An de adulterio licuerit transigere. De utraque quæstione dicam. ad l. 30. J. de adult. 60 Publicorum criminum alia sanguinis pœnam ingerunt: alia non ingerunt. In illis, pacisci licet: in his, non licet. Cur tam varie? Licet cuique eo quovis modo sanguinem suum redimere. l. 1. ff. de homicid. Licet cum accusatori desistere: quia si non probaverit, pœnandus est eadem pœna, qua reus. l. ult. ff. de accusat. puniri tamen volunt pœnas pecuniarias. l. 3. in fin. ff. de prævaricat. sed & à quovis petuit accusari, l. 3. in fin. ff. de vi publica. Roma. 1. Prolll. 20. observ. Aliud omnino dicendum videtur (& scilicet mixti hujusmodi transactionem) si judicum accusator desistendi occasionem habuit; petuerunt enim probationes ei deesse: sin judicum neglexit, puniri. l. 2. J. de abolitionibus 2. Alciat. 5. paradox. 11. 61 Id est, nisi de falso. 11. Ecthg. 2. c. 22. Harm. 20. Accurs. hic, Bartol. hic in pr. Salic. Alex. hic. Cujac. 6. obs. 11. & 19. obs. 39. Delrio hic. n. 141. Alii aliter interpretantur, hæc nimirum sententia, Neminem de criminibus, quæ pœnam capitalem non ingerunt, posse mitigere, cum falsum committat. Alciat. hic, quin in falsi accusationem incidat. Dand. hic. c. 15. 16. & seq. nisi falsi accusationem subire velit. sine falsi crimine. Hotoman. 21. Tiraq. fol. 143. Tum tenuerunt faustini, Imberium in Enchiridio in verbis, Eo quod tam est permis de transigere, sans toy les formes & alle accusé de faux, Papon. 1. Notar. 6. c. des transactions, fol. 418. Citra, pro sine, ut patuit in l. 3. J. de offic. l. 1. J. si res alien. pign. l. 7. ff. de servis exportandis l. 8. §. 6. 17. 20. ff. de transact. Pellarenses notarit hoc etiam servari in Gallia, ubi de falso transigere non licet. At fortè de jure licet transigere de falso. Prioris sententiæ interpretes hoc voluerunt, potuisse reum fuo loco ad l. 7. J. de falsis. Quid? pacisci licuisse de falso? Ibi dicam. Cur potius falsi hic tractetur, cum transigit de crimine non capitali, quam capitali? quia revera falsum committit. Quod falsum seu quam falsi speciem? dum vernim dissimulat, prævaricatur: dum veritatem dissimulat, tergiversatur. l. 1. in pr. ff. ad SC. Turp. & hoc quidem Azo animadvertit hic, & Accursius in l. de crim. J. de adult. cujus sententiam video a Donello hic defendi num. 68. 69. 62 Non omne falsi crimen capitale est? vid. quæ dicam ad l. 7. & 16. J. de falsis. 63 Syn. Basil. 11. tit. 2. c. 25. & 11. Harm. 20. §. 14. Goth. 64 L. 15. §. 3. T. de rei judic. ubi Goth. l. Lucius. 3. ult. ff. ad S. Trebell. adde l. 2. ff. de jurejur. l. 20. J. h. l. Pro diff. allegatur. l. 3. §. 1. ff. de transact. l. 16. §. 8. V. o. l. 5. C. de donat. l. 65. §. 1. ff. de Condict. indeb. nec obst. h. l. per ea quæ tradit Zanger. de exceptionibus part. 3. cap. 15. num. 27. vid. Alciat. h. l. Ant. 65 Qui per se vel per alium instrumenta adversarii subtraxit, ut eum eo transigeret utilius, transactione non juvatur, ut hic. An aliud, si uterque justa ignorantiæ ductus, vel neuter in dolo? hoc velle videtur lex 29. J. eod. & ita fere est intelligenda. l. 78. in fin. ff. ad SC. Trebell. quæ negat dari restitutionem adversus transactionem factus cum herede (cujus justa est ignorantia) gravato fideicommissi restitutione: secus si quis dolo malo eis contenetur, Imo, ut sit penes in dolo, si tamen transactum est ea tantum de re, quæ postea reperti sunt codicilli, competet actio ei qui læsus erit. l. 3. §. 1. ff. hoc tit. Ad hæc, qui ita transigit, de suo jure non videtur vera veris instrumentis decidit. Nulla est autem transactio eum eo, qui cognitis verbis testamenti. l. 6. ff. eod. l. 1. §. 1. in fin. ff. testamenta quemadmod. Solet ignorantes transactio ista tenet, testamentarius causa exceptis, ut T. rejp. l. 37. ff. de transact. pelli. l. 3. J. de jure reip. Ecclesiæ. Basil. hic. Idem in jurejurando à judice inopia probationum relato. l. 31. ff. de jurejurando: in quibus propter instrumenta reperta litis à finitione recedi. 66 Imo minor est: Nam ex re judicata in factum, & ex jurejurando datur actio, l. 8. J. de rebus eod. non ex transactione. l. 27. & l. seq. ff. de jurejur. 67 An idem si transactio innixa sit Senatusconsulto Firmata? Cujus sit in d. l. 31. in fin. Rolandus à Valle refert, contrarium sententiam veriorem communi interpretum opinione esse, l. consil. 13. n. 27. hoc refer Fornerium, l. silet. 9. quod ex usque adscitur exceptio, l. 28. J. eod. l. 1. J. de exceptionib. Harmenop. ait, transactionis naturam absoluteriatem esse. l. 16. 10. 68 L. 1. ff. de pactis. Goth. Vide Alciat. h. l. Zanger. de exceptionibus part. 3. cap. 18. num. 49. Mynsing. cent. 1. obs. 3. And. Gail. lib. 2. observ. 70. Arium Pinell. part. 1. cap. 4. num. 12. Ant. 69 Nocte pacta, transactiones, stipulationes fieri possunt, ut hic, & actus civiles, legitimi & legis actiones? Hoc quidam negant, ideoque nocte testamentum fieri non posse, licet noctu signari possit, l. 22. in fin. ff. qui testam. quod non probo. Nam si nocte testamentum signari & subscribi potest, Synopf. Basil. 25. tit. 1. cap. 23. 5. Harm. 1. §. 30. igitur & fieri nocte testamentum potest: non enim & eodem actu testamentum fieri debet. l. 28. C. de testamentis. 70 Secunda noctis est nobis septima post meridiem. Quæ nobis hora septima post meridiem sit Romanis secunda hora noctis: hæc refer, l. 8. ff. de feriis, l. 1. ff. de nundinis. l. 3. ff. de nundinis. l. 5. in fin. ff. qui test. l. 2. ff. de annuis legat. l. 7. ff. de usucap. l. 2. in fin. ff. de verb. sign. Tria noctu fieri potest, si testamentum noctu signari potest. l. 22. §. 6. ff. qui testam. Potest etiam interiora ferri. An sententia? Oldend. negat. arg. l. 2. §. 3. J. de arg. ff. l. 2. §. 8. ff. quando appellandum. adde Bar. reg. 349. Myns. 2. c. 3. Oldend. d. c. 22. de rejud. v. Ripam tractatu de Sacramento part. 71 Hora quevis sana mentis hominibus licet transigere. Tempus igitur transactionis non officit, sed mentis imbecillitas. 72 Transactio fieri solet, re aliqua data vel servanda. 73 Sensus est: Quoties in aliquo instrumento, dicta causa, fit pretii solutio, & ea causa debere, emptionis nomine pecuniam ab eo peti non potest, quia facti, id est, simulatæ vel simulatæ venditionis nulla petitio est, & ita veritas transactionis prævalet fictæ venditionis. l. 55. ff. de contr. empt. l. 57. ff. de obl. & act. l. 16. ff. de reg. jur. Igitur ex transactione cui venditio accommodatur, vendiri actio non competet. 74 Simulata pro infectis habentur. ut pro nullo quod agitur. 75 L. 9. in fin. J. de contrab. empt.

De dolo contestatione.

XXII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI [1] major transegisti, ad rescindendam transactionem de dolo contestatio [2] non sufficit. S. Kalend. Decemb. ipsis AA. Conss. 293.

De condictione indebiti.

XXIII. Iidem AA. & CC. Tatiano.

NEc intentio [3] creditorum Archimedori [4], cui alios successisse profiteris, si obligatus pro eo non fuisti, tenere te [5] potest: sed hoc integro [6] negotio tractati convenerat: nam cum jam quæstionem transactione decisam, & à te dari placitam, numeratam pecuniam proponas: hujus indebiti soluti prætextu, improbe tibi petitionem decerni postulas: cum [7] etsi tantum in stipulationem fuisset deducta, indebiti promissi velamento defendi non posses. Dat. VIII. Idus Mart. CC. Conss. 294.

De solutione partis.

XXIV. Iidem AA. & CC. Victorino.

SI [8] quidem ex causa transactionis acceptis [his,] quæ instrumento continentur, *nihil* [9] *amplius pars*, convenit, adversarius tuam exceptionis auxilio defendi perspicis. †. Sin vero certam quantitatem, quasi [10] solam ab ea debitam, reddere se debere: sine litis decisione confessa est: tam eam, quam residuam debiti partem petere minime prohiberis. S. v. Non. April. *Sirmi*, CC. Conss. 294.

De transactione vel donatione ob spem futuræ successionis facta.

XXV. Iidem AA. & CC. Marcellæ & Quirillæ.

SI majores viginti quinque annis cum patruo sive avunculo vestro transegistis, vel ei debita donationis causa fine aliqua conditione [11] remisistis: non idcirco [12], quod [13] hoc ejus hereditatis captandæ [14] causa, id est, spe [15] futuræ [16] successionis, vos fecisse proponatis, aliis ei succedentibus instaurari finita debent. S. II. Id. April. CC. Conss. 294.

An transactio matris noceat liberis.

XXVI. Iidem. AA. & CC. Dionysiadæ.

TRansactione matris, filios ejus non [17] posse servos [18] fieri, notissimi [19] juris est. S. Id. Apr. CC. Conss. 294.

De agrario.

XXVII. Iidem AA. & CC. Catoni.

SAnum [20] mente [21], licet [22] ægrum corpore, recte transigere, manifestum est: nec postulare debueras improbo desiderio, placita rescindi valetudinis corpotis adversæ velamento. S. VII. Idus Maji, CC. Conss. 294.

De actis & scriptura.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Sapparitæ.

SIve [23] apud acta Rectoris provinciæ, sive [24] actis scriptura intercedente vel non [25], transactio interposita est: hanc servari convenit. †. Sed quoniam, *Ut* [26] *certum quid accipias*, convenisse te, licet sine [27] scriptura, proponis, nec hujus rei causa stipulationem secutam esse: quamvis ex pacto non potuit nasci actio, tamen rerum vindicatione [28] pendente, si exceptio pacti opposita fuerit, doli mali vel in factum replicatione usa, poteris ad obsequium placitorum adversarium tuum urgere. Dat. III. Non. Jul. CC. Conss. 294.

De Specierum post transactionem repertis: & de Errore.

XXIX. Iidem AA. & CC. Martiæ.

SUb [29] prætextu specierum [30] post repertarum: generali [31] transactione finita, rescindi prohibent jura. Error autem circa proprietatem [32] rei apud alium extra personas transigentium tempore transactionis constitutæ, nihil potest nocere. S. IV. Kal. Octob. CC. Conss. 294.

De dote.

XXX. Iidem AA. & CC. Antonino.

TRansactione finita: cum [33] ex partibus tuis magis dolum intercessisse, quam eorum contra quos preces fundis, contendas, instaurari grave, nec non criminosum tibi est. S. V. Idus Octob. *Crebro* CC. Conss.

De clausula. Nihil amplius peti.

XXXI. Iidem AA. & CC. Proculo.

SI de certa [34] re pacto transactionis interposito hoc comprehensum erat, *nihil* [35] *amplius peti*: etsi [36] non additum fuerat, *ne nomine*, de cæteris tamen quæstionibus integra permaneat actio [37]. PP. IV. Idus Octobris, *Byzantii*, CC. Conss. 294.

De re judicata.

XXXII. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

SI [38] causa cognita prolata sententia, sicut jure traditum est, appellationis vel in integrum restitutionis solennitate suspensa [39] non est, super [40] judicato frustra transigi, non est opinionis incertæ: Proinde [41] si non Aquiliana stipulatione & acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem peremisti, Præses provinciæ usitato more legum rebus præfinitis judicatis effectum adhibere curabit. S. VIII. Kal. Novemb. CC. Conss. 294.

De evictione.

XXXIII. Iidem AA. & CC. Euchrusio.

SI pro fundo quem petebas, *prædium certo finibus determinatum* [42] *dari* transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis viginti quinque fuisti, licet [43] hoc prædium obligatum post, vel [44] alienum pro parte fuerit probatum: instaurari decisam litem prohibent jura. Ex stipulatione sane, *si placita servari*, secuta est: vel, si non intercesserit, præscriptis [45] verbis actione civili subdita, apud Rectorem provinciæ agere potes. Si [46] tamen res ipsas apud te constitutas, ob quarum quæstionem litis intercessit decisio, fiscus vel alius à te vindicavit: nihil petere potes. S. v. Id. Novemb. *Melantiadæ*. CC. Conss. 294.

De administrata tutelæ obligatione. De hereditatis pollicitatione.

XXXIV. Iidem AA. & CC. Cyrillo & Ptolomaidi.

CUm donationis, seu [47] transactionis causa administratæ tutelæ debiti scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec unquam volentibus [48] dolus inferatur: frustra de dolo querimini: Nec ad impiendum promissum hereditatis propriæ pollicitatione [49] quisquam adstringitur. PP. VI. Idus Novemb. CC. Conss. 294.

De præsentia amicorum & de mora.

XXXV. Iidem. AA. & CC. Hammoni.

TRansactionem, quæ dominii translatione vel actione peracta [50] seu perempta, finem accepit: cum ea amicis [51] etiam intervenientibus re vera ostenditur processisse, metus velamento rescindi postulantis profectio detegit improbitatem. S. II. Kalend. Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

Si quod convenit, nec datum sit, nec offeratur.

XXXVI. Iidem AA. & CC. Achillæ.

SI major annis viginti quinque transegisti, quamvis dari tibi placita repræsentata [52] necdum probentur: nec offerant hi qui conveniuntur, ne [53] quid amplius ab his exigi possit, exceptionis proficit æquitas. S. VI. Id. Decemb. CC. Conss. 294.

De stipulatione pœnali.

XXXVII. Iidem AA. & CC. Basilicæ.

PRomissis [54] transactionis causa non impletis, pœnam [55] in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat. S. XII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

Quomodo transigitur.

XXXVIII. Iidem AA. & CC. Theodotioni.

TRansactio [56] nullo [57] dato, vel retento [58], seu promisso minime procedit. S. VIII. Kalend. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

De pœnitentia.

XXXIX. Idem AA. & CC. Martianæ.

QUamvis [59] eum, qui pactus est, statim [60] pœniteat [61], transactio [tamen] rescindi, & lis instaurari non [62] potest: & qui tibi fuerit, intra certum tempus licere à transactione recedere, falsum adseveravit. S. Kal. Januar. *Sirmi*, CC. Conss. 294.

De scriptura. De Aquiliana stipulatione, & acceptilatione. De pœna.

XL. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Eutropio PP.

UBi pactum vel transactio scripta est, atque Aquilianæ stipulationis, & acceptilationis vinculis firmitas juris innexa est: aut subsecutis secundum leges accommodandus est consensus, aut pœna [63] una cum his, quæ data [64] probantur, ante cognitionem causæ (si adversarius hoc maluerit) inferenda est. Dat. III. Non. Jun. *Constantinop.* Eucherio & Syagrio Conss. 381.

De jurejurando.

XLI. Impp. Arcad. & Honor. AA. Rufino P. P.

SI [65] quis major [66] annis [viginti quinque] adversus pacta vel transactiones nullo cogente imperio, sed libero arbitrio, & voluntate confectas putaverit esse veniendum, vel [67] interpellando Judicem, vel supplicando Principibus, vel non impiendo promissa: eas autem, *invocato* [68] *Dei omnipotentis nomine*, corroborè solidaverit: non [69] solum notetur infamia [70], verumetiam actione privatus [71], restituta pœna [72], quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus: Itaque omnia eorum mox commodo deputabuntur, qui intemerata pacti jura servaverint. †. Eos etiam hujus legis vel jactura [73] dignos esse jubemus, vel munere [74], qui nomina nostra placitis inserentes, *salutem* [75] *Principum*, confirmationem initarum jurayerint esse pactionum. Dat. V. Idus Octobr. *Constantinop.* Olybrio & Probino Conss. 395.

De Syn. Basil. cod. c. 44. & 1 Harm. tit. 6. §. 7.

[1] Id est, quia. *Donellus hic* n. 2. §. & seq.

[2] Id est, non pignoratum.

[3] Id est, licet la fundus sit evictus: hinc colligo, ratione evictionis non rescindi transactionem, dari tamen actionem præscriptis verbis. adde *l.* 28. *T. ubi vid. omnino Jos. Laurentium decis.* 302.

[4] Dum quæritur hinc nascitur: an si prædium, quod transactionis causa datum est, vel obligatum vel alienatum fuerit, rescindi possit transactio, eo petente, cui talia fundus datus fuerit transactionis causa.

[5] Quia pro fundo quem petebas, fundus tibi promissus evictus est. Fit autem contracta hic permutatio.

[6] Sensus est, si fundus quem à Titio petebas, re ipsa tibi restitutus, & is postmodum ab alieno sit evictus, nullum habes regressum adversus eum qui restituit.

[7] Liberatio fit interdum donatione, interdum transactione.

[8] Scimus & volens non decipitur: ideoque nec de dolo potest conqueri *l. 2. in fin. ff. de action. empt. l. 3. §. 3. ff. de homine libero*, vid. *l. 145. ff. de reg. jur.* hinc colligunt, venditori licenti verum rei suæ pretium non competere remedium *l. 2. C. de rescind.* quia de re videsis plura apud Rolandum à Valle *1. consil. 59. num. 20. & seq.*

[9] Pollicitatione hereditatis nemo adstringitur, vid. *l. 30. ff. de pact.* adde *l. 61. ff. de verb. obl.* adde *l. 25. ff. ead.* vento petit creditorem qui hereditatem suam ei pollicitus est.

[10] Pacta, *Mod.*

[11] Non præsumitur decipi, qui præsentibus amicis transigit, *Res ejusmodi inter à fine transactas vide 1. Harmen. 10. §. 13.* Amicorum præsentia, securitas consilii ac judicii testimonium est. De hac præsumptione, vid. Alciat. *1. præsumpt. 21.* plane si unus tantum intervenerit amicus, aliud esse dicendum existimat Tiraquellus, *in l. si unquam 8. in verbo Revocari. libertus* §. *de Revoc. don. n. 2. 3. &.*

[12] Id est, oblata, *Syn. Basil. cod. c. 44. & 1 Harm. tit. 6. §. 7.*

[13] In contractum transactionis, tanquam stricti juris, non veniunt ulteræ à tempore mere. *Alex. facit lex 13. §. de usur. l. 31. §. 2. ff. de usur. 11. Syn. Basil. 2. c. 44. 1. Harm. 10.* [14] *Synops. Basil. ead. 45. in pr.* [15] Res transactionis promissum non impletæ, pœna promissa petitæ ab eo exigi. Quid si pœna non fuit promissa? aliud. *l. 6. §. ult. l. 6. §. de contr. stip.* [16] *Syn. Basil. 10. c. 45. in fin. & 1. Har. 10. §. 1.* [17] *L. 21. §. ult. l. 1. in fin. ff. ead.* adde *l. 3. in fin. §. de reputed.* dixi *T. ad Epigraphen* adde 11. *Ecl. 2. c. 45. in fin. 1. Har. 10. in pr.* [18] Utrumque; unde colligunt transactionem esse contractum nominatum, adde quæ scripsi *l. 39. §. cod.* [19] *Syn. ead. c. 27.* [20] Adde *l. 3. §. de obl. & act. l. 12. in fin. §. de contr. empt.* [21] *11. Syn. Basil. 2. c. 47. Har. 10.* in fine. adde *l. 3. §. de resc.* [22] Transactionem contractum esse cæminatum hinc colligitur: quia si innominatus esset, revocari posset, *l. dedi 3. ff. de condict. causa data, l. si quis 29. ff. de pact.* adde *l. 10. §. ead.* Bartolus hoc esse verum existimat: verum speciale libertatis minuendarumque litium favore esse fabitiett. Alii dicunt rem pernicentem admitti ex ultimo integra, *l. sicut 5. §. de obl. & act. adde Cuias. 2. Miscell. 25.* [23] *Debita ex stipulatione, l. 37. §. ead. l. 1. Ecl. 2. c. 48.* [24] *L. 14. §. ead. l. 41. §. ead. l. 16. §. ead. l. 23. in fin. ff. de cond. indeb. Paul. 1. sent. 1. §. 3.* [25] *L. 8. C. Theod. de pact. & transac. l. 2. 1. Harmen. 11. §. 21. Syn. Basil. 11. tit. 2. c. 49.* hanc legem minis durum esse refert Rol. à Valle *1. cons. 37. n. 46. 47.* Ideoque vix usu vel praxi obtinere, aut saltem locum non habere, nisi concurrant & verificentur omnia quæ hic enumerantur. Requiritur autem ut contraveniens sit major, ut qualitas ætatis allegetur, ut contractus nullo cogente imperio sit initus, ut juratus sit, ut de rei circumventione & dolo constet. [26] Hæc voce etiam comprehenduntur mulieres. *Tiraquell. de retract. gentilitii* §. 1. *glos. 9. n. 213.* Idem tamen *in l. si unquam. 8. in verbo, Revocatur, num. 239. T. de revoc.* tradit hanc legem locum adversus tertium non obtinere, si unus transigentium rem vendiderit. [27] Non modos, quibus quis peccat in non impiendo transactione. [28] Eo nomine datur exceptio jurisjurandi. vid. *Oldrn. c. 38. de except.* juramento excludi facultatem mere purgandæ hinc colligitur: aliud tamen esse jure canonico. *glos. 32. §. 1. c. 2. Romanus singular. 446.* [29] Nota recedentem à transactione juxta quatuor pœnis subjici: fieri infamem, actionem amittere, pœnam promissam luere, & accepta restituere. [30] A transactione jurata recedens notatur infamia. *1. Ecl. 2. c. 49. & 1. Harm. 10. & 2. C. Th. 9.* [31] Vid. *l. 2. §. 2. T. de assertione tollenda.* [32] Vid. *l. 40. T. ead.* [33] Hoc respicit perjurum ipsum. [34] Hoc referendum ad eum cui pœna & multa ejus qui pejeravit, lucro cedit. [35] *Per salutem Principum* veteres juraburt, etiam Christiani, nunquam vero per *Principis genium*. Tertullianus *c. 32. Apologetici*, sicut non juramus per genios Cæsarum, ita per lutem eorum, quæ augustiæ est omnibus geniis. Ita Polycarpum jussum à proconsule per Genium Cæsaris jurare legimus. *Euseb. 3. Hist. Eccl. 14.* jurasse quoque veteres per Principum venerationem constat, ex *l. 2. §. de veb. cred.*

De falso. De jurejurando.

XLII. Impp. Leo & Anthem. AA. Acrochirio P. P.

SI ex falsis instrumentis transactiones vel pactiones initæ fuerint, quamvis [2] jusjurandum [3] [de] his interpositum sit, etiam civiliter falso revelato, eas retractari præcipimus: ita demum, ut, si [4] de pluribus causis vel capitulis eædem pactiones seu transactiones initæ fuerint, illa [5] tantummodo [6] causa vel pars retractetur, quæ [ex] falso instrumento compositæ [7] convicta fuerit: aliis [8] capitulis firmis manentibus [9]: nisi forte etiam de [10] eo, quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiatur. Dat. Kalend. Jul. *Constantinopoli*, Marciano & Zenone Conss. 469.

De quæstione super servili vel adscriptitia conditione

XLIII. Imp. Anastasius A. Thomæ P. F. P. per Illyricum.

JUbemus in omnibus litigiis jam motis & pendentibus, seu postea super servili vel adscriptitia [11] conditione movendis, transactiones celebrandas, vel jam celebratas (si non alio jure cognito modo eas vacillare contigerit) virés suas obtinere: nec ob hoc videri tenorem earum titubare, quod pro conditione servili vel adscriptitia confectæ sunt. Dat. xv. Kalend. Decemb. Patricio & Hypatio Conss. 501.

1 Adde T. *Si in falsis instrumentis.*

2 Transactio ex falsis instrumentis interpositio jurejurando confirmari non potest, *ut hic*: adde *l. ult. T. de non numerata pecunia.*

3 xi. *Syn. Basil.* 2. *c.* 2. *vel* 50.

4 Transigere de pluribus causis & capitulis simul posse nemo dubitat.

5 Vid. *l.* 5. *in fin. T. de leg. Novell.* 32. *in princ.*

6 Utile per inutile non semper vitiatur. vid. *l.* 20. *ff. de usurис.*

7 A nonnullis codicibus hæc vox abest.

8 Jurata transactio eatenus rescinditur, quatenus prætextu falsorum instrumentorum facta est.

9 Utile per inutile non vitiatur, vid. quæ scripsi ad *l.* 12. *T. de testam.*

10 Hic casus est diversus à superiori, aliud est enim ex falso instrumento transigere, aliud de eo quod falsum dicitur, vid. *Cujac. 6. obs.* 31.

11 Hinc tamen colligit *Cujac. 9. obs.* 11. & 29. *obs.* 39. de falso jure transigi posse, *l.* 18. *T. eod.* Hotomanus vero 11. *Illustr.* admittere id videtur, si criminaliter agatur, non si civiliter, *l. 7. T. eod. l.* 15. *l. pen. l. ult. T. de fals.* de ea re dicam *ad l.* 7. *T. de falsis.* vid. plura apud Cujac. 11. *obs.* 35. adde *l.* 3. *in fin. T. eod.*

TIT. V.

DE[12] ERRORE CALCULI[13].

1. Impp. Diocl. & Maxim. AA. & CC. Aureliano Quarto.

ERROREM calculi [14], sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non afferre præjudicium, sæpe constitutum est: unde rationes etiam sæpe computatas denuo [15] tractari posse, si res judicatæ [16] non sunt, vel transactio [17] non intervenit, explorati juris est. Sed & si [18] per errorem calculi velut debitam quantitatem, cum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit. Dat. VI. Kal. Mart. AA. Cons. 287.

12 XI. *Reg.* 2. *c.* 52. & 53. *tit.* 3. & *lib.* 11. *tit.* 2. *c.* 52. vid. *edict.* 7. *c.* 2. *in fin.*

13 *Syn. Basil.* 11. *tit.* 2. *cap.* 52.

14 Id est, computationis, quæ sæpissime in transigendo accidit.

15 Sæpe computatæ rationes denuo tractari possunt, etiam inter mercatores, quamvis peritos numerandi, quantumvis res sit minima: ut enim rescindatur calculus, non est quærenda læsio ultra dimidium nisi judicatum sit aut transactum. vid. *Mastricium de usur. quæst.* 14. *num.* 182. Roland. à Vall. *consil.* 49. *num.* 49. alias rationi & calculo stari debere, nisi de errore probetur. *Rursus. in summa, ut pulla fere* 36. *lib. disput.* 2. *num.* 4.

16 Nec sententia, nec transactio revocatur ob errorem calculi. Imo res judicata revocatur, *l.* 1. *§.* 1. *T. quæ sent. sine appell.* Solve: si error calculi in sententia non exprimitur, non potest revocari. vid. *Oldendorp. cap.* 36. *De sententia & re judicata.* vid. *his Bald.*

17 Imo error impedit transactio is est factum, *l. obligationum* 3. *§.* 1. *ff. de oblig.* & ita Ragueriis putat. Alii valere transactionem errore factam censent: etiamsi error exprimatur: *arg. l. fin. & ff. quæ* 4. *§* 4. *ff. si quis cautionib. l. si quis post quam* 37. *ff. de fidejuss. & ita Petrus Butrig. & Bart.*

18 *Synopsis eod. cap.* 52.

TIT. VI.

DE POSTULANDO[19].

De prohibitione judicii.

1. Imp. Antoninus A. Antemidoro.

CUm à præfecto Ægypti perpetuo [20] causas agere prohibitus non appellaveris, placitis obtempera. PP. III. Kalend. Aug. Sabino II. & Anulino Conss. 217.

De libertinis.

II. Imp. Alexander A. Polydoro.

NEc exteronum liberti [21], nedum mei quidem, si ita sunt lateris eruditi [22], ut patrocinia desiderantibus præstare possint, prohibentur id facere. PP. Non. Mart. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

Si causa ob quam promissum est, non sequatur.

III. Imp. Gordianus A. Flaviano.

SI [23] sub specie honorarii [24], quod advocato usque ad certum [25] modum deberi potuisset, eam quantitatem, quam desiderio tuo complecteris, te daturum cavisti: & quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spatio, gesto negotio consensum ac fidem accommodasti: competenti exceptione non numeratæ pecuniæ tutus es, & ex hac causa cautionem interpositam, usitato more potes condicere. PP. v. Id. Jun. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

De absentia patroni.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Theodotioni.

VElamento absentis [26] patroni causæ rursus ad finitas quæstiones redire quis frustra conatur. S. IV. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

Pactum de quota litis.

V. Imp. Constant. A. Helladio.

SI qui advocatorum existimationi [27] suæ immensa atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorum ex [28] ipsis negotiis, quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certa [29] partis cum gravi damno litigatoris & deprædatione poscentes fuerint inventi: placuit ut omnes, qui in hujusmodi lævitate [30] permanserint, ab hac professione penitus arceantur. Dat. III. Kal. April. Paulino & Juliano Conss. 325.

De officio advocati.

VI. Impp. Valent. & Valens AA. ad Olybrium præf. urb.

QUisquis [31] vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit advocatus [32] & judex: quoniam aliquem inter arbitros & patronos oportet esse delectum. §. 1. Ante omnia autem universi advocati ita præbeant patrocinia jurgantibus: ut non ultra quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi [33], & maledicendi temeritatem prorumpant: agant, quod causa desiderat: temperent se ab injuria. Nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione [34] sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur, nec enim conniventia commodanda est, ut quisquam negotio derelicto in adversarii sui contumeliam aut palam pergat, aut subdole. §. 2. Præterea nullum [35] cum [36] eo litigatore contractum, quem in propriam recipit fidem, ineat advocatus: nullam conferat pactionem. §. 3. Nemo ex his, quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel [37] officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator. §. 4. Nemo ex industria prorrahat [37] jurgium. §. 5. Apud urbem autem Romanam etiam honoratis, qui hoc officium puraverint eligendum, eo usque liceat orare, quousque maluerint, videlicet ut non ad turpe compendium flagitiosæque deformem lucri arripiatur occasio, sed laudis per eam augmenta quærantur. Nam si lucro [38] pecuniaque capiantur: veluti abjecti atque degeneres inter vilissimos numerabuntur. §. 6. Quisquis igitur ex his, quos agere permisimus, vult esse causidicus: eam solam quam sumet tempore agendi, sibi sciat esse personam quousque causidicus est: Nec [39] putet quisquam honori suo aliquid esse detractum cum ipse necessitatem elegerit standi [40], & contempserit jus sedendi. PP. x. Kalend. Septemb. Valentiniano & Valente AA. II. Conss. 368.

De æquitate in advocatis conservandis servanda.

VII. Iidem & Gratianus AAA. ad Olybrium Præf. urbi.

PRovidendum est, ne [41] hi quos in foro aut meritum nobilissimos [42] fecerit, aut vetustas, in una parte consistant, aliam à rudibus atque tyronibus necesse sit sustineri: atque ideo si in uno auditorio duo tantum præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior: in judicantis officio sit, ut par causidicorum distributio [43] fiat: & exsequetur partibus auxilium singulorum: & æqua divisio procedat. Si quis vero monitus à judice, ea excusatione, quæ nequeat comprobari, cilicuque parti patrocinium denegaverit, careat [44] foro [45]: sciat etiam numquam sibi ad agendum copiam posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse [46] cum plurimis, & adversatio suo tali fraude subtraxisse paris defensionis copiam: ostendet proculdubio iniquam à se litem foveri, & auctoritatem judiciariam à se delusam experietur. Dat. Kal. Mart. *Treviris*, Valentiniano & Valente AA. utrisque III. Conss. 370.

De eo, qui non est sacrosancto Catholicæ religionis imbutus mysteriis.

VIII. Impp. Leo & Anthemius AA. Nicostrato P. P.

NEmo vel in foro Magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad Togatorum consortium, nisi [47] sacrosanctis Catholicæ religionis fuerit imburus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum, vel attentatum fuerit: Officium quidem Sublimitatis tuæ centum libratum auri jacturam pro condemnatione sustineat: idem vero, quicumque autius fuerit contra providum Nostræ Serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab advocationis officio remotus, stylum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit: sciturus etiam provinciarum Rectoribus, quod is, sub cujus administratione aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. Frid. Kal. April. *Constantinop.* Anthemio A. II. Cos. 468.

19 III. D. 1. 2. *C. Th.* 17. 1. *Exter.* 37. adde S. *Synopf. Basil. & Leonem* 3. *pla. it.* 1.

20 *L.* 1. *§.* 13. *ff. de off. præf. urb. l.* 9. *in princ. ff. de pœnis.*

21 Liberti postulare possunt, ut hic, sive Principis, sive privatorum: at non servi.

22 In patrono requiritur eruditio, *l.* 7. *T. de profess. & medicis*: & in assessore *l.* 2. *ff. de off. assess.* An in judice, vid. *l.* 2. *T. de off. assessor.* vid. quæ dicam *ad l. pen. T. de judic.* huc pertinet illud Ammiani 30. Adversus imperitos advocatos. *Et quibus*, inquit, *ita sint rudes auspici, ut nunquam se Ciceronis hausisse meminerint, & si qui versutis doctorum authoritate suorum incideris numen, pessime aut edulii peregrinum nomen arbitrantur.*

23 Advocatum sibi qui de ita quæ advocationis nomine debitorum est, quasi ex mutui causa caverit, non numeratæ pecuniæ exceptione utatur, nisi tempus præterierit, & cautionem suam condicat, *Synopf. Basil.* 10. *cap.* 13.

24 Libros à typographo ipsorum auctori pro corollario deberi. Hinc Hotomanus colligit consil. 3.

25 Id est, centum aureos, vid. *l.* 1. *§.* 12. *in fin. ff. de extraord. cognit.* vid. *Lucium* 5. *Plazitor.* 1. *arrest. ult.*

26 Absentia advocati non vitiat sententiam. dixi ad *l.* 1. *T. de requir. hon. pass.* adde *Specim. l.* 6. *T. de revocand. donat.*

27 Existimatio, id est, honor compendio pecuniario præfertur.

28 Tic lieas *pactum*, hoc est, de accipienda post victoriam certa parte litis. *Synopf. eod. c.* 11. Hi non jure causæ, sed fundorum, pecorum & mancipiorum qualitate rationeque tractata, clientum præcipua poscere dicuntur cuadta pactione, *l.* 1. *C. Theod. eod.*

29 Advocato, *ut hic*, *l.* 53. *ff. de pact. l.* 1. *§.* 12. *ff. de extraordinariis.* 8. *Reg.* 1. *cap.* 15. *l.* 6. *§.* 2. *T. eod.* procuratori, *l.* 53. *T. de pact.* de quota litis pactis non licet: sunt enim conscelerate hujusmodi pactiones, *l.* 1. *C. Theod. eod.* De hujusmodi ergalabis litium, vid. *Cujac.* 8. *obs.* 31.

30 Scavitare.

31 *L.* 2. *C. Theod. eod.*

32 In eodem negotio nemo advocatus & judex, *l.* 14. *T. de adsessor. l.* 17. *ff. de jurisdict.* quod olim prohibitum non fuit, *Plin.* 3. *epist.* Possis & hoc addere, advocatum meum nihi testem esse non posse. vide Wurmserum 1. *probl.* 4. *obs.* 2. *Synopf. Basil. eod. cap.* 17.

33 Hinc illud Ammiani 30. cum ad inopiam venerant allegationum, ad effrenatam defectum conviciandi licentiam: quo nomine ob affidus in personas lacessibiles probra, diabolus dictus sunt damnati.

34 Rationes, seu gravitatis argumentum.

35 Nullum omnino pactum, quæ contractum de lite aut mercede. *ff. Synopf. Basil.* 2. *cap.* 18.

36 Mira est vis *cum*, quæ configuratum ad suum patrocinium *B. Syn.* 2. *tit.* 2. *c.* 17.

37 De tit Ammianus 30. pro morborum denominationes similes, consulto assumsi, ut parvulque ista proferatur lectio tur, figuram tenebrosis intricatis præparant, dilationem exanimi longissima manu xantes. *Mercurius dicebatur.* vid. *Cujac.* 4. *obs.* 40.

38 Aliquando in advocatis turpe lucrum, *ut & aliis in locis*, *Scipio*, 2. *Theor.* 1. *verf.* 3. *ad finem*, 3. *verf.* 7. in *pulchro*, *l.* 8. *§.* 4. *ff. de servat. usur. l.* 1. *§.* 5. *ff. de extr.*

39 Judex honori suo nihil detrahit cum patrulat, & advocati munere apud aliquem judicare fungitur.

40 Stat advocatus, *Sedet judex*, vid. *l.* 3. *T. de advocat. fisci.* Tam est honesta consultus, quam et in frugi judici non sit inhonestum.

41 Judex audiendus ex æque partibus tribuat, ut non in una parte erudiri, in altera risus & incredulitas reperiantur, *Synopf. tit.* 2. *tit.* 22.

42 Advocatos esse nobiles hinc quidam colligunt, quod hic non dicitur. Alii colligunt, literatos verosimilem hominem nobilitare. Sed verius est hos periculos, nobilissimos, præstantissimos, excellentes & primos significare, *de Nobilib. & pro Cluentio: Macrob. 7. Saturn. 15.* sic nobiles scelere. *Cicero pro Roscio Amerino*: virgo nobilis, *Horat. 4. Carm.* Nobiles agri, *Ovid. 3. Amor. 2.* Nobiles feræ, *Claud. 3. panegyr.* Nobilissima prædia, *Cicer. pro Roscio Amerin.* equulei argentei nobiles, *Cicer. 6. in Verrem.* bellum nobile, *Horat. ad le Torquat. cap. 2. de nobilitate.*

43 *L.* 1. *§.* 4. *ff. eod.* 1. *§.* 5. *§.* 6. *ff. de off. præsid.*

44 Potest quis etiam sub pœna muneris & officii amittendi cogi ad patrocinium præstandum, vid. quæ notavi *ad l.* 116. *in pr. ff. de reg. jur.* adde *Nov.* 87. *c.* 14.

45 De hoc pœnæ genere, ut quis foro arceatur, vid. *l.* 9. *§.* 4. *ff. de pœn. Menoch.* 4. *obs.* 32.

46 *Paul. 5. sent.* 25. *§.* 7. *l.* 38. *§.* 8. *§.* 9. *ff. de pœn.*

47 Hæreticus advocatus esse non potest, *l.* 15. *T. de Episcop. aud. Nov.* 144. *c.* 2. *vers. Præterea*, ut & alix permultæ personæ. vid. *l.* 9. *T. de decret. eff.*

TIT. VII.

DE ADVOCATIS[48] DIVERSORUM JUDICIORUM.

De prævaricatione.

1. Imp. Antonius A. Doloni.

SI patronum causæ prævaricatum [49] putas, & impleveris accusationem, non deerit adversus eum pro temeritate [50] commissi sententia: atque ita de principali causa denuo quæretur. Quod si non docueris prævaricatum: & calumnia notaberis, & rebus judicatis, à quibus non est provocatum [51], stabitur. PP. III. Kal. Octobr. Antonino A. IV. & Albino [52] Conss. 214.

De decurionibus.

II. Imppp. Valens, Gratianus & Valentin. AAA. ad Antonium P. P.

QUi necessario patriæ [53] suæ debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus evagari [54]: permittentes, ut in negotiis causidicorum fungantur officiis, & in civitatibus propriis subeant munera curialium; ita tamen [55], ut non [56] contra Rempub. civitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur. Dat. XV. Kal. Septemb. *Ravennæ*, Valente VI. & Valentiniano III. AA. Conss. 378.

De provinciatibus functionibus.

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. ad Africanum P. P.

NE [57] quis ex corpore Togatorum [58] [minime curialibus nexibus illigatus] provinciales [59] suscipiat functiones: scilicet ut ambientibus claudatur ingressus, & invitis necessitas auferatur. Dat. III. Non. August. *Constantinop.* Arcadio IV. & Honorio III. AA. Conss. 396.

De peculio quasi castrensi.

IV. Impp. Honor. & Theod. AA. Eustathio P. P.

FOri [60] tui Culminis, & universorum judiciorum advocati quicquid ex hujusmodi professione, vel ipsius occasione quæsierunt per fora omnia. vid. *Cujac. hic.*

55 Et merito est enim indignum, ut stratum & silarium à Republica accipit, contra rempublicam patrocinio fungatur, *l.* 2. *T. de advocat. fisci.* Solve: possunt pro affine & cognato vel conjuncta persona: pro aliis non possunt. vid. *l.* 13. *T. eodem.*

57 *L.* 52. *C. Theod. de decurionibus lib.* 12.

58 Id est, advocatorum. Advocatum nedum cogi, sed ne volentem quidem admitti ad vectigalia exigenda hinc colligunt. 59 Gratia

48 Advocatus est, qui in consilium advocatur: patronus, qui causam agit. *Cassiod.* Hodie patroni & advocati confusè etiam dicuntur, & oratores. *Tacit. lib. de oratorib.* sed rectores & togati: *munus autem causidicum, Ammianus, & l.* 18. *C. Theod. de decur.* ex forma ejus jurisdictio à Tertullian. *in lib. de Pallio & judicium ab Apulio* 7. adde *Cujac.* 4. *obs.* 40.

49 VIII. *Synopf. Basil.* 1. *cap.* 24. *l.* 11. *T. de accusat. l.* 3. *§.* 13. *ff. de extraord. cognit. l.* 3. *ff. ad Turp.* adde *l.* 28. *§.* 1. *ff. de muneribus.*

50 Advocatus prævaricator extraordinarie punitur. vid. *Cujac.* 8. *obs.* ult.

51 Prævaricatum, quidam ita jugant.

52 Bubino.

53 Adde *l.* 116. *C. Theod. de decur. lib.* 12.

54 Statuti advocati suo foro munquam exsolvunt: *Superannuarii*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona

quæsierint, id [etiam] post patris obitum præcipuum, veluti [2] peculium castrense, ad exemplum militum, proprio dominio vindicare. Dat. x. Kalend. April. *Constantinop.* DD. NN. HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 44.

De numeribus necnon privilegiis, & immunitatibus.

V. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro Præf. urbi.

QUicquid animi largitate, & munificentia principali præstitimus Togatis per Orientem eminentissimæ præfecturæ reverentia [3] studiorum: id sibi præsenti sanctione præstitum esse cognoscant patroni causarum illustris Urbicariæ præfecturæ. Dat. VII. Kal. Jan. *Constantinop.* THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

VI. Idem AA. ad Florentium P. P.

SAncimus [4], ut advocatis, qui apud tuam Magnificentiam causas acturi sunt, à nullo judice, nec ab ipsa eminentissima præfectura sollicitudo ulla penitus injungatur: Sed nec advocatis provinciarum vel spectabilium judicum quisquam existimet aliquid injungendum. Nulla igitur Togatis inspectio, nulla perquisitio ingeratur, nulla operis constructio, nulla discussio [4], nullum ratiocinium imponatur, nullum denique aliud [5] eis mandetur, præter arbitrium [6] in [7] eodem dumtaxat loco, ubi advocationis exercent officium: quinquaginta [8] librarum auri [pœna] officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentaverit. Dat. VIII. Kalend. Mart. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

VII. Iidem AA. Thassalio PP. per Illyricum.

Iisdem privilegiis, iisdemque immunitatibus potiri togam [9] illustrissimæ per Illyricum præfecturæ, quibus fruitur toga per Orientem Præfectianæ sedis excelsæ decernimus. Dat. VI. Id. Septemb. *Constantinop.* THEOD. A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De numero advocatorum. De curiali vel alia viliori conditione. De quasi castrensi peculio.

VIII. Iidem AA. Cyro PP. Consuli designato.

CUm advocatio prætoriana centum quinquaginta [10] numero togatis minime vel minuendo, vel augendo concludatur, jubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum, pervenerint, à cohortis [11] vel alterius viliotis conditionis nexibus cum liberis quandocumque [12] genitis liberos custodiri: postque tale officium depositum, annumque [13] completum, advocatorum consortio abscedere cum Comitiva consistoriana: omneque, quod togatis fori Celsitudinis tuæ quolibet casu, quolibet adquiritur titulo, quasi [14] castrense sibimet vindicare: nec patribus, nec avis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus. His omnibus etiam ad Urbicariæ præfecturæ advocationem trahendis. Dat. III. Kal. Januar. VALENTINIANO A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

De advocato qui administrationem aliquam peregit.

IX. Iidem AA. Apollonio P. P.

SI quis de togatis *fori* Celsitudinis tuæ, *vel Illyricanæ*, seu urbicariæ præfecturæ, sive de his, qui in provincialibus judiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuæ Sedis regendæ provinciæ munus potestatemque susceperit: post peractam integre ac sine ulla opinionis labe administrationem, & ad illud officium, unde abstractus est, & unde sibi vitæ subsidia comparabat, remeandi [15] habet facultatem: nec causas orare denuo quadam prohibeatur invidia. Dat. XII. Kalend. Septemb. *Constantinop.* EUDOXIO & DIOSCORO CONSS. 442.

De patrono fisci.

X. Impp. VALENTIN. & MARTIANUS AA. Palladio P. P.

BInos [16], qui priores [17] in tui Culminis sede inveniuntur ad patronatum fisci singulis quibuscunque annis accedere, paribus [18] dignitatis & privilegiorum insignibus ambiendos [esse] præcipimus, quibus ante hac utebatur is, qui solus fisci creabatur patronus. Dat. XIV. Kal. Jul. *Constantinop.* HERCULANO & ASPORATIO CONSS. 452.

De numero & filiis advocatorum. Qualis & quomodo creandi advocati.

XI. Imp. LEO A. Viviano P. P.

NEmini licere sancimus aliquem sub [19] adsidendi colore statutis centum quinquaginta [20] advocatis, quos sibi eminentissima præfectura in consilium assumpserit aggregare. §. 1. Non aliter vero consortio advocatorum tuæ Sedis aliquis societur, nisi [21] prius in examine viri clarissimi Rectoris provinciæ, ex qua oriundus est, præsentibus cohortalibus gesta conficiant, quibus aperte pareat cohortali [22] vitæ ac fortunæ eundem minime subjacere. [Atque hæc fieri volumus] si præsens vir clarissimus Rector provinciæ fuerit in ejus examine: si vero abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta conficiant. Jurisperitos [23] etiam eorum doctores jubemus juratos [24] sub gestorum testificatione depromere, *esse eum, qui postulat subrogari voluerit, peritia juris instructum* [25]. Filios [26] autem togatorum Excellentiæ tuæ, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitaverint, cæteris supernumerariis anteferri. §. 2. Illud insuper decernimus, ut etiam his qui ultra centum quinquaginta advocatos Eminentissimæ tuæ Sedis reperiuntur, liceat & apud Virum spectabilem Proconsulem, vel præfectum Augustalem, vel Comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles Vicarios, & apud Rectores provinciarum negotia perorare. Dat. Kalend. Febr. *Constantinop.* MAGNO & APOLLONIO CONSS. 460.

De patrono fisci.

XII. Idem A. Eusebio P. P. Illyrici.

SAncimus patronum fisci judicio Celsitudinis tuæ, non jam quotannis [27], sed biennio pro vetere consuetudine finem officii sui sortiri: salvis eidem consortio privilegiis omnibus quæ à retro Principibus meruit, manentibus. Dat. X. Kal. Mart. *Constantinop.* BASILIO & VITTIANO CONSS. 463.

De advocatis Alexandriæ, & de advocato fisci.

XIII. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Alexandro Duci Ægyptiaci limitis, & Præfecto Augustali.

PEtitionem virorum disertissimorum advocatorum Alexandrinæ splendidissimæ civitatis, quam de fori sui matricula, & fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus, quinquaginta statutos haberi: eosumque nomina pro tempore matriculæ [28] conficiendæ inscribi: & eos advocationis officium in judicio tam viri spectabilis Præfecti Augustalis, quam viri spectabilis Ducis Ægyptiaci limitis perentibus adhibere: ceteros vero ultra memotatum numerum constitutos, apud alios judices ejusdem Alexandrinæ civitatis perorare: Filiis [29] scilicet statutorum in loco deficientium supernumeratiis anteponendis. Egredientem autem post biennium fisci patronum, contemplatione labotum, exconsularis moderatoris provinciæ dignitate decorari: licentia facultateque ei non deneganda, cum usus exegerit, tam pro [30] se, quam pro filiis, parentibus, & uxoribus, necnon etiam personis ex transverso latere usque ad quartum gradum constitutis patrocinium suum adhibere. Quando autem fisci patronum mori contigerit, gradu eum sequentem sine ulla dilatione in locum ejus subrogari: heredibus defuncti nihil exinde [31] sibi commodi acquiri posse speraturis: cunctis privilegiis, quæ hactenus habuisse noscantur, necnon his, quæ suggestio tuæ Magnitudinis continet, etiam in posterum intactis inviolatisque servandis: quatenus hujusmodi delato eis liberalitate nostræ Serenitatis honore possint in otio, & tranquillitate reliquum vitæ suæ tempus peragere, nulla eis invitis ingerenda sollicitudine.

Collatio advocatorum & militum.

XIV. Iidem AA. Callicrati P. P. Illyrici.

ADvocati [32], qui dirimunt ambigua [33] fata causarum, fuæque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non [34] minus providenti humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent. Nec enim solos nostro imperio militare credimus illos, qui gladiis, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam advocatos: Militant [35] namque [36] causarum patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. Dat. V. Kal. April. *Constantinop.* ZENONE & MARTIANO CONSS. 469.

De privilegiis. 1. De salario.

XV. Imp. LEO A. Dioscoro P. P.

POst duos [37] fisci patronos, qui ex anterioribus constitutionibus iisdem beneficiis muniuntur, sexaginta quatuor [38] togatos, qui in præsenti sunt, à primo usque ad sexagesimum quartum imperialibus beneficiis perfrui censemus, quibus fisci patroni liberique eorum honorati sunt. §. 1. His quoque illud adjiciendum esse statuimus: ut, si quis patroni fisci adeptus gradum, fatalem diem obierit, universa [39] totius anni solatia, ex quo hoc idem officium peragere cœperit, ad heredes seu successores suos, sive liberi, sive extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento, quam ab intestato liberam habeat facultatem. Dat. XVII. Kalend. Januar. *Constantinop.* FESTO & MARTIANO CONSS. 472.

De privilegiis.

XVI. Impp. LEO JUNIOR & ZENO AA. Justiniano Præf. urbi.

AD similitudinem sexaginta quatuor [40] advocatorum fori amplissimæ prætorianæ præfecturæ, quindecim tantum ex foro tuæ Magnitudinis; qui in præsenti gradus primos obtinent, post fisci videlicet patronum, eisdem privilegiis nostræ Mansuetudinis beneficio perfruantur, quibus fisci patroni liberique eotum muniuntur. Dat. XVII. Kalend. April. *Constantinop.* LEONE JUNIORE A. CONS. 474.

De advocatis præfecturæ per Illyricum. 1. & eorum privilegiis.

XVII. Imp. ZENO A. Paullo P. P. per Illyricum

Jubemus advocationem fori tui Culminis centum quinquaginta [41] (sicut antea constitutum fuerat) advocatis concludi: eundemque numerum, quoties vel professionis fine [42], vel morte, vel quocumque fuerit casu imminutus, electione magnificæ tuæ Sedis impleri: ita ut in præsenti quidem, & hinc usque ad biennium [43] ad impletionem supra definiti numeri subrogandi, fine ulla cohortalis [44] aut cujuslibet deterioris conditionis quæstione succedant: salva videlicet adversus eos apparitoribus, si qua competit, actione, quam certum est, postquam fisci patronatum officio impleto exegerint, evanescere: post lapsum vero biennium, foro tuæ magnificæ potestatis inferi postulantes, non aliter, nisi sub gestorum confectione minime eos cohortali conditioni subjacere patefactum fuerit, admittantur.

§. 1. Cuncta sane privilegia, quæ magnificæ per Orientem præfecturæ advocatis ex divinis retro Principum, seu inclytæ recordationis Leonis, vel nostris sanctionibus indulta sunt, tuæ [45] quoque gloriosissimæ Sedis cautidicis absque ulla discretione competere, per hanc in æternum valituram legem sancimus. Dat. VI. Kal. Jan. *Constantinop.* DECIO & LONGINO CONSS. 486.

De multis.

XVIII. [46]

Οἱδεὶς ἐπιλαμβ πῶν ἐν πλέ ων δικηλόγων, εἰ μὴ μέχρι ὁ τ ἀτελωθεν ἐπαγγ .

NUllus [47] multæ dictionem habeat in eos advocatos, qui intra fori Prætoriani statutum [48] numerum sunt, præter ipsum Præf. præt.

De lite non protrahenda.

XIX. [49]

Δ'ιν ἐχ ὑπερτίθ), κὰν μὴ ἐξεστὶν ἐν αὐτῇ πλείς συνηγόρ δύο ἢ τρεῖς.

NE [50] ideo lis protrahatur, quod in ea non reperiantur advocati [51] tres, cum duo sufficiant.

---

[1] Quæsitæ ab adventitiis distinctas, ad instar quasi castrensis peculii redactæ. *l. 7. C. de adventit. & bonis adjudicat.*

[2] Reverentia literarum contemplatione limitatæ militiæ. *Nov. Valentin. de postulando.*

[3] Hæc lex desumpta ex Theod. & Valentin. *Nov. de postulando & perquirendis advocationem*, quam P. Pithœus integram edidit.

[4] Imo sollicitudo potest injungi, *l. 3. C. de officio.*

[5] Bald. his verbis etiam immunes possent advocatos immunes esse ab exercitio faciendis.

[6] Advocati arbitri dari possunt. In Gallia abhorrent prætoris ac judicibus regni judicandi munus dignioris vel antiquioris advocatos tolere, imo si nulli consiliarii sint, debent deligere.

[7] Extra forum suum advocatus patrocinio fungi non debet.

[8] Pœnam obtinet eorum, qui violant advocationum privilegia.

[9] Id est, togati fisi advocati.

[10] In unoquoque foro certus erat advocatorum numerus, certaque matricula: adde *l. 11. & ult. C. ad. de edificiis.*

[11] *L. ult. C. ead. l. 2. C. de proxim. hinc cohortalis*, id est, villa.

[12] Vid. *l. 66. C. de decur.*

[13] Advocati non erant olim perpetui. Paucitas eorum fecit petitos, ut perpetui fierent. Qui de re vid. *Cujac. 36. observ. 22.* Annus etiam de quo hic agitur, in biennium mutatus est, *l. 12. C. ead.*

[14] *L. 4. C. ead.*

[15] Advocatus fi ad officium aliquod assumitur, eo finito potest ad advocationis officium redire ac reverti.

[16] Duo olim fisci advocati.

[17] Fisci advocatio prioribus advocatis decernenda.

[18] Quando una dignitas duobus conferitur, in folidum conferitur.

[19] Vetitus consilium dare, adsidere esse non potest.

[20] *L. 11. C. ead.*

[21] Adde *leg. 7. C. de profess. & medic.*

[22] Adde *d. l. 8.*

[23] Id est, professores. De *Jurisconsultorum appellatione veterie*, vid. *Cujac. 7. observ. 25.*

[24] Affertioni doctoris stetur de peritia difficiliori. *Bald.*

[25] Advocatum forum juris imperitia non redimiri hinc colligunt.

[26] Togatorum filii non togatorum filiis præferendi, *l. 13. C. ead.*

[27] Olim, *l. 8. C. ead. l. 3. in pr. C. præsens.*

[28] Erat certa advocatorum matricula, *l. ult. §. 2. conf. 21 quæ. C. de officiis.*

[29] *L. 11. §. 1. C. ead.*

[30] Adde *l. 8. C. feminis. ff. de postul.* Sanguinis ratione multa permittuntur, quæ alias non permitterentur: qua de re vid. Roland. à Valle 1. *cons. 46. num. 46.* & ita advocatus filii, se suosque filios præferre potest: ut privata gaudia videatur potior. Hinc etiam colligunt, neminem prudenti advocationem suscipere, polliceri officium suum adversus libertos. adde *l. 3. §. 1. l. 5. §. 1. l. ult. præsim.* adde *quæ scripsi ad l. 8. C. de decur.*

[31] Id est, nihil præter salarium illius anni in quo decessit, *l. 25. in fin. C. ead.*

[32] De militiæ castrensis & quasi castrensis comparatione vid. *Cicer. Orat. pro Murena.*

[33] Facta. *Hal.* utramque recte, sunt enim & incidunt in causas fata quædam & diei qui appellantur fatales. Hocrates adversus Callimachum: ἐγὼ δ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὸν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ δαίμονα, καὶ τὴν τύχην μᾶλλον ἢ τὸ δικαιότερον αἰτιώμενος. fortunæ judicia, *l. 13. ff. de statu.* Latinum Pacatus: Nolo miserorum vel factum onerare vel fatum. *Cujac. 16. obs. 9.* Huc refer illud Ammiani 30. Id habet cautidicina cum cæteris metuendum, quod accidentia fecus in potestate esse existimant patronorum, & omnes cerum exitus istilem solent adfingere, & non liti rerum, &c. *d. l. 41. C. de appell.* disceptationis fata. Adde quæ de fatalibus scripsi ad *Nov. 49. cap. 1.*

[34] Advocati non minus profuit reipublicæ, quam milites.

[35] Non soli milites, sed etiam advocati militant. Nihil tam simile bello est, quam lis & judicium.

[36] In quibus rebus consulat advocatorum militia.

[37] *L. 10. C. ead.*

[38] *L. 16. C. ead.*

[39] Adde *l. 13. in fin. C. ead.* Advocatus fisci ante annum completum decedens ad heredem transmittit salaria anni integri: facit *l. 4. ff. de off. assessor. l. 19. in fin. ff. locati.*

[40] *L. 15. C. ead. 41 L. 8. l. 11. C. ead.*

[42] Advocatorum finis aliquis legitimus. vid. *Cujac. 16. obs. 22.*

[43] Vid. *l. 13. C. ead.*

[44] *L. 8. C. ead.*

[45] *L. 7. C. ead.*

[46] Latina interpretatio.

[47] *Cujac. 13. observ. 2.*

[48] *L. 8. in princ. l. 11. in pr. C.*

[49] Latina interpretatio.

[50] *Cujac. 13. observ. 2.*

[51] Plures advocatos sibi advocare licet, *l. 7. in pr. C. de postulando.* Ex frequentia advocationis deprehendebatur, quam quisque gratiosus esset: vid. exempla apud Tullium *Orationes pro Quintio & pro Cæcina.* Cortium *lib. 6.* ubi de Philota: Cæsarem 1. *Commentar.* ubi de Orgetorige. Hæc advocatio Græcia dicebatur παράκλησις, ut παράκλητοι, advocati. vid. *Politium 1. de historia fori Romani 1.*

TIT. VIII.
DE [52] ADVOCATIS DIVERSORUM JUDICUM.

[52] Hujus tituli inscriptio in multis codicibus deest.

De dignitate ejus, qui deposuit officium advocationis.

1. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

SUggestionem viri Illustris Comitis rerum privatarum [53], & Proconsulis Asiæ duximus admittendam: per quam nostræ Serenitatis auribus intimavit, fori sui advocatos communi petitione magnopere postulasse, ut, postquam advocationis depositerint officium, dignitate quadam, nostra liberalitate, potiantur. Jubemus itaque post depositum (ut dictum est) præfatum officium, unumquemque co-

[53] De quo vid. *T. de off. comit. rer. privat.*

rum, qui in præsenti sunt, vel postea matriculis eorum pro tempore fuerint inserti, Clarissimi primi ordinis comitis perfrui dignitate: quatenus & tempore quietis fructum [1] præteritorum laborum consequantur: proque fide atque industria erga clientes suos comprobata [à] privatæ conditionis hominum multitudine segregati, Clarissimis merito connumerentur. Dat. 11. Kal. Jan. *Constantinop.* ANASTASIO A. 11. CONSS. 497.

[1] Finis legitimus advocatorum, frui quibusdam privilegiis. vid. *Cujac. 16. obs. 22.*

De cohortali, vel deferiore conditione.

II. Idem A. Thomæ P. P. per Illyricum,

ADvocatos [amplissimæ] tuæ Sedis, qui pro tempore ad fisci patroni gradum & officium provehuntur, una cum liberis jam natis, vel postea procreandis ab omni cohortalis [2], seu cujuslibet deterioris conditionis vinculo immunes ac liberos cum patrimonio suo conservari decernimus: [Cum] constet hoc jampridem tam advocatis amplissimæ prætorianæ per [3] Orientem, quam magnificæ Urbicariæ [4] [Præfecturæ] sacris constitutionibus esse indultum: & non dubium sit, non tantum eas, sed etiam sublimissimæ tuæ Sedis germanas [5] esse potestates. Dat. XII. Kalend. Decemb. PATRICIO & HYPATIO CONSS. 501.

[2] *L. 8. l. 17. T. tit. prox.*

[3] *D. l. 17. in fin.*

[4] *D. l. 8. in fin.*

[5] Præfectura prætoris Orientis, Illyrici, Urbicaria, germanæ potestates.

De privilegiis patronorum fori Comitis Orientis & fisci.

III. Idem A. Constantino P. P.

JUbemus pro tempore primatem [6] advocatorum fori viri illustris Comitis Orientis per biennium [7] fisci patroni fungi Officio, & solatia sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi: hoc quoque transacto, professionem advocationis deponere: consortio videlicet eorundem advocatorum ad quadraginta tantum viros redigendo: ita ut, si qui superflui sunt, jam eidem consortio sociati, de advocationis officio minime rejiciantur: nemine alio eis adjiciendo: ne quadraginta virorum numerum advocatorum consortium excedere contingat. §. 1. Ad hæc eos, qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro [8] se, quam pro jugali [9] sua, & socero, & socru, nec non genero & nuru, liberisque propriis, colonis, & servis ad se pertinentibus advocationis fungi officio. §. 2. Nec xdiculas eorum *notariorum* [10] onere molestari, si tamen in una tantummodo suaque domo singuli talem prærogativam sibi vindicare maluerint. §. 3. Pro *sportulis* præterea modum, quem notitia [11] nobis porrecta declarat, tam pro his, quam pro colonis & eorum servis custodiri: neminique præberi licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cætero quenquam, antequam per statuta [12] tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis, & sine sumptibus sociati, & si ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. §. 6. Ut autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt, vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præventis prospiciatur: tam ad heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia [13] ejus tranfire, hisque servari: quam ipsos, qui fisci patronatum jam deposuerunt, vel postea deposuerint, minime cujuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in provincia incusandos per sententiam viri spectabilis Comitis Orientis, utpote competentis judicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* SABINIANO & THEODORO CONSS. 505.

[6] *Mistarum* quid vid. *J. de mistaru.*

[7] *Militia* quid, diximus alibi.

[8] *L. 5. §. 4. T. eodem.* Olim quadriennium constitutum erat, hodie quinquennium. *Const. ad successores, §. 1. in fin.* vid. *Cujac. 12. obs. ult. in princ.*

[9] *L. 5. in fin. T. eod. 19. in fin. T. tit. prox.*

De privilegiis patronorum fisci.

IV. Idem A. Eustachio P. P.

LAudabile [14] vitæque hominum necessarium advocationis officium, maxime Principalibus præmiis oportet remunerari. §. 1. Ideoque jubemus, viros clarissimos fisci [15] pro tempore patronos fori Celsitudinis, solenni die [16] festivitatis Kalendarum Januariarum ipsius tantummodo anni, per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri nostri consistorii Comites divina nostræ Serenitatis manu [17] puncti [18] consequi solatia. §. 2. Et postquam tale deposuerint officium, si quidem filios ingenuos habeant, eos clarissimorum Notariorum inseri consortio, Tribunorum sacras solitas epistolas sine [19] quadam suffragii solutione percepturos. §. 3. Et si quis per sententiam Sublimitatis tuæ monitus, super agnito debito vel agnita causa, quæ ingeritur ei, confessionem exponere paratus fit; eam non arbitro delegato, sed tunc temporis fisci patronis, vel alterutri eorum, si alter adesse non possit, pro more tamen solito sub actorum testificatione intimari. §. 4. Quotiesque de nuptiis [quis] sine [20] doralibus instrumentis mutuo contrahendi matrimonium [21] animo celebratis, super affectu suo liberis ex hujusmodi conjugio jam extantibus vel necdum procreatis, legitimis allegationibus uti maluerit, eas apud eosdem pro tempore fisci patronos, vel alterutrum eorum (ut dictum est) gestis intervenientibus commendari, ita videlicet, ut juri cognitæ allegationes absentibus personis, si quæ competunt, serventur intactæ.

[14] Advocationis officium commendatur, & ipsis honestate & necessitate.

[15] *Sic restituo, patronos fori tui c. f. d. f. Kal. Jan. pro tempore ipsius tantummodo anni.*

[16] Kalendarum Januariarum *dies* solennis & festivus. Is etiam dies, largitionum dies fuit. *Niceph. 23.* vid. *Cujac. J. de census largition. tit. 2.*

[17] Id est, nostra liberalitate.

[18] Alii legunt, *punctis solatii.* Alii, *punctis consequi solatia.* Cujac. *13. observ. 2.* monet legi posse, *patiti solatium*, aut *punctis solatia.* Punctum solatii ferre, possumus interpretari, *punctum* seu mercedem honoris: D. G. verum *Puncti* hic rectum esse, aliis probabo. J. G.

[19] Filii statutorum nihil impendunt pro introitu, adde *l. 6. T. eodem.* Doctorum, id est, Professorum filius gratis promovendos hinc colligunt.

[20] Hinc colligit Cujac. *13. obs. 4.* per nuptias filios naturales suos, & legitimos fieri posse, etiam sine dotalibus instrumentis, quod repugnat aliis *§. ult. Instit. de nupt. Novell. 12. cap. 19.*

[21] Matrimonii.

§. 5. His insuper, quicunque apud viros gloriosos pro tempore consules [22] mancipia sua libertate donare voluerint: antelatos fisci patronos ad easdem libertates peragendas propriam advocationis vocem accommodare. §. 6. Aliis nihilominus privilegiis, quæ jam pridem memoratis vel fisci patronis, vel adhuc advocationis pro tempore peragentibus officium togatis, diversis modis indulta sunt, ex hac etiam sanctione nostra in sua stabilitate duraturis. Dat. XII. Kal. Decemb. *Constantinop.* ARIOVINIO, & MESSALA CONSS. 506.

[22] Vid. *l. ult. T. de manumiss. vindicta.*

[23] *L. 3. in princ. T. eod.*

De privilegiis patronorum fori Præsidialis secundæ Syriæ & fisci.

V. Idem A. Sergio & P. P.

PEtitiones virorum disertissimorum fori Præsidialis secundæ Syriæ provinciæ advocatorum cum competenti moderatione censuimus admittendas: & jubemus, pro tempore primatem eorum per biennium fisci patroni fungi officio, & solatia [23] sibi communi consensu deputata per idem biennium consequi: hocque transacto professionem advocationis deponere, consortio videlicet eorundem advocatorum ad triginta tantummodo viros redigendo: ita ut si qui superflui sunt, jam eidem consortio sociati, de advocationis officio minime rejiciantur: nemine alio eis adjiciendo, ne triginta virorum numerum advocatorum excedere consortium contingat. §. 1. Ad hæc [eos,] qui (prout statutum est) fisci patroni deposuerint officium, postea quoque non prohiberi singulos tam pro [24] se, quam pro jugali [25] sua, & socero & socru, necnon genero & nuru, liberisque propriis, colonis & servis ad se pertinentibus advocationis fungi officio. §. 2. Nec xdiculas [26] eorum, *notariorum* onere molestari: si tamen in una tantummodo suaque domo singuli talem prærogativam sibi vindicare maluerint. §. 3. Pro *sportulis* præterea modum, quem notitia [27] nobis porrecta declarat, tam pro his, quam pro colonis, & eorum servis custodiri: neminique præberi licentiam eundem modum circa sportularum exactionem contra eos excedendi. §. 4. Nec de cætero quenquam, antequam per statuta [28] tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, supradicto consortio sociari. §. 5. Et filios advocatorum, vel adhuc in tali constitutorum officio, vel eorum, qui fisci patronatum deposuerint, superstitum vel mortuorum, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi: eique gratis [29], & sine sumptibus sociari, si & ipsi (prout dispositum est) solito tempore legum doctrinam meruerint. §. 6. Ut autem his, qui fisci patroni officium adepti sunt, vel fuerint, non tantum superstitibus, sed etiam morte præventis prospiciatur: tam ad [30] heredes fisci patroni, qui semel ad talem gradum vocatus sit, solatia ejus transire, hisque servari: quam ipsos, qui fisci patronatum jam deposuerunt, vel postea deposuerint, minime cujuslibet actus publici sollicitudinem nolentes subire compelli, nec exhibitionis seu deductionis onere (nisi speciali auctoritate nostra) molestari: & in provincia incusandos per sententiam viri clarissimi provinciam, in qua degunt, moderantis, utpote competentis judicis, conveniri atque litigare decernimus. Dat. Kal. Decemb. ANATOLIO & AGAPITO CONSS. 508.

[24] *L. 3. §. 1. T. eod.*

[25] Jugalis conjux.

[26] *D. l. 3. §. 2.*

[27] Quid *notitia*, vid. *l. 1. §. 8. T. de off. pref. Præt. &c.*

[28] Quinquennium fisci. *L. 2. §. 4.*

[29] Id est, nihil impendunt pro introitu.

[30] *D. l. 3. §. ult.*

De privilegiis patronorum fisci.

VI. Imp. JUSTIN. A. Marino P. P.

REstituendæ sunt clarissimis eloquentiæ luminibus sexaginta auri libræ, quas sub imperio Zenonis divæ memoriæ pedaneis deputatas arbitris, nec non fidejussorum [31] vires æstimantibus, tamen auferendas credidit præpara posterioris subtilitas Principis, ut jam liberalitate nostri numinis, viri clarissimi fisci patroni præfatam auri summam sine fraude [32] annis singulis consequantur, ab amplissima tua Sede pari lance in utrumque dividendam. Nam universis [33] redditur, quod pro voto omnium primatibus indulgetur. §. 1. Sacras insuper epistolas [34], quibus approbantur viri clarissimi Tribuni prætoriani & Notarii, non unius tantum nomine, sed alterius quoque utrius præstandas perspicimus, sive suos filios, sive alios quosdam duxerint illustrandos. §. 2. Ad hæc altiore beneficio codicillos, quibus illustris honoratur dignitas, consequantur: quos unius solum nomine eisdem viris facundissimis daturos nos pollicemur, profuturos scilicet alteri eorum altero concedente: seu qui ex provinciis suis, vel ex amicis voluerint, in provinciis tamen degentibus.

[31] *L. 4. §. 2. T. eod. L. 45. C. Theod. de decur.* Epistolæ fiebant, de quibus hic, dicuntur instrumenta, *l. 7. T. de fide instrum.* Testimoniales missiones, honorarias epistolas, *l. 15. C. Theod. de profess. Veget. 2.* contubernalibus emeritis dispendia per testimoniales promoveri dimittam. vide *Cuiac. ad l. ult. T. de prof. scholarium.*

[32] Adeo beatur purpura Principis de qua adeantur purpuræ imperiales, alibi dicam. Quin & Præfectus Prætorio ingressu palatium, confestatione imperatoris adornabatur. *Cassiodorus 6. Variar. 3.*

[33] Præsentibus, *l. 20. T. de donationibus, & promissionibus. lib. XII. tit. 17.* adde *Sidonium Apollin. 13. carm. 2.*

[34] Militia domesticorum vocali possunt, quidam etiam vocali non possunt. *L. ult. T. de appell. & consult.* Vide quæ not. ad *l. 1. T. qui milit. testam. fac. non sun.* adde *Novell. 53. cap. 3. & Alii Cujac.*

Adjicerent [35] purpuræ Principis de qua adeantur purpuræ imperiales, alibi dicam. Quin & Præfectus Prætorio ingressu palatium, confestatione imperatoris adornabatur. *Cassiodorus 6. Variar. 3.*

[35] Præsentibus, *l. 20. T. de donationibus, & promissionibus. lib. XII. tit. 17.* adde *Sidonium Apollin. 13. carm. 2.*

§. 3. Licentiam eis præterea facimus binos homines singulis annis itidem offerendi, nostram [36] adoraturos purpuram, statutis inferendos præsentialibus [37] domesticis, unum equitum, alterum scholæ peditum, in vacantem eorum locum, qui diem functi sunt: nullo, dum supererunt, de militia venundanda [38] pacto cum eis interposito, quorum ejusmodi conventiones interfuit: ita tamen, ut iidem viri facundissimi, cum offerendos eosdem crediderint homines, bina solidorum pro singulis millia, nihilque amplius, noverint dependenda viris magnificis Comitibus dicatissimorum [39] domesticorum: id est, equitum quidem pro eo, qui inter equites meritus est: peditum autem, pro eo, qui inter pedites inferendus est: solitis videlicet statim stipendiis, nec non etiam cæteris solatiis iisdem tyronibus deputandis sine quolibet alio dispendio. §. 4. Aliis etiam privilegiis potiantur, quæ diversis temporibus consecuti sunt, sive per Augustos apices, sive per dispositiones & sententias Amplissimæ tuæ Sedis: nam qui bonis digni judicati sunt, hi multo magis in anterioribus quoque sunt adjuvandi. Dat. Kalend. Decembr. *Constantinop.* ipso A. & EUTHERICO CONSS. 551.

[36] Militia domesticorum vocali possunt, quidam etiam vocali non possunt. *L. ult. T. de appell. & consult.* Vide quæ not. ad *l. 1. T. qui milit. testam. fac. non sun.* adde *Novell. 53. cap. 3. & Alii Cujac.*

[37] Domestici epistolarum nota: hic enim dicatissimus appellatur.

[38] Præfectus urbi. *Cujac. 13. obs. 1.*

[39] Priores advocatorum sunt primicerii & primates, *§. 3. T. eod. de haut. l. in fin. pr. & l. 3. in pr. T. eod.*

De numero advocatorum. 1. De temporis ordine servando. 2. ubi degendum. 3. Sanctio. 4. De sexcentis auctis. 5. De privilegiis ultra indultis. 6. De sportulis, & sumptibus litis.

VII. Idem A. Theodoro P. P. 19

PEr hanc legem decernimus, ne antequam in octoginta tantum virorum numerum, fori tui culminis Togatorum collegium deductum fuerit, aspirare quis qualibet arte concedatur, aut possit: nisi vel eorum filii, qui triginta priorum [40] obtinent numerum, facundiæ studiis eruditi, gratis [41] videlicet, & sine ullo suffragio, aut fortasse exteri non ultra per duos annos singulos facundia & ipsi conspicui, taxati fuerint: nullo deinceps, postquam in octoginta virorum numerum redacti fuerint, superare qualibet ruptus ambitione vel astutia quantitatem ausuro. §. 1. Interdicenda quoque cunctis licentia prævertendi [42] progressus seriem, quam ipsius temporis ordo suppeditat: & ut in mercatorum contractibus, loca permutandi: & adhuc tyrones jam interesse veteribus. §. 2. Hoc etiam pronuntiandum censemus, ne quis ex his in aliis degat regionibus, relicta observatione gloriosæ tuæ Sedis. Noverint etenim, qui, post nomen impetratum patroni litium, ultra trium [43] annorum spatium ex sacratissima hac urbe morandum duxerint, nec nuncupationem togati, nec privilegia virorum hujusmodi concedenda sibi: ut ne repetitis [44] ex industria prædictæ Sedis auctoritatibus protrahantur, aut multiplicentur peregrinationis excursus. §. 3. Quorum omnium si quid vel minimum quocunque tempore fuerit violatum: viginti primates ejusdem ordinis, & qui pro tempore solicitudinem ab actis [45] in Amplitudinis tuæ gerent officio, adjutores etiam eorum denis singuli libris auri ferientur, quod adversus imperialia consulta Serenitatis nostræ tendentibus non statim objecerint intercessionem legis præsentis, aut non retulerint, & omnino non prohibuerint, ne quid tentaretur contrarium, eum nec in administratores sublimissimæ tuæ Sedis, si non intente custodierint disposita salutaria, &, ut non temerentur, prospexerint, pœna deerit [46] decem auri librarum. §. 4. Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ Celsitudinis, ad exemplum priorum temporum ex arca tui judicii conferatur: ne post decursum [47] celerem [48] advocationis, & labores gloriosos egeni exeant: non (ut sæpe contigit) incerto die præstentur, sed cum [ad] medium [49] iter pervenerint patrocinii rerum fiscalium: id est, Kalendas [50] Octobribus per annos singulos sine cunctatione solvenda. §. 5. Quidquid insuper privilegiorum retro Principum sacris affatibus vel auctoritate tribunalis [51], cujus interest, huic eidem [52] ordini datum ostenditur, invio-

[40] *L. 5. §. 5. T. eod.*

[41] Gratis, sine ullo suffragio.

[42] Ordine suo dignitatem adipiscendæ, *l. 8. T. eod.*

[43] Vide *Cujac. 6.*

[44] Petit.

[45] Notitia imperii Romani inter officia Præfecti urbi hanc etiam qui dicitur *ab actis* numerat.

[46] Decumetur.

[47] Discursum.

[48] *Al.* celeberrimi.

[49] Salarium solvi doctoribus, & advocatis in media anni Bald. hinc colligit Quid pensio datum locare? in fine anni, cum altius dictum sit, *l. 1. §. 4. T. de salariis. l. 22. §. de opere. adde. 9. §. de oper. pub.*

[50] Octobres, mudius olim annus mensis: nunc ab *Octobri* incipiunt, de quo aliquando dicam.

[51] Tribunali.

[52] Eidem ordinum ostenditur, &c.

inviolatum servari. §. 6. Cumque lite quisquam eorum pulsatus fuerit, seu civilis causæ certamine, aut criminalis quæstionis obtentu, hic, vel in provinciis: cum per concessum tempus eorum adesse quenquam evenit, nullas executores sportulas adsequi; nec qui controversiis movendis inserviunt, aut excipiendo, seu præparando, vel officio quolibet alio, quocumque nomine sumptum exigendum censemus. Dat. Id. Februar. *Constantinop.* JUSTINO A. II. & OPTILIONE CONSS. 524.

De privilegiis patrocinorum fisci.

VIII. Idem A. Archelao P. P.

NEmo, excepta Menandri fisci patroni persona, speret de cætero [1] permutationum saltibus [2] superiore gradu captato fruiturum se beneficiis, quæ patronis ærarii, seu dum officium exhibent causis fiscalibus, aut post impletum agmen [3] impertita monstrantur. Dat. XII. Kalend. Septemb. JUSTINO A. II. & OPTILIONE CONSS. 524.

Præductive §. 2. *l.* 7. *ad advocatos Illyricanos.*

IX. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

DE constitutione [4] divinæ recordationis Justiniani patris nostri super rogatis amplissimæ urbis Sedis prolata, Illyricani advocati postulaverunt à nobis, [eis] clarum fieri, si [5] locum etiam circa eos possit habere, sive cum commeatu, sive sine commeatu judicio ejusdem Sublimitatis [tuæ] abfuerint. Sancimus itaque, [talem] legem generaliter etiam in persona eorum valere, ut si quis sine commeatu ultra continuum biennium [6] abfuerit, vel cum commeatu ultra quinquennium, de matricula penitus aboleatur: nulla licentia ei danda gradum suum vindicare, nec iterum viris dissertissimis Togatis ejusdem Sedis adsistere. Perfruantur igitur advocati ejusdem Sublimitatis hac nostra generali sanctione.

TIT. IX.

DE ADVOCATIS FISCI. [7]

An contra fiscum patrocinium præstari possit.

I. Imp. ANTONINUS A. Claudio.

CUm te fisci causam agitasse proponas, quamvis [8] te salarium percepisse neges, tamen placitis acquiesce. Eos enim, qui causam fisci egerint, prohibitum [9] est adversus fiscum patrocinium præstare. P. P. XIII. Kal. Januar. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Qui in una causa fisco præstitit patrocinium, in alia potest contra fiscum postulare. Bald.

II. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Frequentio.

POtes auctoribus nobis adversus [10] fiscum quoque patrocinium exhibere privatis: dum eam scilicet causam, quam tu, cum fisci advocatus fueras, forte tractasti, suscipere declines. P. P. VI. Kal. Mart. VALERIAN. & GALLIENO AA. CONSS. 255.

De commodis fiscalibus non occultandis. De calumniis non movendis.

III. Imp. CONSTANTIN. A. Æliano Proconsuli Africæ, post alia.

FIsci advocatus pœnas meruens, caveat [11], ne fiscalia commoda occultet, neve ullo negotio existente, fisci nomine privatis audeat calumnias [12] commovere. Dat. VI. Id. Novemb. *Treviris.* [13] CONSTANT. A. IV. & LICINIO CÆSAR. IV. CONSS. 315.

De Rationalibus, & Præfectis ærario.

IV. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Ammianum Comitem rerum privatarum.

RAtionales [14], privatæ rei causis, vel sacris ærariis [15] præsidentes, examen præsente fisci advocato [16] suscipiant. PP. XVII. Kal. Januar. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

Direct. judicior. vers. Egressientem. Erat etiam unicus & biennalis in foro Præfectiali Syriæ, *l.* 7. 13. & foro Comitis Orientis, *l.* 3. *T. de advocat. direct. jud.* adde *Brissin.* 3. *select.* 13. 8 Prætextu fiduciæ seu fiduci, ad vocati causam fiscalem defendere non debent. 9 *L.* 2. *T. ad. l.* 2. *T. de advocat. direct. judicior.* excipe casus leg. 13. *T. de advocat. direct. judicior. l.* 3. §. 1. *l.* 7. §. 2. *T. de advocat. direct. judicior. l.* 2. *T. eod.* 10 *Dixi T. ad l.* 1. 11 Nota quæ sint cavenda fisci advocatis. 12 Vid. *l.* 6. *T. de postulat.* 13 *Ty-Trevorie.* 14 De his vide *l. ult. in fin. T. ad leg. Jul. Majest.* Procurator Cæsaris, absentibus advocatis fisci, causas rei privatæ, vel ærarii sacri discuperare non debet, *l.* 41. *C. Theod. de appell. lib.* 11. 15 Advocati fisci, patroni ærarii, *l. pen. T. eod. pen.* Philostratus in Cyrino, fisci advocationem vocat, τὸν τῶν ταμείων συνήγορον, & *Basil. vocat.* συνήγορον τῶν ταμείων, id est, qui intervenit pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum, sacrarum largitionum: in provinciis apud procuratorem Cæsaris: in urbe, apud Præfectum ærarii. vid. *Cujac. hic.* 16 Advocatione, *d. l.* 41. *C. Theod.*

TIT. X.

DE [17] ERRORE ADVOCATORUM, VEL LIBELLOS SEU PRECES CONCIPIENTIUM.

De præsentia principalis litigatoris.

I. Imp. ALEXAND. A. Aureliæ.

EA [18], quæ advocati præsentibus [19] his, quorum causæ aguntur, allegant, perinde habenda sunt, ac si ab ipsis dominis litium proferantur. P. P. Kal. Mart. ALLIENO [20] & MAXIMO CONSS. 228.

De errore scripturæ.

II. Imp. GORDIANUS A. Rogato militi.

ERiores [21] eorum, qui desideria, id est, preces scribunt [22], veritati præjudicium afferre non posse, manifestum est. Et ideo si condemnationem, cujus mentionem libello insertam esse proponis, manifeste probare potes non intercessisse: allegationes tuas lædi non oportere, is qui super negotio disceptatus est, non ignorabit. P. P. X. Kalend. Jul. PRO [23] & PONTIANO CONSS. 239.

De præsentia litigatoris, & de sententia lata.

III. Imp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Ulpiæ.

SEntentiis [24] finita negotia, rescriptis revocari non oportet. Nec enim quæ constituta sunt, [id est,] *aut advocatorum error litigatoribus non nocet*, tibi etiam opitulari possunt: cum te præsente [25], neque causæ palam ex continenti [26], id [27] est tridno [28] proximo contradixisse, neque post [29] sententiam appellationis remedio (si tibi hæc displicebant) usam esse proponas. Dat. VI. Kal. Septembr. *Viennæ*, CC. CONSS. 294.

17 II. *C. Theod.* 11. *l.* 8.

18 *Synesius Basil.* 1. *ep.* 41.

19 Et narrationibus, *l.* 3. *T. ad l.* 79. *ff. de verb. signif.*

20 Rufino.

21 *L. unic. C.* 9b. *ad l.* 9. *T. de jur. & facti, l.* 50. *ff. de reg. jur.*

22 Scriptores fuere libellionum pragmatici, *l.* 9. §. 4. *t. ff. de pen.* diversi ab advocatis. Hi agunt, illi scribunt.

23 Olim.

24 *L.* 3. *T. ut lit. pend. vid. l.* 22. *T. Just. rescind.*

25 Præsentium, *Hal.* adde *l.* 2. *T. eod.*

26 Nota. Et continuari, id est, tribus, adde *l. ult. vers. Si autem T. de judic.*

27 Hæc verba, id est, *tridno proximo*, desunt apud antiquum Scriptorem Basil. 8. tit. 1. ex 81. 77. tit. 4. cap. 47. *ff. ad exhibit.* adde *casum l. ult. T. de judic.* vid. Cujac. *cap.* 5. *de prascript.* 29 Ante sententiam licet errorem corrigere, *l.* 4. *in fin. de minorib.* §. *Si quis aliud. Instit. de act.*

30 Quidam legunt *advocatum*.

31 Judicem judicare non secundum acta, sed ex conscientia hinc colligunt, *de qua* quæstione. vid. *l.* 6. §. 1. *& ibi DD. ff. de officio præsid. Cujac.* 11. *obs.* 19. *Hotom.* 29. *Illustr.* Paucis Harmenopulus 1. *tit.* 4. *de* 32 Dubitandum videbatur, quia judex suppleudo pronunciari videtur non judicare, 33 Ἐναργῶς hoc sensu, Quemcunque vel à litigantibus vel ab advocatis omittentur, à judicibus supplentur. *Synopf. Basil.* 6. *ex lib.* 8. *tit.* 1. *cap.* 48. & 1. *Harm.* 4. §. 18. 34 *Lex. vid. in fin. pr. ff. de appell.* 35 Judex rogatus suum interponit officium, non alias. vid. tamen *Justin. reg.* 197.

TIT. XI.

UT QUÆ DESUNT ADVOCATIS [30] PARTIUM, JUDEX SUPPLEAT [31].

Judex ex officio supplere potest in jure, non in facto. Alex.

I. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. ad Honoratum.

NOn dubitandum [32] est, Judicem, si quid à litigatoribus, vel ab his, qui [33] negotiis adsistunt, minus fuerit dictum, id supplere [34], & proferre quod sciat [35] legibus, & juri publico convenire. S. XVI. Kalend. Mart. DIOCLETIANO V. & MAXIMIANO IV. AA CONSS. 293.

fisit, Omissas rationes juris ab advocato à judice suppleri: at non factum tamen seu negotium.

TIT. XII.

EX [36] QUIBUS CAUSIS INFAMIA [37] IRROGATUR [38].

De carcere, & vinculis.

I. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA Manilio.

INfamiæ dettimentum minime tibi affemur ob id solum, quod in carcerem [39] conjectus es, vel vincula tibi jussu legitimi Judicis injecta sunt. P. P. sine die & consule.

De eo, qui plus debito exegit.

II. Iidem AA. Venetio.

NEque furti, neque vi bonorum raptorum, neque peculatus damnatus intelligi potest, qui, cum plus debito nomine debitorum [40] exegisset, in duplum à Præside condemnatus est. PP. V. Id. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De eo, qui ad tempus ordine motus est.

III. Iidem AA. ad Metrodorum.

ET si severior [41] sententia dici debuit, tamen [42] cum Proconsul vir clarissimus certis rationibus [43] motus [44] mitiorem [45] sententiam dixerit, & *ordine decurionum* te *biennio abstinere* jusserit, transacto [46] tempore non esse te in numero infamium, palam est: eo [47] quod post biennium remisisse tibi prohibitionem decurionatus Judex videtur. P. P. X. Kal. Januar. LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De exilio temporali.

IV. Iidem AA. Venustiano.

SI Posidonium in [48] tempus anni relegatum, sententiam non excessisse Proconsulis probaveris, quinque annis exilio temporali damnandum inter infames haberi non oportet: quoniam sententiæ severitas [49] cum cæteris damnis transigere videtur. PP. VI. Kal. Mart. SATURNINO & GALLO CONSS. 199.

De fustibus & injuriis

V. Iidem AA. Ambrosio.

DEcuriones quidem, item filios decurionum fustibus [50] castigari prohibitum est. Verum si *injuriam* [51] *ita fecisti* Proconsul vir clarissimus pronuntiaverit, ignominia notatus es. P. P. Kal. Jul. SATURNINO & GALLO CONSS 199.

De condemnatione in opus publicum ad tempus.

VI. Iidem AA. Justo.

AD tempus in opus publicum damnati pristinum quidem statum [52] retinent: sed damno infamiæ post [53] impletum tempus subjiciuntur. P. P. VII. Id. Decemb. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

De eo, qui bonis paternis abstinuit.

VII. Idem AA. Demetrio.

NEmo ob id quod bonis paternis se abstinuit [54], infamis est. P. P. V. Id. Januar. ANTONINO A. & GETA. II. utrisque CONSS. 206.

De furto, & de eo, apud quem res furtiva inventa est.

VIII. Iidem AA. Ulpiæ.

SI furti condemnata es, citra verbera quoque [55] fustium, infamiæ damnum subjisti. Quod si res furtiva, quam alter surripuit, apud te ignorantem comperta est: non lasit existimationem tuam durior sententia. P. P. X. Kal. Mart. ANTONINO A. & GETA utrisque II. CONSS. 206.

De publicis negotiis defensis.

IX. Iidem AA. Luto.

NEminem sequitur infamia ob [56] defensa publica negotia patriæ suæ. P. P. XII. Kalend. Mart. ANTONINO A. & GETA utrisque III. CONSS. 209.

De injuriis.

X. Iidem AA. Severo.

INjuriarum ex [57] persona quoque servi damnatus, infamia notatur. P. P. IV. Kal. Aug. *iisdem* CONSS. 209.

De

est, ut in amicum mitiorem sententiam ferat? Tiraquellus ita censet *tract. de pœnis, causa* 16, & 17. cum amicitia ipsius rei ductus id faciat, sive amicorum ejus. 44 *Lex.* 31. *ff. de pœnis.* 45 Ex duabus forte legibus. Quid? putabitur severiorem sententiam dicere? vid. *l.* 13. §. 7. *ff. eod. l.* 11. *ff. de pœn.* Ex his colligunt, Judicem in ordinariis criminibus pœnam mitiorem aut augere non posse, in extraordinariis posse, idque pro qualitate rerum, factorum, personarum. vid. *Gaudinum tract. de malefic. cubr. utrum pœna possit augeri.* 46 Sententia temporalis habet effectum temporalem, *l.* 8. *ff. de postul. l.* 1. §. *de his qui in exilium.* Imo & ultra tempus vim suam exerit, *l.* 6. §. *eod.* Hinc etiam colligo, infamiam ad tempus inuri posse. *Goth.* Infamia non durat ultra tempus *l.* 4. *n. t. l.* 8. *ff. de postul. l.* 1. §. *generaliter. ff. De decurion. l.* 13. §. 2. *ff. ad Leg. Corn. de Fals. Anal.* 47 Biennii prohibitio sequentium annorum indulgentia est. 48 *Exilium* temporale non infamat. 49 Nec severioris legis sententia infamat, *ut hic, l.* 6 & 10. *in fin. ff. de pœn. nec* mitioris, *l.* 3. *T. eod. vid. Cujac.* 20. *obs.* 38. 50 *L.* 9. *T. de pœn. l.* 9. §. 12. *ff. de pœn.* 51 Injuriæ nominatim damnatus fit infamis, *l.* 4. *in fin. ff. eod.* §. 2. *Instit. de pœna temere litigantium*: adde *l.* 19. *T. eod.* 52 Id est, libertatem & civitatem. Damnati vero in perpetuum opus, civitatem tantum amittunt, non libertatem, *l.* 17. *in fin. ff. de pœn.* vid. *Cujac.* 15. *obs.* 12. *in fin.* 53 Damnatio in opus publicum, relegationi in opus gravior. Hæc, tempore finito, non infamat, *l.* 4. *T. eod.* illa infamat, *ut hic. Goth.* Dubitque inter factum quod ipsis jure famosum est, in quo infamia etiam post tempus durat, *ut hic & l.* 19. *ff. ad Municipalem*, & inter delictum pœna ordinaria arbitraria, in quo non durat post tempus: *ut l.* 3. §. 1. *C. de Adult.* 54 Abstinere à bonis paternis infamiam abstinendi non infert. 55 Et furti damnatus, *l.* 63. *ff. de furtis, & l.* 1. *vers. aut furti. ff. hoc tit.* & fustigatus fit infamis, vid. *l.* 16. *T. eod.* 56 Ob quæ defendi. *Hal.* & male, Sensus aperte colligi potest ex *l.* 4. *T. de delatorib. l.* 2. *in pr. ff. de jure fisci.* 57 Servus est, Condemnatum injuriæ factæ etiam viti personæ, nocuit. adde *l.* 5. *T. eod.*

De cessione & venditione bonorum.

XI. Imp. ALEX. A. Herennio.

[DEbitores] qui bonis cesserint [1] licet ex ea causa bona eorum venierint, infames non fiunt. P.P. x. Kalend. Majas, MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

De expilata hereditate.

XII. Idem A. Donato.

SI te expilasse [2] hereditatem, sententia Præsidis constiterit, non ex eo, quod non & alia pœna tibi irrogata est, furti improbioris [3] infamiam evitasti. P. P. Kalend. Jul. JULIANO II. & CRISPINO Conss. 225.

De his, quæ pater in testamento, filios increpans scripsit.

XIII. Idem A. Juventio.

EA quæ pater testamento suo filios increpans [4] scripsit, infames quidem filios jure non faciunt, sed apud bonos & graves opinionem ejus, qui patri displicuit, onerant. XIII. Kal. Novemb. *ipso* A. III. & DIONYSIO [5] Conss. 230.

De fustibus. De quæstione.

XIV. Imp. GORDIANUS A. Jovino.

NUllam [6] existimationis infamiam avunculus tuus permiscat ictibus subjectus [ob [7] crimen quæstione habita,] si sententia non præcessit, ignominiæ maculam irrogans. Dat. Kal. Sept. PIO [8] & PONTIANO Conss. 239.

De luctu.

XV. Idem A. Sulpitiæ.

DEcreto Amplissimi Ordinis luctu [9] fœminarum deminuto [10], tristior [11] habitus cæteraque hoc genus insignia mulieribus remittuntur [12]: non etiam intra tempus [13], quo his elugere maritum motis est, matrimonium contrahere permittitur: cum etiam, si nuptias alias intra hoc tempus secuta est, tam ea, quam is qui sciens eam duxit uxorem, etiam si miles sit, perpetuo Edicto labem pudoris contrahat [14]. P. P. XVII. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA Conss. 240.

De fustibus, & super dicto lovnopdvnCæ.

XVI. Idem A. Domitiano.

FUstibus cæsum, cui per præconem [15] ita dictum est, lovnopdvnCæ [16] [id est, *calumniatus es,*] ut calumniatorem videri notatum, ideoque esse famosum, manifestum est. PP. III. Kal. Aug. SABINO & VENUSTO Conss. 241.

De interlocutione Judicis sine causa cognitione.

XVII. Idem A. ad Magnum.

VErbum precibus insertum potius verecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam videtur aspergere. Etenim cum non [17] causa cognita dictum est lovnoc dvnaac [18], sed ad postulatum patroni, interlocutione Judicis responsum sit: nequaquam hoc infamiam irrogat. P. P. VIII. Kal. Octob. ATTICO & PRÆTEXTATO Conss. 243.

De injuriis, de pactis, transactionibus, jurejurando.

XVIII. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Antiocho.

NOn [19] damnatos quidem damnatosve injuriæ, sed pactos [20] quoque Perpetuum Edictum infamat. Verum *pactos* eos demum, qui ullos adversariis nummos pro mala conscientia ex transactione numerassent, in hac causa placuit intelligi. Cæterum simplex [21] ejus [rei] gratia integram pacti existimationem illibatamque conservat. Quod si jurejurando [22] decisa contentio sit: nemo dubitaverit, quin religionem absolutio judicantis sequatur. P.P. XIV. Kal. Jan. SECULARE II. & DONATO Conss. 261.

De interlocutione Præsidis.

XIX. Impp. CARINUS & NUMERIAN. AA. Aristocrati.

INterlocutio [23] Præsidis, quæ indicta [24] est, infamem eum, de quo quæris, feciſſe non videtur, cum non specialiter ob injuriam, vel admissam vim condemnatus sit, sed ita Præsidis verbis gravatus & admonitus, *ut ad melioris vitæ frugem se reformet.* P.P. XVII. Kal. Febr. CARINO II. & NUMERIANO AA. Conss. 284.

De fœnoratoribus.

XX. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Fortunato.

IMprobum [25] fœnus [26] exercentibus, & usuras [27] usurarum illicitè exigentibus, infamiæ [28] macula irrogan-

da [29] est. S. XVII. Kalend. Mart. ipsis AA. Conss. 287.

De minore, qui artem ludicram exercuit.

XXI. Iidem AA. & CC. Statio.

SI fratres tui minores [30] dumtaxat ætate [in] ludicræ [31] artis ostentatione spectaculum sui populo præbuerunt, inviolatam existimationem obtinent. Dat. V. Kalend. Septembr. *ipsis* AA. Conss. 287.

Pro socio.

XXII. Iidem AA. & CC. Domitiano.

FIdem rumpens [32] socieratis, cum infamiæ periculo, suo nomine pro socio conventus, ad faciendum satis urgetur. Dat. VI. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 293.

stituendis. Oldendorp. etiam *c. 4. de restitt. n. 9. 11. & c. 66. de except. num. 19.* 11. 12. 13. negat testium esse fidei. *arg. l. 3. §. 5. l. 21. §. 2. ff. de test.* 30 Aliud, si majores. *fin. ff. eod.* adde 9. *Harm. 15.* 31 Condemnatus actione pro socio fit infamis. *§. 2. Inst. de pœna temere litig. 6. Harm. 15. in fin. 21. Syn. Basil. 1. c. 20.*

19 Quid denique sit infamia, perceptarium, non tenuit ut ultra citraque? Negant Theologi & Canonistæ, *Summa Sylvestrina, in §. infra. v. Legati 8. Covarruvias 3. regulæ 3. Clarus d. loc.* Potuisse ulciscitur testari, vel matrimonia contrahere, si ea causa desuper? Negat Clarus *d. loc.* nisi pristina condemnatione de ea re facta.

32 III. D. III. 2. C. 12. 12. *Paul. l. 1. sent. 3. B. Syn. Basil. 2. 1. extra. 3. l. 1. Sarto 20. & 21. Cirm. 10. Louise 3. Plasir. 2. 3. Papon 6. Arrest. 4. & 5. de l'An. Needam 2. 1. des procureurs.*

34 Rei cautione procurator si legitimus.

35 Negotio rem dominam facit, vid. *tamen Socin. regul. 273.*

36 *L. 39. §. 1. ff. eod. l. 2. §. 1. de constitut. §. 3. inf. de fidej.* Adde *Socin. reg. 318.*

37 Ergo à contrario, si cautum fuerit, de ea non cavebit. vid. *Socin. reg. 318.*

38 Maritus potest esse unius procurator ad litem; adde *l. 2. §. ult. ff. qui dare tutores.*

39 D. §. 3. *l. ult. §. de satisdando, Ant. ff. rotam rot.* At in criminalibus non datur procurator, sed defensor. *l. 33. §. 2. ff. ad Trebel. §. seq.*

16. §. 11.

40 Hinc colligunt, Cautum ita non posse fieri à cautione alienissima, turpis & curatoria, & similium. adde *l. 25. §. 1. ff. de excus. & cleric. vide l. 1. §. 2. ff. de admin. tut. l. 3. ff. de alim. vel ubi bar. inc.*

41 *L. 3. §. 3. quorum appellationi.*

42 Procurator cogitat respondere.

43 Suspectus administrator, vel tutor ob contumaciam potest removeri.

44 Missio ex primo decreto, non fit sine causæ cognitione.

45 Domini litigat. Ob contumaciam procuratoris sit missio contra dominum, & firmen hinc colligitur, Procuratoris contumaciam regulariter domino non nocere, vid. *Socin. reg. 321.*

46 Reo inclemente, actor in ejus bonorum possessionem mittitur. *l. 2. in fin. §. ult. si rem alien. l. 8. in fin. §. ult. commodi & quæ de jure. l. 2. §. quidam hoc ex causis in fin.*

47 Non legitime defensus tutum ad causam restituitur.

48 Absens non legitime defensus tutor per uxorem. 49 Nota regulam. 50 Adde *l. 55. eod.* Mulier in rem suam potest esse procuratrix ex cessione mariti. 51 Non admittitur ad agendum absentis nomine, qui eum defendere recusat. *l. 15. in fin. l. 43. §. 4. ff. eod.* Datus ad agendum, defendere tenetur: at non è contra: Datus ad defendendum, non cogitur agere. *cap. cumsit. 12. X. de procur.* 52 Accusatus de crimine capitali, non potest esse alterius procurator. Imo potest *l. 21. ff. de accusat.* Solve: potest, si quæ crimen suspensum est. 53 *Syn. Bas. 8. sequi Isaacum, c. 79.* 54 Vid. quæ notavi ad *l. 3. §. 2. de lit. qui ad sect.* 55 Nemo militantium sine susceptor defensorve causarum: nec ad cognitionem alieni jurgii suffragator accedat. *l. 6. C. 12.* ubi interpres: Militantes non permittuntur legibus litem suscipere alienam, nec Procuratores fieri possunt. *Goth.* Hic: & *l. 9. ff. eod.* nisi in rem suam, aut nomine cohortis. *l. 8. §. 2. ff. eod. Aug.* 56 Filius idemque miles, pro patre procurator esse non potest, etiam ex rescripto principali. *l. 2. ff. eod. l. 8. §. 2. ff. eod. §. sed. Inst. de excep.* 57 Ante litem contestatam procurator ad litem aliam suo nomine non potest substituere. *l. 11. 23. ff. mandati. l. 4. in fin. de appell.* nisi speciale substituendi ante litem mandatum habeat. v. *Wissenb. l. 1. cons. 5. obs. 14.* Aliud in procuratore ad negotia. *l. §. 3.* & in rem suam. *l. 33. ff. de donat. Harm. l. 1. tit. obs. 1. & 29.* Verum *dict. l. 33.* loquitur de procuratore in rem suam. 58 Procurator rogatus ab uno procuratorem suo loco substituere non potest. v. tamen *Socin. reg. 319.* 59 Sine effectu discipulus; *Mal.* militaris scil. 60 Qui mandatas actiones exercet, alieno negotio non fungitur. *l. 3. §. ult. l. 8. §. 2. l. 31. ff. eod.* 61 Huic mox opponitur procurator plenum agendi habens.

62 Potest enim ad unam tantum constitui. *l. 2. §. 1. ff. eod.* 63 Procurator suis mandatis egressus domino non præjudicat.

dicium facere potuit. †. Quod si plenam [8] potestatem agendi habuit, rem judicatam rescindi non oportet [9]: cum si quid fraude, vel dolo egerit, convenire eum more judiciorum non prohibearis [10]. P. P. III. Kalend. Mart. Albino & Maximo Conss. 228.

De pupillis, adulto, & eorum tutoribus, vel curatoribus.

XI. Iidem A. Sebastiano.

Neque tutores: neque curatores ex sua persona in rem pupilli, vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed [1] actorem [2] constituere debent. †. Pupillus autem, vel pupilla, adultus, vel adulta, tam ad agendum quam ad defendendum, tutore seu curatore intervenientè, procuratorem ordinare possunt. Ipsi etiam tutores & curatores post [7] litis contestationem à se factam, ad exemplum [8] procuratorum, qui litem contestati sunt, dare procuratores non prohibentur. P. P. Prid. Id. Maji, Alex. A. III. & Dione Conss. 230.

Qui sine mandato administrantur. De aetate.

XII. Idem A. Frontoni.

Exigendi à filio tuo mandati, qui se defensioni tuæ offerebat, duplici ratione necessitas non fuit: aut quod defendere [9] quis, sive libemus, sive extraneus sit, sine mandato potest, satisdatione [10] tamen pro defensione præstita, & alia proculdubio observatione subjecta: aut quod filius [11] etiamsi ultro actionem patris nomine dirigat, mandatum probare non cogitur. †. Sane, quod nec [12] dum legitimam [13] ætatem idem filius tuus complevérit, ob hoc quidem depellere à procurationis officio eum judex non injuste potuit: sed multo justius [14] fuit, hujusmodi [15] defensorem audire, quam te absentem quasi contumacem & indefensum gravi condemnatione afficere. v. Kalend. Octobr. Agricola & Clementino Conss. 231.

De præscriptione militiæ.

XIII. Imp. Gordianus A. Luciano militi.

Ita demum super lite persequenda, quam tibi mater mandavit [16], actionem intentare potes, si, cum primum litem contestaveris, non est tibi eo nomine opposita præscriptio [17] militiæ: quod nec cum [18] appellatio agitur, tibi objici potest. Nam si integra res est, ratio Perpetui Edicti acceptam tibi non permittit alieno nomine actionem intendere. III. Idib. Januar. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De minore viginti quinque annis.

XIV. Idem A. Sabiniano.

Non eo minus sententia adversus te lata, juris ratione subsistit, quod adversaria tua minor [19] viginti quinque annis constituta, causam suam marito [20] sine curatore agendam mandavit. Minoribus [21] enim [22] ætas in damnis subvenire: non in rebus prospere gestis obesse consuevit. P. P. III. Non. Octobr. Gordiano A. II. & Pompeiano CC. Conss. 242.

De redemptione fisci.

XV. Impp. Diocletianus & Maxim. AA. & CC. Comificio.

Item [23] te redemisse [24] contra bonos mores precibus manifeste professus es: cum procurationem quidem suscipere (quod officium gratuitum [25] esse debet) non fit res illicita: hujusmodi autem officia non sine reprehensione suscipiuntur. S. III. Non April. CC. Conss. 294.

De venditione.

XVI. Iidem AA. & CC. Paconiæ.

Procuratorem [26], vel actorem prædii [27], si non specialiter distrahendi mandatum accepit, jus rerum dominii vendendi non habere, certum ac manifestum est. Unde, si non ex voluntate domini vendentibus his fundum comparasti, pervides improbum tuum desiderium esse, dominium ex hujusmodi emptione tibi concedi desideraris. S. Non. April. *Byzantii*, CC. Conss. 294.

De invito.

XVII. Iidem AA. & CC. Masdonio.

Invitus [28] procurationem [29] suscipere nemo cogitur [30] nec eandem ultra, nisi provocationis [31] causa, extendere. Sed nec defensionem absentis subire compellitur: cum fidem susceptam implere sufficiat. P. P. Non. Jun. *Philippopoli*, Diocletr. V. & Max. AA. Conss. 293.

De feminis.

XVIII. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

Alienam [32] suscipere defensionem [33], virile [34] est officium, & ultra sexum muliebrem esse constat. Filio itaque tuo, si pupillus est, tutorem pete. S. XIV. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

Si alter pretium in rem domini vertetit.

XIX. Iidem AA. & CC. Firmo.

Si pretium quidem actoribus alienum fundum [35], vel servum citra [36] mandatum domini tibi distrahentibus dediti, & neque præcessisse, neque secuta contractum domini declaratur voluntas, in rem [37] autem ejus idem pretium processisse, provinciæ Præses causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui jubebit [38]. Prid. Idus Mart. CC. Conss. 294.

De negotiis transitu ad personam procuratoris.

XX. Iidem AA. ad Verinum Præsidem Syriæ.

Nihil arbitramur interesse [39], utrum ab initio, an cœpta jam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit. Dat. x. Kal. Octobr. * *Damasco* [40] CC. Conss. *

De feminis & de maritis.

XXI. Imp. Constantinus A. ad Concilium provinciæ Africæ.

Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum [41] solemni satisdatione, & alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem: ne fœminæ, persequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris [42] irreverenter irruant, & convenientibus virorum, vel judiciis interesse [43] cogantur. †. Sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit [44], id solum [45] exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Dat. IV. Id. Mart. *Adrumeti*, Constantino A. & Licinio Cæsare utrisque II. Conss. 312.

De loris translatione.

XXII. Idem A. ad Bassum P. Urbi.

Procuratoribus [46] institutis, & post contestatam litem dominis [47] effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales [48] inimicitiæ, vel morbus [49], vel alia [50] necessaria causa intercesserit: tunc enim etiam invitis his, transferri lis potest. Dat. XIII. Kal. Constantin. A. & Licinio Cæs. v. utrisque Conss. 319.

De jure procuratoris effecti domini litis.

XXIII. Imp. Julianus A. Secundo P. P.

Nulla [51] dubitatio est, post [52] causam in judicio agitatam, utpote dominum [53] litis procuratorem effectum, etiam post excessum [54] ejus, qui agendam, vel defendendam litem mandaverat, posse inchoatam causam jurgiumque finire: quippe cum & procuratorem posse [55] eum instituere, veteris juris voluerint conditores. Lect. II. Non. Febr. Juliano A. IV. & Sallustio Conss. 363.

De exceptione procuratoria.

XXIV. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Pancratio Præfect. Urb.

Licet [56] in principio [57] quæstionis persona [58] debeat inquiri procuratoris, an ad agendum negotium, mandatum à domino litis habeat: si tamen falsus [59] procurator inveniatur, nec [60] dici *controversia* solent, nec potest esse judicium [61]. Dat. II. Kal. April. *Constantinop.* Antonino & Syagrio Conss. 382.

De his, qui per se litigare non possunt.

XXV. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Tatiano P. P.

Quicunque Prætorianæ [62] vel Urbanæ Præfecturæ sublime fastigium, vel Ministerium militare, vel consistorianæ Comitivæ [63] insignia meruerit dignitatis, vel Proconsulare jus dixeris, aut Vicarii fuerit administratione suffultus: si quod ab eo vel infertur jurgium [64], vel refertur, procuratoris personam in negotii sui jura substituat. †. Quod si quis sanctionis hujus statuta transgressus, judiciis sese jurgaturus ingesserit, careat ejus litis sorte, cujus non per procuratorem expectavit eventum: Judex nihilo minus, qui contra fecerit, noverit à se viginti libras auri, [item] ab Officio quoque suo tantundem ponderis exigendum. Dat. XVIII. Kalend. Octobr. Arcad. A. II. & Rufino Conss. 392.

In Authent. ut ab illustr. coll. 5. tit. 26. al. 18. seu Novell. 71. cap. 1. §. 1.

Hoc jus habeat usque ad illustres solos: cæteri enim communia jura exercebunt.

De causis pecuniariis.

XXVI. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Anthemio P. P.

In [65] pecuniariis controversiis, etsi specialiter hoc præcepti, vel sententiæ minime designat auctoritas, passim unicuique [66] (si [67] tamen ita maluerit) per procuratorem respondendi tribuimus facultatem: nisi forte quosdam, justiores nonnunquam ob causas vehementiores [68], maximi Judicis vocabit auctoritas. Dat. Prid. Id. Octob. *

Ne [69] quis in duobus foris procurator sit.

XXVII. Imp. Zeno A.

Constitutio [70] prohibet duorum judiciorum unum [71] eundemque publicum procuratorem esse: sed alios quidem esse in maximis judiciis gloriosissimorum magistratuum procuratores, alios vero qui eloquentissimis judicibus pedaneis ministrent in litibus: ac neque eum qui litem inchoavit progressum apud Dixte-

---

1 Vel liberam administrationem. *l. 7. §. 1. in fin. ff. de procur.*: vel ita si *dictus* sit, ut id *minus* agere possit, quod præsens dominus faceret. *l. 1. ff. de off. procons. Cujac. l. 60. in fin. ff. mandati.*

2 In hujusmodi tamen libero mandato non includitur potestas donandi. *l. 7. §. 2. ff. de lib. & delegandi. l. 8. §. 2. ff. de mand. judic. l. 2. ff. quæ in fraud. credit. Paponius 2. Not. 2. de procuratore. 3. fol. 109. ad 118.* vigintiquatuor causas enumerat, cum negat censori permissos procuratori cum libera.

3 Quid si procurator non sit solvendo? non debitur alio interim, nisi is cum procuratore colluserit. *l. 7. §. 1. ff. de ea per quem. l. 7. §. 9. ff. de dol.*: aut si quid procuratori detraxerit. *l. 13. §. 1. ff. de furtis.* Hinc constat nullo jure, procuratore non existente solvendo, dominum actioni adversus eum, qui bona sibi cum procuratore contraxit, quod tamen non observari refert Gaylius 2. *obs. 41.*

4 Balbino.

5 Actoris & procuratoris differentia.

6 *§. ult. Inst. de exercitor. l. 13. ff. de exercit., l. 9. ff. de rebus eor.*

7 Dixi *ad l. 28. 7. ad.* Cur ita? quia tunc demum litis falsi fiat.

8 *L. 13. in fin. ff. ad.*

9 Possumus aliam defendere sine mandato.

10 Adde Nov. 112. c. 1.

11 Filius etiam sine mandato, patris nomine actore agere potest. Sabinus tamen debet, judicatum solvi. *l. 35. ff. ad. l. 3. §. 3. ff. judic. sist.*

12 Minor viginti quinque annis, si quando à curatore, in rerum alienarum curam creato, vocatur. *l. Hermes. 11. §. 41.*

13 Minor viginti quinque annis, procurator non facile admittendus. *l. 51. ff. ad Sctm.* Legitima ætas ad procedendum in publicum est XVII. annorum. *l. 1. §. 1. ff. de publican.* Vid. Cujac. 22. *observ. 16. in fin.* in aliis XXV. annorum est. *l. 3. ff. de his qui not. infam.* *l. 4. Cod. de Transact.* Ann.

14 E duobus magis idoneus eligendus.

15 Id est, minorem viginti quinque annis. 16 *L. 9. T. ad. l. 8. §. 2. ff. ad.* 17 Id est, exceptio. 18 Id est, exceptio declinatoria omissa in causa principali, non potest opponi in appellationis. *Bald.*, vid. *Wurmser. 1. qualt. 8. observ. 10.* 19 Sententia pro minore etiam indefenso valet. *ut hic*: ita & pro fisco indefenso. *Gl. 1. §. 5. Dicus. ff. de jure fisci.* Plane, *l. 8 prafat. & C. quando, & quando judex. ita & pro Ecclesia. Doctores hic. & d. l. si præsta, Wurm. in 1. causam de judicata*: vid. *Everardum, loco 2 numeribus ad fisicum 64.* 20 Minor potest causis victoriam obtinere, etiam per procuratorem minus legitime constitutum, nec eo præsenta damnatus causam restituti recte postulat. Ex contrario, si procuratorem illegitimum habet, non potest damnari, *l. 45. in fin. ff. de re judic.* 21 *Synops. Basil. 10. ex lib. 8. tit. 2. par. 88.* 22 Nemo litem alterius redimat, gratis quidem procurator fit qui valet, nec data pecunia actionem suscipiat: ita Græci hunc locum accipiunt apud authorem *Synops. Basil. 8. cap. 1. ex lib. 60. tit. 37. in fin.* 23 *Novell. 82. cap. 1.* 24 *L. 20. ff. mandati, l. 53. ff. de pact. l. 7. in fin. ff. mandati, l. 5. T. de postulando.* vid. *Cujac. 8. obs. 31.* 25 Hinc colligere possis, vetus procuratoris officium longe diversum fuisse ab eo quod nostro tempore procuratores exercent: quorum æculatus munus nihil credunt, nisi quod tenent. 26 Vid. *l. 19. ff. ad.* Generalis prohibitio nisi liberum procuratum habeat, res dominii immobiles vendere non potest. *l. 56. l. 62. ff. ad.* 27 Generalis fit. vide quæ not. *ad l. 9. §. 4. ff. de admin. rer.* 28 *L. 8. §. 1. l. 55. §. 2. in fin. ff. ad. l. 536. ff. de reg. jur.* 29 Id est, agendi potestatem: potest tamen interdum cogi defendere, *l. 5. T. ad. §. 8. ff. mandati.* Cognitione eam in judicio appellationis prolegoi? non tenetur, si ad eam tantum cautum datus est. vide *Wurmser. 1. qualt. 5. obs. 9.* Potestne appellari ab executione? non potest sine speciali mandato etiamsi permissum fuerit appellare ab omni sententia, vel interlocutoria, vel definitiva. vid. *Roland. 2 vol. 1. consil. 43. num. 11.* 32 Nullo pacto fœminæ, aut amplius quam tres comparent agere, aut pro aliis postulare intervenire personis, *l. 1. C. Theod. ad. tit. 2.* 33 Id est, tutelam. Itaque lex hanc fugitiva est. 34 Idemque non cadit in fœminam, *l. 2. ff. de reg. jur.* *l. 4. T. ad.* at furor cadit speciali *jure in matrem?* ne id quidem: vel ex pupillo curatorem temere petere. vide *Rolland. hic.* 35 Servus qui res domini administrat, nec rem nobilem, nec immobilem, quæ est in bonis domini alienare potest, citra domini voluntatem. Si vero in rem domini pretium processit, emptori pretium restituitur. *Synopsis Basil. 7. tit. 6. ex lib. 8. tit. 2. cap. 93.*

36 Hinc oritur ratio dubitandi. *l. 16. T. ad.*

37 Decidendi ratio.

38 Vel actione de in rem verso, vel negotiorum actione, vel condictione sine causa si, vel officio judicis.

39 Quod ad dandi facultatem.

40 An *Damasco?* an *Edessæ?*

41 Imo non cogitur satisdare. *l. ult. T. de patto convento.* Solve: Agitur hic de bonis uxoris, virum non traditis, non de dote, aut paraphernalibus. *Bart. Bald.*

42 Pudoris laudanda ratio.

43 *L. ult. T. de precar. arbitris.*

44 Id est, quantumvis sit conjuncta persona.

45 *L. 20. T. ad.* Imo, & ultra potest. *l. 56. l. 62. ff. ad.* Solve: Potest, sed quod necessario cohæret mandato.

46 Meræ *ἀποκατάστασις* inutile, &c. Procurator post litem contestatam (perperam Leuclavius interpretatur, *Qui post litem contestatam procurator institutus est*: neque enim hic agitur de procuratore instituto post litem contestatam, sed simpliciter de procuratoris jure post litem contestatam) à domino litis ne removeatur, nisi capitalis inimicitia, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit. *Synops. Basil. 8. cap. 1. ex alii lexalibus, cap. 93.*

47 Procurator lite contestata, litis, non ipsius rei dominus efficitur. *l. 23. T. ad.*

48 *L. 8. §. 3. l. 21. ff. ad.* vid. *l. 6. §. 17. ff. de exercit.*

49 *L. 20. ff. ad.*

50 *L. 16. l. 23. ff. ad.* adde, nisi procuratori coexistiatur, ab ipso domino, *Bart. hic.*

51 *L. 1. C. Th. ad.*

52 *L. 11. l. 22. T. eodem.*

53 *D. l. 22.*

54 Id est, mortem, obitum. Symmachus *ep. 38.* Successit aliud, ut obiit Marciana clarissima fœmina, mandatum dicere extinctum, sed contra venerabilis Juliani sanctio statuit, ut procuratorum officia, causarum dominis viventibus inchoata. vide *Cujac. 2. observ. 31.* adde quæ notavi *ad l. 59. in fin. ff. de re judicata. l. 1. §. 1. eodem. hoc tit.* Sed jam obtinuit, mortuo domino ejus heredes ad causam resumendam seu contestandam citandos esse. vide *Struvium. 6. exerc. 52. num. 20. & seq.*

55 Vide *l. 12. T. ad.*

56 *L. 3. C. Theod. ad.* interpolata. 57 Quicunque in re quamcunque est primo de personis. *l. 4. ff. qui testamenta, l. 4. ff. de jure codic. & Bald. de jure patron. in prima.* 58 Quid enim si mandato careat? quid si mandati seu procurationis incapax, si causæ præsenti, aut certe à constituente non potuit dari? Quid si non cavit de rato? De exceptionibus adversus procuratores, vide Bart. *hic*: Oldendorpium *cap. 3. de excep.* Harum quædam ante & post litem contestatam proponi possunt. Ante, ut, *Non cavisti de rato, tu mulier, tu minor, tu monachus*: Post vero, *non habes mandatum, tu furiosus, infans, surdus.* vid. *Wurmser. 1. qualt. 8. observ. 9.* Si quid horum fuerit, illegitimi procuratoris processus effectus collitis: vide *Roland. 2 vol. 1. consil. 71. num. 4.* 59 *L. 1. §. quibus res judicata non nocet*: vid. *l. 19. de furtis. Falsus* dicitur, qui non habet mandatum, aut si habet à non idoneis persona, aut revocatum. *Bald.* 60 Utcunque falsus procurator facto ipso fit admissus, jure uti nocet. *Bald.* non valet lata sententia: vid. Oldendorpium *cap. 28. de fund. & ea justic.* 61 Judicio nullo non procedentibus vis exceptionis declinatoriæ. *Bald.* 62 Hæc lex corrigitur per *Novell. 71. cap. 2.* 63 De Comitiva vid. *l. 2. §. de mandat. prime.* 64 Pecuniarium: aliud tamen in criminali, vid. *l. 3. §. nihil finaliter.*

65 Litigare per se in judicio pecuniario nemo regulariter cogitur: in criminali vero, focus, ut *hic*, & *2. pastor alia l. 2. ex l. de jud.* Fallit tamen in quibusdam personis quæ per alium possunt: ut est magistratus, *l. non solum 35. ff. de procurat.* episcopus, *§. 4. §. 6. quia episcopus. 3.* mulieres, *l. 6. ff. quod cujusque universit.* illustris, *arg. hujus legis.* pupillus, furiosus, prodigus & similes. *Bart. in v. pastor. de jud.* excommunicatus, *v. Excellentissimus. 7. extr. de judic.* qui custodia publica detinetur, *Bald. in l. 22. §. 5. super his 3. §. de accusat. adde Sanct. cap. 245.* 66 Vid. *l. 3. §. quibus ex caus. in poss. l. 6. §. T. de his, qui ad Sctm.* 67 Hinc colligunt in dubiosæ simplicitate facta alterutrum tacite intelligi, ut status per se, vel per alium comparet. 68 Negotia gravia quis per se, non per procuratorem tractare debet. *cap. Si pro debilitate. extr. de offic. delegat. Ans.* 69 Hæc lex restituta à Cujacio 12. *observ. 5.* 70 Contii interpretatio. 71 Adde *l. 9. ff. ad. l. 24. §. ff. assessorib. l. 5. §. 2. ff. de aucto. jud. l. 9. ff. de pact.*

1 Mandatum, est translatio negotii sive mandati.

2 Satisdatio judicatum solvi, vulgaris & Gallica: item qua facta iterum in *l. 5. §. de novat.* adhuc aut in *l. 1. §. de pretor. stipul.* sed qua, in *l. 4. de separationibus*, quod fit vulgaris, & frequens.

3 *Major judicum* dicitur, cui adhaeret judex pedaneus. Singulis enim judiciis certi adscripti erant judices pedanei. *Cujac. 13. observ. 5. in fin. Novell.* 82. *cap. 1.* Ii non utebantur propria jurisdictione, nec sententias exequebantur, sed ad eas exequendas fiebant ex cohortalibus, & scholis vel scriniis. vide *Cujac. 12. observ. 1. in fin.*

4 Interpretatio Contii.

5 Titulus Synops. Basilic. ita conceptus est περὶ τῶν ἀγορανομούντων καὶ πραγματευτῶν καὶ δικαστῶν 7. *tit. 9.*

6 Potentiores sunt, qui opibus & gratia valent. Plutarchus: χαλεπὸν ἀνθρώπου δυνατοῦ καὶ ἰσχυροῦ κρατῆσαι. Hesiod. ἔργων δ' ἡ κὰκ' ἔργα πολὺ ῥηϊδίη ἐπέεσθαι. vide *Cujac. Obs.* cum hujusmodi hominibus litigare periculosissimum est. Porro hinc colligitur, argumento per contrarium ducto, cessionem regulariter permitti. de quo vide *Socin. regula* 48.

7 De patrocinio, vide *l. 1. J. eod. Novell. 17. cap. 13.* Porro in eo differt hic titulus à *titulo de alienatione judicii mutandi.* Illo enim titulo agitur de reo potentiorem translato, in hac autem agitur de lite tantum in alterum translata.

8 *l. 2. J. eod.*

9 De ergolabis, & redemptoribus litium, vid. Cujac. 8. *observ.* 31.

10 Secundus scil. qui M. Aurelius Claudius: cujus & à Zonara mentio fit, & alia constitutio. De petitionibus bonorum fidelitatis, vid. *Cujac. d. l.*

11 Ad patrocinium potentioris litis causa confugiens causa cadit. *Synopsis 7. tit. 9. cap. 1. & 2. Harmen. 10. §. 3.*

12 Id est, procuratoribus, seu advocationem. *arg. l. 6. §. 1. T. de postul.* quia procuratores magis instant causae, quam advocati.

13 *Morari sua discurrere*, aut *decurrere* lites dicuntur, cum via solemni, & usitata expediuntur.

14 Qui in patrocinium potens litis causa aliam suscipit, *ab ordinariis iudicibus*, etiamsi fuerint de *ipsa rei veritate* cognitione, extra ordinem punitur. *Synopsis & Harmen. ibid.*

15 Potentiores suscipiunt alienas lites, accepta interdum pecunia, *ut hic*: interdum data. *l. 13. T. tit. proxim.* Prius ita fit, veluti si mercedem accoperis, ob litem alienam agendam quasi tuam sub pactione tertiæ, vel dimidiæ aut quotæ partis quod leges vetant. Idem dicendum, si mercedem acceperis ut bona aliena, aut agricolas defenderes. vid. *Cujac. d. loco.* 16 Ut hujus constitutionis ac legis disceptatores, & ultores sint provinciarum praesides. *Synopsis ibi.* Atque ita Praeses punit sibi æqualem, id est, Clarissimum dignitate, imparem tamen in administratione.

Dixtetam, seu pedaneum, eundem ipsum terminare ipsam litem apud gloriosissimum magistrum, sed nec *mentalma*, id est translationem mandati fieri ab ipso ad alium procuratorem, qui apud gloriosissimum magistratum adsideat: nulla impensa pro permutatione procuratoris facienda in hoc mentalmate [1], neque communi [2] satisdatione pro hoc mentalmate exigenda, sed & judicatum solvi satisdationem, & de ratihabitione cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his & expensæ hujus mentalmatis, ut is à quo exigitur alterutra harum satisdationum stipuletur. *Quia spondes me & hunc apud Dixtetam procuratorem pro judicatorum solutione aut satisdatione confirmaturum, & si contingat ex relatione dixtetæ, aut ex appellatione data contra ipsius sententiam transferri causam ad maximum [3] judicium, cui subest dixteta: etiam tum ex mentalmate futurum procuratorem in maximo judicio simili modo confirmaturum me spondes.* Si non hæc omnia observata fuerint, si quidem circa maximum judicium lex hæc transilita fuerit, competenti scrinio quinque auri libras persolvet pœnam. Si vero circa dixtetas hæc lex prætermissa fuerit, is, qui litem adimpler, qui apparet eloquentissimo Dixtetæ, unius auri libræ exigetur pœnam. Alii vero duo qui ex officio segregati sunt, & attributi dixtetæ sive ex scholis duarum auri librarum exigentur multam: ipse vero procurator à quo quid peccatum contra hanc legem fuerit, plagis castigetur à magistratu aut Dixteta, interdictus in posterum procuratoris officio fungi in judicio.

De fidejussore. 1. *Si moriatur, aut alias non appareat procurator.*

XXVIII. Constitutionis argumentum ex lib. Eustathii, περὶ χρεωκοπῶν λόγος.

Ἐὰν ὁ ἐγδικητὴς ἢ σύνδικος μὴ ἀφέσῃ χρόνον, ᾧ ὕστερ τοῦτο, ὅτι ἐγδικήσω αὐτὸν, καὶ πολυπόνητ' ἢ ἀφανὲς γένῃ, ἢ συμβῇ τὸν ἥλιον τρὶς ἐπιδῦναι, ἐπαφεῖναι.

§. 1. Ἐὰν πλάτυνον ἢ ἀφανὲς γένῃ, ὁ ἐπὶ δίκῃ παρὰ πόδας ἀφεὶς σύνδικος μὴ πλειόνας ἡμέρας ἢ ἀσυχημένας παρὰ ἢ ἀρχῇ. Δέκα γὰρ ἡμέρας ἐᾶσι ἢ ἀφελεῖσθαι ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν τὴν αὐθημερὸν ἀπόντα ὁ ἀδικούμενος ἐπὶ τὸν ἀντίδικον ἐν πόλει διαμένοντα ἐπαγγέλλεσθαι ἢ ἀφανὲς γένῃ, ἢ αὐτὸς ἢ ἀφανὴς γένηται. εἰ δὲ μὴ ἐν μακρᾷ, ὅτι ἢ ἀρχῇ ἀφίζεται τὰς ἀποστολάς.

Si fidejussor procuratoris non definierit tempus, & dixerit forte, *Ego fidejubeo pro ipso*, & si mortuus fuerit, aut amplius non apparet, fúque contigerit intra viginti dies, alius fidejussor dandus erit.

§. 1. Si moriatur, aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus est procurator, post vicesimum diem à judiciali decreto super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium accessionem seu terminum habebit principalis reus peregre degens in remota provincia, ad alium procuratorem dandum, vel ad veniendum per se in judicium: si enim in proxima, non autem in longinqua provincia abfit, tunc judicis arbitrio terminus, *five* dilatio definietur.

TIT. XIV.

NE [1] LICEAT POTENTIORIBUS [2] PATROCINIUM [3] LITIGANTIBUS PRÆSTARE, VEL ACTIONES IN SE TRANSFERRE [4].

1. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aristobulo salutem.

Dulcem admodum constituit D. Claudius [5] consultissimus Princeps, parens noster, ut [6] jactura causæ afficerentur hi qui sibi potentiorum patrocinium [7] advocassent: ut, hoc proposito metu, judiciariæ lites potius suo [8] marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. †. Quem [9] palam est in tantum provincialium quæstionibus esse commotum, ut hujus sanctionis Rectores provinciarum custodes, & contemptæ hujus rei vindices fecerit: scilicet, ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum vel usurpatos gratia, vel redemptos [10], severa sententia vindicarent. Quare cum interfit in universum omnium, & præcipue tenuiorum, qui sæpe importunis potentium intercessionibus opprimuntur: inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. †. Nec metuas, ne præjudices Clarissimis viris: cum [11] D. Claudius hujus rei Rectorem provinciæ disceptatorem, &, si res postularet, ultorem specialiter fecerit. Dat. IV. Id. Septembr. AA. III. & II. Conss. 287.

11. Impp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Ioanni P. P.

Si [12] cujuscunque modi actiones [13] ad potentiorum fuerint delatæ personas, debiti creditores jactura [14] multentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas [15], qui alios actionum suarum redimunt exactores. Dat. V. Id. Jul. Honor. VII. & Theodos. II. AA. Conss. 407.

alio modo contrahit, si suo nomine recusaverit, ἐνδίκως γραφόμενος ἢ ἔφοδος συκοφάντου, nomen aut alliud instrumentum accipere, & ea in potentem aliquem transferre, ἐκκλῆσαι τὸ τοῦτο χρέος, tali debito excidere, *Syn. Basil. c. 1. Harm. ibid. §. 6.* 13 Debitum in potentiorem transferre. 14 Vorare debitorum vellet videtur, qui actiones potentiori cedit, *l. 22. J. mandat.*

TIT. XV.

DE [1] HIS QUI POTENTIORUM NOMINE [2] TITULOS PRÆDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM PRÆTENDUNT [3].

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Messalæ P. P.

Animadvertimus [4] plurimos injustarum desperatione causarum, potentium [5] titulos [6], & claritimæ privilegia dignitatis, his à [7] quibus in jus vocantur, opponere. At ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur [8], & titulis qui hujusmodi dolo scientes conniverint [9], efficiendi sunt publicæ sententiæ nota. Quod si nullum hâc in parte consensum præbuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus, [vel] ædibus affigerentur [10] alienis, earumve in eos qui fecerint, vindicetur, ut affecti [11] plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. †. Quisquis igitur lite pulsatus, (cum ipse & rei sit possessor & juris, & titulum illatæ solenniter pulsationis exceperit) contradictoriis [12] libellis, aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum: ejus possessionis [13], aut causæ, quam sub hac fraude aut retinere, aut evitare tentaverit, amissione multetur [14]: nec tempestivæ actionis, etiam [15] si ei probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, cum his neque possessio neque proprietas competat: veluti famæ suæ prodigos, & calumniarum [16] redemptores, notari oportebit. Dat. XV. Kalend. Decembr. *Med.* Stilichone & Aureliano Conss. 400.

11 Hujus tituli inscriptio est inversa. Sic enim concepta est Titulus C. Theod. *De his qui potentiorum nomina in litem frudulenter aut titulos gratiæ affigunt.* Cæterum ubique titulus Χρὴ *vel* 27. *c.* 15. *de* Cassiodorium 7. *variarum* 18.

12 Solita est fieri titulus alienis prædiis impressus, addit Cassiodorus 5. *variar.* 6. Titulus sive signa Graci σημεῖα. *Edict. Teod. cap. 1. auctor Synops. Basil. 7. tit. 10. & tit. 11.* appellat τίτλους & τιτλίδια. Hæc illud Augustini referri potest ex *Psalm. 21.* Ne domus ipsius invadat aliqua potens, ponit ille suæ de titulo alienæ conceptus est Titulus C. Theod. *De his qui potentiorum nomina in litem fraudulenter aut titulos gratiæ affigunt.* Cæterum ubique titulus Χρὴ *vel* 27. *c.* 15. *de* Cassiodorium 7. *variarum* 18.

titulos potentis, tiorios mendaces: ipse vult esse possessor & frontem domus munire, ut cum titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abstineat se ab invasione. vide *Cujac. ad l. 3. J. de bon. mat.* 13 Pretendere nomina litem est inscribere. 14 *L. unic. C. Theod. eod. lib. 2.* 15 Puta senatorum. 16 Qui *de subscriptis*, characteres, *Nov. 164. c. 1.* 17 Pertinet hæc lex ad reos, qui potentiorum nomine, aut titulo adjuncto actores tarvent: & eos cujus nomine conveniuntur, simulant alterius potentioris esse. Horum pœna hæc est, ut affecti plumbo, perpetuis metallorum suppliciis deputentur. hac lege. *Synopsi. Basil. d. l.* 18 *Nov. 17. cap. 15. Nov. 164. cap. 1.* 19 Connivent *d. l. 1.* 20 Adjungitur *d. l. 1.* 21 *Ἐπιτιθέναι* τοῖς ἀλλοτρίοις ἢ τοῖς ἑαυτοῦ ὀνόμασι τὰ τοῦ ἑτέρου πράγματα ἢ πρόσωπα ἐπιγράφειν. *Synops. Basil. d. l.* id est, ut undique plurubo constricti, hoc est, metallum gestantes vel plumbum in metallum perpetuo dentur. 22 Ἀντιμέρισις λόγων, contradictoria possessionibus aut titulis. *d. l. 1.* contradictoria possessoria titulis, quibus etiam ita legunt. 23 Τῷ κύριον εἶναι τοῦ πράγματος ἐκείνου. *Synops.* possessione ipsa, & administratione seu actu ejus excidere. 24 Nota pœnam titulum alienum prætendentis. Hinc illud Augustini *in serm. 1. 9.* In ipsis depravationibus suis titulum Christi hæretici posuerunt: ut prædæ ipsorum defenderentur per titulum potentis. Quid facit Christus? ejicit prædatorem, titulum non deponit, sed possidet domum quia ibi invenit titulum suum. 25 Id est, quam vis in eam justas quasdam allegationes habeat. 26 Ἐγκλήσεις ἀνεπιφυλάκτους. *Synops.*

TIT. XVI.

UT NEMO PRIVATUS TITULOS PRÆDIIS SUIS, VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGIA [37] SUSPENDAT.

Qui titulum Principi rei suæ imponit, illam perdit: & juris publici illam facit. Bald.

1. Impp. Honorius & Theodosius AA. Flaviano P. P.

Regiæ majestatis est, ut nostræ tantum domus & patrimonia titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico juri esse deputandum id [38], cui nomen dominicum præscribitur. Dat. III. Kalend. Decemb. *Ravennæ*, Basso & Philippo Conss. 408.

Imponens titulum, vel vela regia rebus ab alio justè, vel injustè possessis, si plebeius est, ultimo supplicio punitur: si nobilis, deportatur.

11. Impp. Theodos. & Valent. AA. ad Florentium P. P.

Ne quis vela regia suspendere, vel titulum audeat, sine præscriptione Judicis competentis, alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualifcunque persona possidebat: licet non dominus, licet injustus possessor, vel temerarius invasor, qui possidet, doceatur. †. Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio: si Clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandumque, non solum civitate Romana, sed etiam libertate privati censemus: executoresque hujus legis omnes Judices esse oportere. †. Deponendi autem, vel frangendi [39] titulos, & conscindendi vela, non solum eis, ad quorum præjudicium tale aliquid contra fas contraque leges committitur: sed omnibus tam liberis, quàm servis sine metu calumniæ, vel accusatione [40] criminis licentiam ministramus: decernentes, judices eorumque officia tricenis libris auri multari, si talem accusationem vel [41] admittant, vel deposita scribi concedant. Dat. XV. Kalend. Jul. Theod. A. XVII. & Festo Conss. 439.

37 *L. unic. C. de adulteriis ad provincias translatis lib. 9.* 38 Cæsarum & *Ita l. unic.* ut si Senior, Rom qui maximum dat, vel minorem, cautionem, qui id fecerit, alterum obtorto collo, qui suus in eum

ficiis publicis, insignia imperatoris longissimo tempore suspensa fuerint, nemine ea evertente.

39 Jure meo refringere possum tabulas, quas alter vi aut clam fixerit ad meorum ædium jacturam. *l. 1. J. tit. prox. l. 22. §. 2. ff. quod vi aut clam. Nov. 28. c. 5. Edict. Theod. c. 4.* 40 Hoc igitur crimen capitale est, extremique supplicii. *v. Nov. 164. in fin.* 41 Adversus eos, qui inquisitioni rem concluderint.

TIT. XVII.

UT [42] NEMINI LICEAT SINE JUDICIS AUCTORITATE SIGNA [43] REBUS IMPONERE ALIENIS. 44

Insignia impositæ rei mea sine judicis auctoritate licet mihi propria auctoritate removere. Salve.

1. Imp. Probus A. Octavio.

Sacra rescriptum est, ante sententiam signa rebus quas aliquis tenebat [45], imprimi non oportere. Et ideo ea rebus, aut fructibus apud te constitutis illicite impositis, poteris ipse licite detrahere [46]: ut amotis his, causa, quæ ex officio tibi infertur, terminetur. Dat. IV. Kalend. Jul. Probo A. II. & Libo Conss. 278.

11. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Crangasio.

Rebus, quas alius derinet [47], imprimere signa nemini licet, etiamsi suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet [48].

42 Vid. *Nov. 60. cap. 1. in pr.*

43 Propria sua. *De rebus dictum est tit. 16. de petitione rerum* titulis dictum est *tit. 15. T. eod.*

44 Alii: imponere quis alios debinet: quasi res signo, & antiquis exemplaribus probat Ravard. *Var. lect. lib. 3. cap. 26.* Aug.

45 Forte ut sibi debitum vel obligatum, *l. 2. T. eod.*

46 *L. ult. C. eod.*

47 Jure forte pignoris, *T. eod. adde l. 22. §. 2. ff. quod vi.* 48 Nisi velit suis omnibus rebus quasi publicatis titulos fiscales apponi. *Novell. 17. c. 13. Novell. 28. c. 3.* Imo, & extremum supplicium patri. *Novell. 164. in fin.* vide *Cujac. hic.*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

TIT. XVIII.

NE FISCUS [1], VEL RESPUBLICA PROCURATIONEM ALICUI PATROCINII CAUSA IN LITE PRÆSTET.

De pretextu debiti.

1. Imp. Gord. A. Legitimo & aliis.

REipublicæ juribus adjuvari te sub obtentu [2] quantitatis, quam eidem Reipublicæ debes, contra juris rationem desideras. III. Id. Januar. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De donatione partis rerum vel actionum.

II. Idem A. Tertullo.

CUm allegas, partem [3] rerum vel actionum dimidiam fisco quo magis ejus juribus protegaris, velle te donare [4]: hujusmodi litium donationem admitti temporum meorum disciplina non patitur. Unde jus tuum, si quod tibi competit, citra invidiam [5] fisci mei tueri solenniter cura. S. VI. Non. Aug. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De pretextu debiti.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Amphioni.

ABhorret à seculo nostro, sub prætextu [6] debiti procurationem contra privatos fiscum præstare. Dat. VIII. Kal. Januar. *Philippopoli*, CC. Conss. 294.

IV. Idem AA. & CC. Achilli.

AD fraudem [7] creditoribus faciendam, invidiam [8] fiscalium contra seculi nostri tranquillitatem imploravit non decet. Redde [9] itaque quod fisco nostro debes: &, si conventus velut à creditore fueris, quem tibi numeraſſe pecuniam negas, exceptione non numeratæ pecuniæ secundum leges uti potes. Dat. XVI. Kalend. Jun. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

TIT. XIX.

DE NEGOTIIS [10] GESTIS.

De sumptibus factis affectione materna, vel domestica.

1. Impp. Severus & Anton. AA. Sopatræ.

CUm tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemque tutores [seu curatores] peteres, munere [11] pietatis fungebaris: quæ causa non admittit negotiorum gestorum actionem: ut [12] sumptus, quos in ea lite feceris, repetere possis: cum, etiam si quis pro affectione domestica [13] aliquos sumptus fecerit, nulla ratione eos repetere possit. PP. Non. Octob. Dextro & Frisco Conss. 197.

De pupillo.

II. Idem AA. Rufinæ.

COntra impuberes quoque, si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur: in quantum locupletiores [14] facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum recepta est. Quæ tibi quoque jure decernitur, quod sumptus in pupillum, quem Romam tutorum petendorum gratia duxisti, feciſſe te allegas: si [15] non matertera [16] ejusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit. PP. X. Kal. Februar. Laterano & Rufino Conss. 198.

De soluto pro coherede.

III. Idem AA. Hadriano.

SIve pro fratre coherede [17] pecuniam solviſti, negotiorum gestorum actione experiri potes: sive pignoris liberandi [18] gratia debitum universum solvere coactus es, actionem eandem habebis, vel judicio familiæ erciscundæ, si non est inter vos redditum, cum quantitatem assequeris. PP. VIII. Kalend. Febr. Anulino & Frontone Conss. 200.

De pupillæ negotiis tutoris mandato gestis.

IV. Idem AA. Claudio.

QUi pupillæ negotia tutoris mandato [19] suscepit, pro tutore negotia non [20] videtur gessiſſe, sed negotiorum gestorum actione pupillæ tenebitur. PP. III. Nonas Decembr. Fabiano & Mutiano Conss. 202.

De liberto.

V. Idem AA. Tryphonio.

OFficio [21] nec minus obsequio liberti [22] functus, negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potest. PP. XIII. Kal. Jul. Geta & Plautiano Conss. 204.

De curatore dato patris testamento.

VI. Idem AA. Gallo.

CUratorem tibi quidem patris testamento [23] datum dicis, quod [24] non potest videri jure factum: Quod si (ut proponis) administrationi se immiscuit: negotiorum gestorum [25] actio tam adversus eum, quam contra [26] heredes ejus tibi competit. PP. * Apro & Maximo Conss. 208.

De additione hereditatis ex parte.

VII. Imp. Antoninus A. Euphratæ.

SI ab eo qui negotia tua gessit [27], heres ex duabus unciis institutus es [28]: etiamsi adeas hereditatem, in reliquis [29] decem unciis adversus [30] coheredem competit tibi petitio, si quam adversus defuncti habuisti actionem. PP. VI. Id. Mart. *Roma*, Sabino & Anulino Conss. 217.

De temporis præscriptione.

VIII. Idem A. & C. Severo.

ADversus eos, qui negotia tua gesserunt, negotiorum gestorum judicio civiliter consiste: nec tibi oberit, si propter occupationes [31] militares eam litem tardius fueris executus: cum hoc genus actionis longi [32] temporis præscriptione excludi non possit. VI. Kal. Aug. Antonino & 33 Advento Conss. 219.

De ratihabitione.

IX. Idem A. Sallustio.

SI pecuniam [tuam] à debitore tuo Julianus exegit [34], eamque solutionem ratam habuiſti: habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. PP. VIII. Kalend. Mart. Fabiano & Extricato Conss. 218.

De eo, qui servum ægrum curavit.

X. Imp. Alexand. A. Secundo & aliis.

SI servum alienum non inutilem domino constituturum ægrum [35] curaſtis: negotium utiliter gesſiſtis & competenti vobis actione sumptus recuperare potestis. PP. XIII. Kal. Decemb. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De impensis a matre factis.

XI. Idem A. Hermino.

ALimenta quidem, quæ filius [36] tuis præſtiſti, tibi reddi non justa ratione postulas: cum id exigente materna [37] pietate feceris. Si quid autem [38] in rebus eorum utiliter, & probabili [39] more impendiſti: si non & hoc materna liberalitate, sed 40 recipiendi animo feciſſe te ostenderis: id negotiorum gestorum actione consequi potes. PP. XII. Kal. Februar. Alsino & Maximo Conss. 228.

Si filius pro patre solverit.

XII. Idem A. Theophilo.

SI filius pro patre suo debitum solverit, nullam actionem ob eam solutionem habet: sive in potestate patris, cum solveret, fuerit, sive sui juris constitutus: li [41] donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui juris constitutus, pro patre suo negotia gerens, non præcedente mandato debitum ejus solvit: negotiorum gestorum agere cum patruis tuis [potes]. PP. Kalend. Auguſt. Agricola & Clementino Conss. 231.

De impensis in uxorem ægram, vel in famam ejus.

XIII. Idem A. Aquiliæ.

QUod in uxorem tuam ægram [42] erogaſti, non à socero repetere, sed affectioni [43] tuæ [debes] expendere. † In funus [44] sane ejus, si quid eo nomine quasi recepturus erogaſti: patrem, ad quem dos [45] rediit, jure convenis. PP. VIII. Kalend. Novemb. Agricola & Clementino Conss. 231.

De negotiis mariti, & uxoris, mandate mariti gestis.

XIV. Idem A. Mutiano Rufo.

SI mandatum solius mariti secutus, tam ipsius quam uxoris ejus negotia gesſiſti, tam tibi, quam mulieri invicem negotiorum gestorum competit actio. Ipsi sane qui mandavit, adversus te mandati actio est: sed [46] & tibi adversus eum contraria, si quid forte supererogaſti. PP. X. Kalend. Mart. Maximo III. & Urbano Conss. 235.

De eo quod vitricus in privignæ impendit.

XV. Imp. Gord. A. Eutychiano.

SI paterno affectu [47] privignas [48] tuas aluiſti, seu mercedes pro his aliquas magiſtris [49] expendiſti: ejus erogationis tibi nulla repetitio est. Quod si [ut] [50] repeturus ea, quæ in sumptum miſiſti, aliquid erogaſti: negotiorum gestorum tibi intentanda est actio. PP. Id. Jul. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De tributo pro sorore soluto.

XVI. Impp. Gallus & Volusian. AA. Eutychiano.

SI negotium sororis [51] tuæ gerens pro ea tributa solviſti, vel mandante ea, vel rogante id feciſti: negotiorum gestorum actione, vel mandati id quod solviſſe te constiterit, repetere poteris. PP. XI. Kal. Maji, Gallo & Volusiano Conss. 253.

De successoribus curatoris.

XVII. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Claudiæ.

CUratoris etiam successores [52] negotiorum gestorum utili [53] conventos actione tam dolum [54], quam latam culpam præstare debere, necad eos officium [55] administrationis transire [56], ideoque [57] nullam alienandi eos res adultæ potestatem habere convenit. Dat. XIII. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. Conss. 287.

De bona fide, de gestis ex necessitate.

XVIII. Iidem AA. & CC. Pomponio.

OB [58] negotium alienum gestum, sumptuum factorum usuras [59] præstari bona [60] fides suasit: Quo jure contra eos etiam [61], quorum te necessitate compulsum negotium gesſiſſe proponis, per [62] judicem negotiorum gestorum uteris. Dat. IX. Kalend. Januar. AA. Conss. 287.

De re communi.

XIX. Iidem AA. & CC. Alexandro.

AB uno herede pro solido re veluti communi [63] venundata, de pretio [64] coheres venditoris negotiorum gestorum [actione] rediit. Quid si dos nulla? heredes ab intestato convenire possunt. Quid si nulli sint? pater defuncte convenire potest, funeris nomine *l. 28. ff. de relig.* Quod si pater non sit solvendo? maritus sumptus à se factos sibi imputabit. *d. l. 28.* Quid si tertius funeravit? maritus in quantum facere potest conveniendus. *d. l. 28.* Interim hoc mirum videri possit, onus funerandæ filiæ patri magis incumbere, quam marito. 46 Idem actum respectu diversarum actionum diversi generis actiones potest parere. 47 Qui in hujusmodi personis præsumitur, cum eis privigni & privignæ, necnon filii eorum sint liberorum loco. *l. 40. ff. de rit.* vide Cujac. 9 *observ.* 18, adde quæ notavi ad *l. 4. ff. de gratiis.* Nec tamen tenetur *vitricus* contra privigni alias subsipere. *l. 3. §. 7. ff. de muneribus.* 48 De *vitricis*, adde *l. 1. §. ubi pupill. educari. l. ult. §. de curat. jud. tut.* 49 Hujusmodi expensæ cessante affectu vitrici præsumpto repetuntur, de quibus vide quæ notavi ad *l. 79. ff. de verb. sign.* 50 Adde *l. 34. ff. sol.* 51 Dictum est de expensis factis à matre. *l. 1. l. 11. filia, l. 12. marito, l. 13. l. 14. vitricus, l. 15. liberis, l. 5. coheredi, l. 3. §. sol.* Nunc tractat de iis quæ factæ sunt à fratre. Id autem debite solventem tributa pro alio (etiam si sit frater) repetere posse. *Alex.* 52 Successor curatoris tenetur negotiorum gestorum actione. *l. 6. §. sol. l. 1. & 2. §. de hered. tutor.* Quid? qui pro tutore vel curatore gessit? etiam negotiorum gestorum actione tenetur. *l. 4. §. qui dare tutores, Paul. 1. sentent. 4. §. ult.* tametsi is qui pro tutore negotia gessit propria actione, id est, procuratia tenetur, quæ diversa est ab actione negotiorum gestorum. *l. 1. §. si quis quasi. 6. ff. de eo, qui pro tutore. l. pen. ff. de tut. & ration. distrahend.* 53 Nam ipse curator etiæ negotiorum gestorum actione tenetur. vide *Cujacium ad §. ult. Paul. 1. sentent. 4.*

54 Dolus & culpa defuncti purgantur in persona heredis. 55 Non officium, sed obligatio tutoris in heredes descendit: officium, inquam, quod industriale fit aliquid, & in quadam industria consistat. 56 Morte finitur officium. *l. 1. §. si quis ignorans rem minorib.* 57 Qui authoritatem tutoris non habet, alienare non potest. 58 *Synops. Basil. 15. tit. 1. ex lib. 17. tit. 2. cap. 18. & 5. Harmen. 11. §. 19.* 59 *L. 19. §. 4. ff. sol. l. 37. ff. de usuris.* 60 Vid. quæ notavi ad *l. 1. ff. de obligat.* 61 Id est, multo magis, ut sit secura, si quis ultro negotia gesſiit, sumptuum à se factorum usuras potest petere, & is multo magis, qui ex necessitate gesſit.

62 Si apud provinciæ præsidem eum eis actione negotiorum gestorum experieris. *Synops. d. loc.* 63 Adde *l. 31. in fin. l. 40. ff. sol. l. 25. §. 16. ff. famiſc.* 64 Adde *l. 1. in fin. ff. de rebus alienis non.*

1 Nec possunt privata jura, nec fiscus, nec respublica patrocinia litis alienæ suscipere debet, *ut hic. l. 22. §. 2. ff. de appellat.*
2 *L. 3. §. 7. sol. §. pen. §. 2.*
3 Donationem hanc fidejussorem suum fiscus non admittit.
4 *L. ult. §. sol. l. 91. ff. de hered. inſtit. Paul. 5. sentent. 11. §. 7. & adde l. 2. §. qui minore.*
5 *L. 2. §. 2. sol.*
6 Fraus nullis interdum, aut quibus a fisco.
7 *L. 2. in fin. sol.*
8 Id est, fulmen, *ut l. 6. ff. de pœnis & fiscis.*

10 tit. D. *Paul. 1. sent. 4. & Marc. 11. cap. ult. Basilic. 2. tit. 1.* adde *l. 17. tit. 1.* Negotiorum gestorum hinc pecuniarum valuerunt in his mandata.
11 Sumptus factus ab eo, qui pietatem paternam vel similem debet, in dubio præsumitur factus animo non repetendi, *l. 11. §. sol. l. 27. in fin. ff. sol. l. 34. §. 1. ff. de cond. indeb.* idemque generaliter constitutum probare videtur. *l. 34. sol.* contrarium autem colligi potest in dubio, ex quantitate impensarum. *l. 47. ff. de donat. int. vir.* ex contraria præsumptione patroni, & fabulatibus ejus, cujus negotium gessit.
12 Hinc est contrarium alio, negotiorum gestorum. *l. 2. 10. 20. ff. sol.*
13 Aut amici, *l. 34. ff. sol. aut mutui, l. 13. §. sol.*
14 Pupilla facta locupletior obligatur. *l. 8. l. 21. §. 1. l. 24. in fin. §. 1. l. 37. ff. sol.*
15 Pupillus non tenetur de negotiis gestis, si idem negotium alias gratis fuiſſet erat: Non enim tamen id affirmanti tutoræ credi oportet: puta esse id pupilli gratis quitto ad id emolumentum essentiæ, ut donatum bonæ fidei gesſiſtis, adde *l. 6. in fin. ff. sol.*
16 Matertera adminiſtrat ad defendenda negotia. *Bald.*
17 *L. 11. in fin. ff. sol. vide l. 18. in fin. §. famiſc.*
18 Solenne verbum pacti negotiorum gestorum adhiberi, ac hic, necessaria pacti adhibenda ex illa causa ex qua defenditur. *§. sol.* vel utile negotiorum gestorum judicium. *l. 3. §. 10. ff.*
19 Substitutus à tutore tenetur ex mandato: pupillus negotiorum gestorum actione. Et ita tenetur ad negotia facit. procuratorem propria nomine. *Bald.* Quid si nullo mandato tutoris gesſiſt, sed ne curator similiter teneretur? negotiorum tenebitur. *l. 6. ff. sol.* 20 Quia nec ignorans, nec sciens se tutorem gesſiſt. *l. 2. §. 2. ff. de eo qui pro tut. Paul. 1. sentent. 4. §. ult.* sed simpliciter mandato totorio. 21 Officium (unde inofficiosum. *l. 1. ff. de jure patron.*) libertus patrono præstat, ut patronus. *Bald.* 22 Libertus præstans officium & obsequium liberis patroni, negotiorum gestorum actione eos non obligat. 23 Curator testamento non datur: hinc eamen confirmari solet. *l. 6. ff. de confirmando tut. §. 1. inſtit. de cur. l. 1. in fin. ff. de confirm. tut.* Si quid eum ante confirmationem gesſerit, negotiorum gestorum actione id servabit. 24 Curator puter non potest liberis suis testamento relinquere, *ut hic.* adde *c. Harmen. 11. §. 33.*
25 Dixi *ad l. 4. in fin. §. qui dare tut.* 26 *L. 7. l. 27. §. sol. ff. sol. l. 3. §. 7. ff. sol.* 27 Quique ei nomine tibi tenebantur. 28 Confusio facta videtur tui crediti cum eo quod tibi debebatur.
29 Inversa est, hereditatis additionem non confundere debitum, nisi pro hereditaria portione.
30 Heredem tui debitoris, *l. 6. §. sol.*
31 Negotiorum gestoris [si excitæ non videtur debitum remittere, qui propter occupationes militares eum convenire non potuit.
32 Ratio administrationis exigi potest usque ad triginta annos. *Bald.* Actio negotiorum perpetua est.
33 Vid. *Cujac. 15. obſ. 3.*
34 Debiti exactio fine domini mandato facta ejus ratihabitione confirmari potest.
35 *L. 10. in fin. ff. sol.* vid. *l. 2. ff. de impenſ. extra casus l. 27. §. 17. ff. ad leg. Aquil.* Alexander ipse sumptus restituit in simili. vid. *Lamprid.*
36 Mater si quos sumptus fecit in alendis liberis, ut hic, ipse redimendis. *l. 17. in fin. §. & postumus. eversi*; in dubio videtur donasse. vide quæ not. ad *l. 1. §. sol.*
37 *L. 1. §. sol.* idem in patre. *l. 25. §. sol.*
38 Parens sumptus factos in rebus liberorum, ut hic, aut in rebus eis emendis. Bald. hic: non videtur donare, ut hic, in dubio tamen si eos aluerit, intelligitur eis donasse alimenta. *§. sol.* & expensas factas in petendo eis curatore vel tutore, *l. 1. §. sol.* Et ita favorabilior est expensa in persona, quam in rebus. De expensis studiorum, & dote alibi dicemus. Goth.
Rationem vid. in *l. fin. §. 5. §. de bon. quæ liber. l. 1. §. 3. ff. de juſtit. & jure, l. 15. §. 1. Auct.*
39 Mos ille vel ex quantitate sumptus, aut personis definitur.
40 Vide quæ notavi ad *l. 14. §. 7. ff. de relig.* Donandi animus non præsumitur.
41 *L. 4. §. sol. l. 2. in fin. §. de rei vindic. l. 33. in fin. de leg. 3.* In dubio quid dicendum? quantitas soluti pecuniæ spectanda.
42 Puta furiosam. vid. *l. 22. §. 8. ff. ſolutis.*
43 Maritali: quæ nulla major esse potest.
44 Maritus expensas factas in funere uxoris repetere potest, adde *l. 14. §. 7. ff. de relig.*
45 Et merito: Nam impensa funeris ea alienam dotis est. *l. 56. ff. de relig.* Hinc etiam colligo, maritum impensas uxoris nomine factas ab eo repetere, ad quem dos uxoris rediit. Quid si dos nulla? heredes ab intestato convenire possunt. Quid si nulli sint? pater defuncte convenire potest, funeris nomine *l. 28. ff. de relig.* Quod si pater non sit solvendo? maritus sumptus à se factos sibi imputabit. *d. l. 28.* Quid si tertius funeravit? maritus in quantum facere potest conveniendus. *d. l. 28.* Interim hoc mirum videri possit, onus funerandæ filiæ patri magis incumbere, quam marito. 46 Idem actum respectu diversarum actionum diversi generis actiones potest parere. 47 Qui in hujusmodi personis præsumitur, cum eis privigni & privignæ, necnon filii eorum sint liberorum loco. *l. 40. ff. de rit.* vide *Cujac. 9 observ. 18*, adde quæ notavi ad *l. 4. ff. de gratiis.* Nec tamen teneatur *vitricus* contra privigni alias subsipere. *l. 3. §. 7. ff. de muneribus.* 48 De *vitricis*, adde *l. 1. §. ubi pupill. educari. l. ult. §. de curat. jud. tut.* 49 Hujusmodi expensæ cessante affectu vitrici præsumpto repetuntur, de quibus vide quæ notavi ad *l. 79. ff. de verb. sign.* 50 Adde *l. 34. ff. sol.* 51 Dictum est de expensis factis à matre. *l. 1. l. 11. filia, l. 12. marito, l. 13. l. 14. vitricus, l. 15. liberis, l. 5. coheredi, l. 3. §. sol.* Nunc tractat de iis quæ factæ sunt à fratre. Id autem debite solventem tributa pro alio (etiam si sit frater) repetere posse. *Alex.* 52 Successor curatoris tenetur negotiorum gestorum actione. *l. 6. §. sol. l. 1. & 2. §. de hered. tutor.* Quid? qui pro tutore vel curatore gessit? etiam negotiorum gestorum actione tenetur. *l. 4. §. qui dare tutores, Paul. 1. sentent. 4. §. ult.* tametsi is qui pro tutore negotia gessit propria actione, id est, procuratia tenetur, quæ diversa est ab actione negotiorum gestorum. *l. 1. §. si quis quasi. 6. ff. de eo, qui pro tutore. l. pen. §. de tut. & ration. distrahend.* 53 Nam ipse curator etiæ negotiorum gestorum actione tenetur. vide *Cujacium ad §. ult. Paul. 1. sentent. 4.*

54 Dolus & culpa defuncti purgantur in persona heredis. 55 Non officium, sed obligatio tutoris in heredes descendit: officium, inquam, quod industriale fit aliquid, & in quadam industria consistat. 56 Morte finitur officium. *l. 1. §. si quis ignorans rem minorib.* 57 Qui authoritatem tutoris non habet, alienare non potest. 58 *Synops. Basil. 15. tit. 1. ex lib. 17. tit. 2. cap. 18. & 5. Harmen. 11. §. 19.* 59 *L. 19. §. 4. ff. sol. l. 37. §. de usuris.* 60 Vid. quæ notavi ad *l. 1. §. de obligat.* 61 Id est, multo magis, ut sit secura, si quis ultro negotia gesſiit, sumptuum à se factorum usuras potest petere, & is multo magis, qui ex necessitate gesſit.

62 Si apud provinciæ præsidem eum eis actione negotiorum gestorum experieris. *Synops. d. loc.* 63 Adde *l. 31. in fin. l. 40. §. sol. l. 25. §. 16. §. famiſc.* 64 Adde *l. 1. in fin. §. de rebus alienis non.*

[1] Post restitutionem, negotiorum gestorum actio competit. *l. 9. in fin. ff. ead.*

[2] Tutor, curator, extraneus, alienum negotium gerunt. Hi ultro illi, necessitate.

[3] *L. 39. §. 1. in fin. ff. de admin. tut. vid. l. 88. §. 5. ff. de leg. 2. l. ult. C. ne uxor pro marito.*

[4] Imo non sufficit; tenetur enim si quædam non gesserit. *l. 6. in fin. ff. ead.*

[5] Spontaneus gestor tenetur de dolo, lata & levi culpa. *l. 11. ff. ead. vid. l. 23. ff. de reg. jur.* interdum de casu. *l. 22. vers. sed ita. ff. ead.* interdum, de dolo tantum. *l. 3. §. 9. ff. ead.*

[6] Negotiorum gestor bonam fidem, & exactam diligentiam rebus ejus pro quo intervenit, præstare debet. *Paul. 4. sent. 4. §. 1.* dolum & omnem culpam, sed & levem, *ut hic.* Interdum tamen præstat dolum duntaxat. *l. 3. §. interdum 9. ff. ead.* Interdum etiam casum. *l. si negotia 11 ff. ead.* adde quæ scripsi ad *l. 3. §. 9. ff. de negotiis.*

[7] Pecuniæ quam apud se habuit. *vide l. 23. in fin. ff. de usuris.*

[8] Gestor actiones movere non potest, ideoque usuras non præstat eorum, quæ non exigit. *l. 6. in fin. ff. ead. l. 31. §. 4. in fin. ff. de hered. pet.*

[9] Similis est actio, quam elidit exceptio.

[10] Non est humanum ob rei pecuniariæ quæstionem, libertati morem fieri. *l. 37. in pr. ff. de fideicommissar. libert.*

[11] Sensus est, Servus ex negotio in servitute gesto liber factus, non tenetur. *d. l. 37.* *circa fin. l. 17. 18. ff. h. t.* vid. *l. 1. 2. 3. an servus* : nisi negotium etiam post libertatem continuaverit. *d. l. 17.* adde *l. 13. ff. de usur. & rationib.*

[12] Gestor casus non præstat. *l. 24. ff. ead. l. 6. ff. de pign. act.* nisi hoc fuerit conventum. *l. 1. ff. de commodato, l. 23. ff. de reg. jur. l. 59. ff. mandati.*

[13] Licet ex re nascatur negotiorum actio & res repetamus: hinc ratio dubitandi fumitur. vid. *hic Accurs.*

[14] *Nolle* dicitur, qui specialiter prohibet: vid. quæ not. ad *l. 3. ff. de reg. jur.*

[15] *L. 40. ff. mandati.* vide ad hunc locum *Socin. reg. 137.*

[16] Nota constantem opinionem.

[17] Post domini prohibitionem ac denunciationem factos sumptus gestor non repetit. Cur ita? quia in aliena scienter sumptus fecit: aliud si in eo quod sibi erat utile impendit. *l. 13. ff. pro emptore.* De vi protestationis, dixi ad *l. 14. §. 7. ff. de Rebellion. & sumpt. fun.* Goth. Vide Good. *de verb. signif. ad l. 29. num. 6.* Add. Socin. *reg. 137.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 1. quæst. 69.*

[18] Imo, eo casu malæ fidei possessor, & prædo sumptus repetit. adde *l. 38. ff. de rei vindic.* Quid juris? repetit ex æquo ut *ibid.* dixi. Dominus autem non censetur locupletior, si sumptus factî negotium ejus absumunt. *l. 38. ff. de rei vind.* & breviter: Malæ fidei possessor necessarias impensas repetit. *l. 5. §. ult. de rei vind.* & utiles. *l. 28. ff. de hered. pet.* Voluptuarias ita demum, si talli possunt, alias non recuperat. *arg. l. 38. ff. de rei vind.* his adde *Cujac. 10. obs. 1. & 13. obs. 26. in fin.*

[19] Denunciationis ac prohibitionis effectus vires tantum capit a suo initio. Protestatio non trahit retro. *Bald.* Sed tamen videtur repugnare. *l. 5. §. ult. de ædific. privat.* Alios casus in quibus expensæ etiam contra voluntatem domini factæ, repetantur, vide apud Corsetum singulari *Expensa*, ubi quinque casus adfert: adde *Socin. reg. Expensa. 137.* ubi sex casus ponit.

[20] Protestatio quemadmodum fieri debeat.

[21] Id ut intelligendum, dixi superius.

TIT. XX.

DE HIS, QUÆ VI [22], METUSVE [23] CAUSA GESTA SUNT [24].

De rei interitu.

1. Imp. ALEX. A. Felici.

PERSECUTIONEM eorum, quæ vi vel furto ablata sunt, etiamsi postea interciderint [25], integram esse, jure responsum [26] est. P. P. Kalend. Decembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui cavit, deinde solvit.

11. Idem A. Alexandro.

CUm te non solum caviſſe, verum etiam solviſſe pecuniam confitearis: qua ratione ut vim passus restitui [27], quod illatum est, postules, perspici non potest: quando verisimile [28] non est, ad solutionem te properasse omissa querela de chirographo, utpote per vim extorto, nisi & in solvendo vim te passum dicas. P. P. vi. Kal. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De venditione, de hærede, de actione in rem, de longa possessione præscriptione.

III. Imp. GORD. A. Cajo.

SI vi vel metu fundum avus tuus distrahere coactus est, etiamsi maxime emptor cum alii [29] vendidit: si tamen tu avo tuo heres [30] extitisti, ut tibi reddito [31] à te pretio restituatur, postquam placuit in rem [32] quoque dari actionem secundum formam Perpetui Edicti, adito Præside provinciæ poteris postulare, si [33] modo qui secundo loco comparavit, longæ possessionis præscriptione non fuerit munitus. P. P. VI. Id. Aug. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

[22] *l. Extr. 40. & l. Sext. 20. regl. Resp. 10. Belg. 2. & c. regi cælest. Hipi* ἀσεγγυες *24 Sicil. 1. Harm. 11.* vid. *Papon. 3. Notar. 9. de furtis & ablatis: Paul. 1. sent. 7.*

[23] D. 11. Cl. IV. D. IV. vide *Papon. 3. Notar. 9. 1. de oratore.*

[24] *Restitutionem* hic incipit tractatus. Restitutiones autem dantur ob eas causas: si qua sit, ad solutionem te properasse omissa querela de chirographo, in re lasi, vi, metu, *ut hic*: dolo. *tit. 21. tit. 22. ad fin. 46.* simplicitate militiæ armatæ. *tit. 51.* aut alia quavis causa quæ restitutionem mereatur. *54.* translatione judicii in alium. *55.* vide *Paul. 1. sentent. 14. §. 2.* periculum furem spectare.

[25] Etiam sine dolo furis. *l. 14. §. 11. ff. ead.* ut fit sensus: Interitus rei perjudicium secundi alterius creditoris. *l. 2. ff. de distract. pign.*

[26] A Jurisconsulto, cujus in libello Principi oblato mentio facta.

[27] Qui solvit (ut & qui rem non habet. *l. 4. §. ult.*) quod ex cautione debet, non præsumitur metu solvisse. *l. 23. ff. ead. l. 8. ff. de cond. ob turp.* adde *Alciat. 3. præsumpt. 7.*

[28] Gestum præsumitur spontaneo factum, non metu. vide *Alciat. 3. præsumpt. 7.*

[29] Actio quod metus causa est in rem scripta, & singulares successorem sequitur.

[30] Actio quod metus causa, heredi competit. *l. 14. §. 2. in fin. ff. ead.*

[31] Spontanea non est restituenda, nisi restituendi gratium. *l. 4. §. ult.*

[32] Spoliatus datur in rem actio utilis. *l. 9. §. 4. 5. ff. ead. Paul. 1. sent. 7. §. 4.* Utilis in rem actio concurrit cum actione quod metus causa. vide *Cujac. 10. ad fin.*

[33] Res mera vendita, secunda auctione præscribi potest.

[34] *Syn. Basil. tit. 10. l. 10. in 7. 1. 20.*

[35] Etiam vacua, potest solutione. *l. 7. ff. ead.* Rationalis actus necessitatem actionis, quæ petitum non facile demonstrat & arguit. Confusa geminatio inlitæ metus præsumptionem.

[36] Dixi ad *l. 7. ff. ead.*

[37] *L. 14. §. 2. ff. ead.*

[38] Vim adhibet, qui in præsentiarum, quo scientia ejus lata est, rei qui cum subsistit. *l. 3. §. 1. l. 14. §. 3. ff. ead. l. 15 in fin. ff. de dolo. l. 1. §. 11. ff. de ver. & ar.*

[39] Vis *l. 8.*] à *repellendo.*

[40] Restitutione rem in priorem statum redit. *Bart. l. 23. §. 4. ff. de minorib. l. 1. ff. de superficiar.*

[41] Etiam invasionem & pollicem. *l. 2. in fin. ff. ne vis fiat, vel ab. prætor.*

[42] Et sola dignitate secutio in rem præsentiæ meæ illatæ, *ut hic.* quia in mora Senatui præsentiæ meæ in urbe illatæ. *l. ult. in fin. ff. ead.* Quid reverentia paternæ? illæ metus species non fit. *l. 116. §. 1. ff. de solution. & liberat. l. 22. ff. de ritu.* Quid matris? Erat quoque non ad in dubio juris. *Bald. hic*: quid patroni? vid. *l. 1. §. 4. ff. quarum rerum actio.*

[43] *Quod ut.*

[44] Ejus *ejusmodi* [illegible] *l. interpretatione, hic, id est, si venditionis, vel dispositionis, in Synop. Basil. nisi vidi, cap. 19.* Hinc colligitur, donationem vel contractum, *l. 7. de prætorio 30. ad 40. annorum, ubi quæ not. ad l. 19. ff. de minor. Synop. & Bolon. 2. super 2.*

[45] Illæ capitales judicum metum inducunt. *l. 8. §. 2. ff. ad Quintil. l. 1. Cor. in 8.*

[46] Τὸ φόβου διατίθησι, *Syn. Basil.* legalis nobilis.

[47] Metus ne quis vocetur ad munera, non indocit actionem quod metus causa. vid. *l. 9. ff. ead.*

[48] Jactationes metus inferendi ad futurum pertinent: metus autem est res præsentis *l. 9. ff. ead.*

[49] *L. 13. l. 22. ff. de transact.*

[50] Vid. quæ dixi ad *l. 13 ff. de transact.*

[51] Qui quid metuens facit, ne sibi damnum adferat accusatio instituenda, metum sibi infert potius quam ab alio accipit. Metus spontaneus non attenditur.

[52] Id est, cum metuerem ne me accusaret, vel ne ab accusatione incepta desisteret. *Syn. Basil. tit. 10. l. 20. ad l. 9. ff. de metu. ead. Synop.*

[53] Id est, cum metuerem ne me accusaret. *Syn. Basil. tit. 10. l. 20. ad l. 9. ff. de metu. ead. Synop.*

[54] Constantius. [55] Vid. *l. unic. ff. de contrab. judic. Synopsi Basil. tit. 19. lib. 1. ex Edict. 10. l. 33.* multo magis in majori. *l. 3. §. 1. ff. ead.* [56] V. *Synop. ff. de transact. ead. tit. 13.* ubi tractat de his quæ administrantibus vel officium publicum gerentibus vendita fuit.

[57] Fraudem facinus legi, quoties non ipsi, sed per interpositas personas legis mentem violant. dixi ad *l. 5. ff. de legibus.*

[58] Amici nomine absenti non oportet, ut hic. Imo possimus absenti. *l. 14. ff. de contrab. stipul.*

[59] Constantio. [60] *L. ult. C. Theod. de contrahenda emptione. lib. 3. tit. 1. l. 23. §. 1. ff. ead. l. 6. ff. de off. præsid.*

[61] *L. 7. ff. ead.* quodcunque contractus. *d. l. 7.*

[62] *D. l. 7.* Adde

TIT. XXI.

DE DOLO [64] MALO.

Si fidejussor à creditore pignora emerit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Clementinæ.

SI [65] fidejussor à [66] creditore pignora emerit [67]: oblata quantitate sortis & usurarum [68], tibi dominium cum fructibus, quos bona fide percepit, consultius restituet, ne

[63] *L. 3. §. 1. ff. ead. d. l. 6.*

[64] TI. D. III. *l. Paul. sent. 8. & 2. C. tit. ad l. 15. & 10. Bas. 3. ex Bas. & l. Bas. 3. ex Bas. & 2. Bas. 3. ex Bas. 14. & 2. tit. 8. & 2. C. Gloss. 4. & 2. extrav. 1.* vid. *Papon. 3. Notar. 9. de fide.*

[65] Vide omnino ad hanc legem *cap. de dol. & fraude, de simulatione.* vid. *J. plus valere quod agitur.*

[66] Fidejussor pignora à creditore potest emere, non tamen debitore principali. *Cujac. 3. obs. 37.*

[67] Pignus debitoris fidejussor à creditore potest emere, non tamen debitore principali. An & fructus dominii amittit, ut qui competat jus offerendi. Potamus obeuntibus? pignus reddendum. An & fructus quoque percepti? utique si pignus simplex erat, non usurarius: *l. 6. ff. de distract. pign.* cum Mulinæo *quæst. 49. num. 349. de usuris. l. 13. §. 1. ff. mandati. l. 5. in fin. l. 6. ff. de distract. pign. l. 59. ff. de fidejuss.*

[68] Id est, si offerenti. *l. 2. ff. de distract. pign.*

[69] Fidejussori tuo fortem & usuras: vicissim tibi pignoris dominium & fructus restituet. Quæ usurarum secundus creditor rei principalis, pignus à fidejussore servans, fidejussori adferre debet? *d. l. 2.*

[70] Sorti mutui opponitur dominium pignoris: sortis usuras fructus pignoris. *l. 2. ff. de distract. pign.*

fidei [1] captæ gratia de dolo possit actio exerceri. Accepta Dat. III. Id. Maji, Plautiano & Geta Conss. 204.

Si alia actio detur uel non. De causa cognitione.

II. Imp. Antoninus A. Agrippæ.

De dolo actio, cum [2] alia nulla competit, causa cognita permittitur. Dat. Non. Novemb. Gentiano & Basso Conss. 212.

De absentia Reip. causa.

III. Imp. Gordianus A. Aquilino.

Non possunt obesse tibi tempora [3], quæ in actione de dolo solent computari, quibus Reipublicæ [4] causa (ut allegas) occuparis: sed exinde tibi incipiet tempus cedere, ex quo muneribus liberatus, facultatem agendi intra præstituta tempora coperis obtinere. P. P. Idib. Augusti. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

De contractu, facio ut des.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Manandræ.

Cum proponas, interte, & eum quem in contubernio [5] ancillam tuam sibi conjunxisse memoraſti, placuisse, *Ut* [6] *tiè pro eadem daret manes imæ*: intelligis, quod si manumisiſti, vel ei tradidiſti, & ille manumisit, revocandæ [7] libertatis potestatem non habes, sed solum, si necdum statutum tempus excesserit, & fidem pluciti rumpat, desiderare debes, de [8] dolo tibi decerni actionem. Quod si penes te dominium ejus remanſit: adito Præside provinciæ, cum natis ejus hanc potes recuperare, si nulla moverur status quæstio. Dat. III. Kalend. Maji. *Heraclia* CC. Conss. 294.

De transactione inter filiam emancipatam & patrem qui tutelam ejus gessit.

V. Iidem AA. & CC. Amphidrosæ.

Si superstite patre per [9] emancipationem tui juris effecta, materi successisti, rebusque tuis per legitimum [10] tutorem patrem eandemque [11] manumissorem administratis, postea transegisti [12] cum eo bona fide: perspicis, quod si pactum [13] tantum factum fit, petitio tua per exceptionem [14] submovetur: Si vero novatio [15] legitimo modo intercesſit, & acceptilatio [16] subsecuta est: nullam [17] tibi jam superesse actionem. †. Sane, si læsa es immodice [18] liberatione solenniter per novationem, atque acceptilationem tributa: non de dolo propter [19] paternam verecundiam, sed in factum actio tibi tribuenda [20] est. Dat. Id. Jun. CC. Conss. 294.

De indiciis.

VI. Iidem AA. & CC. Hymnodæ.

Dolum ex indiciis [21] perspicuis [22] probari convenit [23]. Dat. Kal. Decemb. CC. Conss. 292.

De reputatione hereditatis.

VII. Iidem AA. & CC. Sebastiano.

Si major quinque & viginti annis hereditatem fratris tui repudiaſti: nulla tibi facultas ejus adeundæ relinquitur. Sane, si ejus uxoris tibi substitutæ dolo [24] factum est, actionem de dolo contra eam exercere potes. Dat. XVI. Kalend. Maji, CC. Conss. 294.

De tempore hujus actionis.

VIII. Imp. Constant. A. ad Symmachum Vicarium.

Optimum [25] duximus, non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didiciſſe commemoraverit, neque intra anni utilis tempus, sed potius ex eo die, quo asseritur commissas dolus, intra continuum biennium de dolo actionem moveri: sive absuerit, sive præsto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur. †. Omnes igitur sciant, neque [26] incipiendæ post biennium [27], neque ante completum biennium cœptæ, post biennium [vero] finiendæ doli actionis [esse] concessam licentiam. Dat. VIII. Kalend. Aug. *Nesso* [28] Constantino A. V. & Licinio Cæsare Conss. 319.

[1] Fidem rumpit debitor, qui cum stipulatore pro eo adversario, pignus ejus in judicio emit nec debitum offerendo eum ab usuris retinuit: vel pignus quidem offert pretium & usuras offerenti debitori, frustra tamen pignoris sibi remanere vult. *L. 1. §. 1. ff.* ad doli actio cum aliis concurrit.

[2] De quibus vide *l. eod. ff. eod.*

[3] Tempus movendæ actionis dato generaliter absenti Reipublicæ causa non imputat.

[4] Contubernium *quid sit*, vid. *l. 3. ff. de donat.*

[5] Notes contractum, facta, ut dicis.

[6] Data semel libertas revocari non potest.

[7] *L. 5. §. 3. ff. de probat. l. Hercules. 3. Cod. n. s.*

[8] Emancipationem jus patriæ potestatis tollitur. *§. 6. inst. quib. mod. jus pat. potest.*

[9] Vid. *inſtit. de legit. patron. tutelis, l. 2. §. 1. 2. ff. qui à parent. manumiſſ.*

[10] Idem præst. *ff.*

[11] Patet & manumiſſor. vid. *ff. ff. qui à parente manumiſſi.*

[12] Emancipatus non potest pro eo intervenire.

[13] De non petendo stabitur.

[14] Pactum enim vim ac exceptionem *l. 17. §. 2. ff. de pact.*

[15] Novatio quid sit, vid. *l. 1. ff. de novationib.*

[16] Acceptilatio quid sit, vid. *l. 2. ff. de acceptilation.*

[17] Qui acceptilatio perimitur ipso jure. *§. 5.*

[18] Ob immodicam læsionem rescissio restituti petiit. & ita in *l. 2. §. 1. ff. de rejudic.* pertinet ad restitutionem ad *l. 3. cunctis, ff. eod.*

[19] Adde *l. 30. ff. de rebus dubiis rescript. l. 11. §. 1. & l. 12. ff. de dolo, & l. 1. §. 11. ff. de ſ. & ſ. l. 1.* & ibi *Gloſſ.* & *Bart.*

[20] An id abrogatum, vid. *l. ult. ff. qui & adverſus quos.* 21 Ex indiciis, *Cujac. 11. obſ. 11. in fin. Zoes. ad Inſtit. 10. Sober. 3. c. 46.* & ita in *l. 8. in pr. ff. de reſcind.*

[22] Atqui dolus interdum præſumitur. *l. 41. ff. ad l. Falcid.* 23 Nec enim æquum oportet in dolo deſcendi. *l. 19. ff. eod. l. 6. ff. de probat.* 24 Et perſuaſione. *l. 9. §. 1. ff. eod. l. 4. §. 28. ff. de dol. mal.*

[25] *L. un. C. Th. eod.* ex qua hæc interpolata. 26 Actio de dolo neque incipit a biennio post dolum commiſſum, neque finitur a biennio actionis de dolo inſtitutæ, ſed inchoatur & finitur poteſtas intra continuum biennium. *Synopſ. Baſil. 10. tit. 1. c. 42.* 27 Biennii: olim anni utilis. vid. *Cujac. 21. de præſcript.* ſilentio periit actio de dolo, *ut hic, Felg. c. 43. eod.* ut non perit exceptio: eſt enim perpetua, *l. Marcus. 3. cap. ampliùs, §. 70. & 72.* Quia etſi poſt biennium non competit actio de dolo, actio tamen in factum de eo quod ad rem pervenit, competit. *l. 28. in fin. l. 29. ff. eod.* videri etiam poteſt huic legi derogari, & actionem de dolo quadriennio præſcribi. *l. ult. de temporibus in integrum reſtit.* 28 Naiſſo.

TIT. XXII.

DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE MINORUM [29] [VIGINTIQUINQUE ANNIS.]

De querela inofficioſi.

I. Imp. Alexander A. Plotiahæ.

Illud inſpiciendum est, num inofficioſi querelæ vel palam vel tacita [30] diſſimulatione ſit renunciatum. Nec hoc autem in tuam perſonam cadere poſſe auxilium, quod ætati imperitur, oſtendit. Dat. V. Id. Jul. Mazimo II. & Æliano Conss. 224.

De bonorum poſſeſſione, & de numero liberorum.

II. Imp. Gordianus A. Alexandro.

Eo tempore, quo ſoror tua auxilio ætatis juvabatur, ſi patris inteſtati bonorum poſſeſſionem accipere debuit, licet quinque [31] filios ſuperſtites habuerit, non tamen ideo minus ad Edicti prærogativam pertinet: ſcilicet ſi nunc per ætatem beneficium reſtitutionis largitur. P. P. VIII. Id. Aug. Ulpio & Pontiano Conss. 239.

De contractu minoris habentis vel non habentis curatorem.

III. Impp. Diocletianus & Maxim. AA. & CC. Atriano.

Si [32] curatorem habens minor quinque & viginti annis poſt pupillarem ætatem res vendidiſti, hunc contractum ſervari non oportet [33]: cum non abſimilis [34] ei habeatur minor [35] curatorem habens, cui à Prætore curatore dato, bonis interdictum eſt. †. Si vero ſine curatore conſtitutus contractum feciſti: impetrare in integrum reſtitutionem [36], ſi necdum tempora præfinita exceſſerint, cauſa cognita non prohiberis [37]. Dat. XIV. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. Conss. 293.

De probatione minoris ætatis: & tempora reſtitutionis exceſſiſſe.

IV. Iidem AA. & CC. Iſidoro.

Si minorem te quinque & viginti annis fuiſſe, cum contraheres, oſtenderis [38]: & tempora [39] reſtitutionis præſtituta exceſſiſſe, ab adverſario tuo comprobarum non fuerit: Præſes [40] provinciæ in integrum reſtitutionis dare tibi auxilium debet. Dat. VI. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. Conss. 293.

Si dolus adverſarius non probetur: ſi ante impletum 25. annum reſtitutio petatur.

V. Iidem AA & CC. Rufo.

Minoribus in integrum reſtitutio, in quibus ſe captos [41] probare [42] poſſunt, etſi dolus adverſarii non probetur, competit. §. 1. Ante [43] impletum etiam quintum & viceſimum annum, de his, in quibus ſe captos exiſtimant minores, poſſe in integrum reſtitutionem implorare, certiſſimi juris eſt. Dat. V. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. Conss. 293.

De morte adverſarii.

VI. Iidem AA. & CC. Sententiæ.

Si intra ætatem, cui ſuccurri ſolet, in integrum reſtitutionis [auxilio] lis [44] inchoata [45] eſt, nec ei à te renunciatum eſt, mors ejus, contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi eſſe non poteſt. Dat. V. Kal. Maji. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

De tutore falſo ætate probata liberato.

VII. Iidem AA. & CC. Severæ.

De tutela avunculi ejuſdemque tutoris, cui [46] falſo ætate probata præſtitiſti liberationem, quem ignatum ætatis [47] eſſe non fuiſſe tam officium [48] tutelæ quam ſanguinis proximitas arguit [49], ſi necdum ſtatutum tempus exceſſit, ex cauſa in integrum reſtitutionis heredes ejus convenire potes. Dat. XI. Kal. Auguſt. CC. Conss. 294.

De prætermiſſis vel ignoratis.

VIII. Impp. Honor. & Theod. AA. Juliano Proconſuli Africæ.

Inotibus in his, quæ vel prætermiſerunt [50], vel ignoraverunt, innumeris auctoritatibus conſtat eſſe conſultum. Dat. Non. Maji, Conſtantio V. C. Conss. 414.

De eo quæ uſus eſt jure communi.

IX. Imp. Zeno A. Æliano P. P.

Non [51] videtur circumſcriptus eſſe minor, qui jure ſit uſus communi [52]. Dat. Kal. Jan. Baſilio V. C. Conss. 480.

[29] Reſtituendo ſcil. *l. 3. §. 4. l. 38. in fin. ff. de minoribus, l. 8. §. 6. 7. de hær. quæ ſib.*

[30] Si adverſus fidejuſſorem. *l. 7. §. 3. ff. de minoribus.*

[31] *L. 2. ff. de fidejuſſ. & mandat.*

[32] Falſa, quæ filius eſt, pro patre non tenetur, ſed qua heres. *l. 3. l. 4. l. ne filius pro patre. l. 12. ff. de oblig.*

[33] Vid. *l. 1. §. ſi adverſ. credit.*

[34] Restituitur etiam ſi curatorem habuerit, qui videatur facere. *l. 1. Harmen. 12. §. 3.*

[35] Atqui poſſunt & ſpeciales adiri. *l. 101. ff. de adminiſt. tut.*

[36] Quo datur quoties conſtat de læſione, & ita contractus adulti non eſt ipſo jure nullus. Nam ſi nullius eſſet, non daretur reſtitutio. Hæc enim ad ea tantum referuntur, quæ actum tenuerunt. *l. 7. in fin. ff. de exceptionibus.*

[37] Imo videtur non prohiberi, *l. 191. §. de verb. oblig.*

[38] Qui ætatem allegat, eam probare tenetur. *l. 9. §. de probat.* nec enim præſumitur quis minor. Vid. *Alciatum 2. præſumpt. 14.* niſi quid aliud ſpecialiter demonſtret. *l. 32. ff. de minoribus.*

[39] Vid. §. *de temp. in integrum.* adde *l. 1. §. ſi tutor vel curat. interven. Novell. 155. cap. 1. verſ. Propter eam.*

[40] In Gallia rex ſolus reſtituit, ideoque minor non audirur in Gallia ſine literis regiis. *Rebuff. in pragm. conſt. glof. 5. n. 28.*

[41] Graviter ſcil. & ita non in omnibus. *l. ult. §. eod. l. 44. ff. de minoribus.*

[42] An minori incumbat onus probandæ læſionis, vid. *l. 16. verſ. Emptor autem. §. de gradib. & aliis rebus minorum. l. 13. §. 2. ff. de Publicianæ.* adde *l. 9. §. 4. ff. de juramento.*

[43] *L. 1. in fin. §. ſi minor ſe majorem.*

[44] Inſtantia reſtitutionis in integrum transit ad hær. dem. 45 Reſtitutione Poſtulata nihil innovandum, nec executio impedienda, ut hic: niſi ſententia lata ſit à Principe vel judice appareat reſtitutio in fraudem petita. *c. ſuſcitatus. de in integrum reſtitut.* vide *Socin. reg.* 346. 46 Id eſt, cui, cum falſo re majorem eſſe perſuaſiſſet, circumſcriptionem tecuſſi. adde *l. ult. §. ſi minor ſe major.* 47 Actus reſtitutionis probari poteſt. 48 *L. 2. §. 2. §. de juramento, propter calumn.* 49 Conjuncti ſanguine præſumuntur ſcire ætatem cognatorum. *l. 9. in fin. ff. unde cognati, l. 37. §. de liberali cauſa.* Ea præſumptio tam efficax eſt, ut onus probandi transferat. vid. *Roland. à Valle 1. conſ. 19.* adde *l. 9. §. de magiſtr.* aliàs ignorantia præſumitur. *l. 6. §. qui militare.* 50 *L. 44. ff. de minoribus.* vid. *tit. §. ſi ex omiſſ.* 51 *Synopſ. Baſil. 10. tit. 4. cap. 58. & 1. Harm. 12. §. 61.* 52 Sed publico. *l. 11. §. 3. in fin. ff. de minoribus. l. 51. §. 4. in fin. ff. de fidejuſſ. l. 27. in fin. ff. de ſolutionibus. l. 116. §. 1. ff. de reg. jur.* vid. *Molin. quæſt. 13. de uſur. num. 164. Cujac. 16. obſ. 24.*

TIT. XXIII.

DE FILIOFAMILIAS MINORE [53].

De fidejuſſione.

I. Imp. Gordianus A. Gaudiano militi.

Illustaniæ, ſi minor vigintiquinque annis pro extraneo fidejuſſit [54], in integrum reſtitutionem implorare non prohibetur. Sed & ſi [55] pro patre ſuo fidejuſſor exſtitit, eique diem ſuum funcho non [56] ſuccesſit: in integrum reſtitutionem poſtulare poteſt. Dat. Kal. Jul. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 249.

De mutuo.

II. Idem A. Triphoni militi.

Si frater tuus, cum mutuam [57] pecuniam acciperet in patris fuit poteſtate, nec juſſu ejus, nec contra Senatuſconſultum contractum eſt: propter lubricum ætatis, adverſus eam cautionem in integrum reſtitutionem potuit poſtulare. P. P. III. Non. Octob. Ulpio & Pontiano Conss. 239.

TIT. XXIV.

DE FIDEJUSSORIBUS MINORUM.

Reſtitutio conceſſa minori non prodeſt fidejuſſori. Alex. De evictione.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Mironi.

Post quam [58] in integrum ætatis beneficio reſtitutus ex periculum evictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis vendidiſti, præſtare non cogeris. Sed ea res fidejuſſores qui pro te intervenerunt, excuſare non [59] poteſt. Quare mandati judicio, ſi pecuniam ſolverint, aut condemnati fuerint, convenieris: modo ſi eo quoque nomine reſtitutionis auxilio non juvaberis. VI. Kalend. Octob. Severo A. & Alliano Conss. 195.

De obligatione fidejuſſoris ob venditionem & de dolo.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Curioni.

Si ea, quæ tibi vendidit poſſeſſiones interpoſito decreto præſidis, ætatis tantummodo auxilio juvatur, non eſt dubium fidejuſſorem ex [60] perſona ſua obnoxium eſſe contractui: Verum ſi dolo [61] malo apparuerit contractum interpoſitum eſſe: manifeſti juris eſt, utrique perſonæ, tam venditricis, quam fidejuſſoris conſulendum eſſe. S. VI. Kal. Maji, Diocletiano II. & Maximiano AA. Conss. 287.

[53] Reſtituendo ſcil. *l. 3. §. 4. l. 38. in fin. ff. de minoribus. l. 8. §. 6. 7. de hær. quæ ſib.*

[54] Si adverſus fidejuſſorem. *l. 7. §. 3. ff. de minoribus.*

[55] *L. 2. ff. de fidejuſſ. & mandat.*

[56] Falſa, quæ filius eſt, pro patre non tenetur, ſed qua heres. *l. 3. l. 4. l. ne filius pro patre. l. 12. ff. de oblig.*

[57] Vid. *l. 1. §. ſi adverſ. credit.*

[58] In integrum reſtitutis minoribus, tenentur nihilominus qui eorum nomine fidejuſſerunt. *l. Harmen. 12. §. 64.*

[59] Minore reſtituto ejus fidejuſſores non reſtituuntur. *l. 2. §. eadem. l. 13. ff. eod.* Imo reſtituuntur. *l. 52. ff. de procur.*

[60] Id eſt, nobis uti.

[61] Minore reſtituta non reſtituitur ejus fidejuſſor: eoque reſpectu, reſtitutio beneficium perſonale dicitur, quoties autem ad heredes deſcendit, dicitur reale. vid. *Wurmſer. 8. quæſt. 25. obſ. 3.* hocne perpetuo verum eſt, reſtituto minore fideiuſſorum non reſtitui? reſtitui conſtat in *l. 51. ff. de procur.* Imo non reſtituitur *tit. l. 35 ff. de Receptis. arbitr.* Sic limito: Si dolus intercesſit in fidejuſſione, fidejuſſor juvatur: ut hic. *l. 7. §. 1. ff. de exceptionib.* quemadmodum ſi nihil creditori minoris deperit. *l. 89. ff. de reg. quæ omitt. hered.* ſi ignoravit minorem. *l. 48. §. 1. ff. de fidejuſſ. & mandat.* ſi minor ſuccesſit. *l. 95. §. 3 ff. de ſolut.* Si hæc deſint non juvatur. *l. 13. ff. de minorib. l. 25. ff. de fidejuſſor. & mandat.* Rei cohærentes exceptiones etiam fidejuſſori competunt. *l. 7. §. 1. ff. de except.*

TIT. XXV.

SI TUTOR VEL CURATOR INTERVENERIT.

De additione hereditatis.

1. Imp. ANTONINUS A. Martianæ & aliis.

SI jam puberes utriusque sexus parentum hereditatem adiistis; si etiam nunc in ea ætate estis, ut, eo quod paternæ hereditati vos obligastis, in integrum restitutionis auxilium accipere debeatis: per [2] procuratores vestros adite præsidem provinciæ. Quod si legitimam ætatem implestis, idque tempus [3] quo in integrum restitui potestis, excessistis, curatores vestros, si adversus eos nondum experti estis, judicio secundum formam juris convenite. P. P. II. Non. April. LÆTO & CERIALI CONSS. 216.

De gestis in judicio vel extra judicium.

II. Imp. ALEX. A. Martianæ.

MInoribus [4] annis vigintiquinque etiam in [5] his, quæ præsentibus tutoribus, vel curatoribus, in judicio, vel extra judicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumventi sunt, placuit. P. P. III. Non. Mart. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De male gestis à tutore & de concurrentibus remediis.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Nicomedi.

ETiam in his quæ minorum tutores vel curatores male gessisse probari possunt [6]: licet personali actione à tutore vel curatore [jus] suum consequi possint, in integrum tamen restitutionis auxilium eisdem minoribus dari jampridem placuit. Dat. IV. Non. Maji MAXIMO & AQUILINO CONSS. 286.

De contractu cum curatoribus.

IV. Iidem AA. & CC. Isidoro.

I creditor non vestram [7] personam [8], sed curatorum secutus, cum ipsis contractum habuit, & ab ipsis stipulatus est: nullam ei prorsus adversus vos actionem competere manifestum est, V. Kal. Maji. *Heraclia* AA. CONSS. 293.

De concurrentibus remediis.

V. Iidem AA. & CC. Valentino.

ETiam tutoribus vel curatoribus distrahentibus, vel [9] aliis contrahentibus, minores tam restitui rebus propriis, quam tutorum vel curatorum damna sequi, nullo eis prætio dato per electionem [10] generando, placuit. VI. Id. Decemb. CC. CONSS. 294.

[1] An restituendus minor? dic ut *J. eod.*

[2] Per curatores vestros. *Cujac. ad l. illud 25. §. 1. ff. de minorib.*

[3] *L. 4. T. de in integrum.*

[4] Minores qui sub tutela vel sub curatione sunt, in iis in quibus circumscripti fuerunt etiam præsentibus tutoribus restituuntur. *Syn. Basil. 10. tit. ex tit. 7. & 1. Harm. 12. §. 34.*

[5] Minor circumventus in judicio vel extra, præsente etiam tutore vel curatore, restituitur. *l. 4. vers. Nam si. J. si adversus. vers judic. l. ult. ff. de in integr. l. 29. l. 47. ff. de minorib.*

[6] Personalis actio ordinaria: restitutio extraordinaria, utraque competit minori adversus tutores & curatores.

[7] Id est, minoris.

[8] Tutor spondens fui pupilli nomine, non ut tutor, sed ut quivis sponsione sua non obligat pupillum.

[9] Hanc colligunt differentiam inter distrahentem & contrahentem.

[10] Minor restitui potest adversus electionem.

TIT. XXVI.

SI [IN] COMMUNI EADEMQUE CAUSA IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

Factum sororis fratri non præjudicat, ut nec restitutio sororis fratri patrocinatur.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Aphobio & aliis.

NEC si major viginti quinque annis soror vestra fuit, vobis non mandantibus [11], nec ratum [12] transactionem habentibus, de jure vestro quicquam minuere potuit. Nam si cognitis, quæ gessit [13], his consensum præbuit viginti quinque annos [ætatis] commodastis: quamvis illa [14] minor pro portione sua restitutionis auxilium implorare possit: vobis tamen, ad communicandum Edicti perpetui beneficium, ejus ætas patrocinari non [15] potest. S. III. Idus August. CC. CONSS. 294.

[11] Gestum ab aliquo, sit nostrum mandato, vel ratihabitione.

[12] Ratam qui habet venditionem rei suæ, sibi præjudicat, ut hic. Imo non præjudicat. *l. 9. ff. de negotiis.*

[13] In minori ætate. Imo initium actus inspicitur. *l. 3. §. Scio 2. ff. de minoribus.*

[14] Factum unius ex fratribus non nocet alteri. *l. 1. J. de contr. rerum alior. nam. l. 1. J. quibus res judicata.*

[15] Restitutio minori concessa non prodest majori, quamvis minoris consorti & socio. vide *l. 47. §. 1. ff. de minorib.* Imo prodest in individuis, puta servitutibus. *l. 4. §. 3. vers. Itaque. ff. si servitus vindicetur. l. 1. J. si unus ex pluribus. l. 10. in pr. ff. quemadm. servitutes.* vide hic Bart.

TIT. XXVII.

SI [16] ADVERSUS REM JUDICATAM [17] [RESTITUTIO [18] POSTULETUR.]

De judicio tutelæ.

1. Imp. ALEXAND. A. Viliis.

MInus ex tutelæ judicio consecuti, de superfluo [19] habere actionem ita potestis, si tempore judicii minores annis fuistis, & nunc beneficium ætatis vobis largitur: Cæterum, si post legitimam ætatem sententia prolata est, iterato [20] eandem actionem de eisdem speciebus inferre non potestis. P. P. V. Kal. Febr. POMPEIANO & PELIGNO CONSS.

De patria potestate.

II. Imp. GORD. A. Serenæ.

SI cum pater tuus te in sua potestate esse, minimeque emancipationem [21] à se factam valere diceret, Proconsul super causâ cognoscens, te ejus potestati subjectam pronunciaverit: cum adversus eam sententiam in integrum restitui postules: is, qui provinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. P. P. XV. Kal. Decemb. ULP. & PONTIANO CONSS. 239.

De sententia ejus, qui vice Principis judicavit.

III. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Ælianæ.

ADversus sententiam ejus, qui tunc vice [22] Principis [23] judicavit, in integrum restitutionis auxilium apud Prætorem seu Præsidem provinciæ Clarissimum Virum flagitare nequaquam poteris: Nam adversus ejus sententiam, qui vice Principis cognovit, solus [24] Princeps restituet. P. P. XVIII. Kal. Novemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De minoribus defensis vel indefensis.

IV. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbinio & aliis.

CUm & minores vos esse affirmetis, & indefensos [25], nullum vobis præjudicium fieri Præses provinciæ pro sua gravitate curabit. Nam si justa defensione tutorum, vel curatorum vobis assistente [26], aliquid statutum est: intelligitis in integrum restitutionis auxilium vobis esse necessarium: eodem [27] obtinente, etiamsi per procuratorem vestrum legitime [28] ordinatum lis agitata est. Dat. XVI. Kalend. Maji, MAXIMO & AQUILA CONSS. 286.

De sententia lata contra tutores vel curatores.

V. Iidem AA. & CC. Martiano.

IN rem [29] pupilli, vel adulti contra tutores seu curatores à Præside lata sententia, restitutionis auxilium non [30] minus, quam si quid adversus eos fuisset statutum, implorare minores posse constat. Dat. X. Kal. Novemb. AA. CONSS. 293.

[16] Minores condemnati restituantur, ut litem rursus movere possint. *Synops. Basil. tit. 9.* Etiam adversus eam judicatam minoribus datur in integrum restitutio. *Harmen. 12. §. 47.*

[17] *L. 18. ff. de minorib.* Restitui minor etiam potest, si provocationem omisit. *l. 7. §. 11. ff. de minorib.* vel allegationem. *l. 36. d. tit.* si contumax fuit. *l. 53. §. 4. ff. de re judic.* adversus sententiam cujusque judicis, etiam Principis. *l. 3. J. eod. l. 18. §. 1. ff. de minorib.* etiamsi de causa statu agatur. *l. 2. J. eod.* utcunque à tutoribus defensus fuerit. *l. ult. J. eod. l. 29. l. 47. ff. de minorib.*

[18] Remedia adversus sententiam, restitutio, *ut hic*: appellatio. *J. de appellation. & consultat.* supplicatio adversus sententiam Principis & Præfecti Prætorio. *l. 5. & Auth. sequenti, J. de precibus imper.* *l. unic. J. de sententiæ, præf. præt.* querela falsi. *J. si ex falsis instrumentis.* nullitatis propositio. de qua vide Oldendorp. *cap. 57. de exception. & in tract. de sententi. & re judic.* Papon. 2. *Notar. cap. Des exceptions.*

[19] Minor etiam adversus partem sententiæ potest restitui. *l. 29. §. 2. ff. de minorib.* [20] Minor (aliud in majore) potest restitui adversus sententiam. *l. 18. §. 1. l. 40. ff. de minorib.* [21] *L. 5. in fin. ff. de probationib.* [22] *L. 18. §. 3. §. 4. ff. de minorib.* vide ad hunc locum Cujac. *16. observ. 2.*

[23] Vel Præfecti Prætorio. *l. 16. in fin. l. 17. ff. de minorib.* Quid si lis in Principis auditorio judicata? iterum judicari potest. *l. 18. §. 1. ff. de minorib.* [24] *Dict. §. 1.* [25] Sententia lata contra minores indefensos, est ipso jure nulla: à contrario, Ubi legitima defensa, valet judicium & sententia. *l. 2. in quibus causis restitut.*

[26] Vides, si præsente tutore vel curatore *futura.*

[27] Idem præstat æque efficax procurator legitimus, quod tutor & curator. Postremo authoritatem pupillo præbere? Hald. potest pupillo.

[28] Vel à manente cum authoritate tutoris. *l. 23 in fin. ff. de minorib.*

[29] Id est, contra dicitur lata causa

TIT. XXVIII.

SI ADVERSUS VENDITIONEM. [31]

De jurejurando.

1. Imp. ALEX. A. Florentino Militi.

SI [32] minor annis viginti quinque emptori prædii cuiusti *nullam de cætero se esse controversiam facturum*, idque etiam jurejurando [33] corporaliter [34] præstito servare confirmaverit, neque [35] perfidiæ [36], neque perjurii [37] me auctorem [tibi] futurum sperare debuisti. Dat. VI. Kalend. Septemb. *.

Nova constitutio FRIDERICI. [38]

Sacramenta puberum [39] sponte facta super contractibus rerum suarum non retractando inviolabiliter custodiantur [40]. †. Per vim [41] autem, vel per justum metum extorta etiam à majoribus, (maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant) nullius esse momenti jubemus.

De commentitiis venditionibus, vel curatorum insidiis.

II. Imppp. CONSTANT. [CONSTANTIUS [42] CONSTANS, AAA.] ad populum.

IN [43] integrum restitutione minoribus adversus commentitias [44] venditiones, & adversus tutorum [seu curatorum] infidias, sanctionum præsidio cautum esse non dubium est. Dat. Idib. August. *Sirmii*, CONSTANTINO II. [45] & CONSTANTE CC. CONSS. 339.

[31] Quid? adversus emptionem potestne restitui? potest non modo si vim emptionis contractus pertinet. *l. 11. §. 4. l. 17. §. 1. ff. de minorib. l. 3. in fin. ff. de minorib.* Potest etiam restitui adversus permutationem. *l. 4. J. de prædiis & aliis rebus minorib.* est enim emptioni vicina. *l. 1. J. de rerum permut.* æquius quidem mater. *l. 1. in pr. ff. de minorib. supr.* Plura de restitutionibus adversus emptionem, vid. in *l. 1. §. 13. ff. quod in fraud. patron.*

[32] Minor restituitur adversus venditionem propriam etiam si juramentum interpositum fuerit. *Synops. Basil. 10. tit. 10. & 12. & 1. Harm. 12. §. 65. l. 27. §. 1. vers. Item ex diversis. ff. de minorib. l. 11. J. de prædiis & aliis rebus minorum.* [33] Minor jurejurando potest sibi auferre restitutionis beneficium. Minores restituuntur adversus venditionem propriam, etiamsi jusjurandum interfuerit. *10. Eclog. 10. & 12. adde l. ult. J. de non numer. pecun.* [34] *L. 3. in fin. J. si minor sine jurejurando.* id est, tactis Sacrosanctis Evangeliis, vel manu sublata, quod Balsamo vocat *corporaliter* fieri. vid. *Cujac. ad Novell. 51. adde l. 9. §. 4. ff. de jurejur.* [35] Dic tamen ut in authentica proxima.

[36] His verbis Imperator denegat jurisjurandi veniam. [37] His verbis denegat Imperator restitutionem in integrum. [38] 11. *Finder. 13. §. 3.* [39] In hanc authent. vid. Joann. Vasc. *ver. quæstd. lib. 2. cap. 4. per tot.* & Montan. *de testam. cap. 33. num. 577. & seq.* Philipp. Corneus *in reputat. solemn.* Idem Jure Canonico, *tam. 14. parœmii & c. seq. 22. quæst. 5.* Aut. Merend. *lib. 1. controv. cap. 1.* Alexand. Sperell. *decis. for. Ecclesiast. 47. Anno.* Adde Matth. de Afflict. *decis. 322. & 378.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 23. regr. 5.* Fachin. *lib. 3. controv. cap. 10. & 11. S. L.* [40] Hæc non servatur in Gallia. *Minor* enim gratiam sive dispensationem jurisjurandi petit ab episcopo, vel ejus vicario: quæ non solet ei denegari: postea vero litteras impetrat à rege vel ejus cancellario: & ita servantur in Curia omnibus eriam in restitutione minorum. Rebuff. *in præamb. ord. glos. 1. num. 50.* Idem *tit. 2. tract. de restit. & relevat.* [41] Vide *Cujac. ad hanc editionem, §. Item sacramenta. 2. Finder.* [42] Inducenda sunt hæc nomina *Constantius & Constans*: tribuenda quippe hæc Constantino M. [43] *L. 1. C. Theod. de in integrum restitutione. lib. 1.* [44] *L. 7. §. 8. §. 9. minorib.* [45] Ipso Aug. VII. & Constantino C. IV. id est, A. D. 326.

TIT. XXIX.

SI ADVERSUS VENDITIONEM PIGNORUM. [46]

Si res minoris est vendita jure creditoris minor non restituitur, nisi ob enormem damnum. Bald.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Sabinæ & aliis.

ETIAM [47] adversus venditiones pignorum [48], quæ à [49] creditoribus fiunt, minoribus subveniri, (si tamen magno detrimento afficiantur) jampridem placuit: Si igitur pignori captis prædiis, ac distractis, enorme damnum ex hujusmodi venditione passos vos ostenderitis; præsertim cum hodie minores vos esse affirmetis, auxilium restitutionis vobis impertietur. Dat. X. Kalend. Decembr. *Sirmii*, ipsis AA. CONSS. 293.

II. Iidem AA. & CC. Severæ & Clementinæ.

REm [50], quàm à [51] patre vestro quondam creditor ejus obligatam sibi distraxit, per ætatem vestram postulantium revocari desiderium non habet rationem: Quod juris est, etiamsi extraneo successistis: Nam si creditor non bona fide versatus est: ipsum magis, vel tutores, sive curatores vestros, qui hanc venundari passi sunt, convenite. Dat. XIII. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

[46] 2. *Eclog. 12.*

[47] Minores restituuntur adversus venditionem pignorum Fisco factam à fisi creditoribus si in magno detrimento sint affecti. *Synops. Basil. 12. tit. 1.*

[48] *L. 9. J. l. 38. ff. de minorib.*

[49] Adde *l. 4. J. de rebus alien. non alienandis. l. 2. in fin. J. de prædiis & aliis rebus minorum.*

[50] Restituuntur minores adversus venditionem pignorum à creditoribus factam: nisi forte rerum pignori ex obligatione creditoribus non ipsi minores. *1. Harm. 12. §. 43.*

[51] Minor adversus distractionem corporum pignorum & fiduciarum, quas pater obligaverat (si non ita ut oportet distractæ sint; restitui in integrum potest. *Paul. 1. sentent. 9. §. 2. l. 5. §. 3. ff. de rebus eorum qui sub tut. vel.* & ita pignus hereditarium, id est, successione ad minorem delatum, potest à creditoribus distrahi; Consentiente, id est, à minore constituto non potest.

TIT. XXX.

SI ADVERSUS DONATIONEM. [52]

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Theodoræ.

SI [53] quæ res [54] ante nuptias congruenti [55] moderatione à minore annis viginti quinque marito sponsalium tempore, etiam curatore præsente, tibi donata sunt: obtentu ætatis non revocabuntur. S. III. Non. Novemb. DIOCLETIANO & ARISTOBULO CONSS. 285.

Tutor non potest alienare res donat as filiis emancipatis.

II. Iidem AA. & CC. Medex.

SI in te ac fratrem tuum emancipatos [56] pater vester donationem fecit: in alium postea transferendo portionem ejus, nihil vobis abstulit: Nec si frater tuus [tibi] quæstus prædii rustici partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit propter Senatusconsulti auctoritatem: nec auxilium in integrum restitutionis hac in re necessarium est. In aliis vero rebus quæ etiam sine decreti recitatione alienari possunt: si, postquam sibi donatæ fuerint, postea alii donanti eandem patri voluntatem

Donatum à patre minori emancipato, sequit alteri pater donare. *Synops. Basil. l. c. 10.* ut quidem minore ipso consentiente. *1. Harm. 12. §. 26.*

[52] 2. *Eclog. 12. Syn. Basil. 10. tit. 12. & 1. Harm. 12. §. 47.*

[53] Mobilia. Nam immobilia non possunt sine decreto alienare. *l. 8. J. de prædiis & aliis rebus minorum.*

[54] Minor potest uxori maritus cupiturum causa donare, curatore præsente: aliud si nimium si donavit. *l. 4. J. de minor. l. 12. §. 3. ff. de admin. tutor.*

[55] Pater non potest res donatas filiis emancipatis revocare: vel tu. *l. 1. ff. quæ fraus.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tatem [1] in minori ætate commodavit, nec præstituta tempora restitutionis excesserit: hoc auxilium implorare potest. Dat. VIII. Kal. Januar. AA. Conss. 293.

1 Qui alienare non potuit, non potest alienationi consentire. *l. 150. ff. de reg. jur.*

TIT. XXXI.
SI ADVERSUS LIBERTATEM. [2]

De sententia.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Hamniæ.

Si post decretum prætoris viri clarissimi, qui *fideicommissariam libertatem deberi pronunciavit*, Secundus, (quem conditioni non paruisse conquereris) manumissus non est, ætas tua litis instaurationem admittit. Quod si libertatem (quamvis indebitam) dedisti, non posse eam revocari intelligis: sed damnum [4], quod ob eam causam illatum est judicio negotiorum gestorum à curatoribus tuis esse sarciendum. P. P. II. Kalend. Jul. Laterano & Rufino Conss. 198.

2 *Zoës.* 18. 3 Minor adversus jam sollemnem libertatem restituere non potest: adversus fideicommissariam competit. *l. 11. §. 1. ff. de minorib. l. 35. ff. de manumiss. 4 l. 2. §. 3. eod. l. 11. l. 48. §. 1. ff. de minorib.*

De manumissa vindicta.

II. Imp. Gord. A. Solanæ.

Etsi [5] minor viginti annis, ut allegas, constituta, servum tuum ab eo circumscriptus, in consilio [6] manumisisti: tamen vindictæ [7] impositio, qua libertas justa munitur, nec obtentu quidem ætatis rescindi potest, indemnitati [8] vero tuæ à manumisso, scilicet sarciendæ, ab eo, cujus jurisdictio est, quatenus juris ratio permittit, consuli debet. P. P. VI. Id. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

5 Et emancipare, *Synes. Basil. 10. tit. 13. vid. l. de minoribus libertate, & quæ consilium manumittendi 50. Zoës. 13.* 6 Dixi ad *l. 1. §. 7.* 7 Vid. *l. 2. in fin. C. eod.* 8 *Zoës. l. loco.*

Si vindicta vel alio modo manumissio facta sit: & de fraude curatoris.

III. Impp. Valer. & Gallien. AA. Marthonæ & Sabinillæ.

Quos retrahi in servitutem postulatis, si non [9] in concilio causa cognita, cum minores annis viginti fuissetis, manumissis, non [10] per in integrum restitutionem, sed ipso [11] jure persequi potestis. Quod si probata causa, libertas præstita est: restitutio in integrum contra libertatem locum habere non potest. Si tamen in ea re, culpa seu fraude libenti, ejusdemque curatoris tatio vestra læsa sit: sarciri [12] damnum ab eo, qui hoc intulit, Præses provinciæ curabit, non dubitaturus etiam graviorem executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendum in libertо crimen deprehendatur. P. P. VIII. Octob. Seculare II. & Donato Conss. 261.

9 Certa ætas? quia quod ab ullum rescindi non potest. 10 Vid. *l. 2. §. in quibus causis restitutio.* 11 Vid. *l. 2. in fin. C. eod.* 12 Sententia pro libertate lata ne quidem prærogativa minoris ætatis rescindi potest. *Synes. Basil. 109. Isocrates, or. ad Demonic. ep. 4.* 14 *L. 20. ff. de appellationibus.*

De sententia.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Tatiano.

In [13] judicio de liberali causa sententiam pro libertate latam, ne quidem prærogativa minoris ætatis fine appellatione [14] posse rescindi, ambigi non potest. Dat. VI. Id. Jan. ipsis AA. V. & IV. Conss. 293.

TIT. XXXII.
SI ADVERSUS TRANSACTIONEM [15] VEL DIVISIONEM [16] [IN INTEGRUM MINOR RESTITUI VELIT.]

Minore restituto contra transactionem vel divisionem, restituitur adversarius ad veterem actionem. Bald.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Antonio.

Cum in integrum pupilla restituta, rescindi transactionem [17] vel divisionem [18] placuit: tu quoque actionibus, quas pridem habuisti, uteris. P. P. XV. Kalend. April. *Sirmii*, AA. Conss. 203.

15 Transactione læsa minor restituitur, 10. *Eod.* 14. 16 Divisione læsa minor restituitur. adde *l. 17. §. de pod. minorib.*

De judice competenti, & de causa cognitione.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Hymnodæ.

Si ex persona minorum in integrum restitutio adversus transactum propter ætatis auxilium implorerur: tibi quoque agenti ex integro vel replicatione contra exceptionem pacti, vel si peremptam esse constet, pristinam obligationem ex instauratione negotii tributa [19] [tibi] actione consulendum est. Dat. Kalend. Decemb. AA. Conss. 303.

17 *L. 96. §. 1. ff. de minorib.* minor transigere, restituitur. *Synes. Basil. 10. tit. 14.* 18 *l. penult. §. non. Arist. l. 17. §. de pod. minor. l. 1. §. in fin. & in fin. ff. de rel. iur.* 19 Tributa actione rescissoria. *Cujacius ad l. 18. ff. de minorib.*

TIT. XXXIII.
SI ADVERSUS SOLUTIONEM [20] A TUTORE VEL A SE FACTAM.

Minor causa cognita restituitur adversus solutionem factam ejus curatori. Bald.

I. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Soterichæ.

Exemplo cæterorum debitorum tutores etiam, quæ ex administratione tutelæ debent, curatoribus solventes liberantur: sed ante tempus in integrum restitutionis præstitutum edicto perpetuo permissum [21] beneficium implorari, & an sit tribuendum, per causæ [22] cognitionem æstimari potest. Dat. VI. Id. Febr. CC. Conss. 294.

20 Solutione tutoris vel curatoris læsus minor restituitur. *l. 98. §. 2. ff. de solutionib.* vid. *Accurs.* 23 *l. 63.*

21 Permissum, *Cujac. 17. obs. 6.* 22 *L. 11. §. 3. l. 24. §. 1. l. 44. ff. de minorib.*

II. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

Indebito [23] legato, licet per errorem juris à minore soluto repetitionem ei decemi: si necdum tempus, quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit, rationis est. Dat. XV. Kal. April. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

23 *L. 25. ff. de minor.* adde *Synes. Basil. 10. tit. 15.*

TIT. XXXIV.
SI ADVERSUS DOTEM [24].

Minor circumscripta in datione dotis viro tanta dote indigno, non tantum ipsa restituitur, sed etiam heres ejus.

I. Imp. Alex. A. Valenti.

Quoniam circumventam [25] dicis sororem tuam omnia [26] bona in dotem dedisse: an veritas allegationi [tuæ] adsistat; si [27] ad te hereditas sororis tuæ, vel bonorum possessio pervenit, & tempora [28] nondum præterierint, intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutionem; præses provinciæ, præsente adversa parte [29] examinabit. Dat. VI. Id. Jul. Maximo & Paterno Conss. 234.

24 *Zoës. 4. 16.* 25 Dotem omnium bonorum constituendo minor circumscriptus restituitur, ut hic adde *Synes. Basil. 10. tit. 16.* Eadem ratione in dotis constitutione decepta restituitur. *Novell. 22. §. 50.* 26 *L. 3. §. 3. l. 9. §. 1. ff. de minorib.* Idem dicendum si supra vires patrimonii. *l. 43. §. 1. ff. de admin. tut.* 27 Hæres minoris mulieris deceptæ in dote constituenda restitutionem petere potest. Restitutio transit ad heredem. *l. 18. §. 5. ff. de minorib. l. 6. §. fulcr. matrimon.* 28 *L. 2. l. 4. §. de jurej. l. 8. ff. de in integr. restit.* 29 Id est, marito: ut hinc colligas, dotem profectitiam posse inscitem mutare. vid. quæ scripsi ad *l. 4. §. fulcr. l. 6. ff. de jur. dot. l. 40. ff. fulcr.*

TIT. XXXV.
SI ADVERSUS DELICTUM.

Regula & exceptio.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Longino.

In criminibus [30] quidem ætatis suffragio minores non juvantur: etenim malorum mores infirmitas [31] animi non excusat. Si tamen delictum non [32] ex animo, sed [33] extra venit: noxia non committitur, etiam si pœnæ causa pecuniæ damnum irrogetur: & ideo minoribus in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit. Dat. Id. Octob. Severo A. II. & Victorino Conss. 201.

30 *L. 2. §. cod. l. 9. §. 2. l. 37. §. 1. in princ. ff. de minoribus. 1. Faust. sent. 9. §. 1. l. 36. ff. de adult. l. 14. in fin. ff. de ill. & intestat.* 31 Infirmitas non excusat peccantem. 32 Hanc negativam Haloander non legit. 33 Sed ex contractu, *Mal.* id est, ex re ipsa tantum. Græci ita legunt: ἀλλ' ἔστι τὸ ἀκούσιον ἐπὶ τῶν συμβάντων ἐξ ἀνάγκης ἢ ἀγνοίας. *Harmen. 1. tit. 2. §. 25. ἀ μὴ ἐκ συνηθείας ἐγένετο ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως γενόμενα τὰ ἀκούσια.* Contractus, inquam, eosque involuntarios. vid. *Cujac. hic.* 34 Ætas non excusat à delicto: nisi tam imbecillis sit, ut non sit capax delicti. vid. *Molin. de usur. quæst. 23. num. 164.* 35 Aliam rationem affert, ne & filium & hereditatem ejus simul amittat.

TIT. XXXVI.
SI ADVERSUS USUCAPIONEM.

Contra usucapionis damnum minor restituitur.

I. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Isidoræ.

Contra eos, qui res [36] minorum tenent, si usucapione [37] dominium acquisierint, restitutionis auxilium eis decerni debet. Dat. Kalend. Maji, *Sirmii* CC. Conss. 294.

36 Confuse satis loquitur Imp. nec distinguit mobiles an immobiles. 37 Sic statuo. Res pupilli mobiles, viles præsertim & tempore peritaras, legitime à tutore distrahi. *l. 22. circa fin. ff. de admin. tut.* easque usucapi. Sed & immobiles legis præscripto, & sine ulla lassione alienatas in eadem causa fieri. *ff. si adversus vend.* Si alienatæ illegitimè venditæ sint, non usucapi, *ut hic. l. 45. ff. de minorib. l. 48. in princ. ff. de adq. rer.* adde *l. ult. ff. in quibus caus. in integr. l. 3. in fin. ff. de præscript. 30. & 40. Zoës. 4. tit. 18.*

TIT. XXXVII.
SI [38] ADVERSUS FISCUM [39].

De venditione.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Longino.

Si Probus in minore ætate constitutus, circumventus à Rufino dispensatore [40] nostro, venditionem [41] rei, præcipiti animo, pretio longe minore [42] contrahere festinavit: juris publici [43] fiscus noster in integrum restitutionis jure sequetur auctoritatem [44]. Dat. * Severo A. II. & Victorino Conss. 201.

38 Etiam adversus fiscum restituitur minor. adde *l. Harm. 12. §. 46. & Syn. Basil. tit. 19.* 39 *Eod. 16. c. 19.* 40 Dispensator Principis, qui ejus pecunias administrat. *C. Theod. de his, qui eos dispensatore cum detinent. 20. tit. 24.* adde *l. 4. §. de fide instrum. & quæ scripsi ad Varronem in fine lib. 4. Nonium 3. num. 18. Pet. in lib. Sententiar. Theophil. §. recte. Inst. de mandat. l. 51. ff. de solution.* 41 Vel locationem. *l. 45. §. 13. ff. de jure fisci.* 42 *L. 2. 8. §. de rescind. vendit.* 43 Id est, communis. Minor restituitur etiam contra fiscum, sicut adversus privatum. 44 Atqui non videtur restituendus, cum si decepto competat ordinarium beneficium. *l. 2. §. de rescind. vendit.* Restitutio utilior est minori, quia non cogitur probare se deceptum altera dimidium justi pretii. *Bald.* 45 De minore restituendo adversus fiscum cognoscit procurator Cæsaris cum Præside, præsente fisci patrono: adversus privatum solus præses.

De judice competenti.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Laurentio.

Edicto [46] quidem D. Marci [47] parentis [48] nostri res minorum exceptæ [49], nihil tuum adjuvant desiderium: siquidem debiti [50] causa patris minoris, vel etiam ipsius prædia venundata quinquennii [51] præscriptionis nullam admittunt quæstionem. Sed quoniam per collusionem sive fraudem, tunc temporis Procuratoris nostri nimis exiguo [52] pretio fundum tuum cum mancipiis venundatum asseveras: si aditus Rationalis [53] noster tuis adesse fidem allegationibus, nec [54] servatam solemnitatem hastarum animadverterit: fisco te satisfaciente, revocata venditione fundum tibi restitui jubebit. Dat. Id. Februar. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

46 Quo essent à fisco, post quinquennium securus est adversus agentem. 47 §. *ult. Inst. de usucap.* dixi ad *Theoph. ibid. Harm. 3. tit. 3. §. 95. addit Cuiacius.* 48 Imperatores solent prædecessores suos (ne quidem agnatione aut itirpe conjunctos) parentes appellare, *ut hic: & l. 1. ff. ne licit. potentiorib. l. ult. ff. de edendo. l. 1. §. quibus causis restit. l. 2. §. de reb. eorum. l. 5. §. de magistratib. conven. l. 1. §. devort. fulc. l. 6. §. de testam. milit. l. 4. §. ad Senat. Trebell. l. 2. §. si pendente appell. l. 4. §. qui bonis cedere. l. 1. l. ult. circa fin. §. qui non possunt ad libert. l. 11. §. de accusat. l. 6. §. de adult. l. 2. §. de falsis. l. 6. §. de servo pignori dato. l. 4. §. de ve milit. l. 2. §. de impub. l. penult. §. de bis, qui numero liberorum. l. unic. §. de rei postulatio. l. unic. §. de periculo rerum, lib. 12. tit. 34. l. 1. §. de omni agro. l. 17. C. Theod. de præteritis. l. 4. C. Theod. de repar.* 49 Exemptæ, *Bal.* 50 Res pupilli, debiti causa potuit à fisco alienari legitimè: eo secuto, minor non restituitur. 51 tamen talis venditio gratiosè facta in necem minoris fuerit, venditio rescindi poterit, minore tamen debitum fisco persolvente. *l. 6. in fin. §. de fide & jure hastæ.* 51 Hodie quadriennii. vide Cujac. §. *de quadriennii præscript.* 52 *L. 3. §. si vendita pignora.* 53 Id est, procurator Cæsaris. *l. 3. §. de jure fisci.* 54 Res immobiles minorum decretis hastis alienari debent. *arg. l. 7. §. 8. ff. de minoribus.*

TIT. XXXVIII.
SI ADVERSUS CREDITOREM [55].

I. Imp. Antoninus Pius A. Prunico.

Cum & ipse profitearis, cum Zenodora minore viginti quinque annis [te] contraxisse, nec [56] doceri potuisse Prætorem Virum Clarissimum ex eo contractu locupletiorem [eam esse] factam: intelligis eam merito in integrum restitutam. Dat. VI. Non. August. Largo, & Messalino Conss. 148.

55 Id est, adversus mutuum: Minoribus etiam cum mutuum sumunt, & id male consumant, succurritur. *Synes. Basilic. 10. tit. 20.* 56 Minor non factus locupletior ex mutuo, vel simplici vel usurario, creditori solutionem denegare potest: id ut faciat, prius in integrum restituendus. *l. 2. §. eadem. l. 1. §. de fidejuss. l. 1. minor. l. 24. §. 4. l. 27. §. 2. §. de minor.*

II. Imp. Gord. A. Cajano.

Si (ut allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec [57] ea in rem tuam versa est, adversus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes solemniter postulare. P. P. III. Non. Februar. Gord. A. II. Cons. 242.

minor. nec interest extraneus an ipse tutor mutuum dederit. vid. *Molin. de usur. quæst. 37. n. 274. 280.* 57 Vid. *l. 1. §. eadem.*

1 Si ut se ab hereditate abstineat. sing. si se abstinuit hereditate. *Hal. Eclog. dict. loco. cap.* 21. 22. adde *l.* 3. §. 2. *ff. de minoribus.*

2 Minor restituitur, si non commodo suo hereditati se immiscuerit, vel eam adierit vel a contrario. *Syn. Basil.* 19. *tit.* 22.

3 In filio non est necessaria verbalis hereditatis paternæ repudiatio.

4 Ubi de veritate constat, verbis non est opus. Interdum tamen verba requirantur ut in stipulatione. *l.* 1. *in prine. ff. de verb. obl.* novatione. *l.* 1. *in fin. ff. de novationib.* testamento nuncupativo. *l.* 29. *in pr. ff. de testam.*

5 *L.* 7. §. 5. *ff. de minoribus.*

6 Creditores citandi, quoties neglecti læsi possint. *l.* 39. *ff. de adopt. l.* 47. *ff. de re judic.*

7 Præsens in judicio, non est citandus.

8 Restituto adversus hereditatem conceditur post tres menses, si citandi citati non comparent. vide Guidonem Papæ, *decis.* 141. 142. *Retam dec.* 19.

9 Judex ex officio suo potest, parte sua petente, providere atque prospicere, ne bona pereant minoris ex absentia. *Jasius. Bald.* vel anno tantum. *l.* 1. *quando non petentibus.*

10 Inventarium tutoris apud acta conficiendum. Ita confectum dicitur

11 Patre suo forte vel exheredato, vel mortuo.

12 Id est, repudiasti, & avitam antea non adiitam amplecti.

13 Minor potest paternam hereditatem repudiare, & aviam antea non adiitam amplecti.

TIT. XXXIX.

SI MINOR [1] AB HEREDITATE SE ABSTINEAT.

1. Impp. Sever. & Antonin. AA. Florentino & aliis.

SI vos paternæ hereditati non immiscuistis: ob eam rem testificatio [2] necessaria non fuit, cum fides [3] veritatis verborum adminicula non desideret. Quod si pro [4] herede gessistis, vel bonorum possessionem accepistis; propter ætatem, cui subveniri solet, in integrum restitutionis auxilium accipere debetis. P. P. VI. Nonas. Maji, Saturnino & Gallo Conss. 199.

In Authent. ut spon. larg. §. ad hæc quoque coll. 9. constit. 12. tit. 2. seu Novell. 119. cap. 6.

Si omnes creditores [6] præsentes sunt, ubi restitutio postulatur, & judice vocentur: ut interesse cum minor sit abstineat: Sed si omnes absint [7], vel quidam, solemniter a judice citentur [8]: quibus intra tres menses non apparentibus, minor sine periculo ab hereditate discedat: judice providente [9], ubi & qualiter res hereditaria debeant custodiri, quantitate earum in alia [10] manifestanda.

11. Imp. Gordianus A. Herodoræ.

SI, cum avi tui testamento te heredem [11] reliquisset, hereditates eorum non adiisti [12]: liberum tibi est, repudiata [13] paterna successione, per in integrum restitutionis auxilium (quo te ætatis jure dicis esse munitam) hereditatem parentum tuorum (licet antea non adiisti) nunc obtinere. P. P. III. Nonas Febr. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

TIT. XL.

SI UT [14] OMISSAM HEREDITATEM VEL BONORUM POSSESSIONEM, VEL QUID ALIUD ACQUIRAT.

1. Imp. Gordianus A. Protæ.

MINORES viginti quinque annis non tantum in his, quæ ex bonis propriis amiserunt, verumetiam si hereditatem sibi delatam non [15] adierint, posse in integrum restitutionis auxilium postulare, jamdudum placuit. P. P. Id. Octob. Ulpio & Pontiano Conss. 239.

11. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Sarapiadi.

AD bonorum possessionem [16] in paternis rebus omissam minores in integrum restitutionis admitti beneficio jampridem placuit. Restituti autem decreto, bona quæ habuerunt mortis [17] tempore patris, debent conferre [fratribus.] Dat. XVI. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

14 Minor sive emiserit hereditatem vel bonorum possessionem, restituitur, *ut hic.* Omittere sit non adquirere. Superiori titulo, de hereditate mala; hoc est, cum incommodo minoris adquisita, dictum est. adde *l.* 4. *J. de curat. tutelæ.*

15 Omissam hereditatem minor adire potest. *l.* 7. §. 7 *ff. de min. l.* 8. §. 6. *J. de bon. quæ liber.*

16 Ad bonorum possessionem omissam, minores admitti possunt.

17 *L.* 6. *J. de cull.*

TIT. XLI.

IN QUIBUS CAUSIS IN INTEGRUM RESTITUTIO NECESSARIA [18] NON EST.

De morte defuncti non defensa.

1. Imp. Alexand. A. Mutato.

MINORIBUS viginti quinque annis (præsertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obesse, si [19] mortem defuncti parentis non ulciscantur, in numeris Divorum Parentum meorum ac meis rescriptis continetur. v. Idus Maji, Alexandro A. III. & Dione Conss. 230.

De querela inofficiosi.

11. Impp. Valerian. & Gallien. AA. Theodoræ.

ADolescentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cujus præscriptio [20] seram inofficiosi [21] quæstionem moventibus opponi solet, manifeste ante descripsimus. Impleta igitur ætate legitima, non est in integrum restitutio necessaria: quia non redintegratio [22] amissæ causæ his datur, sed integra ipsa causa servatur [23]. P. P. II. Id. August. Tusco & Basso Conss. 259.

De mora.

III. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Decimo.

IN minorum persona [24] re ipsa, [&] ex solo tempore tardæ pretii solutionis [25], recepto [26] jure moram fieri creditum est: in his videlicet, quæ moram desiderant, id est, in bonæ fidei contractibus, & fideicommissis [27], & legatis. [28]

De sententia lata contra tutorem, qui pro officio tutelari non caverat.

IV. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI tutor tuus, qui pro tutelari officio non [29] caverat, judicio expensus est; contra eum lata sententia, juri tuo officere non potuit: nec ea quæ ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Fruftra ergo in integrum restitutionis auxilium desideras: quando ea, quæ ab eo gesta sunt, qui legitimi administratoris personam sustinere non potuit, ipso jure irrita sunt. S. XVIII. Kal. Novemb. *Nicomedia*, CC. Conss. 294.

18 Id est, non habet locum.

19 Pœna multæ mortis defuncti non habet locum in heredibus minoribus. Mortem defuncti non vindicasse, minoribus non nocet, aliis nocet. vid. *l.* 6. *J. de his quib. ut indign. Syn. Basil.* 10. *tit.* 23.

20 Quinquennii. *l.* 8. *in fin. ff. de inoff.*

21 Tempus movendæ querelæ de inofficioso ipso jure non currit minoribus. vel ita, Inofficiosi testamenti querela legitimam ætatem adsequuta, intra quinquennium peritur. Minoribus autem nisi XXV. annum impleverint, quinquennii tempus non currit. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 13. adde *l.* 1. *J. de in integrum restitut.*

22 In integrum restitutio: ita definitur a Paulo 1. *sent.* 7. §. 1.

23 Quid hinc sequitur? minores non proposita querela inofficiosi intra quinquennium, ipso jure defendi: Eorum silentio adversariis nihil adquiri. Plus est integram causam servari, quam restitui. Hujusmodi silentium nullum est: si valuisset ad tempus necessaria esset restitutio, non valuit: & tamen minor juvatur. manet igitur illi causa integra. 24 Favore minoris, re ipsa & sine tempore, sine interpellatione ulla (ut & in bonæ fidei contractibus, & in testamentis) mora contrahitur: ideoque debitor minori præstat usuras. *l.* 5. *J. de act. empt. l.* 5. *ff. de minorib. l.* 1. §. *ult. ff. de usur. l.* 26. §. 1. *ff. de fidejuss.* Hujusmodi mora à Molinæo irregularis mora nuncupatur, 40. *de usur. n.* 205. vel ita, Debitores minoris, si debitum aut fideicommissum ultro ei non solverint, moram ei committunt. Denique, Mora fit minori re ipsa sine interpellatione, *ut hic, & l.* 87. §. 1. *ff. de leg.* 2. ut & Fisco. *Glos. l. eum quidem* 17. §. *fisco* 5. *in verbo Inferunt, ff. de usuris. Baldus & Jason l.* 1. *Cod. de his quibus ut indignis.* & Ecclesiæ plures causæ, *Glos.* §. *item minor. nihil Jas. Instit. de act.* vid. *Everardum loco à minoribus ad fiscum* 64. 25 In bonæ fidei contractibus, & quibusdam strictis juris judiciis, usuræ debentur ipso jure. 26 Recipi dicuntur, quæ moribus & consuetudine, seu illiterato suffragio admittuntur. 27 Testamenta sunt strictis juris & tamen hic petuntur usuræ ex mora. Privilegium ætatis quam propriæ actionis naturam magis spectari hinc colligunt. *l.* 3. §. 2. *ff. de administr. legator.* 28 Confer *l.* 47. *ff. de legat.* 1. *& l.* 24. *ff. de usur.* Add. 29 Tutor (excipe testamentarium) qui rem pupilli salvam fore non cavit, rerum pupillarium administrationem non habet. *J. de tutore qui non satisfedit.* Lata sententia contra eum qui administrationem tutelæ non habet, nulla est, ideoque minori talis sententia non nocet.

De præscriptionibus.

v. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

SAncimus [30] favore imperfectæ [31] ætatis exceptionem non numeratæ [32] pecuniæ ab initio [33] minoribus [34] non currere; nedum in integrum restitutionem expectamus [vel] aliquod emergat obstaculum, per quod hujusmodi beneficio minor uti non possit, vel substantia ejus subvertatur. Sed humanius est, latius eandem legis interpretationem extendere, in omnibus casibus, in quibus vetera [35] jura curtere quidem temporales præscriptiones adversus minores concesserunt, per in integrum autem restitutionem eis subveniebant, eas ipso jure non curtere: *Melius etenim intacta [36] eorum jura servari, quam post causam vulneratam remedium quærere:* videlicet exceptionibus retiginta, vel quadraginta annorum in suo [37] statu remanentibus. Dat. Kalend. Novembr. *Constantinop.* post Lampadium & Orestim VV. CC. Conss. 531.

30 Sanctimus, *Donat.*

31 Minor ætas imperfecta.

32 Exceptio non numeratæ pecuniæ, minoribus non currit. *Synopsf. Basil.* 10. *tit.* 3. *in fin.*

33 Id est, ante hac.

34 Aliud in non minoribus. *l.* 3. *J. de præscript.* 30. *annor. l.* 3. *J.* quibus non objicitur.

35 Olim curtebat præscriptio exceptionem peremptoriam, quadriennio post. vid. Marbo præscript. 30. annor. *Hodie præscriptiones licet multisque sint judice cessante.*

36 *L.* 2. *in fin. J.* vid. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 6. *tit.* 1. §. 7. quando

37 Quis status earum exceptionum adversus minores? An ut currant adversus minores non restituendos, ut vult Accursius? aut non restituendos, ut vult apud eundem Aldricus? An verò, ut non currant pupillis, sed adultis, ut vult Baldus? vid. *Bart. hic num.* 11.

bat quidem præscriptio adversus minores, sed adversus eam restituebantur. Hodie minorum annis triginta minoribus non curruntur: ut sit sensus, Hodie non modo cuniæ, non numeratæ, opponi per minores, universo triginta annorum tempore & sed & aliæ exceptiones quæ tempore solent præscribi.

TIT. XLII.

QUI ET ADVERSUS QUOS IN INTEGRUM RESTITUI NON POSSUNT.

Si adolescens diligens, & industrius esse dicatur; si decurio sit; si liberos susceperit.

1. Imp. Alexander A. Cononidi.

IN consilio quidem cognoscentis de restitutione in integrum esse oportet, num is, qui se minorem annis lapsum esse dicit, diligens [38] paterfamilias fuerit, actibusque publicis industrium [39] se docuerit, ut lapsum eum per ætatem verisimile non sit. Verum si [40] causa cognita circumventus deprehendatur: propter hoc solum velut præscriptione à solito auxilio removeri non debet, scilicet quod urgentibus patriæ necessitatibus decurio [41] minor annis creatus sit, vel prorogandæ [42] soboli liberorum educatione prospexerit. P. P. x. Kal. Octob. Luro & Maximo Conss. 233.

An contra parentes, vel patronos detur restitutio.

11. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

CUm [43] apud veteres dubitabatur, an liberi [44] parentes suos, vel liberti patronos in querimoniam deducere possent, quasi non [45] rite in eos versaros: Quidam existimabant, nullam esse contra hujusmodi personas in integrum restitutionem, pondere naturali, vel patronali reverentia hujusmodi petulantiæ refragante; nisi vel [46] ex magna causa, vel adversus turpem eorum personam: Alii autem personarum quidem, vel causæ distinctionem respuendam [esse] censuerunt; nunc autem tantummodo dandam esse restitutionem putaverunt, cum minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris, vel patroni circumscriptum esse diceret. Sed ut maneat [47] in omnibus honor parentibus, [&] patrono, vel patronæ illibatus, atque intactus: fancimus, nullo modo, neque adversus parentes utriusque sexus, neque adversus patronum, vel patronam dari restitutionem [48]: nam personarum reverentia omnem eis excludit [49] restitutionem: cum proculdubio sit, etiam ipsas personas cavere, ne quid fuæ opinioni contrarium existat. Dat. Kal. Sept. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

38 *L.* 12. §. 1. *l.* 44. *ff. de minorib. Synopf. Basil.* 10. *tit.* 44. *Harm.* 12. §. 66.

39 Præsumitur pro industria.

40 Veritatis gratia recedatur a verisimili, nisi quod tantum verisimile est.

41 *L.* 16. *J. de prædiis, & aliis rebus minor.*

42 Vid. *l.* 12. *J. de administ. tut.*

43 Minor adversus patronum patronumve queritans movens restituitur. *Syn. Basil.* 10. *tit.* 24. *in fin.*

44 *L.* 27. *in fin. ff. de minorib.*

45 *L.* 11. §. 1. *ff. de dolo. l.* 4. §. 16. *ff. de dol. except. l.* 7. *ff. de obsq.*

46 *Novell.* 115. *cap.* 1.

47 *Novell.* 115. *cap.* 1.

48 Datur tamen in factum actio. *l.* 3. *in fin. ff. de dolo. l.* 11. *in fin. ff. de dolo.*

49 Imo non excluditur. *l.* 1. *ff. adversus rem jud. l.* 2. *ff. adversus donation. l. ult.* §. 1. *quod. solentes, &* §. 6. *de bonis quæ liberis.*

TIT. XLIII.

SI [50] MINOR SE MAJOREM DIXERIT, VEL [MAJOR] PROBATUS FUERIT.

De errore.

1. Imp. Alexander A. Maximianæ.

SI cum minor annis viginti quinque esses, tabulis [51] quæ sunt tuarum professionum [52], oblatis tibi, ætatem quasi major annis viginti quinque decepta [53] probasti, in integrum restitutionem intra statutum legibus tempus, etiam post impletam ætatem, de omnibus [54] intra [eam] ætatem adversus te gestis, postulare apud eum, cui de ea re jurisdictio est, potes. P. P. XII. Kal. April. Maximo & Paterno Conss. 234.

De dolo & fallacia minoris.

11. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Vitaliano.

SI is, qui minorem nunc se [esse] adseverat, fallaci majoris ætatis mendacio te deceperit, cum juxta statuta juris etruscis [55] non etiam fallentibus minoribus publica jura subveniant, in integrum restitui non debet [56]. Dat. III. Kalend. Decembr. Diocletiano II. & Maximiano AA. Conss. 293.

De dolo minoris; de injuria & circumventione adversarii; de jurejurando.

III. Iidem AA. & CC. Theodoræ.

SI alterius circumveniendi causa, minor ætate majorem te probare aspectu [57] laboraveris, cum malitia [58] suppleat ætatem, restitutionis auxilium, tam sacris constitutionibus, quam rescriptorum auctoritate denegari statutum est. Quod si per injuriam, vel circumventionem adversarii hoc fuerit factum: durabit beneficium, quo minoribus causa cognita subveniri solet. Aditus itaque Præses provinciæ, probationis ætatis examinata causa; si tuum dolum non reperierit intercessisse, ac te minorem [tunc] fuisse probaveris; causa cognita in integrum restitui providebit. Si [60] tamen in instrumento, per sacramenti [61] religionem, majorem te esse adseveraffi: non ignorare debes, exclu-

50 *L. Ecloga.* 4. *tit.* 25.

51 Adde *l.* 2. §. 2. *J. tit.* 44. *& l.* 15. *l.* 16. *ff. de probat. l.* 2. §. 1. *ff. de excusf. tut. Mitas* liberorum probari ex libro paterno potest. vid. *Rolandum a Valle* 1. *cons.* 31. *num.* 2. 3.

52 Si minor errore lapsus, sese majorem dixerit, nihilominus restituitur. 1. *Harm.* 12. §. 53.

53 Hujus generis sunt crebriores libri. *l.* 3. *ff. de confessis. & multa* 3 *plena*, libri annorum, quos parentes solent numerare causa conficiendæ hereditatis. *l.* 6. *in fin. ff. de in integr.*

54 *L.* 37. §. 1. *ff. de minorib. l.* 3. §. 3. *ff. ad Vellejan.*

55 Alius casus quo denegatur minori restitutio est in *l.* 24. §. 2. *ff. de minorib. & l.* 11. §. 1. *ff. eod. Add.* Non restituuntur ergo qui dolum admiserunt. Vide Odde, *de restit. in integr. quæst.* 24. Andr. Gail. *lib.* 2. *obser.* 65. Argent. *ad Consuetud. Britannic. artic.* 471. *num.* 3. S. I.

56 Vel III. vel IV. id est, per proprium Mallitiæ minoris

57 Ætatis justum repræsentat ac fupplet: vel sic, Malitiæ non succurritur. *l.* 38. *ff. de rei vindic. l.* 137. *ff. de reg. jur.* 60 Si minor se majorem dixerit, aut probaverit apud Præsidem, aut per sacramenti religionem in instrumento adseveraverit, aut corporaliter juraverit, aliquando restituitur: aliquando non restituitur. *Synopf. Basil.* 25. *tit.* 25. *in princ.* 61 An minor adversus juramentum restituatur. vid. *l.* 1. *ff. adversus vend. l.* 9. §. 4. *ff. de jurejur.*

sum [1] tibi esse in integrum restitutionis beneficium? nisi palam & evidenter ex [2] instrumentorum probatione [3], non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. Hujusmodi autem sacramento cotporaliter [4] præstito nullum tibi superesse auxilium, perspicui juris est. Dat. XIII. Kal. Octobr. *Sirmi* CC. Conss. 294.

De errore.

IV. Idem AA. & CC. Labio.

CUm circa probandum annorum numerum, apud Rectorem provinciæ erratum esse proponas, & in hujusmodi causis etiam filiisfamilias minoribus subveniri admissum sit: ea, quæ in prece [5] contulisti, Præsidem provinciæ examinate convenit: qui, si æstimata ætate tua majorem annis falsa [6] opinione te præsumpsisse ex probationum luce cognoverit, erga minoris personam fidem veri sequetur. Dat. VI. Idus Decembr. CC. Conss. 294.

[1] Non videntur esse indubitatus. *Salve*: Plus est corporaliter juratum, quam instrumento aut nuda manu. Corporaliter autem, est tactis Scripturis Evangeliis vel aliarius. vid. *l. 1. T. si adversus vend.* adde *l. 10. Ruleg. 4.* [2] Scriptum scripturumque retinuam hanc colligit Cujacius ad Novell. 90. [3] Probationes. *Bal.* sic Græci explicant. ἀπόδειξις καὶ ἀπόδειξις. [4] corporaliter & ipsa veritate. [5] Precæ. [6] *L. 7. T. de in integrum.*

T I T. XLIV.

SI SÆPIUS [7] IN INTEGRUM RESTITUTIO POSTULETUR.

De re judicata.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Romano, & aliis.

[SI] post sententiam Proconsulis contra vos latam desideratis in integrum restitui, nec obtinuistis: frustra rursus, ut ea [8] quæstio [in integrum restitutionis] agitetur, desideratis; appellare [9] enim debuistis si vobis sententia displicebat: Sed [10] si adhuc in ea ætate estis, cui subveniri solet, appellandi jus vobis restituimus. P. P. v. Kal. August. Chilone & Libone Conss. 205.

De novis causis.

II. Imp. Alexander A. Justo militi.

QUanquam curatores [11] pupillæ victi sunt, cum in integrum restitui pupillam desiderabant: cum tamen novis [12] defensionibus causam instrui posse dicas, adeant curatores uxoris tuæ judicem, & petant, ut causas in integrum restitutionis agant. P. P. v. Kal. Aug. Alexand. A. II. & Marcello Conss. 227.

III. Imp. Philippus A. Anitiæ.

IN una eademque causa iteratum [13] in integrum restitutionis auxilium non jure, nisi novæ [14] defensiones prætendantur, petsci, sæpe rescriptum est. P. P. XI. Kalend. Jul. Perrorino & Æmiliano Conss. 245.

[7] *L. Paul. sent. §. 3. Ruleg. d. l.* tit. 28. [8] Id est, eadem. [9] Exceptionis genus observa, *Tibi liquet, si non appellet.* [10] Adversus sententiam judicis adhuc minoribus datur. *Synops. Basil.* 10. tit. 20. *Harmenop.* 12. §. 47. [11] Qui silent pupillo dari ad litem. [12] Nova defensio novam causam facit. [13] *Ex heroicis Synops. Basil.* 40. tit. 26. & 1. *Harmen.* 12. §. 48. [14] Denegata semel restitutio non est amplius petenda: nisi petator ad aliud, vel ad idem ex nova causa, ut hic.

T I T. XLV.

DE HIS [15] QUI VENIAM ÆTATIS IMPETRAVERUNT [16].

De restitutione deneganda.

I. Imp. Aurelianus A. Agathocli.

EOS qui veniam ætatis [à principali Clementia] impetraverunt, etiamsi minus idonee rem suam administrare videantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimum est: ne hi, qui cum eis contrahunt, Principali [17] authoritate circumscripti esse videantur. P. P. Kalend. Jul. Aureliano A. & Capitolino Conss. 275.

De venia ætatis concedenda.

II. Imp. Constant. A. ad Verinum P. P. [18]

OMnes [19] adolescentes, qui [20] honestate morum præditi paternam frugem, vel avorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc Imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis veniam impetrare [21] audeant, cum [22] vicesimi [23] anni metas impleverint [24]: ita ut post impetratam ætatis veniam iidem ipsi per se [25] Principale beneficium allegantes, non solum per [26] scripturam annorum numerum probent, sed etiam testibus [27] idoneis advocatis, morum suorum instituta, probitatemque animi, & testimonium vitæ honestioris edoceant. §. 1. Fœminas quoque, quas morum honestas, mentisque solertia commendat, cum octavum & decimum annum egressæ fuerint, veniam ætatis impetrare sanctimus. Sed eas, propter pudorem [28] ac verecundiam fœminarum, cætui publico demonstrari non cogimus: sed præcepta ætatis venia annos tantum [ætatis] probari [posse] testibus [quinque [29], vel instrumentis [30] missio procuratore [31] concedimus: ut ipsæ etiam in omnibus negotiis tale jus habeant, quale & mares habere præscripsimus; ita tamen, ut prædia sine [32] decreto non alienent. §. 2. Sed Senatores [33] quidem Clarissimi viri in hac Regia urbe commorantes apud Sublimitatem tuam: cæteri vero apud Prætorem [34], in provinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus & honestate perdoceant [35]. §. 3. Hi vero, qui contra [36] memoratam dispositionem veniam ætatis à Principali Clementia impetravetint, sciant eam nullas vires obtinere. Dat. III. Kalend. Jul. *Romæ* Crispo II. & Constantino Cæs. II. Conss. 321.

[15] *L. C. Theod.* 11. 10. *Ruleg.* 4. tit. 27. [16] Pith. à Principe. hæc refert *Papin.* 3. *Notar.* 9. *c. de literis & sponsa.* Leonis constitutione, ætatis venia solet impetrari à judicibus. *Nov. Leon.* 28. *in fin.* Goth. Vide Tiraquell. *de Retr. causal. cap.* 9. Mynch. *lib.* 5. *Cons.* 478. Mantic. *de tacit. c.* 37. *n.* 3. *num.* 32. & *seq. usque ad* 62. S. L. [17] Principis auctoritas tamen debet decipi; ideoque prudens judex animadvertat, quod Princeps majora magistratus tantum tribuit. vid. ad hanc locum Mollenium *de usufr. quæst.* 59. *n.* 404. [18] Manin Præfectus urbi. [19] *L. un. C. Th. de his qui veniam ætatis impetrave-runt. I. 2. tit.* 17. [20] Princeps id non solet concedere. *l. 3. §. 3. de minoribus.* [21] Nemo, quibus veniam ætatis Princeps indulgere solet. [22] Ætatis veniam masculus implenda annis viginti, fœminæ impletis octodecim annis à Principe potest impetrare. *Synops. Basil.* 10. tit. 27. vid. 2. *Harm.* 12. §. 22. Leonis vero constitutione, etiam ante vicesimum ætatis annum, veniam ætatis impetrant. *Novell. Leonis* 28. *in fin.* [23] In fœminis ad octodecim, §. 1. *T. sed. dicta Novell. Leonis.* Porro hanc ætatem Constantinus *dicta lege unica C. Th.* inter plenam, perfectamque adolescentiam & robustissimam juventutem medium locat, & firmatam appellat: ætatibus ita distributis, ut prima ætas sit puerities: sequens, adolescentiæ tertia, firmata hæc; quarta, legitima: quinta, senectus. His addatur ætatum distinctio à Servio Tullio constituta, cujus ex 1. Tuberonis historiarum meminit Gellius 10. *c.* 28. Servius enim Tullius cum quinque classes juniorum, cæssus faciendi gratia, instituerat, pueros esse existimavit, qui minores essent annis septemdecim, atque inde ab anno XVII. quos idoneos jam esse Reip. arbitrabatur, militet scripti, eosque ad annum XLVII. juniores: supraque eum annum seniores censuit. [24] Annus in variis ætatis completus requiritur, non inceptus. [25] Ubi personæ examinatio exigitur, procurator non admittitur. [26] Probatur ætas per scripturam. adde *l. 3. T. si minor. si fœminæ.* [27] Ætas scriptura & testibus probari potest. *l. 7. T. de in integrum restitutionibus. l. 3. §. 3. ff. de Carbonianis, l. 13. ff. de probationibus. l. 2. §. 1. ff. de excusat.* hic certe non scriptura, sed & testibus idoneis probanda. [28] Pudor interdum causa est privilegii. [29] Nota casum in quo probatio quinque testium requiritur. [30] *L. 1. T. si minor.* [31] A personæ competitione fœminæ excusantur, *l. ult. T. de except. arbitrio.* [32] Ætatis venia non confert potestatem alienandi immobilia. [33] Non continuo pro majore habetur, qui Senatorium dignitatem adeptus est, adde *l. 1. in fin. T. qui & adversus quos.* [34] Olim apud Præfectum vigilum. *l. 1. Cod. Theodosian. de his qui veniam ætatis.* Ea res facit, ut hoc vocabulo *Prætorem*, Cujacius intelligat Prætorem *plebis*: *ex Novell.* 13. [35] Petens beneficium, causam ejus impetrandi tenetur exprimere. [36] Privilegia contra leges impetrata nullius sunt momenti.

De rerum obligatione vel alienatione.

III. Imp. Justinianus A. Menæ P. P.

EOS qui veniam ætatis à [37] Principali Clementia impetraverunt, vel impetraverint [38], non [39] solum alienationem, sed etiam hypothecam [40] minime posse sine [41] decreti interpositione rerum suarum immobilium fieri jubemus, in quarum alienatione vel hypotheca decretum [42] illis necessarium est, qui necdum veniam ætatis meruerunt: ut similis [43] sit in ea parte conditio minorum omnium, sive petita sit, sive non ætatis venia. Dat. VIII. Id. April. Decio V. C. Conss. 529.

Quæ sit legitima *vel* perfecta *ætas.*

IV. Idem A. ad Senatum.

SI quis aliquid dari vel fieri voluerit, & *legitimæ ætatis* fecerit mentionem, vel [si se] absolute dixerit *perfectæ* [44] *ætatis*; illam tantummodo ætatem intellectam esse videri volumus, quæ & viginti quinque annorum curriculis completur, non quæ [45] ab Imperiali beneficio suppleturr: & præcipue [46] quidem in subsititutionibus vel restitutionibus hoc intelligi sancimus; nihilominus tamen & in aliis: nisi specialiter quisquam addiderit, *ex venia ætatis velle aliquid procedere.* Dat. IX. Kal. Aptil. Lampadio & Orestæ VV. CC. Conss. 530.

[37] A Justiniano. *Nov. Leonis* 28. *in fin.* [38] Perperam hic duplicari verbum, *impetraverint*, putat Leonin. *annotat. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 1. Ant. [39] Ætatis veniam consequuti, sine decreto alienare immobilia sua non possunt. [40] Minor, impetrata ætatis venia immobilia sua non potest alienare, aut obligare. [41] Ἄνευ ἐγκρίσεως ἐκποιεῖσθαι, & χωρὶς ἀναφορᾶς κατὰ τὸν *Synops. tit.* 27. & *tit.* 28. *tit.* 2. *l.* 2. χωρὶς ἐκρίσεως, dixit *Harm. d. loc.* [42] Immobilia minorum non possunt. [43] Nota casum in quo minoribus similes sunt ii, qui veniam ætatis impetrarunt. [44] In dubio, perfecta ætas intelligitur ætas annorum naturaliter impleta, non beneficio Principis, aut fictione indulta. *l. 30. in fin. ff. de leg.* 3. *l. ult. ff. de cond. & demonstr.* [45] Baldus hic colligit, Emphyteusim datam alicui pro se & liberis, ad legitimatos liberos non extendi. [46] In testamentis, verba naturaliter & proprie sunt intelligenda.

T I T. XLVI.

SI [47] MAJOR FACTUS RATUM HABUERIT [48].

I. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Eutychiano.

SI inter minores quinque & viginti annis vel scriptura interposita, vel sine [49] scriptura facta sine dolo divisio est, eamque post [50] legitimam ætatem ratam fecerint; manere integram debere convenit. S. VIII. Kal. Maji, AA. & Conss. 293.

II. Idem AA. & CC. Sottiri [51].

QUi [52] post [53] vigesimumquintum annum ætatis ea quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescissionem eorum postulant. Dat. Id. Feb. CC. Conss. 294.

[47] Adde *T. 28. §. tit.* 74. & 10. *Ruleg. tit.* 4. *ex lib.* 38. [48] Id quod minor ipse gesserit, non restituetur. *l. 1. l. 2. T. eod.* & & ita abrogatur. *l. 3. §. 2. ff. de minoribus.* [49] Divisio hereditatis potest fieri sine scriptura. *l. 21. T. de pact. l. 9. T. de fide instrum.* [50] *L. 2. T. eod. l. 3. §. 1. l. 30. ff. de minorib.* [51] Soteri. [52] *Synops. Basil.* 30. *tit.* 20. 2. *Harm.* 12. §. 32. [53] Ratihabitio facta à majori seu in majori ætate, contractum in minori ætate habitum, reconciliat.

T I T. XLVII.

UBI [54] ET APUD QUEM COGNITIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGITANDA SIT.

De sententia Procuratoris Cæsaris.

I. Imp. Antoninus A. Severo.

SI quid à Procuratore [55] meo judicatum est, id per in integrum restitutionem Præsidis sententia non potest rescindi: Princeps enim solus [56] contra sententiam Procuratorum suorum in integrum restituere solet. P. P. VI. Kal. Decemb. Leto & Cerrali Conss. 216.

De repetitione dati ex causa transactionis.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Aquilinæ.

QUoniam ea [57], quæ in transactione dari placuerat, te tradidisse proponis: consequens est, si de his repetendis per [in integrum] restitutionem, vel quamcumque aliam causam putaveris agendum: ejus adire te provinciæ Præsidem, in [58] qua domicilium habent quos convenis. Dat. III. Kal. Septemb. Cap. post [59] tertium Consulatum Lampadii & Orestis. 531.

De his qui proprium, vel mandatam jurisdictionem habent, & de arbitris.

III. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

CUm scimus esse dubitatum de restitutionibus, quæ in integrum postulantur; sive tantummodo apud judicem, cui aliqua jurisdictio est, examinari eas oportet, sive apud pedaneos judices: sive eas minores vigintiquinque annis petierint, sive majores, secundum quod anteriotibus sanctionibus, vel Veteris Juris, vel nostris declaratum est: sancimus, non solum apud judices pro [60] tribunali hujusmodi causæ cognitionem proponi, sed etiam apud eos judices, quos Augustalis dederit Majestas, aut nostræ Reip. Administratores, vel in hac Regia Urbe, vel in provinciis: ut videatur ipse qui judicem destinaverit, utpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, & causas ejus examinare: sic etenim non difficilis erit causarum examinatio. †. Sed ne quis ita effusè intellectum nostræ constitutionis audeat esse trahendum, ut etiam apud compromissarios [61] judices, vel arbitros ex communi sententia electos, vel apud eos qui dantur à judicibus, qui propriam jurisdictionem non habent, sed tantummodo judicandi facultatem, putet hujusmodi extendi sanctionem: hos tantum generaliter volumus tales causas diritmere, qui vel cernæ administrationi, cui & jurisdictio adhæret [62], præpositi sunt, vel ab his fuerint dati: & multo magis si à nostra Majestate delegata eis fit causarum audientia [63]. †. Sed ne quid penitus dubitandum relinquatur, & hoc addendum esse censemus, ut his tantum [64], quos supra enumeravimus, liceat de in integrum restitutione disceptare, sive hoc specialiter eis fuerit mandatum (quod & Veteribus non fuerat incognitum) vel si generaliter dati sunt judices, vel in aliis speciebus inciderit quædam quæstio restitutionis. Dat. III. Kal. Septemb. post consulat. Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

[54] *Synops. Basil.* 10. *tit.* 29. adde *l. 2. in fin. T. de his, qui veniam ætatis.* [55] Vide quæ scripsi de Procuratore Cæsaris *ad tit. de officio Procuratoris Cæsaris.* [56] Adde *l. 3. T. si adversus res judic.* [57] Transactionis nomine soluta minor repetit & recipit. *Synops. Basil.* 10. *tit.* 29. *in fin.* [58] Agens ad distractum tenetur sequi forum rei, & ita restitutio non petitur in loco contractus habiti, sed in domicilio eoroque rei. [59] Hinc verba fugitiva sunt, & ab hac l. aliena. [60] Cognitio restitutionis in integrum tribunal exigit. *Goth.* Ubi restitutio in integrum petenda vid. Joann. à Sande *lib.* 1. *tit.* 15. *defin.* 1. *Ans.* Adde Menoch. *lib.* 6. *cons.* 509. *cap. sufficiata. & cap. ex litteris, de in integrum restitutione.* ubi Abbatum: & quæ novissime *consul. Florent. vol.* 1. *lib.* 4. *c.* 38. S. L. [61] De causa restitutionis in integrum non potest in arbitrum compromitti aut compromissum fieri, nec de ea arbiter potest cognoscere. vid. *Wurmser.* 1. *Pract.* 3. *obs.* 3. [62] Jurisdictio ordinaria & contentiosa territorio inhæret, limites jurisdictionis sunt limites territorii. *Bald.* [63] Delegatus Principis ad audiendum, delegatus censetur ad definiendum: multo magis ad incidentia, quorum concessionem specialem requiri negat Bald. [64] Hinc etiam colligunt, casum restitutionis non posse compromitti. adde *l. 34. in fin. ff. de minoribus.*

T I T. XLVIII.

DE REPUTATIONIBUS [65] QUÆ FIUNT IN JUDICIO IN INTEGRUM RESTITUTIONIS.

Restitutio concessa minori omnia in pristinum statum restituit, tam pro, quam contra.

I. Imp. Antoninus A. Tatiano.

QUi restituitur in integrum, sicut [66] in damno motari non debet, ita nec [67] in lucro: & ideo quicquid ad eum pervenit, Vasq. *illustr. controv. lib.* 3. *c.* 66. S. L. [66] Omnis restitutio in integrum est reciproca aut iniquissima, & eo usque tantum latere constitit. *l. 24. §. 4. T. de minorib. excipe l. pen. T. de his, quæ vi metusve causa.* adde *Mollenium de usufr. quæst.* 11. *num.* 157. [67] Imo in lucro. *l. 7. §. 8. ff. de minorib.*

[65] *X. Synops. ex eli.* 30. id est, de his quæ adolescenti petenti restitutionem in integrum imputantur, ut ea vel reddat, vel compenset. *Goth.* Materiam hujus tituli vide apud

nit, vel ex emptione, vel ex venditione, vel ex alio contractu: hoc debet restituere. §. 2. Sed & si intercessor [1] minor viginti quinque annis intervenerit, in veterem debitorem debet restitui actio. §. 2. Sed & cum minor adiit [2] hereditatem, & restituitur: mox quicquid ad eum ex hereditate pervenit, debet præstare: verum & si quid dolo [3] ejus factum est, hoc eum præstare convenit. *Sine die & consule.*

1 *L. 48. in princ. ff. ad. SC. Vell.*
2 Minor restitui potest adversus aditam hereditatem. *V. si minor ab hereditate.*
3 Dolus enim rem repræstantes.

TIT. XLIX.

ETIAM PER PROCURATOREM [4] CAUSAM IN INTEGRUM RESTITUTIONIS AGI POSSE.

1. Imp. Alex. A. Licinio.

CAUSAM in integrum restitutionis, si qua competit, etiam per procuratorem [5] agi posse placet. Dat. XIII. Kal. Octob. Pompeiano & Peligno Conss. 232.

4 *L. 24. §. 1. ff. de minorib. Eod. d. hon.* 32. 1. *Harmen.* 12. §. 67. excipe casum, *l. 2. in pr. de his qui ad ecclesiam.*
5 Mandatum speciale habentem.

An hoc perpetuum est? negat Baldus dominum præcisè cogi ita constituere: Constituo te procuratorem ad petendam restitutionem in tali causa adversus N. Putat itaque sufficere si generaliter ad petendam restitutionem datus sit. vid. *Wurmser. 1. practl. 25. obs. 3.*

TIT. L.

IN INTEGRUM RESTITUTIONE POSTULATA, NE QUID NOVI FIAT.

1. Imp. Gord. A. Secundino militi.

POSTULATA [6] in integrum restitutione, omnia in suo statu [7] esse debere, donec res finiatur, perspicui juris est: Idque curabit is, ad cujus partes ea res pertinet. P. P. XII. Kal. Jul. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

6 *L. 3. §. de appell.*
7 Ideoque qui lucrum sentit ex contractu vel sententia, non potest contractum vel sententiam exequi adversus eum cui concessa est restitutio. idem rem alienare minime poterit. Vis est ea restitutionis, ut negotii vires suspendat. *l. 32. ff. de transact.* Goth. Vide Robert. Lancelot. *tract. de attentatis. part. 2. cap. 18. num. 14. & seq.* Vachin. *lib. 12. contr. cap. 17. 19.* Odd. *de restit. in integr. quæst. 42. 43.* Ant. Fab. *lib. 8. tit. 8. defin. 4.* S. L.

TIT. LI.

DE RESTITUTIONIBUS MILITUM [8], ET EORUM QUI REIPUB. CAUSA ABSUNT.

De bonorum possessione.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Chiloni. [9]

SI Valerianus Centurio cohortis duodecimæ Alpinorum ante vita decessit, quàm [bonorum] possessionem acciperet, heres [10] ejus ex persona defuncti restitutionis auxilium intra annum [11] utilem ita recte implorabit, si [12] Valerianus post exactos dies, quibus bonorum possessio defertur, in militia defunctus est. P. P. Kal. Novembr. Laterano & Rufino Conss. 198.

8 *Ff. Inst. Rafael. l. 4. & tit. 33. & 4. §. 6.* adde *Papon. 3. Notar. 9. fol. 304.*
9 P. V. Nam & P. Urb. restituit, *l. 16. in fin. ff. de minor.*
10 Heres ex persona defuncti restitutionis beneficium potest petere.
11 Hodie intra quadriennium continuum, *l. ult. in pr. C. de temp. in integr.*
12 Heres restituitur ex persona defuncti, dummodo beneficium restitutionis originem ex minoris persona sumpserit.

De bonorum deminutione, & actione amissa.

11. Imp. Alexand. A. Petronio Centurioni.

SI quid de bonis eorum, qui Reipubl. [13] causa absentes sunt, deminutum est, actioneve qua competente eis, aliquis liberatus fuit, in integrum restitutio perpetua jurisdictione intra annum [14] utilem permittitur. P. P. XIII. Kalend. Novemb. Alex. A. II. & Marcello Conss. 227.

13 *L. 1. ff. ex quibus causis major.*
14 Hodie intra quadriennium continuum, *l. ult. in pr. C. de temporib. in integr.*

De usucapione.

III. Idem A. Flavio Atistodemo militi.

QUod tempore militiæ [15] de bonis alicujus possessum ab aliquo est, postcaquam is Reipubl. causa abesse desiit, intra annum [16] utilem amota præscriptione temporis medii possessionem vindicare permissum est: ultra autem jus possessoris lædere contra eum institutum non oportet. P. P. Non. Januar. Maximo II. & Ælliano Conss. 224.

15 *L. 40. ff. ex quib. caus. major.*
16 Hodie intra quadriennium, *d. l. ult.*

De possessione & distractione bonorum.

IV. Imp. Gord. A. Mastriano.

IGnorare non debes, eorum qui Reipub. causa sine dolo malo absunt, si absentes boni viri arbitratu non defenduntur, bona tantum possideri [17]: venditionem [18] autem in id tempus differri, quo Reipubl. causa abesse defierint. Dat. XII. Kal. Jan. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

17 Ex eorum bonis curatores dari, quinetiam possideri quidem militis bona, donec in castris esset, aliquando edixit consul Romanus, ut Livius scribit *lib. 2.* sed extraordinem, nam ex ordine possideri possiant. vid. Cujac. 20. *observ. 31.* ubi tractat de causis possessionis bonorum rei servandæ causa.
18 *L. 6. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. l. ult. §. 1. ff. de rebus auctoris.*
19 Olim quinquennii ex Edicto D. Marci. Rebus alienis citra debiti causam à fisco venditis, earum domini intra quadriennium fisco litem movere possunt: post quadriennium non possunt. §. *ult. Inst. de usucap.* nisi reipublicæ causa absuerint. *ut hic, Eod. d. loco. c. 5.*
20 Retractaque. *Hal.*
21 Putarem has duas voces, *vel pretio*, dispungendas esse: & post, *si minus debitum fuisset.*
22 Privilegium successoris legitimum factum prædecessoris non rescindit. *Bald.*

23 Vide *l. penult. ff. de testam. milit.* 24 Aliud, si milite præsente quid statutum. *l. 15. §. 2. ff. ex quibus causis major.* aut ejus procuratore. *l. 39. d. tit.* 25 Sedibus. *Hal. in vita dicam Græci:* vide *l. 18. ff. de officio eorum qui vicem.*

TIT. LII.

DE UXORIBUS MILITUM ET EORUM QUI REIPUBLICÆ CAUSA ABSUNT.

1. Imp. Alexand. A. Secundinæ.

TEMPORALIBUS actionibus exclusis mulieribus, quæ cum maritis Reipublicæ causa absentibus peregrinatæ [26] sunt, ad exemplum militum subveniri solere non est ignotum. P. P. III. Non. Decembr. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

26 Quibus utique non præjudicium fieri debet, ut nec earum uxoribus.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Quintiliano.

EI quæ diutissimè fuit cum marito, qui militiæ operam dabat, non officit præscriptio longi temporis: sed quia hujusmodi diutinæ absentiæ commenta callide adhibita, atque composita obesse omnino non debent: decernimus, ut si talis mulier domum ad se pertinere monstraverit, quæ in absentia ejus vendita est, refuso [27] pretio, quod revera solutum est, eandem recipiat. Dat. VIII. Kal. Decembr. ipsis. AA. & Conss. 293.

27 *L. 6. ff. prov.*

TIT. LIII.

DE TEMPORIBUS [28] IN INTEGRUM RESTITUTIONIS, TAM MINORUM, ET ALIARUM PERSONARUM, QUÆ RESTITUI POSSUNT, QUAM ETIAM HEREDUM EORUM.

De militibus, & eorum successoribus.

1. Imp. Gord. A. Fudenti militi.

IN his, in quibus læsus es, cum minor annis viginti quinque esses; toto militatis expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes: tempus etenim post impletam minorem ætatem præstitutum, ex die [29] missionis justa rationem juris computari debet. P. P. III. Non. Octob. Pio & Pontiano Conss. 239.

28 *L. Ecloga. 4. tit. 34.* vide *l. ult. C. eod.*
29 Ordinem temporis observat Minoris ætatis petendæ restitutionis ætatis causa, missionis a militia. unde possumus colligere, Tempus restitutionis petendæ quod alias effluxit, si ætatis privilegium speciemus retineri, propter novum privilegium ejusdem personæ, puta militiæ. Privilegium ætatis continueri cum alio privilegio. *l. 3. ff. eod.*

Si minor succedit majori causa militia absenti, toto tempore minoris ætatis tempus petendæ restitutionis non currit. Bald.

II. Idem A. Secundino militi.

SI intra legitimam ætatem, vel ea impleta nondum exacto tempore præstituto, pater tuus in fata concessit, tuque ei heres [30] extitisti, & intra vigintiquinque annos, vel post eam ætatem intra id tempus, quod ad in integrum restitutionem defuncto supererat, nomen militiæ dedisti: Præses provinciæ, causa cognita, per in integrum restitutionem ex persona defuncti subveniri tibi providebit. Dat. XI. Kal. Novemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

30 *Dic ut in l. 3. §. 1. 2. 3. ff. eod.*

III. Idem A. Mutiano militi.

SI intra annos, quibus in integrum restitutionis auxilium indulgetur, constitutus es, vel eo tempore nomen militiæ dedisti, & expeditione occupatus es, continuatum [31] beneficium restitutionis, per usucapionem, licet ante militiam supplera sit, non patitur te dispendio rei familiaris affligi. Dat. Kal. Novemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

31 Dixi ad *l. 1. eod.*

IV. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Dionysio.

EX persona fratrum, si tibi eorum quæsita est successio [32], potes contra quem supplicas, agere: non ignorans quod si minores vigintiquinque annis militaverint fratres tui, atque in militia diem functi sunt: in integrum restitutionis tempus eis non cesserit, sed omne ad successorem transmiserint. S. VIII. Kalend. Januar. *Philippopoli*, CC. Conss. 294.

32 Beneficium restitutionis ex quacunque causa competens, successori competit. *Italus.*

De venia ætatis impetrata. 1. Si minor mineri. 2. majorive. 3. aut major minori successerit.

V. Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P.

EA [33] quæ de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custoditi convenit: & si forte quis beneficio nostro ætatis [34] veniam fuerit consequutus: ex eo die, quo indulgentia nostra in judicio competenti fuerit intimata, eique administratio rei propriæ permissa, ad persequendas in integrum restitutionum [35], finiendasque causas jure tempus habeat præstituum: [ita tamen, ut nunquam minoribus vigintiquinque annis constitutis, de his, quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur.] §. 1. Si quando tane in [36] minoris jura successerit minor: minimè prohibeatur, cum quintum & vicesimum suæ ætatis annum transierit, in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato.

§. 2. Quod si majoris fuerit minor jura nactus; quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona majoris fuerit consecutus; tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones decidendasque causas accipere debebit, quantum defuncto, cujus heres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat.

§. 3. Cum vero major successionem fuerit adeptus minoris: si quidem civili jure ab intestato, vel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita [37] hereditas: si vero honorario jure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando [ac terminando] in integrum restitutionis negotio, solida fine ulla diminutione tempora supputentur. Dat. Non. Octobr. *Romæ*, Constantino A. & Licinio Cæs. utrisque II. Conss. 312.

33 Para legis 2. *C. Th. de in integr. restit. lib. 2. Synop. Regl. 4. cap. 14.*
34 Vide *V. de his, qui veniam ætat.*
35 Restitutionem.
36 Si major majori succedit, iterum idem tempus competit quod defuncto: si minor, ab ultra heredi tatem, *§. ult. J. eod.* quadriennium ex persona defuncti. *l. 4. ff. eod. l. 19. ff. de minorib.* Si minor minori succedit, barra ex ea persona restituitur, nec defuncti tempus numeratur, *ut hic. Paul. 1. sent. 9. §. 4.* quod interdum etiam quadriennium potest excedere, ut in hypothesi, *l. 1. ff. eod.* Si major, post datam legitimam ætatem totum temporis habet quantum defuncto superavit. *§. 2. J. eod. l. 19. ff. de minorib. §. 2. J. eod. l. ult. in fin. J. si major. facil. adimat. sueton. Jul. decret.*
37 Cretz. *d. l. 2. C. Theod.* Verum hæc vox fabulæ est à compositoribus, propter crebricem similitu.

De data cauta non numerata.

In Authent. de temp. non solut. pecuniæ super dote. §. generaliter. coll. 8. tit. 1. al. col. 7. tit. 10. seu Nov. 100. cap. 2.

SI minor vigintiquinque annis de dote cauta non numerata stetius non queritur; restituitur tamen, ut non transcendat à tempore impetratum duodecimum annum. Eo quoque mortuo intra prædictum tempus, indulgetur annus heredi ejus. Sed si heres sit minor majoris, seu minoris defuncti, quinque annorum gaudeat spatio, non expectato exitu ætatis ejus.

De dilationibus.

VI. Idem A. ad Julianum Præfectum urbi.

PEtendæ in integrum restitutionis temporibus observatis, si dilatio ab actore petatur, quæ intra metas restitutionis valet attari: eandem quocunque flagitante, causis cognitis tribui oportebit. Sin vero ejusmodi postulantur curricula, quæ intra spatium receptum angustari nequeunt: (quippe si in confinio legitimi temporis petantur, & ejus terminos prorogabant) dilationem petitori denegari conveniet: in ejus enim arbitrio [38] fuerat tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora superstite spatio posset includi. §. 1. Quod si defensio rei dilationis suffragium

38 Vide *l. 42. ff. de re. jur.*

gium postulaverit: eandem assertæ causæ citra obstaculum temporis differri sancimus: quia nequaquam steterat in ipsius potestate, quando litigio pulsaretur. Dari igitur debet, etsi [8] impetrata dimensio sese ultra temporis definitionem proferat: Quæ dilatione, si à reo impetratur, etiam actor in requirendis probationibus uti minime prohibebitur. Dat. XIV. Kal. August. *Romæ*, Constantino Cæs. & Maximo Conss. 327.

De annis utilis in quadriennium continuum transfusis. 1. Quæ tempora excipiantur in restitutionibus.

VII. Imp. Justin. A. Joanni P. P.

SUpervacuam differentiam utilis anni in integrum restitutionis à nostra republica separantes, sancimus, & in antiqua Roma, & in hac alma urbe, & in Italia, & in aliis provinciis quadriennium [2] continuum [3] tantummodo numerari, ex die, ex quo annus utilis currebat, & id tempus totius loci esse commune: Ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, saris nobis absurdum visum est. Quod non solum in minorum restitutionibus, (quibus utilis annus incipit currere, ex quo vicesimi sexti anni dies illuxerit) sed etiam in majorum [4] hoc idem adhiberi sancimus; ut & hic pro utili anno memorata continuatio temporis observetur ad interponendam contestationem, finiendamque litem. §. 1. Et quemadmodum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus; ita & in majorum tempus, in quo Resp. causa abfuerint, vel aliis legitimis causis, quæ veteribus legibus enumeratæ sunt, fuerint occupati, omne excipiatur: & non abtimilis sit in hac parte minorum & majorum restitutio. Dat. Kalend. Septemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. Conss. 531.

TIT. LIV.

QUIBUS EX CAUSIS MAJORES [5] IN INTEGRUM RESTITUANTUR.

De officio legationis.

1. Imp. Antoninus A. Æmiliano.

SI propter officium *Legationis* [6] ad me bona fide factæ, absens & indefensus condemnatus es, instaurationem judicii jure desideras, ut ex integro defensionibus tuis utaris: nam eos quoque qui legationis officio funguntur, in eo [7] privilegio esse, in quo sunt, qui Reipub. causa absunt, receptum est. P. P. v. Non. Mart. Duosus & Aspris Conss. 213.

De Custodia militari.

II. Idem A. Dionysio.

SI idcirco apud arbitrum præsentiam tu facere non potuisti, quod sub *Custodia* [8] militari jussu Præsidis detinebaris, idque in veritate esse Præsidi provinciæ probaveris [9]: accipies causæ instaurationem. P. P. XIII. Kal. Oct. Læto & Cerealе Conss. 216.

Causa cognita majoribus subveniri.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Proculo decurioni.

IN contractibus [10], qui bonæ fidei [11] sunt, etiam [12] majoribus officio judicis *causa* [13] *cognita* publica jura subveniunt. Dat. Non. August. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

De Republica.

IV. Iidem AA. Prisciano.

Respublica [14] minorum jure uti solet: ideoque auxilium restitutionis implorare potest. Dat. II. Id. Novemb. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

De reverso ab hostibus.

V. Iidem AA. Liciniano.

SI ab [15] *hostibus* cum patre ac matre captus, postea his ibi defunctis, legis Corneliæ beneficio revertisti, successiones eorum quæsisti: exemplo utilis actionis, quæ in integrum restitutis datur, cum exceptionis annuæ (quæ huic objici solet) objectu res vindicare non prohiberis. Dat. XVI. Kal. Maji, CC. Conss. 294.

TIT. LV.

DE ALIENATIONE [16] JUDICII MUTANDI CAUSA FACTA.

Facta alienatione ratione mutandi judicii, possessor potest convenire rei vindicatione, quam possessio parit. Bald.

1. Imp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Attalo.

CUm in [17] rem actionem possessio pariat adversario; alienatione etiam judicii mutandi causa celebrata, in integrum restitutio Edicto perpetuo permittatur: intelligis, si rem, ne secum ageretur, qui possidebat, venumdedit, & emptori tradidit: quem elegeris, conveniendi tibi tributam esse jure facultatem. Dat. VI. Kal. Decemb. *Viminacii* CC. Conss. 294.

TIT. LVI.

DE RECEPTIS [18] ARBITRIS [19]

De appellatione. De judicati actione. De pœna, si intra diem compromisso comprehensum judicetur.

1. Imp. Antoninus A. Nepotianæ.

EX sententia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi [20], appellari non [21] posse, sæpe rescriptum est: quia nec judicati [22] actio inde præstari potest: & ob hoc invicem pœna [23] promittitur, ut metu ejus à placitis non recedatur. Sed si ultra [24] diem compromisso comprehensum, judicatum est, sententia nulla est, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruerit. P. P. IX. Kal. Aug. *Romæ*, Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De eo, qui præsentiam sui facere detrectat.

II. Imppp. Carus, Carinus & Numerianus AAA. Clementi.

SI contra compromissum adversarius tuus apud electum arbitrum præsentiam [25] sui facere detrectavit, placita pœna videtur obnoxius. P. P. VIII. Kalend. Januar. Caro & Carino Conss. 283.

De doli except. De doli clausula.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Petronio.

ARbitrorum ex compromisso sententiæ non obtemperans, si sordes [26] vel evidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit; adversus filium [27] tuam agentem ex stipulatu, exceptione [28] doli mali uti poteris: sed ex doli mali clausula, quæ compromissi stipulationi subjici solet, filiam tuam convenire non vetaberis. P. P. III. Id. Januar. ipsis AA. Conss. 293.

De jurejurando. 6. De verborum subtilitate negligenda.

IV. Imp. [29] Justinianus A. Demostheni P. P.

NE in arbitris cum sacramenti religione eligendis perjurium committatur, & detur licentia [30] perfidis hominibus passim definitiones Judicum eludere: sanctissimo [31] arbitrio & hujusmodi rem censemus esse componendam. §. 1. Si igitur inter actorem & reum, nec non ipsum Judicem fuerit consensum [32], ut cum sacramenti religione lis procedat, & [33] ipsi quidem litigatores [in scriptis] hoc suis manibus [34] vel per publicas personas [scripserint,] vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce depositerint, quod sacramentis præstitis arbiter electus est, hoc etiam addito, *quod & ipse* [35] *arbiter juramentum præstiterit super lite cum omni veritate dirimenda*: ejus definitionem validam [36] omnimodo custodiri censemus; & [neque] reum, neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. §. 2. Sin autem de [37] arbitro quidem nihil tale fuerit vel compositum, vel scriptum, ipsæ autem partes literis hoc manifestaverint, quod juramenti nexibus se illigaverint, ut arbitri sententiæ steterit, & in præsenti casu omnimodo definitionem arbitri immutatam servari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus, sive ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel præfato modo depositum, dum arbiter eligebatur, sive post definitivam sententiam hoc scriptum inveniatur, *Quod* [cum] *sacramenta religione ejus audientiam amplexi sint*: vel, *Quod ea, quæ statuta sunt, adimplere juraverint.* §. 3. Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis, vel depositionibus (ut dictum est) manifestum facientibus, præstiterit juramentum, *Quod cum omni veritate lite liberamenta imponat*: similem esse [etiam] in præsenti casu prioribus ejus definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatam. §. 4. Et in his omnibus casibus licebat vel in factum, vel conditionem ex lege, vel in rem utilem instituere actionem, secundum quod facti qualitas postulaverit.

§. 5. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil [38] tale apparuerit [39]: una autem pars dicat *juramentum esse præstitum*, quatenus arbitrali steterat sententiæ: hujusmodi litigatorum, vel solius [40] arbitri sermones minime esse credendos: cum & si quis juramentum datum esse non judice supposito, nec hoc scriptura pantium testante, concesserit: incerti enimanimis compositio (quæ inter homines imperitos sæpe accidit) non aliquid vigoris rebus judicatis inferat, sed in hujusmodi casu hæc obtineant, quæ Veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

In Authent. de judicibus. §. quia vero multæ. col. 6. tit. 11. al. 10. seu Novell. 82. cap. 11.

DEcernit jus novum, inultum sic [41] *fieri posse arbitrum*, ut cum sacramenti religione judicet: *sed pœnam statuat, quæ præstita licebat à judicatu recedere. Si contra hæc judicatum fuerit, judex qui male judicat, si dolo fecit, pœnam à Deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficientur.*

§. 6. Si quis autem post [42] arbitri definitionem subscripserit [43] συναίνω (id est, *permaneo*) vel συγχωρῶ [44], (id est, *simpleo*) vel *dideres*, id est, *dare*: (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius visum est) etsi [45] non adjecerit δώσω [46], id est, *spondeo*: & sic omnimodo per actionem in factum cum compelli ea facere, quibus consensit: Qualis enim differentia est, si hujusmodi verbis etiam δώσω adjiciatur, vel hujusmodi vocabulum omnino omittatur; si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, imo magis supervacua [47] observatio ab [48] aula concessit; & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis, multa vitia stipulationum, multasque ambages, scrupulososque circuitus correximus: cur non & hujusmodi scripturæ totam formidinem Veteris juris amputamus; ut si quis hæc scripserit, vel unum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere? Cum non sit verisimile, hæc propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat, adversus, quæ obviam ire non potest. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. 529.

De exceptione, & actione. 1. De temporis interruptione. 2. ut his quæ apud compromissarios facta sunt, in ordinario judicio uti liceat.

V. Idem A. Juliano P. P.

CUm antea sancitum fuerat in arbitris eligendis; quos neque [49] pœna compromissi vallabat, neque [50] Judex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, *ut eiformam sententia staretur*, procreabat; si quidem pro parte pactata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autem pro actore calculus ponneretur, nihil ex eo procedere ei præfidii: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit, sub eo pacto [vel] in scriptis, vel non in scriptis habito, ut eorum definitioni stetur: siquidem subscripserint [51] actio inde præstari potest: & ob hoc invicem pœna [52] promittitur, ut metu ejus à placitis non recedatur. Sed si ultra [53] diem compromisso comprehensum, judicatum est, sententia nulla est, nec ullam pœnam committit, qui ei non paruerit. P. P. IX. Kal. Aug. *Romæ*, Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De eo, qui præsentiam sui facere detrectat.

II. Imppp. Carus, Carinus & Numerianus AAA. Clementi.

SI contra compromissum adversarius tuus apud electum arbitrum præsentiam [54] sui facere detrectavit, placita pœna videtur obnoxius. P. P. VIII. Kalend. Januar. Caro & Carino Conss. 283.

De doli except. De doli clausula.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Petronio.

ARbitrorum ex compromisso sententiæ non obtemperans, si sordes [55] vel evidens gratia eorum, qui arbitrati sunt, intercessit; adversus filium [56] tuam agentem ex stipulatu, exceptione [57] doli mali uti poteris: sed ex doli mali clausula, quæ compromissi stipulationi subjici solet, filiam tuam convenire non vetaberis. P. P. III. Id. Januar. ipsis AA. Conss. 293.

De jurejurando. 6. De verborum subtilitate negligenda.

IV. Imp. [58] Justinianus A. Demostheni P. P.

NE in arbitris cum sacramenti religione eligendis perjurium committatur, & detur licentia [59] perfidis hominibus passim definitiones Judicum eludere: sanctissimo [60] arbitrio & hujusmodi rem censemus esse componendam. §. 1. Si igitur inter actorem & reum, nec non ipsum Judicem fuerit consensum [61], ut cum sacramenti religione lis procedat, & [62] ipsi quidem litigatores [in scriptis] hoc suis manibus [63] vel per publicas personas [scripserint,] vel apud ipsum arbitrum in actis propria voce depositerint, quod sacramentis præstitis arbiter electus est, hoc etiam addito, *quod & ipse* [64] *arbiter juramentum præstiterit super lite cum omni veritate dirimenda*: ejus definitionem validam [65] omnimodo custodiri censemus; & [neque] reum, neque actorem posse discedere, sed tenere omnifariam, quatenus obedire ei compellantur. §. 2. Sin autem de [66] arbitro quidem nihil tale fuerit vel compositum, vel scriptum, ipsæ autem partes literis hoc manifestaverint, quod juramenti nexibus se illigaverint, ut arbitri sententiæ steterit, & in præsenti casu omnimodo definitionem arbitri immutatam servari, literis videlicet eorum similem vim obtinentibus, sive ab initio hoc fuerit ab his scriptum, vel præfato modo depositum, dum arbiter eligebatur, sive post definitivam sententiam hoc scriptum inveniatur, *Quod* [cum] *sacramenta religione ejus audientiam amplexi sint*: vel, *Quod ea, quæ statuta sunt, adimplere juraverint.* §. 3. Sed & si ipse solus arbiter hoc litigatoribus poscentibus, vel scriptis, vel depositionibus (ut dictum est) manifestum facientibus, præstiterit juramentum, *Quod cum omni veritate lite liberamenta imponat*: similem esse [etiam] in præsenti casu prioribus ejus definitionem, & eam omnimodo legibus esse vallatam. §. 4. Et in his omnibus casibus licebat vel in factum, vel conditionem ex lege, vel in rem utilem instituere actionem, secundum quod facti qualitas postulaverit.

§. 5. Sin autem in scriptura quidem aut depositione nihil [67] tale apparuerit [68]: una autem pars dicat *juramentum esse præstitum*, quatenus arbitrali steterat sententiæ: hujusmodi litigatorum, vel solius [69] arbitri sermones minime esse credendos: cum & si quis juramentum datum esse non judice supposito, nec hoc scriptura pantium testante, concesserit: incerti enimanimis compositio (quæ inter homines imperitos sæpe accidit) non aliquid vigoris rebus judicatis inferat, sed in hujusmodi casu hæc obtineant, quæ Veteres super arbitris eligendis sanxerunt.

In Authent. de judicibus. §. quia vero multæ. col. 6. tit. 11. al. 10. seu Novell. 82. cap. 11.

DEcernit jus novum, inultum sic [70] *fieri posse arbitrum*, ut cum sacramenti religione judicet: *sed pœnam statuat, quæ præstita licebat à judicatu recedere. Si contra hæc judicatum fuerit, judex qui male judicat, si dolo fecit, pœnam à Deo expectet: si ignorantia, nihil præter sacramentum ei erit, neque litigatores rursus damno afficientur.*

§. 6. Si quis autem post [71] arbitri definitionem subscripserit [72] συναίνω (id est, *permaneo*) vel συγχωρῶ [73], (id est, *simpleo*) vel *dideres*, id est, *dare*: (Græcis enim vocabulis hoc enarrare propter consuetudinem utilius visum est) etsi [74] non adjecerit δώσω [75], id est, *spondeo*: & sic omnimodo per actionem in factum cum compelli ea facere, quibus consensit: Qualis enim differentia est, si hujusmodi verbis etiam δώσω adjiciatur, vel hujusmodi vocabulum omnino omittatur; si enim verba consueta stipulationum, & subtilis, imo magis supervacua [76] observatio ab [77] aula concessit; & nos quidem nuper legibus à nobis scriptis, multa vitia stipulationum, multasque ambages, scrupulososque circuitus correximus: cur non & hujusmodi scripturæ totam formidinem Veteris juris amputamus; ut si quis hæc scripserit, vel unum ex his, acquiescere eis compellatur, & ea ad effectum omnimodo perducere? Cum non sit verisimile, hæc propter hoc scripsisse, ut tantum non contradicat, sed ut etiam ea impleat, adversus, quæ obviam ire non potest. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. 529.

De exceptione, & actione. 1. De temporis interruptione. 2. ut his quæ apud compromissarios facta sunt, in ordinario judicio uti liceat.

V. Idem A. Juliano P. P.

CUm antea sancitum fuerat in arbitris eligendis; quos neque [78] pœna compromissi vallabat, neque [79] Judex dederat, sed nulla sententia præcedente communis electio, *ut eiformam sententia staretur*, procreabat; si quidem pro parte pactata forma arbitralis procederet, exceptionem ei veluti pacti generari: sin autem pro actore calculus ponneretur, nihil ex eo procedere ei præfidii: sancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis consensus elegerit, sub eo pacto [vel] in scriptis, vel non in scriptis habito, ut eorum definitioni stetur: siquidem subscripserint

---

1 Pierre Olivier. dissert. rec. quem affert; vid. quæ not. ad l. 12. §. 1. ff. de reg. jur.

2 L. un. §. 3. cod. vel infra. & ita intra XXIV. annum scripsisse videtur Justinianus in Authentico quæ præmittitur Novellæ 22. Apud Gallos in Edicto Francisci I. potest intra XXXV. annum. vid. Ranchin. tom. 2. tract. de restit. pl. 12.

3 Continuum videtur quod dicitur; quod computetur in eo tempore dies festi. vide Marsilium, q. pract. 55. obs. 10. ubi summa quæstionis libelli pro impetranda restitutione feliciter. Plotius de hujusmodi libellis, vid. Gibalin. disp. obs. 8. n. 38. ubi de libello restitutionis mixtæ. ita & §. sequenti. 10. quod notata caula. 11. dali mali.

4 Id est, si com abessent reipublicæ causa, bell fuerint, intra quatuor annos postulanda sit restitutio, vid. Afflict. decis. 177. Vanez. lib. 2. rer. quotid. cap. 11. & Bodr. decis. 39. Ann.

5 Ex sententia arbitri non oritur judicialis actio.

6 Utilitatem parem debere ex compromisso observa.

7 Quid? Potestne compromissarius terminum propogare? potest utique, si ei data facultas fuerit: non poterit tamen in infinitum, quamtumvis liberam potestatem habeat, sed ad duos aut tres vices ad summum. *Fab. ad l. un. C. de sacros. eccles. Menochius. 1. præsumpt. 3. obs. 2.*

8 Vid. l. 27. §. 4. ff. eod.

9 Sordes *jurament. Synod. Basil. t. 2. cap. 55.*

10 Compromissi potest inter patrem & filium.

11 *L. 32. §. 14. in fin. ff. eod.*

12 Hanc legem Balticis abesse Cujac. notat *h. tit.*

13 Perjuria vitanda.

14 Abrogatur, vide *Nov. 82. c. 11. §. 1.*

15 Paria sunt jurare, & consentire, ut cum sacramenti religione lis procedat: modò de consensu appareat.

16 Nota formam juramenti in arbitrum. vide tamen *auth. præs. J. eod.*

17 Idem operatur scriptura propria ac manu rebellionis facta. *Bald.*

18 Nota de compromisso jurejurando, partium, & ipsius arbitri. dato tamen & respecto vide *auth. præs. J. eod.*

19 Ab arbitri sententia jurejurando electi non appellatur. vid. amen *auth. præs. J. eod.*

20 Nota de arbitrio solo consensu partium delato.

21 Nota de arbitrio modo consensu partium delato. vide tamen *auth. J. eod.*

22 Non præsumitur juratum, nisi probetur juratum.

23 Judex de actis & gestis in causa testificari non potest. vide *Surdum resp. 199.*

24 Hodie arbitri non sunt eligendi cum juramento. Quid si electi? Poterit ab illorum arbitrio recedi. *Novell. 82. c. 11. ubi vide Cujac.*

25 Scripturam requiri in arbitrii homologatione hinc colligitur.

26 Subscripserit, *Basil. 17. obs. 16.*

27 Causa dubitandi ex eo videtur oriri: quod infinitivi, *fundare, evangelizare, Hebræos*, & similes nullam animi inclinationem oftendant. Infinitivi namque ea est natura ut omnes ipse sequatur modos, cum ipsis ad significandum coalescat. Itaque Græci recte ἐναγγελίσασθαι appellarunt, quippe quod nihil indicet aut fiuat: finus non est, sed

---

aliorum. vid. *Scal. c. 114. de caus. linguæ Latinæ.* Quod cum ita sit, hujusmodi infinitivi destituti alterius modi verbo nihil significare videntur, & consequenter non obligare iis uentem. Ratio verò decidendi in eo est, repeti verbum δώσω. Eodem modo testamentum non minus valet, quod in nuncupanda herede omissum sit verbum directum *Esto. l. 7. §. de testam. l. 1. §. 5. ff. de her. inst.* Idem dicendum in fideicommisso si omissum sit verbum *Volo. l. 10. J. de fideicomm.* Sic omissum verbum *Dare* non vitiat legatum. *l. 106. ff. de leg. 1.* si constat de voluntate, debetur legatum, licet minus scriptum sit. *l. 70. §. 9. ff. de leg. 3.* 46 Inde homologatio & homologandi verbum tracti is usitatum: ejus loco Barbari Εμολογῶ dicunt. 47 Subtiles & nimia onerosæ verborum formulæ in judiciis, arbitriis & stipulationibus desuere. vid. *tit. 58. J. eod.* 48 Absulæ concessit, id est, non in usu. 49 Quoties sine pœna compromissum est, sententia arbitri est inutilis: nisi tacitus retractus vel subscriptione confirmata sit. vid. *Oldend. c. 8. de except. num. 9.*

50 Arbitri vel mutuo partium consensu accipiuntur, vel à judice dantur.

51 Ex sententia arbitri non oritur judicialis actio.

52 Utilitatem parem debere ex compromisso observa.

53 Quid? Potestne compromissarius terminum propogare? potest utique, si ei data facultas fuerit: non poterit tamen in infinitum, quamtumvis liberam potestatem habeat, sed ad duos aut tres vices ad summum. *Fab. ad l. un. C. de sacros. eccles. Menochius. 1. præsumpt. 3. obs. 2.*

54 Vid. l. 27. §. 4. ff. eod.

55 Sordes *jurament. Synod. Basil. t. 2. cap. 55.*

56 Compromissi potest inter patrem & filium.

57 *L. 32. §. 14. in fin. ff. eod.*

58 Hanc legem Balticis abesse Cujac. notat *h. tit.*

59 Perjuria vitanda.

60 Abrogatur, vide *Nov. 82. c. 11. §. 1.*

61 Paria sunt jurare, & consentire, ut cum sacramenti religione lis procedat: modò de consensu appareat.

62 Nota formam juramenti in arbitrum. vide tamen *auth. præs. J. eod.*

63 Idem operatur scriptura propria ac manu rebellionis facta. *Bald.*

64 Nota de compromisso jurejurando, partium, & ipsius arbitri. dato tamen & respecto vide *auth. præs. J. eod.*

65 Ab arbitri sententia jurejurando electi non appellatur. vid. amen *auth. præs. J. eod.*

66 Nota de arbitrio solo consensu partium delato. vide tamen *auth. J. eod.*

67 Non præsumitur juratum, nisi probetur juratum.

68 Judex de actis & gestis in causa testificari non potest. vide *Surdum resp. 199.*

69 Hodie arbitri non sunt eligendi cum juramento. Quid si electi? Poterit ab illorum arbitrio recedi. *Novell. 82. c. 11. ubi vide Cujac.*

70 Scripturam requiri in arbitrii homologatione hinc colligitur.

71 Subscripserit, *Basil. 17. obs. 16.*

72 Causa dubitandi ex eo videtur oriri: quod infinitivi, *fundare, evangelizare, Hebræos*, & similes nullam animi inclinationem oftendant. Infinitivi namque ea est natura ut omnes ipse sequatur modos, cum ipsis ad significandum coalescat. Itaque Græci recte ἐναγγελίσασθαι appellarunt, quippe quod nihil indicet aut fiuat: finus non est, sed

---

aliorum. vid. *Scal. c. 114. de caus. linguæ Latinæ.* Quod cum ita sit, hujusmodi infinitivi destituti alterius modi verbo nihil significare videntur, & consequenter non obligare iis uentem. Ratio verò decidendi in eo est, repeti verbum δώσω. Eodem modo testamentum non minus valet, quod in nuncupanda herede omissum sit verbum directum *Esto. l. 7. §. de testam. l. 1. §. 5. ff. de her. inst.* Idem dicendum in fideicommisso si omissum sit verbum *Volo. l. 10. J. de fideicomm.* Sic omissum verbum *Dare* non vitiat legatum. *l. 106. ff. de leg. 1.* si constat de voluntate, debetur legatum, licet minus scriptum sit. *l. 70. §. 9. ff. de leg. 3.* 46 Inde homologatio & homologandi verbum tracti is usitatum: ejus loco Barbari Εμολογῶ dicunt. 47 Subtiles & nimia onerosæ verborum formulæ in judiciis, arbitriis & stipulationibus desuere. vid. *tit. 58. J. eod.* 48 Absulæ concessit, id est, non in usu. 49 Quoties sine pœna compromissum est, sententia arbitri est inutilis: nisi tacitus retractus vel subscriptione confirmata sit. vid. *Oldend. c. 8. de except. num. 9.*

50 Arbitri vel mutuo partium consensu accipiuntur, vel à judice dantur.

1 Ex sententia arbitri electi nudo pacto cum pœna & illa clausula, *ratio manente pacto*, exceptata expresse vel tacite à partibus oritur actio & exceptio. Quid si vel nudo pacto vel stipulatione pœnali citra hujusmodi clausulam compromissum esse dicetur? ad *pœnam* agetur. Quid si nulla stipulatione? ad *interesse* hinc id, quod interest. *Bar. hic & Wurmser. 1. pract. 22. obs. 8.*

2 De exceptiona compromissaria pronuntiatione vid. *Oldend. c. 40. de except.* Interim notandum est, acta eorum arbitro non valere, nisi scripta fuer. vid. *Stein. reg. 5.*

3 Sententia arbitri executioni mandatur per judicem rei, sec. requisitor locus arbitrii.

4 Exemplum vid. *in l. 5. J. de ex jud.*

5 Decem dierum silentio sententia arbitri approbata intelligitur.

6 Clandestina attestatio non infirmat arbitri sententiam.

7 *Nov.* 82. *c.* 11.

8 Citatio facta eorum arbitro interrumpit præscriptionem.

9 Confessiones & attestationes coram arbitro valent, etiam finito compromisso. 10 Mulier non potest esse arbitur. Ante hanc constitutionem. vid. *Cujac. 23. obs. 22.* potat mulieribus integra famæ id licuisse. Nam & Homeri P. Odyss. Arete uxor Alcinoi dicitur etiam inter viros lites dijudicasse, & maribus Callias mulier inter bonefactorias, aut subditos suos ordinariam jurisdictionem habuere potest, qui mores confirmantur *cap. dilecti. 3. x. de arbitr.* 11 *L. 21. J. de procur. l. 2. §. 1. J. de his qui eorum arbitr, addo l. 4. J. de curat. furiosi, l. 2. ff. de reg. jur.*

TIT. LVII.

DE SATISDANDO. 12

Procurator absentis factus apud acta non tenetur satisdare de rato, sed de defendendo. Bart.

11. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC.

NON est incerti juris, cum qui apud acta 13 factus est agentis procurator, non compelli *ratam rem dominum habiturum* satisdare: hoc enim casu veluti præsentis 14 procuratorem intervenire intelligendum est. Itaque etsi postea mutata 15 voluntate procuratorem esse 16 noluerit, tamen judicium, quo quasi procurator expertus est, Judex ratum habere debebit. Sin autem ei ab adversario suo opposita 17 fuerit in ipso litis exordio defensionis allegatio: etiam ipse quasi absentis in hac parte procurator satisdationem super excipienda lite præstare cogitur: qua non præcedente, lis, quæ ei data est, ulterius procedere à judice non conceditur. Rei autem procurator vel defensor, etiam sub gestorum testificatione factus, in ipso litis limine *judicatum* 18 *solvi* satisdationem in omnibus causis præstare cogitur. Dat. 12. Kal. Novemb. CC. Conss. 294.

Procurator actoris & rei satisfiat quoque, ut J. dicetur. 13 Procurator datus ab actore apud acta, non satisfiat ratam rem dominum habiturum, sed si datus ab absente, & de ejus mandato dubitatur, *l. 1. ff. de procur. §. 3. Inst. de satisd.* satisfiabit rem ratam. vid. *Oldend. claff. 1. act. 7.* de satisfactione procuratoria actoris, vid. *Wurmser. 1. pract. 10. obs. 1.* 14 Procurator præsentia non cavet de rato.

15 Mutatio procuratoris claudellina movet adversarium. 16 Al. *esse, dominum noluerit*: sed recte subauditur. *Rosenthal. Charond.* 17 Procurator actoris tenetur cavere de defendendo in causa reconventionis, *l. 11. in fin. ff. de procur. Bart.* & merito, cum in ea partes rei sustineat.

18 Procurator rei satisfiat de judicata sol endo. *l. 46. §. 2. ff. de procur.* De cujus actionis formula vid. *Oldendorp. claff. 1. act. 7. & ff. judicatum solvi, §. 4. §. 5. Inst. de satisfiat.* De satisdatione procuratoris rei, vid. *Wurmser. 1. pract. 3.*

TIT. LVIII.

DE FORMULIS 19 ET IMPETRATIONIBUS 20 ACTIONUM 21 SUBLATIS.

De formulis

1. Imp. Constantinus A. Marcellino Præsidi Phœniciæ.

FURIS formulæ 22 aucupatione syllabarum infidiantes cunctorum actibus radicitus amputentur. Dat. x. Kal. Febr. Constantio III. & Constante II. AA. Conss. 341.

De Impetratione *actionis.*

11. Impp. Theodos. & Valentin. AA. Hiero P. P.

NULli prorsus non 23 impetratæ actionis in majore vel minore judicio agenti opponatur exceptio, si aptam rei, & proposito negotio competentem eam esse constiterit. Dat. x. Kalend. Maji, Felice, & Tauro Conss. 428.

19 *L. 1. J. eod.* vid. *authorum ad Heraclium lib. 1.* Causa cadebat, qui non quemadmodum oportet elegisset. Erant autem formulæ omnium rerum apud veteres. *Cic. pro Roscio Comœdo.*

20 *L. 2. J. eod.*

21 Id est, de formulis in actionibus usitatis sublatis. Sunt etiam scrupulosæ hujusmodi solemnitates in stipulationibus. *§. 1. Inst. de verb. obligat.* donationibus. *l. ult. J. de donat.* arbitriis: *l. 4. in fin. J. de arbitr.* testamentis. *l. 15. J. de Testament.* honorum possessionibus. *l. ult. J. de bon. possess.* denunciationibus. *l. 3 pœn. C. Th. de denunciationib.* interdictis. *l. ult. J. de interdict.* adoptionibus. *l. 2. in fin. J. de adopt.* & emancipationibus. *l. ult. J. de emancip.* sublatæ. 22 Non tamen actiones sunt sublatæ. *l. 2. J. eod.* Aliud enim actio, aliud actionis formula. Illa ad agendi substantiam, hæc ad formam, & quidem verbalem, exunque scrupulosam minus refertur. 23 Ita ut hodie actiones ex legibus & edictis nobis ipso jure competant, etiam si non postulentur.

TIT. LIX.

DE JUREJURANDO PROPTER 24 CALUMNIAM DANDO. 25

De probationibus. 1. *De quæstionibus.*

1. Imp. Justinianus A. Demostheni P. P.

IN omnibus causis, sive propter literas fuerit apud te certatum, sive propter instrumenta, sive propter quicquam aliud, in quo necessitas probationis incumbit: sancimus non 26 aliter eadem probationes præstare compelli, nisi prius qui eas exposcit, juramentum de calumnia præstiterit, *Quod non causa differendi donec modi proposuit allegationes*: nam sacramenti timore 27 contentiosa 28 litigantium 29 instantia compescitur. §. 1. Ne autem perperam in quæstionem 30 servorum quidam venientes, sui animi crudelitatem exerceant, non aliter concedi eis, qui quæstionem servorum exposcunt, ad hoc venire, vel à judicibus audiri, nisi prius tactis 31 sacrosanctis scripturis deponant, *quod non odio servorum, vel propter offensas quibusdam ad hos venientes: sed quia aliter 32 rerum hereditariarum veritatem exquirere vel ostendere non possunt.* Dat. xii. Kal. Octob. *Constantinop.* Decio V. C. Conss. 529.

In Authent. de his qui ingred. ad ap. §. fin. col. 5. tit. 4. al. tit. 12. seu Nov. 49. cap. 3.

HOc *sacramentum iudex remittatur, cum se contio jurat nihil se calumniæ in toto negotio exigere.*

De litigatoribus & patrono causarum. Quid *jurandum.* 1. *Ubi jurandum.* 2. *De administrantibus res alienas.* Quid *jurandum. De alio juramento.* 3. *De absente.* 4. *De sacramento non remittendo.* 5. *Si mandatarius esse non constet.* 6. *Si actor.* 7. *Vel reus jurare noluerit.* 8. *De utilitate & usu hujus legis.* 9. *De latibus temporis hujus legis hac tenus pendentibus vel futuris.*

11. Idem A. Joanni P. P.

CUm [&] judices 33 non 34 aliter causas dirimere concessimus, nisi sacrosanctis 35 Euangeliis propositis & patronis 36 causarum in omni orbe terrarum (qui 37 Romano imperio supponitur est) prius juraret, & ita perfecte causas dispositurus: necessarium duximus præsentem legem ponere, per quam sancimus in omnibus litibus quæ fuerint post 38 præsentem legem inchoatæ, non aliter neque 39 actorem neque fugientem 40 in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem 41 & responsionem 42, antequam utriusque partis advocati sacramentum legitimum præstent, ipsæ principales personæ subeant jusjurandum: Et actor quidem juret, *Non calumniandi animo [litem se] movisse, sed existimando bonam causam habere*: Reus autem non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius & ipse juraverit, *Quæ parata 43 se bona intentione uti, ad veritatemque pervenire*: & postea 44 utriusque partis viros disertissimos advocatos ([secundum] quod jam dispositum est à nobis) juramentum præstare, sacrosanctis 45 videlicet Euangeliis ante judicem positis. §. 1. Sin autem vel dignitas vel sexus personæ non concesserit eam ad judicem pervenire, in domo 46 litigatoris sacramentum procedere: altera videlicet parte vel procuratore ejus præsente.

Quid *jurandum.*

In Authent. De his qui ingred. ad appell. §. fin. col. 5. tit. 4. al. 11. seu Novell. 49. cap. 3.

IN *ipso juramento adjiciendum est*, Nullam in tota lite exactorum probationem, nisi quam pro veritate putat quis necessario esse exhibendam: *ne fugitus juretur in causa.*

Ubi & curator quibus jurandum.

In Authent. ut litigantes jurent. §. 1. col. 9. tit. 7. al. 5. seu Novell. 124. cap. 1.

PRincipalis *persona, vel ilia, ad quam negotiorum in medio miscuerit, curator judicibus jurent*, Quod nihil penitus causa patrocinii judicibus vel alii cuicunque personæ pro hac causa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt, vel per se, vel per aliam mediam personam: *exceptis his, quæ propriis advocatis pro patrocinio præstant, aliisque personis, quibus nostræ leges dari dispensant.* §. 1. *Sed si in sacro consistorio leges vel consultationes interrogantur, sub præsentia sacri Senatus prædictum jusjurandum præstetur.* §. 2. *Sed si qui litigantium ad judicem venire nequeunt: prædictum jusjurandum præstent curatus officio ab administrantibus derelicto vel eos cum adversa parte.* §. 3. *Mulier honesta vice absente adversario juret coram officialibus.* §. 4. *Sed si partes in alio loco absse constiterit, vel una earum absens fuerit, juret sub gestis monumentorum apud judicem provinciæ vel apud defensorem locorum.* §. 5. *Si qua autem litigantium prædictum jusjurandum præstare noluerit: per sententiam judicis adversa causam adsumat, reus condemnationem sustineat.* §. 6. *Tutores & curatores in causis quas agunt, prædictum jusjurandum præstabunt.*

§. 2. Quod observari oportet, & si 47 tutores, vel curatores, vel aliæ 48 quædam sint personæ, quæ administrationem alienarum rerum auctoritate legitima gerunt. Convenit enim & ipsos jurejurando astrici 49: *Quia ipsi causam sicutes, ita ad eam pervenisse*: neque enim pupillus 50, neque adultus, vel aliæ hujusmodi persona: sed ipsi, qui pro eis tutelam, vel curam, vel aliam legitimam gerunt administrationem, scire 51 possunt causam, & ita ad judicium pervenire: eo quod ex animi sui scientia 52 jurent. Et licet veræ causæ natura alia fortiran est: tamen quod 53 quisque credit, & existimat, hoc est jurandum. Omnibus aliis juramentis, quæ vel ex præteritis descendunt legibus, vel à nobis disposita sunt, in sua firmitate duraturis. §. 3. Sin autem adfuerit 54 alterutra pars, & per procuratorem causa ejus agitetur: non ante licentiam habeat actor litem exercendam tuo procuratori mandare, nisi prius actis intervenientibus in 55 provincia, in qua degit, sacramentum calumniæ subeat. Similique modo si reus absuerit, & fortiran per *judicatum solvi* stipulationem procuratorem ordinaverit, vel defensor 56 pro eo intervenerit: & ipse vel præsente actore per se, vel per 57 instructum procuratorem 58, vel etiam absente eo (si hoc judex perspexerit) inter acta juramentum præstet, quod reum dare antea disposuit est. §. 4. Sed quia veremur, ne fortiran quidam callu-

25 *L. 2. §. 7. eod. l. 3. de Officiis Social.* 26 *L. 2. §. 7. eod. l. 3. de Officiis Social.* 27 *L. 7. §. 3. ff. de jurejur. l. 12. §. 4. pœn. eod.* 28 Hic subintelligitur litium. Cur litium jurisdictio, quæ ordinaria est, dicatur contentiosa, vide *Brunnem. ad l. 1. C. de jurisdict. omn. judic.* 29 Dicuntur litigantes ex officio ordinario quod fiunt, quia quod [quasi] litigantes non possunt, nisi litigantes sint. Cur? cum hospitio ac officio non litigent. *Rodil.* 30 Qui servus in quæstionem ponitur, jurat de calumnia, sed & alius & ejus dominus. *Tornesius pro testimonium ostendum fidelitas sunt. l. ult. J. de quæstionib.* 31 Qui ita juravit, perjurabitur.

32 Quæritur non expedire nisi de speratis alia pronuntiandum.

33 Judices non admittunt litigatorum nullo, nisi prius litigatores juraverint.

34 *Nov.* 49. *c.* 2. *ad fin.*

35 *L. 23. §. 4. J. de jurejur. l. ult. pragm. Reg. l. ult. tit. 11. tit. 16.*

36 Advocatus omnino sine fungi non potest, antequam juret.

37 Legum imperatorum non obligant extraneos. *Bald. in l. 1. J. de summa Trinit.*

38 Leges dant formam futuris negotiis, *l. 7. J. de legibus.*

39 Jurare de momentis principiis ipsæ personæ tenentur. vid. *Parisium. tom. 2. cons. 21. n. 40.* Id est, nemo, qui ut litigare nolit, eum sibi delegare. *l. 1. J. de advocat. div. jud. l. 1. J. de postulando.*

41 Petitio actoris, cui opposita responsum, procedere solet exactionem juramenti. Quid hujusmodi actionis virtutem producat? vid. *Boland. ad Stab. 1. conf. 21. n. 7. & 31.* Potest nemini? *Parisius & Jason. ubi vid. Fontan. 2. Stab. 2. Cujac. 3. obs. 27. l. 34. §. 4. ff. de jurejur. Alia ex ratione non potest, quia infans officio judicis exigere. Rodil. hic, vid. §. 4. J. eod.*

42 Id est, litis contestationem.

43 Cautelle de credente æque prejudicat ac credito. *Stella de creditor. vid. Stein. reg. 58.*

44 Non ordinem juramenti. Prius actor, deinde reus: tertio advocati juram.

45 *In pr. J. eod.* 46 *Nov. 123. c. 1. 124. c. 1. vers. id autem.* De domo 47 *Nov. 124. c. 2. vers. In causis.* Legitimi administratores jurare debent de calumnia. 48 Etiam procuratores ex officio dati & falsi. *Gayl. 1. obs. 89.* 49 Sic Suetonius in Caligula, ut omnibus juramentis adfirmaretur: ubi tamen vulgo legitur *adjuraretur*. Ignorantia præsumitur. Scienti non præsumitur pejerare aut fallere. *l. 26. ff. de jurejur.* Nihil potest scire intelligitur. *l. ult. ff. de jur. & fall.* Hinc colligit Bald. Personam in qua nulla est fallacia juris & facti, non jurare de calumnia: & tamen admitti ad testimonium, quod in eo forsan non exigatur scientia juris, sed facti, quæ sensus corporis illi innotescit. 50 *L. 7. §. de his qui not. infam.*

51 Sui sententia, *Cujac. 12. obs. 21.* & ita sunt locuti Veteres. *Livius 22. Cicer. in Brut. & 3. Offic. Gell. 4. cap. ult. l. 3. §. 2. in fin. ff. de testib.* 53 Et ita qui jurat putest accusari à perjurio, si juraverit, quod crediderit. Innumerum de calumnia est crudelitatis: de cujus forma ultima in quibusdam Germaniæ locis, vide *Wurmser. 1. pract. 14. obs. 8.* 54 *Nov. 124. cap. 1.* 55 Juraï alibi potest de calumnia, quam in foro, in quo litigat reus, id est, actor de calumnia juratæ potest eo loco fui domicilii, non in foro judicis apud quem experitur. 56 Quid si fit curatrix persona? quod si ignoretur ubi reus vivat? curatur bonis dabitur juramentum de calumnia. *Bald. l. 13. ff. ex quibus causis major.* vide *Bald. hic.* 57 Dixi superius de hac re. calumnia domini procuratore posse, vide quæ notavi *l. 34. §. 3. ff. de jurejurando.* Utique autem posse hic ostenditur, & est exemplum apud Livium decimo tertio. Domus principalem seu dominum juralle de calumnia, an iterum procuratur de calumnia jurare cogitat? hoc interpretes volunt: ex tamen casu tantum, quo procuratoris confessio & contumacia nocere domino. vid. *Wurmser. 1. pract. 5. obs. 10.* 58 Quid? haveli potuhos deferri juramentum calumniæ? vid. *l. 12. in princ. J. de reb. credit.*

collusione aliqua utentes, remittere [1] videantur inter se hujusmodi sacramentum, & ex præditta dissimulatione nostram sanctionem deludant: sancimus, omnes judices, licet ex compromisso [2] cognoscant, vigorem suum exercentes (quia non pro commodo privatorum, sed pro [3] communi utilitate præsentem legem posuimus) minime [4] pati tale sacramentum remitti; sed omnimodo hoc & ab actore, & à fugiente exigi: ne paulatim videatur hujusmodi res defraudari, & sacramentum vel principalium personarum, vel advocatorum ex quacumque parte mutilari. §. 5. Hoc etiam huic legi addendum esse censemus: ut si quis pro alio litem movere [5] voluerit, & nullo mandato prolato, sed per fidejussionem ratam rem dominum habiturum, suam personam firmaverit: ne vel ex hac machinatione lex circumscribi videatur, sancimus, si quid tale in posterum emerserit (sive pro una persona quis litem movere voluerit, sive pro aliquo corpore [6], vel vico vel alia universitate) fidejussionem quidem [7] solitam præstare: litem autem ulterius [8] minime procedere, nisi intra à judice statuendum tempus faciat personas principales [9] sacramentum subire, vel præsente adversario, si hoc maluerit, vel pro eo agente, vel [10] penitus altera parte cessante, inter acta apud defensorem locorum hujusmodi sacramentum [calumniæ,] vel ab ipso pro quo agitur, vel [à] plurima [11] parte vel idonea omnimodo veritatis procedat. §. 6. Quod si actor noluerit sacramentum calumniæ subire, & hoc legitime fuerit approbatum [12]: non liceat ei penitus ad litem pervenire, sed [13] cadat ab instituta actione, quasi [14] improbus litigator, & tristitia [15] judicum ei cum summa interminatione occurrat, & à judicio eum quam longissime expellat. §. 7. Sin autem reus hoc sactamentum subire recusaverit, in his capitulis quæ narratione comprehensa sunt, pro [16] confesso habeatur, & licèat judici sententiam proferre, quemadmodum ei ipsa rei qualitas suggesserit. §. 8. Sic enim non lites solum, sed etiam calumniatores minuentur: sic pro judiciis putabunt sese homines in sacrariis [17] sisti. Si enim & ipsæ principales litigantium partes per juramentum lites exercèant, & causarum patroni præbeant sacramentum, & ipsi [18] judices propositis sacrosanctis scripturis tam totius causæ faciant examinationem, quam suum proferant arbitrium: quid aliud, nisi pro hominibus Deum in omnibus causis judicem esse credendum est? Antiqua itaque calumnia [19] quiescente, & ejus ambagibus, constitutio nostra dilucidè & compendiosè in terris clareat omnibus, & sit maximum distimendanum [20] causarum remedium. §. 9. Sed prædictum sacramentum in litibus quidem, quæ necdum sunt inchoatæ præstari volumus in ipso [21] litis primordio. Sin autem causæ adhuc pendentes inveniantur: vel post litem contestatam, & post solitas judiciales cautelas jam præstitas: si quidem præsto fuerit utraque persona, & in eadem civitate vel in territorio ejus moretur: & in his litibus sacramentum locum habere, & in primo post hanc legem ingressu eum compelli jusjurandum præstare. [.] Sin autem una pars adfuerit, ne videatur propter absentiam personæ lis differri, & aliquod contrarium eveniat nostro propolito, & quod pro [22] compendio litium introductum est [protinus] hoc in adversariam figuram transformetur: jubemus præsentem quidem personam omnimodo dare sacramentum, absenti [23] autem in pendentibus dumtaxat litibus (secundum quod prædictum est) hoc concedi. Sin autem utraque principalis persona abfuerit, ne diutius lites protelentur, etiam sine datione sacramenti lites pendentes suo decurrant tramite. P. P. IV. Kal. Auguft. Justiniano A. IV. & Paulino V. C. Conss. 534.

1 Juramentum calumniæ utrum remitti possit, vid. *Angel. 1. ult. §4.*

2 Quod ad compromissa judicum arbitrorum & salariorum. *l. 1. C. de pedan. judic.*

3 Quod ad communem utilitatem pertinentia remitti non videntur. *l. 1. C. de remiss. pign.*

4 Juramentum de calumnia non remittendum. *Arg. l. ult. C. de transact.* Quæstiones de *Barthol. 2. de Ferrariensis* tamen putat remitti, & putant allegare, hoc esse simplici dolo adhibito. *Ferrariens. in Summa Alexandr. de appellat. contra reflor. in verbo, & non ja-cet. §. 3.*

5 Id est, agere.

6 Procuratur adhibitum ad jurandum de rato in causis privatorum, vicorum, universitatum. 7 Id est, de rato. 8 Id est, ulterius litis contestationem. 9 *§. 3. T. eod.* 10 Actor jurare potest de calumnia: vel ea præsente vel absente: ut & absente vel præsente ejus procuratore, vel apud acta. 11 Ex la prima parte universitatum cautis jurandum est de calumnia. vid. *l. ultim. ff. D. ad municipal.* 12 Juramentum calumniæ non committi ipso jure hinc colligant. *vide Gaillem 1. observ. 86.* 13 Pœnam actoris nolentis jurare de calumnia observa. 14 Actor nolens jurare de calumnia dimittitur improbus litigator. 15 Id est, severitas. 16 Reus juramentum calumniæ recusans, habetur pro confesso. *l. 38. ff. de jurejurand. & §. 1. Inst. de pœna temere litigant.*

17 Judicia cum recte procedant, æquitatis defubra: cum deprivantur, foveæ fallaces & cæcæ. *Bonacius. 30.*

18 *In principio T. ordine.*

19 Id est, calumniæ actionem: de qua *instit. de pœna temere litigantium. §. ultrà supra.*

20 Juramentum remedium maximum expediendarum litium. *l. 1. ff. de jurejur. Paul. 2. sent. 3. §. 1.*

21 Juramentum de calumnia in ipso litis primordio præstandum.

22 Ut litium compendia sunt quærenda, ita eorum fugienda est compendiatio, sive dilatio.

23 Vid. quæ scripsi ad *l. 15. ff. de jurejur.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.
DE JUDICIIS.[1]

De stipulatione usurarum.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Clementi.

Judicio cœpto [2], usuratum [3] stipulatio non est peremta: Superest igitur, ut debitorem ejus temporis quod [4] non est in judicium deductum convenire possis. P. P. Kal. April. Antonino II. & Geta. II. Conss. 206.

Si sæpius tutela agatur.

II. Idem AA. Valerio.

Licet judice accepto [5], cum tutore tuo egisti, ipso [tamen] jure actio tutelæ sublata non est: & ideo si rursus eundem [6] judicem petieris, contra [7] utilem exceptionem rei judicatæ, si de specie [8], de qua agis, in judicio priore tractatum non esse allegas, non inutiliter replicatione doli mali uteris [9]. P. P. VI. Kal. Januar. Faustino & Rufo Conss. 211.

Si quæstio status bonorum disceptationi concurrat.

III. Imp. Alexand. A. Faustinæ.

Quoties quæstio status [10] bonorum disceptationi concurrit: nihil prohibet, quo [11] magis apud [12] eum quoque, qui alioquin [13] super causa status cognoscere non possit, disceptatio terminetur. P. P. VI. Id. Februar. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De quæstione evictionis amissa.

IV. Idem A. Popilio.

Si cum tibi pretium prædiorum à curatoribus comparatorum reputaretur [14], & instrumenta emptionis traderentur [15], quæstionem omisisse evictionis [16] non movisti: intelligis semel finitam litem instauran non posse. P. P. Kal. Auguft. Modesto & Probo Conss. 229.

De Judice delegato.

V. Imp. Gord. A. Marcello.

A Judice [17] judex delegatus [18], judicis dandi potestatem non habet [19]: cum ipse judiciario munere fungatur [20]: nisi à Principe judex datus fuerit. P. P. IV. Non. Septemb. Ulpio & Fortiano Conss. 239.

Quid sit judices per se, vel per Consiliarios expediendum.

In Authent. ut defun. seu fun. eor. non injur. à cred. §. illud col. 5. tit. 13. al. 13. seu Novell. 60. cap. 2.

Ad hæc, si administrator sit, & publicis occupationibus impediatur, litem apud se agitandam saltem in contestatione audiat: & cursus ea modo semel, & in fine omnia etiam quæ sunt examinata, consequenter audiat, & sic ferat sententiam & appellationem, si fiat, suscipiat: cætera licèat expediri per consiliarios. Item judex appellationis rem per se audiat. Delegatus autem omnino per se litem una cum consiliario examinet. Sed si contra hoc factum fuerit, graves pœnæ sequentur: nam Administratores & delegati vicines litigantes aures multum præstabunt: Consiliatis, si quidem advocati sint, ab advocatione expellentur: si vero non sint, sed cingulum habeant: cingula prævaricentur, & decem libras auri præstabunt.

De servo.

VI. Idem A. Juniæ.

Servus [21] in judicio interesse [22] non [23] potest: nec si condemnatio aliqua in personam ejus facta sit, quod statutum est, subsistit. Dat. XV. Kalend. Septemb. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

Contra servum detentorem rei pignori obligatæ non potest agi ex persona domini sui defuncti, sed missio in bonorum possessionem petenda est.

VII. Impp. Diocles & Maxim. AA. & CC. Hyrinæ.

Cum [24] debitoris tui servum tibi pignoris jure obligatum, bona domini sui quondam rebus humanis exempti tenere profi-

1 Seu cognitionibus judicum duorum magistratuum vel Principe. *l. 3. ff. & l. 2. C. Theod. 18. & 7 Basil. Basil. 1. & 2. Brevi. 1. & 2. Rur. 1. & 2. Cleo 1. & 2. Extravagant.*

2 Inutilis juris fictio fingit ultras litiquasti prætriduo: & in omnibus hanc *l. cod. 13. in fin. ff. de usur.* Cæteras judicum excipere dicitur interdum litis contestationem, interdum sententiam, interdum solutionem.

3 Lites contestatæ ultra annum durare solent. *l. 35. ff. de usur.* Durtii obligationes (sicut & præteritorum usurarum) in judicium deductæ, petas creditæ *l. 99. de verb. oblig.*

4 Petitio certis non impedit certum officium judicis pendente judicio *Bald.* Ultra quæ pendente judicio non augetur, & non inducit initio vel à principio litis petitæ fiat, alia judicio sunt petenda. 5 Judex acceptus delegatus ab ordinario. *l. 7. ff. ad rej. Falc.* non ordinarius, ut vult Odofredus. 6 Causæ continentia non est dividenda. *l. 16. ff. eod.* Quæri potest quemadmodum hic ad eundem judicem sit eundum, cum coram judicante, atque ita officio suo jam functum esse. *l. 42. ff. de rejudic.* Aliter hic species adhibetur fingenda: Datus enim hic judex fuit generaliter ad finiendam tutelæ actionem: unicam autem tantum ejus speciem hic desiit ac decidit, ideoque officium ejus non extinctum. *l. 43. ff. de minor. arrigo.* 7 Contra unilem exceptionem datur replicatio doli. 8 Si petitio generalis, prohibetur specialis fit, & potest sententia generaliter feratur, ea utique restringitur ad prosecuta & allegata tantum, non ad ea quæ in judicium non deducta fuerint. adde *l. 3. T. de transact. l. 43. ff. de arbitris.* 9 Nisi cum generaliter petisses, de una tantum specie probaveris. *l. 29. T. de transact.* nisi id quod nunc petis continebatur principali, ut sunt fructus, usuræ, & evictiones. *l. 4. T. eod.* In si quæstio status in controversiam motam incideret, neglecta principali causa status priori loco cognoscitur. *l. 6. T. de ord. cogn.* 11 Id est, quo minus. *Accurs. & Glossa. interlinearis, Cujac. ad l. 7 §. 2. ff. pro emptore.* 12 Qui de re aliqua principaliter non potest cognoscere, si incidenter ea moveatur, de ea cognoscet. 13 A contrario collige, eundem judicem quæstionis principalis judicem esse *causæ & emergentis seu incidentis. Bald.* 14 Dum illi rationem tutelæ tibi reddèrent: possunt enim tutores & curatores contrario judicio tutelæ pupillis suis repetare, quod eorum nomine impenderint. *l. 1. §. 4. ff. de contraria.* 15 Sensus est, pupillum curatori suo licere non esse, curatores ei repetatse pretium fundi comparati, eamque emptionem ut probaret, instrumenta emptionis in judicium protulisse: mox Popilium sententia judicis damnatum, eam impensam curatoris agnovisse, curatorem emptionis instrumenta Popilio tradidisse: finita mox lite, Popilio fundum evictum fuisse venditorem non solvendo, mox adversus curatorem egisse, & fil. nomine, quod cum supradictum fundum emisset, cautionem omisisset evictionis: Curatore hujusmodi negligentiam nunquam sibi repetaram fuisse à Popilio, vel in ipso judicio, vel cum ea nomine impenderint. *l. 1. §. 4. ff. de contraria.* 15 Sensus est, pupillum curatori suo licere non esse, curatores ei repetatse pretium fundi comparati, eamque emptionem ut probaret, instrumenta emptionis in judicium protulisse: mox Popilium sententia judicis damnatum, eam impensam curatoris agnovisse, curatorem emptionis instrumenta Popilio tradidisse: finita mox lite, Popilio fundum evictum fuisse venditorem non solvendo, mox adversus curatorem egisse, & fil. nomine, quod cum supradictum fundum emisset, cautionem omisisse

profiteatis, adversus eum dari tibi actiones contra jus postulas: si quidem inter [1] servum & liberum consistere nullum [posse] judicium. Ad possessionem itaque pignorum magis officio judicis venire te convenit, quam illicita postulare. S. xv. Kal. Maji, *Sirmio*, CC. Conss. 294.

De æquitate & stricto jure.

VIII. Impp. Constant. & Licin. AA. ad Dionysium.

PLacuit[2], in omnibus [3] rebus præcipuam [4] esse [5] justitiæ æquitatisque [6], quam [7] stricti [8] juris [9] rationem. Dat. Id. Maji, Volusiano, & Anniano Conss.

De re plene inquirenda, & de partibus interrogandis.

IX. Imp. Const. A. ad Maximum.

JUdices [10] oportet imprimis rei qualitatem plena [11] inquisitione discutere [12], & tunc utramque partem sæpius interrogare [13], *Numquid novi addere desideret:* cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per judicem, sive ad majorem potestatem referenda sit. Dat. II. Id. Januar. *Sirmio*, Licinio V. & Crispo Conss. 318.

De allegationibus & dilationibus.

In Authent. ut cum de appell. cog. §. sed & hoc col. 8. tit. 16. al. 11. seu Nov. 115. cap. 2.

Jubemus: ut, si quando una pars allegationibus suis renunciaverit, alia vero pars se habere aliquid quod proponat, dixerit, Judex negotii modo omnibus eam partem, qua utitur dilatione, compellat intra triginta dies, postquam altera pars allegationibus renuntiaverit, quicquid velit sine aliqua interruissione proponere. Quod si non fecerit, tunc ad ejus audientiam superandam alius mensis indulgeatur à judice. Si vero adhuc disputaverit, alterius mensis dilatio ei præbeatur: Ita ut si usque ad prædictos tres menses suas non proposuerit allegationes, causa cognitor non amplius expectans, sententiam omnibus modis legibus & moribus consonantem proferat: vel, si noluerit, referat: ne litigatoribus male tractantibus liceat causarum exitus ultra protrahere.

De causæ continuatione non dividenda.

X. Idem A. ad Severum Præfectum urbi

NUlli [14] prorsus audientia præbeatur, qui causæ continentiam [15] dividet [16], & ex beneficii prærogativa id quod in uno eodemque judicio poterat terminari, apud diversos judices voluerit ventilare: pœna ex officio Judicis imminente ei; qui contra hanc supplicaverit sanctionem; atque alium super possessione [17], alium super principali [18] quæstione Judicem postulaverit. Dat. III. Kal. Aug. Paulino & Juliano Conss. 325.

Ut Judex leges non verba Principis attendat.

XI. [19] Græcæ hujus constitutionis argumentum ex indice Basilicorum & Theod. Hermopolita.

Τῆς ἀκριβείας τὸ νόημα ὁ διάκριτης φορτίζετω, μὴ τὴ τοῖς θεσπίσμασι βασιλέως ἀφορᾶν.

SUbtilitatem [20] legum judex curæ [21] habeat: non autem, his, quæ præter jus dicta, vel prolata sunt ab Imperatore attendens.

De dilationibus. 1. De recusatione judicis.

XII. [22] Imp. Zeno. *

ΠΑντες οἱ ἀρχοντες καὶ οἱ θεῖοι διατηροῦσι τοὺς δίκας παρατείνειν καὶ τὰς διαλύσεις πολλάκις τῆ φορᾶ ἀναβάλλεσθαι μὴ δὲ ἀναγκαίαν αἰτίαν ὑποτιθεῖσι, ἀφ' οὗ τὸ βασιλεῖ, τῶν ἀκουόντων ἀνεμφόρων βούλεται.

OMnes [23] magistratus & divini judices compendiose lites decidant: & si quis litigantium crebro competentem judicem adiens, sine justa causa differatur, adeat principem, auxilium ab eo expectans.

§. 1. Εἰ δὲ ὁ ἀμφισβητῆσαι τῆς δίκης ἢ διάλογος ἀπὸ ἀναβολῆς, ἐνδείας ἀναβολέως ἴσην τοῦτον δίκην. Εἰ δὲ ὁ διάλογος ἀμφισβητήσῃ ὀφθῆναι μὴ ἀναπαύσῃ, δίκης ἴσην ἢ συνδικήσης μὴ αἰτεῖσθαι, παρ' ἐκ ὁ δίκης τὸ πᾶν κεφάλαιον ἢ ὑπερβάσης καὶ ἀναφορᾶ τοῦτο ἐπὶ τὴ δίκη κεφαλαίου.

§. 1. Sin recuset quis judicem bona fide ante litis contestationem, judex alius ei ex divina additione dabitur: Quod si & juste recusatæ videbitur, post contestationem judex alius aut conjudex ne [24] petatur: apud unum enim judicem omne moveatur causæ negotium: & si incompetens ille super aliquo videatur causæ capitulo: ex propria sententia ad competentem judicem illud capitulum remittatur. Secundo enim aut sæpius conventus seu expensus quis, & ex secunda causa in duplum reponet damnum, & sine fidejussoribus, aut ejeratione ex secunda conventione apud primum intendet judicem.

De litibus triennio finiendis, De eremodicio, & de sumptibus litis.

XIII. Imp. Justin. Juliano P. P.

PRoperandum [25] nobis visum est, ne lites fiant pene immortales [26], & vitæ hominum modum excedant, (cum criminales quidem causas jam nostra lex [27] biennio concluserit: & pecuniariæ causæ frequentiores [28] sunt, & sæpe ipse materiam [29] criminibus creare noscuntur) præsentem legem his per orbem terrarum, nullis locorum vel temporum angustiis coarctandam ponere. §. 1. Censemus itaque omnes lites super pecuniis, quantæcunque quantitatis, sive super conditionibus, sive super jure civitatum, sive privatorum fuerint illatæ, sive super possessione, vel dominio, vel hypotheca, seu super servitutibus, vel pro aliis quibuslibet causis, pro quibus hominibus inter se litigandum est, (exceptis tantummodo causis, quæ ad jus fiscale [30] pertinent, vel quæ ad publicas reipsi[ci]unt functiones) non ultra triennii [31] metas post litem contestatam esse protrahendas: sed omnes judices sive in hac alma Urbe, sive in provinciis majorem seu minorem peragant administrationem, sive in Magistratibus positi vel ex aula nostra dati, vel à nostris proceribus delegati: non esse eis concedendum ulterius lites, quam triennii spatio, extendere. Hoc etenim judicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret: Nam si ipsi noluerint, nullus tam audax inventur, qui possit invito [32] Judice litem protelare. §. 2. Et si quidem pars actoris cessaverit, quarenus multiplici dilatione reus fatigetur, & triennii meræ post [34] litem contestatam jam prope in [35] finem veniant, ut semestre tempus tantum ei superfit: licentia erit judici [36] per executores negotii actorem requirere, parte fugiente [37] ex una [38] parte actoris absentiam incusante [39], & judicibus omnimodo suas aures hujusmodi quæstionibus reserantibus: & si per [40] tres vices hoc fuerit subsecutum, decem [41] dierum spatio per unumquemque [42] introitum [43] destinato, & nec ita pars actoris fuerit inventa, & neque per se, neque per [44] procuratorem instructum pervenerit: tunc judicem negotii acta [45] apud se confecta conspicere [censemus.] Et si quidem nihil sufficiens actitatum est, ex quo possit termino causæ cetera fieri conjectura, volumus non solum partem fugientem [46] ab observatione judicii relaxare, sed etiam in omnes expensas quæ consuevit modo circa lites expenduntur, eum condemnare, vera quantitate earum sacramento fugientis manifestanda, & omni cautela, quam super lite reus exposuit, reddenda: quæ & si remanserit, viribus evacuabitur. Sin autem ex gestis apud se habitis [47], parte actoris minime inventa, possit invenire viam, qua manifestum ei fiat, quid statuendum sit, etiam absente [48] actore, si cum meliorem causam habere perspexerit, pro eo ferre sententiam non moretur, & præsentem [49] reum absenti actori condemnare, expensis tantummodo litis, quas reus legitime se expendisse juraverit, condemnatione excipiendis, quia hanc pœnam [50] actori, & meliorem causam habenti propter solam absentiæ contumaciam [51] imponimus: nullo penitus ei regressu ad eandem litem conservando. Sed actor contumax cadat omnino de lite, si reus absolvatur. Sin vero aliqua condemnatio contra reum pro absente actore proferatur, quam forsitan non sufficientem sibi actor putaverit fugitivus [52], nullo modo iterum eandem litem resuscitare [53] concedimus. Et hæc quidem pœna actori fiat imposita. §. 3. Sin autem reus absuerit, & similis [54] ejus processerit requisitio [55], quemadmodum pro persona actoris diximus, etiam absente eo eremodicium [56] contrahatur, & judex (secundum quod veteribus legibus cautum est) ex una [57] parte cum omni subtilitate causam requirat: & si obnoxius fuerit inventus, etiam [58] contra absentem promere condemnationem non cesset, quæ ad effectum [59] perducatur; & per tres [60] & facultates

---

1 L. ult. *ff. de manumiss. adf.*

2 VII. *Kalog. 3. ex tit. 6. cap. 8.* Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Anton. Augustin. *lib. 4. emend. cap. 8.* Duaren. *lib. 2. disputat. cap. 18.* Fachin. *lib. 1. controv. cap. 3.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 23. num. 16.* S. L.

3 Imo non omnibus omnino in legatis. *L. 69 ff. de leg. 3.* non in contractibus. *l. 1. §. 20. vers. sed & fiducia. ff. de exercitoria.* non in causis libertatis, (secundumque sint favorabiles) *l. 12. §. 1. ff. qui & à quibus.* non in sententiis aut judiciis. *l. 2. C. de legibus.* Nullo igitur casu. Imo in omnibus, sed quæ lege palam non sunt definita.

4 Hinc æquitas vocatur summa ratio *in l. 43. in fin. ff. de reiv.*

5 Cui? num judicibus: si judicibus, an omnibus? dixi ad *l. 12. C. de legibus.*

6 *L. 57. C. de Episcop. l. 90. ff. de reg. jur.* Æquitas justitia, *ni hic*, verum jus, germana justitia. Cicer. bona fides. *l. 29. §. 4. ff. mandat.* naturalis justitia. *l. 13. §. 7. ff. de ventr. inspicien.* humanitas, benignitas, æquum, bonum, bonum & æquum. *l. 1. ff. de justitia. l. 91. §. 3. ff. de verb. oblig. Gaius. Synops. d. loco.* utilitas communis. *l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. vi termini.* justum quidem, sed non semper scriptum, & ita opponitur jubi legitimo ab Arist. *5. Ethic. 10.* Æquitas rationem personarum habet. *l. 14. §. 6. ff. de relig.* educitur ex ipsarum rerum natura. *l. 14. §. 13. ff. de relig.* judici ante oculos esse debet. *l. 4. in fin. de ea quod certo.* unde religio judicantis dicitur. *l. 13. ff. de testib.* juris scripti duritiem, habita ratione circumstantiarum mitigat. Quo vis? veluti si deprehendens, neque plus aut minus in facto esse quam in lege scripta dixeris, scriptam legem facto controverso proprie conenuire: si tamen legislatoria mentem, ipsamque facti controversiam attentius spectaverit. Hoc utique spectat ars boni & æqui. *l. 1. in princ. ff. de justitia & jure.* vera philosophia non simulata, quæ sui studiosos secundotes facit. *tit. §. 1.* De æquitate alibi etiam dixi ad *l. 21. ff. de inter. in jure fac.* obiter interea notandum est, utriusnam æqui oriri ex universali lege: quippe legislatores non omnes casus definiunt, sed eos qui plerumque accidunt. *Aristot. 5. Ethic. 8.* Decisio casus omissi in lege universali petenda, non ex ipsa lege, sed ex eo quod bonum & æquum diximus, ut æquitatem ipsam postulemus appellare, scriptæ legis supplementum. 7 Æquitas sæpius: jus strictum, *angustum. Synops. Basil. 6. tit. 3. ex tit. 6. cap. 8.* 8 Jus strictum *hic*, non est jus scriptum, sed jurta scripti prudentia & ab humanitatis regula aliena interpretatio: stricta ratio. *l. 43. in fin. ff. de relig.* jus summum Ciceroni, apices juris. *l. 29. §. 4. ff. mandati:* mera cognitio. *l. 14. §. 13. ff. de relig.* subtilitas verborum. *l. 20. in fin. ff. de reb. cred.* Opponitur æquitati (de qua supra dixi) ut homini politico humano barbarus. ut spiritui littera. dicitur & scrupulositas, nimiaque subtilitas. *l. 12. C. de injusto.* cavillatio, subtilitas juris. *l. 17. ff. de injusto.* authoritas juris scientiæ. *l. 91. §. 3. ff. de verb. oblig.* ratio disputandi. *l. 51. §. 2. ff. ad leg. Aquil. Explican. Synops. d. loco.* summum jus summa injuria. *Terent. Heautontimor.* summum jus, summa crux. *Cicero de l.* 1. Eam ob causam Coriolanus in exilium missus, ut nimius exactor legum, *Val. 8.* jus nimis scrupulosum, & idem non admittendum. *l. 33. ff. de excusat. tutor.* subtilis ratio. *l. 51. in fin. ff. ad leg. Aquil.* subtilis regula & humanitas opponuntur in *l. 13. ff. de liber. & posthum.* 9 Imo stricti magis quam æquitatis. *d. l. 29. d. l. 20. d. l. 12. d. l. 17.* dixi superius *& ad legem primam.* 10 Hæc lex interpolata ex *l. 1. C. Theod. ud. lib. 2. tit. 18.* 11 Hoc locum non habet in rebus minimi momenti, & aliis causis quæ eorum non admittunt, ut ullimentorum & similium. de quibus vide *Rebuff. tom. 1. tract. de sententi. præjudicialibus seu provisionalibus.* 12 Id est, concta rimari. *l. judicantem. 1. C. Theod. lib. 2. tit. 18 quam vide. & cap judicantem ult. 330. quæst. 5.* 13 Ex officio, parte etiam non petente. vid. *l. 11. ff. de interrog. act.* 14 *L. 2. C. Theod. de judiciis. l. 2. tit. 18.* 15 *L. 2. C. eodem.* Ubi cœptum judicium, ibi finem accipere debet. *l. 30. ff. eod.* neque bodie in hujus, cras in alterius foro lis finienda. vide quæ notavi ad *l. 5. C. arbitrium tutelæ.* Goth. In hanc leg. vide Alciatum *paradox. lib. 2. cap. 5.* & quæ sit continentia causæ. Idem *Favorg. lib. 1. cap. 9. & cap. 61.* Cujac. *lib. 9. obs. cap. 10.* Menoch. *de Arbitr. Jud. cas. 371.* Afflict. *decis. 353.* S. L. 16 *L. 2. C. eod.* cur id fieri non oporteat, dixi ad *l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem judic.* 17 Alia est enim proprietatis, alia possessionis causa, ut hic: in hac de exepta possessione: in illa de proprietate agitur: utraque in una eodemque judicio debet cognosci. *Greg. 7. epist. 100.* & hæc prius quam illa. An & simul? Symmachus *1. ep.* refert ab imperatoribus constitutum, judices ad id non cogi: sed tamen, si velint de possessione cognoscentes posse etiam continuo, si causa naleat, de proprietate cognoscere. qua de re plenius vide Cujac. *2. observ. 35.* Superiori quæstioni subcontraria est ea, an pendente judicio petitorio agi possessorio liceat, & à rei vindicatione ad possessionis causam progredi? de qua vid. *l. 13. ff. de rei vindic. l. 37. ff. de judiciis. Harum. quæst. 29.* 18 Causa principalis, id est, proprietatis. *l. 3. C. Theod. unde vi,* quæ & negotium principale. *l. 7. in fin. ff. ad leg. Jul. de vi.* Cassiodor. *4. variar.* Si in causa momentaria (id est, possessionis) vel principali justitiam adesse cognoscet. vid. Cujac. *5. obs. 19. in fin.* 19 Cujacius hanc legem restituit *9. observ. 20.*

20 Interpretatio Contii: sententia hæc est, judices sequi jus strictum legum debere, at non ea quæ plerumque à Principe dicta prolatave *sunt, præter jus Synops. Basil. 7. tit. 6. c. 11.* vid. *l. si vindicari 20. ff. de pœnis.* 21 *l. 3. ff. de sentent. ex pericula. l. 20. ff. de jurisd.* 22 Cujacius hanc legem restituit *9. obs. 20. ex l. 17. Syn. Basil. C. cap. 12.* 23 Interpretatio Contii. 24 *Cap. 6. ff. de off. leg. in fi. Hereb. 53. cap. 3.* 25 Adde casum *l. ult. ff. de in jus vocand.*

26 Causæ civiles malos homines fieri solent; pessimæ vero criminales: quæ fuerint quantitatis à quanto personæ, in quantumque causæ (exceptis dotium causis essi publicum) nusquam definitum: solo tantum ab omnibus judicibus quinquennio fuerint finiendæ. *Synop. Basil. 7. tit. 6. cap. 3.* Goth. Vide Cujac. *observ. lib. 9. cap. 21.* Hevard. *lib. 2. Platear. cap. 14.* Vall. *de reb. dub. tract. 23.* Ant.

27 Litium immortalitas vituperata. *l. 4. §. 1. ff. de minor. ubi notand. cons. l. 21. in fin. ff. de rit. nupt. l. 1. §. 22. ff. de aqua arcend. ubi notabiliter, & pœna temere litigant.*

28 Infamia causa frequentissima criminalium non durat ultra biennium. *l. 2. §. ult. ff. de injur. vide quæ scripsi.*

29 Patrocinium causæ criminalibus frequentissimum.

30 Procuratio Status sæpe in criminales degenerans.

31 Causæ fiscales & pertinentes ad publica munera intra sex mensis à lite contestata finiendæ. vid. *l. 20. ff. de jure fisci.*

32 Lites civiles (quæ tamen non pertinent ad fiscum, & publicas functiones, *ff. vel.* & ad legata filii commissa, & libertates fiunt enim tales causæ intra annum finiendæ. *Nov. 1. cap. 4.* all vide *Cujac. tom.* triennio finiendæ, ut hic, quod & Manuelis Comneni Novella quadam confirmatum est. De triennio vide *Cujac. tract. 21. de præscript.* Hoc tempus legitimum appellatur *ind. 12. in fin. ff. eod.* Ubique gentium inveterum abominabile fecisse morbo, lites diutius vivere. Illud interim notandum, in Gallia sic instantiam peremi triennii spatio computando à die ultimi termini, *de la derniere prononciation*, ut ab eo tempore nemo sit de litteris regiis litem posse protelari. vid. Rebuff. *in prom. constitut. glossi. num. 51.*

33 Invito judice mentra pars litigantium litem prorogare possit. An judex post triennium sententiam ferre possit? non possit. Cur ita? triennio peremisse eam peremptæ cessat citatio. Si jus dicereetur, hoc fieret sine citatione. Et autem sine citatione sententia nulla. Post peremptam igitur instantiam, sententia nulla est. vid. *Oldendorp. cap. 8. de instit. & re judic.* 34 Tempus instantiæ incipit currere post litem contestatam. 35 Prope triennium esse dicitur quod à triennio solo semestri differat. Proximitas temporis hic semitri definitur. vide *Cujac. 17. obs. 4. in fin.* 36 Vide *Joffredum decis. 353.* 37 Uno litigatorum absente, litis perfectio continuanda ad alterius præsentis petitionem. 38 Necessario, vid. *Cujac. Nov. 9.* 39 Hinc colligunt, judicem nunquam nisi ad instantiam partium procedere: quod animis fere generale: judex enim plerumque ex officio procedit. Hinc etiam colligunt absentem non posse condemnari tomacem cessari, quam ejus absentia ab adversario præsente fuerit accusata. 40 Vid. *l. 2. §. quamvis & quando judex.* 41 *L. 59. ff. eod.* hodie triginta dierum ex *Nov. 112. cap. 3. in pr. vers. Si vero.* 42 Mos hic erat judiciorum, ut si litem cœptam pars una deseruisset, altera judicem ingredereturve ac postularet adversus absentem Edictum primum: quod impetratum denunciabatur absenti, dato ei termino decem dierum. Eo non comparente, secundum Edictum postulabatur, quod non eidem absenti denunciabatur, additis rursus aliis decem diebus. Eo rursus non comparente, tertium Edictum postulabatur dari, quod absenti denuo denunciabatur (trium enim denunciationes fiebant. *ff. eod. ibi, per tres vices addita decennia.* Eo non comparente, postulabatur Edictum quartum & peremptorium. Interdum tamen omisso quarto Edicto absens condemnabatur, *l. 2. §. quomodo & quando judex.* & ita raddebatur Lis *ipsius*, sive *possessorii sua.* vid. *Cujac. 9. observ. 11. J. quomodo & quando judex.* & ita raddebatur Lis *ipsius*, sive *possessorii sua.* vid. *Cujac. 9. observ. 11. J. quomodo & quando judex.* & ita raddebatur Lis *ipsius*, sive *possessorii sua.* vid. *Cujac. 9. observ. 11.*

43 *Interdum est*, quo præsens adversarius absentem accusat, & de sumptibus litis quas interim fecit, conqueritur, atque deplorat, qui tertio fieri solebat. vid. *Cujac. d. loc.* 44 Absens non est, qui per procuratorem comparet. 45 Judex ex actis & allegatis judicare debet. An ex confessione dico in *l. illicitas 8. §. veritas 1. ff. de off. proæsid.* 46 Pars fugiens, reus. Græcis ita exprimitur. Hinc Alcibiades, teste Æliano 13. dicebat, stultum esse reum, qui licet ingenio accusatus sit, non fugiat, cum possit fugere. Item cuidam interrogranti cur judicio patris differret: imo & maturis inquit: fieri enim potest nonnunquam, ut errore inducta nigrum calculum pro albo inferat.

47 Sensum hujus vers. vid. apud Fachin. *lib. 1. controv. cap. 40.* Ant. 48 Actor præsens absente reo interdum (puta quando actoris libellus est inceptus) condemnari potest. Idque judicis officio, ut hic, & ita judex absentem potest non tantum absolvere ab observatione judicii, sed & præsentem condemnare in expensas. Expendas, inquam, quas reus se fecisse juraverit. Porro quando absolutoria ab observatione judicii fieri debeat, vide Wurmserum 1. *practi. 22. observ. 11. & tit. 24. observ. 14.* 49 Præsens reus interdum absentem condemnatur: id est, interdum causa potior est absentis, quam præsentis. Absens per contumaciam, si bonam causam habuerit, non ideo minus vincit. *l. 73. ff. eod.* 50 Pœnam absentis actoris observa. Quantumvis contingat secundum eum judicari, non tamen reus ei condemnatur in expensis: quisnam expensas factas à reo solvere teneatur: & ita hoc casu victor victo damnatur: & variata sumptusque litis exsolvit. 51 In quam non incidit, qui culpa levi non caruit: non comparuit: puta quia dum veniret ad judicem passus est injuriam se à ludentibus detineri, forte non male, quia animum judicii contemnendi non habuit. *Loffredus decis. 333.* 52 Actor fugitivus, id est, absens & contumax. 53 Absenti contumaci nulla redintegranda restitutio per appellationem ratio est. 54 Similis modus attendatur in reo, qui is actore. 55 Id est, trina denunciatio, per quam quis fit contumax. *l. 4. J. quando & quando judex.* 56 Eremodicium litis desertio. *§. 4. cod. l. 13. in princ. ff. judicatum solvi.* 57 In eremodiciis agitur causa *non principis.* 58 Absens indefensus, si malam causam habeat, præsenti condemnandus. 59 Vana est sententia, quæ executione destituitur. 60 Sententia condemnatoria in bonis condemnati executioni mandari debet.

cultates fugientis victori satisfiat: sive ipse judex ex sua jurisdictione hoc facere potest[1], sive per relationem[2] ad majorem judicem hoc referatur, & ex eo legitima via contra res contumacis aperiatur: nulla licentia ei, vel alii[3] personam ejus solam prætendenti concedenda contradicendi, cum in[4] possessionem hujusmodi ex causa actor mittitur: nec[5] si diversus ipse fuerit, & voluerit fidejussores dare, & possessionem recuperare, audiatur: in hujusmodi etenim casibus omnem ei contradictionem excludimus. §. 4. Cum autem eremodicium venditatur, sive[6] pro actore, sive pro reo: examinatio causæ sine ullo obstaculo celebretur. Cum enim terribiles[7] in medio proponuntur scripturæ, litigatoris absentia Dei præsentia repletur[8]: nec pertimescat judex appellationis[9] obstaculum, cum ei qui contumaciter[10] abesse noscitur, nulla sit provocationis licentia: quod & in veteribus legibus esse statutum, manifestissimi juris est. §. 5. Hujusmodi autem sententia prope finem triennii[11] proferatur, pro quo & præsentem legem induximus. Si enim in anteriori tempore, in quo larga temporis superesti dilatio, & spes absenti relicta fuerit revertendi, alterutra pars cesserit; in sola expensarum datione, & absolutione forsitan præsertur pœnalis sententia: non autem tunc mors[12] litis, & condemnatio in absentem introducatur, quæ in his tantummodo casibus accidant, in quibus triennii effluentis imminet formido.

§. 6. Sive autem alteratra[13] parte absente sive utraque præsente lis fuerit decisa: omnes judices, qui sub imperio nostro constituti sunt, sciant [victum] in[14] expensarum causa victori esse condemnandum, quantum pro solitis expensis litium juraverit: non ignorantes, quod, si hoc prætermiserint[15], ipsi de proprio hujusmodi pœnæ subjacebunt, & reddere eam parti læsæ coarctabuntur. §. 7. Et hæc de alterutra parte litigantium contumaciter absente nobis statuere visum est, ad æquitatis rationem omnia corrigentibus. §. 8. Sin autem utraque parte imminente, & litem peragere cupiente, judex eam accipere noluerit, vel[16] propter amicitias, [vel inimicitias[17],] vel turpissimi lucri gratia, vel propter aliud quodpiam vitium, quod miserimis animis hujusmodi judicum innasci potest, litem ipse autius fuerit protelare[18], & propter hoc triennium fuerit transactum: judex, si quidem in magistratu positus est, vel in majori dignitate usque ad illustratus gradum, decem[19] libras auri privatis nostris largitionibus inferre per scholam[20] Palatinam compelletur: Sin autem judex minor fuerit, trium librarum auri multa plectetur per eandem[21] scholam exigenda, & nostro ærario applicanda: & eo removendo, alter judex in locum ejus subrogabitur[22] sub similis pœnæ formidine: his omnibus locum habentibus, cum unus judex unam causam ab initio peragit. †. Sin autem in medio [triennii,] vel morte[23] judicis, vel alia irrecusabili occasione judicium fuerit mutatum, tunc, si quidem ex triennio annale tempus, vel amplius restidet, in quo alius judex [ei] causæ imponitur, intra reliquum tempus causa finiatur. Sin autem minus, quam annale sit; tunc omne, quod deest, repleatur, ut non in minore [quam] perfecti anni tempore litem possit subrogatus judex tam discutere, quam terminare. §. 9. Illo proculdubio observando, ut si neque per alterutram litigantium partem, nec per judicem steterit, quominus lis suo marte decurrat, sed per patronos causarum: licentia detur judici, & eos[24] duarum librarum auri pœna afficere per scholam[25] Palatinam exigenda, & similiter publicis rationibus aggreganda: ipso videlicet judice in sua sententia hoc ipsum manifestante, *Quod per patronos causarum, vel fugientis, vel agentis dilatio facta est, vel per omnes, vel per quosdam ex eis*: Necessitate advocatis imponenda, ex quo litem peragendam susceperint, eam usque ad terminum, (nisi lex vel justa[26] causa impediat) implere, ne ex eorum recusatione fiat causæ dilatio: honoratis[27] scilicet & clientibus, qui dare possunt, dissertissimis rogatis omnimodo præstandis: & si cessaverint, per[28] executores negotiorum exigendis, ne per hujusmodi machinationem causæ merita protrahantur: nisi ipse litigator alium pro alio patronum eligere maluerit. §. 10. Hæc autem omnia in his omnibus à nobis cauta sunt, quibus perfectæ ætatis constitutis arbitrium suum pro omnibus causis sufficit. §. 11. Sin vero causæ, vel pupillorum, vel adultorum sint, vel aliorum sub cura agentium, masculorum, vel fœminarum: ut per tutores, vel curatores, vel actores, vel eorum procuratores agantur: & eorum defidia[29] triennium fuerit elapsum, & causa ceciderint, litem quidem nihilo[30] minus[31] suum habere vigorem: omnem autem jacturam, quæ ex hac causa oritur, ad tutores & curatores, aut eorum fidejussores, heredesque, & res[32] eorum, & ad omnes quorum in hac causa legitime interest, redundare. Sin autem non sufficiat pupillis, vel minoribus eorum substantia, tunc[33] in id, in quo fuerint detrimentum perpessi, placuit in integrum restitutionis auxilium eis superesse. Dat. VI. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De jurejurando à Judice. 1. vel ab advocatis præstando: & si advocatus jurare, vel patrocinari noluerit.

XIV. Idem A. Juliano P. F. P.

REm non[34] novam, neque insolitam aggredimur, sed antiquis quidem legislatoribus placitam: cum veto contempta[35] sit, non leve detrimentum causis inferentem: Cui enim non est cognitum, antiquos[36] judices non aliter judicialem calculum[37] accepisse, nisi prius sacramentum præstitissent, *Omnimodo sese cum veritate, & legum observatione judicium esse disposituros?* Cum igitur, & viam non inusitatam invenimus ambulandam: & antiquores leges nostræ, quæ de juramentis positæ sunt, non minimam suæ utilitatis experientiam litigantibus præbuerunt, & ideo ab omnibus merito collaudantur: ad hanc in perpetuum valituram legem perrenimus, per quam sancimus, Omnes[38] judices, sive majores, sive minores, qui in administrationibus positi sunt, vel in hac Regia civitate, vel in orbe terrarum, qui nostris gubernaculis regitur, sive eos quibus nos audiemiam committimus, vel qui à majoribus judicibus datur, vel qui ex jurisdictione sua judicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id est, compromisso[39] (quod judicium imitatur) causas dirimendas suscipiunt, vel qui arbitrium peragunt, vel ex auctoritate sententiarum, & partium consensu electi sunt, & generaliter omnes[40] omnino judices Romani juris disceptatores, non aliter litium primordium accipere, nisi prius ante sedem judicialem sacrosanctæ deponantur scripturæ: & hæc permaneant non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus, usque ad ipsum terminum, & definitivæ sententiæ recitationem. Sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas, & Dei præsentia consecrati, ex majore præsidio lites dirimet, sciturі, quod non[41] magis alios judicant, quam ipsi judicantur, cum etiam ipsis magis, quam partibus terribile judicium est: siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore[42] adhibito causas proferunt mutinandas. Et hoc quidem jusjurandum judiciale omnibus notum sit, & Romanis legibus optimum à nobis accedat incrementum, & ab omnibus judicibus observandum: &, si prætereatur, contemptoribus periculosum sit.

In AUTHENT. de defens. Civit. §. Jusjurandum col. 2. tit 2. seu Nov. 15. cap. 1. & in authent. Jusjurandum quod præst. ab his §. pen. col. 2. tit. 3. Seu in jurejurando subjecto Novellæ 8.

HOdie *juraturi* se facturos, secundum quod eis visum fuerit justius & melius, *exceptis defensoribus civitatum qui juraturi*, Omnia secundum leges, & jura se facturos. §. 1. Patroni[43] autem causarum, qui utrique parti suum præstantes auxilium ingrediuntur, cum lis fuerit contestata, post narrationem propositam, & contradictionem objectam[44], in qualicunque judicio majore, vel minore, vel apud arbitros, sive ex compromisso, sive aliter datos, vel electos, sacrosanctis euangeliis tactis juramentum præstent, *Quod*[45] *omni quidem veritate sua omnique ope, quod verum & justum existimaverint, clientibus suis inferre procurabunt: nihil studii relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi causa cognita, quod improba sit, vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationibus compositа, ipsi sciantes prudentesque mala conscientia liti patrocinabuntur: sed & si certamine procedente aliquod tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent*[46], *ab hujusmodi commentione sese penitus separantes.*

†. Hoc que subsecuto, nulla licentia concedatur spreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare: ne melioribus[47] contemptis, improba advocatio subrogetur. †. Sin autem pluribus patronis adhibitis, & juramento ab omnibus præstito, quidam ex his causa procedente patrocinandum esse crediderint, quidam recusaverint: exeant quidem recusantes, volentes autem remaneant: causæ etenim terminus manifestare poterit, qui timidius, quique audacius judicium, vel reliquerunt, vel protulerunt: nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recusantibus subrogare. Dat. IV. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si contumax postea apparet, & de impensa.

XV. Idem A. Juliano P. P.

SAncimus, omnes judices (sive in hac florentissima civitate, sive in provinciis) si quando absens persona citata postea apparuerit, non aliter ei judicialem aditum revelare, sed omnem claudere ei judiciorum copiam, nisi[48] prius omnia damna restituat ex hujusmodi vitio adversariis ejus inflicta, sive circa ingressus litis, sive circa honoraria advocatorum, vel alias causas, quæ in judicio versantur: æstimatione judicis[49] quantitate eorum definienda, postquam juratum ab eo fuerit, qui fecit expensas: executoribus negotiorum modis omnibus dispositiones eorum adimplentibus: Sciturі judicibus nostris [& executoribus,] quod si hoc prætermiserint, ex sua substantia hujusmodi detrimentum læsis refarcire compellentur. †. Quod & in pedaneis judicibus observari censemus, licet non citati, sed requisiti litigatores mala conscientia absuerint. Dat. X. Kal. Maji, LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. de Judic. §. oportet. col. 6. tit. 12. seu Nov. 82. cap. 10.

POst *jurisjurandum delatum & præstitum non licet judici amplius tavare. Sed & si bodie prius judex taxaverit, & sta secundum quantitatem à judice taxatam juratum fuerit: non habeat licentiam judex minus, quam juratum fuerit, condemnare. Sed si viderit judex mentitum litigatorum sibi debere ratium sumptuum propter negotii varietatem, sua sententia hoc declaret.*

De recusatione judicis, & de appellatione.

XVI. Idem A. Juliano P. P.

APertissimi[50] juris est, licere litigatoribus judices delegatos[51], antequam lis inchoetur, recusare[52]: cum etiam ex generalibus formis[53] Sublimissimæ nuæ sedis statutum sit, necessitatem imponi judice recusato, partibus ad eligendos arbitros venire, & sub audientia eorum sua jura proponere. Licet enim ex imperiali numine judex delegatus est, tamen, quia sine[54] suspicione omnes lites procedere nobis cordi est, liceat ei qui suspectum[55] judicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium curratur, libello[56] recusationis ei [illegible] porrecto:

---

1 Datum res fidelitatis ac contumacis finis effe certa terminum judicis.

2 Si ad exercitii, in eo vicio, id eſt, judicio condemnatio varia territorium judiciale ſitæ ſint, tutiore ad meliorem judicem ſi hoc dilatio ſit, ſi ſit ſecundum æquitatem reſtituere ſententiam ſuam. vide quæ not. ad l. ult. ff. de appellat. vide l. 1. ff. de appellat. l. 2. §. ult. ff. de minor. appellat.

3 Tertium exemplum opponentem de hoc ſtare, ac de ſuis hypothecis agentem. vide l. 2. §. ult. ff. de rebus eor. qui ſub tut.

4 Victor in viſitationis bonorum poſſeſſionem mitti ſolet. Latitantis bona poſſidenti ſolent. l. 2. §. 3. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.

5 Privatus poſſeſſione bonorum ex contumacia ex non recipiendi abſentis fidejuſſoris à ſemptum, ſed ſola ſatisfactione: Quid ſi ex ipſum res falſa eſt exemplo? nonnulla auctor. vid. Bald. hic.

6 Lites defertin ſi tam ab actore quam à reo.

7 Id eſt, ſacra ſcriptura. l. 19. §. 1. ff. eod.

8 Litigatoris abſentia Dei & judicis præſentia ſuppletur. l. 40. §. 1. ff. de ædilit. qui Gorcis vocabulo ignite appellatur, vide Agrotas lexicon judicium appellationis.

9 Verus contumax non appellat. Quid ſi appellaverit? Judex appellationis de contumacia ipſa ejuſque veritate cognoſcit.

10 Hodie anal. Nov. 112. in fin.

11 Lis moritur, cum legitimis temporibus tranſactis perit: cum extra legitima tempora neglecta deſeritur. l. 18. §. 4. ff. de lib. l. 3. §. 1. ff. ne in ſtand. l. 2. ff. judic. ſolv. à contrario lis vivere dicitur. l. pen. in fin. ff. de fid. inſtrum. Goth.

12 Victus victo ſi expenſas debet. vide l. 4. ff. de ſtatu liber & lit. expenſ. l. 78. §. 2. ff. de legat. 2.

13 Judex qui hoc vetat non condemnat victum in expenſis, earum donatione victori tenetur.

14 Ultra judicium.

15 Vide Hermogenianum initio operis §. quamvis 12. ff. 3.

16 Pœnam judicis obſervata litium ultra biennium malitioſe producentis ſive protrahentis. 19 In pœnis pecuniariis, gravius puniuntur potentiores: in corporalibus minus. l. 4. §. 1. ff. de incendio, ruina.

17 §. 9. 3. ad. de ſcholis Palatinorum alibi dictum. 21 Id eſt, Palatinorum, de quibus alio loco.

18 Subrogatus iſtilem cuoditionibus ſubrogati intelligitur, quæ principali ſive præſtitæque erant. 23 L. 60. ff. eod. 24 Pœnam advocati obſerva.

19 Si propter falſitatem non ſolutum lis retardatur, judicis officio pars ſolvere compellitur.

20 Litigatores cogi poſſunt ad honorarium advocato præſtandum. 29 Cujacius 12. obſ. 21. ment ex hoc paragrapho, Plus petitionem tutoris & curatoris popillis non nocere. 30 Hinc nitigit Bald. bona tutoris & curatoris ad litem, tacite obligari. Tacitum itaque genus hypothecæ ſiderata. 31 Id eſt, nullo modo. Cujac. ad l. 7. §. 2. ff. pro emptore: adde quæ ſcripſi ad l. 2. §. 1. in fine rapturæ.

22 Judicii tempora minoribus currunt, regreſſu in tutores & curatores ſum datos. Iis non ſolvendo exiſtentibus, reſtitui poſſunt. 33 In ſubſidium, minores poſſunt ubinis in integrum.

24 Synopſ. Baſil. 6. cap. 14. & tit. 24. cap. 16. adde l. 2. C. de jurejur. propter calumn. Accurſius notat, Bulgarum hic derſum fuiſſe à ſais auditoribus quod cum priſcis videam dicitur, modo conſequente hanc legem, *Eam non novam*, cupiſſet auditoribus ſuis publice legere.

25 Deſertæ leges, ſi ſint optimæ, in uſum revocandæ. 36 Id eſt, ante Cæſi Cæſaris tempora, ſi ſuere ei ſigillantur, in ſingulis cauſis jusjurandum præſtabant. vid. *Ciceronem & Cicerones.*

27 *Celſitudo judicialis* eſt imitatio deſinitiva.

ab omnibus merito collaudantur: ad hanc in perpetuum valituram legem perrenimus, per quam ſancimus, Omnes[38] judices, ſive majores, ſive minores, qui in adminiſtrationibus poſiti ſunt, vel in hac Regia civitate, vel in orbe terrarum, qui noſtris gubernaculis regitur, ſive eos quibus nos audiemiam committimus, vel qui à majoribus judicibus datur, vel qui ex juriſdictione ſua judicandi habent facultatem, vel qui ex recepto, id eſt, compromiſſo[39] (quod judicium imitatur) cauſas dirimendas ſuſcipiunt, vel qui arbitrium peragunt, vel ex auctoritate ſententiarum, & partium conſenſu electi ſunt, & generaliter omnes[40] omnino judices Romani juris diſceptatores, non aliter litium primordium accipere, niſi prius ante ſedem judicialem ſacroſanctæ deponantur ſcripturæ: & hæ permaneant non ſolum in principio litis, ſed etiam in omnibus cognitionibus, uſque ad ipſum terminum, & definitivæ ſententiæ recitationem. Sic etenim attendentes ad ſacroſanctas ſcripturas, & Dei præſentia conſecrati, ex majore præſidio lites dirimet, ſciturі, quod non[41] magis alios judicant, quam ipſi judicantur, cum etiam ipſis magis, quam partibus terribile judicium eſt: ſiquidem litigatores ſub hominibus, ipſi autem Deo inſpectore[42] adhibito cauſas proferunt mutinandas. Et hoc quidem juſjurandum judiciale omnibus notum ſit, & Romanis legibus optimum à nobis accedat incrementum, & ab omnibus judicibus obſervandum: &, ſi prætereatur, contemptoribus periculoſum ſit.

In AUTHENT. de defenſ. Civit. §. Jusjurandum col. 2. tit 2. ſeu Nov. 15. cap. 1. & in authent. Jusjurandum quod præſt. ab his §. pen. col. 2. tit. 3. Seu in jurejurando ſubjecto Novellæ 8.

HOdie *juraturi* ſe facturos, ſecundum quod eis viſum fuerit juſtius & melius, *exceptis defenſoribus civitatum qui juraturi*, Omnia ſecundum leges, & jura ſe facturos. §. 1. Patroni[43] autem cauſarum, qui utrique parti ſuum præſtantes auxilium ingrediuntur, cum lis fuerit conteſtata, poſt narrationem propoſitam, & contradictionem objectam[44], in qualicunque judicio majore, vel minore, vel apud arbitros, ſive ex compromiſſo, ſive aliter datos, vel electos, ſacroſanctis euangeliis tactis juramentum præſtent, *Quod*[45] *omni quidem veritate ſua omnique ope, quod verum & juſtum exiſtimaverint, clientibus ſuis inferre procurabunt: nihil ſtudii relinquentes, quod ſibi poſſibile eſt: non autem credita ſibi cauſa cognita, quod improba ſit, vel penitus deſperata, & ex mendacibus allegationibus compoſita, ipſi ſciantes prudenteſque mala conſcientia liti patrocinabuntur: ſed & ſi certamine procedente aliquod tale ſibi cognitum fuerit, à cauſa recedent*[46], *ab hujuſmodi commentione ſeſe penitus ſeparantes.*

†. Hoc que ſubſecuto, nulla licentia concedatur ſpreto litigatori ad alterius advocati patrocinium convolare: ne melioribus[47] contemptis, improba advocatio ſubrogetur. †. Sin autem pluribus patronis adhibitis, & juramento ab omnibus præſtito, quidam ex his cauſa procedente patrocinandum eſſe crediderint, quidam recuſaverint: exeant quidem recuſantes, volentes autem remaneant: cauſæ etenim terminus manifeſtare poterit, qui timidius, quique audacius judicium, vel reliquerunt, vel protulerunt: nec in hac parte litigatoribus danda licentia alios pro recuſantibus ſubrogare. Dat. IV. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

Si contumax poſtea apparet, & de impenſa.

XV. Idem A. Juliano P. P.

SAncimus, omnes judices (ſive in hac florentiſſima civitate, ſive in provinciis) ſi quando abſens perſona citata poſtea apparuerit, non aliter ei judicialem aditum revelare, ſed omnem claudere ei judiciorum copiam, niſi[48] prius omnia damna reſtituat ex hujuſmodi vitio adverſariis ejus inflicta, ſive circa ingreſſus litis, ſive circa honoraria advocatorum, vel alias cauſas, quæ in judicio verſantur: æſtimatione judicis[49] quantitate eorum definienda, poſtquam juratum ab eo fuerit, qui fecit expenſas: executoribus negotiorum modis omnibus diſpoſitiones eorum adimplentibus: Sciturі judicibus noſtris [& executoribus,] quod ſi hoc prætermiſerint, ex ſua ſubſtantia hujuſmodi detrimentum læſis refarcire compellentur. †. Quod & in pedaneis judicibus obſervari cenſemus, licet non citati, ſed requiſiti litigatores mala conſcientia abſuerint. Dat. X. Kal. Maji, LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

In AUTHENT. de Judic. §. oportet. col. 6. tit. 12. ſeu Nov. 82. cap. 10.

POſt *jurisjurandum delatum & præſtitum non licet judici amplius taxare. Sed & ſi bodie prius judex taxaverit, & ita ſecundum quantitatem à judice taxatam juratum fuerit: non habeat licentiam judex minus, quam juratum fuerit, condemnare. Sed ſi viderit judex mentitum litigatorum ſibi debere ratium ſumptuum propter negotii varietatem, ſua ſententia hoc declaret.*

De recuſatione judicis, & de appellatione.

XVI. Idem A. Juliano P. P.

APertiſſimi[50] juris eſt, licere litigatoribus judices delegatos[51], antequam lis inchoetur, recuſare[52]: cum etiam ex generalibus formis[53] Sublimiſſimæ nuæ ſedis ſtatutum ſit, neceſſitatem imponi judice recuſato, partibus ad eligendos arbitros venire, & ſub audientia eorum ſua jura proponere. Licet enim ex imperiali numine judex delegatus eſt, tamen, quia ſine[54] ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi eſt, liceat ei qui ſuſpectum[55] judicem putat, antequam lis inchoetur, eum recuſare, ut ad alium curratur, libello[56] recuſationis ei [illegible] porrecto:

---

28 Ut omnes judices, quicunque ſanctum Euangelium ſuprema litis primordia uſque ad ſententiam, & in ipſa ſententiæ recitatione, collocatis ante ſe S. Euangeliis, judicent. &c. *d. loco.*

29 Compromiſſa, judicis imitantur. l. 1. §. 9. in fin. ff. de recept. arbitr.

30 Judices (quæcunque illi ſint) jurent propoſitis factis. Scripturis, *ſi litem decumpturus cum veritate: jurant in legis.*

31 Hoc referri poteſt illud Senecæ in Troade actu 3. Quidquid à vobis minus expurgatum eſt, major hoc vobis dominus inſinuat. adde Eraſm. Lauſ. cap. 6. verſ. 37.

32 Sic agendum cum homine, quaſi Deus videat: Sic cum Deo loquendum, quaſi homines videant. Senecæ 10. ep. 10. 2. Paralipom. 19. verſ. 6. 7. & 9. 10. Epiſt. Hiſt. ubi de Juſtitia, Demoſthenis orat. contra Ariſtogitonem, ubi de Judicibus in ſe unius deſperatione ſequitur. Plutarch. in Rudente, ubi de ſacris judicantibus. Plutarchus lib. cap. cur Deus ſero vind. Pind. in Olymp. Mornæus perſius. opere: adde ex antologia Græcorum poetarum deſcriptionem Lucani.

33 Ut utriuſque partis advocati in ipſa litis conteſtatione per ſanctæ Euangelia juraret: *ſe in clientes ſui cauſa, nullam omnino nullamque ſtultitiam interpoſiturum: ſe cauſam bonam exiſtimare, nec falſi protulerit ſibi cauſſitur eſſe. Quod ſi interim dum cognoſcitur cauſa, cauſam improbaverint, ab ea deſiſtant.* nec licentiam litigator habeat alterum patronum invitandi. Syn. Baſil. ed. cap. 14. adde §. 1. *Inſtit. de pœna temere litigantium.*

34 Vid. l. 1. de fin. C. de lit. conteſtat.

35 Patroni cauſarum jurant de fide perſerenda & omni integritate. adde l. 2. C. de jurejur. propter calumn. §. 1. verſ. *Interſuper. Inſt. de pœna temere litigantium.*

36 Quandoquidem advocatus dicit ſe læſum habere confidentiam ex litis improbitate, poteſt à patrocinio deſiſtere. Bald.

37 Melioribus contemptis, ad improbos non eſt recurſandum.

38 Reus à latibulis vel à fuga emergens integris omnibus, id eſt, bonis non venditis non recipitur aliter, quam ſi omnia damna actori reſtituerit, ac præterea ſi lis defertur judicio ſiſti, cum de lite diſceptatur plenissime. Non ſummaria cognitio rem non definivit, licet non confirmaverit.

39 Recuſari poteſt judex ante litis conteſtationem: ſi abſque cauſa & injuſte recuſaverit, hoc eſt, poſt conteſtationem litis repellatur. Syn. Baſil 7. tit. 3. & tit. 6. c. 2. adde l. 4. C. de perſid.

40 Aliud in ordinariis. Uſus apud Gallos diverſum obtinet. Poſſunt enim ordinarii recuſari, vitium tamen calumniæ id enim multa pecuniaria & honoraria puniri ſolet apud eoſdem Gallos, conſtitutione Francisci I. & Caroli IX. vid. *Papon. 2. Not. 2. c. de procuratore. Mol. de ſpecialibus.*

41 Recuſari poteſt judex delegatus ante litis conteſtationem: poſtea, non poteſt. Litem enim conteſtantes, judicem adprobamus. *l. ult. C. de exceptionibus.* vid. *Hartmann. 2. pract. 1. obſ. 11.* vid. *Eckg. 3. fol. 62. & ibidem tit. 8. fol. 86.*

42 Vid. l. 2. C. de aſſ. præſ. præt. Orient.

43 L. 47. ff. eod.

44 Recuſari judex ſuſpectus poteſt. De exceptionibus recuſatoriis adverſus judices, vid. Oldendorp. *cap. 7. Enchiridii exceptionis 1.* Hartmannus tamen unicam tantum eſſe cauſam recuſationis ait, quæ varias cauſas habeat: *dicto loco obſ. 9.* quod interpretatione indiget: Obſcurum eſt enim illud, *unica eſt cauſa ex variis cauſis inferendæ.* De refutatione judicum vide plura apud *Cujac. 9. obſ. 10. & 23.* Hoc adde, cauſas recuſationis attendi vel ex perſona ſolius judicis, vel judicis ac unius litigatorum ſimul, vel ratione territorii, vel ratione cauſæ: de quibus vide *Papon. 2. Not. in principio.*

45 Quæ ſint cauſæ recuſationis cognoſcat, ſed ut judiciali murere abſtineat: non enim ipſe de cauſſa recuſationis ſuæ cognoſcit, legitimæ ſint necne, ſed arbiter. vide Hartmann. 2. *obſerv. 2. obſerv. 13.* adde *l. ult. C. eodem.*

46 Hodie actor. Nov. 82. c. 10.

47 Recuſari poteſt judex ante litis conteſtationem: ſi abſque cauſa & injuſte recuſaverit, hoc eſt, poſt conteſtationem litis repellatur. Syn. Baſil 7. tit. 3. & tit. 6. c. 2. adde l. 4. C. de perſid.

48 Aliud in ordinariis. Uſus apud Gallos diverſum obtinet. Poſſunt enim ordinarii recuſari, vitium tamen calumniæ id enim multa pecuniaria & honoraria puniri ſolet apud eoſdem Gallos, conſtitutione Francisci I. & Caroli IX. vid. *Papon. 2. Not. 2. c. de procurat. Mol. de ſpecialibus.*

49 Recuſari poteſt judex delegatus ante litis conteſtationem: poſtea, non poteſt. Litem enim conteſtantes, judicem adprobamus. *l. ult. C. de exceptionibus.* vid. *Hartmann. 2. pract. 1. obſ. 11.* vid. *Eckg. 3. fol. 62. & ibidem tit. 8. fol. 86.*

50 Vid. l. 2. C. de aſſ. præſ. præt. Orient.

51 L. 47. ff. eod.

52 Recuſari judex ſuſpectus poteſt. De exceptionibus recuſatoriis adverſus judices, vid. Oldendorp. *cap. 7. Enchiridii exceptionis 1.* Hartmannus tamen unicam tantum eſſe cauſam recuſationis ait, quæ varias cauſas habeat: *dicto loco obſ. 9.* quod interpretatione indiget: Obſcurum eſt enim illud, *unica eſt cauſa ex variis cauſis inferendæ.* De refutatione judicum vide plura apud *Cujac. 9. obſ. 10. & 23.* Hoc adde, cauſas recuſationis attendi vel ex perſona ſolius judicis, vel judicis ac unius litigatorum ſimul, vel ratione territorii, vel ratione cauſæ: de quibus vide *Papon. 2. Not. in principio.*

53 Vid. l. 2. C. de aſſ. præſ. præt. Orient.

54 L. 47. ff. eod.

55 Recuſari judex ſuſpectus poteſt. De exceptionibus recuſatoriis adverſus judices, vid. Oldendorp. *cap. 7. Enchiridii exceptionis 1.* Hartmannus tamen unicam tantum eſſe cauſam recuſationis ait, quæ varias cauſas habeat: *dicto loco obſ. 9.* quod interpretatione indiget: Obſcurum eſt enim illud, *unica eſt cauſa ex variis cauſis inferendæ.* De refutatione judicum vide plura apud *Cujac. 9. obſ. 10. & 23.* Hoc adde, cauſas recuſationis attendi vel ex perſona ſolius judicis, vel judicis ac unius litigatorum ſimul, vel ratione territorii, vel ratione cauſæ: de quibus vide *Papon. 2. Not. in principio.*

56 Recuſatur judex libello, *ut hic*, vel apud acta. *l. ult. C. eod.* libello recuſationis vel actis inſerta cauſa. *l. 7. in fin. princip. ff. de libertali cauſſa.* eaque legitima, non levi. vide *Hartmann. d. l. obſ. 11.* Specialiter etiam cauſas exprimi ubi obtinuit, *cap. Suſpicionis. cap. cum ſpecialis, ut lite non conteſtata.* Quid ſi recuſatus dixit? nulla cenſebetur. vide Oldendorp. *cap. 5. de ſententia, & ex judic.* Hartmann. 1. *pract. 1. obſ. 10.*

57 Non ut de cauſſa recuſationis cognoſcat, ſed ut judiciali murere abſtineat: non enim ipſe de cauſſa recuſationis ſuæ cognoſcit, legitimæ ſint necne, ſed arbiter. vide Hartmann. 2. *obſerv. 2. obſerv. 13.* adde *l. ult. C. eodem.*

1 L. 4. ff. de jurisdict. vid. l. ult. ff. de fund. & fundor.

2 Nota rationem quare ab interlocutoria non appellatur.

3 Is ea fuit. Hal.

4 Recusatus delegatus, potest per se vel per ordinarium imminere, ut eligantur arbitri.

5 Al. apparentes ab apparendo, unde apparitores ab apparere, al. apparare, id est, ordinare.

6 Id est, prudente.

7 Translationis species est, arbitramentum, ut vocant.

8 L. 6. ff. de jurisd. com. jud. & ff. de off. milit. jud. Milites possunt esse judices: ergo imperiti juris munere judicandi fungi possunt, dixi ad l. 1. C. de assess. & l. 1. C. de postulando. adde Hotom. 26. Illustr.

9 Peritia usu & praxi comparatur.

10 Magis tamen ex legis conscientia quam sua judicare debet: legis conscientia secundum acta & probata. l. 13. §. 2. vers. & si per. & add. l. 6. §. 1. ff. de off. praef. vid. ad hunc locum Hotom. 26. Illustr.

11 Dixi ad l. 16. ff. eod.

12 Judicis recusatio fit coram ipso judice qui recusatur: nisi eo absente, coram judice ad quem, aut eo absente, coram municipibus. adde Harmenop. 1. obs. 15.

13 Suspectus judex recusatur per libellum, vel apud acta. adde Cujac. 9. observ. 23.

14 Fit illico, quod fit intra triduum. vid. l. 3. ff. de extraord. cognit. De triduo v. Cujac. 1. 5. de praefer.

15 Recusationes oblata, coguntur litigatores optare arbitros. Hujus generis arbitri, juris arbitri dicuntur: quo loco notandum est, Tres casus in jure expressos, quibus eliguntur juris arbitri. Primus casus est, ut hic, & cap. fin. tit. 39. de officio delegat. c. cum speciali. 61. de appellat. Secundus, quoties ambigitur de revocatione litterarum c. postoralis 53. de appell. Tertius, de quo 11. quaest. 1. c. clericum. 3. adde Gl. in c. flumium. 11. de restitutio. in forte, vid. Tabernam. 1. Consil. 49.

16 Differt in eo jus civile à canonico. Canonico namque jure cogantur, partes eligere arbitros praerire, id est, sine alternatione. c. secunda requiris. 42. c. cum speciali. 61. de appellat. c. licet. de foro competente. 17

17 Si variatur inter partes de eligendo arbitro, judex arbitrum dare potest. l. 17. §. 6. ff. de arbitris.

18 Exactio. Hal. inclinatio. vid. Cujac. cap. 9. observ. 23. in fin.

19 Ad quem? si princeps vel praetor judicem recusatum dedit, recusati loco arbiter datur: à cujus sententia, Princeps vel praetor, id est, is qui dedit, appellabitur: potest enim ab arbitrio appellari. l. 9. ff. qui satisd.

TIT. II.

DE SPORTULIS [20], ET SUMPTIBUS IN DIVERSIS JUDICIIS FACIENDIS, ET DE EXECUTORIBUS LITIUM.

De exhibitis ab apparitore, cui traditus fuit, observetur.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad Potitum Vicarium.

QUISQUIS fuerit exhibitus [21] usque ad negotii terminum ab eo apparitore, cui primum traditus fuit, observari eum decernimus: Si qua praesumptione fuerit haec mansuetudinis nostrae posthabita praeceptio, primiscrinio, qui jussa temeraverit [22], quinque librarum auri condemnatione multando. Dat. Kalend. Jul. *Mediolani*, AUSONIO & OLYBRIO CONSS. 379.

De his qui edicta perferunt in provincias.

11. [23]

QUI [24] sacra pragmatica, aut edicta perferunt eorum qui gesturi sunt magistratum civilem, aut militarem, quindecim [25] solos aureos ex provincia referunto, & nihil amplius: quod si plus recipiant, quadruplum reddant, non valentes ad sui defensionem proponere, quod à volentibus id quod amplius est, acceperunt. Sed huc usque generalis est constitutio: Postea vero proptiam definit poenam contra Ducem Thebaidos, ad quem rescripta est, cos qui post hanc eundem adipiscentur magistratum, nisi à transgressoribus legis definitam exegerint poenam.

De executoribus removendis & puniendis.

111. Iidem AA. Juliano P. P.

[O]mnibus] judicibus licentiam praestamus, (sive his, quibus à nostro numine lites mandantur, Illustribus vel Spectabilibus, vel Clarissimis, vel togatis fori cujuscunque Praefecturae, vel aliis quibusque: vel his, qui ex nostris judicibus delegandas lites accipiunt) executores [26] si cessaverint, causas eis instructas offerre, & removere [27] ab executione eos, & alios idoneos supponere, vel etiam multis afficere: si quidem illustres sint judices, usque [28] ad sex solidorum summam: sin autem alii, usque ad tres tantummodo aureos: & ad judices, quorum interest, referre, quatenus militia exuti poenas luant corporales. Nostris autem amplissimis judicibus licentia sit, & majores poenas, & corporales [29] maculas executoribus imponere, si male fuerint circa lites versati: ut sciant, non esse causas à se delusendas, nec lucri gratia aliquod eis vitium imponendum. Dat. v. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De insinuatione. De edendo. 1. De cautione, judicio sisti. De solatio ab editionem accipienda.

Ἰ. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός. *

Ὁ ἐγκαλούμενος ἐν ἰδιωτικαῖς χρείαις παρὰ βασιλέως ἢ τῶν ἀπ' αὐτοῦ ἐνδεχέσθω τὸν ἐγκαλοῦντα, τοσαυτασοῦν ἢ εἰσαγέσθω τὸν πρὸς ἀμφισβητησιν αὐτῷ τῆς τοιαύτης κλήσεως, ἰδὼν ὅτι οὐ χρὴ ἀγνοεῖσθαι αὐτὸν, μηδὲ ἢ εὐωθείας λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ, μήτε σκώπτεσθαι αὐτὸν, εἰ μὴ τὸ ἴσον ἢ θεῖος ἢ μεγίστης κλήσεως ὑπὸ αὐτοῦ, ἐξ ἧς ὑπάρχουσιν αὐτῷ. Εἰ ἢ ἄλλοι τινὲς ἄρχοντες δημοσίων ἢ ἰδιωτικῶν πραγμάτων ἦσαν, ἢ ὧν κτ' χόμενοι ἀρχῆς μὴ σκώπτεσθαι ἢ ὑπὸ τῶν ὑπηκόων, μηδὲ ἢ εὐωθείας κομίζεσθαι, εἰ μὴ ἐμφανισθῇ αὐτοῖς τὸν ἀρχικὸν ἢ ἐπαρχίας, ὅτι δύνανται ἐπιτίθεσθαι κλήσεις τοῖς αὐτομόλοις, ἢ βιβλίων αὐτοῖς ἐπιδοθέντων, ἢ χρόφῃ ἐπὶ τῇ ἐξελεγμένῳ. Εἰ ἢ μὴ ἐγκαλοῦντες τοῦτο, ὑπομενοῦσι ἀσυφέλειαν, ἢ σωωθείας ἀπαιτεῖ ὁ σκώπτεσθαι ἐξέστω τῷ ὑπηκόῳ ἐπιδοῦναι αὐτῷ.

§. α'. Μὴτε ἢ ἀσφαλοῦ ἐγκλῆσαι ἄλλους ζημιοῦσθαι οἱ ὑποβολεῖς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων, ἢ ὑπὲρ ὑπάτους ὑποβολεῖς. ἀλλ' εἰ μὲ ἀκίνδυνον κτῆσιν ἔχωσι, ἐξαναλισκόντων χρεμισμένων· εἰ ἢ ὅτι ἔχουσι, ἐξωνεῖσθαι ἕως πιστικῶν ἐγγυητῶν λιτῶν παρεχόντων ἀζήμιον. Ἀμφοῖν ἢ ἀγνοημένοις ἐπὶ ἢ ἀφαιρεῖσθαι ἢ ἐγκυρτᾶν, ἢ ἐπὶ ἢ ἀφαιρεῖσθαι ἢ ἐξαναλισκόντων παρὰ τοῦ ἐπιτρόπου τῶν πάλαι, ἢ τῶν πάλαι, ἢ τῶν ἐπὶκρῶν τῶν ἐπὶ τέτε κεκτημένων ἀνάγκλιτον ἔχειν· ἢ πρακτικῶν ἀκριβῶν τὸν κεκτημένον ἀξιοῦσθαι ἐγγυητὴν ἢ τῶν ἐξαναλισκόντων κομιζόμενον. Ἐ' ἀφ' ἢ ὅσα ἐπὶ θείας κλήσεως, ἢ μεγίστης ἀσφαλείας ἐπιλεγομένης πάσης τῶν ὑποκειμένων ἀναγκαίων, ἢ μὴ κληρονόμους αὐτὸ ἐγκυρτᾶν τέτε ἐξέστω αὐτῷ μὴ λαμβάνειν ἐγκυρτᾶν, ἀλλὰ ἀφίεσθαι τὸ ὑπόκειμενον ἀζήμιος, καὶ μὴ πάσης φυσίας. Ὁ ἢ ἰσοφιλὴς ἢ πάσαν ὑποκόσμῳ, ἐπεὶ συζητήσῃ παρεγκαλεῖσθαι τῷ τόμῳ, ἢ μὴ μενόσῃ κτ' ἢ ὠφελεῖσθαι, μὴ τῷ Θεῷ ἀσυνάρτι, μὴ βασιλικῆς ἀνεφθήσῃ κίνησεως. Ὁ μέλλος ἢ ὁ ἄρχων τῷ ἐπαρχίας, εἰ βαθμοῦσθαι ἢ νόμῳ, μὴ πάσῃ τῷ ἀρχῆς, μὴ δημοσθεὶς ἀδικημάτως ἐξελέγξεται.

§. ϛ'. Μὴ λαμβανέτωσαν ἢ οἱ ἐπιδιδόντες τὰ βιβλία ἢ πάς χρυφὰς πρακτῆρες, μὴ πὰς ἀντιγράς, ἢ πὰ συμβόλαια, παρεστῶτα τῆς διωσαμένης τῷ μὴ τοῦτα ἀξιωτικὴ παρεμπιπτάσης, ὑπαναιδόσωσι τοῖς ἐπιδιμίοις αὐτῆς. Dat. *

IV. 30 Imp. JUSTINIANUS.

IS [31] cui commissae sunt publicae aut privatae commoditates (sententiae, aut jussiones forte hoc loco) à principe, vel aliquo illustrissimorum magistratuum, conveniat quidem reum, & prius quam insinuet illi hujusmodi jussiones, (interdum enim oportet eas ignorari) neque consuetas sportulas accipiat ab ipso, neque exigat ipsum, nisi exemplum divinae, aut maximae jussionis ediderit ipse, ex qua commonuit ipsum. †. Si vero alterius cujuspiam magistratus publicam aut privatam praeceptionem habet, aut Praefidis ejus loci, ne exigat conventum, neque consueta accipiat: nisi insinuaverit prius Praefidi provinciae, ut inde possint assumere exemplum hi qui conventi sunt, & libellus eis edatur, aut inscriptio, in criminalibus. Si vero non observatis his conventionem obtulerit, aut consueta exegerit executor, liceat convento repellere eum.

§. 1. Neque vero praetextu fidejussionum sine causa damno adficiantur provinciales ab exactoribus, vel pro constitutione procuratoris: sed si quidem immobilem possessionem habent, juratoriam emittant scripturam, si vero non habent, fidejussorem usque ad quinquaginta auri libras praestent indemnitatis gratia. †. Controversia autem orta de persona fidejussoris, vel de tenore juratoriae cautionis: apud Episcopum civitatis, & Parrem & Ecclesiam, seu defensorem, ea dirimatur, necessitatem habente exactore accipere idoneum ab illis judicatum fidejussorem, aut cautionem acceptam. Si vero ex divina jussione, aut maxima praeceptione moveatur omnimodo ipsam personam abducere, nec ipsam fidejussori credere, tunc liceat ipsi non accipere fidejussorem, sed ducere personam sine damno, & cum omni moderatione. †. Deo vero amabilis loconum Episcopus, si permiserit conculcari legem, aut non minatus fuerit adversus transgressorem, & Dei offensionem incurrat, & imperialem experietur animi motum. Similiter vero & Praeses provinciae si negligat legem, & carebit magistratu, & publicatus in perpetuum relegabitur.

§. 2. Ne accipiant autem exactores, qui edunt libellos, aut inscriptiones & conventiones, aut instrumenta, ultra quam sequente constitutione permissum est solatii loco, aut, si transgressi fuerint, subjaceant ejus poenis. V. ***. Dat. Kal. Jun. C. P. DN. JUSTINIANO perp. A. III. CONSS. 531.

20 Id est, salariis, quae convenit reus dat executoribus. Cur haec salaria ita appellentur, vid. Rudaeum ad l. si mutier 5. ff. de dumat. inter vir. Alciatum 3. disp. 17. Cujac. hic, & l. 17. eod. cap. 12. l. 6. §. 1. ff. de decurionib. 7. Synopf. Basil. 4. Ab iis praestandis fiscus est immunis; fiscus enim semper litigat gratis. Julian. ad Nov. 17. cap. 3. & 21. & Episcopi. Nov. 123. cap. 28. & personae immunes. l. ult. ff. de fruct. & lit. expens. Nov. 17. c. 3.

21 Id est, ductus ad judicium.

22 Id est, qui aliam inclinavit, seu executorem dederit, Synopf. Basilic. 7. tit. 4. c. περὶ ταξιωτῶν 17.

23 Haec constitutio ex Basilicis restituta à Cujac. 11. obs. 22.

24 Latina interpretatio.

25 Nota quantitatem sportularum. Cum hac constitutione convenit constitutio Attalarici apud Cassiodorum lib. 9.

31 Latina interpretatio.

32 Pedanei judices quasi plani pedis aut dantes judicabant, non pro tribunali aut in sedentes: imo subititio aut furnito scamno vel subsellio. Novel. 82. cap. 1. unde & à Graecis χαμαιδικαστὰς, dicuntur, & ἐπιστρώτους. Vide Nov. 82. & ibi Cujac. Pedaneis tamen causis cognoscendis à magistratibus delegabantur: in quibus causis habuerunt, tum jurisdictionem: l. ult. ff. ubi de apud eum quem. infra. adde l. 1. in pr. ff. de ord. judiciorum. l. 59. ff. de verb. sign. & ibi Bald. & de militares causas disceptabant. Lab. 7. eod.

33 Vid. l. 27. §. 1. ff. de minor.

34 Sententia cum est delegatum est ab incompetenti judice, ipso jure nulla est: licet non sit ab eo judice appellatum. l. 56. ff. de re judic.

notionis suæ examen adhibere: ita tamen, ut, si vel propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudinem omnia hujusmodi negotia non potuerint cognoscere, judices dandi habeant potestatem. Quod non ita accipi convenit, ut in his etiam causis, in quibus solebant ex officio suo cognoscere, dandi judices licentia eis permissa credatur. Quod usque adeo in Præsidum cognitione retinendum est, ut eorum judicia non diminuta videantur: dum tamen, & de ingenuitate [1], super qua poterant [2] etiam ante [3] cognoscere, & de libertinitate Præsides ipsi dijudicent [4]. Datum XV. Kal. August. CC. Conss. 294.

Ut judex datus cognoscat, non ad judicium præsidale remittat. De appellatione.

III. Exemplum sacrarum literarum earundem AA. & CC. ad Serapionem. [5]

PLacet, ut judicibus, (si quos Gravitas tua disceptatores dederit) infinues, ut delegata sibi negotia lata sententia terminent: nec [6] in his causis, in quibus pronunciare debent, & possunt, facultatem sibi patere remittendi ad judicium Præsidale, cognoscant: maxime cum, & si judicatio alicui litigatorum parti injusta videatur, interponendæ provocationis potestas à sententia ex omni causa prolata libera litigatoribus tribuatur. Dat. VIII. Kal. April. *Antiochiæ*, CC. Conss. 294.

De judice subrogando.

IV. Iidem AA. & CC. Firmino.

PLacuit, quoties pedanei judices dati, post litem contestatam, vel ad aliud judicium necessario [7] diriguntur, vel publicæ utilitatis ratione in alias provincias proficiscuntur, vel diem [8] obierint, atque his rationibus negotiis exactis finis non potuit adhiberi; alium in locum eorum judicem tribui, qui negotium examinet: ne, hujusmodi casibus intervenientibus, impedimentum aliquod in persequendis litibus afferatur. Dat. X. Kal. Tiberio & Maximo Conss.

In quibus causis Præsides possint judices dare.

V. Imp. Julianus A. Secundo P. P.

QUædam sunt negotia, in quibus superfluum est, Moderatorem expectare provinciæ: ideoque pedaneos judices (hoc est, qui [10] negotia humiliora [11] disceptant) constituendi damus Præsidibus potestatem. Dat. V. Kal. August. *Antiochiæ*, Mamertino & Nevita Conss. 362.

Constitutio Græca Zenonis de pedaneis judicibus, qua certum numerum pedaneorum judicum introducebat, quos διάτετας *vocabat, id est, (ut Latino vocabulo exprimam) arbitros. Sed non valde deploranda est ejus jactura, ut quam Justinianus in universum sustulerit, aliis duodecim pedaneis judicibus in Zenonianorum locum institutis.* Novell. 82. de judicibus. §. vetus. *Antonius Contius.*

1 Adde l. 32. §. 7. ff. de adoptat. 2 l. 2. §. 6. Theodos. de appellat. lib. 1. & l. 1. C. Theod. eod. 3 Vid. l. Unicum lib. 10. Cod. de Præsidente. 4 Non pedanei: Ut eius gestis cognoscere, Pedaneos judices humilio rem litium esse judicem. l. ult. ff. vid. ramen l. 6. ff. de reb. ered. l. 2. ff. de libertis & eorum lib. 5 Præsidem. 6 Delegati cuidam sibi delegatas debent judicare, nec eas ad delegantem remittere. 7 Revocatione delegati non finitur infantia. 8 Morte delegati delegatio non finitur, sed ex eisdem actis per subrogatum judicatur. 9 Hos Consules non reperio in Fastis. 10 Facit l. 2. in fin. ff. eod. 11 Humiliora negotia, puta tres eminum arrorum, cujus Justinianus vult eos diligenter, in quadruplum, & quadruplicem, comprehendit præcipue capita arrorum, quos dicunt ארי in vernacula sua, & ארי, nec conficiunt plene, cognitionaliter, aditi accurate diligentiusque cuncta discutiunt, & per annotationem tantum. vid. Nov. 82. c. 8. & Cujac. ibid. Goth. Confer l. un. §. fin. de rei uxor. ff. de off. assess. Jure Canonico indistincte, omnes causæ etiam majores trecentorum arrorum delegari possunt, cap. fraternitatis 28. De offic. & potest. jud. deleg. Auz.

TIT. IV.
QUI PRO SUA JURISDICTIONE JUDICES DARE, DARIVE [12] POSSUNT.

Non potest delegari causa, qua ad jurisdictionem delegantis non pertinet: & ille, cui delegatur, debet esse de jurisdictione delegantis. Bald.

I. Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro P. P.

IN causarum delegationibus illud consultissime præcipimus observari, ut ita valeant, si [13] ad jurisdictionem pertineant delegantis. Quod si quis alienæ jurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum patientiam [14] accommodare censemus. Et si contra leges obtemperaverit delegantis: omnia, quæ ab ea delegatione geruntur, ita pro [15] infectis haberi præcipimus, ac si ipsi, qui delegaverant, alienæ jurisdictionis judices residissent: ut ne [16] appellandi quidem necessitas victis adversus eas sententias imponatur. [Hæc teneant,] nisi judices à [17] nobis specialiter delegantibus dati, aliis causas delegaverint judicandas: nam his delegantibus, nullo personarum causarumve habito tractatu, appellationum ad eos jure judicia remeabunt. Dat. XIII. Kal. Januar. Valentiniano A. & Anatolio Conss. 440.

12 Infimis potestas judex dari non potest. l. 2. ff. de stationib. l. 12. §. 2. ff. de judiciis: nec super re de absentia potest tamen esse arbiter. vid. Wurmser. l. prælib. n. 16. Goth. Ad hunc titulum vid. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 32. num. 17. & seq. & quæst. 37. num. 33. Cujac. lib. 1. observ. cap. 6. Marant. de ordin. judic. 4. part. 5. distinct. 2. n. 27. S. L. 13 Delegare quis ea tantum potest, quæ in sua jurisdictione habet. 14 Patientiam. Cujac. 1. observ. 6. Patientiam accommodare est obtemperare: & ita locutus est Cassiodor. 7. formularum, patientiam commodare, & Gellius 1. c. 13. culpa importunitatis. 15 Delegatio facta ab incompetenti judice, est ipso jure nulla. 16 Et merito: appellationes enim remedia sunt adversus injustum sententiam. Sententia nulla, non est sustentia. 17 Delegati à Principe possunt subdelegare. vid. l. 3. ff. de judiciis.

TIT. V.
NEQUIS IN SUA [18] CAUSA JUDICET, VEL JUS SIBI DICAT. [19]

Nemo est judex in propria causa. Bald.

I. Imppp. Valens, Gratianus & Valentinianus AAA. ad Gracchum Præfectum urbi.

GENERALI [20] lege decernimus, neminem sibi esse judicem, vel jus sibi [21] dicere debere: In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententiæ. Dat. Kalend. Decemb. Valentiæ VI. & Valentiniano II. AA. Conss. 378.

18 C. Theod. eod. tit. l. 1. Novell. 82. §. 2. Syn. Basil. 7. tit. 3. c. 32. l. 20. ff. de postulat. l. 13. ff. quod cuj. l. pen. ff. de arbitris. l. 17. ff. de judiciis. l. 1. §. 2. ff. quod legat. vel fideicom. l. 1. §. 6. ff. de injuriis, vid. Oldendorp. c. 6. de fumar. & de reg. jud. Unquid igitur consilii subditis, aut civibus dabitur litigantibus adversus dominum, Rempublicam, Principem, Reges, Imperatorem? utique, potest qui superiorem non recognoscit, jus sibi dicere. l. 41. ff. de arbitr. judic. l. 3. ff. de his quæ in test. delet. Bart. hic. num. 1. Roland. à Valle 1. consil. 29. n. 21. In Germania, Principe imperii subditum convenire debet in Camera Imperiali, non coram suis consiliariis: & e contrario, in eadem Camera à suis subditis conveniri potest: nisi probaverit hoc jus vel cum fuerit, vel sibi in hoc casu, ut coram suis consiliariis coveniri debeat. Mynsing. 5. obs. 1. Jure Gallico, nec filii jus non dicit, sed jus ei dicitur à Parlamentis, & ita nunquam causa cadit. Indulgentiæ nunquam ab eo indultæ rejiciuntur: Quæ in re tantum abest, ut ejus majestati quidquam detrahatur, ut eo nomine frequentiorem eam faciat. vid. Papon. 2. Not. 1. Arrestum de l'ordre de Chaalier fol. 23. Reliqui nobiles adversus suos vasallos litigant in auditorio suo per procuratorem. Volant etiam interponere, quemlibet posse sibi jus dicere in defectum judicis. l. 14. ff. de decurionib. l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. vid. Hartmann. 2. pract. 1. obs. 1. Domus de re ipsa in ipsa juris loco interdum illatam inficiat, potestne jus in sua causa sibi dicere? posse putant eo casu. l. 11. §. 38. 39. ff. de injuriis, alias ante ad alias judices remittendus, de quibus vid. Papon. 2. Not. 1. Arrestum de l'ordre de plaider fol. 23. 19 Vel testimonium præbeat. l. 10. ff. de testib. vid. ad hanc legem Socin. reg. 197. 20 L. unic. C. Theod. eod. 21 L. ult. §. 2. in fin. ff. de judiciis.

TIT. VI.
QUI LEGITIMAM PERSONAM [STANDI] IN JUDICIIS HABEANT, VEL NON.

De Pupillo.

I. Imp. Gordianus A. Candidæ.

SI, cum esses pupillaris [22] ætatis, sine tutoris auctoritate cum adversario tuo consistens, Præses provinciæ adversus te pronunciaverit: minime auctoritate judicati nititur quod statutum est. Dat. Id. Decemb. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De Pupillo & Adulto.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Gemachæ.

IN rebus, quæ privati judicii quæstionem habent, sicut pupillus tutore auctore & agere [23] & convenire potest, ita adultus curatore consentiente litem, & intendere, & excipere debet. Datum IX. Kal. Jan. CC. Conss. 294.

De numerata pecunia.

III. Impp. Honorius & Theodosius AA. Juliano II. Proconsuli Africæ.

MOmentaneæ [24] possessionis [25] actio exerceri potest per quamcumque [26] personam: Sub colore autem adipiscendæ possessionis obreptitia [27] petitio [28] alteri obesse non debet: maxime, cum absque convenione personæ legitimæ initiatum jurgium [29] videatur. Nihil autem opitulatur conventio [30] circa minorem habita, cum id [31] rectius circa [32] curatorem debuerit custodiri. Datum XI. Non. Martii. *Ravennæ*, Constantio & Constantino Conss. 414.

22 Adde l. 7. §. 1. ff. de minor. l. 1. §. 1. C. Theod. eod. tit. 23 Alius, si pupillus aut minor verbotinus in judicio sine auctoritate tutoris, aut curatoris, potest adversus ejus personam excipi. vid. Oldendorp. c. 12. Exceptibili excepitur. ubi tractat de exceptionibus adversus actorem. Goth. Jure Canonico minor in causis beneficialibus & matrimonialibus sine tutoris aut curatoris authoritate agere potest. cap. ult. De judic. in 6. & cap. 14. ex parte. extr. de restit. spoliator. Anz. Confer Vivi. lib. 2. Commun. opin. 105. S. I. 24 Momentariæ, ad l. 8. J. eod. tit. his addo 25 Aliud in causa proprietatis. Cur tam varie? fuerunt possessiones. 26 His verbis includuntur etiam inhabiles personæ. Bald. & ita minor legitimam personam standi in judicio habet in causa momentaneæ possessionis. An id locum habet, si de recuperanda vel retinenda tantum, non de adipiscenda possessione agerit? Accurtius ita putat. Cujus opinionem Imbertus non existimat receptam esse in parlamentis Galliæ. Imbert. in Enchirid. in verbo, un mineur n'est point relevé. 27 Puto id his obscuris verbis inesse, Non si adversus minorem, absente ejus tutore adipiscatur possessionem possumus, continuo nobis licebit proprietatis quæstionem ei movere. Nam si summo jure, aut exactius rem tutam voluerit considerare, reperies causam etiam possessionis adversus illegitimam personam à se mutam fuisse: jota adversus minorem indefensum. Nihil igitur proderit ita argumentari: Possessionem adversus minorem tutore destitutum potuisti adipisci: ergo & proprietatem. Nam utcunque possessionis causa moinentanea sit, nec dilationem requirat, ejusque favor id allocare videatur, ut tibi licuit adversus minorem sine tutore agere, rectius tamen cum minori moviste, præsente curatore. 28 Id est, proprietatis actio. Cujac. hic. 29 Possessionis scil. 30 Id est, adeptio possessionis. 31 Interdictum de possessione motum. 32 Id est, adhibito, vocato, præsente minoris curatore.

TIT. VII.
UT NEMO INVITUS AGERE [33] VEL ACCUSARE COGATUR.

I. Imp. Diocles. A. Camerio.

INvitus [34] agere [35], vel accusare [36] nemo cogitur. Datum Id. Octobris, Carino II. & Numeriano Conss. 284.

33 Invitus nemo civiliter, vel criminaliter agere cogitur. Synops. Basil. 7. tit. 18. & tit. 19. cap. 4. vide tamen l. dissimuli 5. J. de inoffic. testam. 34 Vid. quæ de invito scripsi ad l. 69. l. 156. ff. de reg. jur. 35 L. 4. J. de offic. postill. l. 20. J. de pignor. & hypoth. l. 5. in fin. ff. de dolo exceptt. agere tantum cogimur in casu legis 11. J. mandati. l. 2. J. arbitr. tut. l. 18. l. 24. J. de admin. tut. l. 2. J. de his quib. ut indig. l. 10. J. de leg. succed. l. 5. J. de ingenuis. & Nov. 112. cap. 3. l. 2. ff. de negot. 36 L. 19. ff. de accusat.

TIT. VIII.
DE ORDINE [37] JUDICIORUM.

Si testamentum ruptum dicatur, & de causa status.

I. Impp. Severus & Anton. AA. Marcellinæ, & aliis.

ADIEM Præsidem [38] provinciæ, & ruptum esse testamentum Fabii Præsentis; agnatione [39] filii docere: neque enim impedit notionem ejus [40], quod [41] status quæstio in cognitione venitur, etsi super statu causa cognoscere non possit [42]: pertinet enim ad officium judicis [43], qui de hereditate cognoscit, universam [44] incidentem [45] quæstionem, quæ in judicium devocatur examinare [46]: quoniam non de ea, sed de hereditate pronunciat. Dat. XIII. Kal. Decemb. Geta & Plautiano Conss. 204.

De quæstione generis & familiæ erciscundæ.

II. Imp. Antoninus A. Magnillæ.

SI quæstio tibi generis ab his, quos fratres patruales [47] esse dicis, non fiat, adito Præside [provinciæ,] & accepto familiæ erciscundæ judicio [48], experire. Quod si de ea re [49] quæstio erit; prius [50] de nativitatis [51] veritate secundum juris formam quæri, idem Vir clarissimus curæ habebit. P. P. x. Kal. August. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De causa civili & criminali.

III. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Demetrio.

CUm civili disceptationi principaliter motæ quæstio criminis incidit, vel crimini prius instituto civilis causa adjungitur: potest [52] judex eorum tempore utramque [53] disceptationem sua sententia dirimere. P. P. Nonas * Gal. A. V. & Faustino Conss. 263.

37 Adde l. 7. lib. 19. J. adde l. Decret. 12. de causa possessionis & proprietatis. 38 Sic lege, Præsidat provincia dubitante, ruptum, &c. testamentum, &c. Hujus lectionis rationem mox reddam. Goth. Ad hunc tit. vid. Hotomann. lib. 3. observ. 27. Anz. Adde Robert. Rerum. lib. 2. cap. 12. Menoch. de arbitr. jud. cas. 167. & 168. & lib. 1. quæst. 91. num. 10. S. L. 39 Agnatione posthumi testamentum rumpitur. l. 1. ff. de injusto. 40 Cujus? ne dicas Præsidis, ad eum enim pertinet cognitio causarum liberalium. vid. l. 5. J. de ordine cognitionum. quod hic negatur. Si dixeris delegati præsidis, nulla ejus facta est in editione vulgari mentio, & tamen ad eum lex hæc tota pertinet. Itaque frustra non videar superius emendasse, præsidis provincia dubitante. Sic hic itaque sensus, Cum scher de hereditate apud pedaneum ageret, natus ei controversia à reo mota est. Reus eadem opera cautum, utpote liberalem de statu remitti ad præsidem postulat, negans pedaneum judicem de statu causa posse cognoscere. Quid juris? respondant Imperatores adeundum ipsum delegatum: causam rapti apud eum agendam: status quæstionem incidentem ab eo summatim examinandam: non ut de ea aperte pronunciet, sed si forte reperierit rei intentionem non probari, hereditatem adiri (cujus agnatione testamentum defuncti ruptum esse probatur) restitui à reo jubeat. ut ad hanc leg. Hotomann. 6. observ. 6. 41 Ratio dubitandi hinc sumitur. 42 Male hæc verba retulerint interpretes ad Præsidem. vid. l. 5. J. de ordine cogn. vid. Hotomann. 5. observ. 17. 43 Id est, delegati. 44 Id est, qualemcunque, etiam status, ut hic. 45 Incidens quæstio est, quæ extra formulam prioris actionis exoritur. l. 1. ff. de off. assess. provinc. 46 Decidendi ratio. 47 Fratres patruales sunt, ex duobus fratribus geniti. l. 1. §. 6. ff. de gradib. 48 Judice. 49 Id est, de genere, cognitione, origine, stirpe. 50 Status quæstio ante hereditatis quæstionem decidenda. J. de ordine cogn. 51 Id est, generis. Goth. 52 Judex datus de causa criminali incidenter potest cognoscere, sed certe præstat ut verbo, Judex, intelligamus magistratum, ut l. 1. ff. de offic. assess. provinc. l. 11. J. de falsis. & l. 31. ff. de falsis. 53 In arbitrio judicis est cumulare civilem & criminalem quæstionem, ut ex Symmacho refellit dictionem. In quibusdam casibus etiam judex civilem antepone criminali. l. 26. J. de testib. l. 8. J. ad leg. Fabiam, de plag. l. 2. C. Theod. ad leg. Cornel. de falsis. 54 Hæc verba regulam hic proponi ostendunt. Nam regulæ juris ex his quæ sæpius fiunt, constituuntur. Aliud est autem, sæpe fieri, aliud semper. Nec enim semper criminalis actio præfertur civili. vid. Cujac. 20. obs. 25. 55 Majus minori præfertur.

TIT. IX.

22 Sententia lata contra pupillum, ob defensum, ipso jure nulla est. l. 6. §. 5. ff. de appellat.

TIT. IX.

DE [1] LITIS CONTESTATIONE [2].

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Valenti.

REs in judicium deducta non [3] videtur, si tantum postulatio [4] simplex celebrata sit, vel actionis species ante judicium reo cognita [5]. Inter [6] *litem* enim *contestatam* & *editam actionem* permultum interest. *Lis* enim tunc *contestata* videtur, cum judex per narrationem [7] negotii [8] causam [9] audire [10] cœperit. Dat. Kal. Septembr. Severo III. [11] & Antonino AA. Conss. 203.

In Authent. de exhib. & introd. reis. §. Sancimus. col. 5. tit. 8. al. 9. seu Novell. 53. cap. 3.

Offeratur [12] *ei* [13] *qui vocatur ad judicium* [14] *libellus* [15] *: & exinde præbit ei spatium* [16], *& data a judice sufficiens* [17] *dierum quadraginta inducia : quibus deliberet* [18], *cedatne an contendat : aut judicium alienum adsciari* [19] *petat, vel recuset eum* [20] *: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato sum petiturus* [21]. †. *Denique præsens interrogetur* [22], an [23] hoc tempus litis transierit : *quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione* [24] *manifestetur : quam in initio facere debet. Lata ergo contestatio contra hoc indultum habita, pro nihilo* [25] *habenda est.*

In Authent. de executoribus. §. 1. col. 7. tit. 8. al. 2. seu Novell. 96. cap. 1.

Libellum vero non alias actor dirigat, nisi prius & in ipsum, quem divi obnoxium, & in merito executorem [26] *exponat cautionem*, (*scilicet* vel intra [26] duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei qui convenitur, contingens restituturum in duplum. *cautione tamen non transcendente triginta a sex aureos.*

[1] Vide quædam ad hunc locum apud *Socin. reg.* 139. 240. 241. 242. 243.

[2] 11. *Duaren.* 5. 2. *Scut.* 3. vid. *Cujac.* 9. *obs.* 21. vid. *Fusbum in Cauvellari.* De effectibus litis contestatæ vide Rebuffum *tom.* 4. *fol.* 335. & Hotom. 3. *obs.* 28. Wurmf. 1. *pract.* 13. adde utilem ad hunc titulum quæstionem ex Gail. 1. *obs.* 73. *ad fin.* 78. Goth. Adde Parlador. *rer. quotid. cap.* 14. S. L.

3 Litem contestandi animus non præsumitur *cap.* 1. *extr. eod.* vid. tamen *Socin. reg.* 341.

4 Simplex postulatio non facit litis contestationem.

5 Lite contestata, possuntne testes admitti? non possunt. vid. tamen *Socin. reg.* 342.

6 Editio litem futuram demonstrat. *l.* 3. *T. de solend.* Contestatio ejus initium. Plus est, litem initium jam habere, quam futuram esse. Edita reo actione extra judicium, idem in jus vocatur, mox editur ei coram judice actio : si negat, lis contestata dicitur. vid. Cujac. *d. loc.* adde, si reus tacuerit, *contestat. libell.* litem contestatam esse putat tunc, cum acta judici referantur jamjam dicturo sententiam. Gail. *lars que la preuve est instruite & prouë à juger.* Vel constitutionem statos causæ. Glossæ, litis contestatæ ἀρχὴ πολέμου ἐν δικαστηρίῳ ἔλεος τῆς ἀντικαταστάσεως. 7 Narratio constat petitione & rei responsione. *l.* 2. *in pr. T. de jurejur. propter calumn. c. unic. de lit. contest.* contradictione. *l.* 14. §. 1. *in pr. T. de jud.* id est, negatione. Quintil. 3. *Inst.* 7. fi negat reus, facies statum qui negat. Quid si reus fatetur & distinguendo respondeat? Vigel. *d. loc.* putat litem eundum contestatam nisi actor aliquid respondeat : Illud singulare est ex Rudolpho Agric. 2. *de inventi.* 12. Quamdiu congressus dicuntur, certum est, quæstionem esse non posse : ubi cœperint resistere, ita ut alter non progredi longius alterum patiatur, quæstio erit. Plura vide apud Vigel. *ibid.* 8 Utriusque litigatoris. Goth. Confer *l.* 2. *T. de jurejurand. propter calumniam* Cujac. *lib.* 9. *observ.* 21. Ant.

9 Causam *Hal.* id est, id in quo lis atque causa versatur. 10 Id est, notis, & is quidem scopus est litis contestationis, ut judex statum causæ cognoscat, atque ita judicet. Forma contestationis in petitione, & responsione versatur : materia, contro versia ipsa : origo prima, jus naturale : secundo, jus Romanum. vid. Oldendorp. *in præfat. classium, c. de litis contest.* Porrothe judicari sine litis contestatione? Roland à Valle ait : idque summariis in causis. *Socin. reg.* 335. 336. Sic sentio, Vel voce vel scripto petitionem concipiendam in causis quæ dilationem non requirunt, non exspectata responsione uberiore partis, secundum actorem judicari, & tamen causæ ulteriorem cognitionem in aliud tempus rejici. Re ita constituta, judices nunquam judicare posse, quin iis sit re ipsa contestata, aut pro contestata habeatur : quod accidit in contumace, quem pro confesso habemus. 11 Ep. III.

12 Libellus estne necessarius in omnibus causis? non est : potest enim sine scripto procedi, præsertim summariis in causis. *Roland. d. loc. n.* 37. 38 dixi plenius *ad l. ult. in fin. T. de probat. febatur.* adde alias exceptiones ex *Socin. reg.* 333. Requiritur tamen in omni judicio saltem verbalis petitio. Alterutra tam est necessaria in judicio, ut nullo modo possit remitti consensu partium. Quid si remissa sit, judicium cessat, nec ullo petente, nullo contradicente sententia ferri potest. 13 Aut ei qui vocatus defenditur. 14 Aut ad arbitrium. *Rald.* 15 De quibus vid. *T. de pact.*

16 Reus cavere tenetur judicio sisti, nec tamen ea satisfactione in judicem consentit : est enim necessaria; ideoque consensum non inducit. *Rald. hic.* 17 In causis civilibus. in criminalibus aliud tempus datur. *l.* 2. *T. de exhor. reo.* Quid? ea dilatio potestne a judice minui? non potest, datur enim à lege : si minueretur contra jus diceretur sententia. *T. si quis rogat.* Potest autem ea dilatio minui, 18 Reo terminus ad deliberandum datur. 19 Nota formam ab officium judicis dependet. quam agendi : Petro non procedi sine judice adsociato vel adjuncto. Lex non adsociat vel adsciscit, nisi petatur. *Rald.* 20 Qui aliquem judicem petit, eum postea recusare non potest. 21 De lapso termini potest constare partis confessione. 22 Judex de lite non cognoscit intra tempus dilationis datum reo. 23 *Confessi* intelligitur etiam is qui subscripsit, *ut hic.* adde *l.* 26. §. 1. *ff. de pignor.* Posumus quoque hæc verba referre ad subscriptionem actoris. 24 Forma requisita omissa actus sit nullus. Invalida contestatio nihil operatur : *Wurmser. 1. pract.* 13. *observ.* 2.

25 Per publicum officialem alteri quæritur actio in eo, quod pertinet ad ejus officium. §. 3. *Inst. de adopt.* 26 Intra duos menses litis contestandæ.

TIT. X.

DE [27] PLUS PETITIONIBUS [28].

a'. Αὐτοκράτωρ Ζήνων. *

1. Imp. [29] Zeno.

OMnis actor [30] sive masculus, sine fœmina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens, aliud tantum expectet tempus, nullam usuram in medio accipiens, quantum ipse prævenire definitum solutioni diem conatus est; & hoc vero tempore elapso, non aliter agat, quam si impendia primæ instantiæ circa litis prænotionem facta adversario solvat.

§. 1. Si veto tutores, aut curatores tempore, aut quantitate in plus enisi fuerint exigere, eorum qui suæ curæ commissi sunt debitores in nullo lædantur, ut qui sub aliorum tutela & cura sint : sed ipsi tutores & curatores agnoscant subinde contingens damnum.

§. 2. Qui vero hereditarias res petunt, aut rationes tutelæ, aut curæ exigunt, & qui contra minores, aut majores de negotiis gestis, (seu de gesta) intendunt, aut deposita ab aliis data exigunt, ut eorum qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui justam habeant ignorantiæ causam. †. Tunc vero is, qui plus petit, damnificetur, quando manifeste convictus fuerit per avaritiam delinquere.

§. 3. Si vero quis minus quam revera sit, taxaverit suam litem, nec ad hoc respiciat judex, sed in veram quantitatem calculum ferat.

31 Omnes qui agunt, sive stabiliri sine fraudatione sint, si ante definitum debiti tempus petierunt, & hoc ipso damnum reo dederint, tantum temporis expectent (vduas interea nullas accipientes) quantum ipsi præstitutum tempus antecipaverant sibi. Quod si tempus hac ratione præterlabatur, aliter litem ne sic quidem exigant, nisi simpetus prima additionis in litem facta, adversario refutetur. *Bas. Basil. 7.* tit. 6. ubi scholiastes excipit eum, qui debet inopi fisci debitori ut à quo possit fiscus etiam ante tempus debitum exigere. *l.* 2. *T. de conflit. ex lege.* adde *T. de commissoria lege Rhodia. lib.* 10. *tit.* 2.

32 Petitum plus petentis tempore observa. §. 33. *in fin. Inst. de actionib.*

33 Plus petere in judicio non licet; minus licet. §. 34. *Inst. de act.*

34 Petitum plus petentis quantitate nota. §. 33. *in fin. Inst. de act.*

35 Refertur à Cujac. 12. *obs.* 21.

36 Latina interpretatio.

37 Quatuor concurrere necesse est, ut hujus legis pœna locum habeat. Primo, necesse est, ut causa sit exacta notoria & lis contestata.

38 Quarto, ut per dolum. Tertio, ut reus sit vocatus in judicium & is contestatus. Quarto, quod conveniatur. *Synops. Basil. 7. tit. 6. cap.* 22. *& lib.* 9. *tit.* 4. *ex lib.* 7. *tit.* 6. *cap.* 23.

38 Nota quibus modis hujus legis pœna evitetur. 39 Hæc potestas locus non est jure Canonico. vid. Socin. *regul.* 44. 40 Transactio facta bona fide (licet super camino dolo exorta) valet. *Bart.*

TIT. XI.

DE DILATIONIBUS. [41]

De causa & spatio.

1. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. dicunt.

QUoniam plerumque evenit, ut judex instrumentorum [42] vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur; spatium instructionis exhibendæ postulatum dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum : ut, si ex ea [43] provincia, ubi lis agitur, vel persona, vel instrumenta poscantur, non amplius quam tres [44] menses indulgeantur : si vero ex continentibus provinciis : sex [45] menses custoditi, justitiæ est. In transmarina [46] autem dilatione, novem [47] menses computari oportebit. †. Quod ita constitutum judicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium [48], sed eandem dilationem, si rerum urgentissima [49] ratio flagitaverit : & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facile [50] amplius quam semel, nec ulla trahendi [51] ante sciant esse tributendam. Dat. xv. Kal. Aprili. cc. 294.

De rescripto quo quis ad extraordinarium Judicem trahitur.

11. Imp. Constant. A. ad Ursum Vicarium.

SI [52] quando quis rescriptum [53] ad extraordinarium [54] judicem reportaverit : dilatio ei penitus deneganda est. Illi [55] autem, qui [56] in judicium vocatur, danda est ad improbanda precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes : quoniam instructus esse non potuit, qui præter spem ad alienum judicium trahitur. Dat. xi. Non. Mart. Volusiano & Anniano Conss. 314.

De satisdatione ab altero præstanda. Si actor reo non occurrat.

In Authent. de exhib. & introd. reis. §. 1. col. 5. tit. 8. al. tit. 6. Novell. 53. cap. 1.

Quod fieri non debet, nisi [57] *actor satisfecerit* [58], *certam præmittens quantitatem si datorum, si litem non exequatur : aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus à se constitutum intra decem dies præsente non occurrat : dimittatur* [59] *reus, exacto eo, quod promissum est, & si quid circa litem plus impendisse cum taxatione judicis juraverit.*

De cessatione officii Judicis. De feriis.

III. Idem A. Profuturo Præfecto Pannoniæ. [60]

SIve pars, sive integra dilatio fuerit data : eo usque judicis officium conquiescat [61], donec petiti temporis defluxerint curriculi. Feriæ autem sive repentinæ [62], sive solennes [63] sint, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur. Dat. VII. Febr. *Sirmii*, Licinio V. & Crispo Conss. 318.

41 Dilatio est prolatio diei. hæc refert 11. D. xxii. 2. *C. Theod.* 7. sup. *Symphonas.* 7 *Bas.* 17. *cap.* 7. & 7. *cap. sup. apparebit vir habissimus Anachoretes* an magis vir sacerdos. de in fpatio, quæ litigantibus à judicibus datur. adde 2. *decret.* 8.

2. *Extravagant.* 2. §. 10. 11. *Instit. de compet.* vid. Rebuffum *tom.* 2. *tract. de dilationib.* Andream Gaill. 1. *observ.* 91. & *seq.* Hartman 2. *observ.* 12. Oldendorp. *in Exercitat. exerp. ad n.* 2. 13. *fol.* 504. Rebuffum *in forum constit. gloss.* 1. *num.* 18. refert ritus communi, & confuetudine curiarum, non observari in regno Francia dilationes juris : Id ex ritu, vel curia arbitrio dari.

42 *Synops. Basil.* 7. *tit.* 17. *ex cap.* 11. *ad* 18.

43 Dilatio ex causa datur instrumenti, ut perfecte exhibendæ gratia. adde *l.* 12. *T. de quæst. apud majestat.*

44 Dilationis moderandæ fiert secundum locorum distantiam.

45 Dilatio testium vel instrumentorum ex eadem provincia exhibendorum causa, non plus quam sex menses

De tres usque menses

46 *L.* 7. *T. ad.*

47 De novem mensibus vide Cujac. *cap.* 19. *de præscript.* 48 Summus fidiles, ac plene volantarium. Causa cognita, dilationem dari oportet. 49 *L.* 10. *T. de feriis.* 50 *L.* 20. *T. de feriis.* aliud ſi justa causa sit. *l.* 7. *ff. de feriis. l.* 45. *ff. de judic.* adde alias exceptiones ex Socino *reg. prox.* Goth. Confer *cap. quoad consult. extr. de sent. & re judic. cap. in causis. cap. significavit. extr. de testam.* vid. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 72. & *seq.* Ant. Adde Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 92. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 32. S. L. 51 Dilationibus nimiis causæ non trahendæ. *C. Theod. cit. Synops. d. loc.* 53 Pœna Principis. Imperato rescripto, non datur dilatio ad illud exhibendum. Actor venire debet instructior, quam reus. 54 Id est, delegatum. Extraordinarius judex delegatus. Jurisdictio delegata extraordinaria, *cap. Indocile* 3. 9. 3. plures dantur reo quam actori. vid. *l.* 125. *ff. de reg. jur.* 56 Melior est causa excipientis. *l.* 42. *in fin. ff. de reg. jur.* 57 Hæc forma confuetudine non fit atur. *Rald. fiquid. prat.* 58 *L.* 20. *ff. de fidejuss.* 59 Reo absoluto ab observatione judicii, actor in expensis condemnatur. 60 Al. *annone* & rectius. vid. *l.* 2. *C. Theod. de relation.* 61 Pendente dilatione nihil innovandum. adde *l. unic. ff. nihil innovari appellatione interposita.* vid. Socin. *reg.* 93. 62 Hujusmodi feriæ res ob bene gestas, à solo Imperatore inducuntur : ob id *imperiales* dicitur. vid. *l.* 4. *T. de feriis.* extra ordinem indictæ : *l.* 26. §. 7. *ff. quibus ex causis majores.* 63 *L.* 26. §. 7. *ff. ex quibus caus. majores.* ut dies divino cultui dedicati, ut missæ & vindemiæ. *l.* 3. *T. de feriis.*

δίκαιον μὴ ἀποχρίνειν τάχα ὁ δικάζων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐπιζητεῖν τῇ ψήφῳ ἐναρμόσαι.

TIT. IX.

DE [1] LITIS CONTESTATIONE [2].

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Valenti.

REs in judicium deducta non [3] videtur, si tantum postulatio [4] simplex celebrata sit, vel actionis species ante judicium reo cognita [5]. Inter [6] *litem* enim *contestatam* & *editam actionem* permultum interest. *Lis* enim tunc *contestata* videtur, cum judex per narrationem [7] negotii [8] causam [9] audire [10] cœperit. Dat. Kal. Septembr. Severo III. [11] & Antonino AA. Conss. 203.

In Authent. de exhib. & introd. reis. §. Sancimus. col. 5. tit. 8. al. 9. seu Novell. 53. cap. 3.

Offeratur [12] *ei* [13] *qui vocatur ad judicium* [14] *libellus* [15] *: & exinde præbit ei spatium* [16], *& data a judice sufficiens* [17] *dierum quadraginta inducia : quibus deliberet* [18], *cedatne an contendat : aut judicium alienum adsciari* [19] *petat, vel recuset eum* [20] *: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato sum petiturus* [21]. †. *Denique præsens interrogetur* [22], an [23] hoc tempus litis transierit : *quod non modo ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione* [24] *manifestetur : quam in initio facere debet. Lata ergo contestatio contra hoc indultum habita, pro nihilo* [25] *habenda est.*

In Authent. de executoribus. §. 1. col. 7. tit. 8. al. 2. seu Novell. 96. cap. 1.

Libellum vero non alias actor dirigat, nisi prius & in ipsum, quem divi obnoxium, & in merito executorem [26] *exponat cautionem*, (*scilicet* vel intra [26] duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei qui convenitur, contingens restituturum in duplum. *cautione tamen non transcendente triginta a sex aureos.*

[1] Vide quædam ad hunc locum apud *Socin. reg.* 139. 240. 241. 242. 243.

[2] 11. *Duaren.* 5. 2. *Scut.* 3. vid. *Cujac.* 9. *obs.* 21. vid. *Fusbum in Cauvellari.* De effectibus litis contestatæ vide Rebuffum *tom.* 4. *fol.* 335. & Hotom. 3. *obs.* 28. Wurmf. 1. *pract.* 13. adde utilem ad hunc titulum quæstionem ex Gail. 1. *obs.* 73. *ad fin.* 78. Goth. Adde Parlador. *rer. quotid. cap.* 14. S. L.

3 Litem contestandi animus non præsumitur *cap.* 1. *extr. eod.* vid. tamen *Socin. reg.* 341.

4 Simplex postulatio non facit litis contestationem.

5 Lite contestata, possuntne testes admitti? non possunt. vid. tamen *Socin. reg.* 342.

6 Editio litem futuram demonstrat. *l.* 3. *T. de solend.* Contestatio ejus initium. Plus est, litem initium jam habere, quam futuram esse. Edita reo actione extra judicium, idem in jus vocatur, mox editur ei coram judice actio : si negat, lis contestata dicitur. vid. Cujac. *d. loc.* adde, si reus tacuerit, *contestat. libell.* litem contestatam esse putat tunc, cum acta judici referantur jamjam dicturo sententiam. Gail. *lars que la preuve est instruite & prouë à juger.* Vel constitutionem statos causæ. Glossæ, litis contestatæ ἀρχὴ πολέμου ἐν δικαστηρίῳ ἔλεος τῆς ἀντικαταστάσεως. 7 Narratio constat petitione & rei responsione. *l.* 2. *in pr. T. de jurejur. propter calumn. c. unic. de lit. contest.* contradictione. *l.* 14. §. 1. *in pr. T. de jud.* id est, negatione. Quintil. 3. *Inst.* 7. fi negat reus, facies statum qui negat. Quid si reus fatetur & distinguendo respondeat? Vigel. *d. loc.* putat litem eundum contestatam nisi actor aliquid respondeat : Illud singulare est ex Rudolpho Agric. 2. *de inventi.* 12. Quamdiu congressus dicuntur, certum est, quæstionem esse non posse : ubi cœperint resistere, ita ut alter non progredi longius alterum patiatur, quæstio erit. Plura vide apud Vigel. *ibid.* 8 Utriusque litigatoris. Goth. Confer *l.* 2. *T. de jurejurand. propter calumniam* Cujac. *lib.* 9. *observ.* 21. Ant.

9 Causam *Hal.* id est, id in quo lis atque causa versatur. 10 Id est, notis, & is quidem scopus est litis contestationis, ut judex statum causæ cognoscat, atque ita judicet. Forma contestationis in petitione, & responsione versatur : materia, contro versia ipsa : origo prima, jus naturale : secundo, jus Romanum. vid. Oldendorp. *in præfat. classium, c. de litis contest.* Porrothe judicari sine litis contestatione? Roland à Valle ait : idque summariis in causis. *Socin. reg.* 335. 336. Sic sentio, Vel voce vel scripto petitionem concipiendam in causis quæ dilationem non requirunt, non exspectata responsione uberiore partis, secundum actorem judicari, & tamen causæ ulteriorem cognitionem in aliud tempus rejici. Re ita constituta, judices nunquam judicare posse, quin iis sit re ipsa contestata, aut pro contestata habeatur : quod accidit in contumace, quem pro confesso habemus. 11 Ep. III.

12 Libellus estne necessarius in omnibus causis? non est : potest enim sine scripto procedi, præsertim summariis in causis. *Roland. d. loc. n.* 37. 38 dixi plenius *ad l. ult. in fin. T. de probat. febatur.* adde alias exceptiones ex *Socin. reg.* 333. Requiritur tamen in omni judicio saltem verbalis petitio. Alterutra tam est necessaria in judicio, ut nullo modo possit remitti consensu partium. Quid si remissa sit, judicium cessat, nec ullo petente, nullo contradicente sententia ferri potest. 13 Aut ei qui vocatus defenditur. 14 Aut ad arbitrium. *Rald.* 15 De quibus vid. *T. de pact.*

16 Reus cavere tenetur judicio sisti, nec tamen ea satisfactione in judicem consentit : est enim necessaria; ideoque consensum non inducit. *Rald. hic.* 17 In causis civilibus. in criminalibus aliud tempus datur. *l.* 2. *T. de exhor. reo.* Quid? ea dilatio potestne a judice minui? non potest, datur enim à lege : si minueretur contra jus diceretur sententia. *T. si quis rogat.* Potest autem ea dilatio minui, 18 Reo terminus ad deliberandum datur. 19 Nota formam ab officium judicis dependet. quam agendi : Petro non procedi sine judice adsociato vel adjuncto. Lex non adsociat vel adsciscit, nisi petatur. *Rald.* 20 Qui aliquem judicem petit, eum postea recusare non potest. 21 De lapso termini potest constare partis confessione. 22 Judex de lite non cognoscit intra tempus dilationis datum reo. 23 *Confessi* intelligitur etiam is qui subscripsit, *ut hic.* adde *l.* 26. §. 1. *ff. de pignor.* Posumus quoque hæc verba referre ad subscriptionem actoris. 24 Forma requisita omissa actus sit nullus. Invalida contestatio nihil operatur : *Wurmser. 1. pract.* 13. *observ.* 2.

25 Per publicum officialem alteri quæritur actio in eo, quod pertinet ad ejus officium. §. 3. *Inst. de adopt.* 26 Intra duos menses litis contestandæ.

TIT. X.

DE [27] PLUS PETITIONIBUS [28].

a'. Αὐτοκράτωρ Ζήνων. *

1. Imp. [29] Zeno.

OMnis actor [30] sive masculus, sine fœmina ante definitam dilationem debiti agens, & per hoc reum damno afficiens, aliud tantum expectet tempus, nullam usuram in medio accipiens, quantum ipse prævenire definitum solutioni diem conatus est; & hoc vero tempore elapso, non aliter agat, quam si impendia primæ instantiæ circa litis prænotionem facta adversario solvat.

§. 1. Si veto tutores, aut curatores tempore, aut quantitate in plus enisi fuerint exigere, eorum qui suæ curæ commissi sunt debitores in nullo lædantur, ut qui sub aliorum tutela & cura sint : sed ipsi tutores & curatores agnoscant subinde contingens damnum.

§. 2. Qui vero hereditarias res petunt, aut rationes tutelæ, aut curæ exigunt, & qui contra minores, aut majores de negotiis gestis, (seu de gesta) intendunt, aut deposita ab aliis data exigunt, ut eorum qui deposuerunt, successores facti, nihil ex plus petitione damnificentur, veluti qui justam habeant ignorantiæ causam. †. Tunc vero is, qui plus petit, damnificetur, quando manifeste convictus fuerit per avaritiam delinquere.

§. 3. Si vero quis minus quam revera sit, taxaverit suam litem, nec ad hoc respiciat judex, sed in veram quantitatem calculum ferat.

31 Omnes qui agunt, sive stabiliri sine fraudatione sint, si ante definitum debiti tempus petierunt, & hoc ipso damnum reo dederint, tantum temporis expectent (vduas interea nullas accipientes) quantum ipsi præstitutum tempus antecipaverant sibi. Quod si tempus hac ratione præterlabatur, aliter litem ne sic quidem exigant, nisi simpetus prima additionis in litem facta, adversario refutetur. *Bas. Basil.* 7. tit. 6. ubi scholiastes excipit eum, qui debet inopi fisci debitori ut à quo possit fiscus etiam ante tempus debitum exigere. *l.* 2. *T. de conflit. ex lege.* adde *T. de commissoria lege Rhodia. lib.* 10. *tit.* 2.

32 Petitum plus petentis tempore observa. §. 33. *in fin. Inst. de actionib.*

33 Plus petere in judicio non licet; minus licet. §. 34. *Inst. de act.*

34 Petitum plus petentis quantitate nota. §. 33. *in fin. Inst. de act.*

35 Refertur à Cujac. 12. *obs.* 21.

36 Latina interpretatio.

37 Quatuor concurrere necesse est, ut hujus legis pœna locum habeat. Primo, necesse est, ut causa sit exacta notoria & lis contestata.

38 Quarto, ut per dolum. Tertio, ut reus sit vocatus in judicium & is contestatus. Quarto, quod conveniatur. *Synops. Basil.* 7. *tit.* 6. *cap.* 22. *& lib.* 9. *tit.* 4. *ex lib.* 7. *tit.* 6. *cap.* 23.

38 Nota quibus modis hujus legis pœna evitetur. 39 Hæc potestas locus non est jure Canonico. vid. Socin. *regul.* 44. 40 Transactio facta bona fide (licet super camino dolo exorta) valet. *Bart.*

TIT. XI.

DE DILATIONIBUS. [41]

De causa & spatio.

1. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. dicunt.

QUoniam plerumque evenit, ut judex instrumentorum [42] vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur; spatium instructionis exhibendæ postulatum dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum : ut, si ex ea [43] provincia, ubi lis agitur, vel persona, vel instrumenta poscantur, non amplius quam tres [44] menses indulgeantur : si vero ex continentibus provinciis : sex [45] menses custoditi, justitiæ est. In transmarina [46] autem dilatione, novem [47] menses computari oportebit. †. Quod ita constitutum judicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium [48], sed eandem dilationem, si rerum urgentissima [49] ratio flagitaverit : & necessitas desideratæ instructionis exegerit, non facile [50] amplius quam semel, nec ulla trahendi [51] ante sciant esse tributendam. Dat. xv. Kal. Aprili. cc. 294.

De rescripto quo quis ad extraordinarium Judicem trahitur.

11. Imp. Constant. A. ad Ursum Vicarium.

SI [52] quando quis rescriptum [53] ad extraordinarium [54] judicem reportaverit : dilatio ei penitus deneganda est. Illi [55] autem, qui [56] in judicium vocatur, danda est ad improbanda precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes : quoniam instructus esse non potuit, qui præter spem ad alienum judicium trahitur. Dat. xi. Non. Mart. Volusiano & Anniano Conss. 314.

De satisdatione ab altero præstanda. Si actor reo non occurrat.

In Authent. de exhib. & introd. reis. §. 1. col. 5. tit. 8. al. tit. 6. Novell. 53. cap. 1.

Quod fieri non debet, nisi [57] *actor satisfecerit* [58], *certam præmittens quantitatem si datorum, si litem non exequatur : aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus à se constitutum intra decem dies præsente non occurrat : dimittatur* [59] *reus, exacto eo, quod promissum est, & si quid circa litem plus impendisse cum taxatione judicis juraverit.*

De cessatione officii Judicis. De feriis.

III. Idem A. Profuturo Præfecto Pannoniæ. [60]

SIve pars, sive integra dilatio fuerit data : eo usque judicis officium conquiescat [61], donec petiti temporis defluxerint curriculi. Feriæ autem sive repentinæ [62], sive solennes [63] sint, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur. Dat. VII. Febr. *Sirmii*, Licinio V. & Crispo Conss. 318.

41 Dilatio est prolatio diei. hæc refert 11. D. xxii. 2. *C. Theod.* 7. sup. *Symphonas.* 7 *Bas.* 17. *cap.* 7. & 7. *cap. sup. apparebit vir habissimus Anachoretes* an magis vir sacerdos. de in fpatio, quæ litigantibus à judicibus datur. adde 2. *decret.* 8.

2. *Extravagant.* 2. §. 10. 11. *Instit. de compet.* vid. Rebuffum *tom.* 2. *tract. de dilationib.* Andream Gaill. 1. *observ.* 91. & *seq.* Hartman 2. *observ.* 12. Oldendorp. *in Exercitat. exerp. ad n.* 2. 13. *fol.* 504. Rebuffum *in forum constit. gloss.* 1. *num.* 18. refert ritus communi, & confuetudine curiarum, non observari in regno Francia dilationes juris : Id ex ritu, vel curia arbitrio dari.

42 *Synops. Basil.* 7. *tit.* 17. *ex cap.* 11. *ad* 18.

43 Dilatio ex causa datur instrumenti, ut perfecte exhibendæ gratia. adde *l.* 12. *T. de quæst. apud majestat.*

44 Dilationis moderandæ fiert secundum locorum distantiam.

45 Dilatio testium vel instrumentorum ex eadem provincia exhibendorum causa, non plus quam sex menses

De tres usque menses

46 *L.* 7. *T. ad.*

47 De novem mensibus vide Cujac. *cap.* 19. *de præscript.* 48 Summus fidiles, ac plene volantarium. Causa cognita, dilationem dari oportet. 49 *L.* 10. *T. de feriis.* 50 *L.* 20. *T. de feriis.* aliud ſi justa causa sit. *l.* 7. *ff. de feriis. l.* 45. *ff. de judic.* adde alias exceptiones ex Socino *reg. prox.* Goth. Confer *cap. quoad consult. extr. de sent. & re judic. cap. in causis. cap. significavit. extr. de testam.* vid. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 72. & *seq.* Ant. Adde Andr. Gail. *lib.* 1. *obs.* 92. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 32. S. L. 51 Dilationibus nimiis causæ non trahendæ. *C. Theod. cit. Synops. d. loc.* 53 Pœna Principis. Imperato rescripto, non datur dilatio ad illud exhibendum. Actor venire debet instructior, quam reus. 54 Id est, delegatum. Extraordinarius judex delegatus. Jurisdictio delegata extraordinaria, *cap. Indocile* 3. 9. 3. plures dantur reo quam actori. vid. *l.* 125. *ff. de reg. jur.* 56 Melior est causa excipientis. *l.* 42. *in fin. ff. de reg. jur.* 57 Hæc forma confuetudine non fit atur. *Rald. fiquid. prat.* 58 *L.* 20. *ff. de fidejuss.* 59 Reo absoluto ab observatione judicii, actor in expensis condemnatur. 60 Al. *annone* & rectius. vid. *l.* 2. *C. Theod. de relation.* 61 Pendente dilatione nihil innovandum. adde *l. unic. ff. nihil innovari appellatione interposita.* vid. Socin. *reg.* 93. 62 Hujusmodi feriæ res ob bene gestas, à solo Imperatore inducuntur : ob id *imperiales* dicitur. vid. *l.* 4. *T. de feriis.* extra ordinem indictæ : *l.* 26. §. 7. *ff. quibus ex causis majores.* 63 *L.* 26. §. 7. *ff. ex quibus caus. majores.* ut dies divino cultui dedicati, ut missæ & vindemiæ. *l.* 3. *T. de feriis.*

De judice præcedente vel succedente.

19. Idem A. ad Catullianum Proconsulem Africæ.

A Procedente [1] Judice dilationem non convenit postulari, neriam si utraque parte præsente tribuatur: cum non aliàs, nisi causa cognita, indulgeri queat: & cognitio causæ non interpellatione plenaria [2], sed considente [3] magis Judice legitime colligatur: ut, si forte dilationis petitio fuerit improbata, susceptæ quæstio per sententiam judicis diratur. Dat. v. Id. Feb. *Serenis*, Licinio V. & Crispo Conss. 318.

De rescriptos Principis. Quando degeneranda dilatio.

v. Idem A. ad Maximum Præfectum urbi.

CUm à nobis fuerit ad appellationem consultationemve rescriptum: sive sit primo judicio petita dilatio, & ea tributa non sit; sive ne petita quidem: eam dare cuiquam non licebit, eadem ratione, qua ne in judiciis [4] quidam cognitionum nostrarum dilatio tribui solet. P. P. *Romæ*, VIII. Kalend. April. Probiano, & Juliano Conss. 322.

De lite inter privatos & fiscum.

VI. Imppp. Constantinus, Constantius & Constans AAA. ad Petronium Vicarium Africæ.

INter [5] privatos & fiscum si aliqua lis mota fuerit: utrique [6] parti petendæ dilationis per defensores suos copia deneganda non est, si hoc commoditatis ratio postulaverit. Dat. v. Id. April. *Aquileiæ*, Acindino & Proculo Conss. 340.

De spatio.

VII. Impp. Arcad. & Honor. AA. Messalæ P. P.

NEc [7] de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina [8] veriam dilatione mensium novem [9] spatia egredi concedatur. Dat. VI. Kalend. Decemb. Eutropio & Theodoro Conss. 399.

TIT. XII.
DE FERIIS [10].

De Appellationibus.

1. Imp. Constantius, & Maximian. AA. Severus & Maximian. Nobb. CC. Vetino.

QUoniam consulis, an similis observantia à nobis adjiciendarum feriarum, quæ rebus [11] feliciter gestis provenient, ad appellationum quoque tempora porrigenda sit, Verine Charissime, referibi placuit experientiæ tuæ, ut [12] in causis provocationum jugiter [13], & sine additamento hujusmodi dierum tempora scias servari debere, & suprædictorum dierum [observationi] in appellationum causis minimè fieti adjectionem [14].

Enumeratio feriarum solemnium.

II. Imp. Theod. A. Viceno.

UT [15] in die Dominico [16] emancipare [17] ac manumittere [18] liceat, reliquæ causæ, vel lites [19] quiescant: & à die octavo Kalendarum Julii [20] usque in Kalendas Augusti messis sena concedatur: & à Kalend. Augusti usque in decimum Kalendarum Septembris agendarum causarum tribuatur licentia. A decimo autem Kalendarum Sept. usque in Idus Octobris vindemialis feria concedatur. Sanctum quoque diem Paschæ [21], & diem Natalis [22] Domini, & Epiphaniæ, septem qui præcedunt, & septem qui sequuntur, sine ftrepitu volumus observari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.

De die Dominico.

III. Imp. Constany. A. Elpidio.

OMnes judices, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia venerabili die Solis [23] quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturæ libere licenterque inserviant [24]: quoniam frequenter evenit, ut [25] non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ sarmentis mandentur, ne occasione momenti [26] pereat commoditas cœlesti provisione concessa. Dat. Nonis Mart. Crispo II. & Constantino II. Conss. 321.

Qui *possit* feriis indicere.

IV. Idem A. Severo.

ANullo judice præsumi [debet,] ut auctoritate sua ferias aliquas [27] condat. Nec enim Imperiales [28] ferias vocari oportet, quas [29] administrator edixerit: ac per hoc, si nomine eximuntur, etiam fructu carebunt. Datum Id. April. *Serenis*. *.

De causis publicis ac Fiscalibus. 1. *De causis* Pistoriis.

V. Imppp. Valent. Valens & Grat. AAA. ad Olybrium.

PUblicas [30] ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis [31] mensibus, hoc est, sine aliqua intermissione, disinguat. §. 1. Pistoriis [32] quoque causis iisdem diebus rectum in futurum examen adhibebit. Dat. IIII. Nonas Maji, Tiradæ, Valentiniano N. P. Conss. 368.

De tempore Quadragesimæ.

VI. Iidem AAA. Luciano Vicario Macedoniæ.

QUadraginta [33] diebus, qui auspicio cæremoniarum Paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur [34] criminalium quæstionum. Dat. Kalend. Aprilis, *Thessalonicæ*. *

Enumeratio *feriarum solemnium*.

VII. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Albino Præfect. [urb.]

OMnes [35] dies jubemus esse juridicos [36]. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis [37] mensibus ad requiem [38] laboris indulgentior annus excepit: æstivos [39] fervoribus mitigendis: & autumnos [40] fructibus decerpendis: Kalendarum quoque Januariarum confectos dies otio [41] mancipamus. His adjicimus Natalitios [42] dies urbium maximarum Romæ [43], atque Constantinopolis: in quibus debent jura differri, quia [44] & ab ipsis nata sunt. Sacros [45] quoque Paschæ [46] dies, qui septeno [47] numero vel præcedunt, vel sequuntur. Dies etiam Natalis, atque Epiphaniarum [48] Christi, & [49] quo tempore commemoratio Apostolicæ passionis totius Christianismis magistræ [50] cunctis jure celebratur: in quibus etiam prædictis sanctissimis diebus neque spectaculorum [51] copiam referamus †. In eadem observatione numeramus & dies Solis [52] (quos *Dominicos* rite dixere majores) qui reperto in sese calculo revolvuntur: in quibus parem necesse est habere reverentiam: ut nec apud ipsos arbitros [53], vel à judicibus flagitatos, vel sponte electos, ulla sit cognitio jurgiorum. Nostris etiam diebus, qui vel lucis [54] auspicia, vel ortus [55] imperii protulerunt. In quindecim [56] autem Paschalibus diebus compulsio annonariæ [57] functionis, & omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio. Dat. XI. Idib. August. *Eutropio*, Tiiasio & Promoto Conss. 389.

De quindecim diebus Paschalibus.

VIII. Iidem AAA. Tatiano P. P.

ACtus [58] omnes, seu publici sint, seu privati, diebus quindecim [59] Paschalibus conquiescant. †. In [60] his tamen & emancipandi [61], & manumittendi [62] cuncti licentiam habeant: & super his acta non prohibeantur. Datum Kal. Januar. Arcadio A. II. & Rufino Conss. 392.

IX. * Græca constitutio.

Ejus epitomen vestitus Aur. Anastasius. Quia tamen is putat eam parum esse epitomen l. 3. Latina supra de episcopali audientia, & nos idem arbitramur, ideo eam præteramus.

De Latronibus & Isauris.

X. Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P. P.

PRovinciarum [63] præsides monentur, ut in quæstionibus latronum [64], & maxime Isaurorum [65], nullum quadragesimæ [tempus] nec venerabilem Paschæ diem existiment excipiendam [66]: ne differatur sceleratorum proditio [67] confitiorum, quæ per latronum tormenta [68] quærenda est: cum [69] facillime, & in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. Dat. v. Kalend. Mart. Basso & Philippo Conss. 408.

De diebus festis. 1. *De die* Dominico.

XI. Impp. Leo & Anthemius AA. Acnatio P. P.

DIes festos majestati [70] altissimæ dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum [71] vexationibus profanari. §. 1. Dominicum [72] itaque diem ita semper honorabilem decernimus, & venerandam, ut à cunctis executionibus [73] excusetur: nulla quemquam urgeat admonitio: nulla fidejussionis flagitetur exactio, taceat apparitio: advocatio delitescat: sit ille dies à cognitionibus alienus: præconis horrida [74] vox filescat: resipirent à controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: ad sese simul veniant adversarii non timentes, habeat animos vicaria [75] pœnitudo: pacta conferant, transactiones loquantur. Nec hujus tamen religiosi diei otia relaxantes, obscœnis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem

quod (ut Varro in libro cui titulus est *Atticus*,) cum munus annale Genio suo solvebant, & manum cædi ac sanguine abstinebant, ne die qua ipsi lucem accepissent aliis deserent. Inde Deli ad Apollinis genitoris aram, ut Timæus auctor est, nemo hostiam cædebat. *Censorinus cap. 3. de die natali*, ubi refert moris fuisse quemque sios tantummodo proprios colisse natales. adde Martianum Capellam 1. *Philologiæ*, ubi de genio speciali & populari. 43 Parilia. 44 Deserre, *l. 2. C. Theod. eod.* & male. Græc. ἀφιέναι, ut sit sensus, Æquum esse diebus natalitiis urbisque Romæ jura differri ac quiescere, quoniam ab hisce diebus urbibus jura sint inventa, *Ecleg. dict. cap. 4.*

45 Notitiam sacrarum feriarum vide in *Nomol.* 1. Manuelis Comneni, *& cap.* 158. *Ignem Francicarum.* 46 Vid. *l. 2. T. eod.* 47 De septem diebus vid. Cujac. *cap. 6. de præscript.* De numero septenario, vide Forcatulum *in sphæra legati, fol.* 120. 48 *L. 2. T. eod. interpone*, *Eclog. d. hon.* qui & τῶν φώτων dicuntur. vid. *Cujac. cap. 3. de præscript.* Ammianus de Juliano apostata licentiæ populi favorem specie Christianæ professionis loquens, *lib. 22.* Ut interim fumpit hanc celebrantur, feriarum die, quem celebrantes mense Januario Christiani Epiphaniam dicitant, progressus in eorum Ecclesiam solenniter numine orato discessit. 49 Festos dies Apostolorum memoriæ dicatos (ut opinor) intelligit: quibus apostolorum ἀνάμνησις & mortem præcipue commemorabant Christiani. 50 Apostolorum palliо, Christianitatis totius magistra: Apostoli hinc magistri nationum à Tertulliano *lib. de resurrect.* & martyrii. Idem in *Scorpiaco*. Sanguis etiam martyrum doctor severe & rigore ecclesiam. 51 VII. *Eclog. 17. cap. 13. vid. l. ult. §. 1. J. eodem.* 52 *L. 3. T. eod.* Dies solis, dies dominicus: *ut hic: & l. 3. C. Theod. de excusatis. & evect. lib. 8. tit. 8. l. 13. C. Theod. de exactionib. 11. tit. 17.* Græci κυριακὴν ἡμέραν vocant. *7. Eclog. 17. cap. 13.* cujus fit mentio *Apoc. 1. vers. 10.* Eandem diem *primo sabbatum*, id est, primam, Paulus Apostolus vocat *1. Corinth. 16. vers. 2.* 53 Vid. *l. ult. §. 1. J. eod.* 54 *L. 2. in fin. C. Theod.* ἐκέρα ἡλιακὴ τῶν βασιλέων. *7. Eclog. 17. c. 13. in fin. & c. 17. in fin.* 55 *D. l. 2. d. c. 13. & 17.* Dies ortus imperii, quo quis imperator fuit renunciatus. vid. *quæ not. ad l. 233. §. 1. ff. de verb. significat.*

56 *L. 8. J. eod.* 57 Adde *tamen l. 5. §. 1. T. eod.* 58 *Syn. Basil. 7. tit. 17. c. 14.* 59 *L. 7. in fin. T. eod.* 60 *L. 8. C. Theod. eod.* 61 *L. 2. T. eod.* 62 *D. l. 2.* posiint etiam tutores dari. *l. 3. §. 2. ff. de tutel. Paul. 2. sent. 24. §. 3. l. 1. C. Theod. hoc tit. 7. Eclog. 17. c. 14.* & leges actus voluntarios jurisdictionis posiint explicari quolibet die, etiam feriato. 63 *L. ult. C. Theod. de quæstionib. lib. 9. tit. 35.* 64 *L. 3. de epist. aud. l. 11. J. de accusf.* vid. Dion. *lib. 54.* 65 *L. 7. 9. C. Theod. l. 35. l. 10. J. de vi publ. 7. Eclog. c. 17. 17. 1. Harm. 4. §. 9.* ubi in margine dicuntur ἀμαθεῖς & χερσαῖοι: apud Nicet. κερσαῖοι: sunt piratæ quos vocat Zonaras θαλασσίους. De Isauris plenius vide apud Dion. 55. Ammian. 14. Vopisc. *in Probo*: Strabon. 12. Alciat. 3. *disp. 20.* Duar. 3. *disp. 12.* vide etiam Forcatuli Necyomant. *Dialog. 52. n. 12.* Porro Isauros, latrones a gente appellari verisimile est: ut dissolati, Ambrones: Cimbri, latrones: Ossi opissi seu Oscani, *Fest.* 66 Quid? licetne debitorem fugientem die dominico, manu injecta sistere? vid. *l. 54. J. de decurionibus.*

67 Socios criminis adversus socium ejusdem criminis audatur hoc esse, *l. 6. J. de custodia reorum.*

68 *L. pen. ff. eod.* 69 Dei venia speranda, ubi meliorum falsa & incolumitas procuratur.

70 Ἐκ τῶν τοῦ θεοῦ τιμῶν, *7. Ecl. 17. c. 17.* 71 *L. 1. J. 3. C. Theod. de exercitoris. & exactionib. lib. 8. tit. 8. l. 10. C. Theod. de exactionib. 11. tit. 7.* 72 Nota quæ diebus dominicis fieri vetita.

73 Die dominico nullis executio, admonitio, fidejussionis exactio, apparitio, advocatio, cognitio, sistinatio, controversiæ disceptatio fieri debet, *ut hic*. Igitur die dominico nulla fiet executio. vide Guidonem Papæ *decis. 210.* De debitore fugiente, & an die dominico possit capi: vid. Socin. *reg. 78.* An & propria authoritate sine apparitore possit capi, colligo ex *l. 54. de decurionib. & 10. §. 16. ff. de his, qui in fraud. ered.* Huc referenda lex vetus Francica *cap. 133. Ignem Francicarum.* ut mercatus die dominica in nullo loco habeatur. Guth. Coofet Socin. *fallent. Reg. 3. incip. debet fugitivus.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 28.* Andr. Gail. *lib. 1. observ. 13.* Pecc. *de jure sistendi cap. 10. §. 1.*

74 Subhastationes apinor vetari, quæ fiebant præconia voce: quæ quia nexus & debitoribus molesta, horrida vox præconis hic dicitur: vel quia præcones ut lepida eliguntur homines suavera voce præditi: vocalissimi denique. 75 Vicarium pœnitudinem videtur vocare, quod per vices redire debeat. Per vices, hoc est, per dies dominicos: vel, vicaria est pœnitudo, quam ab alio vicissim expectas.

eodem die sibi vindicet scena [1] theatralis, aut Circense [2] certamen, aut feralium [3] lachrymosa spectacula: &, si in nostrum ortum [4], aut natalem celebranda solennitas incideret, differatur. Amissionem militiæ, proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis [5] interesse, vel cujuscunque judicis apparitor [6] prætextu negotii publici, seu privati, hæc, quæ hac lege statuta sunt, crediderit temeranda. Dat. Id. Decemb. *Constantinop.* Zenone & Martiano Coss. 469.

1 *L. ult. C. Theod. de spectaculis, lib. 15. tit. 5.*
2 *Iuvenal. Satyr. third.* equorum certamen.
3 *Kuinoel on Satyr. third.* venatio ferarum.
4 *L. 7. in fin. T. eod.* Dignum attrahit ad se minus dignum.
5 Die dominico spectaculis interesse vetitum. De detestatione munerum & ludi gladiatorii, vid. Tertullianum *libris de spectaculis*, Cyprianum *Epist.* 1, Lipsium *cap.* 12. *Saturn.*
6 Citatio facta die feriato non valet, sed nec ad diem feriatum, sed & si fiat, ut quis in illud ad diem non feriatum, non valet. vid. *Wurmser. 1. obs. 6. obs. 4.*

TIT. XIII.

DE JURISDICTIONE [7] OMNIUM JUDICUM, ET DE FORO COMPETENTI. [8]

De consensu litigatorum.

I. Imp. Antoninus A. Severo, & aliis.

Non quidem fuit competens judex Procurator [9] noster in lite privatorum: sed, cum ipsi eum judicem elegeritis [10], & is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligitis, vos acquiescere [11] debere [12] rei ex consensu vestro judicatæ [13]: cum & Procurator judicandi potestatem inter certas hasce personas: & vos incongruum eum esse vobis judicem scientes, tamen audientiam ejus elegistis. Quod & in aliis similibus judicibus, tam in actionem proponentis, quam in exceptionem opponentis persona locum habebit. Dat. II. Id. Januar. Messala & Sabino Conss. 215.

7 *11. D. 1. & 2. C. Theod. 1. & 7. Ed. 1. & 2. Dec. 2. 2. Text. & Chron. 2. Lucr. 11. Plaut. 4. Goth.* vid. ad hunc titulum Vultej. *tr. de jurisdict.* Ant. Adde Brisson. *select. lib. 3. cap. 18. S. 1.*
8 Id est, ubi quis convenire debet. *C. Th. eod.* Competens forum (dicitur etiam forus ab Isidoro, Lucillio, Pomponio Atellanario, & Mario Victorino, proprius, congruens, incompetens, incongruus, alienus. De exceptionibus declinatoriis adversus jurisdictionem, vid. Oldendorpium *cap. 6. exceptionum.*
9 Cæsaris Procurator non judicat inter fiscos privatos, sed inter privatos & fiscum, *L. 1. T. si adversus fisc.*
10 Incompetens judex (habens tamen jurisdictionem) partium consensu fit competens. *L. 14. ff. eod. l. 3. in fin. l. 4. ff. de arbitris. l. 1. ff. de judiciis. l. 13. §. 4. ff. ad Trab. l. 28. ff. ad municipalem.*
11 Vid. *l. 19. T. de pact.*
12 Imo potest pœnitere is, qui consensit, aut se subjecit incompetenti judici. *l. si convenerit 38. ff. de jurisd.* Dic, pœnituere posse, quia non plene se subjecit: non plene, si nondum eum adiit aut litem apud eum contestatus est. *d. l. 38.* aut in continenti contractus alicujus se interposita etiam scriptura, subjecit: *d. l. 19.*
13 Privatorum consensus judicem quamvis incompetentem & incognitum, competentem facit, si modo eum adierint. Hujusmodi additione, vel facto definit esse nuda audiendi judicis conventio.
14 Actor rei forum sequitur. *l. 5. T. ad Harm. 2. §. 1. §. 2. §. 3.* ubi vid. *l. 4. C. Theod. de Jurisd. lib. 2. l. 3. T.* ubi in rem act. *l. un. T.* ubi de ber. *l. 2. T.* ubi de crim. *l. 3.* ubi causa status, *Synesius Basil. 7. tit. 5. cap. 82. & tit. 3. cap. 38. & tit. 5. c. 87. 1. Harm. 2.* Fallit regula in evocationibus. vide *l. 5. §. 1. T. eod.* vid. alias exceptiones apud Socinum *reg.* 20. Illud notandum, in regno Franciæ tria esse fundi, quæ obligationi ac instrumento juncta, reum pertrahunt ad forum actoris. Sunt autem hæc, Parisiense, Montispessulanum parvum & Nundinarum Briæ & Campaniæ: vid. Rebuffum *tom. 1. tract. de litteris obligatoriis gl. 6.* Ad hæc, Privilegia scholasticis Parisiensibus data sunt ea, tantisque ut ad suum & Parisiense forum reos suos pertrahant. vid. *Tom. 4. des ordonnances. tit. 11. Papon. tit. notar. 2. Des juges. ibi, Des juges conservateurs:* adde *Bac. reg.* 339.
15 Forum in loco contractus regulariter quis fortitur, vid. Socinum *reg.* 160. 16 Fallit hæc regula, quoties fori privilegio reus renunciat. *l. 51. T. de Episc. & Clericis. l. 29. T. de pact.*
17 Sic Augustinus *in quæstionib. veteris testamenti.* Præfectus (inquit) potest agere vicem præfecti, & prætor prætoris, non tamen Principis, potest agere vicem alicujus. Quæ sententia Augustini adeo vera est, ut neque sua auctoritate, neque consensu privatorum id possit. Potest enim alioqui ex mandato Prætoris vel alterius potestatis, vice ejus fungi privatus, *l. ult. ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictio.* 18 Privatus consensu partium non fit judex. *l. 1. ff. de judiciis.* 19 Nulla est sententia, quam privatus protulit. vid. *Oldend. c. de sent. & re judic.*
20 Nec post litis contestationem litium est judicem aliquem alicui recusare, nec ante sententiam appellare. *Synops. Basil. 7. tit. 8. ex lib. 9. tit. 1. c. 78.* 21 Ordinaria jurisdictio non potest declinari post litem contestatam, *l. 16. T. de judiciis, l. 13. T. de exceptionib. l. 52. ff. de judiciis, Nov. 3. c. 13.* 22 Ordinariam autem *solem* quidem hic interpretantur præsidalem, id est, fori ordinarii, non judicis. vid. *Cujac. ad Nov. 53.* 23 Idem in civili, *l. 2. T. eod.* 24 Vide *l. 29. T. de episc. aud.* 25 *L. 9. C. Theod. eod.* 26 Evocari rescripto Principis causa ad incompetentem judicem potest. *l. 2. T. de distractib. Nov. 53. cap. 1.* 27 Evocantis seu trahentis aliquem ad forum incompetentem pœnam observa. 28 Milites non debent fungi officio executoris. adde *6. T. de off. vicarii præsid.* 29 Verbum futuri temporis non intelligitur ipso jure: nisi adjuntur hæc *existatur & veretur.* Bald. *Rumanus cons.* 1. Idem in verbo *prætetur*, & *caveat*, si a testatore proferatur. *Bald. ad l. 1. T. de his qui ven.* vid. plura apud Socinum *reg.* 360. Matthæi *lucum singulari* 112. Crameelem *singulari* 7. Tribuni. 30 Ad hunc Vicarium refer *l. ult. T. de exig. mil. annona, l. 1. T. de convocan. ubi* vid. *Cujac.* adde *Vigel. 4.* 31 Vid. *T. de off. magist. milit. lib. 29. lib. 1.* adde *l. 17. T. de judiciis, l. 1. T. de exhib. l. 9. ff. de custodia, l. 4. §. 5. ff. de re milit.*
32 Collegia possunt habere proprios judices, *ut hic, & l. 1. T. de monopoliis:* quos si haberint, eorum jurisdictio declinari a collegiato non poterit.

cibus, sub quorum jurisdictione militia, sive dignitas eorum constituta est, procul dubio respondeant, his videlicet, qui contra hujus tenorem legis venire tentaverint, militiæ cingulo seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis.

33 Sensus est, apud quem judicem pupilli, viduæ, & hujusmodi personæ conveniendi.
34 Puta, debitor, valentibus reis, *l. 2. T. eod.*
35 Id est, ne illorum trahantur ad Principis audientiam extra fines provinciam. Goth. Ad hanc materiam vid. Loysel. *consil.* 33. Tessaur. *decis.* 177. Menoch. *de arbitr. jud. cas. 66. num.* 27. Sande *de decis. Frisic. l. 1. tit. 1. def.* 2. Aust.
36 *L. 2. C. Theod. de officio judicum ordinar. lib. 1.*
37 Casus prior legis: Pupilli, viduæ, miserabiles personæ, rescripta Principis evertere non possunt. Et *Brunnem. jur. lib. 2. C. Theod. de off. jud. ord.* 38 Diuturnus morbus, senectus. 39 Casus posterior legis: Personis (quarum hic fit mentio) licet adversitas facta, impetrato rescripto, *evocare* in aulam, sive committatum Principis. Cujus rei exemplum est in Epist. Theodorici regis *apud Cassiod. 4. variar. 9.* Innocentiæ professio est sultum elegisse patronum: ubi nec violentiæ locus datur, nec avaritiæ vitia formidantur: ubi & innocentia profligatæ, & calumniatores sua possibus invenire difficultatem.

TIT. XIV.

QUANDO IMPERATOR INTER PUPILLOS [33] VEL VIDUAS, VEL [ALIAS] MISERABILES [34] PERSONAS COGNOSCAT: ET NE EXHIBEANTUR. [35]

1. Imp. Constantinus A. ad Andronicum.

Si [36] contra [37] pupillos, vel viduas, vel [diuturno [38]] morbo fatigatos & debiles impetratum fuerit leniratis nostræ judicium, memorati à nullo nostrorum judicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere: quinimo intra provinciam, in qua litigator, & testes vel instrumenta sunt, expectiantur jurgandi fortunam: atque omnis cautela serveturi, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere. †. Quod si [39] pupilli, vel viduæ, aliique fortunæ injuria miserabiles, judicium nostræ serenitatis oraverint, præsertim cum alicujus potentiam perhorrescunt: cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. Dat. XV. Kalend. Jul. *Constantinop.* Optato & Paulino Conss. 334.

37 Casus prior legis: Pupilli, viduæ, miserabiles personæ, rescripta Principis evertere non possunt. Et *Brunnem. jur. lib. 2. C. Theod. de off. jud. ord.* enim absurdum hujusmodi personas *validiorum vi*, *Ibi*; adde *l. 2. T. de off. C. Theod. de off. jud. ord.* 38 Diuturnus morbus, senectus. 39 Casus posterior legis: Personis (quarum hic fit mentio) licet adversitas facta, impetrato rescripto, *evocare* in aulam, sive committatum Principis. Cujus rei exemplum est in Epist. Theodorici regis *apud Cassiod. 4. variar. 9.* Innocentiæ professio est sultum elegisse patronum: ubi nec violentiæ locus datur, nec avaritiæ vitia formidantur: ubi & innocentia profligatæ, & calumniatores sua possibus invenire difficultatem.

TIT. XV.

UBI [40] DE CRIMINIBUS [41] AGI OPORTEAT.

1. Imp. Severus & Antoninus AA. Laurino.

Quæstiones eorum criminum, quæ legibus, aut [42] extra ordinem coërcentur, ubi [43] commissa [44], vel inchoata sunt [45], vel ubi [46] reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere satis notum est. P. P. IV. Non. Octobr. Dextro & Prisco Conss. 197.

40 Adde *l. 11. T. 12. C. Theod. de jurisd.*
41 Clarus hunc titulum multis explicat *S. fin. §. ult. quæst. 37. 36.* ubi inter cætera quærit, quis judex sit futurus Papæ, Principis, Cardinalis, Episcopi, Clerici delinquentis: adde eundem *quæst. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 47.* ubi quærit an pœna loci, originis, domicilii vel delicti, vel ea simul imponenda. An etiam loci fisci conveniatur, vid. Gandinum de Malefic. *tract. addi. quæstor delinquent.*
42 Crimina legibus, aut extra ordinem coërcentur. *L. 13. ff. de pœnis.*
43 Ultra provinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur ac illic criminum judica agitentur, ubi facinus dicitur admissum peregrinis judicis prohibitis. *l. 10. C. Theod. de accusat. lib. 9.*
44 Omissi *Rat.*
45 Remissio in causis regulariter locum non habet. *ut hic.* vid. tamen Socin. *reg. 376.*
46 *L. 1. ubi de numeris, l. 11. T. de adulteriis, l. 7. in fin. ff. de accus. l. 7.*

De plagio cognoscitur apud quemlibet judicem competentem. Bald.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Nicæ.

Sciens liberum [47] venundando, plagii crimen committit. Ab eo itaque qui super hoc queri potest, aditus competens judex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi degit, ibi [48] causam cognoscet. Dat. II. Non. Februar. *Sirmio*, CC. Conss. 294.

47 *L. 15. T. de plagiariis.* 48 *L. 5. T. de jurisd.* Remittitur etiam locum habet in delictis, vid. Socinum *reg.* 337. 49 Reus delicti tres in se judices fortitur; delicti, *l. 1. cod. l. 3. ff. de off. præsid.* domicilii, & litis contestatæ: *d. l. 1.* 50 Diladio datur ad demonstrandum absenti. 51 Bona prætentis prius excuti debent, quam absentis.

In Authent. ut omnes obed. judici provinc. §. hæc considerantes, col. 5. tit. 24. al. 26. Nov. 69. cap. 1.

Qui in provincia quis deliquit, aut [49] in qua pecuniarum, aut criminum reus sit: sive de terra, sive de terminis, sive de possessione, sive de proprietate, sive de hypotheca, aut de alia qualibet occasione, vel de qualibet re fuerit reus, illic etiam juri subjacebit: quod jus perpetuum est. Si ergo ambo & actor, & reus sint in provincia: illic, omnes prædigia cessante, res expediatur. †. Eo autem absente, ex cujus damo iniquum quid patior, ipsum qui id admisit, vel ejus curatorem convenium, cui data inducia [50] sicut dominatore domino causæ: qui si neque per se veniat, neque mittat, in qui primo convenitus est, præsentatus condemnetur, in quo sit obnoxius: insuper & in, qui mittere noluit, si tamen omnino apparuit obnoxius: nam & de rebus ejus satisfiet, si [51] is, qui præsens est, non sit solvendo. Sed si nec ipse, qui dominum præsentare debuit, compareat: præconia voce vocatus: condemnetur, quia contumacia ejus pro præsentia est. Quod si defit actor cum rem venerit, sive miserit: absolvendus est: ut & damna ei reservantur. †. Excipitur hoc, si forma pragmatica occasione publicæ causæ precedens præceperit, Quenquam principali comitatui exhiberi, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus. †. Inducianum vero tempus nova constitutione variumprætinctum est ex diversitate locorum: quatuor scilicet mensium, si vicina est provincia, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis: si vero majus sit spatium, sex. Si vero ex Palæstina, aut Ægypto, aut gentium longinquarum, octo mensis sufficiant: Si vero ex Hesperiis gentibus, aut Septentrionalibus, aut Lybia, sufficiens visum est tempus novem mensium.

50 *L. ult. in fin. T. ubi in rem. Goth.* Vid. Vult. *de jurisdict.* Zanger. *de exceptionibus part. 1. cap. 2. num.* 349. Aust.

TIT. XVI.

UBI DE POSSESSIONE AGI OPORTEAT.

1. Impp. Valent. & Valens AA. ad Festum Proconsulem Africæ.

Ubi [52] aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est, ibi loci judicem adversus eum qui possessionem turbavit, convenit judicare. Dat. VIII. Kalend. Jun. Gratiano & Dagalaipho, Conss. 366.

52 *L. ult. in fin. T. ubi in rem. Goth.* Vid. Vult. *de jurisdict.* Zanger. *de exceptionibus part. 1. cap. 2. num.* 349. Aust.

TIT. XVII.

UBI FIDEICOMMISSUM PETI OPORTEAT.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Demetrio.

Fideicommissum ibi perendum esse, ubi hereditas [53] relicta est, dubitari non oportet. P. P. VIII. Kal. Septemb. Chilone & Litone Conss. 205.

53 *L. 38. ff. de jud. l. 47. l. 108. in pr. ff. de legat. 1.* vel pars ejus major, *l. 50. l. 52. §. 3. ff. de jud.* vel ubi fideicommissa res. *Matthæi singulari 8.* Ubi domicilium habet, vid. *Cujac. hic* nisi testator alibi præstari voluit. *d. l. 47. d. l. 108. d. l. 50.* nisi per fraudem heres alio rem transtulit; *d. l. 38. hic* adde *Hotom. 3. obs. 7.*

TIT. XVIII.

UBI CONVENIATUR, QUI CERTO [54] LOCO DARE PROMISIT.

1. Imp. Alexand. A. Heraclidæ.

Uti certo loco sibi solutionem pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit: arbitraria [55] actione, & in alio [56] loco potest conveniri: in qua venit æstimatio, quod [57] alterutrius [58] interfuerit suo loco potius, quam in eo, in quo petitur solvi. Dat. VI. Id. Mart. Fusco & Dextro Conss. * 226.

54 Adde *17. ff. 4. 17. L. ult. §. 3. de in quod certo loco.*
55 Debitor ob moram solvendi promisso loco, ubivis convenire potest.
57 Nota formulam actionis credendi competentis adversus debitorem promisso loco non solventem, *l. 2. §. ff. de in quod certo loco.* 58

TIT.

TIT. XIX.

UBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT.

De eo, qui rem emit, & de ejus auctore.

1. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Pancratio.

IN rem actio non contra venditorem [1], sed contra [2] possidentem [3] competit. Frustra itaque desideras, non tecum [4] congredi, sed cum auctore [5] tuo dominum vindicantem, cum te possidere contendas. Nam si denunciasti [6] ei, qui tibi vendidit, intelligis evictionis illi periculum imminere. Nec enim jurisdictionis forma in [7] eadem provincia constitutis tam petitore, quam possessore, ob auctoris personam, quem in alia provincia dicis consistere, debet immutari. Dat. Id. April. AA. Conss. 293.

[1] Sed rei aliena, Syn. Basil. 7. tit. 3. cap. 32. Goth. In rem actio: tum de civili, quam pretoria accipiendum, & quod aptissime ex his verbis colligitur, vid. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. num. 267. & 270. Aut.

[2] Rei vindicatio contra possidentem datur, l. 20. ff. de rei vindic. l. 24. C. h. t. ff. de rei vindic.

[3] Puta emptor, donatar. ibid.

[4] Qui possidet fr.

[5] Id est, auctorem, a quo suum emisti.

[6] Emptor convenitur a vero rei domino denunciatum venditori & auctori suo actionem debet, ut ille evictionis timorem. Quid si non denunciarit? vide quæ not. ad l. 2. T. de pactis.

[7] Secus si ex diversis locis sequi forum rei venditæ. l. ult. T. de transfer. hoc nomine: vel in, ubi res corporis judicium sequi solet. l. 69. ff. de judiciis. l. 19. ff. de rei vindic.

Si quis alterius nomine possideat.

11. Imp. Constantin. A. ad universos provinciales.

I quis alterius [8] nomine quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem [9] actionem sustineat, debet statim in judicio dominum nominare [10]: ut sive in eadem civitate degat, sive in agro, sive in alia provincia sit; certo [11] dierum spatio à judice definiendo, eoque ad notionem [12] ejus perducendo, vel ipse in loca, in quibus prædium situm est, perveniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat. †. Si vero post hujusmodi indultum tempus minime hoc quod dispositum est, facere maluerit: tanquam lite, quæ ei ingeritur, ex eo die, quo possessor ad judicium vocatus est ad interrumpendam [13] longi temporis præscriptionem, contestata: judex, utpote domino possessionis, nec post hujusmodi humanitatem sui præsentiam faciente, edictis [14] legitimis proponendis eam citare curabit: & tunc in eadem voluntate eo permanente, negotium summatim [15] discutiens in possessionem [16] rerum actorem mitti non differet: omni allegatione absenti de principali [17] quæstione servata. Dat. Kal. August. Basso & Aelario Conss. 331.

[8] Possumus alterius nomine rem possidere, verbi gratia, velut colonus, depositarii l. 7. §. 11. ff. comm. divid. procurator, actores, custodes. 9 Possessor rei alienæ convenire potest rei vindicatione.

[10] Nominare ecclesiam suam debet rei alienæ possessor. Possessor rei alienæ conventus non tantum potest, sed etiam tenetur rei dominum nominare. Novell. 69. cap. 2. ut & proprio nomine contentus auctorum suum laudare. De differentia & vi utriusque laudationis, an & quando ante litem contestatam fieri debeant, & in quibus rebus & actionibus locum habeant, vid. Mascardum in præsi, part 6. membr 5. §. 6. De laudatione auctoris dixi l. 7. T. de evict. 11 Dilf. l. 2. l. 1. l. 2. ult. T. de distractibus. l. 3. C. Theod. de jurisd. fisci. l. 42. C. Theod. de appellat. Goth. Adde Martin. de Affict. decis. 127. & Manoch. tract. de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 74. num. 34. S. L. 12 Possessor rei alienæ ab illatione petere potest ad nominandum seu vocandum auctorem, puta venditorem à quo causam habet. dict. ad Nov. 69. cap. 2. 13 Non comparens habetur pro contestato, ideoque interrumpitur ejus præscriptio. 14 L. 2. T. quando & quando judex. l. 73. ff. de judic. 15 Nov. 53. cap. 3. in princ. 16 L. 3. T. de probationibus. Porro hic in Glossa interlineari, possessio accipitur pro proprietate. 17 Contumax privatus possessione potest compareus eam non recuperat: auditur tamen de principali quæstione, id est, de dominio actionem instituens, & sic contumacia sua causa ex eo sit actor. 18 Syn. Basil. 7. tit. 3. c. 82. & 1. Marm. 2. §. 1. 2. 3. 19 L. 2. T. de confess. 20 L. 38. in fin. ff. de judic. 21 L. unic. T. Ubi de poss. agi oport. arg. l. un. Cod. Ubi dent. agi. Dissent. Cojac. parat. ibid. Vid. Treutler. disput. 3. part. 1. thes. 8. lit. g. Pro intellectu lege vid. Decher. lib. 2. dissert. 10. num. 15. Zanger. de Except. part. 1. cap. 2. num. 347. Aut.

[9] L. 1. T. eod. adde l. unic. T. de possess.

TIT. XX.

UBI DE HEREDITATE AGATUR, VEL UBI HEREDES SCRIPTI IN POSSESS. MITTI POSTULARE DEBEANT.

1. Impp. Valerian. & Gallien. AA. Messalæ. [21]

ILLIC, ubi res hereditarias esse proponis, heredes in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. Ubi autem domicilium habet qui convenitur, vel [24] si [ibi] ubi res hereditariæ sitæ sunt, degit: hereditatis erit contrOversia terminanda. Dat. VII. Kal. Maji, Saeculari & Donato Conss. 261.

[21] Messalæ, Cujac. ad h. obs. 19.

[24] Sensu est, Pomponium hereditatis proponitur, ubi res sunt. l. 2. T. de hereditatis. Petitorium vero in domicilio convenit. l. 2. T. de jurisdict. Italic. Goth. Verb. vel si, hic non ponitur conditionaliter sed pro, quamvis, aut seu etiam. Zanger. de Except. part. 2. cap. 1. num. 288. 299. & 350. Aut.

TIT. XXI.

UBI DE RATIOCINIIS, TAM [25] PUBLICIS QUAM PRIVATIS AGI OPORTET.

1. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. Gerontio.

EUM [26], qui aliena negotia sive ex tutela [27], sive ex quocunque alio titulo administravit: ubi [28] hæc gessit, rationem oportet reddere. Dat. VII. Kal. Aug. Annibaliano & Asclepiodoto Conss. 292.

[25] Ratiociniis absunt fori nomen, negotiorum gestores, procuratores fisci.

[26] Is eum qui de administratione convenitur, in iis locis agitur, ubi res ipsas administravit. Syn. Basil. 7. tit. 1. c. 84. Goth. Vid. Zanger. de Except. part. 2. c. 1. num. 149. Aut.

[27] L. 54. in fin. ff. de pact. l. 2. §. 3. 4. l. 19. §. 2. l. 36. in fin. l. 41. ff. de judic. Nov. 69. cap. 1.

[28] Ubi gesta administrantur, ibi rationem reddendi est. l. ult. l. 19. §. 1. ff. de judic. Nov. 161. c. 1. in fin. Goth. Vid. 370. ad l. 19. §. 1. ff. de judic. An actionibus enim in personam ex quasi contractu actor sequitur forum rei. l. 2. C. de jurisdict. l. 3. T. Ubi in rem actio. cum sit. contr. de foro comp. præsertim quando reus in foro suo facile conveniri potest: actio est in l. fin. C. h. t. Aut. 29 Quid si in jus vocatus, postea miles factus est, aut alterius cujusjam fori? non potest de eadem causa ad proprium forum appellare. l. Marm. 2. §. 5. l. 8 quæ postea quam 7. ff. de judic. 30 Ratio dubitandi hinc sumitur. Iniquum enim videtur eum qui jam fit defunctus militia, cogi rationes apud judicem militarem reddere. 31 Contractus negotia & delicta militaria fori præscriptionibus leges faberahunt. Miles eo loci cogitur rationes reddere, ubi res exercuit, etiamsi alterius fori factus sit. 32 Ubi suppetit totius rei ratiocinium, amplior ibi reddenda ratio.

TIT. XXII.

UBI CAUSA STATUS AGI [33] DEBEAT.

De fugitivis.

1. Imp. Alexander A. Aurelio Aristocrati.

EA quæ à te, cum tibi serviret, fugit [34], & in aliam provinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, non injuria eo loco litigare compellenda est, unde [35] quasi fugitiva recessit. Ideoque remittere eam in provinciam, in qua servivit, Præses provinciæ, qui in eo loco jus repræsentat, curæ habebit: sed non ubi deprehensa est, audiri debet. P. P. xiii. Kal. Septemb. Pompeiano, & Peligno Conss. 232.

[33] Id est, libertatis præjudicialis.

[34] Refugit. Ital.

[35] Servus fugitivus ad eum judicem revocandus est, cujus fuga fugile dicitur.

De Procuratore Cæsaris.

11. Imp. Decius A. Felici.

PROcuratores [36] nostros status causas examinare non posse, omnibus notum est. P. P. Kalend. Decemb. Decio A. II. & Grato Conss. 251.

[36] Vid. l. 7. §. ult. ff. de jurisdict. omn. judic. Syn. Basil. 7. tit. 1. cap. 87.

De ea quæ in possessione libertatis constituta est.

111. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Zenoniæ.

SI in possessione libertatis constituta es, cum in [37] status etiam quæstione actor [38] rei [39] forum sequi debeat: ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit, quæ ancilla dicitur, licet [40] Senatoria dignitate actor decoretur. Dat. II. Id. Maji, AA. Conss. 290.

[37] Status quæstio, utrum quis ingenuus an libertinus sit aliquis, quæritur, quinquennii [48] præscriptionem (post quod divino adjutorio opus esse veteres [49] leges præcipiebant) in posterum cessare [50] sancimus: & hujusmodi lites etiam post memoratum tempus, ad exemplum cæterarum, vel in provinciis apud earum moderatores, vel in hac alma urbe apud competentes maximos judices [51] examinari. Quod, etiam si clarissima persona super tali conditione vel etiam servili quæstionem patiatur, tenere censemus. Dat. III. Non. August. *.

[38] Actor sequitur forum rei, l. 2. C. h. t. l. 19. §. 2. ff. de judic. l. 2. T. de pedaneis. adde quæ not. ad l. 1. T. de ordine judic. Cujac. hic. vid. quæ tamen scripsi ad d. l. 1. Qui de libertate olim judicarent, vid. apud Forner. 2. select. 230.

[39] Reus in causa status est, qui in servitutem vel libertinitatem petitur, vel etiam adversus quem ex servitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem fit proclamatio.

[40] Quilibet actor etiam Senator in causa status forum rei sortitur.

[41] L. 21. ff. de liberali.

[42] Qui proclamat in libertatem forum ejus sortitur, qui se dominum dicit.

[43] Libertatis. Cujacius emendat, hoc est.

[44] Alias simplex Procurator Cæsaris non cognoscit de causis status. l. 2. T. eod.

[45] Ad procuratorem Cæsaris, in urbe vero ad Consulem. l. 27. ff. de liberali. l. 4. ff. si ingen. vel prætorem Liberalem dicta. l. 4. §. 36. in fin. ff. de felicomm. libert.

[46] Magister rei privatæ, id est, procurator fisci. l. 1. T. de annona, & cap. l. Codicum C. Theod. de jure fisci. vid. Cujac. ad l. 5. T. de jure fisci. vid. quæ scripsi ad tit. Digestorum de offic. prætorum de offic. pro-cur. Cæsaris. 47 Id est, præsidis. l. 2. in fin. T. de pedaneis. adde quæ not. ad l. 1. T. de ordine judic.

[48] Quinquennii dimensionem. Hal. 49 Adde l. 2. ff. si ingenuus esse dicetur. 50 Et ita abrogatur l. 2. §. 1. ff. si ingen. esse. 51 Causæ status exigunt maximos judices. l. 32. §. 7. ff. de arbitris. adeo ut nec pedaneis delegari possint, nec compromissariis, quin vel præsidem olim de statu non fuit cognitio. l. 1. T. de ordine judic. Cujac. hic. vid. quæ tamen scripsi ad d. l. 1. Qui de

TIT. XXIII.

UBI QUIS DE CURIALI [52] VEL COHORTALI ALIAVE [53] CONDITIONE CONVENIATUR.

1. Impp. Arcad. & Honorius AA. Floro P. F. P.

SI quis vel curiæ, vel officiis judicum, aut aliis quibuscunque corporibus obnoxius, intra provinciam ab his erit, quos aufugit, comprehensus [54]: non expectata ejusdem judicis notione, sub quo per ambitum experat militare, penitusque emendicati honoris præscriptione submota, à judice, qui [55] in locis adiras fuerit, auditur: manifestarumque rerum probatione convictus, eorum societati, quos declinaverat, aggregetur. Dat. XII. Kal. August. Mediolani, Cæsario & Attico Conss. 397.

[52] Curialis, curiæ muneribus adscripti: cohortalis, ex cohorte præsidis apparitores officiales. l. 43. ff. de reb. credit.

[53] Puta corporis alicui, veluti navicul ariorum, piscatorum.

[54] Hinc colligitur, Liceat propria auctoritate fugitivum capere.

[55] Fugitivus ubicunque inveniatur, ibi judicari potest.

Hominis, qui pro exactionibus, vel concussionibus conveniuntur, non possunt fori præscriptionem opponere.

11. Impp. Theodos. & Valent. AA. Cyro P. P.

HAc perpetua lege sancimus, provincialibus judiciis non posse fori præscriptionem opponere eos, qui ad curias vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur officiis, vel aliis corporibus [56] obnoxii sunt: Eos etiam, qui superexactiones, vel concussiones perpetrasse firmentur: exceptis videlicet his, qui armata militia præditi sunt, vel alias speciali beneficio Principali se defendunt: ita tamen, ut cui ex militaribus viris curiæ nomen, vel cohortalis officii quæstio ingeratur, Rector provinciæ super ejus nomine, tam [57] ad Sedem tuæ magnificentiæ, quam ad Magisterium, vel competentem referat potestatem; ut hi qui vel ut debiti postulentur, provinciali judicio destinati, ibi eventum judicii expectent, ubi jura moveri præcipiunt hujusmodi quæstiones. †. Super publicis [58] autem functionibus & debitis nemini liceat fori præscriptionem opponere, præter eos, qui specialiter excepti sunt. Cæteros [59] Excelsæ tuæ sedis, & Rectorum provinciarum in quolibet negotio declinare minime posse judicium decernimus: ita ut qui tam salubertimam legem pertinaciter violare tentaverint, sciant à moderatoribus provinciarum adversus se tanquam contumaces [60] sententiam proferendam. Dat. II. Kal. Octob. Cyro V. C. Conss. 441.

[56] Honor non servatur, judicatus. l. 47. ff. de rebus cred.

[57] Ubi de functionibus publicis agitur, nemini datur fori præscriptio.

[58] Præses judex est generalis totius provinciæ.

[59] Qui declinat jurisdictionem competentis judicis, pro contumace punitur.

TIT. XXIV.

UBI SENATORES, VEL CLARISSIMI CIVILITER, VEL CRIMINALITER CONVENIANTUR.

De causis criminalibus.

1. Imp. Constantinus A. ad Octavianum Comitem Hispan.

QUICUNQUE [61] non illustri, sed Clarissimæ dignitate tantum præditus, virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa, seu crimine fuerit deprehensus: intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subjugetur, nec fori præscriptione utatur. Omnem enim hujusmodi [62] honorem reatus excludit. Dat. II. Non. Decemb. Gallicano & Basso Conss. 317.

[61] L. 1. C. Theod. de accusat. lib. 9.

[62] Honor non servatur, judicatus. l. 47. ff. de rebus cred.

De causis pecuniariis.

11. Imppp. Valent, Grat. & Valent. AAA. ad Senatum.

SEnatores in pecuniariis causis, sive in hac [alma] urbe, sive in suburbanis degunt, in judicio tam Prætorianæ [63] quam Urbicariæ [64] præfecturæ, necnon Magistri officiorum (quoties tamen ad eum nostræ pietatis emanaverit jussio:) in provinciis vero,

[63] Id est, Præfecti Prætorio.

[64] Adde l. 8. T. de accusat. l. pen. ff. de senatorib. l. 22. §. 5. 6. ff. ad municip.

1 Id est, domicilium. Græci, ἐν τοῖς ἔνδημοις, ubi consistunt. *Synopsi. Basil. 3. tit. 3. c. 10.* Domicilium, pars major bonorum, & assidua loci alicujus frequentatio, fixi sibi tribuit.

2 Ἀνθ' ὑπατικίου, ἢ ἀντὶ ἐπαρχικίου ἀμφοτέρων, ἢ ἀντὶ ἐπαρχικίου μόνου. expatricius, expræfectus prætorio, expræfectus urbi. *Syn. lib. c. 92.*

3 Venerabilis magnificus vocat author *Synopf. d. l.* Consularem in acta constitutum & ordinarium. Ibidem tamen apud Scholiast. ita legitur hic locus, ἐπειδὴ ἐπαρχικὸς ἢ ὕπατος τὸν ἀξίωμα ἐπιφέρεται, consularis in acta constitutus, vel dignitate tantum honoratus, ut hi sint qui hic dicuntur in ordinaria professione, & sacra imperatoria dignitate sublimati oratione.

4 Ἐπαναβάτης. *Syn. ibid.*

5 Μάγιστρος τῶν δόσεων, magister sacrorum officiorum. *Synopf. Basil.*

6 Ἡ καλουμένη τῶν θείων κοιτῶνος, quæ dicitur sacri palatii. *Synopf. Basil. ibid.*

7 Ἐξαιρέτως tantum dicitur apud authorem, *Synopf. ibid.*

8 Vid. *l. 1. ff. de quæstoris.*

9 Ὁ ἄρχων τῶν βασιλικῶν κρακῶν. *Synopf. ibid.*

10 Κόμης τῶν σακρῶν λαργιτιώνων, comes largitionum. *Synopf. Basil. ibid.*

11 Vid. *Cujac. ad l. 9. ff. de jure fisci.*

12 Κόμης τῶν ἰδιωτικῶν τῆ βασιλίσσης ἢ βασιλικῶν. *Syn. Basil. ibi.* Comes rerum privatarum Principis vel Augustæ.

13 Vid. quæ not. ad *l. 48. ff. de judic.*

14 Aliud in criminalibus causis: *l. 25. ff. de procuratoribus*: excepta criminali injuriarum causa, vide *l. ult. ff. de injuriis.*

15 Ἐν τῇ βασιλίδι, vbi in urbe regia seu imperatoria, *Synopf. ad l.* 16 Jurisdictioni hujusmodi negativa verbis adtributæ renunciari non potest, *adde l. 4. ff. de Castrensiano.* 17 Magnum privilegium est, si alicui tempora fatalia non currant. 18 Labeo ses hic, & *l. 32. §. 4. ff. de appellationibus.* eadem forma dicuntur, qua Tortuenses: *l. 2. ff. de palat. sacr. largit.* Comitatenses: *l. 7. in pr. d. t.* Fabricenses: *ff. de hæred. decur.* Pseudo-Comitatenses: *l. 14. ff. de re militari.* 19 Accusatus ante probatum crimen injuriam pati non debet. 20 Illustribus ordinariis competit hoc privilegium, ut in criminalibus causis habeant jus sedendi in secretariis judicum inferiori parte, tam in urbe, quam in provinciis: honoraria vero, in provinciis tantum. Hinc colligunt Clarissimi personis accusatis eum honorem deferri, ut sedentes etiam respondeant. 21 *§. ult. ff. eod.* Secretarium, aula in quam judices conveniunt: eadem forma & significatione, qua auditorium, *l. 40. ff. de reb. cred.* Græci hic τὸν τόπον πάρα τὸν δικαστῶν. *Synopf. Basil. ibid.* 22 Τῶν ἐπιτρόπων, litigantibus. *Syn. ibi.* 23 Erunt in auditoriis tres veteri gradus: unus judicum; alius illustrium: postremus altercantium, *ut hic. Symmachus l. epist. 10.* in uno subsellitorum capite regulariter litigatores stant, *l. 1. ff. de off. pref. urb.* & caudidici: *l. 6. in fin. ff. de postulando. Plin. 1. epist.* 20 tribunatu abstinui causis agendis, quod deforme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret hunc omnibus sedentibus stare. & ingens utrinque advocatorum anni versa subsellia præstantium corona. vid. *Cujac. ad Nov. 71. in fin.* Huc referri potest, quod Lucius scribit de ordine sedendi in curia Parisiensi. *4. Placit. 6.* 24 *Cognitor sacer*, id est, Principis delegatus, vice Principis auditurus *f. eod.* cui audientia in vice Principis sacris apicibus mittendis mandata, *in princ. ff. eodem.* judex vice numinis Imperatoris auditurus. *§. ult. ff. eodem.*

25 Omnis pœna, si a Principe indicitur arbitraria est. 26 Cognitor sacer illustres personas condemnare non potest, & tamen potest absolvere. Imo posse videtur: *l. 37. ff. de reg. jur.* ille cui sic est specialis. 27 Sensus est, vir illustris sive reus sit, sive actor, a nullo judice condemnari potest, ideoque Princeps eo casu consulendus est. facit *l. 9. §. 11. l. 27. §. 1. §. 2. ff. de pœn.*

28 Nota apud Romanos moris fuisse quosdam decorari honorariis codicillis sine administratione. 29 Minor est dignitas proveniens ex fictione, quam ex veritate. 30 Dixi *§. 1. T. eod.*

31 Dixi *T. eod. in fin. pr.*

TIT. XXV.

IN QUIBUS CAUSIS MILITANTES FORI[32] PRÆSCRIPTIONE UTI NON POSSUNT.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P. P.

OMNES[33] omninò domesticos [& 34] agentes[35] in rebus, & quæcunque alia prætendatur militia vel dignitas, sub Moderatoribus provinciarum pro[36] functionibus publicis respondere, nulla fori præscriptione valitura, sancimus: si hac, qui exiguntur publica debita, uti tentaverint. Immo & in aliis privatis actionibus occupatos volumus respondere, qui vel per provincias fociantur[37], vel conductorum vocabulis, cum non armata militia præditi sint, defendunrur: sive domorum divinarum, sive virorum potentium, seu cujusliber conditionis sint conductores[38]: nisi [si] forte commeatum[39] ad[40] rem propriam componendam unius anni inducias ostenderint se accepisse: Eadem forma servanda in his etiam qui mercandi[41] vel militandi sacra beneficia meruerint; ut & ipsi Rectoribus provinciarum respondeant. Dat. III. Kal. *Constantinop.* Theod. A. XVII. & Festo Conss. 439.

abf. 37. fol. 257. in fin. quem voluisse existimo, nimis hoc generaliter dici, cum sit fabulum in militia non armata. *Bald.* vero colligit, militia negotiatores in causa negotiationis conventos non habere privilegium militare. 41 Et militandi. Milites fori negotiandi licentiam a Principe petiisse *imperarer.* Regulariter enim mercatores fiunt & milites esse non possunt: *l. 2. §. neque. ff. eod.*

TIT. XXVI.

UBI CAUSÆ FISCALES[42] VEL DIVINÆ[44] DOMUS, HOMINUMQUE[45] EJUS AGANTUR.

De morte non defensa.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Dioscoro.

NOX defensæ[46] mortis quæstionem apud procuratores nostros non oportere tractari: nec bona [a] fisco peti posse[47], priusquam de crimine constiterit apud eum[48], cui convictis pœnam irrogare licet, quis ignorat? Plane defunctis homicidii reis apud procuratores[49] quoque causam[50] agendam esse ratio permittit[51]. P. P. VII. Idus Maji, Laterano & Rufino Conss. 198.

Si quis mortem sibi conscivisse dicatur.

II. Iidem AA. Atiliæ.

NOn animadvertimus, cur causas ad[52] officium procuratorum nostrorum pertinentes, ad proconsulis notionem advocare velis: Nam cum hoc quæratur, *an pater tuus mortem sibi consciverit metu alicujus pœnæ*, ac proptera bona à fisco vindicari debeant, jam non de crimine, aut pœna mortui, sed de bonis quæretndum est. Dat. XII. Kalend. Octob. Atro & Maximo Conss. 205.

De accusatione deserta.

III. Imp. Antoninus A. Heliodoro.

PRocurator meus, qui vice præsidis provinciæ non[53] fungitur, sicut exigere[54] pœnam desertæ accusationis non potest: ita judicare, *ut ea inferatur*, sententia sua non potest. Dat. X. Kal. Septemb. Lato & Cerealı Conss. 216.

De eo, qui emit à procuratore Cæsaris, mandato alterius.

IV. Imp. Alexander A. Maximæ.

CUm vendente[55] procuratore meo emisse te prædia dicas: pretium eorum necessario[56] solvere debes. Cum his vero, quibus mandantibus eadem prædia emisse te & tradidisse dicis, agente te, procurator meus (si ejus audientiam elegeris) cognoscet, ut pecuniam quæ pretii nomine tibi debetur, & usuras, quæ fisco solvendæ sunt, consequi possis. P. P. IV. Id. Octob. Maximo & Paterno Conss. 234.

De causis fiscalibus.

V. Imp. Constantinus A. ad Ursum.

AD fiscum[57] pertinentes causas rationalis decidat, omnibus concussionibus prohibendis. Dat. Non. Febr. *Constantinop.* Feliciano & Titiano Conss. 337.

De conductore Cæsaris.

VI. Idem A. ad Italicum.

SI quis adversus conductorem[58] nostrum aliquid agendum credideriit, viro illustri Comiti rerum privatarum referri oportet: ne & judici existimationis, & officio ejus salutis discrimen immineat. Dat. Kal. Febr. * Conss.

De domestico colono & patrimonialibus.

VII. Idem A. ad Bulephorum rationalem summæ[59] rei.

DOminicis colonis & patrimonialibus gravitatem tuam censemus discepratricem esse debere. Duces enim & Præpositos militum[60], & castrorum, & Rectores provinciarum evocandis & arcessendis colonis abstinere oportet. Dat. XVI. Kal. Mart. Licinio * Conss.

De colono aut servo Principis.

VIII. Imp. Constantinus A. ad Taurum P. P.

CUm aliquid colonus[61] aut servus rei privatæ nostræ contra disciplinam publicam adfertur perpetrare, ad judicium Rectoris provinciæ venire cogendus est: sic videlicet, ut præsente Rationali vel Procuratore domus nostræ, inter eum & accusatorem causa tractetur: &, si facinus fuerit approbatum, juris severitas exeratur. Dat. V. Non. Mart. *Serena*, Abrittione & Lolliano Conss. 333.

De actore rerum privatarum seu Procuratore Cæsaris.

IX. Impp. Valent.[62] & Valens AA. ad Philip. Virum clariss.[63]

[UNiversi fiduciam gerant, ut,] si[64] quis eorum ab[65] actore rerum privatarum nostrarum, sive à procuratore Cæsaris fuerit [injuriis,] super ejus contumeliis vel depraedationibus deferri querimoniam [finceritati tuæ, vel Rectori provinciæ] non dubitet, [& ad publicæ sententiam vindictæ sine aliqua trepidatione convolare:] quæ res cum fuerit certis probationibus declarata, sancimus, [& edicimus,] ut si in provincialem hanc audaciam quisquam moliri ausus fuerit, publice vivus concremetur[66]. Dat. III. Non. Jul. *Heraclia*, Valentiniano[67] & Valente AA. Conss.

De officialibus rationalis.

X. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Polemium P. P.

NUllum ex officio Rationalis qui exactioni vel chartis[68] inserviat, in aliud judicium adduci oportet: nisi forte cujusliam caput accusatio legibus instituta pulsaverit. Dat. III. Kal. Maji, Arcad. & Bautone Conss. 385.

32 Militum alii armatæ militiæ, alii togatæ.

33 Hæc lex integra extat inter Novellas Theodosii editas à Pithæo: adde *l. 2. f. 3. C. Theod. de jurisdict.*

34 *D. l. 3. C. 25.*

35 Scholares magister officiorum valuti agentes in rebus. Iidem magisteriani.

36 Militantes in curia Principis fori præscriptione non utuntur, quoties agitur de publicis functionibus: earumque præsidis est notio. adde *l. 1. f. de quæstionibus. l. ult. f. de cast. & ministr.* 37 Negotiantur, & recte, *ut hic.* De tribus cubis agitur si privatis negotiis occupantur, si negotiantur, si conductoris vocabulo defendunt, & ita Basilica, οἱ ἐπιτρόποι ἀγοράζοντες ἀγοράσματα ἢ ἐμπορεύονται ἢ πωλοῦσιν. vid. *Cujac. hic.* 38 Militans fori, sive in foro aliquo, prædia alieni conducere esse potest, ut hic. Aliud in armata milita, *l. 15. f. de re militari*, eo tamen casu non fruitur privilegio militari. 39 Milites ultra annum commeatus accepti privilegio militari non fruuntur. 40 Militi commeatus dari potest ad res propriæ componendas: de commeatu, vid. plura *f. de commeatu lib. 12. tit. 43.*

41 Formarius, *fol. 5.* hinc colligit, Mercatores dedito privati militia. Quo exmine reprehenditur a Cujacio 9.

42 Fiscales, quæ ad fiscum pertinent & quæstiones fiscales. Quo ordine agitur de bonis, pœnis aut juribus fisco debitis.

43 *Causæ fiscales* sunt in quibus agitur de bonis, pœnis aut juribus fisco debitis.

44 Domus divinæ pertinent ad prædia Tamasa, quæ erant in Cappadocia sub dispositione & curia præpositi sacri cubiculi, & Comitis domorum. vide Cujacium hic. Erant enim in Portis diversi præpositi: in Cappadocia domus & possessiones plurimæ, propriæ patrimonii Principis: & in eis colonos ac inquilinos. Equitia eadem juris. Ii omnes sub cura Comitis domorum, *l. ult. f. eod. Novell. 20.* Postea nomen id translatum ad Procuratores Cappadocios. *Nov. 32. ubi vid. Cujac. & de omnibus ad tit. de præpos. sacri cubic. & ff. abf. 40.*

45 *Homines fiscales*, actores, procuratores, conductores, coloni, inquilini, servi sui privatæ.

46 Id est, non vindicatæ, neglectæ, desertæ *l. 1. f. de his quibus ut indig.*

47 Hæc casu fiat.

48 Id est, præsidem provinciæ. Præses cognoscit de homicidiis & crimine: procurator verò de bonis non de crimine: neuter vero potest servum in caput domini interrogare. *Paul. f. sent. 16. §. 5.*

49 Cæsaris. Hi cognoscunt de causis fiscalibus, inter fiscum & privatos.

50 Negleste mortis fcil.

51 Ut ei qui mortem defuncti non vindicaverit, hereditas auferatur.

52 *L. 5. f. eod.*

53 Procurator Cæsaris fungens vice Præsidis, potest cognoscere de causis criminalibus: *l. 2. f. de jurisdict. l. 2. f. de pœn. l. 4. f. eod. l. 7. pen. l. ult. f. de off. procurat. Cæsaris* 23. *§. 1. f. de appellat.* adde *Cujac. 19 obf. 13. Robert. 1 animad.*

12. *Anton. Mercat.*

54 Vi fua fibi. Exactio pœnæ irrogatæ à Præside, ad rationalem pertinet, non irrogatio.

55 In venditione bonorum fiscalium, procuratoris Cæsaris intervenire necesse est.

56 *L. 2. f. de fo. f. de jur. fisci*, nec enim potest procurator Cæsaris eidem habere de pretio. Quid privati procurator? vide *l. 1. f. de accept. eos vendit.*

57 *L. 2. f. eod.*

58 *Adde l. 8. f. eod.*

59 *Rationalem summarum* quidam ita legunt, moti ex *l. 7. C. Theod. de jure fisci*, & Notitia imperii Romani, & Suetonio in *Domitian.* ubi sit mentio auctoris fuminarum: *obf. 31.* & recte. Nam in lege *3. f. si propter pub.* procuratur *summæ rei* appellatur, & in rescripto Gallieni apud Eusebium, *c. 13. ἐπὶ τοῦ λογιστοῦ τῆς ἀφορισθείσης ἀναγραφῆς*, & antiquis inscriptio. Val Hanmerus V. P. Rat. S. R. Tacitus 5. nominem summæ rei imponere poterant. sed & ita in Basilicis legitur: τὸν ἐπὶ τοῦ κατὰ μέρος λογισμοῦ ἀναγραφέα. vide Cujacium 13 *obf. 35.*

60 Al. limitum.

61 Vid. *l. ult. f. eod.* 62 Tribunda hæc lex Constantino. 63 Vicarium, & ita habet Codex *Theod. l. 1. de act. procur.* 64 *L. 1. C. Theod. de actoribus. lib. 10. tit. 4.* 65 *Lex. 1. C. Theod. de actor. & procur. & conductorib. rei privatæ, lib. 10. tit. 4.* 66 *L. unic. f. de crimine sacrileg. fepult.* De ejus comitio, vid. *l. un. f. de Nili agger. lib.* 67 Constantino A. III. & Licinio Conss. 313. 68 Chartularius chartis inservit, earique tractat.

De conductore aut servo Cæsaris.

21. Impp. Theod. & Valent. AA. Antazi Præposito sacri cubiculi.

1 L. 6. 4. 8. 7. inf.

HAc lege sancimus: ut, sive agat domorum nostrarum colonus [1], inquilinusve aut servus, sive pulsetur ab aliquo super criminali seu civili negotio, non alterius, quam cui culminis ac viri spectabilis Comitis [2] domorum petatur examen: nullius allegatione super fori præscriptione penitus admittenda. Dat. v. Id. Aprilis. *

2 De quo dixi in epigraphe hujus titul.

Tit. XXVII.

QUANDO [3] LICEAT UNICUIQUE SINE [4] JUDICE SE VINDICARE [5], VEL PUBLICAM [6] DEVOTIONEM.

De nocturnis depopulatoribus & aggressoribus itinerum.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Provinciales.

LIBERAM [7] resistendi [8] cunctis tribuimus facultatem; ut quicunque militum vel privatorum ad agros [9] nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia digno illico supplicio subjugetur: ac mortem quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat. * Melius [10] enim est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. Vestram igitur vobis permittimus ultionem, & quod serum est punire judicio, subjugamus edicto, ut nullus parcat militi, cui obviate telo oponeat, ut latroni. Dat. Kalend. Jul. Tatiano & Symmacho Conss. 391.

3 Hic titulus est exemplo tituli 5. L. mod. Nr. quis in sua causa.

4 Vide Dambuderum cap. 13. & 14. prava censur. De quo dixi in praxi civili, simila de justitia & jure.

5 Id est, ulcisci, ac sibi quodammodo jus dicere.

6 Publica devotio, id est, publice devotus, ut militis. Dicuntur enim devotissimi l. 17. C. de erogat. milit. ann. Sacramento militiæ obstricti. Miles desertor publicæ devotionis à quavis obsidere, persequi, & si fieri potest, occidi potest.

7 L. 2. C. Theod. C. ad l. Cornel. de sicariis.

8 Hoc etiam jure naturali permittitur: l. 3. ff. de justit. & jure. adde l. ult. vers. neque. C. de discussoribus. 9 Quid in urbe? Inglese 12. tabul. id permissum fuit. Quasi dicret: Olim licuit furem nocturnum quoquo modo occidere, cum in agro tum in urbe: hodie vero in agris tantum id permissum est quoquomodo. Sive si parere non poterit sine vitæ periculo, sive potuerit, quæ de re vide hic Cujacium, 14. obs. 25.

10 L. ult. in fin. C. in quib. caus. in integ. 11 Transfugas, id est, qui à Romanis ad hostes transfugiunt, eos tanquam hostes licet cuique citra periculum occidere. 5. Harm. 8. §. 5.

12 L. 2. C. de desertoribus: 6. Harm. 8. adde Novell. Theod. 44. de tyrannis & desertoribus. 13 Tertullian. in Apologetico: In reos majestatis & publicos hostes omnis homo miles est, & ita est, cuique his cultibus rem capiendi eumque interficiendi jus permittitur.

Tit. XXVIII.

DE [14] INOFFICIOSO [15] TESTAMENTO. [16]

De fideicommissario.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Victorino.

CUm de inofficioso matris suæ testamento filius dicere velit adversus [17] eum, qui ex causa fideicommissi hereditatem tenet [18]: non est iniquum hoc ei accommodari [19], ut perinde [20] fideicommissarius teneatur, ac si pro herede, aut pro possessore possideret. P.P. v. Kalend. Jul. Falcone, & Crato Conss. 194.

14 L. Inf. 28. §. 8. L. 2. & L. C. de inofficios. testam. 15 Inofficiosi testamenti querela, id est, querela adversus testamentum, quasi & à quibus ea possit institui, vel non possit. 16 Edictum hujus actionis apud Oldendorpium class. 1. act. 2. Goth. Vid. ad hanc tit. Perdix. Vasq. de Successs. reliquor. lib. 3. & Anton. Govean. diff. lib. 1. cap. 3. Aus.

17 Quo jure hæc introducta sit hæc querela? non à Prætore, sed lege Glitia. Cujac. 2. obs. 21. Novetur autem inficiosa lege 4. ff. hoc tit.

18 Inofficiosum est testamentum, in quo parens, filius, vel frater sui officii oblitus, in quo liberi vel parentes, vel fratres germani immerito exheredati, præteriti, vel ita instituti, ut pro exheredatis habeantur, Novell. 1. in pr. §. 2. De formula hujus actionis dicam ad l. 22. J. eod. An hodie locum habeat, dixi ad l. 1. ff. eod. Interim quæ sint hodie mutata circa hanc querelam vid. Oldendorp. class. 5. act. 1. num. 17. 17 Querela adversus fideicommissarium moveri potest.

18 Id est, possidet. Aequi in querela agitur de hereditate: Petitio autem hereditatis non datur contra titulo possidentem. l. 4. J. in quib. caus. restit. integ. temp. fideicommissarius vero titulo possidet? Dicam J. eod. de vera sententia hujus legis. 19 Accommodandi verbum usurpat: Accommodari dicuntur ea, quæ proprie ac vere non competunt. 20 Ut scindi. Salpatius, Faber, Castrensis ita hanc legem emendant: eo sensu: Querelam primo, subsequenter vero petitionem hereditatis moveri. Guilielmus verus interpres putat, proponentem querelam proponere hereditatis petitionem. Goecanus 1. variar. 5. nullam sibi videri in toto Codice ubi hæc querela constitutionem asserit: nec tamen superiores sententias probat. Putat ergo hic agi de petitione hereditatis non inofficiosi querela: filium porro laudandum esse, qui hac neglecta illam proponat. Nec enim hereditatis petitione honorem parentum fugiliari. Eo nomine justum esse tam modesto filio petitionem hereditatis accommodari. Si ita est, debuit hæc controversia in titulum sequentem rejici. Existimo hujus legis sententiam hanc esse, querelam inofficiosi dari adversus heredem, & eum qui pro herede aut possessore possidet: in alios vero non dari: arg. l. 12. J. eod. l. 7. §. 2. l. 9. ff. de hered. pet. l. 20. in fin. princ. ff. de don. inter vir. & uxor. Cæterum fideicommissarium proprie non esse hereditatis dominum (nam ex causis fideicommissi dominia non transferuntur, l. 3. in fin. ff. si usufruct. pet.) pro herede quoque non possidere is, qui non putat se heredem, quique scit se alium esse ab herede, l. 11. ff. de hered. pet. pro possessore non est etiam: nec enim est prædo, d. l. 11. in fin. Ex his sequitur fideicommissarium filium hic excludi. Verum fabricatus hæc negligenda nobis est. Fideicommissarius enim effectus est heres, æquum est igitur filium actionem in fideicommissarium accommodari. Quid? querela inofficiosi & petitio hereditatis, possuntne una & eadem actione unove judicio proponi? Angelus negat, Zasius ait. Vide quæ notavi ad leg. 20. ff. eod. idque ita sensit Cujacius hic. Olim tamen non fuit necessitatis, nam inofficiosi querela moveri separatim poterat. Novell. 4. final. §. §. 4 hodie potest simul & conjunctive. Ferrariensis ex communi opinione in form. testamentor. in integr. 42. vers. ad diminutionem 15. num. 2. 21 Id est, quamvis, cum esset actus, litis ordinandæ gratia bonorum possessionem accepisti. l. 8. in pr. ff. eod. 22 Hæc bonorum possessio gratia litis ordinandæ dicitur in l. 8. §. 1. ff. eod. 23 Post matris testamentum patris præteritus habetur pro exheredato querelam recte instituit. vid. Novell. 4. final. §. 2. 24 Id est, præteritus. Præteritus à matre habetur pro exheredato. 25 Quæ in puerperio decesserit testamenti mutandi facultas eum non habuisse præsumitur. 26 Sensus hujus legis hic est. Postumus præteritus à matre, quæ mutandi testamenti facultatem non habuit (quod in puerperio decesserit: idem cum aliis fratribus virilitur testamentum. testamentum non rumpit. Quid si extranei fuerint inhibiti? rumpe-

De libertate fideicommissa.

2. Idem AA. Soterico & aliis.

CUm ex causa fideicommissi secundum Prætoris decretum in libertate [27] morari sitis, filios etiam susceperitis: quamvis postea domini vestri testamentum inofficiosum sit pronuntiatum, agente filio: non est æquum, fieri vobis libertatis quæstionem. P.P. VI. Id. Mart. Antonino II. & Geta II. Conss. 206.

An querela transmittatur ad heredem.

3. Imp. Antonius A. Helio.

SI pater tuus post litem contestatam, vel postquam propositum habuisset inofficiosum fratris testamentum dicere, te herede relicto decessit: causam cœptam [28] vel quocunque modo illi placitam exequi non prohiberis. P. P. II. Non. Octob. Gentiano & Basso Conss. 212.

27 Rescissa testamento per querelam, libertates non revocantur.

28 Querela præparata transmittitur ad heredem.

De legitima portione.

4. Idem A. Ingenuo.

CUm [29] quæritur, an filii de inofficioso patris testamento possint dicere, si [30] quantam bonorum partem mortis tempore testator reliquit, inspicitur. P.P. VII. Kalend. Jul. *Romæ*, Duobus Aspris Conss. 213.

29 Nov. 18. cap. 1. Authent. ex Novell. 18. cap. 1.

In Authent. de triente & semisse. §. 1. coll. 3. tit. 5.

30 Habens legitimam, querelam movere non potest. l. 30. J. eod. l. 8. §. 8. ff. eod. Paulus 4. sent. 5. §. 6.

Novissima [31] *lege cautum est, ut si quatuor sint filii vel plures, ex substantia* [32] *deficientis trientes* [33]: *si plures sint, semis debeatur eis quoque* [34] *relicti titulo, ex aqua* [35] *scilicet inter eos dividendus: cujus portionis nec* [36] *usufructu defraudari liberi à parentibus possunt.*

In Authent. de immensis donati. §. 1. coll. 7. tit. 4. al. 3. Novell. 92. cap. 1.

31 Nov. 115. c. 3. vid. Socin. vol. 1. Graffum lib. 5. sent. §. legitima q. 32. & §. resta. q. 35.

32 Æra alieno deducto fisci. d. l. 8. §. 9.

33 Id est, quatuor uncias.

34 Legitima liberis quoque relicti titulo relinqui potest, ut hinc non possit quoque titulo relinqui, jure namque institutionis relinqui debet. Novell. 115. c. 3. vid. Socin. vol. 1. Graffum lib. 5. sent. §. legitima q. 32. & §. resta. q. 35.

35 In legitima bonorum singulis liberis virilis portio competit.

36 Legitima liberorum gravari non potest, etiam in usufructu. adde l. 30. J. eod.

Unde & si parens in quendam liberorum, vel in quosdam donationem [37] *immensam fecerit: quisque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiæ, quantum poterat ante donationem deberi. Licet autem ei, qui largitatem* [38] *meruit, abstinere ab hereditate, dummodo suppleat ex donatione (si opus sit) cæterorum portionem.*

De nepte ex filio emancipato.

VII. Idem A. Secundo.

NEptem [39] defuncti actione de inofficioso testamento, quamvis pater ejus emancipatus fuerit defuncto, experiri posse, ignorare non debes. P.P. VI. Kalend. Jul. *Romæ*, Læto & Cereali Conss. 216.

37 Immensa donatio in unum ex liberis collata, per alios ad legitimam usque revocatur: non ultra.

38 Filius donatione à patre inter vivos accepta, ejus hereditate potest abstinere. Quid si illa donatio legitimam reliquorum liberorum exhaurit? Hujusmodi donatio legitimæ reliquorum fraudi esse non debet, ideoque ex bonis donatione acceptis fratribus legitima supplebitur.

39 Neptis ex filio (etiam emancipato) querelam inofficiosi potest movere adversus testamentum avi.

De hereditate à patre inter filios divisa. 1. De eo, qui agnovit judicium defuncti.

VIII. Imp. Alexand. A. Florentino.

PArentibus arbitrium [40] dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non est: dummodo [41] non minus is qui prætas tibi conscius est, partis, quæ intestato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat. §. 1. Qui [42] autem agnovit judicium defuncti, eo [43] quod debitum paternum pro hereditaria parte persolvit [44], vel alio legitimo modo satisfecit: etiamsi minus quam ei debebatur, relictum est, si is major viginti quinque annis est, accusare ut inofficiosam voluntatem patris, quam [45] probavit, non potest. P. P. VII. Id. Febr. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

40 Pater hereditatem inter filios dividere potest; dum tamen ei (quem minus diligit) legitimam relinquat. l. 10. J. eod.

41 L. 32. §. 1. J. eod.

42 Querelam inofficiosi moveri adversus patris testamentum non potest, qui testamentum ejus agnovit, ut hic. Struvius Rosfil. 42. tit. 4. exp. 17. 5. Harmenop. 6. §. 24.

43 Tacite agnoscere & approbare testamentum defuncti censetur, qui ex eo testamento debita solvit: l. 32. §. 1. J. eod. adde l. 23. §. 1. ff. eod. l. 43. ff. de hered. pet. & ita testamentum non tantum expresse, sed tacite approbari potest, vel admitti.

De testamento rescisso pro parte.

XIII. Imp. Gordianus A. Prisciano.

CUm duobus heredibus institutis, uno ex quinque, altero ex septem unciis, adversus eum, qui ex septem unciis heres scriptus fuerat, julia querela contendisse, ab altero autem victum

44 Vid. l. 2. J. de jure delib. 45 Qui testamentum defuncti semel probavit, querelam inofficiosi amittit. vid. l. 20. ff. de option. 46 Querela inofficiosi locum non habet in militis testamento: vide tamen Nov. 123. c. 19. & l. 34. Anch. prælectores. in fin. C. de Episcop. & Clericis.

47 Querela inofficiosi instituti potest adversus fiscum occupantem bona defuncti. Nov. 115. c. 3. §. 10. parens filium aremarium aut minum potest exheredare, nisi ipse ejusdem conditionis fit.

48 Plena & pura est legitima portio. Pura, inquam, ab omni onere fideicommissi, legati & usufructus. Anch. novissima I. eod. Quid si facta est mutua & reciproca substitutio? onerosa non censetur. Æquitas suspicionem fraudis tollit. J. eod. tit. cum ex hujusmodi. Itaque neuter querelam habiturus est, quia neuter in legitima est gravatus, mater etiam potest vulgariter substituere filio, etiam in legitima: l. 33. ff. de vulg. An pupillariter? Negat Bart. d. l. 33. 49 Æquitas omnem fraudis suspicionem tollit. ff. quod quisque juris.

[1] Varietas personarum & meritorum efficit, ut nonnunquam in uno jure vincat, vincatur autem in altero: *l. 15. in fin. l. 24. ff. eod. l. 76. in pr. ff. de leg. 2.* ut idem testamentum pro parte rescindatur, pro parte confirmetur. Idque à judice statui ex communi opinione Hotomannus refert *conf. 2. §. 52. adde Cujac. 10. obſerv. 20. in fin.*

[2] Id est, heredes ab intestato succedunt.

[3] Querelam inofficiosi testamenti movere potest, qui falsi testamentum accusavit: & è contra *Synopſ. Baſil. 39. tit. 1. c. 37.*

[4] Id est, non obstante: *l. ult. ff. de excuſat. vel jud.* sensus est, Is etiam potest testamentum falsum dicere, qui inofficiosum non probavit, *ut hic, & l. 3. in fin. C. de pet. hered.* adde cassis, *l. 47. in fin. ff. de hered. pet.*

[5] Vide *l. 47. ff. de pet. hered.*

[6] Querelam inofficiosi recte instituit filia à matre præterita, *ut hic. Synopſ. tit. 28. c. 38.*

[7] Liberi à matre præteriti, habentur pro exheredatis.

[8] Querela inofficiosi, remedium est adversus præteritionem factam à matre. Nec enim præteritis à matre datur bonorum possessio contra tabulas. adde *l. 4. §. 2. ff. contra tabulas.*

[9] Alia est causa injusti, alia inofficiosi testamenti.

[10] Inofficiosum testamentum jus civile non tam facit, quam natura. Querela inofficiosi non impugnat solennitatem, sed inordinatam & cæcam defuncti voluntatem: personam, non juris solennia respicit.

[11] Victus in injusti testamenti actione, inofficiosi querelam non amittit: *l. 8. §. 12. ff. eod.*

[12] Post quinquennium querela inofficiosi moveri non potest, *ut hic.* adde *§. Harmen. 9. §. 24.* hoc enim temporis decursu patris testamentum confirmasse liberi videntur. *Synopſ. Baſ. 41. tit. 4. c. 17.*

[13] Non cessanti præscriptio non nocet. Non cessat in querela proponenda, qui in injusti testamenti probatione occupatus est: & merito. Quoties enim competunt duo auxilia, qui in uno vigilat, alterum non amittit.

[14] Querelam inofficiosi adversus filii testamentum, mater instituere potest, tametsi defunctus sororem suam instituerit. *Synopſ. eod. c. 42.*

[15] Frater sororem instituere non potest, matre præterita.

[16] Uxoris summa pietas est à marito sua non divelli.

[17] Patre volente: *arg. l. 20. C. eod.*

[18] Parentibus in quibuscumque citra mentem vitiumve ingratitudinis non obtemperamus. Filia non divertens à marito, parentis justis, non meretur exheredari: adde *Novell. 22. c. 3. l. 5. C. de repud.*

[19] *L. 23. C. eod.*

[20] Liberi ob turpem vitam possunt exheredari. Turpis liberorum vita exheredationem meretur: *Novell. 115. c. 3. §. 4. 10.* sed & *Sotis* & alimentorum privationem. Pœnitentibus tamen serio ac constanter ignoscendum. vide *Hieronym. 1. præfat. 37. obſ. 8.*

[21] Quod fit sæpe.

[22] *L. 22. §. 1. ff. eod. l. 3. §. 5. comm. 126. l. 7. in pr. ff. de bon. damn.* Olim non erat necesse certas exheredationis causas adscribi. Inscitæ & puniæ erant in judicio Centumviralium. Hodie, certæ adscribendæ. *Nov. 115. c. 3.* vide *Cujac. ad Novell. 18.*

[23] Quid si ad bonam frugem converti? ignoscendum esse eradit Tiraquellus *tract. de pœna, cauſa 28.*

[24] Pater peccandi occasionem filiæ penitus intelligitur, si cum viro intra vigesimum quintum annum ætatis non ebuerit.

[25] Merito. Nemo enim id punire potuit, cujus ipse admittendi fuit occasio.

[26] In filia impietas patria, *ut hic:* & patria. *l. 13. C. eod.* confessus requiritur. An ob eam causam exheredari possint liberi? Abbas negat. *Hieronym. 1. præfat. 39. obſ. 19.* dixi ad *l. 25. ff. de ritu Nuptiar.*

[27] De concordia & religione mariti adde *l. 18. C. eod. l. 5. C. de inoffic. & falſidic.*

[28] *L. 21. C. eod.*

[29] *L. 4. C. de repud.*

[30] Alciatus hinc colligit, Virum mulierem constantiorem præsumi. *l. profitemur. 47.*

[31] *Synopſ. Baſil. 39. tit. 1. c. 33.*

[32] Nota regulam.

[33] Idque etiam non præcise, sed turpibus personis inſtitutis. *§. 1. Inſt. eod.* quin non omnis frater ad querelam inofficiosi admittitur, sed utrinque tantum conjunctus. vide *l. 27. C. eod.*

[34] In hoc inofficiosi judicio hæ plerunque formulæ sententiæ dicendæ fuerunt, justas causas offendæ: *l. 18. l. 20. C. eod. l. 23. l. 28. C. eod. ut ex ſp. in epiſtola Pauli c. epiſc. 5.* Justas irrationali causa patrem habuisse videri, aut non videri.

[35] Rescissa additione hereditatis per querelam, revivificunt actiones per additionem confusæ. Cessante causa confusionis, cessat confusio.

[36] Qui parentem testari prohibet, justè potest exheredari. Quid si à patre non exheredatus sit? heredicus velut indigno auferur. vide *l. 1. C. de ſpe alicujus teſtari.*

[37] *L. 22. C. eod.*

De testamento militis.

XXIV. Iidem AA. & CC. Successo.

TEstamentum militis [38] filiifam. in castrensi peculio factum, neque à patre, neque à liberis ejus per inofficiosi querelam rescindi potest. Dat. III. Non. Dec. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

De filio à matre inſtituendo ſub hac conditione, ſi à patre emancipati fuerint.

XXV. Iidem AA. & CC. Menedoto.

Filiis [39] matrem, quæ de mariti moribus secus [40] suspicatur, ita posse consulere [41] jure compertum est, ut eos sub hac conditione [42] instituat heredes, *ſi à patre emancipati fuerint*, atque eo pacto secundum tabulas bonorum possessionem patrem cum re [43] accipere non videri, qui conditioni minime obtemperavetit: neque ei nomine filiorum inofficiosi [44] eo modo actionem posse competere, quibus nullam injuriam fecerit mater, sed potius putaverit providendum, & ideo restituere debet. Dat. IV. Non. Jul. *Antiochiæ*, Titiano & Nepotiano Conss. 301.

De filia impubere.

XXVI. Iidem AA. & CC. Serapioni suo salutem dic.

Ex [45] tribus unciis herede instituto filio, intra [46] pubertatis annos directam non [47] inutiliter à patre fieri substitutionem certum est. Dat. v. Kal. Septemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 302.

De fratribus & ſororibus.

XXVII. Imp. Constant. A. Verino.

Fratres [48], vel sorores uterini [49] ab inofficiosi actione contra testamentum fratris, vel sororis penitus [50] arcentur: consanguinei [51] autem, durante agnatione, [vel non] contra testamentum fratris sui, vel sororis de inofficioso quæstionem movere possunt, si [52] scripti heredes infamiæ [53], vel [54] turpitudinis, vel [55] levis notæ macula aspergantur: vel [56] liberti, qui [57] perperam, & non bene merentes, maximisque beneficiis suum patronum adsecuti, instituti sunt: excepto [58] servo [59] necessario herede instituto [60]. Dat. Id. Aug. *Sirmii*, Constantino A. v. & Licinio Cæs. Conss. 319.

De onere probandi, & de cauſſis exheredationis.

XXVIII. Idem A. Ad Claudium Præsidem provinciæ Daciæ.

Liberi [61] de inofficioso querelam contra testamentum parentum moventes probationem debent [62] præstare. *Quod eſſequidem debitum jugiter [63], prout ipſius natura [64] religio flagitaverat, parentibus adhibuerint:* nisi scripti heredes ostendere maluerint [65] *iniquos liberos contra parentes extitiſſe.* Sin autem mater contra filii testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter jubemus, utrum filius nulla ex justa causa læsus matrem [in] novissima læserit voluntate, [eo quod] neque luctuosam [66] ei & legitimam reliquerit portionem: ut testamento rescisso, matri successio deferatur. †. Si tamen mater inhonestis factis, atque indecentibus machinationibus filium forte obsedit, insidiisque [67] eum vel clandestinis vel manifestis appetiit, vel inimicis [68] ejus suas amicitias copulavit, atque in aliis sic versata est, ut inimica ejus potius quam mater crederetur: hoc probato, etiam invita acquiescat filii voluntati. Dat. III. Id. Febr. Crispo II. & Constantino Cæs. I. Conss. 321.

De dote & donatione ante nuptias.

XXIX. Imp. Zeno A. Sebastiano præf. præt.

Quoniam novella constitutio divi Leonis [69] *ante* [70] *nuptias donationem à filio conferri ad ſimilitudinem* [71] *dotis, quæ à filia ſolvitur* [72] *præcepit:* etiam ante nuptias donationem filio in [73] quartam præcipimus impartiri. Eodemque modo cum pater, vel mater pro filia dotem, vel pro filio ante nuptias donationem, vel avus [74] paternus aut maternus, vel avia paterna aut materna pro sua nepte, aut pro suo nepote, vel proavus itidem paternus aut maternus, vel proavia paterna aut materna pro sua pronepte, vel pro suo pronepote dederit: non tantum eandem dotem vel donationem conferri, verum etiam in quartam partem ad excludendam inofficiosi querelam, tam dotem datam, quam ante nuptias donationem præsato modo volumus imputari, si ex [75] substantia ejus profecta fit, de cujus hereditate agitur. Dat. Kal. Maji, ipso A. II. Conss. 279.

De his quibus aliquid. 1. vel nihil reſiduum eſt. 2. De militis in legitimam partionem computandis.

XXX. Imp. Justinianus A. Menæ.

Omnimodo [76] testatorum voluntatibus prospicientes, magnam & innumerabilem occasionem subverrendæ eorum dispositionis amputare censemus: & in certis casibus, in quibus de inofficiosis defunctorum testamentis, vel alio [77] modo subvertendis moveri solebat actio, certa & statuta lege tam mortuis consulere, quam liberis eorum vel aliis personis, quibus eadem actio competere poterat: ut, sive adjiciatur in testamento de adimplenda legitima portione, sive non, firmum quidem sit testamentum, licet vero his personis, quæ testamentum quasi inofficiosum, vel alio modo subvertendum queri poterant, id quod minus portione legitima sibi relictum est, ad implendam [78] eam fine

38 *L. 3. C. eod.*

39 Vid. *Cujac. in Novell. 4. obſ. 24.*

40 *Sicuti ſuſpicari, ut male ſuſpicari.*

41 Liberi de matre cunctatos non possunt, si nullum matri eos facit injuriam, sed providet. Hinc colligo. Posse heres scripto conditionem, in diem adjici testamento. Eadem ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

42 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

43 Id est, hereditare, vide *ad l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

44 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

45 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

46 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

47 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

48 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

49 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

50 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

51 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

52 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

53 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

54 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

55 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

56 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

57 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

58 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

59 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

60 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

61 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

62 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

63 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

64 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

65 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

66 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

67 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

68 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

69 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

70 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

71 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

72 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

73 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

74 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

75 Id est, heredes scripti ad *l. 3. ff. ſi tab. teſtam. null.*

76 Ulp. *in fragm. tit. de bon. poſſeſſ. Antonin. 7. Epiſt.*

77 Ex iv. uncis impubem filius heredi inſtituere potest sub fideicommisso restituendi [post] mortem. Ea ratione executor Cohibitorius papyrius. *l. 20. J. eod.* alias defensi vel excusari non potuerit, *l. 36. J. eod.*

78 Vide *l. ult. ff. de hered. pet.*

relam, vid. *Rutt. hic.*

56 Tertius hic casus: libertas ingratus patrono, habetur pro vili persona.

57 Ingrati inter personas notatas hic reconsentur.

58 Querela inofficiosi fratres experiuntur adversus fratris testamentum, persona infami, turpi, notata, vel liberto ingrato heredibus institutis. *Y. eod.* Quid si à defuncto servus heres institutus fuerit? cessabit querela: *ut hic. tym. d. c. 47.* adde *l. ult. J. de neceſſariis hered. l. 3. C. Th. de inofficioſis.*

59 Dominus utilitatem servi purgat, cum eum heredem instituit: eo Gai. casu, quo firmum heredem non solvendo esse videt: & in hanc legem intelligo: Alias si frater præteritus fuerit à fratre, in bonis testati præfertur liberto hereli instituto, nisi patronum, qui cum instituit maximis beneficiis adfectus sit: & præferri eum quoque erit æquius liberto ordine, nisi agatur de confervanda fama & existimatione defuncti fratris. vid. *Cujac. 17. obſ. ult.*

60 Puta propter suspectum hereditatem. *Garl.* Item nisi laboret eadem infamia frater qua institutus. *l. 11. C. h. t.* aut ex aliqua ingratitudinis causa ex *Nov. 22. cap. 47. §. fin. Aut.* Ad explicationem extremi hujus versus adde *Cujac. lib. 17. obſerv. 40. S. 1.* & *C. Th. eod.*

61 *L. 2. C. h. t.*

62 Exheredatus olim præsumebatur ingratus defuncto, nisi meretetur si probaverat, & ita præsumitur pro judicio defuncti. *l. 5. ff. eod.* hodie heredibus incumbit probatio. *l. 30. J. eod.*

63 Continuis obsequiis meritum probatum.

64 Natura debetur parentibus obsequium.

65 Id hodie non est positum in eorum arbitrio: cognitor enim probare justæ exheredatæ. *l. 7. C. eod.*

66 Vid. *l. ult. novel. 81 cujus. J. de inoff. & falſidic.* vid. ad hunc locum elegantem interpretationem apud *Cujac. 8. obſ. 23.*

67 Dolus subsidia ita probatur. *l. 6. J. de dolo.*

68 Amicus inimici tui, inimicus meus præsumitur. *l. 5. §. 10. ff. de reſp. proſcr. vel. l. 3. ff. de teſtib. vid. tamen l. 47. in pr. ff. de reg. jur.* adde 2. *Rodier. 57.* vid. *Struvium 5. exercitator 7. num. 8. de arrog.*

69 *L. 17. J. de collationibus.*

70 Donatio ante nuptias conferenda.

71 Dos à filia conferenda.

72 Dos à filia conferenda.

73 Quod filius à patre accepit donationis ante nuptias causa, id in suam quartam tenetur imputare.

74 Collationi locus non est, præterquam in sola adfcendentium successione.

75 Conferuntur ex rationis boni, quæ ab ascendente (de cujus successione agitur) sunt acceptæ.

76 De condictione ex hac lege, *l. 3. J. eod.* qua agitur ad supplementum, vid. Oldendorp. *class. 5. act. 3.*

77 Olim filius habens eminus legitima, querela inofficiosi utebatur ad testamenti rescissionem: hodie non rescindit, sed tantum agit ad legitimam, aut ad ejus supplementum, *ut hic.* Goth. Vid. in hunc *L. Vasq. de ſucceſſ. lib. 3. §. 30. limitat.* 34. Joann. 2 Sande *deciſ. Frieſic. lib. 4. tit. 7. defin. 2.* Anz. legitima consecutus est, agit ad illius supplementum. *Novell. 115. c. 3. in pr.*

78 *L. 8. C. h. t.*

fine [1] allo gravamine, vel mota exigere: si tamen non ingrati [2] legitimis modis arguantur [3], cum eos scilicet *ingratos circa se fuisse* testator dixerit: Nam si nullam eorum *quasi ingratorum* fecerit mentionem, non licebit ejus heredibus ingratos eos nominare, & hujusmodi quæstionem introducere. †. Et hæc quidem de his personis statuimus, quarum mentionem testantes fecerint, & aliquam eis quantitatem in hereditate, vel legato [4], vel fideicommisso, licet minorem legitima portione, reliquerint. §. 1. Sin vero vel præterierint [5] aliquam eorum personam jam natam, vel ante testamentum quidem conceptam, adhuc vero in ventre constitutam; vel exheredatione, vel alia eorum mentione facta, nihil eis penitus reliquerint: tunc vetera jura locum habere sancimus, nullam ex præsente promulgatione novationem, vel permutationem acceptura. §. 2. Imputari vero filiis aliisque personis, quæ dudum ad inofficiosi testamenti querelam vocabantur, in legitimam portionem & illa volumus, quæ occasione [6] militiæ ex [7] pecuniis mortui eisdem personis acquisita, posse lucrari eas manifestum est: eo quod talis [8] sit militia, ut vendatur, vel mortuo militante certa [9] pecunia ad ejus heredes [10] perveniat: ita tamen, ut ille gradus ejusdem militiæ inspiciatur: quem in morte testatoris militans obtinet: ut tanta ei pecunia in legitimam portionem computetur, quantam dari constitutum est, si in eo gradu mortuus esset is, qui militiam ex pecuniis testatoris adeptus est: exceptis solis Viris Spectabilibus Silentiariis [11] sacri nostri palatii, quibus præfata jam specialia beneficia [12] tam de aliis capitulis, quam de pecuniis super memorata militia à parentibus eorum datis, ne in legitimam portionem eis computentur, rata esse præcipimus: in cæteris vero personis prædictum observationem tenere volumus. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* JUSTINIANO A. II. CONSS. 528.

Prodactio superioris legis ad testamenta nuncupativa.

XXXI. Idem A. Mennæ P. P.

QUæ nuper ad testamenta conservanda, nec facile retractanda sancivimus, ut ratione Falcidiæ minime illis personis derelicta, quæ ad inofficiosi testamenti querelam ex prioribus vocabantur legibus, non periclitentur [13] testamenta, sed quod deest [14] legitimæ portioni, id est [15], quartæ parti scil. ab intestato successionis, tantum repleatur; exceptis [16] illis, quibus nihil in testamento derelictum est, in quibus prisca jura illibata servamus: etiam ad testamenta sine [17] scriptis facienda locum habere sancimus. Dat. 11. Id. Decemb. D. N. JUSTINIANO A. 11. CONS. 528.

De gravamine tollendo.

XXXII. Idem A. Mennæ P. P.

QUoniam in prioribus sanctionibus illud statuimus, ut, si quid minus legitima portione his derelictum sit, qui ex antiquis legibus de inofficioso testamento actionem movere poterant, hoc repleatur [18], ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur: hoc in præsenti addendum esse censemus: Ut, si conditionibus [19] quibusdam, vel dilationibus, aut aliqua dispositione moram, vel modum, vel aliud gravamen introducente, eorum jura, qui ad memoratam actionem vocabantur, imminuta esse videantur; ipsa condirio, vel dilatio, vel alia dispositio moram, vel quodcumque onus introducens, tollatur [20]: & ita res procedat, quasi nihil eorum testamento additum esset. Dat. 11. Kal. April. DECIO V. C. CONS. 529.

Pœna heredis nolentis legitimam filio relictam solvere. 1. De infante, nec quis ex persona alterius ingratus dicatur.

XXXIII. Idem A. Demostheni P. P.

SI quis suo testamento maximam quidem portionem libero [21] relinquat, minusculam autem alii, vel aliis de stirpe [sua] progenitis, ipsam tamen legitimam, sive in hereditate, sive in legato, vel fideicommisso, ut non possit locus inofficiosi testamenti querelæ fieri, & ille quidem, qui ex parvulo genitoris sui consequitur substantiam, eam suscipere maluerit; quia autem ex majore parte eam amplexus est (sive unus, sive plures sint) non statim, & sine contentioso proposito, vel ulla mora eam restituere voluerit, sed expectato judiciorum strepitu, & multis variisque certaminibus habitis, post longum tempus ex sententia judicis vix eam reddiderit; crudelitatem ejus competenti pœna aggredimur: ut, si hæc fuerint subsecuta, non [22] tantum in id, quod testator voluit eum restituere [23], condemnetur, [sed etiam aliam tertiam] partem quantitatis quæ fuerat in testamento derelicta, modis omnibus reddere cogatur: ut avaritia [24] ejus legitimis ictibus feriatur: Aliis omnibus, quæ in eodem testamento, vel elogio scripta sunt, pro sui tenore ad effectum perducendis. §. 1. Legis autem veteris iniquitatem tollentes, ut non diutius crubescat lex posita, (quam Julius Paulus in suis scripsit Quæstionibus) hanc piissimam aggredimur sanctionem: Cum enim infantem [25] suum non posse ingratum à matre sua vocari scripsit, neque propter hoc ab ultima suæ matris hereditate repelli, nisi hoc odio [26] fecerit sui mariti, ex quo infans progenitus est: hoc iniquum judicantes, ut alieno [27] odio alius prægravetur, penitus delendum esse sancimus: & hujusmodi causam [28] liberis non tantum infantibus, sed etiam quamcumque ætatem agentibus opponi minime concedimus: cum possit sub [29] conditione emancipationis hereditatem suam mater filio derelinquens, & patris odium punire, & juri filii sui minime nocere, nec suam naturam fallere. Satis enim crudele nobis esse videtur, eum, qui [30] non sentit, ingratum existimari. Dat. XII. Kal. Octob. DECIO V. C. CONS. 529.

An querela transmittatur ad heredem.

XXXIV. Idem A. Joanni P. P.

SI quis filium suum [31] exheredatum fecerit, alio scripto herede; reliquerit autem ex eo nepotem [vel] vivum, vel [32] in ventre nurus suæ constitutum; deliberante vero scripto herede filius [exheredatus] decesserit, nulla hereditatis petitione ex [33] nomine de inofficioso constituta, vel præparata, omne adjutorium nepotem derelinquit [34]: neque enim pater nepoti aliquod jus, cum decesserit, contra patris [sui] testimentum dereliquit: quia postea & adita est ab extraneo hereditas, & supervixit avo pater ejus: ut neque ex lege Velleia [35] possit in locum patris sui succedere, & rescindere testamentum. Et hoc nonnulli Jurisconsulti [36] in medium proponentes inhumane reliquerunt. Sed nos (qui omnes subjectos nostros & filios & nepotes habere existimamus [37] affectione paterna & imitatione) secundum quod possibile est, omnium commodis prospicientes, jubemus, in tali [38] specie eadem jura nepoti dari, quæ filius habebat: etsi præparatio facta non est ad inofficiosi querelam instituendam, tamen posse nepotem eandem cautam proponere: & si non heres [39] apertissimis probationibus ostenderit ingratum patrem nepotis circa testatorem fuisse; testamento remoto [40], ab intestato eum vocari, nisi [41] certa quantitas patri ejus minor parte legitima relicta est: tunc etenim, secundum novellam [42] nostri numinis constitutionem, repletio quartæ partis nepoti superest, si qua patri ejus competebat ut perfruatur nostro beneficio à vetustate [43] quidem neglectus, à nostro autem vigore recreatus, nisi pater adhuc superstes [44], vel repudiavit querelam, vel quinquennio tacuit [45], scilicet post aditam hereditatem. Dat. III. Kal. Aug. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De libera testamenti factione concessa. 1. De pactis & transactionibus, 2. De ea qui simpliciter accepit, quod filii datum vel relictum est pro legitima.

XXXV. Idem A. Juliano P. P.

SI quando talis concessio [46] Imperialis processerit, per quam *libera testamenti factio* conceditur [47], nihil aliud videri [48] Principem concedere, nisi, ut habeat legitimam, & confectam testamenti factionem: neque enim credendum [49] est, Romanum Principem qui jura tuetur [50], hujusmodi verbo totam observationem testamentorum multis [51] vigiliis excogitatam atque inventam velle everti. §. 1. Illud etiam sancimus: Ut si [52] quis à parte certas res vel pecunias accepisset, & pactus [53] fuisset, *quatenus de inofficioso querela adversus testamentum paternum minime ab eo moveretur*; & post [54] obitum patris filius, cognito paterno testamento, non agnoverit ejus judicium, sed oppugnandum putaverit, vetere jurgio exploso, hujusmodi pacto filium minime gravari, secundum [55] Papiniani responsum, in quo definivit; *meritis [56] magis filias ad paternæ obsequia provocandas, quam pactionibus [57] adstringendas.* Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones [58] ad heredes paternos filius celebraverit, in quibus apertissime judicium patris agnoverit. §. 2. Et generaliter definimus: quando patet minus legitima portione filio reliquerit, vel aliquid dedetit, vel mortis causa donatione, vel inter vivos, sub [59] ea conditione, *ut hæc inter vivos donatio in quartam ei competentem* [60]: si filius post [61] obitum patris hoc, quod relictum vel donatum est, simpliciter [62] agnoverit, forte & securitatem heredibus fecerit, *quod ei relictum vel datum est, acceptisse, nullam sibi dispositio supresse de repletione quæstionem*: nullum sibi filium facere præjudicium, sed legitimam partem repleri: nisi hoc specialiter sive in apocha, sive in transactione scripterit, vel pactus fuerit, *quod contentus relicta vel data parte de eo, quod* [63] *deest, nullam habeat quæstionem*; tunc enim, omni exclusa querela, paternum amplecti compelletur judicium. §. 3. Quæ omnis sanctio suas radices extendat non solum ad filium vel filiam, sed etiam ad omnes [64] personas, quæ de inofficioso querelam contra mortuorum ultima elogia possiunt movere. Dat. Kal. Septemb. LAMPADIO & ORESTE CONSS. 530.

De legitima ab extraneo, vel ex posse falso supplenda. 1. De fideicommisso conditionali vel in diem. 2. De tempore hujus actionis, & adeunda vel repudianda hereditate: 3 an querela transmittatur ad heredes.

XXXVI. Idem A. Joanni P. P.

SCimus antea constitutionem [65] relatam fuisse, qua cautum est; *Si pater minorem debita portione filia sua reliquisset, non jubenda, etsi* [66] *non adjiciatur, viri boni arbitratu reperi filio, attamen ut* [67] *jure inesse eandem repletionem.* Quærebatur itaque, si quis remotam, vel inter vivos, vel mortis causa, [vel in legatis, [68]] vel in testamento relictam agnoverit, & pro parte sua habuerit: deinde eadem res evicta, vel tota, vel pro parte fuerit; an debeat ex nostra constitutione pars legitima post evictionem suppleri: vel si ex lege Falcidia minuantur legata, vel fideicommissa, vel mortis causa donationes, debeat tamen ex hoc casu supplementum introduci: ne, dum totam Falcidiam accipere heres nititur, etiam totum commodum hereditatis amittat? Sancimus itaque in omnibus istis casibus, sive in totum evictio [69] subsequatur, sive in

---

1 Legitima plena. *de inoff. testam.* Authentica ut cum de appellat. C. eod.

2 Ingratus non agit ad supplementum legitimæ.

3 Ex merito. Præsumuntur ea legitime liberi à parentibus exheredati, cum matres ad mandatum liberos teneantur. *Nov. 115. c. 3. prafat.* 16.

4 *L. 36. §. ult. ad Sigum. de testamentis* in patris legitima scripturæ non contentur se hæredemve aliud instituisse. vid. *l. 10. §. de inoff. testam.*

5 Liberi præterita agere possunt ad testamenti rescissionem: quo hibentur ab intestato succedere. *Nov. 115. c. 3.* non quo modo legitimæ, sed in universum. v. *Marant. l. part. 9. obs. 14.*

6 Filius in statu legitimam imputare quamvis à patre accepta militia (alterius quam illustrationis) *l. ult. & l. 5. §. ult. militari.* non aliter, id est, statum & ejus valitudinem. vid. *Papon. l. Mil. 7. c. de milit.*

7 Legitimæ non aliæ imputantur quam quæ fuerunt in bonis defuncti.

8 Militiarum alia vendi poterant, alia non poterant.

9 Id fideles placuisse vel militum stilus dicitur in *Nov. 27. cap. 6. in l. 11. l. 7. §. de pens. fisc. servis.*

10 Dixi *l. ult.*

11 *l. ult. §. de Silentiariis.*

12 *l. 30 in pr. l. eod.*

13 Nota de quarta ab intestato detentiacis *l. 8. §. ult. eod.* fit ex legitimæ (nondum liberis debitæ) pars. *§. 3. Inst. eod.* scilicet portionis quæ. *l. 18. §. 8. §. eod.*

14 *D. l. 30. §. 1.*

15 Quæ de institutione & supplementa quarta dicta sunt, habent locum in quovis testamento, sive scripto. *l. 30.* sive non scripto. *ut hic.*

16 Actione ad supplementum legitimæ: & in patre filium legitima privare non potest *ut hic, & l. 35. §. 1. l. eod.* vide tamen Socinum *reg. 28.*

17 Legitima filiorum (sic idem in legitima parentis debita. *l. 22. §. 1. 2. ff. de jur. patron.*) gravari non potest conditione, dilatione mora, modo aut alio quovis gravamine. vid. *authent. novissima. V. eod.*

Potest tamen gravari quod est supra legitimam. vid. *Papon. 20. Arrest. 3. n. 3.* Pura igitur esse debet legitima & die & conditione *ut hic & l. 30. V. eod.* nisi peculiari quadam ratione testator aliter rum adjecerit. *vid. l. 21. V. eod.*

18 Vide ad hunc locum jus navum apud Harm. *5. tit. 9. §. 8.* ubi refert, extraneo quidem herede scripto, filium patrem habere Falcidiam, id est, non dimidium: alio filio instituto, Falcidiam suam partiri cum fratre instituto. 21 Id est, filio. vid. quæ scripsi ad *l. 34. ff. de pactis.* Goth. Vid. P. Vasq. *de successionib. resolut. lib. 3.* Anz.

19 Pœnam nota heredis nolentis legitimam filio relictam solvere. 23 Vid. quæ notavi ad *l. 1. ff. de his quib. ut indignis.* 24 Pœna avari. 25 Infans ingratus dici non potest, *ut hic*, sic alibi, in parvulo nulla deprehenditur culpa. *l. 65. in fin.]. de fidei libert.* Innocentia consilii in eo est, *l. 22. ff. de fiduciis.* 26 Merito hæc Pauli sententia est explosa. Est enim iniquum odio patris filium prægravari. *l. 26. ff. de pœn.* 27 *L. 22.]. de pœn. l. 74. ff. de reg. juris. 22. de regulis in 6.*

28 Ingratus esse qui non potest, exheredari non potest: ideoque nec infans exheredari potest. Et hodie quoque legitimæ causæ esse debent ingratitudinis. *Novell. 115. c. 30. v. 4.* quæ nullæ sunt in infante. 29 Mater sub conditione emancipationis potest filium instituere. vid. *l. 25. V. eod.*

30 *Confutative* ita non videtur, qui ne sentire quidem potest. *l. 8. §. 2. ff. de optione.* nec injuriam scisse dici potest, quod sensu caret. *Inst. §. quadrup. in fin. pr.* Ingratitudo silentium & sensum præponit atque exigit. 31 Ad intellectum hujus text. vid. Vasq. *lib. 3. de success. resolut.* Anz. Adde *Mynsing. arbitr. jud. cas. 163. num. 4. S. I.* 32 *L. 9. §. 2. ff. de libert. & posthum. l. 6. ff. de inoffic.*

33 Id est, ex causa de inofficioso, &c.

34 *L. 6. §. 2. l. 7. ff. eod.* hoc infra emendatur.

35 Vid. *l. Gallus 29. ff. de lib. & posthum.*

36 Ut Papinianus. *l. 7. ff. unde liberi.*

37 Patres non soli, sed & avi ac omnes ascendentes ex lege de descendentes liberos diligere præsumuntur.

38 Usucapere pater nemo ab alio meo exheredatione querelam inofficiosi adversus ejus testamentum non præparaverit, &c in ea negligentia decesserit, nihil tamen nepoti querela inofficiosi competit. *l. pen. ff. de in. l. eod.*

39 Heredis scripti est probare liberos juste exheredatos.

40 Vis est ea querelæ inofficiosi, ut qui ea vicerit non succedat ex testamento, sed ab intestato. Multum autem interest, an hoc vel illo modo succedatur. Nec enim ab intestato ulla debetur legata.

41 Nepoti non competit querela adversus avi testamentum, si patri minus legitima fit relicta: tunc enim agit ad supplementum legitimæ: proinde non tantum liberis prioris gradus, sed & ulterioris actio ad supplementum legitimæ competit.

42 *L. 30. V. eod.*

43 Id est, veteribus jurisconsultis.

44 Parentis querelam inofficiosi repudiante, vel quinquennio tacente (adde & ea transigente, *l. 6. V. de transact.*) nullum jus querelæ nepoti competit. Hinc constat quinquennio jus querelæ inofficiosi testamenti, *ut hic*, & inofficiosæ donationis. *l. ult.]. eod. tit. prax.* præscribi. An & jus legitimæ vel supplementum quartæ? *Bart.* alii *Bald.* negat: quem interpretes pene sequentur omnes, negantes hujusmodi jura nisi minori quam triginta annorum spatio, cum ea petantur actione personali, cui triginta tantum annis præscribitur: facit *l. 8.]. de jur. deliber.* Doctores *Aug. in l. Papinianus 8. §. si quidditate 10. ff. de conditione* 10. *ff. de inofficioso*; *Alexand. 1. consil. 28. & 3. consil. 8. Aretin. in princ. Inst. de inoffic.* ubi dicunt communem opinionem esse. Et ita Camera Spirensis judicavit non tantum pro supplemento legitimæ, sed etiam pro ipsa legitima jure naturæ debita. *Mynsing. 2. observ. 17.* vid. *Graffium lib. 5. int. §. dec. quæst. 47.* vid. *Balduin. tract. de præscript. 4. parte 4. quæst. 23.* 45 *L. 8. §. 1. l. 25. §. 1. ff. eod.* 46 Vide quæ scripsi *ad l. 9.]. de inoff. testam.* 47 Pura libertino, ut ita sensus sit, Principe dante libertino liberam testamenti factionem, remittere ei tantum videri legem Papiam & edictum Prætoris de bonis libertorum. *l. 3. §. 2. ff. de bon. libert.* non autem immunitatem servandi jura communia. Non enim omnia uno verbo solemnia juris remisit. vide *Cujac. 8. observ. 2.* 48 Princeps verbis generalibus non præsumitur id concedere, quod est iniquum. vide *l. pen. V. de mandat. princ. adde l. 2. §. sequi 16. ff. ne quid in loco publico.*

49 Princeps jura tueri præsumitur. 50 Princeps juris custos. 51 Quæ multis vigiliis excogitata sunt, retinenda. 52 Falcidia vivis adhuc parentibus dari non potest, neque pactione aut stipulatione ulla tentetur filius ad hujusmodi conventionem habitam servandam. vide *5. Harmenop. 9. §. 1.* 53 Parens à filio efficaciter, pacisci non potest, ne unquam de inofficioso conquiratur. *l. 8. V. ead. Paul. 4. sent. 5. §. 8.* adde *Cujac. ad l. 25. ff. de verb. oblig.* Quid si filia renunciavit juramento interposito hereditati paternæ? Succedere eam non posse jure Canonico statutum est. *c. quamvis de pactis in 6.* vid. tamen Socin. *reg. 280.* 54 Renunciatio bonis paternis tacite hoc promittere intelligitur, si *dixi ad l. 3.]. de collat.* 55 Nota rationem decidendi. 56 Meritis & beneficiis filii, non pactionibus ad patrem obligatis adstringendi. Est enim mereri, benefacere, ut in illo versu Virgilii, *Quisque suis memores alios fecere merendo.* 57 Facit *l. 3.]. de collat. ibi. l. 28. ff. de pact.* 58 Filius, patre mortuo, heredibus paternis jus quod per querelam inofficiosi consequi possidet, transactione potest remittere. *]. eod.* 59 Donare liberis pater eo nomine non præsumitur, ut res donatas in legitimam imputent. vid. tamen Socin. *reg. 287.* 60 Quænam in quartam imputentur, vid. *Graffium lib. 5. int. §. legitima, quæst. 15.*

61 Quid si vivo patre id fiat, patre præsente? vid. *l. ult. V. de pact.* 62 Qui simpliciter sum mam aliquam paternæ hereditatis agnoscit, aliis sibi debitis tacite non renunciat. Olim qualibuscunque agnitio nocebat. *l. 8. in fin. V. eod. l. 12. §. 2. ff. eod.* 63 Quod legitimæ deest, pacto & transactione remittere possumus. 64 Descendentes, ascendentes. *l. 1. ff. eod.* & collaterales certis gradibus. vid. *Graffium lib. 5. int. §. legit. quæst. 39.* 65 *L. 30. in princ. V. eod.*

66 *§. 3. Inst. eod. C. Theod. 19. l. 4.* 67 Supplementum legitimæ fit ipso jure, *ut hic.* Ejus tamen adquisitio non fit nisi per agnitionem. *Bald.* dummodo filius supplementi beneficio velit uti. *Accurs.* 68 *L. 30. in fin. ff.]. eod.* 69 Legitima si per evictionem diminuitur, ad ejus supplementum potest agi.

1 Falcidia non minuit legitimam, id est, Falcidia non potest detrahi ex eo quod est relictum pro legitima. Hæc illa portentiose est. Hæc liberis magis debetur, quam alia heredi. *Graff. lib. fent. §. legit. quæft. 6.*

2 Legitima gravari nullo modo potest. *Coleth. Disceptat. & l. 30. T. eod.* vid. *Graff. lib. fent. §. legit. q. 18.* pacto etiam tolli non potest, *l. 35. §. 1. T. eod.* At consuetudine, vel statuto forte potest minui vel tolli? Augeri potest. vid. *Graff. 16. quæft. 42. num. 5.* non potest tolli. Minui potest, sed tamen moderate. Eamque sententiam velut communiorem admisit Spirensis senatus. *Carpz. Qæst. 2. def. 122. num. 11.* Quin, quamvis statuto possit fundum ad agnatos deferri, licet tamen eo casu filiabus agere ad alimenta & dotem, quæ liberis, jure naturæ incommutabili, debentur. vid. *Wurmser. 1. practl. 39. c. 10. &* breviter, Statutum est iniquum, quod ita legitimam liberorum minuit, ut quod ejus sit legitimum vix eo non relinquat. *Gayl. l. 1. n. 13. & feq.* Quid si liberi aliunde quam ex bonis paterais habent unde vivere & se alere possint? Joannes Cyriensis, Covarruvias, Valsquius, & Graffius *lib. fent. §. legit. q. 42. num. 2.* ajunt, eo casu statuto posse semimodo legitimam tolli: quod tamen minus probandum videtur. Vix est enim ut statutum, & sic jus civile, dici mereatur, per quod jus naturæ impugnatur.

Quid? potestne pater actu inter vivos legitima liberos defraudare? Donatione non potest. vid. *J. de inoff. donation. l. 8. J. de revocandis donationibus.* nec delicto. *l. 7. in fin. prior. ff. de bonis damn.* nisi certis casibus. vid. *l. 5. J. ad l. Jul. majeft.* Potestne lusu? sic *Fautio*, & lasciva animum & ludi qualitatem & modum substantiæ esse & alicubi ludus, non improbatus: potest una alea universa patris substantia disperdi atque everti. Quid contractu? utique: nisi manifestum in liberorum fraudem, cum tertio colludente, initus à patre sit contractus. Quid si cum legitimo emptore contractum est? venditio jure revocari non poterit, ne quidem ad legitimam usque: sed tamen ex æquo & bono dicendum aliud videtur *in l. non æquo 2. ff. si à parente quis.* Claro 4. *fent. §. donatio. quæft. 24. vers. & hæc quidem*: & Graffio *lib. fent. §. legitima. quæft. 14. num. 4.* ubi utrosque refert, hunc casum Cæsarea decisione indigere. Æquo igitur jure consuetudo Parisiensis alienationem bonorum ab ascendentibus acceptorum à parentibus factam liberorum causa rescindit. 3 Quomodo aut quando id fiet? Gravamen quantitatis tollitur per suppletionem: temporis, per repræsentationem. 4 *L. 8. §. 11. ff. eod.* id est, patrimonio, rebus hereditariis. 5 Duobus modis hæc sententia potest intelligi: Primo, Bona *patri relicta* ea lege ut ad substituram filium deferrentur, non cogi filium imputare in suam legitimam. Idem legendum, si *substituitur* patri legatus; proprietas enim filio accrescens non imputatur in ejus legitimam. Altero, Bona, in quibus filius a patre substitutus est, aut quæ jure accrescendi suis a coheredibus accepit paternis, ei non imputari in legitimam: sed hujusmodi bona eum quasi jure adventitio lucrari. Quæ adventitio jure filius adquirit, ea in ejus legitimam non imputantur. 6 Id est, aliunde quam ex paternis bonis. 7 Vid. *l. 32. T. eod.* 8 Legitima liberorum pura esse debet. Purum est, quod sine die, sine conditione debetur: qua de re vid. *Graff. lib. fent. §. leg. quæft. 35.*

9 Querelæ inofficiosi movendæ tempus quinquennio tollitur: idque non à morte testatoris currit, sed ab adita hereditate per scriptum heredem. *Synopf. Basil. 39. tit. 1. Cap. 53. & 5. Harmen. 6. §. 5.* 10 Non ultra: ut sit sensus: Quantumvis conjunctum heredem, cohæredi non præstare legata supra portionem legitimam. 11 Sensus est: De fideicommisso universali relicto filio sub conditione, vel in diem, utique ad legitimam filio debitam detrahi conditionem vel tempus: ab inde conditionem & *tempus expectari.* 12 Non ante. *l. 8. §. 10. ff. eod.* & ita tempus querelæ incipit currere ab adita hereditate. 13 Observa diligentissime, legitimam esse aliquam, quæ inter naturæ debita sit. Quidam enim negant in toto jure civili fieri mentionem legitimæ jure naturali debitæ. adde *Novell. 1. in prior. §. 2.* 14 Tempus scripto heredi statutum ad adeundam hereditatem defuncti, hoc est, ut si in eadem sit provincia, hereditatem adire debeat intra sex menses: si in alia, intra annum continuum à morte testatoris. Quod si intra id spatium non adeat, adire cogatur officio judicis. *Synopf. d. c. 53. in fin.* 15 Querela etiam non præparata transmittitur ad heredes suos. 16 Vid. *l. 7. ff. eod.* 17 *L. 9. l. 24. T. eod. l. 50. T. de Epifcop. & Clericis.* 18 Peculii triplex causa. Aliud paganum, aliud castrense, aliud quasi castrense. 19 *L. ult. ff. qui teftam. §. ult. Inft. de milit. teft.* 20 Milites possunt testari, quo voluerint modo. vid. *l. 15. ff. de teft. milit. Inft. de milit. teftam.* 21 Et præsidum legatis. *Cuiac.* Procuratium legatis. *Cujac. in Matic* gionum militiæ. *l. 2. in pr. qui test ant.* ac proinde nihil causæ sit ut quasi castrense tribuatur. Placent, qui ita legunt. *Conftabar, Provanfalius, Loyaeus & præfidibus, &c.* 22 Quasi castrensis peculii jus quibus datum sit observa. 23 De quasi castrensi peculio suo filiifamilias testari possint, *l. ult. ff. qui teftam.* 24 Id est, an. 25 Testari de castrensi peculio militibus, & veteranis licet.

in parem, emendare vitium, [&] vel aliam rem, vel pecunias restitui, vel repletionem fieri, nulla Falcidia 1 interveniente: ut sive ab initio minus fuerit derelictum, sive extrinsecus qualiscunque causa interveniens aliquod gravamen 2 imponat, vel in quantitate 3, vel in tempore: hoc modis omnibus repleri, & nostrum juvamen purum filiis inferri. Repletionem autem fieri ex ipsa substantia 4 patris, non si quid ex aliis 5 causis filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex jure accrescendi, [ut] pura ususfructus: Humanitatis etenim gratia sancimus, ea quidem omnia quasi 6 jure adventitio [eum] lucrari: repletionem autem ex rebus substantiæ [patris] fieri. §. 1. Cum autem quis, extraneo herede instituto, *restituere eum filio suo hereditatem suam, eumo moriatur*, disposuerit, vel in tempus certum restitutionem distulerit: quia nostra constitutio 7, quæ antea composita est, omnem dilationem, omnemque moram censuit esse subtrahendam, ut quarta pars pura 8 mox filio restituatur, in hujusmodi specie, quid faciendum sit? dubitatur. Sancimus itaque quartæ quidem partis restitutionem jam nunc celebrari, non expectata nec morte heredis, nec temporis intervallo: reliquum autem, quod post 10 legitimam portionem restat, tunc restitui, quando 11 testator disposuit. Sic etenim filius suam habebit portionem integram, & qualem leges, & nostra constitutio definivit: & scriptus heres commodum, quod ei testator dereliquit, cum legitimo moderamine sentiet. §. 2. Illud præterea sancimus, ut tempora inofficiosi querelæ ab 12 adita hereditate secundum Ulpiani opinionem currant, Herennii Modestini sententia reculata, qui à morte testatoris illico cursum de inofficioso querelæ tempotibus dabat: ut non liceat heredi, quando voluerit adire: ne per hujusmodi tramitem interim filius defraudetur debito 13 naturali. Sancimus itaque, ubi testator decesserit alio scripto herede, & speratur de inofficioso querela: necessitatem 14 habere scriptum heredem, si quidem præsto est in eadem communens provincia intra sex mensium spacium: sin autem seorsum utraque pars in diversis provinciis degit, tunc intra annale tantummodo spatium simili modo per continuum à morte testatoris numerandum, omnimodo adire hujusmodi hereditatem, vel manifestare suam sententiam, *quod hereditatem minime admittat*: expeditus etenim ita tractatus inducitur filio memoratam movere querelam. *Sin vero* scriptus heres ita statuta tempora minime adierit: per officium quidem judicis heredem scriptum compelli hoc facere: in medio tamen tempore, id est, à morte quidem testatoris, sed ante aditam hereditatem, si decesserit filius, hujusmodi querelam (licet se non præparaverit 15) ad suam posteritatem transmittet: ad extraneos vero heredes tunc tantummodo, quando antiquis libris 16 insertam faciet præparationem. Dat. Kal. Sept. *Conftantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 532.

De quasi castrensi peculio.

XXXVII. Idem A. Joanni P. P.

CUm antiquis legibus declaratum est, *Ut militaria 17 testamenta de inofficioso querelam evadant*: multi alii casus emergunt, in quibus dubitationes exortas sopiri necesse est. In castrensibus etenim peculiis introducta est & alia subdivisio, & peculii triplex 18 invenitur causa. Vel enim paganum est peculium, vel castrense, vel quod medietatem inter utrumque obtinet: quod quasi castrense nuncupatur. †. In tali igitur peculio, quod *quasi castrense* appellatur, quibusdam 19 personis licentia conceditur condere quidem testamenta, sed non quasi militibus quo 20 voluerint modo, sed communi & licito & consueto ordine observando, quemadmodum constitutum fuerat in Proconsulibus, & 21 Præfectis legionum, & Præfidibus provinciarum, & omnibus 22 generaliter, qui in diversis dignitatibus, vel administrationibus positi à nostra consequuntur manu, vel ex publicis salariis quasdam largitates. †. Sed hæ quidem personæ testamenti faciendi habent potestatem in 23 ipsis tantummodo peculiis, quæ jam enumerata sunt, id est, quasi castrensibus. †. Sed & Veterani, qui tempore quidem militiæ sibi peculium acquisiverunt, militam autem depositerunt; testari, licito tamen modo, non prohibentur. In his itaque omnibus quasi castrensibus peculiis dubitabatur, si 24 contra hujusmodi testamenta de inofficioso querelam extendi oporteret: Sed prior quæstio erat, si omnes, qui quasi castrense peculium habeant, testari in hoc possint: quia non omnibus passim, sed quibusdam personis hoc privilegii loco concessum est: quia militibus 25 quidem & veteranis testamenta facere in castrensi peculio undique concessum fuerat: sed militibus quidem in 26 expeditione constituris jure suo, veteranis autem jure communi: de aliis autem personis omnibus, quæ non per speciale privilegium hoc acceperunt, si possint testari, dubitatum fuerat: ut puta 27 viris dissertissimis patronis causarum 28 virisque devotissimis Memorialibus, & Agentibus in rebus, necnon Magistris studiorum liberalium, Archiatris 29 quoque & [aliis] omnibus omnino, qui salaria vel stipendia percipiunt publica. §. 1. In his itaque omnibus sancimus, (quia ad imitationem peculii castrensis quasi castrense peculium superivenit) omnes, qui tale peculium possident, super ipsis tantummodo rebus, quæ quasi castrensis peculii sunt, ultima condere (secundum 30 leges tamen) posse elogia: hoc nihilominus eis addito privilegio, ut neque 31 eorum testamenta inofficiosi querela expugnetur. Si 32 enim patronus 33 adversus res, quas libertus ex castris acquisivit, sui juris indubitanter constitutus, etsi præteritus fuerit ab ingrato liberto, tamen contra hujusmodi peculium contra tabulas bonorum possessionem non habet secundum veterum legum sanctionem: quemadmodum oportet præfata peculia, quæ ad instar castrensis peculii introducta sunt, de inofficioso querelæ esse supposita. §. 2. Sed hoc obtinere oportet, donec in sacris paternum suorum constituti sunt hi, qui quasi castrense peculium possident: Si 34 enim sui juris efficiantur 35: procul dubio est, eorum testamenta, & pro ipsis rebus, quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelam *sustinere*: cum neque nomen 36 *peculii* permanet, sed aliis rebus confunditur, & similem fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorum, quæ in unum congregantur ex omnibus patrimonium. Dat. Kal. Sept. *Conftantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. anno secundo 532.

bere, qui sui juris non est: itaque sui juris factis quod antea peculium erat si, peculium esse definit: adde quæ scripsi ad *l. 1. §. 22. ff. de collat.* 35 Mutare status gradus, rei statum mutari convenit. 36 Cessante nomine, cessat pris Origines nominis.

TIT. XXIX.

DE INOFFICIOSIS 37 DONATIONIBUS.

Si mater filiis, vel extraneis donaverit.

I. Imp. Philippus A. Nicanori & Papianæ.

SI (ut allegatis) mater vestra ad eludendam 38 inofficiosi querelam, pene 39 universas facultates suas, dum 40 ageret in rebus humanis, factis donationibus, sive in quosdam liberos 41, sive in extraneos 42 exhausit: ac postea vos ex duabus uncis fecit heredes, easque legatis & fideicommissis exinanire 43 gestivit: non injuria juxta formam de inofficioso testamento constitutam subveniri vobis, utpote quartam partem non habentibus, desideratis. P. P. xiv. Kalend. Septemb. Philipp. A. & Titiano Conss. 246.

Si pater filio in potestate, vel emancipato donaverit.

II. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Acriæ.

SI pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit, aut 44 in potestate [ejus] is permansit: & arbitri familiæ erciscundæ officio congruit, ut tibi quartam 45 [partem] debitæ ab intestato portionis præstet incolumem: aut si emancipatus 46 is fuit, [&c] quia donatio non 47 indiget alieno adminiculo, sed suis viribus nititur juxta constitutiones, is, qui provinciam regit, ad similitudinem 48 inofficiosi testamenti querelæ, auxilium tibi æquitatis impertiet. P. P. vi. Kal. Aug. Maximo ii. & Glabrione Conss. 257.

De testato, vel intestato.

III. Idem AA. Æliano.

PRecibus quidem tuis proposita rescripta eos parentes denotant, qui [cum] testamento facto vivi patrimonium suum immensis donationibus exinaniissent, inane 49 nomen heredum liberis reliquerunt: sed 50 ad intestatos 51 quoque eadem ratio æquitatis extenditur. P. P. x. Kal. Novemb. ipsis iv. & iii. AA. Conss. 258.

Si sit locus restitutioni in integrum.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Atisfinæ.

SI filius 52 tuus immoderatæ liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit: Præsidis 53 provinciæ auxilio uteris: qui discussa fide veri, si 54 in integrum restitutionem ex filii persona tibi competere ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit, in removendis his, quæ perperam gesta sunt, tibi subveniet: ideoque non est tibi necessarium 55 adversus immodicas donationes auxilium ad 56 instar inofficiosi testamenti. Dat. vi. Id. Febr. Maximo ii. & Aquilino Conss. 286.

De donatione in filios emancipatos collata, & de liberis super venientibus.

V. Idem AA. Cottabeo.

SI totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos 57 filios contulisti: id 58, quod ad submovendam inofficiosi testamenti querelam non ingratis 59 liberis relinqui necesse est: ex factis donationibus detractum, ut filii, vel nepotes 60 postea ex quocunque 61 legitimo matrimonio nati, debitum vel singulorum liberorum est. 46 Nihil refert, donatio inofficiosa à parente facta fuerit extranео, vel sui ex filiis in potestate posito, vel emancipato. *l. 5. J. eod. observ. 33.* 47 Vid. Cujac. 13. 48 Donatio inter vivos immensa revocatur, ad similitudinem inofficiosi testamenti, *ut hic.* 49 Inane nomen heredis habetur, cum hereditas relinquitur immensis donationibus exhausta. 50 Testati causa ad intestati causam ex æquo & bono producitur. 51 Sive parens mortuus sit testatus sive intestatus, revocari potest ejus immensa donatio. 52 Parentibus licet revocare immensas donationes à liberis factas. 53 Adversus donationem immensam, Præsides solent restituere, non ipsi principes. 54 Querela inofficiosæ donationis non competit adversus inofficiosam donationem, si adversus eam donationem restitutio in integrum impetrari potest, atque ita restitutionis in integrum subsidiaria hæc est actio. 55 Neque possibile. *Controv. Bald.* 56 Sensus est: Ut ad revocandam inofficiosam testamentum, sic & ad donationes inofficiosas à Præside restitui sufficit. 57 *L. 2. T. eod.* 58 Inofficiosa donatio propter liberos revocatur, non in universum, sed ad finem legitimæ liberis debitæ, *ut hic.* Cur non in solidum? Quod licet patri per testamentum, hoc eidem licet per contractum. Testamento autem plus legitima relinquere non cogitur. Quid? ipse pater potestne à donatario extenus donationem revocare? Quidam ita putant: Balduus negat: sed aliquoi tempore plus potestne: proinde à donatoris liberis donationem extenus revocari: quippe partis dominium ad ipsius donatoris patrimonium reverti, *ut hic.* 59 Parens immensam donationem à se factam propter liberos revocare potest. Liberi tamen non cogentur, qui sint ingrati. Possis etiam colligere, Ingratis liberis non permitti donationem à patre factam revocare. 60 *Subaudi*, patre eorum mortuo. Propter natum nepotem, parens inofficiosam donationem revocare potest. Possis etiam colligere: Suis, etiam secundi gradus & alterius jus revocandæ immensæ patrum donationis competere. 61 Propter illegitimos liberos parens donationem factam revocare non potest. Possis etiam colligere, Illegitimis liberis jus revocandæ donationis paternæ non competere.

tum [1] bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum reverterur. Dat. 11. Kal. Mart. Maximo 11. & Aquilino Conss. 286.

De eo, qui voluntatem agnovit. De restitutione in integrum.
De legitima portione.

VI. Iidem AA. Demetrianæ.

CUm donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eundemque patrem vestrum ea, quæ superfuerant codicillis inter vos divisisse proponas, si [2] voluntatem ejus non agnovisti, nec beneficio ætatis adversus hæc juvari poteris, nec tamen dos à parte data, & fideicommissum continent, quantum ad submovendam querelam sufficiat, de enormitate donationum ad [3] exemplum inofficiosi testamenti Præses provinciæ justificationis suæ partes exhibebit. P. P. Kal. Maji, Conss. ut supra 286.

Quatenus donatio revocatur.

VII. Iidem AA. Ammiano.

SI mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum evisceratis [4] opibus suis exhausit, ut quartæ partis dimidium [5], quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam adversus te sufficeret, in his donationibus, quas tibi largita est, non habeas [6]: quod immoderate gestum est, revocabitur. P. P. v. Id. Maji, Conss. ut supra 286.

De eo, quod uxor à marito filii communi donavit.

VIII. Iidem AA. Auxanoni.

SI liqueat, matrem tuam intervertendæ quæstionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unum filium collatis exhausisse, cum adversus eorum cogitationes, qui consiliis supremum judicium anticipare [7] contendunt, & actiones filiorum exhauriunt, aditum querelæ ratio deposcat: quod donatum est, pro [8] ratione quartæ ad instar inofficiosi testamenti convicti diminuetur. §. 1. Nam quod uxor à marito in se matrimonii [9] tempore donationis causa [10] collatum, emancipato filio communi, consentiente domino [11] donavit, velut [12] ex bonis patris (de cujus substantia prohibente matrimonio [13] non potuit exire) datum accipi, rationis est: in cujus bonis, si idem consilium & eventus comprehendatur, lex, quam de patrimonio matris edimus, observabitur. P. P. III. Id. Sept. CC. Conss. 294.

De tempore querelæ.

IX. Impp. Constantius A. & Iulianus Cæs. Olybrio.

NOn [14] convenit dubitari, quod immodicarum donationum omnibus querela ad [15] similitudinem inofficiosi testamenti legibus fuerit introducta: ut sit in hoc actionis utriusque vel una [16] causa, vel similis existimanda, vel idem [&] temporibus [17] & moribus [18]. Dat. XIV. Kal. Jul. Tauro & Florentio Conss. 361.

[1] Legitima portio subsidium bonorum subsidium, ut dicit Nov. 18. cap. 1. Solesdium dicitur, quia judicium patris lex fecit; Debitum vero filiolum, quia vel jure naturæ debetur. *L. 36. §. 1. ff. de inoff. test.* Hinc etiam collegit, Donationes inofficiosas, non in solidum, sed ad legitimam tantum modo legitimæ portionis [2] Id est, si ignoravit. Solesdium dicitur, quia judicium patris lex fecit; Debitum vero filiolum, quia vel jure naturæ debetur. *L. 36. §. 1. ff. de inoff. test.* Hinc etiam colligit, Donationes inofficiosas, non in solidum, sed ad legitimam tantum modo legitimæ portionis [3] Id est, ad instar inofficiosi testamenti. [4] Nullum interdum parentem extraneis donaverit, an filio quibusdam. Nullum etiam reperio, inofficiose donasse, nisi qui in liberos sæpe, vel post. Dic ut ultimo loco habet in donatione ante libertatem facta, & extraneis facta. Hoc loc. & loc. 8. *§. ult. & loc. 87. §. 3. ff. h. tit.* Sed quæ de donatione liberis facta, & forsitan in debitam sin decepta prolixe invenit. Licet autem figuliores leges in pauca concilient: vide tamen Cuiac. Recitat. ad Paul. 1. *Sent. 5. tit. de donation.* & *tit. 317. 318.* Nobis interim, inofficiosa donatione non differre ab inofficioso testamento: quod in hoc donata revocentur in solidum: In illis autem id tantum recipiatur & revocetur, quo portio debita liberis minuitur. [5] Qui judicium defuncti post mortem ejus comprobavit, qui divisioni bonorum à patre factæ minor consensit, qui manu in doc. tit. fideicommisso inhæret, quantum valet legitima, donationes à patre cui is factas non revocat. Hanc igitur querelam excludit agnitio seu comprobatio voluntatis defuncti, alia actio, legitima adeptio, *ut hic.* Quid si legatum agnovit? Non excluditur hac querela, nisi renunciandi vel compensandi animo agnoverit, vel si querela excludi dixeris, poteris addere, jure ad supplendum agendi non excludi. *Rutil.* [6] *L. 2. in fin. C. eod.* [7] Ex hoc loco legem 87. *§. 3. in fin. ff. h. tit.* expone. [8] Collatas donationes in liberos liberi postea suscepti non revocant in solidum: sed pro ratione Falcidiæ tantum. *L. 8. §. 3. l. 17. C. eod.* [9] Donatio inofficiosi revocatur quoties, aut ea tantum parte, qua inofficiosa est. [10] Donatio inofficiosa in fraudem ejus, quod is defuncto liberis cogantur parentes relinquere, fieri non debet. [11] Vid. *L. 9. C. eod. L. un. C. de rei uxor. act.* [12] Constante matrimonio vir uxori donare non potest. [13] Dominium rei à marito uxori donatæ constante matrimonio ab ipso marito non discedit. *L. 6. C. de don. inter. vir.* [14] Utuntur earum folebant appellare *dominæ*. Potuit etiam donatus appellari, rei respectu, *ut C. de don.* [15] Si uxor rem acceperit à marito constante matrimonio alteri donaverit, non tam ipsi, quam ipsi marito donasse intelligitur. Atque ita, non donat is modo, qui verbis donat, sed qui mandat. Unde colligas, in hujus generis donationis insinuatione non loquendum, sed consentiendum pro rerum & numen requiri. [16] Male quidam legunt, *patrimonio*. [17] *L. un. C. Theod. eod. lib. 11. 20.* [18] Argumentum seu extensio inofficiosi testamenti ad inofficiosam donationem: inofficiosi testamenti, & inofficiosæ donationis similitudo hæc est, ut adversus ea competat querela. [19] *C. Theod. 2. 20. 21.* [17] Querela inofficiosi quinquennio expirat. *L. 34. in fin. C. §. 1. ff. de inoffic.* ergo & inofficiosæ donationis, quæ ei exæquata, *ut hic.* [18] Id est, conditiones. Quid? Inofficiosum testamentum revocari posse certum est à fratribus defuncti, certum est. *L. 32. ff. ut. pros.* Poterite ergo iisdem casibus revocari inofficiosa inter vivos donatio à patre facta? Puto id esse æquius, quin de re *alibi* dicam plenius.

TIT. XXX.

DE INOFFICIOSIS DOTIBUS. [19]

1. Imp. Constantius A. ad Maximum Præsidem Ciliciæ.

CUm [20] omnia [21] bona à matre tua in dotem dicantur exhausta, [leges] legibus concordare promptum est: ut ad [22] exemplum inofficiosi testamenti advertus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, & filiis conquerentibus emolumenta debita [23] conferantur. Dat. IV. Kalend. Junii, Tatiano & Cereali Conss. 358.

[19] *C. Theod. 2. 28. ubi quæ vox ad rem. 20. de verbo dotem T.* Dos inofficiosa quando dicatur, vid. apud Antonium *Faber. de Jurisprud. Papin. lib. 8. def. 10. num. 2. & 3. & def. 11. num. 1.* [20] *L. 2. C. Theod. eod.*

[21] Dos omnium bonorum propter liberos postea natos aut legitimos, adde *l. 29. §. 1. ff. de inofficios.* revocari potest: non in solidum, sed pro ratione legitimæ. *in fin. T. eod.* Nam quæ jam liberos habet, non potest, nisi certa quantitate, datam secundo marito constituere. *l. 6. T. de secund. nupt.* [22] Dotis inofficiosæ, & testamenti inofficiosi, *ut hic*: & inofficiosæ donationis similitudo. *ut l. ult. T. tit. prox.*

[23] Id est, Falcidiæ, quarta, legitima. *ut l. 5. T. tit. prox. ibi. debitam bonorum subsidium.*

TIT. XXXI.

DE PETITIONE HEREDITATIS. [24]

De fisco & privatis. 1. De usuris & fructibus.

1. Imp. M. Ælius Ant. A. Augurino Proconsuli Africæ.

SEnatusconsultum [25] auctore Divo Hadriano avo meo factum, quo cautum est, quid & ex quo tempore evicta [26] hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas [27], sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet. §. 1. Usuras [28] vero pecuniarum ante litis contestationem ex die venditionis [29] hereditariarum rerum ab eo factæ, qui antea possidebat, collectas, nec non etiam fructus bonæ fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores [30] extiterint. Post [31] litem autem contestatam, tam fructus [non] venditarum rerum, non solum quos perceperunt, sed [32] etiam quos percipere potuerant, quam usuras pretii rerum ante litis contestationem venditarum, ex die contestationis [33] computandas, omnimodo reddere compellantur. P. P. VI. Kal. Februar. Claro & Cetheco Conss. 171.

[24] *C. Theod. 2. 22. vid. Oldendorp. elect. 3. elect. 5.* De eo genere petitionis hereditatis vindicatio, quæ dicitur hereditatis petitio, & ab hæreditatis, adversus eum, qui pro hærede vel possessore possidet. [25] Nota de SC. Hadriani. *L. 17. L. 20. §. 6. L. 25. §. 19. ff. eod.*

[26] Dicta *l. 27.* [27] Dict. *l. 20. §. 9.* Fiscus & privatus interdum eodem jure utuntur. *L. 1. §. ult. quæ causa non nocet.* In dubio, utitur jure communi fiscus. *Mortimus Laudunfis tract. de fisc. num. 14.* interdum minus quam communi, ut ceteri private. *l. 10. ff. de jure fisci.* [28] Hereditatem rerum usuras possessor bonæ fidei non præstat ante litis contestationem: sed nec fructus, nisi locupletior factus sit. Post litem vero contestatam fructus rerum hereditariarum non venditarum præstat, nec modo eos quos percepit, sed & quos percipere potuit: usuras vero rerum venditarum ex die contestationis licet. *Synops. Basil. 35. tit. 20. ex lib. 42. tit. 1. cap. 51.* [29] Servius est, cum hereditatem bona fide venderit, non tenetur ad fructus & usuras perceptas ex pretio venditionis rerum hereditariarum à se factus ante litem contestatam, nisi quatenus est locupletior. Post litem vero contestatam tenetur fructus restituere, quos percepit, quosque potuit percipere, sed & usuras præstare rerum hereditariarum à se venditarum. [30] Quomodo id dijudicabitur? puto computandos fructus hereditatis, sed ejus ei evictæ. [30] Quomodo id dijudicabitur? puto computandos fructus & usuras pecuniæ emptionis causa numeratæ. Quando id spectandum? tempore rei judicandæ. *L. 36. §. 4. ff. eod.* [31] *L. 22. §. de rei vindic.*

[32] *L. 25. §. 4. ff. eod. l. 7. §. ult. ff. de reg. jur.*

[33] Non effectum contestationis emptoribus fit. *Cæc. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. ff. eod.*

34 Qui hereditatem litigiosam sciens comparat, cum ipse, tum ejus heres fructus ex ea perceptos restituit. *l. 13. §. 2. ff. eod. l. 2. §. 17. ff. pro empt. l. 38. §. 7. in fin. ff. de usur. l. 8. ff. de rei judic.*

35 *L. 13. §. 3. ff. eod.* vid. *Cujac. 9. obs. 35.*

36 Hereditatem nondum litigiosam ignari pessima emere.

37 An usuræ? *Cujac. negat. 24. obs. 22.*

38 Bonæ fidei possessor fructus à lite contesta restituere tenetur.

39 Fructibus augetur hereditas respectu malæ fidei possessoris. *l. 20. §. 3. in fin. ff. eod.*

40 Id est, malæ fidei possessore.

41 Id est, singulari.

42 An is simplex est, emptorem singularem rerum hereditariis actione & rei vindicatione teneri? An, cum ad instar emptoris universitatis fructuum teneri? An, emptorem hereditatis vel universitatis, rerum singularum nomine eisdem convenire? An, Petitionem hereditatis non dari adversus titulo possidentem? Postremum verum putavit interpretes. De qua sententia vid. Socin. *reg. 306.*

43 Adde *l. 8. ff. eod.*

44 Una & eadem hereditas nobis deferri potest, diversis successionibus.

45 Exclusus ab hereditate vindicanda per querelam inofficiosi, non prohibetur eandem alia ex causa vindicare. *l. 11. §. 2. ff. de inoff.*

46 Nota de expensis circa infirmum factis. *Goth.* Confer *l. pen. ff. de collegiat. & sumpt. fun. Ant.*

47 Adde *l. 30. §. 1. ff. eod.* adde *l. 27. ff. de collegiat.*

48 Vid. *Cujac. 8. obs. 9.*

49 *L. 31. in pr. ff. eod.*

50 Qui finem recepit, id alteri non restituit.

51 Ratione debitationis agere possumus cum legitimo tutore.

52 Vid. *Cujac. 9. obs. 32.*

53 Κλῆρος καλὰ τὸν *de Aucupione & de* ἐν ἀγκύλοις *Suidas.* ἐπικαρπίαν *exaupicium, &c.* id est, adversus eos, qui quasi heredes, vel eos qui quasi non bonæ fidei possident, rerum hereditariarum petitio exercetur: nec ei præscriptio x. vel xx. annorum obstat. Personales actiones decennio, aut vicennio non tollantur. Qui vero nec quasi heredes, nec ut prædones possident, rerum hereditariarum petitionem non habent, sed tantum ea rem actionem specialem, si nec usu ceperunt, nec longi temporis exceptionem adquisiverunt. *Synops. d. l. cap. 57. 5. Harm. §. 5. 44. 45. Goth.* Ad intellectum hujus leg. vid. Bellon. *Suppositit. lib. 2. cap. 3. Ant.* Adde Vital. *var. lect. lib. 1. cap. 18.* Parladur. *var. quotidianar. cap. 11. §. 1.*

54 *L. 9. 10. 11. ff. eod.* 55 Petitio hereditatis præscribitur triginta annis. 56 *L. 4. §. commun. de successionem. l. 16. l. 19. ff. qui testament.* 57 Nuda de exceptione nullitatis testamenti. 58 Id est, antequam hereditas ejus petatur. 59 Scripto hærede repudiante, succeditur ab intestato. *l. 1. §. 1. ff. quis ordo in bonor. possess.* 60 Quod filiusfamilias longo tempore possedit, præsumitur id scientе & jubente patre possedisse: & ideo ei adquisivisse: adde *l. 6. §. 3. ff. de adquir. hered.* 61 Hereditatem agnovisse intelligitur, qui enim per longum tempus detinuit. 62 Eadem lex exstat in *l. 12. C. Theod. de fide testium. l. 21. tit. 39.* & apud auctorem *Synops. d. l. c. 41.* Interim serva hanc sententiam, ut & ejus exceptionem. *T. eod. l. 2. l. 23. T. de probat.* adde alias exceptiones ex Socin. *reg. 430.* 63 Conventus petitione hereditatis, cogitur titulum suæ possessionis dicere. *l. 12. ff. eod. l. 36. ff. de rei vindic. l. 4. l. 20. ff. de interrog.* vid. *Cujac. 10. observ. 1.* ubi tractat de differentiis petitionis hereditatis, & rei vindicationis. vid. *Wurmser. 2. quæst. 26. cap. 1.* 64 Centumviralis judicii forma magnifica fuit, ut quæ magis ad publicorum quam privatorum formam accederet. vid. Plin. *6. epist. 9.* Quintil. *10. divi ed. 17. ff. de inoffic.* vid. Ræverdum *lib. Prætribunalium.* 65 De centumviralibus judiciis vid. *Cujac. 19. observ. 20.* adde *l. 17. in fin. pr. ff. de inoffic. l. 30. ff. de liberat. leg. ubi dixi.*

1 Hæc tertia est decisio ex 50. decisionibus Imperatoris Justiniani: vid. Inglota tract. ad hanc decisionem. Anz.

2 Male Haloander hæc verba sustulit. Nam Graci legunt, ἢ ἐνεπίτρεψε. Et alioqui λαβεῖν susceperit, sive suscipere sperat, utroque casu differre cæsara judicia solebat. l. 7. ff. eod. vid. Cujac. d. loc. & lib. 9. obs. 27. in princip.

3 Hereditate controversâ, legatarii possunt agere contra heredem scriptum, & consequi legata, præstita cautione. l. 1. §. 10. ff. si quis omissa. vid. quæ scripsi ad l. 9. ff. de leg.

4 Cautionis & satisdationis latior hæc explicatio est.

5 Ea est quadrans ulterior.

6 Non quo percipere potuit: quia bona fide accepit.

7 Possessor hereditatis necessarias & utiles expensas deducit. l. 4. ff. eod.

8 Hæc via & præstandæ satisfactionis onere legatarius levabitur, & ei à tempore litis contestatæ secundum testamentum dicta sententia, usuras & fructus legatorum debebuntur. Cujac. d. loco.

9 Id est, omni accessione.

10 De exceptione, ne stet hereditati prejudicium. vid. Rebuff. tract. de except. n. 587.

11 L. 4. ff. eod. l. 39. §. 1. ff. de donat. 12 Si de eo petitor possessorve judicem admonuerit. 13 Si judicem non admonuerit, & hereditario nomine solverit de suo: quia verum heredem liberavit.

14 Si suo nomine solverit, quia etsi verum heredem ipso jure non liberavit, exceptione tamen is potest se tueri adversus creditores. l. si quid 31. ff. eod. 15 Cur etiam legata non differuntur in annum? legatorum, quam libertatum facilior est repetitio. Tarde concedenda, quæ data non adimuntur. Tacit. 3. 16 Libertates directæ competunt: fideicommissariæ, debentur & præstantur. l. 36. in fin. ff. ad leg. Falcid. legata etsi directa plerumque præstantur, non competunt. l. qui fundum 87. §. si tut. ff. eod. 17 Eripi dicuntur in libertatem, quibus lex libertatem, quæ præstari debuit, repræsentat. 18 Quæ ex falso testamento repræsentata vel præstita est libertas, non revocatur. l. 47. ff. de manumiss. testam. sed non videtur legere præstantata ex testamento falso, quod nunquam fuit. 19 Cur non excipit etiam inofficiosam? secundum leg. Papinian. in fin. ff. eod. petitio hereditatis de inofficioso hoc titulo non continetur, quæ proprium jus habet, quia rescissoria. 20 Lex in repræsentanda libertate hanc injicit conditionem. 21 Id est, ei qui ex testamento, vel ab intestato præstare libertatem debuit, si secundum eum pronunciatum sit. Cujac. d. loco. 22 Petitio hereditatis à Justiniano fit bonæ fidei. §. 28. Inst. de act. vid. Cujac. 3. obs. 17. id proprium est constitutionum. Idem 17. obs. 4.

23 VI. D. III. C. Mand. 23. Papon. 8. Arrest. 13. Oldendorp. class. 3. act. 2. Datur autem cui vindicatio domino directo, vel utili adversus possessorem. 24 L. 10. 23. ff. de adquir. rer. l. 1. §. 6. ff. de adquir. poss. Inst. per quas personas cuique ac princ. §. 1. Inst. per quas person. nob. 25 L. 22. ff. de adquir. rer. l. 1. §. 6. ff. de adquir. poss. l. 14. l. 34. in fin. ff. de stip. serv. 26 L. 20. in fin. ff. eod. 27 Hoc anno Severus, author hujus legis, vallum crebris turribus munitum in Britannia per centum triginta duo millia passuum de mari ad mare perduxit, ut partem provinciæ gravissimis præliis receptam tecuriorem faceret. Ex hinc primum legantur inscriptiones, quibus Severus appellatur Britannicus Max. Trib. Pontif. xviii. & Antoninus Britannicus & P. fept. Geta Pius Augustus Britannicus, ex uno latere, & altera parte victoriæ Britannicæ. Cassander. in Chronico. Beda hist. Ecclesiast. 1. cap. 5. Paulus Diaconus §. c. 1. Spart. Herodian. Dion. in Severo. 28 Syn. Basil. 15. tit. 1. c. 84. 2. Harm. 1. §. 54. & 55. 29 Para superior ædificii cedit inferiori. vid. l. 28. ff. de adquir. rer. 30 Ædificium solo cedit. vid. tamen exceptiones apud Socin. reg. 111. 31 Et re immobili. l. 2. in fin. ff. de servitutib. Ædificium cedit solo. §. 29. Inst. de rer. divis. 32 An expensa deducit qui ædificavit? ita judicarum à senatu Parisiensi refert Lucius 11. Plaich. 16. Arrest. 2. & Bugnon. in Legib. abrogat. 33 Soluto ædificio, materia redit ad priorem dominum. d. §. 29. 34 Imo diruto ædificio non fit ejus materia. l. 7. §. 12. ff. de adq. rer. vid. quæ not. ad l. 38. ff. de her. pet. adde Molin. in consuet. Paris. tit. 2. §. 5. n. 101. ad 110. Cujac. 10. obs. 1. 13. obs. 6. 35 Id non præsumitur, nisi probetur. adde l. 14. ff. de don. 36 Vid. tit. 5. de reb. alien. non alien. l. 5. ff. eod. 37 L. 11. ff. de reg. jur. l. 4. §. ff. de reb. alien. non alien. 38 L. 23. §. ult. 39 Venditio nulla ratihabitione fit utilis. adde l. 7. in fin. quod cum eo. 40 Id est, in eam venditionem consensisti. 41 L. 1. §. de reb. alien.

tum exortæ sint, eas certo fine concludentes, sancimus [1]: Si quis hereditatis petitionem [vel susceperit [2]] vel suscipere speraverat, vel movere: alius autem superveniens, vel ex depositio, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommisso, vel ex aliis causis inquietate, vel rem, vel agentem ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium: si quidem pro legato, vel fideicommisso hoc faciat, rem expeditæ quæstionis esse, cum possit scriptus heres cautione [3] interposita non differre hanc repetitionem, sed recte exigi, vel legatum, vel fideicommissum sub ea cautela, vel satisdatione pro qualitate personarum. Quod si [4] non obtinuerit ejus jura, restituit legatarius, vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum usuris ex quarta [5] centesimæ parte currentibus, vel agrum cum fructibus quos percepit [6], vel domum cum pensionibus: scilicet in utroque eorum expensis antea necessariis [7] & utilibus deductis: vel, si ipse [8] maluerit litem quidem contestari, expectare autem hereditatis petitionis eventum, hoc ei liceat facere, ut restituatio, si competeret cum legitimis augmentis [9] legatario, vel fideicommissario accedat.

§. 1 Sin autem ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis, vel ejus rei de qua agitur: si quidem, res sint, vel depositæ, vel commodatæ, vel pignori datæ, vel aliæ, quæ extant: non [10] differri sub prætextu hereditatis petitionis memoratum judicium: quemadmodum si pro fœneratis pecuniis, vel alia personali actione agatur contra possessorem, vel petitorem, non debet judicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam enim hereditatis petitionis judicium finem accipiat: tunc inter petitorem hereditatis, & possessorem rationibus contractis, non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur, nisi pro omnibus, quæ rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat [11]. Quod si petitor victus fuerit, simili modo à possessore [12] judicis officio ei satisfiat, vel, si hoc fuerit prætermissum, negotiorum [13] gestorum, vel ex lege condictione [14].

§. 2. Sin autem libertates, vel à possessore, vel à petitore fideicommissariæ petantur, vel directæ ipso jure dicantur competere: annale [15] tantummodo spatium exspectetur à morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis judicium intra id spacium terminum accipiat, secundum eventum judicii & libertates, vel effectum habeant, vel evanescant. Sin autem tempus annale emanaverit, tunc libertatis favore & humanitatis intuitu competant [16] quidem directæ libertates: ex fideicommissariis autem in libertatem servi eripiantur [17]: ita tamen, si non [18] falsum [19] testamentum approbetur: sub [20] ea felicet conditione, ut, si actores sint, vel alias ratiociniis suppositi, etiam postquam perveniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias & rationes reddere: jure patronatus videlicet competente ei [21] qui ex legibus ad id possit vocari. §. 3. Illo (ne in posterum dubiteur) observando, ut [&] ipsa hereditatis petitio omnimodo bonæ [22] fidei judiciis connumeretur. Dat. Kalend. Septemb. *Constantinop.* Lampadio & Orestе Conss. 530.

T I T. XXXII.

DE REI [23] VINDICATIONE.

De mancipii bona. 1. vel mala fide possessi.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Cæciliæ.

Etiam per alienum servum bona [24] fide possessum, ex re ejus qui eum possidet, vel ex operis servi acquiri dominium, vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide possedisti eundem servum, & ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum juris formam uti defensionibus tuis.

§. 1. Mancipium autem alienum mala [25] fide possidenti nihil potest acquirere: sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas ejus, necnon ancillarum partus [26], & animalium fœtus reddere cogitur. P. P. III. Non. Maji, *Eboraci* [27], Fausτino & Rufo Conss. 211.

De ædificio.

11. Imp. Antoninus A. Aristæneto.

Si [28] inferiorem [29] partem ædificii, quæ solum contingit, ad te pertinere probare potes, eam quam vicinus [tuus] imposuit, accessisse dominio tuo non ambigitur. Sed & id [30], quod in solo [31] tuo ædificatum est, quod in eadem causa manet, jure ad te pertinet [32]. Si vero fuerit dissolutum [33], ejus materia ad pristinum dominum redit: sive bona fide, sive mala [34] ædificium extructum sit: si [35] non donandi animo ædificia alieno solo imposita sint. P. P. XII. Kalend. Novemb. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De venditione rei alienæ.

111. Imp. Alexander A. Dominæ.

Mater tua, vel maritus fundum tuum [36] invita, vel ignorante te vendere jure non [37] potuit: sed rem tuam à possessore vindicare etiam [38] non oblato pretio poteris. Sin autem postea [39] de ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem ejus amisisti: adversus emptorem quidem nullam habes actionem: adversus [40] venditorem vero de pretio negotiorum gestorum actionem exercere non prohiberis. P. P. III. Kalend. Novemb. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

IV. Imp. Gordianus A. Muniano militi Afric.

Adversus eos, qui à malæ fidei possessoribus fundum bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius [41] quam usucapionem [42] implerent, vel longæ possessionis præscriptionem adipiscerentur, dominium ad [43] te pervenerit. P. P. XIII. Kal. Novemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

De mala fide possessore.

V. Idem A. Herafiano.

Domum [44] quam ex matris successione ad te pertinere, & ab adversa parte injuria occupatam esse ostendis; Præses provinciæ cum [45] pensionibus, quas percepit, aut percipere [46] poterat, & omni causa damni dati restitui jubebit. Ejus [47] autem, quod impendit, rationem haberi non [48] posse merito rescriptum est, cum malæ fidei possessores, ejus, quod in rem alienam impendunt: non eorum negotium gerentes quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi [49] necessarios sumptus fecerint. Sin autem utiles: licentia eis permittitur sine [50] læsione prioris status res eos auferre. P. P. II. Id. Feb. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De rebus empto ex pecunia deposita.

VI. Idem A. Ulstronio.

Si [ex] ea [51] pecunia, quam deposueras, is apud quem collocata fuerat, tibi possessiones comparavit, ipsique traditæ sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam ex his compensationis causa ab invito eo in te transferri, injuriosum est. P. P. V. Id. Julii, Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De partu ancillæ.

VII. Philippus A. & Philippus N. Cæs. Antonio.

Partum [52] ancillæ matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie considerari, explorati juris est. P. P. XIII. Kal. Nov. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De re empta ex pecunia militis.

VIII. Idem A. & C. Philippo militi.

Si (ut proponis) pars adversa pecunia tua quædam nomine suo comparavit, Præses provinciæ utilem vindicationem obtentu militiæ [54] tibi eo nomine impertiri desideranti, partes æquitatis non negabit. Idem mandati quoque, seu negotiorum gestorum actionem inferenti tibi jurisdictionem præbebit. P. P. II. Non. Mart. Pe[illegible]ente & Alpino Conss. 247.

De re dotali.

IX. Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus AAA. Antonio.

Doce ancillam, de qua supplicas, dotalem [55] fuisse [56], in notione Præsidis: Quo patefacto, dubium non erit vindicari ab uxore tua nequivisse. P. P. III. Kal. Mart. Caro & Carino AA. Conss. 283.

De servis, & de probationibus.

X. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Januario.

Cum super vernis mancipiis nulla instrumenta te habere adseveres, in judicio, in quo negotium cœptum esse proponitur, id, quod in precem contulisti, postulare debuisti. Judex enim non ignorat servorum dominia [57] etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus, vel ipsorum interrogatione posse ostendi. P. P. G. II. Id. Februar. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De satu, de plantis.

XI. Iidem AA. & CC. Gallano.

Si quis sciens alienum agrum sevit [58] aut plantas [59] imposuit: postquam [hæ] radicibus terram fuerint amplexæ, solo cedere rationis est. Domini enim magis segetem, vel plantas, quam per hujusmodi factum solum suum facit. Sane eum, qui bona fide possidens, hoc fecerit, per doli [60] mali exceptionem contra vindicantem dominium servare sumptus, juris auctoritate significatum est. Dat. Kal. Mart. *Sirmi*, AA. Conss. 293.

De ancilla vendita, & partu ejus.

XII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

Incivile [61] atque insitatum est, quod postulas, ut mancipium, quod tradidisti, & eo [62] modo dominium ejus transtulisti, invito eo, ex nostro rescripto [63] tibi affingetur. Unde intelligis, ancillæ semel emptoris factæ filios etiam postea natos, ejus [64] dominium sequi, cujus mater eorum eo tempore fuerit. Sane de pretio [65], si non hoc ante probatum fuerit te recepisse, conveni adversarium tuum. G. Id. April. AA. Conss. 293.

De judicio possessorio & petitorio.

XIII. Iidem AA. & CC. Cytichio.

Ordinarii juris est, ut, mancipiorum orta quæstione, prius exhibitis mancipiis de [66] possessione judicetur, ac tunc demum proprietatis causa ab eodem judice decidatur. Dat. Id. April. AA. Conss. 293.

De domo filii empta à matre.

XIV. Iidem AA. & CC. Septiano.

Cum [67] à matre domum filii, te sciente, comparasse proponas, adversus eum dominium vindicantem, si matri non [68] successit, nulla te exceptione tueri potes. Quod si venditricis obtinet

42 Res alienas & bona fidei emptoribus, quod ufucapionem, vid. l. 2. §. De prædiis, dotal. num. 43 Usucapere potest, qui à malæ fidei possessore bona fide rem comparavit, ut hic; & l. 48. §. de adquir. rer. dom. & ibi §. quod autem ad eas res. Synops. Basilic. 15. tit. 1. cap. 84. 3. Harm. 3. §. 45.

44 Id est, à re omissum non fit. 45 Male fidei possessor domus, cum cum pensionibus & omni causa restituere debet. Synops. Basilic. 15. tit. 1. c. 85. Goth. De interpret. hujus legis vid. Bermint. lib. 1. c. 19. Wamez. contr. 2. cons. 28. num. 15. Anz. Adde Ludovicum Roman. cons. 414. & Cognat. de fam. Hisp. lib. 7. tit. 3. cap. 9. §. L.

46 L. 12. §. ult. l. 17. §. 1. vers. Quod si §. ff. eod. l. 19. in fin. princ. ff. de usurp.

47 L. 38. ff. de reg. jur. l. 1. in fin. ff. de petit. hered.

48 Impensa in alieno factas malæ fidei possessor non recipit, nisi necessarias: utiles tamen recipit si sine lasione prioris status auferre potest. Synops. Basilic. 15. tit. 1. c. 85. 3. Harm. 3. §. 45. & 15.

49 Imo potest, l. 38. ff. de hered. petit. dic ut §. ad.

50 Male fidei possessorem necessariarum impensarum rationem habet. vid. Cujac. 10. obs. 1.

51 L. 38. in fin. ff. eod. l. 32. §. ff. de admin. tut.

52 Res empta ex pecunia deposita non est depositum: nisi de deposito apud argentarium agatur, & in res non successit loco pecuniæ. vid. l. 8. §. si quis absit vel fur. l. 8. in fin. ff. de interrog. in rem dot. l. 8. §. ad. Itaque pecunia ipsa ex pecunia numerata, quæ depositi competenta actioni restituenda non cogitur, sed nummus ipse. Synops. Basilic. 15. tit. 1. cap. 85. hoc est tamendem.

53 Partus vernæ conditionem sequitur, quod ad ingenuitatem attinet. l. ult. ff. de libera. vel. fervitutem, ut hic: Synops. eod. cap. 87. C. Gregorius l. 3. tit. de rei vindic. quod ad honores, & alia quædam attinet, partus l. 10. §. ff. de captivis. l. 22. §. 1. ff. de donation. vide l. ult. §. de manumiss. Huc refer l. 19. §. de stat. adde eidem l. 5. §. 2. ff. de rei vindic. l. 12. §. ff. de furtis. l. 13. §. 7. §. ff. locati. vid. l. ult. ff. de adquir. rer.

54 Emptum præsumitur, l. 5. §. 17. ff. de testib. l. 3. §. arbitrium. testat.) ejus est, speciali favore, ut hic: regulariter secus. l. 6. 7. eod. An idem in re empta pecunia dotali? vid. l. 12. §. de jure dot. l. 55. in fin. ff. de donat. inter vir. Parum de privilegiis militum vid. Oldendorp. cap. 12. de jure singulari. 55 Res dotales constante matrimonio, in dominio sunt mariti. vid. l. 7. §. 3. ff. de jure dot. adde l. 13. §. 10. ff. de hered. petit. sed vid. l. in rebus 30. §. de jure dot. ideoque constante matrimonio, rem dotalem prior vindicare non potest. Quid? num idem in rebus paraphernalibus? vid. l. ult. §. de pact. convent. vid. Wesenbec. 1. præfat. 37. cap. 7. 56 Forte ita legendum, fuisse: in notione præsidis, quo patefacto. Verum nil opus, si, ut jam fecimus, sic interpungatur: Dece in Notione Præsidis. 57 Dominium potest probari per testes, vel per instrumenta, interdum per tormenta. l. 4. §. de probat. & interrogationes. Synops. Basil. 15. tit. 1. cap. 90. 58 Sata & plantata solo cedunt. l. 13. §. ult. l. 9. §. de adquir. rer. §. 31. 32. Inst. de rer. divis. Amittuntur autem ab eo qui mala fide sevit vel plantavit: ab eo vero qui bona fide, servantur exceptione doli mali. Synops. Basil. d. loc. c. 9. 59 D. §. 31. d. l. 9. §. 60 L. 27. §. 5. l. 48. §. ff. eod. 61 Syn. Basil. 15. tit. 1. c. 92. 62 Traditione dominium transfertur. l. 20. §. de pactis. vid. l. 9. §. 3. §. de adquir. rer. 63 Vid. l. §. §. de donat. Alienatio seu res vendita non revocatur ex rescripto, licet agi posset ad pretium solutum. Syn. Basil. ibid. 64 Vid. l. 7. §. ult. §. de adquir. rer. 65 Nondum tibi numerato, ut quis emptori fidem habuisse de pretio. vid. l. 19. §. de contrahend. empt. §. 41. Inst. de rer. divis. vid. præsat. 31. c. 3. 66 Possessorium præfertur petitorio. vid. l. 3. §. de interdict. 67 Res alienam comparans rei vindicatione tenetur. Quid si rei dominus venditori successit? pro qua parte non rem, ratam venditionem habere cogitur. Synops. eod. c. 94. Harm. 3. tit. 3. §. 90. 68 Fundi dotalis minor, ejusdem venditori succedens, facto ejus obligatur: aliud si non succedit. l. 3. §. de reb. alien. non alien. l. 14. §. de evictionib. l. 15. l. 24. §. de donat. l. 73. §. de evictionib. l. 15. §. 2. §. de reg. jur. & ita heres factum defuncti improbare non potest. 2. Rhod. 38. §. 2.

tinet hereditatem, doli mali exceptione, pro[1] qua portione ad eum hereditas pertinet, uti non prohiberis. Dat. III. Kal. Jul. AA. Conss. 293.

De duobus emptoribus in solidum.

XV. Iidem AA. & CC. Aureliæ Philoxenæ.

QUotiens[2] duobus in solidum prædium jure distrahitur: manifesti juris est, cum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem. Si igitur antecedente[3] tempore te possessionem emisse, ac pretium exolvisse apud Præsidem provinciæ probaveris: obtentu[4] non datorum instrumentorum expelli te [à] possessione non patietur. Erit sane in arbitrio[5] tuo, pretium, quod dedisti, cum usuris recipere: ita tamen, ut perceptorum fructuum ac sumptuum ratio habeatur: cum, & si ex causâ donationis[6] utrique dominium rei vindicetis; eum cui priori possessio soli tradita est, haberi potiorem conveniat. Dat. II. Kal. Octob. AA. Conss. 293.

De ædificato in area communi.

XVI. Iidem AA. & CC. Januario.

SI in area communi[7] domum aliquis extruxit, hanc vobis communem juris fecit ratio: cujus portionem ab eo, qui bona fide possidens ædificavit, si velis vindicare, sumptus offerre debes, ne doli mali possis exceptione submoveri. Dat. Id. Novemb. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De eo, cui à domino denunciatum est, ne emeret.

XVII. Iidem AA. & CC. Sabino, & aliis.

SI[8] fundum vestrum, vobis per denunciationem[9] admonentibus volentem ad emptionem accedere, quod distrahentis non fuerit, non rectè is, contra quem preces funditis, comparavit, vel alio modo mala fide contraxit, tam fundum vestrum constitutum probantibus, quam fructus[10], quos eum mala fide percepisse[11] fuerit probatum, aditus Præses provinciæ restitui jubebit. Dat. XII. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De errore.

XVIII. Iidem AA. & CC. Claro.

RE[12] tua apud alium manente, proprietatis error[13] nihil tibi nocere potuit: nisi alia contra te causa intervenerit. G. III. Kal. Januar. AA. Conss. 293.

De probationibus.

XIX. Iidem AA. & CC. Callistrato.

INdicia[14] certa[15], quæ jure non respuuntur, non minorem probationis, quam instrumenta, continent fidem: Quo jure, si de proprietate domus ambigis, negotiumque istegnum est, uti non prohiberis. G. II. Jan. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

Si servus detineat.

XX. Iidem AA. & CC. Quartillæ.

NOn servum[16], quem res tuas detinere adseveras, sed ejus dominum[17] de rebus petendis conveniendum esse perspicis. G. Kal. Mart. CC. Conss. 293.

De in litem jurando.

XXI. Iidem AA. & CC. Hierodi.

APossidentibus vindicata mancipia, quorum dominium ad vos pertinere intenditis, si[18], posteaquam impleveritis intentionem, hæc non restituantur, jurisjurandi[19] solennitate secuta condemnatio procedere debet. Petita, VI. Id. Octob. CC. Conss. 294.

De fructibus.

XXII. Iidem AA. & CC. Diodotæ.

CErtum est, malæ fidei possessores omnes[20] fructus solere cum ipsâ re præstare: bonæ fidei vero, extantes[21]: post autem litis contestationem, universos. Dat. III. Kal. Novemb. CC. Conss. 294.

Si emptor convenitur.

XXIII. Iidem AA. & CC. Magnifero.

SI[22] mancipium tuum per vim, vel furtum ablatum, alii ex nulla justa causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium solvendi[23] pretii nulla necessitas injungetur. II. Kal. Decemb. CC. Conss. 294.

De possessione sine justo titulo.

XXIV. Iidem AA. & CC. Juliano.

NUllo[24] justo titulo præcedente possidentes, ratio juris quærere dominium prohibet. Idcirco cum etiam usucapio[25] cesset, intentio dominii nunquam absumitur: Unde hoc casu postliminio[26] reverso citra beneficium actionis[27] rescissoriæ directa permanet integra vindicatio. G. X. Kal. Decemb. CC. Conss. 294.

De pensionibus rei pro alio solutis.

XXV. Iidem AA. & CC. Eugnomio.

SOlennibus[28] pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interveniente venditione, solutionis[29] causa minime dominum facit. Dat. XVI. Kal. Decemb. *Nicomediæ*. CC. Conss. 294.

De litis contestatione.

XXVI. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

MOræ litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem, quæ[30] post litem contestatam in[31] præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. CC. Conss. 294.

De emptore.

XXVII. Iidem AA. & CC. Philadelpho.

SErvum emptor non traditum sibi præsentem[32] vindicare non potest[33]. G. XII. Kal. Jan. *Nicomediæ* CC. Conss. 294.

De probatione.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Sopatro.

REs alienas possidens, licet justam tenendi causam nullam habeat, non[34] nisi suam intentionem implenti restituere cogitur[35]. Dat. VIII. Kal. Januar. CC. Conss. 294.

---

1 Vid. quæ not. ad *l.* 56. §. 1. *ff. de evict.* 2 2. 4. C. Gregor. Prior in traditione emptor vel dominium, vel possessionem habet, ut in dominio rei: ei autem pretium solvit, usque interusurarii rei constitutus est. Synopsis Basil. 25. tit. 1. cap. 1. Harm. 3. §. 93. Rosent. 3. comm. 11. §. 4. Goth. Idem in Emphyteusi & feudo. Valasc. *de jure Emphyt. quæst.* 14. n. 7. Exceptio est in his ædibus ubi dominium non ulla traditione acquiritur. Ut & quod prius Ecclesiæ tradatur, & postea alteri idem simul venditur & traditur, præfertur Ecclesiæ. Idem in civitate. *l. ult. C. de Episcopali. Basilic. Covarr.* 2. *Resolut.* 19. Gail. *lib.* 2. *obs.* 55. Idem jure Canonico in bonæ fidei emptionibus. *cap. Cum de restitut. in l. tit. Si tibi absenti. De prabend.* 6. Et Principis munificentia prima præfertur posteriori. *l. penult. C. de sacr. pral. civil. Afric. Ann.*

3 Aurelia Philoxena prior rem emerat, pretium solverat, traditione tamen nondum subsecuta. Quæritur an interveniente hac traditione dominium rei transierit? Quid juris in his rebus mobilibus haberi queat? Erit in hac arbitrio tuum retinere: si primum quod dicis non adsero negem, & fundus cum fructibus compellar restituere. Radix dictionum. Nam in eo prior tradita est possessio, potiorem.

4 Duobus si res emi fuisse venditæ est, vel ab uno, duobus non dominis. *l. 9. §. 4. ff. de Publ.* cui tamen opponitur *l. 14. ff. de adquirer. l. 31. in fin. ff. de adquirer. vel* à venditore ei domino, in cujus rei dominio præfecturus is erit, cui res prius erit tradita, *l. ult. adde l. 58. ff. de reg. jur.* Sin diversis temporibus qui prior traditione fuerit, licet emptione posterior, is erit jure potior. *l. 6. ff. de hered. vendit.* Nec interest ex casu, verus dominus id distrahat, an non dominus. *l. 9. §. 4. ff. de public.* Quid si duobus simul venditis est, sed tradita res sit tradita, alteri vero ejus instrumentum, quis potior? An is qui rem accepit, an qui instrumentum? Utique is qui rem accepit: & hic sensus genuinus videtur hujus legis, quem & Græci confirmat. *Synops. & Harm. ut. hoc.* Quod etiam ostendam legis hujusce principio: nisi & speciem ponat, ex paulo ante subjecti. Alium tamen vid. apud *Cujac. 18. obs. 32.* Causa dubitandi nascitur ex *l. 1. ff. de donat.* in qua tradito instrumento, res ipsa censetur tradita. Quid si Titius eandem rem domino tum tradidit: Factus postea dominus, eandem alteri vendidit? Tunc illo potior, ut in transcendo dominio magis tradito ipsa à venditore, quam dominium rei venditæ competere videatur? Utique tu potior ex *l. 72. ff. eod.* Quid si mihi à non domino res sit vendita & tradita: tibi à domino eadem vendita sit nec tradita? tu potior. *l. 31. in fin. ff. de act. empt.* Quid si duobus donata? vid. *ff. eod.* Quid si duobus locata? vid. quæ scripsi ad *l. 9. ff. de locato.* Quid si duobus pignorata? Contrarium jus est: semper enim potior est is in pignore, cum quo primum de pignore convenit. Nec habetur ratio traditionis prioris factæ vel creditori vel emptori. *l. 11. in fin. l. 13. ff. qui potiores.* Cur tam varie? Pignus solo consensu contrahitur. *l. 4. ff. de pignorat.* dominis vero non consentis, sed traditionibus transferuntur. *l. 20. ff. de pactis.* Ideoque in pignoribus consensu, non traditionibus: in dominiis vero traditionis, non conventionis tempus spectatur. *l. 3. ff. pro emptore.* Ethoc perpetuo verum in dominii causa, cum cui res prius tradita est, potiorem esse: non est verum. Quid enim si fuvit res esse jam venditum? *Roland. à Valle 1. cons. 9. num. 17.* Quid si res primo emptori vendita fuerit cum hypotheca sive traditione? *Tiraquell. de retractu conventionali. §. 3. num. 5.* Quid si posteri jus quæsitum est à Notario? hoc enim satis videri potest interpres adquiri priori actionem ipso jure, sine cessione. vid. *Roland. à Valle 1. cons. 19. num. 18. & seq.* Idem dicendum, si res vendita sit Ecclesiæ. *l. ult. ff. de sacrosanct. Eccles.* Alias exceptiones adde ex Socino *regula 118.* Limita quoque hanc regulam in feudis, in persona Ecclesiastica rendentis: Item, quoties venditor prioris emptoris nomine constituit se precario possidere, vel si res vendita sit personæ privilegiatæ: quales Ecclesiam esse, & ecclesiasticam personam, & Christi pauperes, notat Marsilius *singular. 82.* 5 Re duobus vendita, in ejus cui ea tradita est arbitrio positum est, eam vel retinere vel restituere. Postremo casu: ut pretium, ejusque usuræ, & sumptus potest petere: ita fructus aut re perceptos venditori restituet. 6 Vid. *Faul. 5. Senat. 11. §. 2. l. penult. Cod. Gregoriam. de donationib. Cujac. lib. 5. & ad l. 6. ff. de diversis & temporib. & ad Afr. in fin.* 7 Quod in communi fundo fodius ædificat, commune facit: sumptus tamen partem à socio potest repetere. vid. *l. 4. ff. de ædific. privat.* 8 Emens fundum à non domino denunciatione ne emeret, fundum una cum fructibus restituere cogitur. *Synops. ad. cap. 97.* 9 Vid. *l. 10. §. 3. ff. quæ in fraud. cred.* 10 *L. 5. ff. eod.* 11 Et de his etiam tenetur quæ percipere potuit. *l. 2. in fin. ff. de fide & jure hasta.* 12 Dominium rei cum quod alicui manet, retur cahit obest. *Synops. Basil. 25. tit. 2. cap. 2.* 13 Qui rem suam generaliter credidit, vel pignori accipit, ejus dominium non abjurat. *l. 29. in fin. ff. de transact. l. 2. l. num. divid. l. 22. l. 23. ff. de heurs. l. 7. in fin. ff. de rescindenda. l. 35. ff. de adquir. rer.*

14 Indicium (professionis est species à judice admittenda) dominium probat. An qualecunque? Maxime, sed si certum indicium fuerit, *ut hic:* ad probationem indubitatum, *l. ult. ff. de probat.* 15 Cæteraque quæ jure, &c. *Hal.* Potest non tolerari hoc loco. *l. 1. ff. de fide instrum.* 16 Servus detinens res alienas, non ipse condemnatur: sed ejus dominus. *Synopsis ead. cap. 100.* 17 Servus rem suam detinens non convenitur: sed ejus dominus. 18 *L. 2. ff. de probat.* 19 Adversus eum qui rem vindicatam non hereditatem, jurat dominus in litem. *l. 2. ff. de in litem jurando.* 20 Puta naturales, indubitatas. *l. 22. ff. de adquir. rer. pendentes. l. 44. ff. de rei vind.* extantes. *l. 22. §. 2. ff. de* percepere, sive sint, sive non sint consumpti. *§. 35. Inst. de rer. divis.* quos percipere potuit. *l. 2. in fin. ff. de fide & jure hasta. §. 2. Inst. de ff. eod.* ante & post litem contestatam. *l. 1. in fin. & 2. de petit. hered.* omnes denique. *l. 25. ff. de usurp.* Sed tamen expensis in colligendis fructibus illius ei restituuntur, ut & sumptus impensi, quibus res ipsa facta sit melior. vid. quæ scripsi ad *l. 38. ff. de petit. hered.* 21 Lex est difficilis, si quis hoc titulo alia. Contrarias sententias ita conciliabo puto. Bonæ fidei possessor fructus extantes, *ut hic:* tantes. *l. 27. in princ. ff. de usurp.* alteri debito. 42 Patria usufructus non transit ad filium, quamvis is patris sui heredem. 43 *l. 10. 12. 16. ff. eod. l. 3. in fin. ff. quib. mod. usufr. amitt.* vid. *l. 3. in fin. ff. quib. mod. usufructus amitt. l. 8. ff. de annuis. l. 22. l. 29. ff. de usu & usufruct. leg. §. 3. Inst. de usufructu.*

---

tem litis contestationem, universos. Dat. III. Kal. Novemb. CC. Conss. 294.

Si emptor convenitur.

XXIII. Iidem AA. & CC. Magnifero.

SI[22] mancipium tuum per vim, vel furtum ablatum, alii ex nulla justa causa distraxerunt, vindicanti tibi dominium solvendi[23] pretii nulla necessitas injungetur. II. Kal. Decemb. CC. Conss. 294.

De possessione sine justo titulo.

XXIV. Iidem AA. & CC. Juliano.

NUllo[24] justo titulo præcedente possidentes, ratio juris quærere dominium prohibet. Idcirco cum etiam usucapio[25] cesset, intentio dominii nunquam absumitur: Unde hoc casu postliminio[26] reverso citra beneficium actionis[27] rescissoriæ directa permanet integra vindicatio. G. X. Kal. Decemb. CC. Conss. 294.

De pensionibus rei pro alio solutis.

XXV. Iidem AA. & CC. Eugnomio.

SOlennibus[28] pensionibus rei pro alio satisfacientem, non interveniente venditione, solutionis[29] causa minime dominum facit. Dat. XVI. Kal. Decemb. *Nicomediæ*. CC. Conss. 294.

De litis contestatione.

XXVI. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

MOræ litis causam possessoris non instruunt ad inducendam longæ possessionis præscriptionem, quæ[30] post litem contestatam in[31] præteritum æstimatur. Dat. Idib. Decemb. CC. Conss. 294.

De emptore.

XXVII. Iidem AA. & CC. Philadelpho.

SErvum emptor non traditum sibi præsentem[32] vindicare non potest[33]. G. XII. Kal. Jan. *Nicomediæ* CC. Conss. 294.

De probatione.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Sopatro.

REs alienas possidens, licet justam tenendi causam nullam habeat, non[34] nisi suam intentionem implenti restituere cogitur[35]. Dat. VIII. Kal. Januar. CC. Conss. 294.

---

secique, quæ sit bonæ fidei possessorem suos facere: quo modo artificiales, sint omnes (eam tamen rerum notæ à quibusdam referri ad fructus ab alio latos alterius opera provenientes, sed cum Jurisconsultus particulam *omnes* opponat Industrialibus, necesse est ea intelligi naturales: Naturales enim artificialibus opponuntur non fari, nisi locupletior factus sit: & hoc etiam refer legem 1. §. 1. *ff. de partis. hered.* Naturales vero percepto tantum, nondum tamen consumpto, suos non facit: ad hunc casum refer legem 45. *in fin. ff. de usur.* Quid artificiales quos cultura & cura. *§. 35. Inst. de rer. divis.* diligentia & opera. *l. 48. ff. de acq. rer.* fœtusque suo percepit. *l. 45. in fin. ff. de usur.* eos locatur: etiam simul atque solo separati sunt. *l. 78. ff. sol. l. 48. ff. de adquir. rer.* neque refert à quo separati sint. Satis est enim ut quoquo modo fuerint à solo separati, *l. 25. §. 1. in fin. ff. de usuris.* Quid si à solo separavit fructus ab aliquo tertio satus? idem dicendum fuerit. *l. 25. §. 2. ff. de usuris.* Et hæc quidem de fructibus percepta ante litis contestationem. Post litis vero contestationem perceptos universos restituit, *ut hic, l. 1. in fin. ff. de petit. hered.* Quid? superiori sententia non intelligimus fructus dotis mariti fieri, simul atque percepti sunt? Minime. Dividuntur enim soluto matrimonio inter maritum & uxorem, ejusve heredes pro rata temporis quo matrimonium constitit. *l. 7. §. 1. ff. solut.* 22 Vindicare rem suam vi vel furto ablatam dominus potest etiam pretio rei postea furti non restituto, *ut hic*, adde *Synops. Basilic. 25. tit. 1. cap. 103.* 23 Qui rem vindicat, pretium possidenti non restituit. *l. 3. ff. eod. & l. 3. ff. de furtis, l. 2. ff. ne rei dom. l. 1. in fin. ff. de præscript. 30. ann.* adde *specium legis 32. §. 4. ff. de admin. tut.* vide tamen exceptiones apud Socinum regula 439. 24 Titulus injustus usucapiendi conditionem vel dominium non confert. Injusto titulo nec usucapimus, nec dominium adquirimus, *l. 7. ff. de adq. possess. l. ult. ff. ne de statu.* 25 Prohibet usucapio dominium rei non adquirit. 26 Cujacius hinc adversus Governum colligit, abtentibus Reipublicæ causa actionem rescissoriam dari. *7. obs. 31.* 27 Vid. *l. 18. ff. de postliminio.* Actio rescissoria, directa subsidiaria, hæc ubi competit, illa non est necessaria. 28 Dominium rei non hoc solo adquirimus, quod pro re aut rei nomine pensiones publicas solvimus: sed tum demum cum res nobis erit vendita, *ut hic. Synopsis ead. cap. 105.* Atque ita, qui pro re aliena pensiones publicas solvit, non interveniente venditione dominium non adquirit. 29 Qui ab aliquo pensionem vel censum, rei alicujus nomine percipit, non continuo eum facit rei dominum esse. 30 Litisconstatio præscriptionem futuram impedit, non præteritam. adde *l. 10. in fin. ff. de adquir. possess.* vide ad hunc locum Socinum, *regul. 304.* 31 *L. 10. in fin. ff. de præscript. longi temporis.*

32 Non si res præsens tibi vendita est, ideo tibi venditor tradita. Aliud est enim rem tibi præsentem tempore venditionis esse, aliud rem ipsam tibi tradi. Rei traditio dominium transfert, non sola rei præsentia. adde *l. 8. ff. de act. empt.* ergo sola traditio non usucapio dominium transferet? Maxime. *l. 20. ff. de pactis.* Num id ita causa traditionis requiritur semper ut realis traditio facta sit? ne id quidem dixi ad *l. 15. ff. eod.* adde quæ notavi ad *l. 1. §. 21. l. 3. §. 2. ff. de adquir. possess.* 33 Quod & in aliis omnibus rebus obtinet. Emptione enim fit dominus, non per conventionem, sed per traditionem. *Synops. Basil. 25. tit. 8. cap. 107. 3. Harmen. 3. §. 18.* adde *l. 50. ff. eod. l. 40. ff. de act. empt.* 34 Non quod meum non est, statim tuum est: nec id tuum potes vindicare. *l. 4. ff. de rei vind. Theod. §. 2. de act. Harmen. 2. §. 49.* Nam adversus extraneos etiam vitiosa possessio prodesse solet. *l. 20. ff. de adquir. poss. §. 2. Inst. de interdict.* 35 Nisi pœnæ causa, ut in specie. *l. 1. ff. ut possidetis. l. 5. §. 1. ff. ut legator. l. 2. in fin. ff. de collat. §. 6. in fin. ff. de Carboniano. Novell. 18. cap. 10.*

TIT. XXXIII.

DE USUFRUCTU[36] ET HABITATIONE[37], ET MINISTERIO SERVORUM[38].

De usufructu. De cautione ab usufructuario præstanda.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Posidonio.

SI usufructus omnium bonorum testamento uxoris marito relictus est: quamvis cautionem[39] à te prohibuerit[40] exigi, [tamen] non aliter à debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam Senatusconsulti cautione. P.P. G. Kal. Octob. Anulino & Frontone Conss. 200.

De obligatione proprietatis.

II. Iidem AA. Felici.

VErbis testamenti, quæ precibus inseruisti, usumfructum legatum tibi animadvertimus. Quæ res non impedit proprietaris[41] dominum obligare creditori proprietatem, manente scilicet integro usufructu tui juris. P.P. VI. Id. Maji, Antonino A. II. & Geta II. Conss. 206.

De morte usufructuarii. I. vel proprietarii.

III. Imp. Antoninus A. Antoniano.

SI patri[42] tuo usufructus legatus est, defuncto eo nihil ad te pertinet, cum morte[43] ejus, cui fuerat legatus, vel alio modo

---

36 VII. D. I. II. III. IV. V. VI. IX. & 2. *Inst.* 4. *Oblend. Class.* 3. *act.* 6.

37 VII. D. VIII. & 2. *Inst.* 5. *l.* II. *l.* 13. *ff. eod.*

38 VII. D. VII. adde *l.* 9. *ff. eod.*

39 Testator non potest remittere legatario usufructus cautionem de utendo, fruendo ex bona fide. *l.* 4. *ff. eod. l.* 7. *ff. ut in possess. legat. ff. usufruct. quemadmod. cav.* Eamque opinionem communem esse refert Clarus 3. *sententiæ.* §. *testam. quæst.* 64. atque favore heredis receptum, ne legatarius utendi male præbeatur occasio, & consequenter delinquendi. vid. *Relandum à Valle 1. cons.* 92. *num.* 1. 2. Quod etiam locum habere, non modo in immobilium, sed & mobilium usufructu adversus Petrum & Guidonem Papæ, *cons.* 6. 3. Clarus refert *d. loco*, nullum juris textum allegat, quem tamen offendo, *in l.* 1. §. 1. *ff. usufruct. quemadmod. cav. leg.* & *ff. ut in possess.* Aliud erit, si quis omnia bona reservato usufructu donaverit. Eo enim casu donatarius ad cautionem præstandam non cogitur. Aliud etiam fuerit in vasallo, quem dominus de usufructu investivit aliquo, & hoc duos casus excipi Myndingerus ait, *5. observ.* 38. Idem dicendum, si rerum sit proprietatem ad fructuarium certo redituram: velati si testator potestatem ei fecerit res fructuarias non restituendi. vid. *Jacobum Ludovicum 2. Decision. 61. num.* 35. Quid? heres Justiniani cautionem potestne remittere? posse videtur. *arg. l.* 71. *ff. ad leg. Falcid. in fin.* Quæritur amplius, num testator remittere usufructuario confectione inventarii posse? Joannes Ancharanus non posse existimat. 3. *quæst.* 22. *num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *l.* 2. §. 4. *ff. usufr. quemadmod. cav. Roland. à Valle 1. cons.* 92. *num.* 5. & tamen inventarii remitti necessitas potest rutori. vid. quæ scripsi ad *l. ult. in fin. ff. arbitrium tutelæ. & l.* 35. *ff. de legat.* 1. ubi plura dixi de his quæ à testatore prohiberi possunt, vel non possunt. 40 Usufructuario cautionem remittere testator etiam non potest, *ut hic.* Quod in cautione, *de secunda fructuario arbitrio boni viri*, satis manifestum: cum enim eam cautionem remittit testator, videtur ipsum fructuarium ad male utendum malamque fidem pellicere, velut ante dictum est: majoris sane quæstionis est, an idem sit in cautione *rerum ipsarum restituendarum, post finitum usumfructum.* 41 Proprietarius proprietatem potest obligare, salvo usufructu alteri debito. 42 Patria usufructus non transit ad filium, quamvis is patris sui heredem. 43 *L.* 10. 12. 16. *ff. eod. l.* 3. *in fin. ff. quib. mod. usufr. amitt.* vid. *l.* 3. *in fin. ff. quib. mod. usufructus amitt. l.* 8. *ff. de annuis. l.* 22. *l.* 29. *ff. de usu & usufruct. leg.* §. 3. *Inst. de usufructu.*

modo acquisitus, ad proprietatem regredi soleat. §. 1. Usufructuario autem superstite, licet [b] dominus proprietatis rebus humanis eximatur, jus utendi fruendi non tollitur. P. P. III. Kal. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

De cautione ab usufructuario præstanda.

IV. Imp. ALEXANDER A. Verbicio.

Usufructu constituto, consequens est, ut satisdatio boni [1] viri arbitratu præbeatur ab eo, ad quem id commodum pervenit, *quod usitatam substantiam ex usu proprietatis adferat*. Nec [2] interest, sive [3] ex testamento, sive ex voluntario contractu usufructus constitutus est. P. P. G. Id. Mart. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO Conss. 227.

De fructibus post finitum usumfructum percepti.

V. Idem A. Evocato & aliis.

Si pater usumfructum prædiorum in [4] tempus vestræ pubertatis matri vestræ reliquit: finito usufructu postquam vos adolevistis, posteriorem temporis fructus perceptos ab ea repetere potestis, quos nulla ratione sciens de [5] alieno percepit. P. P. Kal. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO Conss. 227.

De marito eppignerante.

VI. Idem A. Stratonicæ.

Interest, usumfructum solum maritus tuus in dotem accepe-rit, an proprietas quidem doti data sit, verum pactum intercessit, *ut moriente eo tibi eadem possessio* [7] *redderetur*: nam [8] usufructuarius quidem proprietatem pignorate [9], non potuit: qui autem proprietatem æstimatam [10] in dotem accepit, non ideo minus obligare eam potuit: quoniam soluto matrimonio restituenda tibi æstimatio ejus fuit. P. P. Kalend. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO Conss. 231.

De impensis.

VII. Imp. GORDIANUS Ulpiano militi.

Eum, ad quem usufructus pertinet, facta [11] tecta [12] suis usumptibus præstare debere, explorati juris est. Proinde si [13] quid ultra [14] quam impendi debeat, erogatum potes docere, solenniter repositos [15]. P. P. Kalend. Februar. ARIANO & PAPO Conss. 244.

De temporis præscriptione.

VIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Etheroni.

Neque fructuarium [16] ad obtinendam proprietatem rerum, quarum usumfructum habet, neque successores ejus, ulla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit. VI. Kal. Jul. AA. Conss. 293.

De jure alienandi vel manumittendi. De ministerio servorum relicto.

IX. Iidem AA. & CC. Auxanuæ.

Usufructu matri tuæ prædiorum, & mancipiorum relicto, tam alienatio [17] quam manumissio [18] interdicta est. Sane mancipia, quorum testamento ministerium [19] matri relictum est, cum in his dominium non habeat, nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad testatoris heredem pertinentia, quicquam facit. Dat. Kal. Decemb. AA. Conss. 293.

De morte ejus qua usumfructum conduxit.

X. Iidem AA. & CC. Pomponio.

Si domina proprietatis uxori tuæ usumfructum locavit sub certa annua præstatione: morte [20] conductricis, ei quæ locavit, utendi fruendi causa non est deneganda. XIII. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De habitatione. De morte.

XI. Iidem AA. & CC. Theodoro.

Habitatio morte [21] finitur: nec proprietatem, qui habitationem habuit, legando, dominii vindicationem excludit. Dat. XV. Kalend. Novemb. *Constantinop.* posit [22] consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

†. *De usufructu relicto sub certo tempore, in quod quis pervenerit.*

XII. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

Ambiguitatem [23] antiqui juris decidentes [24], sancimus, sive quis uxori suæ, sive alii cuicunque usumfructum reliquerit *sub* [25] *certo* [26] *tempore, in quod vel filium ejus, vel quemquam alium pervenerit*, stare usumfructum in [27] annos [singulos,] in quos testator statuit: sive persona, de cujus ætate compositum est, ad eam pervenerit, sive non. Neque enim ad [28] vitam hominis respexit, sed ad certa curricula: nisi [29] ipse, cui ususfructus legatus sit, ab hac luce fuerit subtractus: tunc enenim ad posteritatem ejus usumfructum transmitti non est [penitus] possibile: cum morte [30] usumfructum penitus extingui, juris indubitati sit. §. Sin autem talis fuerit inserta conditio [31], *Donec in furore filius, vel alius quisquam remanserit*: vel in aliis similibus casibus, quorum eventus [32] incerto sit: siquidem resipuerit filius, vel alius, pro quo hoc dictum est, vel conditio exiterit, usumfructum finiri: Sin autem adhuc is in furore constitutus decesserit, tunc quasi in usufructuarii vitam eo relicto, manere usumfructum apud eum. Cum enim possibile erat usque ad omne vitæ tempus usufructuarii non ad suam mentem venire furentem, vel conditionem impleri: humanissimum est, ad vitam eorum usumfructum extendi. Quemadmodum etenim si decesserit usufructuarius ante impletam conditionem, vel furorem finitum, extinguitur [33] usufructus: ita humanum est extendi eum in usufructuarii vitam, etsi antea decesserit furiosus, vel alia conditio defecerit. Dat. Kal. August. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

De habitatione. De jure locandi.

XIII. Idem A. Juliano P. P.

Cum [34] antiquitas [35] dubitabat, *usufructu habitationis* legato & primo quidem, cui similis esset, utrumne usui, vel usufructui, an neutri eorum, sed jus proprium, & specialem naturam sortita esset habitatio; postea autem, si posset is cui habitatio legata esset, eandem locare, vel dominium sibi vindicare: auctorum jurgium decidentes [36], compendioso responso omnem hujusmodi dubitationem resecamus. †. Et, si quidem *habitationem* [37] [quis] reliquerit, ad humaniorem declinate sententiam nobis visum est, & dare legatario etiam locationis [38] licentiam. Quid [39] enim distat [40] sive ipse legatarius manet, sive alii cedat, ut mercedem accipiat? Et multo [41] magis, *si habitationis usumfructum* reliquerit: cum [42] & nimiæ subtilitati satisfactum videatur, etiam nomine usufructus addito. In tantum [43] etenim valere *habitationem* volumus, ut non antecellat usumfructum: nec [44] dominium habitationis speret legatarius, nisi [45] specialiter evidentissimis [46] probationibus ipse legatarius possit ostendere, & dominium ejus domus [sibi] esse relictum: nunc etenim voluntati testatoris per omnia obediendum est. †. Quam decisionem locum habere censemus in omnibus locis, quibus habitatio constitui potest. Dat. XVIII. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

De usufructu. De nuda proprietate legata.

XIV. Idem A. Juliano P. P.

Antiquitas [47] dubitabat, si quis fundum [48] vel aliam rem cuidam testamento relinqueret, *quarenus usufructus apud heredem maneret*, si hujusmodi constaret legatum? Et quidam inutile legatum esse existimabant: quia usufructus nunquam ad suam rediret proprietatem, sed semper apud heredem remaneret [49]: [& forsitan hoc existimabant, quia & secundus heres & deinceps successores unius esse videantur:] nec posse hujusmodi usufructus secundum veterem distinctionem solitis modis extingui. Alii autem hujusmodi legatum non esse respuendum existimaverunt. Tales altercationes decidentes, sancimus & hujusmodi legatum firmum esse, & talem [50] usumfructum una cum herede finiri: & illo moriente, vel aliis legitimis modis eum amittente, expirare. Quare enim iste usufructus sibi tale vindicet privilegium, ut [a] generali interemptione usufructus ipse solus excipiatur? quod ex nulla induci rationabili sententia manifestissimum est. Et propter hoc, & usumfructum finiri, & ad proprietatem suam redire, & utile esse legatum sancientes, hujusmodi paucissimis verbis totam eorum ambiguitatem delevimus. Dat. XV. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

Si pars servi, per quem ususfructus acquisitus est, alienetur.

XV. Idem A. eidem Juliano P. P.

Inter antiquam [51] prudentiam dissensio incidit; si [52] per servum usufructus domino fuerit acquisitus, & ex quibuslibet casibus (multi [53] enim [casus] rebus incidunt mortalium) pars hujus servi ad alium perveniat: utrum omnis usufructus, qui antea per servum ad aliquem pervenerit, apud eum remaneat, an totus tollatur, vel ex parte diminuatur, ex parte autem apud eum resideat. Et super hujusmodi dubitatione tres [54] sententiæ vertebantur. Una [55], quæ dicebat, ex particulari alienatione servi totum [usumfructum] diminui. Alia [56], in tantum usumfructum diminui, in quantum & servus alienaretur. Tertia [57], quæ definiebat partem [quidem] servi posse alienari: totum autem usumfructum apud eum remanere, qui antea servum in solidum habebat. Et in novissima sententia summum auctorem juris scientiæ Salvium Julianum esse invenimus. Nobis autem hæc decidentibus placuit, Salvii Juliani admitti sententiam, & aliorum, qui in eadem fuerunt opinione, quibus humanius visum est; non interemptionem usufructus studiosam [58] esse, sed magis retentionem: quatenus, etsi pars servi alienetur, tamen neque pars usufructus depereat, sed maneat secundum suam

---

1 In usufructu amittendo mora non debitoris, sed ejus cui debetur, spectatur. *adde l. 8. in fin. ff. de periculo.*

2 Dixi *ad l. 1. C. eod. l. 13. ff. eod. adde Paul. 1. sententiar. 11. §. ult. l. 1. ff. usufr. & quemad. caveat.*

3 Vid. *l. 13. in fin. ff. eod. l. 1. §. 2. ff. usufr. quemadm. caveat. l. 3. ff. eod.*

4 Usufructus constitui vel testamento, vel contractu potest. *l. 8. in fin. ff. de peric.*

5 Usufructus ad certum tempus constitui potest. *l. 12. vers. Si talis. ff. eod. l. 3. ff. quib. mod. usufr. amit.*

6 Qui finito usufructu fructus percipit, alieno non suo nomine fruitur.

7 Ejusdem æstimatio. *Cujac. ad l. 9. ff. de fundo dotali. 9. ad Africa. fol. 204.*

8 Id est, priore casu.

9 Usufructuarius proprietatem pignorare non potest.

10 Proprietatem vendere, vel eam æstimatam dare, paria. Qui alterutro titulo tenet rem accipit, eam pignorare non potest.

11 Vid. *l. 7. §. 2. ff. de usufr. & quemadmod.*

12 Τὰ καταπίπτοντα ἐρειπώδη πυκνὰ νέα οἰκοδομῆ, *ita Synopsis Basil. 26. tit. 8. c. 15. 2. titulor. 10. §. 8. Glossis antiquis, strata tecta*: nisi malis *sarta tecta* legere.

13 *L. 10. in fin. ff. de damno.*

14 Non continuo qui *in* alieno ædificat, impensis donari videtur. *l. 2. in fin. C. eod.*

15 Vid. *l. 38. in fin. ff. de hered. pet.* multo magis retentione uteris. *l. 14. ff. de doli mali except.*

16 Fructuarius, ejusque heres usucapere non potest. Cur ita? Vid. §. 4. *vers. Fructuarius. Inst. per quas personas cuique. l. 10. in pand. & Orestis VV. CC. 531.*

17 Sensus est, rei fructuariæ proprietatem usufructuarius alienare non potest. *l. 6. C. eod.* Alienat, qui manumittit. *l. 1. vers. Sive autem usufructuarius l. comm. de manumiss.*

18 *L. 4. C. de his qui à non dominis.* 19 Aliud est, ministerium servi consequi: aliud ejus dominium. 20 Nudæ proprietatis dominus usumfructum locare non potest. *l. 2. in fin. C. eod.* Plenæ proprietatis dominus potest, *ut hic.* Quid si moritur is, qui ab eo conduxit? usufructum ad locatorem redibit, *ut hic.* Quid si qui locavit? non finitur: & ita legitur à quibusdam hic: *conductrici, morte ejus qui locavit.* Quid si fructuarius locavit? (id enim potest. §. 1. *in fin. Inst. de usufr. & habit.* ut & alienare. *l. 67. ff. de usufr.*) Si jus sibi competens locavit conductoria, heres fruetur: sin minus, jus speciale finiendum ex verbis locationis. 21 *L. 10. ff. de capite minut. l. 10. ff. de usu.*

22 Subscripsio hæc non convenit inscriptioni. 23 Ambiguitas ex eo nascitur: Usufructu in tempus pubertatis, filii relicto filii pubertate usumfructum extinguit: in tempus vero quo furor ejus cessaverit, furore per mortem filii cessante non extinguit. *Verum* decidendi ratio consistit in eo: priore casu, usumfructum relictum esse in tempus seu curriculum aliquod vitæ (quod cum fit, relinquitur sane usufructus in tempus certum: est enim curriculum pubertatis lege certum) posteriore vero in vitam fructuarii. Nam qui alicui usumfructum in tempus furoris in filio finiti legat, in tempus vitæ fructuarii legasse intelligitur: quia incerta furoris cessatio est. 24 Hæc quarta est decisio ex 50. novis Justinianeis, ut videre est apud Inglois *tract. ad hac decision.* Aut. 25 Constituitur *de rata vitæ*: hæc species. Usufructus Titio relictus est *in certum tempus, puta pubertatis filii vel Sempronii.* Dic, filio vel Sempronio puberibus factis usumfructum extingui, *ibi flare.* Quid si filius ante pubertatem vel certum illud tempus mortuus sit? Non perit usufructus ante eum diem, quo filius pubes, si viveret, fieret: *ibi, sive persona.* Atqui usufructu ad hominis vitam relicto, vita finita, usufructus interit? Interit sane. Verum hic usufructus, non tam ad vitam alterius relictus est, quam ad certum curriculum vitæ vel ætatis: ut in hac specie curriculum illud expectari oporteat: neque interesse usufructus antequam curriculum illud certe venerit. *Ibi, magne enim.* Quid si filio nondum pubere, & illud certum tempus non assecuto fructuarius mortuus sit? interit usufructus, neque ad heredem ejus transmittitur: licet curriculum ætatis, in quod usufructus relictus est, nondum præterierit. Cur tam varie? nempe quod juris indubitati sit, morte fructuarii usumfructum extingui. *Ibi, nisi ipse.* Et hæc obtinent quoties ad certum tempus usufructus relinquitur. Quid si ad incertum: & Titio usufructus ita relictus est: *Donec filius vel alius in furore remanserit?* Furore certum personarum finito, alio quam per mortem casu, usufructus finietur. *vers. Sive autem talis.* Quid si per mortem furor in illis personis cessaverit, & personæ illæ in furore decesserint? nondum interitus usumfructum dicendum est: cum hoc casu in ipsum ipsius usufructuarii vitam, usufructus relictus videatur. Fructuario igitur tunc vivo, supererit usufructus, cum in ejus vitam relictus intelligatur. *vers. Sive autem adhuc.* Diversitatis ratio. Dic primum fieri potuisse, filius ut per omnem usufructuarii vitam furiosus esset. Igitur humanissimum esse, ut in ipsius fructuarii vitam usufructus eo casu extendatur. Dices denique hanc humanioremsententiam esse, ut fructuario ad ejus vitam relictus usufructus videatur, non simpliciter ad vitam furiosi: ut non, quid furioso acciderit, sed quid ei accidere potuerit, inspiciamus. *vers. Cum enim possibile.* Id alia quoque ratione colligitur. Quemadmodum enim superius diximus, usufructuario ante impletam furoris conditionem seu furoris cessationem decedente extinguit usumfructum. *vers. Sic mutandum.* Ita humanum est usumfructum extendi in vitam fructuarii, licet antea furiosus decesserit. *vers. Ita humanum est.* Hæc speciei distributione puto vel ipsi Justiniano satisfactum plenissime esse.

26 *L. 4. C. eod. l. 4. ff. de usufruct.* 27 *L. 37. ff. de usufruct. l. 3. ff. quibus modis usufruct.*

28 Usufructus non ad vitam hominis relictus, sed ad certa curricula morte non finitur: sed curriculo tantum elapso.

29 Titio usufructus relictus in tempus pubertatis filii: Titius ante pubertatem filii moritur: est, quæritur quid juris sit? Interit usufructus, neque ad ejus heredem transmittitur, ut hic. Cur non ad ipsum impuberem? cum ejus commodatissime exigitur alendi in ipsa impuberi ætate usufructus relictus videatur: quod sane colligas ex ipsa formula usufructus, in qua fieri idem pubertatis filii memini videtur, ut sciat puer idem sibi relictum usumfructum, ut ad pubertatem usque filium alerat.

30 Vide *l. 3. ff. eod.*

31 *L. 3. ff. eod.*

32 Eventus resipiscentiæ in furioso incertus.

33 Recte si pars usumfructui specifica. Possis tamen quærere, cur non usufructus ipse ad furiosum jupertimum usque perrigatur, cujus contemplatione usufructus ejus pueri relictus videretur ut furiosus filium quoadvis in furore esset, alere? usufructum in persona filii femore manere tamen videtur. *arg. l. ult. in fin. C. eod.*

34 Habitationis usufructus, neque usus simplex est, nec usufructus, sed jus proprium.

35 Nota veram controversiæ circa jus habitationis motæ.

36 Nota jus novum in jure habitationis receptum. *Goth.*

Hæc quinta est decisio ex nova Justiniani vide Inglois. Aut.

37 *Igitur* videtur, usum habitationis *Imperat. 16. tit. 8. cap. 32.* vel ei æquiparatur usufructus habitationis. *vers. Et nulla major. C. eod.*

38 Habitatio cui relicta est eam locare potest. §. 5. *in fin. Inst. de usu & habit.*

39 Paria sunt, quoties de habitationis jure quæritur, per se ei habitatione, & per alium eadem uti, eaque ex pactione recipere.

40 Adhuc non auditur, si ejus usus interfit.

41 Plus enim habet usufructus habitationis, quam ejus nudum usum habenti.

42 Usufructus habitationis relictus, quærituc an legatario possit eum usufructum locare: posse locare, certum est, *l. 10. ff. de usu & habit.*

43 Paria sunt, quoties de habitationis jure quæritur, per se ei habitatione, & per alium eadem uti, eaque ex pactione recipere.

44 Habitationis legatarius, non est ejus dominus.

45 Habitatione legata non *censetur* rei dominium legatum: nisi probetur testatorem propriatem legasse, *ut hic.* Exinde colligas habitationis verbo pleromque ipsum proprietatem veneri posse. 46 A confuetu actus conditione tacite posthumus recedere. Tacita velut ea probatur evidentissimis probationibus. 47 Usufructu deducto, legatis nudus, quæritur quid juris sit penes heredem, quidve penes legatarium? Quidam putabant adhuc usumfructum perpetuo fieri heredis ejusve successorum. Alii putabant id genus legati, legatario non esse inutile. Justinianus decidit: legatis nudibus deducto usufructu, legatarium vivo heredi eundem proprietatem adhuc consequi: eo mortuo usumfructum earum ad eum redire. Goth. Hæc est sexta decisio ex 50. Justinian. vid. Inglois. Aut. 48 Deducto fundo usufructu. *l. 6. ff. de usufruct. l. 4. ff. si usufruct. petan. §. 1. Inst. de usu.* Id nisi suppleveris, ut hic. *vers. Sed si quis noverit.* 49 Inclusa desunt in quibusdam manuscriptis. 50 Id est, quoties relictus ad fundos deducto usufructu: ut sit sensus, Si fundus legatur deducto usufructu, legatario eundem habet, proprietatem, heres usumfructum. §. 1. *Inst. de usufruct.* Hujusmodi usufructus una cum herede finitur. *J. eod.* 51 Hæc lex 15. *junct. l. 16.* facient superiorem decisionem Justinianeam ex 50. vid. Inglois. Aut. 52 Quærito. 53 Vid. *l. ult. J. de peculio. l. 1. ff. de exercit. act.* 54 Usufructu per servum adquisito, servus pro parte alienatus est, quæritur quid juris sit? Alii solidum interitu usumfructum putabant. *vers. Duo.* Alii pro parte. *vers. Alii.* Alii nullo modo interire, sed solidum servari, & in hac sententia Juliani Justinianus adquiescit hac lege. *vers. Tertia. vers. Et in novissima.* 55 Prima veterum opinio, quæ est Juliani & Justiniani. 56 Secunda veterum opinio. 57 Tertia veterum opinio, quæ est Juliani & Justiniani. 58 Id est, expectandum aut admittendum, sic aliis in proœmio Digestorum, studiosum.

dixerit habitationis jus esse personale. Possis quoque respondere, in hac specie non simpliciter habitationem, sed usumfructum habitationis esse. Qui usumfructuarium potuerit, eundem locare posse idem quoque fatebimur. Quoties enim fit usufructus mentio, locationem legatario permissum consequenter esse, intelligere debemus. Et tamen utcunque posse habitationis usum relictum aliqui fuisse, legatarium eum usum locare posse, verius fuerit. *vers. Et si quidem. C. eod.* 43 Idem effectus est habitationis domus & ejus usufructus, *ut hic. vel ubi dem. C. eod.* 44 Habitationis legatarius, non est ejus dominus. *l. 32. in fin. ff. de usufruct. l. 10. de usu.* 45 Habitatione legata non *censetur* rei dominium legatum: nisi probetur testatorem propriatem legasse, *ut hic.* Exinde colligas habitationis verbo pleromque ipsum proprietatem veneri posse. 46 A confuetu actus conditione tacite posthumus recedere. Tacita velut ea probatur evidentissimis probationibus. 47 Usufructu deducto, legatis nudibus, quæritur quid juris sit penes heredem, quidve penes legatarium? Quidam putabant adhuc usumfructum perpetuo fieri heredis ejusve successorum. Alii putabant id genus legati, legatario non esse inutile. Justinianus decidit: legatis nudibus deducto usufructu, legatarium vivo heredi eundem proprietatem adhuc consequi: eo mortuo usumfructum earum ad eum redire. Goth. Hæc est sexta decisio ex 50. Justinian. vid. Inglois. Aut. 48 Deducto fundo usufructu. *l. 6. ff. de usufruct. l. 4. ff. si usufruct. petan. §. 1. Inst. de usu.* Id nisi suppleveris, ut hic. *vers. Sed si quis noverit.* 49 Inclusa desunt in quibusdam manuscriptis. 50 Id est, quoties relictus ad fundos deducto usufructu: ut sit sensus, Si fundus legatur deducto usufructu, legatario eundem habet, proprietatem, heres usumfructum. §. 1. *Inst. de usufruct.* Hujusmodi usufructus una cum herede finitur. *J. eod.* 51 Hæc lex 15. *junct. l. 16.* facient superiorem decisionem Justinianeam ex 50. vid. Inglois. Aut. 52 Quærito. 53 Vid. *l. ult. J. de peculio. l. 1. ff. de exercit. act.* 54 Usufructu per servum adquisito, servus pro parte alienatus est, quæritur quid juris sit? Alii solidum interitu usumfructum putabant. *vers. Duo.* Alii pro parte. *vers. Alii.* Alii nullo modo interire, sed solidum servari, & in hac sententia Juliani Justinianus adquiescit hac lege. *vers. Tertia. vers. Et in novissima.* 55 Prima veterum opinio, quæ est Juliani & Justiniani. 56 Secunda veterum opinio. 57 Tertia veterum opinio, quæ est Juliani & Justiniani. 58 Id est, expectandum aut admittendum, sic aliis in proœmio Digestorum, studiosum.

suam naturam integer atque incorruptus: & quemadmodum ab initio fixus est, ita & conservetur, ex hujusmodi casu nullo deterioratus modo. Datum x. Kalend. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

Quibus modis ususfructus vel albus de usufructu tollitur.

XVI. Idem A. Juliano P. P.

CORruptionem [1] ususfructus multiplicem esse veteribus placuit, vel morte [2] usufructuarii, vel capitis [3] diminutione, vel non [4] utendo, vel aliis [5] quibusdam non ignoratis modis. Sed de usufructu quidem hoc indubitatum fuerat: de personali autem actione, quæ super usufructu nascitur, sive in stipulationem ususfructus deductus sit, sive [6] ex testamento relictus, dubitabatur: morte quidem usufructuarii, & capitis diminutione eam tolli omnibus concedentibus: non utendo autem, si per annum vel biennium forsitan [eundem] usumfructum non petierit usufructuarius, si personalis actio tollatur, altercantibus?

§. 1. Sed [7] nos hoc decidentes sancimus, non solum actionem, quæ de usufructu nascitur, sed nec ipsum usumfructum non utendo cadere, nisi tantummodo morte usufructuarii, & ipsius rei interitu: sed usumfructum, quem sibi aliquis adquisivit, hunc habeat dum vivit, intactum: cum [8] multæ, & innumerabiles causæ rebus incidant mortalium, per quas homines jugiter retinere, quod habent, non possunt: & est satis durum, per hujusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est: nisi [9] talis exceptio usufructuario opponatur, quæ, etiamsi dominium vindicaret, posset cum præsentem vel absentem excludere. §. 2. Sed neque per omnem [10] capitis diminutionem hujusmodi detrimentum imminere nostris patimur subjectis. Quare enim si filiusfamilias fuerit is qui usumfructum habet, forte ex castrensi peculio, ubi [11] nec patri ususfructus acquiritur, ei possessum, per emancipationem [12] cum amittat? sed secundum quod definitum est, tunc eum tantummodo desinere: cum usufructuarius, vel res pereat, tantummodo eum anima [13] vel rei substantia expirare: nisi prædictæ exceptionis vigor reclamaverit: excepta videlicet tali capitis diminutione, quæ vel [14] libertatem vel civitatem Romanam possit adimere: tunc etenim ususfructus omnimodo ereptus, ad suam revertatur proprietatem. Dat. Kal. Octob. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

De usufructu filiofam. vel servo relicto.

XVII. Idem A. Johanni P. P.

EX libris Sabinianis quæstio nobis relata est, per quam dubitabatur, Si ususfructus per servum acquisitus, vel per filiumfamilias, capitis diminutione [15] filii magna, vel media, vel morte, vel emancipatione, vel servi quacunque alienatione, vel morte, vel manumissione possit adhuc remanere? Et ideo sancimus [16] in hujusmodi casibus, neque si servus vel filiusfamilias in præfatos casus inciderit, interrumpi patri, vel domino usumfructum, qui per eos acquisitus est, sed manere intactum. Neque si pater magnam capitis diminutionem vel mediam passus fuerit, vel morte ab hac luce fuerit exemptus, usumfructum perire: sed apud filium remanere, etiamsi heres à patre non relinquatur: Usumfructum enim per eum acquisitum, apud eum remanere etiam post patris calamitatem oportet: cum plerumque verisimile [17] sit testatorem contemplatione [magis filii,] quam patris, usumfructum ei reliquisse. Dat. XV. Kal. Novemb. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

[1] *Paul. 3. sent. 6. §. 29.* [2] *Inst. de usufr. §. 3. Paul. de usufr. & quemadmodum amitt. Goth.* Hanc legem Modestinus explicuit in operis intelligendum. *l. 4. C. eod.* [3] *l. 1. §. ult. ff. quib. mod. usufr.* [4] *l. §. 3. l. 23. l. 38. ff. quib. mod. usufr.* [5] *Vid. l. 4. §. 3. usufr. hom. Paul. 7. sent. §. 58. & §.* [6] Constituitur enim ususfructus vel testamento, vel contractu. *l. 4. in fin. ff. de usufr. l. 3. pr. de usufructu. l. 3. ff. de usufructu.* [7] Ususfructus, quisque nomine actio morte perit: non utendo non perit, *ut hic.* Cur ita? vid. *vers. cum enim. l. eod.* [8] Ratio decidendi. [9] Ususfructus est ipso actio suis usufructuario, & usufructuario, & usi interitu perit. An & non utendo non perit, nisi longi temporis spatio, *ut hic, & l. 13. §. ult. præscript. 3 sent. 6. §. 28 & 30.* [10] Sed per medium & maximam non minimam. *§. 1. in fin. Inst. de adquis. per adrog.* [11] Ususfructum in castrensi peculio filii pater non habet. [12] Est enim emancipatio capitis diminutionis species. [13] Ususfructus extinguitur morte fructuarii, re perempta, & ne capitis deminutione, qua vel libertas vel civitas amittitur. [14] Minima capitis diminutione familiam rumpit: media familiam & domum: maxima familiam, civitatem, & quod majus est, libertatem amittimus. *l. ult. ff. de cap. min.* [15] Vid. *Paul. 3. sent. 6. §. 29.* [16] Ususfructus quæsitus per servum vel filium, servi vel filii capitis minutione non extinguitur, *ut hic.* Quid si pater servus aut peregrinus fictus fuerit, aut mortuus sit? Apud filium talis ususfructus manet, etiamsi heres à patre relictus non fuerit. *vers. Neque.* Cur ita? vid. *vers. Cum plerumque.* [17] In dubio contemplatione filii relictum præsumitur.

TIT. XXXIV.

DE SERVITUTIBUS [18] ET AQUA. [19]

De eo qui ædificando luminibus officit. De longi temporis consuetudine.

1. Imp. ANTONINUS A. Calphurniæ.

SI quas actiones adversus eum, qui ædificium contra veterem [20] formam extruxit, ut luminibus [21] tuis officeret, competere tibi existimas; more solito [per judicem] exercere non prohiberis: Is, qui judex erit, *longi temporis* [22] *consuetudinem, vicem* [23] *servitutis obtinere sciet:* modo si is, qui pulsatur, nec vi nec clam, nec precario possidet. P. P. III. Id. Novembr. GERTIANO & BASSO Conss. 212.

[18] *Paul. 1. sent. 17. Inst. lib. II. tit. & VIII. D. l. II. III. IV. V. VI. sept. Instit. ff. Ecl. l. & 2. Harmen. sept. Instit. De actione in rem confessoria pro servitutibus, vel Ferrarinensis in servitutibus confessoria pro servitute. 30. Oldendorp. class. 3. act. 5. De utroque vid. §. 2. Inst. de act. & ibi interpretes.* [19] Ne dicas, *arenda*, ut *vit. ff. de aqua & aq. pluv.* sed de servitutibus aquæductus, aquæ haustus. Cujac. notat hic & ἀφαιρέσεως legendum esse. *De aqua & aliis servit. ut l. 3. ff. eod. Goth.* Ad hunc titulum & singulas leges vid. Anton. de Padill. Auct. [20] Hanc legem difficilem & utilem sic interpretor: Ubi neque servitus expressim, vel tacite adquisita est, nobis licet tollendo ædes vicini obscurare: nec eo nomine ulla competit ei actio. *l. 1. §. 9. ff. eod. adde l. 26. ff. de damn. vid. Cujac. 1. observ. 17.* Idem dicendum, si in area ædificandi, & tamen ejus legitimum spatium à vicina insula servandum est. *l. 14. ff. de servit. urb.* Ubi cum servitus humanis expressim adquisita, non licet in eam quidquam committere. *l. 5. §. ult. ff. eod.* (Lumen est autem, ut cœlum videatur. *l. 16. de serv. urb.*) Quid si tacite: vetus enim ædificiorum forma vicem servituris obtinet, *ut hic:* jubet Imperator veterem formam servari, *ut hic. l. 7. §. ult. C. eod. l. 12. §. 1. ff. de ædific. l. 11. ff. de servit. urb.* vetat tollendo luminibus vicini offici; aut enim damnum, qui tollendo officit. *l. 25. ff. de damn.* Hinc consequitur, cuivis permitti dum vicino non officiat: Cæterum officiat necne, non ex actoris opinione vel affirmatione corrupta, sed ex æquo bonoque dijudicabitur. Ac primum quidem ex civitatum statutis. His destinatibus res erit finienda judicis officio qui rem in præsentem se consecutus. Id cum accidet, res dijudicari vix poterit melius, quam si vicinarum ædium altitudines, & fundamenta diligenter judex inspexerit. *l. 11. §. 2. ff. de ædificiis privatis.* [24] Nam quo magis diffabit notver à vicino pariet, eo liberior ædificandi in eo facultas fuerit: & in ædificantes minus luminibus vicini officiemus. Possunt & ædes ipsius vicini fortiori, cui vicinus injuriam tollendo non facit, si tantum luminis ei relinquit, quantum ipse sibi sua reliquisse in area repertus fuerit. Est enim perinde quum vicinus ut à vicino lumen aperiendum exigas, quam ipse sibi suo in ædificio & area interiore reliquit. Potest etiam cognitio hæc à forma vicinorum, vel reliquorum urbis ædificiorum educi: ut & publicorum aliarum intercapedine, vel altitudine: ut quo scilicet altitudine cæteris ædificare commodum fuerit, vel cujus & hoc volenti tollere, facilicet sit concessum. Sine invidia cuique fugere licet in suo, quod aliis sit permissum. Fuerint enim leges cujuscunque fundi libertatibus & jure consequentia servitutem deberi, suam intentionem fundatam in jure communi habere præsumitur. Quodsi enim res juxta naturali libera præsumitur. *l. 4. ff. de injur.* Nec etiam servire, ut qui per centum annos domum suam deprehensam habuerit, non possit eam vicinus invitus tollere; quod in aliis patentate semper fuerit eum tollere, vel non tollere: & jure suo civis servandi animum usus fuerit. Tempus quoque non est modus inducendæ obligationis in futurum. *l. 44. §. 1. ff. de obligat.* sed ulterius prohibitio requiritur: sine qua non currit hic præscriptio. vid. *Menoch. cons. 81. num. 11.* adde alia quæ dicam, *l. 9. §. ult. eod.* De prospectu dicam [25] Hanc legem pertinere ad provinciales, non ad Italica prædia notat Cujac. ad *l. 2. ff. de injuriam.* [26] Servitutem aquæductus per triennium continentia domino aquam ducentis, adquirimus: ante triennium perfectum ducere à domino prohiberi possumus: neque tempus in eam rem factum ab eo petimus. *Synops. Basil. 58. tit. 7. c. 2. & 2. Harm. 4. §. 118.* [27] Id est, fundum. [28] Atque ita non clam. *l. 10. ff. si servitus vindicetur. l. 1. §. fin. & 3. ff. quod vi.* [29] Græci legunt *mobilium.* Sed melius forte legemus, *immobilium. Bel 1. c. 14.* ut immobilibus servitutes comparemus potius quam mobilibus, ut & panes civiles. *Negell. 7.* vid. *Cujac. cap. 22. de diversis temp. præscript. & term.* adde *eund. 2. Paul. 1. fol. 504.* Etsi Panormitanus res sic faciat, neque mobiles, neque immobiles. Sed præstat immobilibus adnumerari, adhærent enim immobili. vid. *Gaill. 2 obs. 11. num. 11.* [30] Triennii ut volunt Græci, *Synops. de loco tacto Cujac. c. 22. de præscr.* decennii inter præsentes, vicennii inter absentes: quia sic est in immobilibus, *l. 1. ff. de usuc. transfer. ubi Accurs.* alii in publico flumine ducatur. Nec omnino nisi tempora cujus non extat memoria præscribitur, *l. 3. §. 4. ff. de aqua quotid.* Quid si ex prædio Ecclesiæ? annorum 40. præscriptio requiritur. *Bald. lit. adde Wurmser. 1. pract. 27. obs. 7.* [31] Vide *tamen quæ dixi ad l. 38. ff. de hered. pet.* [32] Id est, fundo alieno. [33] Id est, ædificii, canalium & similium. [34] Id est, quoad jus non est diversum. *l. 2. C. de rei vind.* [35] Id est, non solum in Italico. vid. *Cujac. 7. observ. 3.* provincialia prædia, tributaria, stipendiaria: unde & ratio decidendi fluxit. Videtur enim constituta servitute tributi deterior causa fieri. adde *Cujac. ad l. 4. in fin. ff. de aqua & aq. pluv.* [36] Quod auctor non potuit prohibere, succedere prohibere non potest. [37] *L. 23. §. 2. ff. de serv. rust.* v. quæ notavi *ad l. 20. §. 1. ff. de adquir. rer.* [38] *Adde l. 10. in fin. ff. §. 1. §. 15. ff. de aqua quotidiana.* [39] Aquam nemo ducere potest ex alieno fonte citra voluntatem ejus, qui fundi dominus est. *Synopsis cod. c. 4.* [40] Vid. *l. 8. ff. de aqua & aq. pluv.* [41] Et tollere, *l. 1. ff. eod. l. 14. 15. in fin. ff. si servit.* [42] *L. 1. ff. eod.* [43] Hinc colligit Alciatus 1. *præs. 32.* Quemlibet præsumi rem suam primum curare, deinde alienam & sic ordinarium charitatem incipere à seipso. *Bald.* [44] Sic antea fitire Cicero 2. *ad Atticum 14.* fontes sitire. *Idem 3. epist. ad Quintum fratrem.* herbæ sitiunt. *Virgil. Ecl. 7. & 4. Georg.* prata bibunt. *Virgil. Ecl. 3. in fin.* apud Anacreontem, πίνουσι δένδρα. [45] *D. l. 1.* [46] Mystagogus tamen respondit privatum posse vivarium urbi vicinæ aliquo modo utile in agrum frumentarium vel similem mutare. *Resp. 81.* An præcaveare aquam flumini vel molendini in flumine, ut præjudicium fiat inferioribus, v. Ferrar. in *ser. libert. servit confess. 30. Ibi, Servitus aqua. d. 6.* [47] Ne quidem fictus fervitutem, quæ semel est constituta tollere potest. *Syn. Basil. 58. tit. 3. c. 5.* & obscurare vicini. *l. 9. §. ult. l. 9. ff. de servit. urban.* dixi *l. ult. l. 1. l. 24. 26. ff. de damno.* [48] Alias exceptiones, vid. apud Socin. *reg. 102.* [49] Cur ita? res præsumitur ab origine sua esse libera. vid. *Alciat. 2. præsumpt. 3.* Nec enim servitutes habent causas naturales, sed conventa vel præscriptas: & quisque in suo ad cœlum usque (si ita licet dicere) ædificare potest. *l. 1. in fin. pr. l. 24. ff. de serv. urb. l. ult. §. 4. ff. quod vi.* Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Bartol. Capoll. *ad tit. de servit. urb. prad. Rust. de Servitut. altius tollend.* Portador. *rer. quotidian. cap. 15.* S. L. Hinc etiam inferunt rem præsumi liberam allodialem non feudalem. Feudum enim speciem servitutis esse quæ regulariter præsumenda non sit, nisi probetur: probari tamen intelligi rem feudalem esse, si semel talis fuerit. vid. *Gaill. 2. obs. 6. n. 2. 3. 4. 5.* [50] *L. 1. ff. eod.* [51] *L. 5. l. 8. ff. eod.* [52] Dixi *ad l. 8.* [53] Aquæductus, ut & stillicidii servitus, cum primum est constituta, quasi continua est. Continuatur enim facto naturæ citra factum hominis. Tigni & oneris ferendi, continua: ut quidem continuo naturæ facto citra factum hominis. Iter, actus, via & similes servitutes, discretionæ: in his enim requiritur factum hominis: non tamen perpetuum. vid. *Wurmser. 1. pract. 27. obs. 1.* [54] Quo? vid. *l. 13. 14. ff. eod.* [55] Vid. *l. 6. ff. eod.* vid. *l. 30. ff. de damno.* [56] Ut & macopari. *l. 16. ff. de serv. rustic.* pilcari, ingredi. *l. 13. in fin. ff. de injuriis.* [57] Alia exempla vid. *in d. l. 13. & l. 2. §. 9. ff. ut quid in loco publico.*

De eo, qui faciendæ domino aquam duxit.

II. Idem A. Marciali.

SI [54] aquam [55] per [56] possessionem [57] Marcialis eo sciente [58] duxisti: servitutem exemplo rerum immobilium [59] tempore [60] quæsisti. Quod si ante id spatium ejus usus tibi interdictus est, frustra [61] sumptus in ea re factos præstari tibi postulas: cum in aliena possessione [62] operis [63] facti dominium quoad in eadem causa manet [64], ad eum pertineat, cujus est possessio. P. P. Kal. Jul. LÆTO & CERIALI Conss. 216.

De prædio provinciali.

III. Imp. ALEXAND. A. Ricanæ.

ET in provinciali [65] prædio constitui servitus aquæductus, vel aliæ servitutes possunt: si ea præcesserint, quæ servitutes constituunt: tueri enim placita inter contrahentes debent. Quare non ignorabis, si [66] priores possessores aquam duci per prædia prohibere jure non potuerint, cum eodem [67] onere perferendæ servitutis transire ad emptores [68] eadem prædia posse. P. P. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

De aqua invito domino non ducenda.

IV. Idem A. Corneliano.

AQuam [69], quæ in alieno loco oritur, sine [70] voluntate ejus, ad quem usus ejusdem aquæ pertinet, Prætoris edictum non permittit ducere. P. P. Idib. August. MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

De eo, quod contra servitutem debitam extructum est.

V. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Luciano militi.

SI quid pars adversa contra serviturem ædibus tuis debitam injuriose extruxit: Præses provinciæ revocare [71] ad pristinam formam, damni etiam ratione habita pro sua gravitate curabit. P. P. Kal. Febr. PRÆSENTE & ALBINO Conss. 247.

De aqua invito domino non ducenda.

VI. Imp. CLAUDIUS A. Prisco.

PRæses provinciæ usu aquæ, quam ex fonte juris tui profluere allegas, contra statutam [72] consuetudinis formam cetere te non permittet: cum sit durum [73] & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum sitientibus [74] agris tuis ad alienum usum vicinorum injuria propagari. P. P. VII. Kalend. Maji, CLAUDIO A. & PATERNO Conss. 270.

De vetere consuetudine.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Juliano P. P.

SI manifeste doceri possit, jus aquæ ex vetere [75] more atque observatione per certa loca profluentis utilitatem certis fundis [76] irrigandi causa exhibere: Procurator noster, ne quid contra veterem [formam] atque solennem morem innoverur, providebit. P. P. IV. Non. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO Conss. 216.

De ædificio altius sublato: de fenestra in pariete vicini falsa.

VIII. Iidem AA. & CC. Aniceto.

ALtius quidem ædificia tollere [77], si [78] domus servitutem non debeat, dominus ejus minime prohibetur [79]. In pariete vero tuo, si fenestram Julianus vi vel clam feciffe convincatur: sumptibus suis opus tollere [80], & integrum parietem restituere compellitur. Dat. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De ædificio altius sublato.

IX. Iidem AA. & CC. Zosimo.

SI in ædibus vicini tibi debita servitute, parietem altius ædificavit Heraclius: novum opus suis sumptibus per Præsidem provinciæ tollere [81] compelletur. Sed si te serviturem habuisse non probetur, tollendi altius ædificium vicino non [82] est interdictum. P. P. Kal. Julii, *Sirmii*, AA. Conss. 293.

Si servitus aquæ ducendæ deberi negetur.

X. Iidem AA. & CC. Nymphidio.

SI ibi servitutem aquæ [83] [ducendæ] deberi Præses animadverterit, nec hac te non utentem spatio [84] temporis amisisse perspexerit, uti te iterum jure proprio providebit. Nam si hoc minime probetur, loco proprio facto opere, dominus fundi continere aquam, & facere [85], quo minus ager tuus irrigari possit, non prohibetur. P. P. XI. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

De itinere, actu, via.

XI. Iidem AA. & CC. Aureliano.

PEr agrum quidem alienum, qui serviturem non debet, ire vel agere [86] vicino minime licet: Uti autem via publica [87] nemo recte prohibetur. Dat. XI. Kalend. Novemb. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

[69] *De* [70] Quod auctor [71] *L. 23. §. 2. ff. de serv. rust. v. quæ notavi ad l. 20. §. 1. ff. de adquir. rer.* [72] *Adde l. 10. in fin. ff. §. 1. §. 15. ff. de aqua quotidiana.* [73] Aquam nemo ducere potest ex alieno fonte citra voluntatem ejus, qui fundi dominus est. *Synopsis cod. c. 4.* [74] Vid. *l. 8. ff. de aqua & aq. pluv.* [75] Et tollere, *l. 1. ff. eod. l. 14. 15. in fin. ff. si servit.* [76] *L. 1. ff. eod.* [77] Hinc colligit Alciatus 1. *præs. 32.* Quemlibet præsumi rem suam primum curare, deinde alienam & sic ordinarium charitatem incipere à seipso. *Bald.* [78] Sic antea fitire Cicero 2. *ad Atticum 14.* fontes sitire. *Idem 3. epist. ad Quintum fratrem.* herbæ sitiunt. *Virgil. Ecl. 7. & 4. Georg.* prata bibunt. *Virgil. Ecl. 3. in fin.* apud Anacreontem, πίνουσι δένδρα. [79] *D. l. 1.* [80] Mystagogus tamen respondit privatum posse vivarium urbi vicinæ aliquo modo utile in agrum frumentarium vel similem mutare. *Resp. 81.* An præcaveare aquam flumini vel molendini in flumine, ut præjudicium fiat inferioribus, v. Ferrar. in *ser. libert. servit confess. 30. Ibi, Servitus aqua. d. 6.* [81] Ne quidem fictus fervitutem, quæ semel est constituta tollere potest. *Syn. Basil. 58. tit. 3. c. 5.* & obscurare vicini. *l. 9. §. ult. l. 9. ff. de servit. urban.* dixi *l. ult. l. 1. l. 24. 26. ff. de damno.* [82] Alias exceptiones, vid. apud Socin. *reg. 102.* [83] Cur ita? res præsumitur ab origine sua esse libera. vid. *Alciat. 2. præsumpt. 3.* Nec enim servitutes habent causas naturales, sed conventa vel præscriptas: & quisque in suo ad cœlum usque (si ita licet dicere) ædificare potest. *l. 1. in fin. pr. l. 24. ff. de serv. urb. l. ult. §. 4. ff. quod vi.* Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Bartol. Capoll. *ad tit. de servit. urb. prad. Rust. de Servitut. altius tollend.* Portador. *rer. quotidian. cap. 15.* S. L. Hinc etiam inferunt rem præsumi liberam allodialem non feudalem. Feudum enim speciem servitutis esse quæ regulariter præsumenda non sit, nisi probetur: probari tamen intelligi rem feudalem esse, si semel talis fuerit. vid. *Gaill. 2. obs. 6. n. 2. 3. 4. 5.* [84] *L. 1. ff. eod.* [85] *L. 5. l. 8. ff. eod.* [86] Dixi *ad l. 8.* [87] Aquæductus, ut & stillicidii servitus, cum primum est constituta, quasi continua est. Continuatur enim facto naturæ citra factum hominis. Tigni & oneris ferendi, continua: ut quidem continuo naturæ facto citra factum hominis. Iter, actus, via & similes servitutes, discretionæ: in his enim requiritur factum hominis: non tamen perpetuum. vid. *Wurmser. 1. pract. 27. obs. 1.* [88] Quo? vid. *l. 13. 14. ff. eod.* [89] Vid. *l. 6. ff. eod.* vid. *l. 30. ff. de damno.* [90] Ut & macopari. *l. 16. ff. de serv. rustic.* pilcari, ingredi. *l. 13. in fin. ff. de injuriis.* [91] Alias exempla vid. *in d. l. 13. & l. 2. §. 9. ff. ut quid in loco publico.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

De termino aquæ ducendæ.

XII. Iidem AA. & CC. Valetio.

NOn [1] modus [2] prædiorum [3], sed servitus aquæ ducendæ [4] terminum [5] facit. P. P. III. Kal. Jan. CC. Conss. 294.

An servitus non utendo amittatur.

XIII. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

SIcut usumfructum [6], qui non [7] utendo per biennium in solis rebus: per annale autem [tempus] in mobilibus vel se [8] moventibus diminuebatur, non passi sumus hujusmodi sustinere compendiosum interitum, sed ei decennii [9] vel viginti annorum dedimus spatium: ita [10] & in exteris servitutibus obtinendum esse censuimus, ut omnes servitates non utendo amittantur, non biennio, (quia tantummodo soli rebus annexæ sunt) sed decennio contra præsentes, vel viginti spatio annorum contra absentes: [11] ut sit in omnibus hujusmodi rebus causa similis, exploris differentiis. Dat. XV. Kal. Novemb. *Constant.* post Consulatum Lampadii & Orestis, VV. CC. Conss. 531.

Ne ita ædificetur ut accessus venti ad aream, & Conculcatio fructuum impediatur.

XIV. Idem A. Johanni P. P.

CUm talis quæstio in libris Sabinianis verteretur: quidam enim pactus erat cum vicino suo, *Ut* [12] *liceret ei, vel per se, vel per suos homines per agrum vicini transitum facere, iterque habere uno* [13] *tantummodo die per quinquennium, quatenus* [14] *ei licentia esset in fundum sylvam inde transire, & arbores excidere, vel facere, quodcunque [necessarium] ei visum fuisset*: & quæreretur, quando hujusmodi servitus non utendo amitteretur? Et quidam putarent, si in primo vel secundo quinquennio per eam viam itum non esset, eandem servitutem penitus tolli, quasi per biennium ea non utendo deperdita, singulo die quinquennii pro anno numerando. Aliis [autem] aliam sententiam eligentibus, nobis placuit ita causam dirimere [15], ut, quia jam per legem [16] latam à nobis prospectum est, ne servitutes per biennium non utendo depereant, sed per decem vel viginti annorum curriculo, & in proposita specie si per quatuor [17] quinquennia, nec uno die vel ipse, vel homines ejus eadem servitute usi sunt, tunc eam penitus amittat viginti annorum desidia. Qui enim in tam longo prolixoque spatio suum jus minime consecutus est, sera pœnitentia ad pristinam servitutem reverti desiderat. §. 1. Cum autem apertissimi juris est, fructus aridos [18] conculcatione, quæ in area [19] fit, suam [20] naturam, & [21] utilitatem ostendere, aliquis vicinum suum vetabat, *ita ædificium extollere juxta aream suam, ut ventus excluderetur, & palea ex hujusmodi obstaculis secerni à frugibus non possent*, quasi vetito vento suam vim per omnem locum inferre ex hujusmodi ædificatione, cum secundum situm regionis, [&] auxilium venti aream accedit: Sancimus itaque nemini licere sic ædificare, vel alio modo versari, ut idoneum [22] ventum & sufficientem ad præfatum opus infringat, & inutilem domino aream, & fructuum inutilitatem faciat. Dat. XI. Kal. Novemb. *Constantinop.* post Consulatum Lampadii & Orestis, VV. CC. 531.

TIT. XXXV.
DE LEGE AQUILIA. [23]

De sylva combusta vel excisa.

I. Imp. Alexander A. Glyconidi.

DAmnum per injuriam [24] datum immisso [25] in sylvam igne, vel excisa ea [26], si probare potes: actione [27] legis Aquiliæ utere. P. P. VII. Id. Novemb. Alex. A. II. & Marcello Conss. 227.

De damno depositæ vel concremata. De aqua alio derivata.

II. Imp. Gord. A. Mutiano.

LEgis Aquiliæ actione expetitus adversus eum, quem domum tuam depositisse [28], vel incendio concremasse [29], damnoque te afflixisse proponis, ut id damnum sarciatur, competentis Judicis auctoritate consequeris. †. Quinetiam, si aqua per injuriam alio [30] derivata sit, ut in priorem statum restituatur, ejusdem judicis cura impertrabis. P. P. VIII. Id. Novemb. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De ancilla occisa.

III. Idem A. Dolenti.

EX morte ancillæ, quam cæsam conquestus es, tam legis Aquiliæ damni [31] sarciendi gratia actionem, quam criminalem [32] accusationem adversus obnoxium competere [tibi] posse non ambigitur. P. P. V. Kal. Aptil. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

Pœna rei furiosi.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Zoilo.

COntra negantem [33], ex lege Aquilia, si damnum per injuriam dedisse probetur, dupli [34] procedit condemnatio. Dat. XV. Kal. Maji, *Heraclio*, AA. Conss. 293.

De pecoribus inclusis & fame necatis, vel interfectis.

V. Iidem AA. & CC. Claudio.

DE pecoribus [35] tuis, quæ per injuriam inclusa [36] fame necata sunt, vel interfecta, legis Aquiliæ actione in duplum agere potes. Dat. XV. Kal. Nov. AA. Conss. 293.

De pastu.

VI. Iidem AA. & CC. Plenio.

DE his quæ per injuriam depasta [37] contendis, ex sententia [38] legis Aquiliæ agere minime prohiberis [39]. P. P. V. Kalend. Novemb. CC. Conss. 294.

---

[1] Aquæ concessæ modum eum ducendo excedere non debemus. *Synops. Basil. 58. tit. 7. cap. 10.*

[2] Id est, quantitas, spatium quantitas agri. *Ff. si mensor falsum modum. l. 40. ff. de contrab. empt. l. 4. in fin. ff. de aff. empt. l. 64. §. 1. ff. de evict.*

[3] De novo adquisitorum, post constitutum uni fundo servitutem.

[4] Ab initio fol. constituta.

[5] Id est, limitat jus aquæ ducendæ: ut sit finitus: Non, si meus fundus novis emptionibus auctus est, ideo amplioris aquæ modum alia parte in agros de novo comparatos ducere per agrum vicini licebit. *l. 24. ff. de serv. rust. l. 1. §. 15. ff. de aqua quot.* nec enim postumus servitutem deteriorem facere.

[6] Nota jus vetus de præscriptione usufructus.

[7] *L. 16. T. tit. prox.* vid. *Paul. 3. sent. 6. §. 30.*

[8] Vid. *l. 93. ff. de verb. sign.*

[9] Usufructus & servitutes urbanæ & rusticæ decennio inter præsentes, vicennio inter absentes non utendo amittuntur, ut hic, & *l. 14. J. eod. l. 16. §. 1. in fin. T. tit. prox. §. 3. inst. de usuf.* Quod si servitus discontinua sit. Idem dicendum fuerit, modo constituta sit sine aliquo temporis, mensium vel annorum intervallo: Secus si intervallis annorum, mensium & temporum habuerit. *l. 14. in pr. J. eod. l. 7. ff. quemadm. serv. amitt.* Eo casu interpretes ex *l. 1. 14.* volunt tam inter præsentes quam inter absentes hujusmodi servitutes viginti annis præscribi. vid. *Ferrar. in forma libelli, servitutes confitente 30. in ver. servitus aquæductus n. 27. Wurmser. 91. probl. n. 27. obs. 3. Schneidwin. §. fin. n. 27. inst. de servit. Cujac. ad l. 4. ff. de aquæp. fol. 269.* distinctionem adhibet inter servitutes urbanas & rusticas, sitque, rusticas non utendo amitti ususcapione libertatis: In urbanis opus esse facto ejus, qui servit: in rusticis ejus cui servitur cessationem sufficere. *l. 6. ff. de serv. urb. l. 18. in fin. ff. quemadm. servit.* 10 Exæquatio Justinianea hæc servitutum & usufructus, ut usufructus & servitutes non utendo decennio inter præsentes, vicennio inter absentes amittantur: rejecta biennii utriusque servitutis præscriptione, *ut hic.* adde *Synops. 7. cap. 10. & 2. Harm. 4. §. 137.* 11 Id est, vel eo maxime ut nullam aliam rationem adferamus, hæc tamen sufficiat, ut non minore spatio amittantur. 12 Pactus cum vicino suo, *ut ei liceat in sylvam suam per agrum vicini semel tantum per quinquennium transire*: si neque per seipsum, neque per homines suos ex servitute xx. continuis annis usus est, jus amittit, *ut hic. Synops. Basil. 58. tit. 7. c. 11.*

13 Hujusmodi servitus discontinuam causam temporis habet. 14 Sylvas quoque quinquennio cædi solitas hic locus indicio est. 15 Hæc est octava decisio ex 50. locis. Ut ex Ingolis. Ant. 16 *L. 13. T. eod.* 17 Id est, vicennio, de quo dixi ad *l. 13. T. eod. in verbo decennii. l. 7. ff. quemadm. servit. amitt.* 18 Vid. *l. ult. ff. de jure fisci.* 19 De area, adde *l. 14. in fin. ff. de aliment.* Goth. Non pugnat hæc l. cum *l. 2. ff. de servit. urban.* Hic area, pro loco accipitur in quo frumentum excutitur, ellique servitus Rustica: in *l. 2.* fumitur pro loco in ædibus vacuo, & tunc urbana est servitus. Donell. *lib. 11. comm. 4.* Arund. *Exercit. 5. thes. 3.* Ant. 20 Hoc est, aridi fructus trituratione exprimuntur ex spicis: ut eruti naturam suam, vim & utilitatem hominibus exhibeant. 21 Inutilitatem. *Cujac. ad l. 2. C. de fide & jure hastæ. & 16. observ. 29.* & ita quoque extat *in l. 2. §. 4. in fin. ff. depositi.* eo nomine à Roberto reprehenditur *1. recept. 31. 2. animadversi. 26.* Defenditur tamen ab Antonio Mercatore *2. not. 26.* Verbum *inutilitatis* reperitur apud Ciceronem, Cassiodorum, & Lucretium. 22 Ventum aream vicini sui auferre vicinos jure non potest, & eam inutilem reddere. Ventus necessarius & solitus ad triturationem frumenti tolli non potest. Nemo denique sic ædificare debet, ut eo ventum in aream vicini tendentem impediat. *Syn. Basil. 58. tit. περὶ κακοδομίων, ex tit. 7. cap. 11. in fin. 2. Harmen. 4. §. 26. in fin.* Idem dicendum de Sole. vid. Joannem Ancharanum *3. quæst. 23.* ubi notat in prædio rustico non posse ædificari in damnum vicini, propter fructuum ipsorum utilitatem.

---

[23] IV. *Inst. 3. §. ff. Exod. 19. tit. 20. cap. περὶ ξυλοκόπων ἀνδρῶν, &c. l. 28. §. 12. ff. de pœnis. 6. Harm. 1. περὶ ζημίας. & in Gregor. 6. tit. 5. & 5. Extra 35. Oldendorp. class. 6. act. 12.*

[24] Ne dicas affectam: hujusmodi namque injuriam qui dedit, ut incendiarius punitur. Injuria est, inquit *Paul. 3. sent. 3. §. ult.* potest enim accidere, ut per incuriam ignem in sylvam viciui immittamus. *Deuteron. 22.* eamque incendamus.

[25] *L. 2. J. eod. l. 27. §. 7. 8. 9. 10. 11. & 30. §. 3. ff. eod. 6. Harm. 12.*

[26] *L. 27. §. 25. 26. ff. eod.* 27 Lege vero Mosis, æstimatione. *Deuteron. 22. cap. 11. Callat. leg. Mosaic. 1.* ad duplum, *Paul. ibid.* quæ actio civilis est. *l. 28. §. 12. ff. de pœn.* quæ & incensarium nomen (ob incensas ædes) actio. *l. 7. §. 13. ff. de pœn.* 28 Deposuisse. *l. 27. §. 31. in fin. ff. eod.* devolvisse. *l. 30. ff. eod.* Nunquam igitur licebit impune domum alterius deponere? imo certis casibus licet impune. vid. *l. 3. §. 7. ff. de incendio.* 29 Vid. *l. 1. T. eod.* An conductor domus de incendio teneatur, dixi ad *l. 11. in fin. ff. de pœnis. & comm.* An vicinus vicino de incendio teneatur? Tenetur: si incendium ipsius vel domesticorum culpa accidit. vid. *Gail. 2. observ. 22.*

[30] Aquam vicini alio derivare non licet. adde *l. 27. §. 32. ff. eod.* 31 Nota actionem eo tendentem, ut damnum sarciatur. adde *l. 2. T. eod.* 32 *L. 23. §. 9. ff. eod. §. 11. inst. eod.*

---

[33] Inficiando negat, hanc legem servari in Gallia, *in Emilia, in veteribus patriæ privilegiis.* Abrogari etiam videtur per *Novell. 18. cap. 8.*

[34] *L. 2. §. 1. ff. eod. adde Paul. 1. sent. 19. §. 1. Novell. 18. cap. 8.*

[35] *L. 14. in fin. de pastor. verbis, dixi ad legem XII. Tabul. tit. de pastu.*

[36] *§. 15. inst. eod. l. 9. §. 3. ff. quæ insanire n. l. 29. §. pen. l. 39. §. 1. adi dict. ff. eod.*

[37] *§. 16. inst. eod. l. 9. §. 2. l. 29. §. 7. ff. eod. adde l. 4. ff. de agnoscend. l. 1. §. 20. in fin. ff. de ri bonor. 6. Harm. 14.* περὶ χερσὶν ἔνεκα βοσκῆς. Hic interea intendum est, Corpori à non corpore noceri: quo nomine actilis Aquilia: si corpori à corpore, neque à corpore, neque in corpus damnum datum sit, in factum actio competit. *§. ult. inst. eod. l. 27. §. 21. ff. eod.* 38 Quia verba legis Aquiliæ concepta sunt de his quæ per injuriam acta sunt illata. 39 Actio de pastu pecoris. vid. *Paul. 1. sent. 15. §. 1. l. 14. in fin. ff. de præscript.*

TIT. XXXVI.
FAMILIÆ ERCISCUNDÆ. [40]

Si non omnis paterna hereditas divisa est. De sententia. De transactione.

I. Impp. Sever. & Antonin. AA. Martiano.

SI non [41] omnem paternam hereditatem ex consensu divisisti, nec super ea re sententia dicta, vel transactio subsecuta est: judicio famil. erciscund. experiri potes. P. P. VIII. Kal. Octob. Laterano & Rufino Conss. 198.

De dote.

II. Imp. Antoninus A. Vitiano.

UXor tua, si mortuo patre tuo, cui dotem numeraverat, cum heres ei extiteris, adhuc in matrimonio tuo fuerit: familiæ erciscundæ actionem ad exequendam [42] dotem secundum juris [pridem] placitum, adversus coheredes tuos nactus es: eamque retines, etiamsi postea, dum tibi nupta est, decesserit. P. P. Id. Februar. *.

De rebus à coherede sublatis.

III. Idem A. Rufo.

ADversus coheredes tuos dividendæ [43] hereditatis judicio secundum juris formam expetite: Judex datus, si quid à coherede etiam tuæ portionis ex hereditate sublatum [44] fuerit probatum, factis adjudicationibus secundum juris formam eum tibi condemnabit. Expilatæ enim hereditatis crimen frustra coheredi intenditur, cum [45] judicio familiæ erciscundæ indemnitati ejus prospiciatur.

De castrensi peculio.

IV. Imp. Alexander A. Antonio.

SI [46] filiusfamilias fuisti; & res mobiles vel se [47] moventes, quæ castrensis [48] peculii esse possunt, donatæ tibi à patre sunt, eas quoque in extero peculio castrensi non communes cum fratribus tuis habes. †. Prædia [49] autem licet eunti [50] tibi in castra filio pater donaverit, peculii [tamen] castrensis non sunt. †. Diverso [51] jure ea prædia habentur, quæ ex occasione militiæ filiisfamilias obveniunt: hæc enim castrensi peculio cedunt.

De mutatione ultimæ voluntatis.

V. Idem A. Statiliæ.

IN [52] ipsius mariti tui fuit potestate mutare quod in servos suos iratus [53] testamento caverat, *Ut unus quidem in perpetuo vinculo* [54] *moreretur, alter vero exportandus venundaretur.* Proinde si offensam istam clementia flexit; quod licet scriptura [55] non probetur, aliis tamen rationibus doceri nihil impedit, præsertim [56] cum posteriora eorum talia merita deprehenduntur, ut ira domini potuerit mitigari, novissimam ejus voluntatem arbiter familiæ erciscundæ sequetur.

De nominibus.

VI. Imp. Gordianus A. Pomponio militi.

EA [57], quæ in nominibus sunt, non [58] recipiunt divisionem: cum ipso [59] jure in portiones hereditarias ex Lege duodecim tabularum divisa sint.

De fideicommissis.

VII. Idem A. Æliano.

SI qua fideicommissorum [60] petitio inter coheredes consistat: Prætor vel Præses provinciæ ejus rei disceptator constituitur, vel Judex familiæ erciscundæ judicio aditus, ut voluntas testatricis servetur, suas partes accommodare debet.

De bonis paternis vel maternis.

VIII. Idem A. Telesphoro.

BOna, quæcunque [61] tibi sunt communia cum fratre tuo ex hereditaria successione patris vel matris, cum eodem familiæ erciscundæ judicio expetiens, ut dividantur, impetrabis.

De bona fide. De fructibus.

IX. Idem A. Verino.

NOn est ambiguum, cum familiæ erciscundæ titulus inter bonæ [62] fidei judicia numeretur, portionem hereditatis, si qua ad te pertinet, incremento fructuum [63] augeri.

---

[40] *§. 20. inst. de act. §. 4. inst. de off. jud. 10. §. 2. 1. Paul. sentent. 18. 2. C. Theod. 24. de famil. ercisc. adde Oldendorp. class. 3. act. 8.* Datur hæc actio coheredi volenti à communione discedere. *l. 2. ff. eod.*

[41] Ob res divisas agitur hac actione. *l. 20. §. 3. ff. eod.*

[42] Id est, repetendam. *l. 5. §. 12. T. de rei vindic.* vid. *l. 20. §. 2. l. 46. l. 51. ff. eod. l. 65. in fin. ff. pro socio. l. 81. §. 1. ff. ad leg. Falcidiam.*

[43] Hæc enim spectat hæc actio. *l. 2. ff. eod.*

[44] *L. 19. T. eod. §. 4. inst. de off. jud.* [45] Vid. *l. ult. T. de crimin. expil.*

[46] Donata à patre filiofamilias militatum abeunti mobilia castrensia peculii sunt, inque fratribus conferuntur. *Synops. Basil. 32. tit. 20. c. 17.* Quid è immobilia hæc. dic ut *J. eod.*

[47] Vid. *l. 93. ff. de verb. sign.*

[48] *L. 1. in fin. J. l. 3. ff. de castrens. pecul.*

[49] Immobilia donata à patre filiofamilias militatum abeunti, castrensia non fiunt.

[50] Castrense peculium est, quod in castris adquiritur vel quod, profitenti is militiam, datur. *Paul 3. sentent. 4. §. 13.*

[51] Immobilia aliunde quam à patre quæsita filiofamilias occisione militia castrensia fiunt.

[52] Huic familiæ altera ejusdem Alexandri. *l. 2. J. ad leg. Jul. majest. & l. 1. J. de reb. cred.*

[53] Testatur potest suo testamento purgare offendam servorum. vid. *l. 2. ff. de Rhodia. aliene.* Hinc colligunt, dicta mentis crasi esse, agitur enim de liberandis servis. Aliud fuerunt, si de iis ante mortem agerentur. vid. *l. 3. §. 3. ff. de Rhodia.* Quid? confectis testamento de debito fide vendo, permitte tanquam per errorem facta, vel ad instar legati, per testatorem revocari? Potest, usi tali confessio fuerit facta notario stipulante, vel præsenti, & acceptanti. vid. Johannem Ancharanum *1. quæst. 58. num. 2.* idem refert, librum seu codicem defuncti etiam privati fidem facere pro scribente, juramento tamen interposito in iis quæ sint verisimilia. *quæst. 35.* maxime, si defunctus honestus vitaque laudatæ ac famæ fuerit: tunc enim præsumptionem facit & probat, adversa illa adminiculis. adde *Gail. 2. observ. 20. num. 4. ibi.* liber inorati hominis quando probet. adde *l. 5. J. de testament. Nov. 48.* [54] *L. 18. §. 2. ff. eod. l. 17. §. 19. ff. de adil.* [55] Maleficium scriptura non probatur. Fallit in falso & mandato delinquendi. [56] Alias olim inimicus, hodie inimicus præsumitur. vid. *Alciat. 2. præsumpt. 11.* [57] Τὰ ὀνοματικὰ χρέα, &c. hereditaria nomina in judicium communi dividendo non deducuntur: nam ipso jure *l. 11. tabul.* in portiones hereditarias dividuntur. *Syn. Basil. tod. v. 58.* adde *l. 25. §. 9. §. 13. ff. eod. l. 1. J. de exaqu. l. ult. J. de bonor. quæ ante. l. ult. J.* [58] Nomina ipso jure inter heredes divisa. *l. 51. in fin. ff. eod. l. 11. l. ult. ff. de distr. pign.* [60] Judex dividendæ hereditatis de præsentis cognoscit. adde *l. 89. §. 4. ff. de leg. 2.* [61] Vid. *l. 1. T. eod.* [62] *§. 28. inst. de act.*

[63] Fructus augent hereditatem. *l. 17. J. eod. l. 36. ff. eod. l. 1. T. de pet. hered.* hinc colligunt: heredem scriptum teneri restituere liberis defuncti legitimam, ejusque fructus à tempore mortis testatoris.

De divisione à testatore facta.

1. Idem A. Telesphoro.

QUotiens inter omnes heredes testator successionem [suam] dividit [1]: ac *singulos certis possessionibus cum mancipio, quæ in eisdem sunt constituta*, jubet *esse contentos*, voluntati [2] ejus (salva legis Falcidiæ auctoritate) obtemperandum esse, manifestum est. Nec mutat, quod in sequentibus verbis mancipia sua universa, nulla facta eorum discretione, commendanda putaverit heredibus, cum utique his ea videatur insinuasse, quibus etiam testamento relinquenda esse decrevit.

De bonis parentum intestatorum.

XI. Impp. Philippus A. & Philippus C. Antonino P.

INter filios & filias bona intestatorum parentum pro vitilibus portionibus æquo jure [3] dividi oportere, explorati juris est.

De divisione sine scriptura.

XII. Impp. Gallienus & Valerianus AA. Rufo.

NOn ideo divisio inter te, & fratrem tuum (ut proponis) facta, irrita habenda est, quod eam scriptura [4] secuta non est: cum fides rei gestæ ratam divisionem satis affirmet.

De peculio.

XIII. Impp. Diocletv. & Maximian. AA. Saturnino.

CErtum est [1], liberorum peculia [2] post mortem patris in hereditatem dividendam ad communionem esse revocanda. Frater autem & coheres tuus, ob contractus, quibus vivente patre etiam ignorante ipso obligatus fuit, convenire te & alterum fratrem tuum coheredem vestrum ultra [3] non potest [4], quam [5] ut de peculio suo recipiat tantam quantitatem, in quantam condemnatus est his, cum quibus ipse contraxit.

De evictione.

XIV. Iidem AA. Hermiano.

SI [10] familiæ ercisfundæ judicio, quo bona paterna inter te ac fratrem tuum æquo [11] jure divisa sunt, nihil super evictione rerum singulis adjudicatarum specialiter inter vos convenit, id est, *ut unusquisque eventum rei sui sentiat*: recte possessionis evictæ detrimentum fratrem [12] & coheredem tuum pro parte agnoscere, Præses provinciæ per actionem præscriptis verbis [13] compellet. Dat. VIII. Kal. Sept. AA. Conss. 293.

De conventione quam possessio secuta est, & de pacto nudo.

XV. Iidem AA. Theophilo.

SI divisionem conventione [14] factam etiam possessio [15] consensu secuta, pro solido dominium rerum, quas pertinere ad patrem tuum placuit, [ei firmavit:] earum vindicationem habere potes, si patri tuo successisti. Si vero placitum divisionis utique [16] ad [17] pactum stetit: arbiter [18] familiæ ercisfundæ judicio vobis datus, communionem inter vos finiri providebit.

De voluntate patris defuncti servanda.

XVI. Iidem AA. Heraclio.

FIlii patris testamentum [19] rescindendi, si hoc inofficiosum probare non possunt, nullam habent facultatem. Sed & si tam circa testamentum, quam etiam codicillos judicium ejus deficiat [20], verum quibuscunque [21] verbis voluntas ejus declarata fit: licet ab intestato [22] ei fuerit successum, ex SC. retentionis [23] modo servato, familiæ ercisfundæ judicio aditum [24] judicem sequi voluntatem [25] [patris] oportere, juris auctoritate significatur.

De absente.

XVII. Iidem AA. & CC. Commodiano.

COheredibus divisionem inter se facientibus [26], juri absentis [27], & ignorantis minime derogari, ac pro indiviso portionem eam, quæ initio ipsius fuit, in omnibus communibus rebus eum retinere, certissimum est. Unde portionem tuam cum reditibus [28] arbitrio familiæ ercisfundæ percipere potes, ex facta inter coheredes divisione nullum præjudicium timens. Dat. VII. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De his quæ pater unius filii nomine comparavit. 1. De sumptibus.

XVIII. Iidem AA. & CC. Dominæ.

FIliæ [29] cujus nomine pater res comparavit, si non postea contrarium ejus judicium probetur, per arbitrium dividundæ hereditatis præcipuas [30] adjudicari sæpe referiptum est. His itaque, si patri successisti, quem nomine tuo quædam comparasse dicis, adversus sororem tuam apud Præsidem provinciæ, si res integra [31] est, uti potes. §. 1. In communi autem hereditate quin sumptus [32] ab uno facti bona fide, familiæ ercisfundæ judicio, vel negotiorum [33] gestorum actione servari possint, non est ambiguum.

De rebus ablumptis vel deterioratis.

XIX. Idem AA. & CC. Lyficrati.

INcerti juris non est, in familiæ ercisfundæ judicio earum rerum, quas ex coheredibus quidam de communibus ablumpserunt, vel deteriores [34] fecerunt, rationem [esse] habendam, ejusque rei cæteris præstandam indemnitatem. Dat. XVIII. Kal. Januar. AA. Conss. 293.

De re distracta.

XX. Iidem AA. & CC. Pactuleæ.

IN familiæ ercisfundæ judicio ab uno pro solido rei veluti communis [35] venundatæ pretium non venit: sed mandati, si præcessit, coheres venditoris agere potest: vel negotiorum gestorum, si ratam fecerit venditionem. Nam si veluti propriam [36] unus distraxerit, ac pretium possideat, hereditas ab eo petenda est. * XII. * Febr. CC. Conss. 294.

De voluntate patris defuncti servanda.

XXI. Iidem AA. & CC. Fortunato.

SI [37], cogitatione futuræ successionis, officium arbitri dividendæ hereditatis præveniendo [38], pater communis judicio suo, qualicunque indicio [39] suam declaraverit voluntatem: inter eos, qui ei successerunt, exemplo Falcidiæ [40] retentionis [41] habita ratione, familiæ dividendæ causa datus arbiter: pro virili [42] præterea portione eorum, quæ nulli generaliter [43], vel specialiter [44] adsignavit, facta divisione, in adjudicando patris sequetur voluntatem.

De errore coheredum.

XXII. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SErvum communem non consentientibus coheredibus, sed per errorem [45] ad eum, qui possidet, pertinere credentibus [46], tenens, cum omnis rerus titulus [47] deficiat, suum non facit: sed in eo portiones hereditarias adsignatas penes singulos successores remanere manifestum est. P. P. v. Nonas Januar.

De pacto Divisioni & stipulationi.

XXIII. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

LIcet pacto [48] divisionis adversus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori parata mutari non possit: tamen ad exhibendam fidem his quæ convenerant, stipulationis & juris adhibito remedio, qui placitum excedit, urgeri potest: cum & hoc omisso, si non contrarium convenisse probaretur, præscriptis [49] verbis conveniri potuisset.

De hereditate restituenda, & de his, quæ imputantur in quartam.

XXIV. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIlium [50] quem [51] habentem fundum portionem hereditatis [52] fratribus, & quibusdam aliis [53] sub conditione verbis precariis restituere jussit testator, post ejus eventum [54], hereditatis parte prædii in quartæ [55] ratione retenta, compensato [56], præterea quod à coheredibus vice mutua percepit, [&] si quid deest, in supplementum deducto; quod à ceteris in eo fundo solvitur, supra [57] quartam habens, reddere compellitur. Dat. v. Non. Jan. CC. Conss. 294.

De collatione.

XXV. Iidem AA. & CC. Diocli.

EX causa donationis, vel aliunde tibi [58] quæsita, si avi successionem respueris, conferre fratribus compelli non potes. Dat. Id. April. Tusco & Anulino Conss. 295.

De voluntate defuncti, quamvis non solenni, servanda inter liberos, non quoad extraneos.

XXVI. Imp. Constantinus A. ad Bassum P. P.

INter omnes duntaxat heredes suos [59], qui ex quolibet venientes gradu, tamen patres videntur esse, vel emancipatos, quos Prætor ad successionem vocat: sive [60] ceptum neque [59] implectum testamentum, vel codicillus, seu epistola parentis esse memoretur, sive quocunque alio [61] modo scripturæ quibuscunque verbis, vel indiciis [62] inveniantur relictæ, judicio familiæ ercisfundæ (licet ab intestato ad successionem liberi vocentur) servato SC. auxilio, defuncti dispositio custodiatur, etiam si solennitate [63] legum hujusmodi dispositio fuerit destituta. Si vero in hujusmodi voluntate designati liberis alia sit mixta persona [64]: certum est, eam voluntatem quantum ad illam duntaxat personam permixtam, pro nulla haberi. Dat. *Romæ*, Kal. * Crispo II. & Constantino Cæs. II. Conss. 321.

In Authent. de trient. & semiss. §. & quod sæpe, col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 7.

Si modo subjiciatur hunc scripturæ, vel ipsius parenti, vel omnium, inter quos sit partitio, subscriptio.

---

1 Id emisit pos. sect. 2. ff. T. de *verf.*

2 Vid. *l.* 16. in fin. T. *eod.*

1 Jure Romano liberi ab intestato parentibus succedunt æqualibus portionibus. *l.* 11. T. *eod. l.* 32. ff. *eod. l.* 13. *comm. utriusque. quæ eod. l. ult. verf. fin autem* T. *ad Treb. Nov.* 118. c. 2. *in fin. Rebuff.* 20. *in tit.* 3. *n.* 72. *l.* 1. T. *comm. de fuccef. Scudalis conſultus* do aliud admittit.

4 Divisio hereditatis non requirit ſcripturam. *dixi ad l.* 27. T. *de pact.*

1 Familiæ erciſcundæ judicio pecilia peculiaria liberorum cum bonis paternis communicantur seu conferuntur (Græcis κατεφέρονται.) Quid ſi unus liberorum patre vivente & ignorante qui defunctus est, & convenitur in solidum domnatus fuerit? Tantum ex peculio à ſuis hereditibus accipere debet, in quantum condemnatus est in eum cum quibus contraxit. *Synopſ. Baſil.* 35. *tit.* 10. *cap.* 65.

6 Profectitia non collatitia. *l.* 4. T. *ad l.* 12. *in fin.* T. *de collationibus.*

7 Nili fuerit in rem patris versum, aut ejus juſſu contractum: tunc enim ſolidum ex patris ſubſtantia perducitur. *Leo.* §. 1. *ff. eod.*

8 Potuit tamen peculio tuum. *l.* 18. §. 3. *ff. eod.*

9 Frater à fratribus coheredibus ſuis tantum judicio familiæ erciſcundæ recuperat, quantum ab his creditor adhuc de peculio conſequi poſſet. *l.* 38. *ff. de rend. ind.*

10 Judicio familiæ erciſcundæ omiſſa evictionis ſtipulatio præſtatur heredi à coheredc. *Synopſ. Baſil. eod. cap.* 66.

11 *L.* 11. T. *eod.*

12 Coheres coheredi ſuo tenetur de evictione partis hereditariæ. *l.* 25. §. 11. *ff. eod. l.* 31. *Fol.* 20. *ex tit.* 3. *c.* 66. niſi ſpeciatim in divisione convenerit, ut unuſquiſque eventum rei in ſe recipere.

13 Cur præſcriptis verbis? quia divisio eſt permutationis ſpecies. *l.* 20. §. 3. *ff. eod.*

14 *L.* 20. T. *de pact.*

15 Traditio *vacua*. *Rot. d. loc. cap.* 66.

16 Nuda pactio divisionis rerum divisarum non transfert dominium.

17 Usque ad gradum ſtare placitum divisionis dicitur, cum nulla traditio ſecuta eſt divisionem. *Synopſ. d. loc.*

18 Familiæ dividendæ cauſa arbiter dari ſolitus. 19 Teſtamentum patris ſolenne rescindi poteſt per querelam inofficioſi. 20 Id eſt, ſi minus ſolenniter teſtamentum fecit, aut codicillos. 21 De ſolennibus teſtamenti inter liberos, dicam in *l. ult.* T. *eod.* 22 Ne hinc colligas, ex minus ſolenni teſtamento patri ſuccedi ab intestato: quia quælibet voluntas patris inter liberos ſervanda. Sententia hujus legis petenda eſt, *ex l.* 21. T. *eod.* adde *l.* 32. *ff. eodem.*

23 *L.* 24. T. *eod.* 24 Ita etiam habet *l.* 7. T. *eod.* quod idem eſt quod addictus, ut & alios manuſcriptos habere, atque ita emendari vult Briſſon. *de verb. ſignific. in verb. Addict.* Conſer xxxi. *St haec. in l.* 80. *ff. de judic.* S. L. 25 Diviſionem bonorum à patre qualitercunque, & minus ſolenniter factam inter liberos arbiter familiæ ſequi debet. adde *l.* 10. T. *eod. l. ult.* T. *eod. l.* 22. §. 1. T. *de teſtamentis. l.* 8. T. *de inofic.* 26 *L.* 2. §. 4. *l.* 43. *ff. eod. l.* 8. *ff. comm.* id enim ſicet. 27 Præſentibus diviſio abſentibus & ignorantibus non nocet. vid. *l.* 74. *ff. de reg. jur.*

28 *L.* 9. T. *eod.* 29 In non emancipata tantum hoc locum habere potat Cujac. 13. *obſ.* 13.

30 Quaſi diceret, quod filio emancipato à patre donatum fuerit ſtatim valet, nec indiget confirmatione. *l.* 2. T. *de inofic. donat.* nec tenetur conferre reliquis fratribus: ſi tamen abſtinuerit hereditate. *l. penult.* T. *eod.* At quod nomine non emancipati pater comparavit, eique tradidit, nec mutuum revocarit, mortuo patre donatarii erit, ſi modo hereditate patris abſtineat. Quid ſi pater traditum revocavit? donatarii præcipuum eſſe deſinit, ut hic. & ita intelligo *l.* 15. T. *de collat.* quæ ita accepta, cum hac non pugnabit. Aliam ſolutionem vid. *in l.* 13. T. *de collat.*

31 Id nondum res ſint divisa, nec tranſactum. *l.* 1. T. *eod.* Poſſimus etiam intelligere, ſi nondum res donatario traditæ. 32 *L.* 18. §. 3. *l.* 25. §. 19. *l.* 39. *l.* 44. §. 7. 8. *ff. eod.*

33 *L.* 3. T. *de negot. l.* 31. *ff. de procur.* 34 *L.* 3. T. *eod.* §. 4. *com. de act. jud.* 35 Re beneficiaria, vel communi, vendita, pretii partem coheres petit actione, mandati (ſi mandavit) vel negotiorum geſtorum, ſi venditionem ratam habuit. *l.* 31. *ff. de procur.*

36 Coheres, nomine proprio rem hereditariam diſtrahens, coheredi tenetur petitione hereditatis, *ut hic*; vel familiæ erciſcundæ. *l.* 44. §. 1. *in fin. ff. eod.*

37 Si pater quaſdam res ex rebus ſuis inter liberos diviſerit, quaſdam non diviſerit, & ita vel ab intestato, vel teſtamento facto mortuus fuerit, familiæ erciſcundæ arbiter res quidem diviſas, ſicut eas diviſit pater, liberis diſtribuet: indiviſas vero pro legitimarum partium ratione. *Synopſ. Baſil.* 35. *tit.* 10. *c.* 72.

38 Vid. *l.* 8. T. *de inofic.*

39 Id eſt, quibuſcunque verbis. *l.* 16. T. *eod.* quibuſcunque judiciis. *l. ult.* T. *eod.* apud Halœandrum legitur male, *judicio.* Idem error accidit aliis locis. puta. *l.* 7. T. *de reputd. l.* 2. T. *ut in poſſeſſ. l.* 16. T. *de collation.* adde *l.* 37. *in fin. ff. de cond. & demonſtr. v. Conſ. ad Nov.* 22.

40 *L.* 10. T. *eod.*

41 *L.* 16. *in fin.* T. *eod.*

42 *L.* 11. T. *eod.*

43 *L.* 32. *ff. eod.*

44 Hinc colligunt, Patrem poſſe rem unam eligere, de qua vel in qua teſtetur: nec eam liberos eligere poſſe legitimæ loco, ſi modo in aliis rebus legitimam ſtatim ſervare potuerint. vid. *Roland. à Valle* 1. *conſ.* 32. *num.* 1. Aliud puto futurum, ſi pater eum fundum eamve domum elegerit, quam ſtatutum primogenito deſtinat vel addicit. *l.* 55. *ff. de leg.* 1.

45 *L.* 18. T. *de rei vindicat.*

46 *L. ult. ff. pro dote.*

47 Socius rem communem poſſidendo eam ſuam non facit. *l.* 3. *in fin.* T. *in quib. cauſſat.*

48 Coheredum pactiones creditoribus non nocent. *l.* 25. T. *de pactis. l.* 40. § 2. *ff. de procur.*

49 *L.* 20. §. 3. *in fin. ff. de hered. inſtit.* 50 Cujacius hanc legem ex Ferrario interpretatur *ad l.* 78. *in fin. ff. de ad l.* 2. ff. *eod.* 59 Ex emancipatos T. *eod.* & quoſcunque vid. *Nov.* 107. *c.* 1. 60 Videtur hæc lex interpolata *ex l.* 1. *C. Theod. eod.* 61 *L.* 21. §. 1. T. *de teſtam.* 62 Teſtamentum notis factum à parente pagano inter liberos valet, *ut hic*; & *l.* 2. *C. Theod. eod.* reſpectu extranei non valet. *l.* 40. *in pr. ff. de teſtam. milit.* adde *l.* 6. §. 2. *ff. de bon. poſſ.* Hodie jure novo, patris voluntas ultima, licet inter liberos, ſi *ἀγράφως* eſſe debet. *Nov.* 107. *cap.* 1. vid. *Cujac.* 3. *obſ.* 3.

63 Id eſt, notis. Notas Græci *σημεία* appellant. vid. *Cujac.* 1. *conſult.* 64 Teſtamentum patris non ſubſignatum nec ſubſcriptum à teſtibus valet inter liberos. vid. *l.* 6. *ff. de fact.* An etiam line teſtibus? Cujac. negat valere *d. loc.* Certe hic agitur de teſtamento minus ſolenni. Teſtes pertinent ad ſolennia teſtamenti. Poſſit id colligi ex §. 3. *Inſt. de teſtam. ord. & l.* 20. §. 7. §. 8. *ff. qui teſt.* Cujac. tamen 2. *ad Affric. fol.* 14. *in fin.* negat teſtes pertinere ad teſtamenti ſolemnia. 65 Teſtamentum minus ſolenne valet inter ſolos liberos. Igitur legata, fideicommiſſa, libertates non dentur reliquis perſonis extraneis in eo comprehenſis. Sed tamen Cujac. *ad Nov.* 107. excipit uxorem, propinquos, alumnum, & ſimiles. *arg. l.* 38. *ff. de fideicommiſſ. libert.*

TIT. XXXVII.

COMMUNI[66] DIVIDUNDO.

De ea, qui partem ſuam diſtraxit.

1. Imp. Antoninus A. Lucano.

FRatre tuus ſi ſolam [67] portionem prædii ad ſe pertinentem diſtraxit, venditionem revocari non [68] oportet: ſed adversus eum, cum quo tibi idem prædium commune eſſe coepit, [69] communi dividundo judicio conſiſte: & [70] ea actione aut

---

66 §. 20. *Inſt. de act.* §. 4. *Inſt. de obl. quæ.* 30. *ff.* 3. & 2. *C. Theod.* 25. & 12. *Scalig.* 2. *Oldendorp. claſſ.* 4. *act.* 32.

67 Socius ſolam portionem alienat. *ut hic.* & colligat. *l.* 3. *in fin. ff. qui poſſ.* 14. *qui pater.* 68 Quid ſi convenerit, rem communem vel nondum vel nunquam dividi? vid. *l.* 14. §. 2. §. 3. *ff. eod. l.* 16. *in fin. ff. pro ſocio.* 69 In quemcunque ſocium inciderimus, communi dividundo poſſimus experiri. *l.* 3. T. *eod.* 70 Si res dividi nequeunt, uni eam per licitationem adjudicantur: ſin alter litigantium ob inopiam licitationi vincere (id Græcis ἐπικρατεῖν) per licitationem adjudicantur: ſin alter litigantium ob inopiam licitationi vincere (id Græcis ἐπικρατεῖν) nequeat, 2. *Harm.* 3. §. 108. *& diſcrepo*) nequeat, extraneus admittitur, qui licitationem faciat. *l.* 3. T. *eod. Synopſ. Baſil. tit.* 12. *cap.* 342. 3. *Harm. tit.* 5. §. 14.

1 Si res communia dividi non potest, distrahenda est, eique pretium inter socios pro rata portionum distribuendum est. Si vero res potest dividi, partem suam quisque possidebit.

2 Vincit in licitatione qui plus offert.

3 *L. ult. ff. de actione. judic. mut. accusandi.* nisi ex causa necessaria. *l. 13. l. 14. ff. famil.*

4 Duæ negationes non semper affirmant, sed negant magis, *ut hic.* Interdum duo abnutiva magis negant, ut, Neminem nihil facientem. *l. 24. in princ. ff. de damno.* Nihil neminem habere. *Lucil. 9.* Non miserer neminis. *Cæs.* Vide *Cujac. 20. obs. 26.*

5 Nec donare. *l. 12. ff. de donat.*

6 Partem communem fratris, eo ignorante non possumus obligare. *l. un. ff. comm. res pign. oblig. l. 3. in fin. ff. qui potior.*

7 Adversus fratris successores datur communi dividundo actio.

8 In arbitrio judicis est, vel ipsi venditoris fratri, vel emptori rem totam adjudicare. In tamen cui res adjudicatur, pretium partis socio præstat.

9 Arbiter communi dividundo pretium rei adjudicatæ æstimare potest. *l. 20. in fin. ff. ead.*

10 Judex delegatus ad res communes dividendas, de rebus aliis, *ut hic:* & personis non cognoscit. addo *l. 31. in fin. ff. de usu & usufruct.*

11 *L. 1. l. 2. ff. ead.*

12 Quot socii, tot libellis opus est.

13 Vid. quæ scripsi ad *l. 1. ff. ead.* & hoc refer quæ ex Græcis adscripsi.

14 *L. 7. §. 10. ff. ead. l. 11. ff. famil. l. 8. ff. de rei vind. l. 6. ff. quemadm. serv. l. 13. §. 17. ff. de act. empt. l. 64. §. 4. ff. de evict. l. 31. ff. de usufr. leg. l. 29. ff. de adquir. rer. §. ult. Inst. de off. jud.* 15 Æstimationis præstatio vicem rei sustinet, eumque repræsentat. 16 *L. 1. ff. ead.* 17 Minus enim favendum extraneo, quam propinquo: facit *l. 19. in pr. ff. de testam. tut.*

18 *L. 22. §. 1. l. 55. ff. famil.* 19 *L. 21. ff. de pact.* 20 Dimepetum. *Hal.* quam lectionem probat *Cujac. 13. obs. 35.* 21 Restitutio intra certa tantum tempora conceditur. vid. *ff. de tempor. in integr.* 22 Vid. *l. 1. ff. si adversus transact.* 23 *L. 3. ff. de in integr.* 24 In Gallia restitutiones non à judicibus, sed a Principe concedantur: de quo alias dixi. 25 *L. 2. ff. ead.*

26 In actione communi dividundo sumptuum & fructuum habetur ratio. *l. 3. l. 11. l. 14. §. 1. ff. ead.*

27 *L. 23. ff. de reg. jur.* 28 Æquitas inter fratres servanda. *l. 17. ff. de collat. l. 6. §. 2. ff. de hæred. quæ defer.* ut & in judiciis inter uxorem & reum. *l. si ex persona 2. ff. si adversus transact.* inter maritum & uxorem. *l. non tantum 20. ff. de re judic.* 29 *L. 1. ff. famil. l. 26. §. 4. ff. de quæst. indeb. l. 1. l. 35. l. 70. ff. pro socio.* adde quæ notavi ad *l. 69. l. 156. ff. de reg. jur.* vid. *Roland. à Valle 1. cons. 80. & cons. 84. num. 1.* vid. *Novell. Leon. 102.*

TIT. XXXVIII.

COMMUNIA UTRIUSQUE JUDICII TAM FAMILIÆ ERCISCUNDÆ, QUAM COMMUNI DIVIDUNDO.

Collatio divisionis & emptionis.

1. Imp. Antoninus A. Marco.

DIVISIONEM prædiorum vicem [30] emptionis obtinere placuit. P. P. VI. Kalend. Decemb. Gentiano & Basso Conss. 212.

Si litigantes divisionem à non competente judice factam probaverint.

11. Imp. Alexander A. Euphratæ.

ETtiamsi is divisioni arbitrum dedit, cui dandi jus non fuit: tamen [31] si socii quondam divisioni consensum dederint, quod quisque eorum secundum placita possidet, pro parte socii dominium nactus est. P. P. XVI. Kal. Decemb. Alexand. A. III. & Dione Conss. 230.

De divisione per fraudem, vel dolum, vel perperam facta.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Aureliæ Septimiæ. [32].

MAjoribus [33] etiam, per fraudem vel dolum vel perperam [34] sine [35] judicio factis divisionibus, solet subveniri: quia in [36] bonæ fidei judiciis [37], quod inæqualiter [38] factum esse constiterit, in melius reformabitur. P. P. XVI. Kal. Jul. ipsis AA. [& Constant. III.] Conss. 293.

De re empta ex pecunia communi.

IV. Iidem AA. & CC. ad Maximianum.

SI patruus tuus ex [39] communibus [40] bonis res comparavit, sibi [41] negotium gerens, non [42] omnium bonorum socius constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuæ consuli oportet: & ideo rem emptam communicare [43] cum contra juris formam postulas. P. P. XVI. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De instrumentis communibus.

V. Iidem AA. & CC. Frontino &, Gafirioni.

DE instrumentis, quæ communia fratrem vestrum tenere proponitis, Rector provinciæ aditus, apud [44] quem hæc collocari debeant, existimabit. P. P. VI. Idibus Feb. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De conditione jurisjurandi.

VI. Iidem AA. & CC. Thesidianæ, & aliis.

SI cum patruo vestro hac conditione divisionem fecistis, ut *si nullum dolum malum adhibuisse* juraret [45], nec fidem placitis exhibuit: quominus res indivisas requiratis, eorum placitum, quæ in divisionem venerunt, nihil vobis nocere potest. Dat. V. Kal. April. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

De evictione.

VII. Iidem AA. & CC. Severiano & Flaviano.

SI fratres vestri proindiviso commune prædium citra [46] vestram voluntatem obligaverunt; & hoc ad vos secundum pactum divisionis, nulla pignoris facta mentione, pervenit: evictis partibus, quæ ante divisionem fociorum fuerunt, in quibus obligatio tantum consilit, ex stipulatu, si intercessit: alioquin, quanti interest, præscriptis verbis contra fratres agere potestis: nam si fundi, scientes obligationem, dominium suscepistis: tantum evictionis [47] promissionem solennitate verborum, vel [48] pacto promissam probantes, eos conveniendi facultatem habebitis. Dat. II. Non. Decemb. *Nicomedia*, CC. Conss. 294.

De possessione relicta, vel translata.

VIII. Iidem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos majores annis viginti quinque rerum communium divisio, relicta [49], vel translata possessione, finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. Dat. Non. Decemb. CC. Conss. 294.

Si corpora maneant communia, vel non.

IX. Iidem AA. & CC. Demetriano.

FAmiliæ erciscundæ, vel communi dividundo judicio ita [50] demum, si corpora maneant communia, agi potest. Dat. VI. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

Si in testamento omnia esse divisa scriptum sit.

X. Iidem AA. & CC. Gallicano.

SCriptura testamenti [51], qua [52] specialiter omnia divisa continentur; quominus res, quarum [53] testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. Sine dic & consule.

De familiis non separandis.

XI. Imp. Constantinus A. Cæculo Rationali trium provinciarum.

POssessionum [54] divisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum, vel colonorum adscriptitiæ conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio, vel adfinitas permaneat. Quis enim ferat libetos [55] à parentibus, à fratribus sorores, à viris conjuges segregari? [Igitur] si qui [sic sociata] in jus diversum mancipia [vel colonos] distraxerint, in unum eadem redigere cogantur. Dat. III. Kalend. Maji, Proculo [56] & Paulino Conss. 334.

De dote, & donationes propter nuptias.

XII. Imp. Justinianus A. ad Senatum.

ILlud æquitatis fovere rationibus, bene nobis apparuit: Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit, vel dederit, vel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterum ad eum revertatur, vel stipulatione [57], vel lege [58] hoc faciente: vel [& si] alio dotem, vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor [59], vel forte legis hoc induxerit: ille autem testamento condito, vel filios suos, vel extraneos scripserit heredes, & nihil de hujusmodi rebus, quæ ad eum revertix fuit, vel pervenerunt, disposuerit, inveniantur autem alii liberi ejus tes à paterna substantia lucrati, vel peranto nuptias donationem, vel dotes, vel militiæ causa, quas (utpote testamento [60] existente) non coguntur conferre: tunc filius vel filia easdem res, quæ ad patrem revertix sunt, vel pervenerunt, habeant præcipuas, ad simile tamen lucrum computandas, ut in præsenti casu tantum [61] habeat ipse vel ipsa, quantum ejus fratres à patre sunt consecuti, secundum eos modos, quos supra diximus, & quos conferre propter testamentum non coarctantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum à parte collatum est, neque ipsos sibi præcipue hanc partem vendicare, sed quasi paternæ facta substantiæ [62] sit, inter omnes secundum institutionis tenorem dividi: Et hæc quidem, si inter fratres patris elogium compositum sit. †. Sin autem extranei [63] sint scripti heredes, & nihil in testamento suo, neque in hac parte testator dixerit: tunc omnimodo præcipuum habeat filius, quod ad patrem revertitur, vel pervenit. Si tamen minus in fratres collatum est, amplius autem ex hujusmodi causa ad patrem pervenit: illo, quod ad semilem

---

colligit Menochius 2. *de arbitrariis, casu* 168. *num.* 8. 56 Publio Optato. 57 Id evenit quoties pater filium emancipatam elocat. 58 Id accidit, quando filia est in potestate, quia re dicam plenius ad *l. 4. ff. solut.* 59 Vid. *l. 34. de reg. jur.* 60 Hoc hodie mutatum. *Nov. 18. cap. 6.* 61 Partem dotis à te acceptæ, & ad patrem reversæ nobiscum divide. Aut ea petitione abstinete, aut vestras vicissim dotes aut donationes propter nuptias conferte. *Exceptio:* Parens nobis eas præcipuas testamento dedit. vel sic, Nulla nobis neque dos data, neque donatio propter nuptias à patre facta. *Replicatio:* Quid hic statui oportet? Dos, de qua hic agitur, inde casibus inter liberos æqualiter dividenda. *vers. sin autem. ibi, Dividi. ff. ead.* Quid si casus superiores deficient? Vidua dotem percipiet, *ut hic.* Quid si major vel forte minor sit fratrum consortum dote, vel donatione propter nuptias? si minor, ferat id patienter. *vers. sin vero. ibi, Quod si minor. ff. ead.* Si major, quanta dos est, aut donatio propter nuptias debetur, tantum quantitatem ex ipsis dote, de qua hic agitur, percipiet. Superstitum vero æqualiter inter eam quisque coheredes dividetur, pro modo institutionum. *vers. Si tamen minor. ibi, Amplius autem, &c. ff. ead.* 62 Dos profectitia ad patrem reverti paternæ fit solidissime: idem in dote profectitia revertente ad matrem, ad avum, abavum, proavum paternum vel maternum. *in fin. ff. ead.* ideoque dos hujusmodi, vel ab intestato, vel testamento æquiliter inter eos dividitur. 63 Extraneus heres institutus, agere volens judicio familiæ erciscundæ adversus filiam testatoris coheredem, decem ad defunctum reversam divisi petit: ejus audiendus? non est, cum ea sit filiæ defuncti.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lem [1] quantitatem concurrit, excepto, cætera quasi paternæ substantiæ facta secundum modum institutionum dividantur. Illo proculdubio observando, quod si minus sit id, quod pater ex hujusmodi causa habuit, ea quantitate, quæ in fratres collata est; tota [2] hujusmodi portio ad eas personas perveniat, quarum occasione res ad patrem revertitur. Ea igitur, quæ in paterna persona diximus, obtinere volumus etiam in avo, & proavo paterno vel materno, & in matre & in avia, & proavia paterna vel materna. Dat. II. Kal. Aug. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

1 El fisc. quam habeant reliqua vacuandas.

2 Potes legendum, *jubet*: utique hypothesis a me figuratis aliter evidenter innuit.

TIT. XXXIX.
FINIUM REGUNDORUM. [4]

De venditione.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Nicephoro.

REGIONEM certam fundi [5], propriis finibus ejus mutatis [6], dominus ejus distrahere ac residuum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quam quod ratione [7] secundum venditionis fidem ad se pervenit, vindicare potest præterita tempore terminorum temporis antecedentis [8] venditionem. Dat. Id. Decemb. *Nicomediæ*, AA. Conss. 293.

De successionum varietate, & vicinorum novo consensu.

II. Iidem AA. & CC. Tatiano.

SUccessionum [9] varietas, & vicinorum novi [10] consensus, additis vel detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta sæpe [11] permutant. Dat. IX. Kal. Jan. *Nicomediæ*, AA. Conss. 293.

De proprietate & possessione. De agrimensore adhibendo.

III. Imp. CONSTANTIN. A. ad Tertullianum [12] V. P. Comitem diœceseos Asianæ.

SI [13] quis super sui juris locis prior [de finibus] detulerit quærimoniam, quæ proprietatis [14] controversiæ cohæret: prius [15] possessionis [16] quæstio finiatur, & tunc [17] agrimensor ire præcipiatur ad loca [18]; ut patefacta veritate hujusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars, ne hujusmodi quæstio terminetur, se subtraxerit, nihilominus agrimensor [19] in ipsis locis jussione Rectoris provinciæ ultra eum observante [20] parte hoc ipsum faciens [21] perveniet. Dat. XVI. Kal. Mart. *Veronæ*, GALLICANO, & SYMMACHO Conss. 330.

De eo, qui judicio pendente occupat de alieno.

IV. Idem A. ad Bassum Præfectum urbi.

SI [22] constiterit eum, qui finalem detulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare voluisse: non solum id quod male petebat, amittat [23], sed (quo magis unusquisque contentus suo rem non expetat [24] juris alieni) qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum [25] agri modum, quantum adimere tentavit, amittat. Lecta apud acta. XIII. Kal. Jul. GALLICANO & SYMMACHO Conss. 330.

De quinque pedum præscriptione.

V. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P. P.

QUinque [26] pedum præscriptione [27] submota, finalis jurgii, vel [28] locorum [29] libera [30] peragatur intentio. P. P. VII. Kal. Jul. Aug. ARCAD. A. II. & RUFINO Conss. 392.

De temporis præscriptione.

VI. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

CUnctis molitionibus [31] & machinationibus amputatis, decernimus, in finali quæstione non longi temporis, sed triginta [32] tantummodo annorum præscriptionem locum habere. Dat. II. Non. Nov. ARCAD. A. II. & RUFINO Conss. 392.

3 §. 10. *Inst. de act.* §. 6. *Inst. de off. jud.* x. D. 1. 2. c. 6. 20. *Paul.* 1. *fent.* 16. adde *Bald.* §. 1. *Harmen.* 3. c. 1. *sept. Novellar. cleff.* 4. *act.* 14.

4 Dicitur etiam *vie arcifinalis* ab Agathia.

5 Fundi proprii. *Cujac.* 13 *obf.* 33.

6 Arbitrio venditoris & poffeffiva fides juftitiæ permutari. *l.* 2. *C. ad l.* 11. 12. *C. ad l.* 3. *Rodig.* 9. c. 14. *l.* 24. §. 2. *ff. de lib. l. Inf.* 86. *in fin. ff. de leg.* 2. *facit l. ult. ff. de fin. ff. de temporib. & reparat. l.* 23. *ff. de pact. l.* 23. 27. *ff. de regulis.*

7 Traditionem. *Cujac. ibi. arg. l.* 3. §. 2. *ff. de act. empt.*

8 Statur antiquis terminis, nifi novi probentur: probatur autem, fi alii in venditione defignati fuerint.

9 *L.* 11. *ff. eod. Harm. de hac.*

10 Statim conſenſus eorum fines poteſt inducere. *l.* 12. *in fin. ff. eod.*

11 Mutatio finium, feu terminorum non præſumitur. vide *Alciat.* 2. *præſumpt.* 3. *Menoch.* 6. *præſumpt.* 23. & *l.* 11. *in fin. ff. finium regund.*

12 Hæc integra conſtitutio Julii Paternis libris de finibus agrorum reperitur inſerta: hic tamen omnibus fit a Juſtiniano inexpletis eſt.

13 Si quis ſuper juris ſui locis, &c. *l.* 1. *C. Theod. eod.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud *Joann. Zanger. de except. cap.* 1. *num.* 30. *Anz.* 14 In cauſa finali de proprietate conſtituitur. *Aquil. C. Matth.* 1. *d.* 1. *J. de appell.* 15 Nunquam de proprietate quæritur, aut finibus quin etiam de poſſeſſione queratur. *l.* 13. *ff. de rei vind.* Cauſa finium vindicationi cohæret. *Cujac. notat* 2. *obſ.* 21. tres arbitros ſumi ſolitos in hac quæſtione ex legibus 12. tabularum.

16 Hocinanit, Ad agrimenſorum diſciplinam non pertinere quæſtionem poſſeſſionis, ſed finium. vide *Cujac.* 10. *obſ.* 2. *Pitman. prolog. Pandect.*: Ejus nunc regiones, limites, confinia determinabo. Si rei ego ſum factus finitor. Aſtronomia & muſica diſcuntur ad ſcientiam ſolam. Agrimenſori vero finium ius orta committitur, ut contentionem protervitas abſcindatur. Index eſt artis hæc: Forum ipſius, agri delecti ſunt. Mece viſtiſſimi ſum inis, aliis ſpatia tollit, alius rura concedit. *Caſſiod.* 3. *Variar. Ep.* 52. 17 *L.* 8. *in fin. ff. eod. Cujac.* 19. *obſ.* 16. 18 Soles, una parte latitante. *Pitman. prolog. l.* 13. §. 3. *ff. de judic.* 19 Pars obſervans hic, eſt pars perſona ſeu is litigator qui præſens eſt, cum adverſarius eſt abſens. 20 Plenior exſtat *in d. l.* 1. *C. Th. eod.* 21 *L.* 1. *C. Th. eod.* vide *l.* 7. *J. unde vi.* 22 *L.* 12. 13. *ff. de his quæ mer. cauſ. Anz.* 23 *L.* 8. *ff. eod.*

24 Tantum ſpatii. *Interpres d. l.* 1. 58. *Bal.* 9. *c.* 18. *C. Harmenop. c.* 7. *vult vim hanc poſſeſſoriorum.*

25 Hic interpolata lex C. Th. *eod.* Quamam eſſet hæc quinque pedum præſcriptio, Petrus Baylardus qui ſanum cujuſque legis intellectum ætate ſua jactitabat) hic dixit, Neſcio. *Accurſ. hic.* Male Iſidor. c. 25. putat non permiſſum fuiſſe apud veteres litigium, quinque pedum, propter rei vilitatem. Nam & rerum modicarum fuit apud veteres quæſtio. §. 16. *Inſt. de rerum diviſ.* Criuitus 25. *de humilis diſciplina.* 4. putat ſumptum hoc fuiſſe Solonis ex legibus. Movetur *l.* 13. *ff. eod.* & Plutarchi loco *in Solone*, ubi tamen quidam legunt *bin*, non *viceſ. Cic.* 1. *de legibus*, hujus præſcriptionis ita meminit: Uſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt. ſed is quoque locus indiget interprete. Sciendum eſt ergo legibus duodecim tabularum cautum fuiſſe, *ut inter vicinorum prædia limitibus ſtatuendis, quinque pedum* (qui fines finium dicti potuerunt) *ſpatium relinqueretur, ne ea ſpatio ter, agere uterque dominus poſſet.* (Hinc *Varro* 4. *de lingua.* Fines agrorum termini, quod hæ partes propter limitare iter maxime teruntur) *id ſpatium uſucapi lex vetat.* Servitus itineris, hoc eſt, iter ad cultorum uſucapi poteſt: Iter limitaneum ſeu limitare, ut Varro ait, non poteſt. Lex Mamilia, *de qua dixi ad leges 12. tabb.* deinde lata eſt, qui cautum fuit, quoties de his quinque pedibus controverſia moveretur, agrimenſor eligeretur, qui fines eos regeret. Ultra quinque pedes, iis non erat finalis, ſed proprietaria: denique non agrimenſor, ſed prætor adeundus erat. Idem offendit Auguſtus Ubricus, & Junius Nyphus: reliqua vide apud Alciatum *lib. de quinque pedum præſcript. Gothof.* Hanc lex non pertinet ad ſpecies. *l. ult. ff. h. t.* Leonin. *emendat. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. Charond. *menſionali, lib.* 3. *cap.* 16. Alciat. *hic.* Anz. 26 Quinque vel ſex pedum latitudo lege Mamilia præſcribitur. Intra latitudinem eam non erat uſucapio, neque præſcriptio, id eſt, diuturna adquiſitio. vid. quæ ſcripſi ad *l. ult. ff. de termino mota.* 27 Alia eſt quæſtio de fine: alia de loco. Prior eſt de fine intra quinque pedes: Poſterior, ultra; cum de loco in confinio vel in medio agri, quam ad partem pertineat, quæritur. Finis efſetapi non poteſt, locus poteſt. Utraque controverſia eſt de latitudine. *l. ult. ff. de rei vindicatione.* Eſt & alia quæſtio de modo: *de qua* vide *Cujac.* 10. *obſ.* 2. 28 *L.* 14. *ff. eod.* 29 Quamam ſervitus olim in hac præſcriptione fuit, quæ hodie Libertas? non obſervatur longi temporis præſcriptio, cujus fit mentio in *l. ult. C. Th. eod.* Sed hæc fola præſcriptione aſſeor hodie repellitur: *Si contendat finem ſuum ſignis limes inciſus congruum eradicta arbore præſtituit. d. l. ult.* vel ut in Concilio Epaonenſi II. *Si contendat ſignis limes præſtitus manifeſtaverit res ſua eſſe retentatas.* vide *Cujac. hic.* 30 Reliqua hujuſce legis vide *apud Gothofr.* 31 *Al.* motionibus. *l. 3. C. Th. eod.* 32 Finalis quæſtio triginta tantum annis præſcribitur. 58. *Bal.* 9. *c.* 20. & 1. *Harm.* 3. *c. magi Epar.*

TIT. XL.
DE [33] CONSORTIBUS [34] EJUSDEM LITIS.

1. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

EXPLORATIS [35] atque rejectis præſcriptionibus quas litigatores ſub [36] obtentu conſortium, ſtudio protrahendæ diſceptationis, excogitare conſuevêrant: ſive unius fori omnes

33 Magi admonet vir doctus Stud. Baſ.

34 Conſortes ejuſdem litis ſunt, loci inter quos controverſia eſt res, & de qua litem ſimul contra conſtituantur, vel unus eorum tantum. 35 *L. un. C. Th. de dominio vel qua poſſeſſione.*

36 Habens conſortem ratione partis ſuæ poteſt agere & convenire. Olim, ſi egiſſet, hanc exceptionem non audiebat, *ſtand agere non adjunctis perſona conſortis.* Si conveniebatur, hac exceptione uteri ſe poterat, *ſtand habere conſortes.* Sidonius 4. *epiſt.* Nec eſt cur dicere incipias, habeo conſortes, neoſum celebrata diviſio eſt: quod creditoribus malis dicitur bene. vide *Cujac. hic.*

ſint, ſive in diverſis provinciis, verſentur, nec adjuncta præſentia conſortis, vel conſortium, agendi, vel reſpondendi jurgantibus licentia pro [37] parte pandatur. Dat. III. Non. Septemb. MAMERTINO, & NEVITA Conss. 361.

II. Impp. VALENT. & VALENS AA. Saluſtio P. P.

COmmune [38] negotium poſt litem legitime ordinatam etiam quibuſdam abſentibus [in ſolidum] agi ſine [39] mandato poteſt, ſi præſentes *rem* [40] *totam dominum habiturum* cavere parati ſint, vel ſi quid ab his petitur, *judicatum ſolvi* ſatisdatione firmaverint. P. P. VI. Id. Decemb. *Divo* JOVIANO [A.] & VARRONIANO Conss. 364.

37 *L.* 4. *in fin. l.* 85. §. 1. *ff. de verb. obl.*

38 *L.* 2. *C. Th. de cognitoribus ac procuratoribus* 2. *tit.* 12.

39 Communi nomine ſine mandato agere (ablata cautione de rato. *l.* 1. *ff. de procurat.*) & convenire ablata cautione judicatum ſolvi poſſumus. *l.* 2. *C. Th. de cognitorib. lib.* 2.

40 *D. l.* 1.

TIT. XLI.
DE [41] NOXALIBUS ACTIONIBUS.

De furto.

1. Imp. ALEXAND. A. Marcello.

SI extat *corpus* nummorum, quos ablatos ex patris tui hereditate, ab eo quem liberum eſſe conſtiterit, allegas: vindicare eos, vel ad exhibendum agere non prohiberis: Nam quamvis alias *noxa* [42] *caput ſequatur*, & manumiſſus furti actione teneatur, quæ in heredem non competit: cum tamen ſervus [43] a domino aliquid auferr, quamvis furtum committat, furti tamen actio non eſt nata: neque advertus ipſum, ſi [44] poſtea manumiſſus eſt, locum habet, niſi furtivas res, & poſt manumiſſionem contrectet. P. P. XIII. Kal. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

De arboribus furtim cæſis, & de ignorantia, & prohibitione domini.

II. Imp. GORD. A. Quintiliano & aliis.

SI furtim arbores cæciderunt, quibus etiam propria pœna juxta legem ſaltui datam fuerat præſtituta: fruſtra veremini, ne ex perſona eorum ultra [45] noxæ deditionem ſitis obſtricti: cum ex delictis ſervorum domini ignorantes vel prohibentes, ſi noxali actione conveniantur, ita condemnati debeant ut aut noxæ dedere, aut condemnationem [46] ſufferre habeant in ſua poteſtate. P. P. III. Non. Junii, GORDIANO & AVIOLA Conss. 240.

De plagio.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eutychio.

SIve ſervum plagii paras accuſare ſolenniter, Præſidem provinciæ adire non prohiberis: ſive dominum ejus ſollicitati ſervi noxali judicio, ſive furti maluerit convenire, ſuam tibi notionem Præſes [provinciæ] commodabit: non ignorans, quod ſi dominum elegeris, & [47] eo non conſentiente, quod intendis, commiſſum probaveris, vel noxæ dedendæ, vel damni ſarciendi, ac pœnæ præſtandæ habeat facultatem. P. P. V. Non. Octob. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De rapina. De ſcientia, vel ignorantia domini. De judicio publico.

IV. Idem AA. & CC. Sofio.

SI ſervus ignorante domino, vel ſciente & prohibere nequeunte [48], res tuas vi rapuerit, dominum ejus apud Præſidem provinciæ, ſi necdum utilis annus exceſſit, quadrupli: quod ſi hoc effluxit tempus, ſimplici [49] noxali judicio convenire potes: Qui, ſi noxæ maluerit ſervum dedere: nihilominus cum ipſo, quantum ad eum pervenit, expetiri non prohibetis.

†. Nam ſi eo conſcio, & prohibere valente: detracta noxæ deditione conventus, ad [50] ſummam condemnationis ſolvendam omnino compellendus eſt. †. Sane, ſi criminis publici [51] accuſationem propter uxorem tuam a ſervo raptam, intendendam putaveris: non [52] contra dominum, ſed contra eum ſervum, quem facinus commiſiſſe proponis, hanc inſtituere debes. P. P. XVIII. Kal. Septemb. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De furto, & ope conſilioque domini.

V. Iidem AA. & CC. Menophilo.

SI tibi per furtum nec manifeſtum ancillam ſervus ope [53] conſilioque domini cum aliis rebus ſubtraxerit, cum inter ſervum & liberum civile judicium conſiſtere non poſſit, eum ob hoc delictum dupli pœnali actione, & de rebus propriis vindicatione, vel [54] condictione convenire potes. S. V. Kalend. April. CC. Conss. 294.

41 IV. *Inſtit.* VIII. & IX. *D.* IV. & 18. *Ecleg.* 8. *ex lib. Gr. tit.* 5.

42 §. 5. *Inſt. eod. dicit ad l.* 1. *in fin. ff. de perpet. Edict.*

43 §. 6. *Inſt. eod.* vid. *l.* 16. *ff. de furt.*

44 Dixi ad *l.* 1. §. 1. *ff. ſi quis ten. fine. lib.*

45 §. 2. *in fin. Inſt. eod.* vid. *l.* 2. *ff. eod. l.* 7. §. 1. *ff. de damno, l.* 1. §. 15. *ff. de vi & vi arm.*

46 *L.* 17. §. 18. *ff. de ædilitio.*

47 Ex non eo conſentiente. Cujac. hanc ita locum reſtituit ex Græcis. 5. *obſ. ult.* & recte. Gravior eſt enim in conſentiente, quam in ignorante actio.

48 Adde *l.* 2. *ff. eod.* adde *l.* 45. *ff. ad l. Aquil.*

49 Id eſt, in ſimplum, hoc eſt, ut ſervus noxæ detur, & dominus ejus in id teneatur quod ad eum pervenit: ita Græci. *Synopſ. Basil. eod. c.* 42.

50 In id quod intereſt, ſeu in quadruplum. *Synopſis d. loco.*

51 Raptus crimen publicum. vid. §. 6. *Inſtit. de publicis judiciis.*

52 Ex ſervi delicto dominus non obligatur.

53 Vid. *l.* 50 §. 1. *ff. de furtis, l.* 53. *in fin. ff. de noxis. ſequ.* vid. *Cujac. 6. obſ.* 2. *ubi tractat de variis furum generib.*

54 Vide *l.* 7. *ff. de cond. furt.*

TIT. XLII.
AD EXHIBENDUM. [55]

De vindicatura ancillam.

1. Imp. ALEXANDER A. Creſcenti militi.

SI dominium [56] ancillæ, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec jure a patre tuo venundata eſt, ejuſque proprietatem tibi vindicare paratus es: Præſes provinciæ exhibeti eam jubebit, ut apud judicem [57] de rei veritate quæratur. P. P. Kal. Maji, ALEXANDRO A. Conss. 223.

De ſervo rei criminis.

II. Idem A. Syro.

SI criminis [58] alicujus reus ſervus poſtulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. P. P. XI. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. Conss. 223.

De exceptione rei judicatæ.

III. Idem A. Felicifſimæ.

NEque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, ſi nunc competit, propretea percepta eſt, quod [59] aliquando adverſus te ad exhibendum actione aliter pronunciatum eſt: quia commutatione litis alia res eſſe incipit. P. P. Kalend. Septemb. MAXIMO II. & ÆLIANO [60] Conss. 224.

De inſtrumentis, & de in litem juranda.

IV. Idem A. Flacillæ.

NOn ignorabit judex, ſi inſtrumenta [61] tui juris, quæ penes diverſam partem fuiſſe probaveris, ab eadem non exhibeantur, juriſjurandi [62] in litem facultatem deferri tibi oportere. P. P. III. Kal. Mart. AGRICOLA & CLEMANTINO Conss. 231.

De poſſeſſore, & eo qui dolo deſiit poſſidere.

V. Imp. GORD. A. Sabiniano militi.

AD exhibendum actione non [63] tantum eum, qui poſſidet, ſed etiam cum teneri, qui [64] dolo fecit, quominus exhibe-

55 §. 3. *Inſt. de act. jud. & x. D.* 4. περὶ τῶν ἐπὶ ἐκθέσει ἀγομένων δικῶν, 15. *Ecleg. Oldendorp. claſſ.* 3. *act.* 1. Quid ſit exhibere, vid. *l.* 2. *ff. eod. l.* 3. §. 8. *ff. de hum. lib. inſtit. l.* 22. *l.* 246. *ff. de verb. ſign.*

56 Ad exhibendum actio vindicationis præparatoria. vid. *inſt.* 1. *l.* 3. §. 3. *ff. eod. l.* 3. §. 1. *ff. de liberis exhibend. leg.* 12. *ff. de probat. dotiſt.* Datur vindicaturo, interdicturo utrubi, optaturo & noxali judicio acturo. vide *Cujac.* 9. *obſ.* 7.

57 Militarem.

58 Ratione criminis perſona exhibenda. vide *leg. ult. ff. eod.*

59 Liberum, quia non poſſidebat, non liberatur, ſi de novo poſſidet. *l.* 22. §. 1. *ff. eod.*

60 Paterno.

61 Vid. *l.* 6. *J. eod.*

62 Ob res non exhibitum juratur in litem. *l. ſeq. ff. de in lit. jurand. l.* 21. *C. de rei vind. 7. Synopſ.* 18. *ex lib.* 15. *tit.* 4. *c.* 24.

63 Ad exhibendum actio datur adverſus poſſidentem, & eum qui dolo deſiit poſſidere. *Synopſis d. loco.*

64 *L.* 7. *J. eod. l.* 9. *in fr. & §.* 2. *ff. eod.*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Facultat de Ciències Socials

k Modestinus non contemnendæ auctoritatis Jurisconsultus fuit Gordiano.

1 An Gordianus?

3 *L. 4. T. eod. l. 3. §. 14. ff. eod. l. 32. in princ. ff. de aëd. empt. ff. de tab. exhib.*

4 Invasor instrumentorum criminaliter accusari potest, & civiliter ad exhibendum cogi.

5 Accusationis. *Cujac. 13. obs. 35.*

6 *L. 5. T. eod.*

7 *L. 9. §. 3. ff. eod.*

8 *L. 3. §. 14. ff. eod.*

9 Exhibitio rerum commodatarum, aut depositarum peti potest.

10 *L. 13. T. de obligg. & act.*

11 Depositarius, deponenti utiliter pacisci potest. adde quæ notavi ad *l. 53. in fin. ff. de act. empt.*

12 Aliud ex æquo.

13 Utilis actio non stricto jure, sed ex æquo datur.

14 Ad exhibendum agit debitor solutis iis quæ debebat: agit, inquam, ad chirographum & instrumenta cætera quæ ad contractum pertinent. 7 *Synops. Basil. C. ex lib. 15. tit. 3. c. 28.* 15 Naturaliter liberatus instrumentum potest condicere. vide *l. 2. J. de cond. ex lege*, *l. 18. ff. eod.* 16 Potu Salutione. *dict. l. 18. leg. 2. J. de cond. ex lege.*

TIT. XLIII.
DE 17 ALEATORIBUS 18, ET ALEARUM LUSU.

1. Const. argumentum ex Βασιλικῶν lib. 60. tit. 2. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

CONSTITUTIO *prohibet ludes, exceptis quinque: desinit etiam multum in aleatores, permittens Præsidi Urbi, & Præfectibus provinciarum, & Episcopis ea inquirere & prohibere, & in eis habitos contractus rescindere. Dat & aliquem ex quinque concessis ludis, & retentionem earum, qua ex ea causa debentur, & statuit decem librarum multam in eos, qui constitutionem violari permiserint.*

Aliud argumentum ex Novellis.

α'. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἰωάννῃ Π. Π.

1. Imp. 19 Justinianus A. Joanni P. P.

ΟΤΙ ὁ ἐπιβαθεὶς εἰς ἡγεμονίαν, εἴτε ἀπαστέρτου τῆς πρωτοβαλλίου, ἀναλαμβάνει μὴ ἀμφιβόλως λόγῳ ἢ πλαστῷ συνθήκῃ καὶ ἢ πλαστογράφου ἀφῶν διλωτικῆς, πρὸ τοῦ πεντηκοστοῦ ἔτους. Εἰ δὲ μὴ θέλοιτο ἀναλαβεῖν ὁ θέλων, καὶ μᾶλλον ὁ ἐπιβαλὼν, ὃν ἢ τῶν χαλκῶν, πάντες, ἢ ἐκδικῶ ἀπαιτεῖσθαι, καὶ ἀναπαυέσθω εἰς ἔργα τῆς πόλεως. Καὶ ἡ χρυσοῦν ἐπὶ πᾶσιν εἰσφάλασα, ἀκινδύνως ἔστω καὶ ἀναδιδόσθω· εἰ δὲ καὶ τις ὁ χρυσὸς ἐπὶ πᾶσιν ἐπιβὰς ἀφαιρεῖται, ἢ ἑτέρᾳ ὕλῃ, ὅτε ἀπαστέρτου τῶν ἐπιτρόπων αὐτοῦ ἐχόντων τοῦτο ζητεῖν βοηθοῦντων αὐτοῖς ἢ δρόμων καὶ πατέρων, καὶ ἑκάστων. Μέτρον δὲ πεντήκοντα ἔξεσι μυριάδων καὶ καὶ ἐκατὸν πρὸς μυριάδων ἢ πάντας· καὶ ἐπιτελεῖν καὶ ἐπιτελεῖν ἀνδρὸς τέλεσιν καὶ ἐπιτελεῖν ἀνδρὸς τέλεσιν χρῆς καὶ ἐπιτελεῖν καὶ οἱ μὲ σφόδρα πλέονται νομισμάτων ἐνὸς ἐκφεύγειν σωθῆναι πειζέτω· εἰ δὲ λοιποὶ πάντες φεύγοντες τὸ ἥμισυ πλέον ἀπαιτεῖσθαι ὅτε ἔχῃ καὶ ἀδίδοται δικαιοδοσίαν. Προσθῆναι τέλεσιν οἱ ἄρχοντες δίκης λαμβάνειν πάσης ἐκπεπεμφθεῖσης τοῖς παραβαίνουσι, ἢ συζητοῦσι παραβαίνειν.

11. Const. argumentum Βασιλικῶν lib. 60. tit. 2. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

Constitutio prohibet ea, quæ dicuntur ξύλατα ἐκπεμπῆ 32 *pertinuit repetitione proposita in luserer, & publicationis damnorum, in quibus hujusmodi lusum peraëti sunt. Datur & repetitio ei, qui superatus est, & solvit: quod si nolit repetere, id jubet in opera publica ejus civitatis erogari.*

Aliud argumentum ex Novellis.

ϛ'. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἰωάννῃ Π. Π.

ΗΔικαιοδοσία πολλὴ τὴ παιγνίᾳ, ἢ πίνει ἐπιξημιωμένον, ἀφεῖλε καὶ τοῦτο ἐκπεμπῆ καὶ ἢ κυβεύοντων, ἐκπεμπῆ καὶ τῆ ἐκπομπῆ τῆ πόλεως, ἢ τοῖς ἄρχουσι τῆ ἐκπεμπῆ καὶ τοῖς ἐκπεμπῆ ἔχουσι καὶ πολίταις καὶ πάσῃ ἐν αὐτοῖς χωρίῳ πεζαγωγῆς δικαιοδοσίαν· δίδωσι ἢ ἀγωγὴν ὃν ἢ ἐκπεμπῆ παιγνίων, ἢ ἀκαιρεῖν τὸ ἐπιτρόπου χρόνου, ἄνευ λαχεῖν ἐκπεμπῆ ἐξέλθοντα καὶ ἢ συζητοῦσι παραβαίνειν ἢ ἀφεῖλε.

Aliud argumentum Latine.

NOn licere ludere his, qui vocantur equi ligneï 33, *neque ulla quavis alea specie, exceptis ludis, quos in anteriore constitutione permisimus. Loca vero, in quibus hujusmodi equi ligneï lusum fuerit, publicentur: & soluta* 34 *hujus ludi occasione repetantur: vel si repetere nolent, qui perdiderunt, restituto fiet per Præsidem & Præsides provinciarum: & applicabitur* 35 *hujusmodi pecunia publicis operibus. Prohibeant etiam cætera, quæ in hujusmodi ludis fiunt illicita, ut blasphemias* 36, *& si quæ talia. Balsamon autem de equi ligneï significatione incidisse apud imperatorem gravem quandam disputationem, quibusdam asserentibus illum ludum significari, quo pueri extra circum aurigando pro equis utuntur hemiolis, alios vero contra contendentibus lignearn esse fabricam per scalas ligneas exaltatam, habentem in medio diversa foramina: nam qui hoc genere ludebant, quatuor globulos diversorum colorum superficiebant ex superiori parte, & qui primus globulorum per foramina ex ultimo foramine egrediebatur, hic victoriam dabat ei, qui projecerat. Nunc vero eum hanc legem translationem à nobis quoad fieri potuit, ex libris manuscriptis emendatam subjecimus. Cent.*

111. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

ALeanum usus antiqua 37 res est, & extra 38 operas pugnatorias [concessa,] verum pro tempore abiit in lachrymas, multa millia extranearum nationum lusicipiens. Quidam enim [nec] ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione 39 tantum propriis substantias perdiderunt, die noctuque ludendo, argento, apparatu lapidum, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare 40 [Deum] conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subjectorum prospicientes, hac generali lege decernimus, Ut nulli 41 liceat in publicis, vel privatis domibus vel locis ludere, neque in genere, neque in specie, & si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum 42 reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his qui dederint, vel eorum heredibus, aut his negligentibus, à Patre aut Defensoribus illius civitatis: vel recipiat fiscus, non obstante nisi quinquaginta 43 annorum præscriptione: Episcopis vero locorum hoc providentibus, & Præsidum auxilio utentibus. †. Deinceps vero ordinet quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem sine fibula 44, & perichyten 45, & hippicem 46, quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus. †. Sed nec permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum 47, si multum dives sit: ut si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinamus, sed 48 & res [sacras] ludicras 49. Sed istam interminantes ponam transgressoribus, potestatem dando episcopis 50 hoc inquirendi, & Præsidum auxilio sedandi. †. Prohibemus etiam, ne sint equi [seu equestres] lignei 51, & ut si quis ex hac occasione vincatur, hoc ipse recuperet domibus eorum publicatis 52, ubi hæc reperiuntur. †. Si autem noluerit recipere is, qui dedit, procurator noster ex hoc inquirat, & in opus 53 publicum convertat. Similiter & Judices prohibeant, ut à blasphemiis, & 54 perjuriis, quæ ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes homines penitus conquiescant.

17 XII. *D. v. & 3. Eclog. 2.*

18 XII. *D. 5.* Legem de aleis latam fuisse testatur *Cicero Philip. 2.* Alea nomen omnem fortunæ ludum complectitur, non tantum talorum vel tesserarum ex pyxide, id est, fritillo vel phimo, quam pyxidem appellari opinor illo versu *Juvenal. 13.* partos gladio vel pyxide nummos. vide *Cujac. hic.*

19 Interpretatio Latina.

20 Habet enim exceptionem adversus agentem. *l. 29. in fin. ff. de probat. l. ult. §. 1. ff. quar. rer. act.*

21 Olim in quadruplum, hodie in simplum. An autem famosa? *Cujac. putat. hic.* Aleatorum enim nomen infame: unde & tesserarios sic appellari malebant. *Amm. Marcell. 28.* ut latrones ἀπεχθῆ & vocari: Lexicum alex damnatum quasi infamem notat Cic. 2. *Philipp.* Differunt autem alustores à tesserariis: quantum fures à latronibus.

22 Vel quinquaginta, ut est apud Eustath. libro de temporibus, *τίτλῳ περὶ χρόνων. 5. Amastrine 13. Novocom. 24. 29. Cujac. c. 32. de diversis temp.*

23 Olim mitti. Martialis 4. *epigram. 85.* Ædilem rogat unus alea tur: & 14. *Epigr. 1.* Nec tinxit adulem moto spectare fritillo. & Seneca *c. 7. de brevitate vitæ*, loca adilem metuentia, popinæ, ubi plerunque vicem luditur.

24 Excipe casus infra scriptos, & *leg. 3. J. eod.* 25 Θριαμβ. Lupini, argentum cum iconi in pugnatorias [concessa,] verum pro tempore abiit in lachrymas, multa millia extranearum nationum lusicipiens. Quidam enim [nec] ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione 39 tantum proprias substantias perdiderunt, die noctuque ludendo, argento, apparatu lapidum, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare 40 [Deum] conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subjectorum prospicientes, hac generali lege decernimus, Ut nulli 41 liceat in publicis, vel privatis domibus vel locis ludere, neque in genere, neque in specie, & si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum 42 reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his qui dederint, vel eorum heredibus, aut his negligentibus, à Patre aut Defensoribus illius civitatis: vel recipiat fiscus, non obstante nisi quinquaginta 43 annorum præscriptione: Episcopis vero locorum hoc providentibus, & Præsidum auxilio utentibus. †. Deinceps vero ordinet quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem sine fibula 44, & perichyten 45, & hippicem 46, quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus. †. Sed nec permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum 47, si multum dives sit: ut si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinamus, sed 48 & res [sacras] ludicras 49. Sed istam interminantes ponam transgressoribus, potestatem dando episcopis 50 hoc inquirendi, & Præsidum auxilio sedandi. †. Prohibemus etiam, ne sint equi [seu equestres] lignei 51, & ut si quis ex hac occasione vincatur, hoc ipse recuperet domibus eorum publicatis 52, ubi hæc reperiuntur. †. Si autem noluerit recipere is, qui dedit, procurator noster ex hoc inquirat, & in opus 53 publicum convertat. Similiter & Judices prohibeant, ut à blasphemiis, & 54 perjuriis, quæ ipsorum inhibitionibus debent comprimi, omnes homines penitus conquiescant.

pice 31, id est, equorum cursu, seu hippodromo, absque dolo & circumventione. Et liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus, aut vices unum assem, seu numisma, seu solidum deponere & ludere, cæteris autem longe minori pecunia. Quod si plus lusum fuerit, neque repetitio detur, & solutum repetatur. Curent vero ista Præsides, decem librarum pœna interposita, si hanc legem contempserint, vel contemni permiserint.

quem primum in circo tumulo patria fidi armatum honoris gratia saltavisse dicunt: Aristoteles autem aiz Achillem hujus ludi inventorem fuisse. Quibusdam placet, ab ardore, id est, à velocitate sui fossi nomen accepisse hanc pedem: cognatus enim fossilis ardoris, & velocitatis est: unde ardentes Tyrii, id est, festinantes. Hi, ardet abire fuga. Hæc Florius nondum excusa apud *Cujac. 15. obs. 10.* cui in eo quod scribit de Pyrrho Cydoneo, consentit Nicolaus apud Stobæum.

32 Cadit enim ista lusio magis in alea quam virtutis speciem. *de qua vid. J. ad. de bell. Simon meror.* Hi autem alea vitiosa: hinc Seneca, vel Publius mimus, Aleatur quæcto in arte est melior, tacon est nequior.

33 Τὰ ἐξύλινα.

34 Solutum ludi veteri occasione condicitur. *l. ult. J. eod.*

35 Multæ interdum solent applicari publicis operibus *l. ult. J. eod. de appell. eod.*

36 *L. ult. §. 1. T. de appell. eod.*

37 Pacit *hic* 15. §. 8. *ff. de pœn.*

38 Alea militibus olim permissa in castris, ne torperent otio, *et hic Arrian ad Hierat. 1. Caroninum 16. Pyrrhiche pinnam quæ alea tradit.* Non inquinte tamen militem etiam in ludo arma emittunt. *arg. l. 3. §. 13. ff. de re milit. Vid. Festum.*

39 *Cupid. num. 7.* Erat & permissa Decembre mensi & Saturnalibus. 14. *Mart. & alii interpretes.*

39 *Joann. Ant. 1.* neque enim locis conitantibus itur. Ad casum tesulæ, posita sed talitur area.

40 *Leg. 40. §. 1. T. de ritu. nupt.*

41 Etiam clericis, *Nov. Leon. 80. vid. l. 34. §. 1. T. de episc. aud.*

42 *L. 2. T. eod.*

43 Alea amissi repetitio est intra annos quinquaginta: ut ex Anastasio refert Eustathius libro περὶ χρόνων διορθώσεως, neque tollitur tricennio. tat 13. *Novocom. 29.* licet Thalelæus tricennio tolli putet, quod in contextu Basilicon non est adjectum. *Enantiophan. d. loc.* Hoc tamen non servatur in Gallia, teste *Rebuff. in prowis. conf. gl. 5. n. 56.*

44 Spiculo χαρᾶς τῆς πόρτας. *l. 2. T. eod.* 45 Collectationem. *d. l. 1. J. eod.* 46 Id est, Trojam, Pyrriacam. *d. leg. 1. J. eod.* 47 Id est, aureum. 48 Ludieras res ardentes vel ipsi Principes non dedignantur. vide *Cassiodor. 3. Variar. 51. in fin. 7. Variar. 21.* 49 Res etiam ludicras à Magistratu curantur. 50 Facit *l. ult. T. de episc. aud.* 51 Quid sint, vid. *l. 2. T. eod.*

52 Alias pœnas vid. *in l. 2. ff. eod.* 53 *L. 2. T. eod.* 54 *Novell. 77. c. 1.*

TIT. XLIV.
DE 55 RELIGIOSIS 56 ET SUMPTIBUS FUNERUM. 57

De Translatione reliquiarum.

1. Imp. ANTONINUS A. Doritæ.

SI vi 58 fluminis reliquiæ filii tui contingunt, vel alia justa & necessaria causa intervenit: existimatione Rectoris provinciæ transferre 59 eas in alium locum poteris 60. P. P. VIII. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

De illatione in locum alienum. De alienatione, & obligatione.

11. Idem A. Hilariano.

INvito, vel ignorante te ab aljo illatum corpus in puram 61 possessionem tuam, vel lapidem, locum religiosum facere non potest. Sin 62 autem voluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iste efficitur: Quo facto, monumentum

55 *Adde tit. Cod. Theod. de sepulcris violat. lib. 9. tit. 17.*

56 XII. *D. v.* qui *pro religiosis*, id est, de monumentis.

57 Ius *hactenus Eccles. Ital. adde 3. Durat. 28. de sepultur. & 3. Zoes. 12. & 3. Clement. 7. & 3. Extravag. & 13. 3. de sepulturis & c. ultimo sexto. & sing. adde Paul. 1. sent. 21. de sepulturis & funere. De actione funeraria vid. Oldendorp. class. 5. all. ab.*

58 Ob incursum fluminis, vel metum, corpus jam perpetuæ sepulturæ traditum, solemnibus redditis sacrificiis, per noctem in alium locum transferri potest. vid. *Paul. 1. sent. 21. §. 1.*

59 Transferebantur autem corpora per noctem. *Paul. d. loc.* efferebantur interdiu: quo referendi sit Julianæ constitutio 5. *Cod. Theodosian. de sepulcris violat.* Efferri, inquit, cupientium cadavera mortuorum per conferram populi frequentiam, & per maximam luminarium declarationem à fanere, aut quomodo ad deos & templa veniemus? Ideoque quotiam & dolor in exequiis sacrorum amat, & diem funestis nihil interest utrum per noctes an per dies efferantur, libenter convenit populi totius aspectus, ut dolor ille in fameribus, non pompa exquisitum, ostentario videatur. Hæc Julianus *d. loc.* gentili more: quæ miror à Theod. in Codicem relata fuisse.

60 In hujusmodi translatione reddenda erant solemnia sacrificia. *1. Paul. sent. 21. exp. 21.* Gentiles enim pro mortuis sacrificabant. Anniversaria quoque eum in eam sacrificia erant, quæ non à Græcis discebantur, vide *Plut. in Antonio.* 61 Pura possessio, purus locus, qui neque sacer neque religiosus, sed profanus. *l. 4. J. eod. l. 2. §. 4. ff. eod.* 62 *L. 2. ff. eod. §. 9. Inst. de rer. divis. l. 6. §. 4. ff. de servit. rer.*

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

mentum neque venire [1], neque obligari à quoquam prohibente juris religione posse, in dubium non venit. P. P. Kalend. Maji, Aquilino II. & Anulino Conss. 217.

De legato, & sumptu funeris.

III. Imp. Alexand. A. Rimo.

Legatum à defuncto tibi relictum, & [2] quod in funus vel morbum ejus erogasse te boni viri arbitratu probaveris, Præses provinciæ solvi tibi jubebit. P. P. v. Non. Jul. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De dominio, vindicatione, divisione.

IV. Idem A. Luciano.

Si sepulchrum *monumenti* [3] appellatione significas, scire debes, jure dominii id nullum vindicare posse: sed si familiare [4] fuit, jus ejus ad omnes heredes pertinere, nec divisione ad unum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quæ circa [5] id sunt, si semper vicinis ædificiis usui hominum destinatis cessiunt, ejus sunt cui illa, quorum partes esse visæ sunt, ex divisione obtigerunt. P. P. VI. Non. Novemb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De voluntate defuncti servanda.

V. Idem A. Cassio militi.

Militis voluntatem quam *circa monumentum sibi faciendum* testamento expressit, & pater & mater ejus heredes negligere non debent. Nam etsi delatio hoc nomine prætentis [6] constitutionibus amota est: invidiam tamen & conscientiam circa omissum supremum ejusmodi officium, & contemptum judicium defuncti, evitare non possunt. P. P. VIII. Kal. Maji, Juliano & Crispino Conss. 225.

De inscriptionibus monumentorum. De longi temporis præscriptione.

VI. Idem A. Primitivo & aliis.

Monumentorum inscriptiones [7] neque sepulchrorum jura, neque dominium loci puti ad libertos transferent [8]. Præscriptio [9] autem longi temporis, si justam causam initio habuit, vobis proficiet. P. P. VIII. Kalend. Jul. Juliano & Crispino Conss. 225.

De statuis & ornamentis.

VII. Impp. Gordianus A. Claudio.

Si tumulo sepulchro superimponere, vel monumento quod [à te] extructum profiteris, *ornamenta* quæ puras, superaddere non prohibeberis: cum jure suo eorum, quæ [10] minus prohibita sunt, unicuique facultas libera non denegetur. P. P. III. Kal. Augusti. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De jure familiarium sepulchrorum.

VIII. Imp. Philippus A. Juliæ.

Jus familiarium [11] sepulchrorum ad affines, seu proximos cognatos non heredes institutos minime pertinet. P. P. Kal. Jul. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De venditione.

IX. Idem A. & Philippus C. Faustinæ.

Locum quidem religiosum distrahi [12] non posse manifestum est: verum agrum purum [13] monumento cohærentem [14] profani juris esse: ideoque efficaciter venundari, non est opinionis incertæ. P. P. VI. Kalend. Decemb. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De translatione corporis.

X. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Aquilianæ.

Si necdum perpetuæ [15] sepulturæ corpus traditum est: translationem [16] ejus facere non [17] prohibebis. P. P. VIII. Id. Feb. Diocletiano IV. & Maximiano III. AA. Conss. 290.

De supplicio affectis.

XI. Idem AA. & CC. Gaudentio.

Obnoxios [18] criminum digno supplicio subjectos sepulturæ tradi non vetamus. P. P. VIII. Id. April. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

Ne reliquiæ intra civitatem condantur.

XII. Iidem AA. & CC. Victorino.

Mortuorum reliquias [19], nec sanctum [20] municipiorum jus polluatur, intra [21] civitatem condi, jampridem veritum est. P. P. III. Kal. Octob. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

Collatio sepulchri familiaris, & hereditarii.

XIII. Iidem AA. & CC. Dionysio.

Jus sepulchri tam familiaris [22], quam hereditarii [23], ad extraneos etiam heredes: familiatis autem ad familiam, etiam si nullus ex ea heres sit, non etiam ad alium quemquam, qui non est heres, pertinere potest. S. III. Id. Novemb. *Sirmi*, CC. Conss. 294.

De translatione reliquiarum.

XIV. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Cynegio P. P.

Nemo humanum [24] corpus ad alium [25] locum [sine Augusti [26] affatibus] transferat. Dat. III. Kal. Matt. Constantinop. Honorio Nobili Puero & Evodio Conss. 386.

In solo Asseriani libro manuscripto notatur hic deesse Græcam constitutionem, quam ex Basilicis edidit Cujac. lib. 11. observ. cap. 21.

XV. [27].

Ἐν δόξει τινὰ δόξει πλησίον δόξεις ἀσφαλεῖς ὑπὲρ τῶν ἀλλοτριοζωθέντων ἐκμισθῶν παρέχεται.

In nullo quopiam loco vectigal [28] ab aliqua persona pro corporibus ex uno in alium locum translatis præstetur.

---

1 Monumentum venire non obligari non potest. *l. 9. §. 1. ff. de legat. Argent. l. 14. §. de legat. An alius in re sacra? vid. Novellæ ad l. 6. §. 7. §. de §. 3. §. 4. §. 7. §. de §.*

2 Legatario legatum non præstatur, & expensa quæ in funus facta fuit defuncti, *l. 1. §. 2. §. 3. §. ff. eod. l. 2. §. 6. §. ff. eod.*

3 *Vid. l. 1. §. 2. §. 39. Lot. l. 1. §. 2. §. 4. Vid. l. 9. §. ff. eod. l. 29. §. ff. eod. l. 2. §. 5. §. ff. eod.*

4 *Vid. l. 9. §. ff. eod. l. 29. §. ff. eod. l. 2. §. 5. §. ff. eod.*

5 *Adde quæ notavi ad Novell. 3. §. fact. 5. §. unde vid. Cujac. ad Novell. 1. in pr. §. 2. §. 6. §. ff. eod. adde l. 10. §. de pontif. Publice incisa in æs, vel in marmore, vel in lapidem, non probare, illum eum facere, ex inscriptionibus jus nulli competere sine consulti colligunt: quod falsum puto. Agitur enim hic specialiter de monumentorum inscriptionibus: alias inscripti inscriptionem probationem inducunt. l. 12. §. de probat. l. 13. §. de testib. & dot. l. 11. in fin. §. eodem. Antiquis in locis scripturam privatam fidem facere haud negatur. Mynsing. l. 7. obs. 79. & Imperatorem privilegium & rescriptum, & prædictum ex archivo publico fidem facere. Alciat. ad l. 1. §. de §. habem. adde Bald. in tract. reg. §. §.*

6 Inscriptio monumenti a defunctis facta jus, aut dominium sepulchri eo vivo qui inscripsit vel inscribi jussit non transfert, *et sic*, sed eo præmoriente: ut ita vim habeat ultimæ voluntatis: & ita hanc locum accipit *Servius* 1. *Dialogo Ægyptiacio, num.* 34. 9 *L. 4. §. de mortuo.* In sepulchris longa possessione nil prodesse ei qui nullum jus habet. *Syn. Basil. §. tit. 2. c. 4.* 10 Prohibita quæ non sunt, recte intelliguntur. *Bart. de bis, qui sunt sui.* adde *l. 4. §. de jure dotium, l. 27. §. de testam. l. 23. in fin. §. ad municip.* 11 *L. §. l. 6. vers. liberis. §. eod.*

12 *L. 2. §. in fin. §. eod.*

13 Purus *agger* quid sit, vid. *l. 2. §. 4. §. §. eod.* adde *Cujac. 10. obs. 37.*

14 *L. §. §. eod.*

15 Seu æternæ sedi. *l. 40. §. eod.*

16 *D. l. 40. l. 1. l. 2. §. de cadaver. pun.*

17 Excipe cæsum legia 1. §. eod. ex loco Pauli a me citato.

18 *L. 1. l. §. §. de cadaver. punit.* nisi damnatos majestatis. *l. 1. §.* Jure Gallico hæc lex servatur, *tit. Rebuff. in pragm. cunct. Glossam. 54. 55.*

19 Reliquiæ mortuorum *hic* corpus. *Paul. 1. sent. 21. §. 2.* Græci *λείψανα*, *l. 3. §. de sacr. offi. l. 8. §. eod.* cineres, *d. l. 1. in fin.* Reliquiæ etiam dicuntur. *l. 40. l. 44. in §. §. hac tit.* ut & reliquiæ. *l. 30. §. fam. l. 37. §. de cond. Inf.* Animalia bruta habent etiam sua *λείψανα*, *l. 33. §. §. §. de leg. 1.* Neutra significatione. Reliquiæ sunt simulachra. De offisario dixi *ad l. 2. §. de sepulch.*

20 Corpus in civitatem inferri non licet, ne sacra civitatis funestentur: qui contra fecerit, extra ordinem punitur. *Paul. 1. sent. 21. §. 2. l. 6. C. Theod. de sepulchr. violat. Plutarchus 11.* & corpora in agros, urbisque remittunt. *Cic. de legib.* hominem mortuum in urbe ne sepelito, neve uritor. Idem vetuit Antoninus Pius, *teste Spartiano.* Idem servatum apud Athenienses *ut refert Plutarchus apud Cic. 4. epist. de M. Marcello sequens.* Eadem pene de causa Plato 12. *de legib.* vetuit sepulchra in locis frequentis & ad culturam apto poni. Nobis Christianis non in urbibus modo, sed & in templis jus etiam sepulturæ est. 21 *Paul. d. loc.* 22 *L. 5. §. ff. eod.* 23 *L. §. §. §. ff. eod.* 24 Humanum. *l. 7. C. Theod. de sepulchris violat. lib. 9.* 25 *L. 10. C. eod.* 26 Vel potiscum. *l. 8. §. eod.* hæc autem inclusa desunt in *l. 10. C. Theod. de sepulchris violatis*: ex qua hæc lex sumpta est.

27 Latina interpretatio. 28 Vectigal pro corporibus ex uno loco in alium translatis observa. Hujus vectigalis meminit lex 37. *§. eod.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER QUARTUS.

TITULUS PRIMUS.
DE REBUS CREDITIS, ET JUREJURANDO [1].

Retractari an causa possit perjurii pretextu.

I. Imp. Antoninus A. Herculiano.

Causa [2] jurejurando ex consensu [3] utriusque partis, vel adversario inferente, delato & præstito, vel remisso [4] decisa: nec perjurii [5] prætextu retractari potest: nisi [6] specialiter [7] hoc lege excipiatur [8]. P. P. XV. Kal. Jul. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

Perjurio *pœna quando imponatur.*

II. Imp. Alexander [9] A. Felici.

Jurisjurandi [10] contempta religio satis [11] Deum ultorem habet [12]. Periculum autem corporis, vel Majestatis crimen secundum constituta [13] Divorum Parentum [14] meorum, etsi, per [15] *Principis veneracionem* [16] quodam calore [17] fuerit pejeratum, inferri non placet. P. P. VI. Kal. April. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De inopia probationum.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Severæ.

In bonæ [18] fidei contractibus, necnon [etiam] in cæteris causis, inopia [19] probationum, per [20] judicem jurejurando causa cognita res decidi oportet. P. P. Kal. Sept. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De Tutelæ actione.

IV. Iidem AA. & CC. Maximæ.

Si ad excludendam tutelæ actionem pupillus [21] jusjurandum tutori detulerit, postea eandem litem exercere non prohibetur. P. P. Kal. Jul. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De

---

1 Hic tituli particula generalis est ad sequentes aliquot, nec tamen hic tractat de rebus creditis, sed de jurejurando, sed dixeris, jusjurandum crediti genium esse. *arg. l. 2. in fin. §. de rebus creditis.* & ita interpretus est Tit. 1. *apud Paul. §. 1. sent.*

2 Jurejurando lites decidentur, tam in actionibus in rem quam personam. *Paul. dict. loc. §. §. Instit. de interpr. tit. D. 11. & 22. Ecloga. §. & 1. Harmenop. 7. & 2. Decret. 24. & 2. Novt. 11. & 2. Clement. 9. & 22. quæst. 1. Ferrar. in formul. juramenti quod præstatur à parte patri 16. Oldendorp. class. 1. act. 9.* Jusjurandum quid sit? fidei atque religionis exhibitio. *l. ult. §. de §. §. §.

De Fideicommiſſo.

v. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUm etiam à [1] pupillorum tutoribus, velut ab ipſis pupillis relicta fideicommiſſa videantur, ſuper fideicommiſſis Præſes [2] provinciæ cogniſcet: &, ſi id tibi relictum eſſe conſtiterit, reddi tibi efficiet. Idem, ſi inficietur, ad jusjurandum (ut deſideras) tutorem adiget. [3] P.P. IV. Kal. Decemb. ipſis IV. & III. AA. Conss. 290.

De genuina & ingenuitatis quæſtione.

VI. Iidem AA. & CC. Beſſio.

CUm proponas partibus placuiſſe, jurisjurandi religione, generis [4] & ingenuitatis quæſtionem decidi: Præſes provinciæ juxta decretum arbitri [5] ad voluntatis veſtræ placitum amitæ tuæ filiis conſulet. P. P. V. Id. Februar. Tiberiano & Dione Conss. 291.

Ne alteri per alterum præjudicetur.

VII. Iidem AA. & CC. Eutychianæ.

NEc filius [6], nec quiſquam alius [7], nec litigando, nec paciſcendo, ſed neque jusjurandum citra voluntatem dominæ rei deferendo, præjudicium ei facere poteſt. Unde ſi citra mandatum tuum aliquid erga rem tuam filius tuus geſſit, nec hoc ratum habuiſti, nihil tibi obcrit. S. Idib. Novemb. AA. & Conss. 293.

De actione & jurejurando altero.

VIII. Iidem AA. & CC. Marriano.

DElata [8] conditione jurisjurandi, reus (ſi [9] non per actorem, quominus de calumnia juret, ſtetcrit) per judicem ſolvere [10], vel jurare, niſi [11] referat jusjurandum, neceſſe habet. S v. Kal. Maji, *Sirmii*, AA. Conss. 299.

De depoſito.

x. Iidem AA. & CC. Protogeni.

IN actione etiam depoſiti [12], quæ ſuper rebus quaſi ſine ſcriptis datis movetur, jusjurandum ad exemplum cæterorum bonæ [13] fidei judiciorum deferri poteſt. S. v. Kal. Decemb. CC. Conss. 300.

De revocatione jurisjurandi.

XI. Imp. Juſtinianus A. Demoſth. P. P.

SI quis jusjurandum intulerit, &, necdum eo præſtito, poſtea (utpote ſibi allegationibus abundantibus) hoc revocaverit: ſancimus [14] nemini licere penitus iterum ad ſacramentum recurrere, (ſatis enim abſurdum eſt redire [15] ad hoc, cui renunciandum putavit, & cum [16] deſperaverit aliam probationem, tunc denuo ad religionem convolare) & judices nullo modo [eos] audire ad tales iniquitates venientes. †. Si quis autem ſacramentum intulerit, & [hoc] revocare maluerit, licere quidem [ei] hoc facere, & alias probationes, ſi voluerit, præſtare: ita [20] tamen, ut hujuſmodi licentia uſque [21] ad litis tantummodo terminum ei præſtetur. Poſt definitivam autem ſententiam, quæ provocatione ſuſpenſa non ſit, vel quæ, poſtquam fuit appellatum, corroborata fuerit: nullo modo revocare juramentum, & iterum ad probationem venire cuiquam concedimus: ne repetita lite, finis [22] negotii alterius cauſæ fiat exordium. Dat. XV. Kal. Octob. *Chalcedone*, Decio V. C. Conss. 529.

Jusjurandum ad deciſionem litis quando præſtandum. 1. De jurejurando præſtando, vel referendo. 2. De procuratore; ſi quis jurare noluerit. 4. De abſentibus. 5. De loco & forma jurandi. 6. De priorum legum confirmatione.

XII. Idem A. Demoſtheni P. P.

GEneraliter de omnibus juramentis, quæ *in litibus* offeruntur vel [23] à judice vel à partibus, definiendum eſt. Cum enim jam increbuit judices in pleniſſima definitione ſacramentum imponere: evenit, ut provocatione lite ſuſpenſa [24], hi quidem, qui jusjurandum præſtare juſſi ſunt, ab hac forte luce ſubtrahantur, probationes autem rerum cadant [25]: cum [26] multum [27] diſcrepet juramentum hereditarium [28] à principali [29] ſacramento. Neceſſitate itaque rerum coacti, & probationibus pinguius ſubvenientes ad hujuſmodi venimus ſanctionem. Omne igitur juramentum, ſive à judicibus, ſive à partibus illatum, vel in principio litis, vel in medio, vel in ipſa definitiva ſententia, ſub ipſo judice [30] detur, non expectata vel ultima definitione, vel provocationis formidine. §. 1. Sed juramento illato, cum hoc à partibus factum fuerit, & à judice approbatum [31]: vel ex auctoritate judicis cuicunque parti illarum: ſi quidem is cui imponitur ſacramentum, nihil ad hoc fuerit reluctatus, hoc præſtetur, vel referatur: neceſſitate ei imponendi, cui jure refertur, relationis ſacramentum ſubire: vel ſi hoc recuſaverit, quaſi illato ſacramento præſtito, cauſa [32] vel capitulum [33] decidatur, nullo loco provocationi relinquendo. Quis enim ferendus eſt ad appellationis veniens auxilium in his quæ ipſe facienda procuravit. §. 2. Sin autem is, cui ſacramentum eſt illatum, vel à parte, vel à judice, hoc ſubire minime voluerit, licentiam quidem habeat ſacramentum recuſare: judex autem, ſi hoc omnimodo præſtandum exiſtimaverit [34], ſic cauſam dirimat, quaſi volente eo ſacramentum ſit recuſatum: & ita cætera ſive capitula, ſive totius negotii ſumma examinentur, & lis ſuo marte percurrat, nullo ei obſtaculo obviante. Ipſe autem qui ſacramentum ſibi illatum dare recuſaverit: vel hoc atteſtetur, vel, ſi forte non audeat, habeat [35] ſibi in ultima [36] provocatione repoſitum auxilium, & ſi judex appellationi præſidens, *bene quidem illatum jusjurandum, non rite autem recuſatum* pronunciaverit: res ſecundum quod judicatum eſt, permanebit. Sin autem *non rite quidem illatum, recte autem recuſatum ſacramentum* pronunciaverit: tunc ei licebit emendare [37] ſententiam judicis, quæ quaſi ex recuſato ſacramento proceſſit, & nihil penitus nec præjudicii, nec injuſti diſpendii [38] cuicunque incurret: ſed & cauſæ curſus ab initio uſque ad noviſſimum terminum non impedietur, & lis æqua lance trutinabitur. §. 3. Sive autem illatum jutamentum præſtitum fuerit, ſive recuſatum, ipſi parti, quæ hoc intulit, nullum [39] provocationis remedium in hoc reſervabitur: cum nimis crudele eſt, parti quæ hoc detulit, propter hoc ipſum, quod judex ejus petitionem ſecutus eſt, ſupereſſe provocationem.

§. 4. His de præſentibus [40] perſonis ſtatutis, nec abſentes nos fugiunt, ſed etiam eos huic legi ſubjugamus: & ſi perſona præſens non inveniatur, cui ſacramentum illatum eſt, lite forte pet procuratorem ventilata, neceſſe eſt, vel ipſam principalem perſonam datis certis induciis [41] ad judicem venire, ut ea quæ de ſacramentis ſtatuta ſunt, impleat; vel (ſi judex exiſtimaverit) in provincia [42] ubi degit, ſub actionum teſtificatione juramentum ab ea vel dari, vel referri, vel recuſari, hoc procedere: ut ſingulis caſibus eventus jam definitus imponatur: licentia danda etiam parti alteri, vel per ſe, vel per procuratorem ſuper hoc ipſum ordinatum, adeſſe his quæ de juramento agnitur: vel ſi neutrum facere maluerit, & ex una parte [43], ſub fide tamen geſtorum, juramentum præſtari, vel referri, vel recuſari: expenſis propter hujuſmodi cauſam præſtandis, officio [44] judicis tutinandis, an ab utraque parte, an ab altera oporteat eas dependi: nullo tamen ex hoc litibus impedimento generando: ſed, donec ea procedunt, aliis vel capitulis, vel litis membris à judice examinandis: & poſtquam fuerint ei intimata [45] geſta ſuper juramento ſubſecuta, tunc iterum ad [46] hoc capitulum judice redeunte, & eo adimpleto ad cetera perveniente: omnibus aliis quæ de præſentibus ſancita ſunt, & in abſentium parte obſervandis. §. 5. In omnibus autem caſibus in quibus ſacramenta præſtantur, obſervationem judicialem permanere cenſemus ſecundum perſonarum qualitatem [47], ſive ſub [48] ipſo judice præſtari oportet juramentum, ſive in domibus [49], ſive ſacris ſcripturis tactis [50], ſive in ſacroſanctis oratoriis [51]. §. 6. Similique modo in ſua firmitate manere, quæ de calumniæ jutejurando, vel relato ſacramento legibus cauta ſunt, vel à nobis, vel à retro divis principibus introducta: non enim, ut aliquid derogetur antiquioribus legibus, hæc prolata ſunt: ſed ut, ſi quid deciſe eis videatur, hoc repleatur. Recitata ſepties [52] in novo conſiſtorio Palatii Juſtiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Conſ. 529.

De legatis & fideicommiſſis.

XIII. Idem A. Joan. P. P. P.

CUm quis legatum, vel fideicommiſſum, utpote ſibi relictum exigeret, & teſtamento forte non apparente pro eo ſacramentum ei ab herede delatum eſſet, & is religionem ſuam præſtaſſet, affirmans ſibi legatum, vel fideicommiſſum derelictum eſſe, & ex hujuſmodi teſtamento id, quod petebat, conſecutus eſſet; poſtea autem manifeſtum eſſet factum, nihil [53] ei penitus fuiſſe derelictum: apud antiquos quærebatur, utrum jurejurando ſtandum eſſet, an reſtituere deberet, quod acceperat: vel, ſi re vera ei derelictum fuiſſet legatum, vel fideicommiſſum, an daremus licentiam heredi Falcidiam, ſi competat, ex hoc retinere. Nobis itaque melius viſum eſt, repeti [54] ab eo legatum, vel fideicommiſſum, nullumque ex hujuſmodi perjurio lucrum ei accedere: ſed ſi verum fuerit inventum: quartæ detentionem introduci, ſi tamen locum habeat: ne cui ex delicto [55] impium ſibi lucrum [afferre] noſtris legibus concedatur. Dat. XV. Kalend. Novemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 532.

---

[1] Relictum à tutore, relictum videtur a pupillo, de quo ſi dubitatur, tutori defertur jusjurandum, & ita tutor jurat in cauſa pupillo nota, *l. 20. §. de fideic. l. 69. §. 2. ff. de leg. 2.* adde *Cujac. 3. obſ. 27.*

[2] Fideicommiſſa in provinciis apud Præſidem, at Romæ apud Conſulem, vel prætorem fideicommiſſariam penebantur. *Ulpian. 25. §. 12. Goth.*

[3] Imo non adigunt *l. 4. ff. de in litem jurand.* Sed ſibi de juramento in litem affectionis, hic de veritate agitur. Weſenb. *ad tit. ff. de in litem jur. num. 4.* Ant.

[4] Super cauſa ſtatus poteſt jusjurandum deferri.

[5] Id eſt, judicis dati. vid. *l. 2. T. de judic. l. 1. in fin. T. de pedaneis. l. 2. T. de libertis.*

[6] Vid. *l. 4. T. ſi aliena res pign. Goth.* Explicationem hujus legis vid. apud Leoninum *emendat. lib. 3. cap. 12. num. 2.* Ant.

[7] Vid. *l. 3. §. 3. in fin. ff. de jurejur.*

[8] Jurejurando delato, reus debet vel jurare, vel ſolvere, vel jusjurandum referre. *Syn. Baſil. 22. tit. 5.*

[9] Quid ſi ipſe actor de calumnia prior jurare nolit? reus jurare non cogitur. *l. 9. T. eod.* quippe is, qui jusjurandum defert, prius jurare de calumnia hac formula cogitur, Ὀμνύω ἐγὼ ὡς συκοφαντῶν σε, δίκαιον λαβεῖν παρὰ σοῦ τὸ ἔγκλημα, ὃ ἐπαίρω σοι λεγόμενος ἐπίορκον· hoc eſt, juro me non calumniose jusjurandum exigere, ſed quod jure putem experiri. *Syn. Baſil. 22. tit. 5. c. 48. 1. Harm. 7. §. 6.* unde apud Paul. legimus [2]. *ſent. 1. §. 2.* Jusjurandum deferre prior actor poteſt, contrarium autem de calumnia jusjurandum reo competit. adde *l. 34. §. qui jusjurandum. 4. & l. ſi non fuerit 37. ff. de jurejur.*

[9] Quin jusjurandum majus quidam eſt, quam res judicata. *22. Bel. 5. c. 1.*

[10] Ex juramento naſcitur actio in factum; de qua vid. Oldendorp. *claſſ. 1. act. 9.* niſi ſuper aliquo facto nominatim eſt juratum, puta vendito; tunc enim competet utilis venditi. *l. 13. §. 3. ff. de jurejur.* vid. in hanc leg. Joan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 5. num. 96.* Ant.

[11] Dixi *ad l. 1. T. eod. ex Paul. 3. ſent. 1. §. 2.*

[12] Qui defert jusjurandum, prius de calumnia jurat. *l. 34. §. 4. l. 37. ff. eod. l. ult. T. de fidei. vid. l. 2. T. de jurejuran. propt. calum. l. 11. §. 2. ff. rer. amotar.* Remittitur tamen quibuſdam perſonis, puta patrono, non liberto: & in cauſa feudalibus tam vaſſallo, quam domino. vid. *Cujac. 4. feud. 36. fol. 548. 2. feud. 33. §. 1.*

[13] *L. 34. §. 6. ff. de jurejur.*

[14] Cui defertur juramentum, tenetur jurare, vel referre.

[15] Adde *l. 4. ff. ad ſenatuſc.*

[16] *L. 3. T. eod.*

[17] Jusjurandum inopia probationum tibi detuli: nactus alias probationes, delationem jurisjurandi à te omnibus præſtiti, revocavi, quæritur an ſecundo non liceat ad jurisjurandi delationem confugere? non licet. *Synopſ. Baſil. 22. tit. 5. cap. 50. 1. Harm. 7. §. 8.*

[18] Vide *leg. 73. ff. de reg. jur.*

[19] Iniquum eſt hoc caſu ἀνωφελῆ τὸν ἄνθρωπον πόνον ἐκ τῆς ἔνστάσεως ἐπιφέρειν, ob deſperatas alias probationes, ad jurisjurandi religionem denuo confugere. *Synopſ. Baſil. eod. c. 50.*

[20] Jusjurandum delatum, necdum præſtitum, is qui detulit revocare poteſt ἐφ' ἑνὶ ἀνεπιφθόνῳ πάσῃς ἀντιλογίας τῆς ἕνεκα, quouſque ſententia lata fuerit, quæ jusjurandum præſtare jubeat. Igitur non poſt ſententiam à qua non appellavit, non denique poſt ſententiam ab appellationis judice confirmatam. *Synopſ. d. loc.*

[21] Delatum juramentum, antequam ſit juratum vel pronunciatum, revocari poteſt. Vid. Borcholt. *de jurejur. cap. 6. num. 2.* Vincent. Caroc. *de juram. lit. deciſ. quæſt. 5. pr. num. 39. & quæſt. 10. pr. 1. num. 1.* Ita & Juriſconſultis licet quandoque ex mutatione circumſtantiarum facti reſponſum mutare. Cujac. *lib. 2. obſerv. 36. & ad African. tract. 4. Notis. conſ. 194. num. 13. lib. 1.* Ant.

[22] Id eſt, finis primi negotii ſecundæ litis exordium faciat. *Synopſ. ibid.*

[23] Juramentum defertur, vel à judice vel à parte.

[24] Appellatione ſuſpenditur ſententia.

[25] Probationum vim non ſunt conſecutæ. *l. quamvis. Cod. de hæreticis*: unde colligit Accurſius in Novell. 94. *arg.* Novellæ *de teſtibus*, debitorem pacto vel conventione cogi non poſſe, ad unicam tantum probationis ſpeciem, ut ita poſſit debitor quovis genere probationis, ſive per teſtes, ſive per inſtrumenta, ſive per jusjurandum, debiti ſolutionem probare, neque ſe genus ad unum tantum probationis aſtringere.

[26] Juramentum hereditarium multum differt à defuncti juramento. *l. 12. §. 2. ff. rerum amotar.*

[27] *11. Paud. 58. §. cum datur.* Cognatur tamen heredes interdum jurare, dummodo veriſimiliter poſſint jurare: videlicet nota eis veritate facti defuncti, quam liberi, tacita quadam præſumptione, poſſe intelligantur. vide ad hunc locum Rolandum à Valle 1. *conſ. 52.* adde Ancharanum 1. *conſ. 55. num. 8.* Mynſing. 2. *obſerv. 13.*

[28] De procuratore vide *l. 2. §. 1. §. 2. T. de jurejurand. propt. calumn.*

[29] Hoc eſt, defuncti.

[30] Poteſt jurari etiam appellatione pendente. *Salic.*

[31] Delatio juramenti parti non concluſit, niſi per judicem approbata ſit.

[32] De quo ſecundo inde colligunt Contumacem in uno capite, non haberi pro confeſſo in alio.

[33] Id eſt, articulo ille facit.

[34] Cum enim non habeatur ipſo jure pro confeſſo; cum ejus contumacia judicis arbitrio ſit definienda.

[35] Interim non allegata in cauſa principali, poterit in cauſa appellationis allegari. *Bald.*

[36] In appellatione à definitiva, diſtinctionem graviamen interlocutoriæ.

[37] Hinc illa vetus formula judicandi ex cartis, & apud judices ad quos appellatur. *Ex emendat. Ed. gonnat. &c.*

[38] Sententia emendata imo parit diſpendium, poteſt tamen arbitrio judicis condemnari in expenſis primi judicii, qui in priore cauſa vicerit.

[39] Delatur juramenti non appellat. An idem ſi ea qui refert? Idem, omnis enim juramenti relator, eſt delator. *Accurſ.*

[40] Quæ dicunt, ſi hæc de juramento delato, & relato inter ipſas partes præſentes.

[41] Abſenti curtus comparendi terminus præfinitus.

[42] Juraci poteſt extra provinciam judicis, apud quem litigatur.

[43] Mutuopio.

[44] Officio judicis expenſæ transmittuntur.

[45] Significata.

[46] Dilatio propter ſuper uno capite, non impedit proceſſum ſuper alio, diverſis tamen. *Bald.*

[47] Juramentum ei deferendum, qui rei veritatem magis perſpectam habet. vid. *Ulpian. 1. obſ. 13.*

[48] Juraci poteſt, vel in judicio, vel domi.

[49] Acta ex cauſa poſſunt fieri in domo privata: hinc colligit Baldus, agreſti domatis aliquid in domo ſua coram judice, donationem pro inſinuata ſuſcipi.

[50] Corporaliter ita jurator.

[51] In Eccleſia juraci poteſt. vid. *Auctorem ad l. 2. T. de ſacroſanct.*

[52] Septies. *Cujac. 20. obſ. 3.* hoc quid ſit, dixi ad *l. 22. in fin. T. de ſacroſanctis.*

[53] Negativam interdum probari hinc colligunt quæ de re dicitur ad *l. 23. T. de probat.*

[54] Obtat *l. 2. T. eod.* quam vide *Cap. num. 7.* Pauca interim traditur, reſtitutionem adverſus ex quæ juramento non valuntarie facta deciſa, dari propter ſpecies de novo repertas, *l. 31. ff. eodem, l. 29. T. de tranſact.* Goth. Hæc eſt 9. deciſio ex 50. novis Juſtinianeis, ut videre eſt apud Inglois. Ant.

[55] Lucrum ex delicto ſperare, impium.

TIT. II.

SI CERTUM PETATUR. [56]

De Re alieno heredetaria.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Modeſtino.

NEquid xquam, neque uſitatam rem deſideras, ut res alienum patris tui non [57] pro portionibus hereditatiis exolvatis tu & frater coheres tuus, ſed pro æſtimatione rerum prælegatarum: cum ſit explorati juris, hereditaria onera ad [58] ſcriptos heredes pro [59] portionibus hereditariis, non pro modo emolumenti pertinere. Quod nec tu ipſe ignorare videris: cum creditoribus ſecundum formam [veteris [60]] juris pro portione tua cæteris. Dat. Kal. Jul. Cilone & Lesone Conss. 205.

De eo, qui nummos alienos credidit, & ſtipulatus eſt.

II. Imp. Antoninus A. Hermogeni.

QUamvis pecuniam tuam [61] Aſclepiades ſuo nomine crediderit: ſtipulando tamen, ſibi [62] jus obligationis quæſivit: quam pecuniam ut poſſis petere, mandatis tibi ab eo actionibus conſequeris. P.P. VII. Kal. Maji, Meſſala & Sabino Conss. 215.

56 Petatur *de chirographis. Cod. 7b. l. 2. tit. 27. 12. ff. l. 1. id eſt de mutuo, aqui locus. Harm. 3. Inſt. pub. modo re contract. 2. pr.* Formulam ſi petitionis vide apud Oldendorp. *lib. 4. act. 17.* Formulam ſi *in ſummis de ſtipulatione ſpecificatis 43. lib. Mant. 2.*

57 Heredes tenentur ad onera hereditaria pro hereditariis portionibus, etiam ſi in præjudicio fit inæqualitas *l. 26. T. de pact. l. 6. l. 13. T. famil. l. 2. T. de negot. alt. l. 2. §. 3. ff. eod. l. 6. §. 2. ad Treb.*

58 Perſonalis obligatio & inſtantia ad heredes non transit: vid. Socin. *reg. 197.*

59 Hinc ratio dubitandi ſuperabatur. Videlicet enim ex inæqualibus prælegatorum quantitate, eos inæqualiter etiam teneri. *l. 1. T. de compr. leg. 30. T. de jurejur. deliber.*

60 *21. Tabularum.*

61 Qui pecuniam alienam ſuo nomine credit, ſibi jus quærit, quod tamen cedere tenetur. *l. 2. T. de reb. alienat. adde l. 42. conſ. quod ſi ſtipulatus. ff. eod. l. 6. §. 2. ad Treb.* Vide *l. 16. T. de pignoribus.*

De his, qui officia administrant.

III. Imp. Gordianus A. Sempronio.

Eos [1], qui officia administrant, neque per se, neque per suppositas personas, tempore officii sui in provincia fœnus [2] agitare posse, sæpe rescriptum est. P. P. VIII. Kalend. Septemb. Gordiano A. & Avitola Conss. 240.

De pecunia absentis nomine ejus credita.

IV. Impp. Philippus A. & Philippus Cæs. Maximo.

Si absentis pecuniam, nomine ejus fœnori dedisti, ac reprobato nomine [3], mandatis actionibus experiris, præses provinciæ jurisdictionem suam præbebit. §. 1. Idem si cessare mandatum animadverterit, utilem tibi adversus debitorem eo actionem nomine competere non negabit 4. Propos. XV. Kal. Mart. Fraesente & Alsino Conss. 247.

De instrumento.

V. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Arisiodemo & Proculo.

Si non singuli [5] in [6] solidum accepea mutua quantitate, vel stipulanti creditori spoote vos obligastis (licet uni [7] numerata sit pecunia) vel intercessionis nomine hanc pro reo suscepistis obligationem: frustra veremini, ne ejus pecuniæ nomine vos convenire possit, quam alii mutuo dedit, si intra præstitutum [8] tempus rei gestæ quæstionem detulistis. †. Ac multo magis inanem timorem gestitis, si [9] pecunia numerata, *eleum suscepturum* instrumento sit collatum: cum, *si reddendi* stipulatio nulla subjecta est, & hujus rei est habita solennis contestatio, in suo statu remanente eo, quod vere factum intercessit, ex olei accepti scriptura nihil deberi manifestum est. S. v. Non. Maji, AA. Conss. 293.

De novatione, de instrumento simulato, de usuris.

VI. Iidem AA. & CC. Nicandro.

Si ex pretio [10] debitæ quantitatis, facta novatione, per stipulationem usuras licitas ab eo contra quem supplicas, stipulatus es: falsâ [11] mutuo datæ quantitatis demonstratio prætermissa, cum obligationis substantia non defecerit, quominus usque ad modum placitum usuræ possint exigi, nihil nocet. †. Si vero, citra vinculum stipulationis tantum mutuam pecuniam datam conscriptum est, & ejus prætiari fœnus convenit: simulatis pro infectis habitis, hujusmodi placitum nihil de præcedenti mutavit obligatione. S. XV. Kal. Decemb. AA. Conss. 293.

De origine pecuniæ creditæ, de persona cujus nomine creditum esse spectandum.

VII. Iidem AA. & CC. Pactumeio.

Non unde [12] originem pecunia, quæ mutuo datur, habeat; sed qui contraxit, si ut propriam numeravit; in hujusmodi obligationibus requiritur. S. v. Non. Octob. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De re æstimata data mutui causa, de stipulatione usuræ illegitimæ, de pignore non idoneo.

VIII. Iidem AA. & CC. Proculo.

Si pro [13] mutua pecunia quam à creditore poscebas, argentum, vel jumenta, vel alias species utriusque consensu æstimatas [14] accepisti, dato auro pignori, licet ultra usuram centesimam usuras stipulanti spopondisti: tamen [15] fors, quæ æstimatione placito partium definita est, & usurarum titulo legitima [16] [summa] tantum recte petitur. Nec quicquam tibi prodesse potest, quod minoris [17] esse pretii pignus quod dedisti, proponis, quo [18] minus hujusmodi quantitatis solutioni pareas. S. XVII. Kal. Januar. AA. Conss. 293.

Si duo simul crediderint.

IX. Iidem AA. & CC. Alexandro.

Cum te in Gallia cum Syntropho certum auri pondus, itemque numeratam pecuniam mutuo dedisse, ut Romæ solveretur, precibus adsevetas: aditus competens Judex si duos reos stipulandi [19], vel re pro solido tibi quæstiam actionem, sive ab heredibus Syntrophi procuratorem [20] te factum animadverterit; totum debitum; alioqui, quod dedisti, solum restitui tibi jubebit. S. XV. Kal. Januar. AA. Conss. 293.

De duo instrumenta pluribus obligationum, de stipulatione mutuo adjecta, de pœnitentia.

X. Iidem AA. & CC. Crispino.

Eo quod à multis [21] proprii debiti singulorum obligationis uno [22] tantum instrumento probatio continetur: exactio non interpellatur. Nam si pro pecunia quam mutuo dedisti, tibi vinum stipulanti [23], qui debuerant, spoponderunt: negotii gesti pœnitentia contractum recte habitum non constituit irritum. S. II. Non. Feb. *Sirmii*, AA. Conss. 299.

De incendio.

XI. Iidem AA. & CC. Maximiano.

Incendium [24] ære alieno non [25] exuit debitorem [26]. S. II. Id Febr. *Sirmii*, AA. Conss. 229.

De his, qui in rem communem mutuati sunt.

XII. Iidem AA. & CC. Theophanio.

Si in rem communem cum Ione mutuum sumpsisti pecuniam, nec [27], nec solennitate verborum vos obligastis in solidum: & si eam post integram solvisti [28]: de restituenda tibi parte contra Ionem experiri, ut debitum poscens, judice cognoscente potes. S. XV. Kal. Sept. CC. Conss. 300.

De eo, qui mutuatus est in res alienas.

XIII. Iidem AA. & CC. Frontoni.

Eum, qui mutuam sumpsit pecuniam, licet [29] in res alienas, creditore non contemplatione [30] domini rerum eam fœnori dante; principaliter obligatum, obnoxium remanere oportet [31]. S. XVIII. Kal. Novemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 300.

De eo qui instrumento subscripsit.

XIV. Iidem AA. & CC. Hadriano.

Mutuæ pecuniæ quam aliis dedit creditor, citra solennitatem verborum subscribentem [32] instrumento [te] non habet obligatum. Sine die, AA. Conss. *.

Si mutuatus credidit.

XV. Iidem AA. & CC. Charidemo.

Non adversus te creditores, qui mutuam sumpsisti pecuniam, sed ejus, cui [33] hanc credideras heredes experiri, contra juris formam evidenter postulas. S. v. Kal. Decemb. CC. Conss. *

De eo, qui judici, vel honorem ambienti mutuavit.

XVI. Imp. Honor. & Theod. AA. Theodoro P. P.

Quisquis Judici fœnebrem pecuniam mutuaverit [34], si in provincia fuerit versatus, quasi [35] emptor legum atque provinciæ, vel si quis collectarius [36] honoris pretium dederit ambienti: exilii pœna una cum ipso judice plectetur. Dat. XVII. Kal. Novemb. Basso & Philippo Conss. 402.

De chirographo.

XVII. Imp. Justinianus A. Mennæ P. P.

Super chirographariis [37] instrumentis hæc pro communi utilitate fancienda duximus: Ut, si quis pecunias credere supra [38] quinquaginta libras auri voluerit, vel super reddito debito securitatem accipere, cum amplius sit memorata quantitas, sciat non aliter debere chirographum à debitore, vel creditore percipere, quam si testimonium trium [39] testium probatæ opinionis per eorum subscriptiones [idem] chirographum capiat. Nam si contra hujusmodi observationem chirographum super pecuniis memoratam auri quantitatem excedentibus proferatur: minime hoc admitti à judicantibus oportet. Quod & in futuris creditis, vel debitorum solutionibus locum habere oportet. Dat. x. Kal. Junii, *Constantinop.* DN. Justiniano A. II. Conss. 528.

In Authent. de instrument. caus. & fide §. oportet vero. tol. 6. tit. 2. al. 3. seu Novell. 73. cap. 8.

Sed novo jure quinque testes adhibendi sunt, si fiat ab imperito literarum contractus in scripta, & in civitate [39], & excedat libram auri; nam si quis facere quemlibet contractum ex non scripto voluerit: manifestum est, quia aut per testes, aut per jusjurandum fidem percipiet, adhuc quidem testes deducente, posse autem jurante, aut referente, sicut judex disposuerit. In agris autem, quæ hactenus valuerunt apud eos, & nunc sint firma.

---

[1] O ipse & ipsi, *ipse* in singulari numero, qui magistratum vel administrationem in provincia gerit, vocatur per illum aspectum magistratus (hoc nisi quatenus magistratus sit tempore suum exercere potest. *Ipse Bagol. ad. l. 1. tit. 22. lib. 23. ad. l. 1. cap. 45.*

[2] *L. 35. ff. ad. Senat. de usur.* vid. *l. 7. de contrall. jud.*

[3] Nomen est ipsi obligationi ipse constituta instar.

[4] Cur ita? colligas ex *l. 32. in fin. ff. ad.* vid. *Cujac. 5. obs. 20.*

[5] Hæc lex non autem locum habet in simplici mutuo, sed de in utile Gaspar Rodenb. *de corr. obligat. lib. 2. quæst. 5. num. 3.* Ant.

[6] Nomen in personis non obligat alios: nisi constituerint & una debendi insolidum, ut vel verbis, vel chirographo, vel bonorum in singulos, vel invicem fidejussorio. vid. *Molinæum quæst. 7. de usur. n. 122. & sequent.*

[7] *L. 3. ff. de institor. actu.*

[8] Biennium sufficit. *Mantuan. Inst. de in integ.*

[9] In, cui pecunia ex vera mutuatis ad, non mutuo ad eleum indemnatæ compellendum. Talis enim mutui contractus est ultroneus, & naturam mutui excedit, nisi in stipulationem eleum deductum fuerit. *vide l. 6. ff. ad. ff. & in empt. & venditione & stipulationem aliud utrobique, tanquam aliud pro alio solvatur. l. 17. ff. de solut.*

[10] Ad hanc legem vid. Gomez. *de contrab. stipul. tit. 7. num. 78. & cap. 8. num. 71. & seq.* Gail. *Pap. hic loc.* Lemnius. *consultat. lib. 3. cap. 16. n. 1.* Ant.

[11] Nicander mansionem formare stipulatus à suo debitore, quam ei manumisit, potuit ab eodem ex eadem summa non falsa licitas stipulatur. Primus contractus absurdus est. vid. *l. 11. §. 1. ff. ad. l. 5. tit. de usur. 17. ff. de pact.* at non secundus, nisi pro ea parte quæ debitori vere remittenda est. Quid si usuræ pulso tantum fundi promissæ, non ex solemni stipulatione? adsere non debentur. *l. 34. ff. mandat. l. 1. l. 3. ff. de usur.* quam mox ex hoc amulet interpretationem Papon. non magni facio: eam tamen vide apud eundem 3. *Not. 9. t. de restitution. de major. fol. 678.*

[12] Potuit enim esse aliena, sed & adquisita ex turpi quæstu. vid. *l. 11. ff. solut. matrim.*

[13] Species potuit æstimari & exinde converti in causam mutui, puta pecuniæ: & ita usura exigi. *l. 11. ff. ad. l. 12. §. 3. f. de usur. Molin. de usur. q. 23. n. 239. q. 85. n. 339. 361. & seq.* Et ita stipulatio loco pretii dari potuit, & in pecuniam converti, & pro alia re quam pecunia numerata facti hujusmodi conventione (legitime tamen, cui contraria est illegitima) usuras legitimas stipulari posse. *Gab.* Hanc leg. explicat Roderic. *de restitut. lib. 1. q. 23. n. 25.* Ant.

[14] Legitime tamen & justo pretio, citra fraudem & affectum usurariam, utriusque consensu probata. *J. mut.* alias id genus mutui contrahi à Gallis dicitur, *à perte de finance.*

[15] Utilis stipulatio usuræ per inutilem non vitiatur. *l. 29. ff. de usuris.* nec fors. *l. 20. ff. de usur. l. 26. §. 1. vers. si quis autem. J. de usuris.*

[16] Centesima. *T. mut. l. 40. in pr. ff. ad. Paul. 2. sent. 14. §. 2.* Est autem legitima usura centesima. *T. mut. ibi, usuræ ultra usuram centesimam, & hic legitimæ.* [17] Puto legendum esse *non minoris* vel *majoris*, ut sit sensus, debitorem non ideo legitimas usuras creditori denegare, quod ei non minoris pretii pignus debeatur, quam summa ab eo accepta valeat. adde *ediff. Justin. 7. c. 4.* nisi speciem ita aperte exprimamus. Mutuum proprie in pecunia numerata consistit. Loco pecuniæ jumentum utriusque consensu justo pretio æstimatum datum est. Id pretium conversum est in causam mutui & majores centesimis usuræ promissæ. Securitatis causa creditori debitor aurum digeum forte decem pignori dedit. Quæritur quid juris sit? creditor pactam sortem recte petit: at non illegitimas usuras, sed legitimas tantum. Neque juvat debitorem quod pignus digeum decem tantum deserit, ut inde colligas, se non in majorem quantitatem, quam pignus valeat obligari. Nam ut non idoneum pignus deberit creditori, reperiet tamen si adversus debitorem id quod superest actio *ut hic. l. 3. l. 5. l. 6. ff. de distr. pign. l. 8. in fin. ff. de distr. pign. l. 18. ff. de reb. cred. l. 10. J. de obl.* 18 Vid. *l. 3. J. de usur. ff. pignor.*

[19] Duo rei credendi in solidum verbis, aut rei vera numeratione constituantur.

[20] Libello in eodem posset quis agere partim suo nomine, partim alieno. *l. 3. ff. famil.* [21] Una contractu possunt plurium personarum obligationes contineri. [22] Una subscriptio, unumque signum tabellionis potest plures contractus præcedentes, authenticos reddere. [23] Pro pecunia quam mutuam tibi dedi, potes vinum mihi stipulanti promittere, & sic aliud solvere quam accepit. *l. 17. J. de fide.* 24 Adde *l. 7. de cond. ex fact.* 25 Et merito. Debitor enim mutui, quod nunquam perit. Quod in genere debetur, perire non potest. §. 2. *in verse. Et in quod.* Inst. *quib. mod. re. l. 1. §. 4. ff. de obl. adde Molin. quæst. 8. de usur. n. 114.* Cur? Genera manent aliquid non sint, sed intellectuale quid quod pallimum & de intuitum non recipit. *Gab. Vid. Ant. Fabr. de re summar. cap. 2. num 30.* Gaud. Pap. *hic loc.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 2. num. 130. 166.* Ant.

[26] Excipe *l. 3. ff. de navig.* alias exceptiones, vid. *hic* apud Bald.

[27] Qui pro alio solvit, etiam si sic ejus curam non gessit ab eo repetere.

[28] *Et qui de distributo subscripsit superavit, licet in utilitatem alterius persolvit. Schol. Synops. Basil. 7. tit. 2. c. 8. ex lib. 23. tit. 1. c. 55.*

[29] *L. 6. §. 1. ff. de negot. gestor.* est, in mutui obligatione considerari quid contrahentes inter se agerint, non quid debitor cum tertio egerit.

[30] Ma *συμφερον ἐμοὶ ἐμοὶ τὸν ἀλλότριον*, nobis non aliene aut curiose negotium inquirentibus. Hæc verba addit *Synops. Basil. ead. tit. 3. Harmen. 7. §. 68.* ut sit sententia, cum qui mutuam pecuniam sumpserit, tenuis licet in res alienas sumpserit. Nec enim curiose hoc inquirendum esse, in quas aut cujus utilitates sumpserit, sed quis sumpserit.

[31] Subscribens tantum ut testis non obligatur ex mutuo. *l. 11. J. de obligationib. l. 13. J. de admin. tut.* vid. *l. 6. J. de fidejussor.* adde *l. 12. ff. de evict.*

[32] Creditor non cogitur credito renuntiare reticto debitore experiri adversus debitorem debitoris sui. *l. 13. J. de obligat. 49. ff. de condict. indeb.*

[33] Hoc est, recepturus ab eo pecuniam cum in provinciam, cui præest, venerit. ut sit sensus: is qui præsidi provinciæ fœnebrem pecuniam mutuaverit, recepturus ab eodem *ἐὰν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ* ἐὰν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας, si vel eum in eam provinciam, cui præest, ipse creditor venit, vel fisti, quasi ex pari legum. Hinc hunc locum Græci accipiunt. *Synops. Basil. ead. t. 58.* Quid *ἐὰν ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας*, id est, mutuum debuerit nondum præsidi, sed futuro præsidi, ut pecunia accepta magistratum, ejusve? tam ipse, quam præses exilio multatur. *Synops. d. loco.* 34 Vide quædam ad hunc locum apud Cujac. *Novell.* 8. 35 *Ibid. Balug. 6. ex lib. 23. c. 85. fol. 74.* Collectarii verbo utitur Cicero, *lib. de Oratore.* ubique *συγκομιστὴς τριμοιρίτης.* Alciat. 4. *disputat.* 22. vertit argentarium & cambiorem, *& lib. 4. de verb. signific.* Collectarios eos actores esse putat, quibus pro more erat in auctionibus reliqua publicanorum emere, quæ illi vel ob graviores curas, vel debitorum procrastinationem nequiverunt expungere. Coactorum autem meminisse Horatium, Suetonium Vespasiano & Senecam. adde eundem 1. *Parerg.* 14. *Cujac. 10. obs. 14.* ex Donato & Acrone, mancipia coactores, collectarios, facit minores argentarios & majores ministris & mercenariis per eos eamque pecunias cogisse: & quas acceperant, per partes occupasse fœnori, vel quo alia ratione erogasse. Partes *vide quæso.* 36 Nota de actione si certum petatur ex chirographo. *l. 1. C. Theod. 57.* 37 Chirographo aut apochæ continenti summam quinquagiuta libras auri excedentem non creditur, nisi tres testes adhibeantur, & ei subscripserint. vid. *Novell. 73. cap. 8. & ibid. Cujac.* vid. *ad hunc locum diligentissime Harmen. 1. cap. 6.* 38 Vid. *l. 11. J. qui patiuntur.* vid. *Harmen. d. loco. Novell. 73. cap. 1. Novell. 90. & ibid. Cujac. l. 11. in fin. J. qui patiuntur.* Novo jure quinque testes adhibendi. *Authent. prov. J. ead.* 39 Major in contractu solennitas requiritur in scriptura, quam rari, *ut hic.* idem jus est in testamentis. *l. ult. J. de testam.*

TIT. III.

DE SUFFRAGIO. 40

I. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Rufino P. P.

Si [41] qui desideria [42] sua explicare cupientes, scire sibi à quoquam suffragium postulaverint, & ob referendam vicem se sponsione constrinxerint: promissa restituant [43]; cum ea, quæ opraverint, consequantur: si artibus moras nectant, ad solutionem debiti coartandi sunt. §. 1. Et si quid eo nomine in auro, vel argento, vel cæteris [rebus] mobilibus datum fuerit: traditio sola sufficiet, & contractus habebit perpetuam firmitatem: quoniam collatio rei mobilis [44] inita, integra fide ac ratione cumulatur. §. 2. Quod si prædia rustica, vel urbana placitum continebit: scriptura, quæ ea in alium transferat, emittatur: sequatur [& traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta testentur: aliter enim ad novum dominum transire non possunt, neque de vetere jure discedere. §. 3. Quod si quis, dum solo commonitorio [45] suffragio nititur, bona duxerit occupanda: reus temeritatis ac violentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur, eo à petitione excluso, qui non dubitavit invadere, quod petere debuisset. Dat. III. Non. Mart. Arcadio III. & Honorio II. AA. Conss. 394.

---

40 *Et certum fuisse de suffragio. 2. C. Theod. 29.* Id innuitur. Hac constitutione suffragium in aula uniquique eblanditi & pecunia elicere, & suffragium (modo non sit famosum) vendere permitti, ideoque promissorem eo nomine teneri. Aliud jus ante hanc constitutionem fuit, cum solum suffragii repetitio daretur, ut & alia constitutione Juliani. *l. 1. C. Theod. ead.* Nec fuit soluti repetitio, nec petitio non soluti. Ammianus 22. refert Julianum ralisse legem, ne liceret quidquam dare suffragatoribus, quodque ante *ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις* vid. Cujac. *hic*: & Duaren. 2. *disput.* 12. Robert. 2 *sentent.* 1. 41 *L. 2. C. Theod. ead.* 42 Necessitates, interpres *ad l. 2. C. Theod.* 43 Hoc est, præstent. 44 Suffragii causa in aure, argento, & re mobili promissum firmum est sine ulla scriptura, *ut hic*: quia res mobiles in suffragiis non requirantur, sed sola traditione firmantur. Interpres *l. 2. C. Theod. eadem.* ubi timeo vereor ne legendum sit, *sola conventione.* In immobilium promissis scriptura necessaria est & traditio. 45 Id est, sola adnotatione & scriptura conventionis: Vincentius Lirinensis adversus prophanas. Oblivionis mea gratia commonitorium mihimet paravi fecisseet. Eodem verbo utitur Augustinus *ep. 29. & 158.* Commonitoria formula exstat apud Cassiodorum 7. *variar.* Symmachus pro eodem Monitorium usurpat: video tamen interpretem *l. 2. C. Theod. ead.* solum commonitorium suffragium interpretari suffragium sine scriptura promissum sed non scriptum.

TIT. IV.

DE PROHIBITA SEQUESTRATIONE PECUNIÆ.

1. Impp. Honor. & Theod. AA. Joanni P. P.

QUOTIENS ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat. Oportet enim debitorem primo + convinci, & sic deinde ad solutionem pulsari: Quam rem non tantum juris ratio, sed & ipsa æquitas persuadet, ut probationes secum adferat, debitoremque convincat pecuniam petiturus. Dat VI. Id. Julii, *Ravennæ*, Honorio XIII. & Theodosio X. AA. Conss. 422.

1 Sequestrationem ne hinc colligas omnino prohiberi: certis enim casibus puta si populationis sive diffipationis vel rixarum immineat periculum, permittitur sequestratio. *l. 5. ff. quor. appellat. l. 7. in fin. ff. qui satisdare.* *l. fin. in fin. ff. de appellationib.* Alias præterea novem exceptiones adfert Ferrariensis, quas vid. *in forma sequestri seu sequestrationis* 6. *versf. Sapone vir.* adde alias ex Socino *reg.* 371. 2 11. *C. Theod.* 28. & 2. *Decret.* 17. & 2. *Clement.* 6. *De sequestrationis possessione & fructibus*, vide Ferrariensem *in forma sequestri seu sequestrationis* 9. adde Rebuffum *tom.* 2. *tract. de sequestr. sive commissaria rei captæ & facta a deputatis.* Papon. 8. *arrest.* 10. *de sequestre & restablissement.* & 5. *Nazar.* 8. *cap. d' interdits & actions possessoires*, ubi, *la question du sequestre comme elle est conduite, & sequentibus.* Oldendorp. *cap.* 10. *de excep.* ubi tractat de exceptione sequestri. Sequestrare est seorsim ponere. Sequestratio possessionis est litigiosæ in tertium translatio. *l. 9. §. 3. ff. de hab.* Sequester est is apud quem res litigiosa deponitur. vid. *l. 210. ff. de verb. signific.* qui & a veteribus, Sequus dicebatur. 20. *Gell.* 10. 3 *L. unic. C. Theod. eod.* Goth. Vid. Goedd. *de sequestrat. cap.* 1. *num.* 92. & Guid. Pap. *h. l.* Ant. 4 Possessio reo competens non est ei auferenda, nisi convicto: Decem exceptiones vide apud Ferrariensem *d. loc.*

TIT. V.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

De causa judicati, de herede, de usuris.

1. Imp. Anton. A. Mutiano.

PECUNIÆ indebitæ per errorem, non ex causa judicati [6] solutæ, esse repetitionem jure condictionis, non ambigitur. Si quid igitur probare potueris patrem tuum, cui heres extitisti, amplius debito creditori suo persolvisse, repetere potes. Usuras [7] autem ejus summæ præstari tibi frustra desideras: actione enim condictionis ea sola [8] quantitas repetitur, quæ indebita soluta est. P. P. tertio Kal. August. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

5 §. 1. *Instit. quib. modis re.* & XII. D. VI. & 5. *Ecleg.* 3. Formulam hujus actionis vide apud Oldendorp. *class.* 6. *act.* 6. Goth. Vid. ad hunc titul. & singulas leges Guid. Pap. Ant.

6 Indebiti per errorem, non ex causa judicati facti, repetitio est. *Syn. Basil.* 32. *tit.* 3. *ex lib.* 24. *tit.* 1. *cap.* 17. *l.* 29. §. 5. *ff. mandati.* Sententia facit, ut indebitum debeatur, nec condici possit, de quo vid. Molinæum 15. *de usu. quæst.* 186.

7 Pronutui usuræ non debentur. vid. *Cujac. l. observ.* 14. Indebitum solutum pronutuum est. Pronutuum quasi mutuum. Goth. Excipe, nisi is cui indebitum solutum est, pecunias ad interesse dedit alias, & sic cum iis lucratus sit. Mart. *dig. nervisf. tom.* 3. *tit. Interessi*, v. 14. Barbof. & Gloss. *hic.* Ant.

8 Nota quid hac actione petatur.

2. Imp. Alexander A. Secundinæ.

SI citra ullam transactionem [9] pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata [10] es, adversus eam, quæ te delegavit, condictionem habere potes. P. P. XIV. Kal. Januar. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

9 Indebitum transactionis causa datum non repetitur. *l.* 65. §. 1. *ff. ead. l.* 16. *C. de jurisd. & facti ignorantia. l.* 1. *C. de pact. l.* 16. *l.* 25. *C. de transactionib. l.* 28. *in fin. ff. ad Trebel.* 10 Solvit qui delegat, ideoque ut indebiti solvi, ita indebite delegati condictio est.

De delegatione.

11. Idem A. Secundinæ.

SI citra ullam transactionem [9] pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata [10] es, adversus eam, quæ te delegavit, condictionem habere potes. P. P. XIV. Kal. Januar. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

11 Argumentum a majori ad minus observa. Cui soluti repetitio est, ejus multo magis tantum cauti condictio est, aut petiti exceptio. *l.* 31. *ff. ead.*

De quantitate, de cautione.

III. Impp. Diocletr. & Maximian. AA. & CC. Pamphilo.

CUm & soluta indebita quantitas ab ignorante repeti possit: multo [12] facilius quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ [13] condictio competit, vel doli [14] exceptio agenti opponitur. S. III. Non. April. *Byzantii*, CC. Conss. 293.

12 Cautiones & chirographa indebita conflici possunt. excipe *l.* 4. *in fin. C. ead.*

13 *L.* 5. *in fin. ff. de act. empt.*

14 Favetur magis exceptioni, quam actioni. *l.* 125. *ff. de reg.*

De his, quæ per inficiationem in lite crescunt.

IV. Iidem AA. & CC. Heraclio.

EA, quæ per inficiationem in lite crescunt [15], ab ignorante etiam [16] indebita soluta repeti non [17] posse, certissimi juris est. Sed & si cautio indebitæ pecuniæ ex eadem causa interponatur: condictioni locum non esse constat. S. V. Id. April. *Byzantii*, AA. Conss. 293.

15 Ut ea, quæ duplicantur. vide *Paul.* 1. *sent.* 19. §. *ult.*

16 Cur indebita vocant? nempe quia per inficiationem debiti pœnæ loco debentur. Ea igitur quæ per inficiationem duplantur, licet indebita soluta fuerint, non repetuntur. *Synopf. Basil. ibid. cap.* 20. 17 §. *ult. Inst. de oblig. quæ quasi ex contractu.* 18 Honorarium jus prætorium est. §. 7 *Inst. de jure naturali.*

De herede.

V. Iidem AA. & CC. Heraclio.

SI a patre emancipatus ei non intra tempora præstituta jure honorario [18] successisti, quidquid indebitum postea per errorem [19] (utpote [20] patris successor) dedisti, ejus condictionem tibi competere, non est incerti juris. S. XIV. Kal. Maji, AA. Conss. 293.

19 Debitum hereditarium per errorem a non succedente solutum repetitur. 20 Legendum est, *ut parvis*: quasi dicat: Quod quis (quasi ipsam ob successionem debet) solvit, repetere potest. *l.* 65. *in fin. ff. ead.* Et vere Græci hunc locum ita exprimunt. Qui non est heres, si tanquam heres solverit, repetere soluta potest. sicut & legata reverterentur & repetuntur. *Synopf. ibid. c.* 22. adde *l.* 7. §. *ult. ead.* 21 Vel ex ejusdem pecuniæ. *l.* 46. *ff. ead.* vel per errorem facti tibi demandati.

De solutione pro alio.

VI. Iidem AA. & CC. Mnaseæ.

SI per ignorantiam facti non debitam quantitatem pro alio solviſti [21]; & hoc, adito Rectore provinciæ fuerit probatum, hanc ei [22], cujus nomine soluta est, restitui eo agente providebit. S. VI. Id. August. AA. Conss. 293.

22 Idemque debitor non auditur si dixerit, male se convenisse ab eo cujus nomine facta fuerit indebiti solutio: aliæ distinctiones vid. apud Cujac. 8. *obs.* 9. 23 Dixi ad *l.* 4. *T. ead.* 24 Non juris. *l.* 10. *T. de juris & facti. l.* 9. §. 5. *ff. de juris & facti.* 25 Imo non potest. vid. 24. *Ulpian. ult.* 26 Quod solvit debitor falso procuratori, solventem non liberat. Id tamen potest condicere. 27 Qui scienter indebitum solvit, non repetit. *Syn. ad. c.* 25. 3. *Marm.* 5. §. 52. vid. *l. ult. C. ead. l.* 1. *l.* 10. *ff. ead. l.* 21. §. 1. *ff. de condict. ob caus. l.* 43. *ff. de admin. tut. l.* 39. *ff. de donat. l.* 53. *ff. de reg. jur.* Aliud si animo condicendi. *l.* 2. *ff. ead. l.* 14. *T. de solut.*

28 Dominus solvens ex contractu falsi procuratoris, contractum ejus probasse præsumitur.

29 Debitor obligatus alternative ad duo solvenda, solvens utrumque, electionem repetendi quod eorum voluerit habet: sicut habebat antequam solveret. *Zatius.* Goth. Hæc est 30. decisio ex 50. novis Justiniani. vid. Inglois, & Guid. Pap. *h. l.* Ant.

dependerit: dubitabatur, cujus rei daretur à legibus ei repetitio, utrumne servi, an pecuniæ: & utrum stipulator, an promissor habeat hujus rei facultatem? Et Ulpianus [1]°, quidem electionem ei præstat, qui utrumque accepit, ut hoc reddat, quod sibi placuerit, & tam Marcellum, quam Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi, qui utrumque persolvit, electionem donat: qui & antequam dependat: ipsam habet electionem, quod velit præstare, & hujus sententiæ sublimissimum testem adducit Salvium Julianum [2]° summæ auctoritatis hominem, & prætorii edicti [perpetui] ordinatorem. Nobis hæc decidentibus, Juliani & Papiniani [3]° sententia placet, ut ipse [habeat] electionem recipiendi, qui & dandi habuit. Dat. Kal. August. *Constantinop.* Lampad. & Orfite VV. CC. Conss. 530.

30 *L.* 26. §. 13. *ff. ead.*

31 Cujus sententiæ antiquum exstat *l.* 32. *ff. ead.* 32 Ita propositum & Papinianus adversus Ulpianum, Marcellum, & Celsi sententiæ refragantes, defendit Imperator. De Juliani, & Celsi differentiæ, vide Cujac. 8. *obs.* 13 Hæc eft ut ex 30. nos in Julianum discrimine, vide Inglois. *hic.*

De eo, qui mente titubante & ancipiti solvit.

XI. Idem A. Juliano P. P.

PRo dubietate [33] eorum, qui mente [34] titubante indebitam solverint pecuniam, certamen legumlatoribus incidit; id ne, quod ancipiti animo persolverint, possint repetere, an non. Quod nos decidentes, sancimus, omnibus, qui incerto [35] animo indebitam dederint pecuniam, vel aliam quandam speciem persolverint, repetitionem non denegari, & præsumptionem [36] transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte approbetur. Dat. Kal. Octob. *Constantinop.* Lampadio & Orfite VV. CC. Conss. 530.

33 Dubitans non præsumitur donare vel transigere *l.* 2. *ff. ead. l.* 14. *ff. de fund.* 34 Dementes non sunt sanæ sententiæ & quæ rectæ. Neque quidem sibi errare & ignorare videntur, qui ignorantes habentur, ut *ff. & l. in prima. ff. quæ res in hereditate pofſ.* non locum habeant, sicut nec errare, probetur.

35 Hanc eft ut ex 30. nos in Julianum discrimine, vide Inglois. *hic.*

TIT. VI.

DE CONDICTIONE OB CAUSAM DATORUM.

De causa data.

1. Imp. Antoninus A. Callisthenidi.

PECUNIAM, quam te *ob dotem* accepisse pacto interposito (ut fieri, quum jure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis, impediente [38] quocunque modo juris auctoritate matrimonium [constare, nullam [39] de dote actionem habes: & propterea pecuniam, quam eo nomine recepisti,] jure condictionis restituere debes [40]: & pactum, quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi oportet. P. P. VI. Kal. August. Læto II. & Cerealı Conss. 216.

37 Honestum, ſicſt. ut hic titulus differat a titulo 7. *T. ead.*) nec tamen secutum. 211. D. 17. Donatio ob causam cauſſi tum secuta revocari potest. vid. Cuja. 4. *ſent.* §. *donat. quæſt. ult.* adde Oldendorp. *class.* 6. *act.* 4. Goth. Vid. ad hunc tit. & ſingul. leges, Guid. Pap. Ant.

38 Deficiente causa ad effectum prodeundum necessaria, deficit effectus.

39 Soluto matrimonio, nulli competit, dum nomine, actio de dote: Impedire vero matrimonia propter juris auctoritatem, condictio ob causam.

De donatione.

II. Imp. Alexander A. Asclepiadi.

SI (ut proponis) pater tuus ea lege sorori tuæ prædia, cæteraque, quorum meministi, donavit, *ut creditoribus ipsa satisfaceret*, ac, si placita observata non essent, donatio resolveretur [41], eaque contra fidem negotii gesti versata est, non est iniquum, actionem condictionis ad repetitionem rerum donatarum tibi, qui patri successisti, decerni. P. P. XIV. Kal. Decemb. Alexio & Maximo Conss. 228.

40 Imo non debes actum rescindere, *ut hic.* fil filio. *l.* 4. *T. de lucris.*

41 Pacto resoluto, censetur condictionis ob causam dati.

De condictione libertatis.

IV. Iidem AA. & Valerianus C. Æmiliæ.

SI cum exiguam pecuniam revera susciperes, longe majorem [43] te accepisse cavisti, *ea quod tibi patrocinium* [44] *adversarius reprommiserat*: cum dicas fidem promissi non secutam [45]: ut libereris obligatione ejus, quod non acceptum propter speratum patrocinium spopondisti, per condictionem consequeris. P. P. V. Kal. Maji, Æmiliano & Basso Conss. 260.

42 Donatur rebus parificitur, ne donatarius rem alienet. Vid. quæ not. ad *l.* 111. §. 2. *ff. verb. obl.* Quid si donatarius alienaverit? Cujacius refert ex Gregorio opinione, stari voluntati: sed tamen donatarium in id quod interest: vel conditionem ob rem datam teneri. vid. reliqua quæ notavimus ad *l.* 6. §. 3. Accurſius idem quoque existimat, quem multi sequuntur. Farrarius autem 23. *Conſil.* 5. condictionem denique ideo competere ait, quod sua elegerit, quæ in re multis possint objici. Cur enim dicimus stari alienationi? cum tali actione id hic effici dicatur, ut dominium *proſus* alienetur. Si vis eſt hæc pacti, quo modo donatori dominium abſolutum dicemus? Si non abſolute, quo jure damnive rei vindicatio denegatur? §. 2. *ff. de rei vindic.* vel cur ei non ſit permiſſum revocare donata cum ſua causa quam cum ſua causa alienari non poſſit. vid. *l.* 67. *ff. de contrab. empt. l.* 36. *ff. de ſtatulib. l.* 13. §. 1. *ff. de aqua. pluv. arc.* Cur hic quoque jus aliud ſit, quam ſi vel a lege, *l.* 10. *T. de ſacroſanct.* vel teſtamento prohibita ſit rei alienatio? vid. *Novell.* 39. *cap.* 1. Pactum autem ut ne rem eam alienes an valeat, vid. *l. ult. T. de reb. alienis non alienand. l. penult. ff. de pact.* 43 Cautio poteſt eatenus condici, quatenus pecunia non eſt numerata. *l.* 1. *ff. de condict. ſine cauſſa.* 44 *L.* 3. *T. de poſtuland.* 45 *L.* 4. *ff. de cond. cauſſa non ſec. l.* 1. §. 10. *ff. de oper. & extraord.* 46 Adde *l.* 7. *T. de procurat. l.* 8. §. 2. *ff. de procurat.* 47 Ancilla data, ut dantis filia manumittatur, ſi non manumittitur, repetitur. 48 Nota regulam. *l.* 7. *in fin. T. ead.* Goth. Imo poteſt. *l.* 13. §. 1. *l.* 37. *ff. de cauſſ. mort.* Ant. 49 Id eſt, quo caſu ancilla donata fuerit, ut manumittatur, *ſi non manumiſit. cauſſ.* 50 *L.* 22. *T. de donat. inter vir. & uxor.* 51 Propoſitum in mente retinens nihil operatur: ſicuti nec animus aut intentio intrinſeca condicendi. *l.* 27. *T. de tranſact.* 52 *L.* 6. *T. ead.* 53 Datum ob cauſam non impoſſibilem, cauſa non ſequuta condicitur. Poſſibilis cauſæ defectus parit conditionem. *Rut.* adde 10. *Synopſ. Baſil.* 2. *Novell. Iuſtinian.* 9. *tit.* 20. 54. *tit.* 1. *cap.* 34. An datum ſub conditione impoſſibili ſemper poſſit repeti, vide *hic* Accurſium.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

fctioni facere locum, juris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo, certam dixisti legem; nec huic illa, cum posset parare, successores ipsius de repetendis, quæ dederas, si hoc tibi placuerit, convenire non prohibetis. S. III. Idus Febr. AA. Conss. 293.

De eo, qui accepit, ut manumitteret.

IX. Iidem AA. & CC. Bibulo.

SI liber constitutus, *ut filio tuo manumittatur*, aliquid dedisti, causa non secuta, de hoc [tibi] restituendo condictio competit: nam si quid servus de peculio domino dederit, contra eum [quidem] nullam actionem habere potest: sed dominum, qui semel accipere pecuniam pro libertate passus est, aditus provinciæ Rector hortabitur, salva reverentia, favore scilicet libertatis, placito suo stare. S. III. Id. Februar. *Sirmii*, AA. Conss. 299.

De culpa & casu fortuito.

X. Iidem AA. & CC. Cononianæ.

PEcuniam à te datam; si hæc causa, pro qua data est, non culpa accipientis, sed fortuito casu non est secuta, minime repeti posse certum est. S. III. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 300.

De advocationis causa.

XI. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

Advocationis causa datam pecuniam, si per eos, qui acceperant quo minus susceptam fidem impleant fieri se probetur, restituendam esse convenit. S. XVII. Kal. Januar. CC. Conss. 300.

TIT. VII.
DE CONDICTIONE OB TURPEM CAUSAM.

De cautione ob turpem causam interposita.

I. Imp. Antoninus A. Ingenuo.

SI ex cautione tua conveniri cœperis: nullam pecuniam te accepisse, sed ob turpem cavam, & quam fieri prohibitum est, interpositam [cautionem,] ei, qui super ea re cognitionis est, probandam esse; & eo implero absolutio sequetur. Sine die & consule.

De dato propter turpem causam.

II. Idem A. Longino.

CUm te propter turpem causam, contra disciplinam temporum meorum, domum adversariæ dedisse profitearis, frustra eam tibi restitui desideras: cum in pari causa possessoris conditio melior habeatur. P. P. XV. Kal. Decemb. Læto II. & Cerealе Conss. 216.

De data evitandi tyrocinii causa.

III. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Dizonti militi.

QUod evitandi tyrocinii causa dedisse te, apud competentem Judicem, ei, de quo quereris, indubia probationis luce constiterit, instantia ejus recipies. Qui memor censuræ publicæ, post restitutionem pecuniæ, etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. P. P. III. Kal. Augusti. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De turpi causa accipientis tantum. De usuris.

IV. Iidem AA. & CC. Rufino.

QUoties accipientis, non etiam dantis turpis invenitur causa: licet hæc secuta fuerit, datum condici tantum, non etiam usuræ peti possunt. S. VII. Id. Januar. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

De lenocinio mariti.

V. Iidem AA. & CC. Bichoporo.

MErcalem te habuisse uxorem proponis: Unde intelligis, & confessionem lenocinii preces tuas continere, & cautæ quantitatis ob turpem causam exactioni locum non esse. Quamvis enim utrinsque turpitudo versatur, ac solutæ quantitatis cessat repetitio, tamen ex hujusmodi stipulatione contra bonos mores interposita denegandas esse actiones juris auctoritate demonstratur. S. VI. Id. Maji, CC. Conss. 294.

De furto.

VI. Iidem AA. & CC. Eutychiæ.

OB ea restituenda [ea] quæ subtraxerat, accipientem pecuniam, cum ejus tantum interveniat turpitudo, conditione conventum hanc restituere debere convenit. Dat. XV. Kal. Jun. CC. Conss. 294.

De peccatibus absolutis.

VII. Iidem AA. & CC. Zenoni.

EUm qui ad restituenda, quæ abegerat, pecora, pecuniam accepit: tam hanc, quam ea, quæ per hoc commissum tenuit, restituere debere convenit: licet mortua, vel alio fortuito casu periisse dicantur: cum hoc casu in rem mora fiat. Dat. V. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, AA. Conss. 299.

TIT. VIII.
DE CONDICTIONE FURTIVA.

De pluribus delinquentibus.

I. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. Hermogeni.

PRædæ provinciæ sciens furti quidem actione singulos quosque in solidum teneri, condictionis vero nummorum furtim subtractorum electionem esse; actum demum, si ab uno satisfactum fuerit, cæteros liberari, jure proferre sententiam curabit. Dat. Kal. Majis, CC. Conss. 294.

De re interitu.

II. Iidem AA. & CC. Aristænero.

ANte oblationem interemptæ rei furtivæ damnum ad furem pertinere, certissimi juris est. Dat. Kal. Maji, CC. Conss. 294.

TIT. IX.
DE CONDICTIONE EX LEGE ET SINE CAUSA, VEL INJUSTA CAUSA.

De fisco.

I. Impp. Diocles. & Maximian. A. Ulpio.

LIcet ante tempus debita exigi non possint, tamen si te ex primipilo debitorem constitutum fisci, ac patrimonium tuum exhaustum Præses provinciæ comperiat, ut ad solutionis securitatem solum fœnebris pecuniæ subsidium superesse videatur: commonebit debitorem tuum, si saltem ipse sit solvendo, ut ante definitum tempus debita repræsentet: ut fisco, cujus ob necessitates publicas causam potiorem esse oportet, debita pecunia exolvatur. S. XIII. Kal. Aug. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

De instrumento quantitatis soluta.

II. Iidem Augusti & CC. Sculatio.

DIssolutæ quantitatis retentum instrumentum, inefficax penes creditorem remanere, & ideo per condictionem reddi oportere, non est ambigui juris. S. III. Non. Aprii. CC. Conss. 300.

De mala fide possessore, & de fructibus.

III. Iidem AA. & CC. Galatiæ.

MAla fide possidens, de proprietate victus, [de] extantibus fructibus [rei] vindicatione, [de] consumptis vero condictione conventus, eorum restitutioni parere compellitur. Dat. Id. Febr. CC. Conss. 302.

De cautione non numerata pecunia.

IV. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI non est numeratum, quod velut accepturum te sumpsisse mutuo scripsisti: & necdum transisse tempus statutum, vel intra hunc diem habitam contestationem monstrando, reddi tibi cautionem Præsidali notione postulare potes. Dat. XVII. Kal. Jan. CC. Conss. 302.

TIT. X.
DE OBLIGATIONIBUS, ET ACTIONIBUS.

De actionibus, si qui pro alio solvit, mandatis.

I. Imp. Gordianus A. Valeriæ.

DAta certa pecuniæ quantitate ei cujus meminisse, in vicem debiti actionem tibi adversus debitorem, pro quo solvisti, dicis esse mandatam: & antequam eo nomine litem contestaveris, sine herede creditorem fati munus implesse proponis: Quæ si ita sunt, utilis actio tibi competit. P. P. V. Kal. Maji, Atticо & Præsentato Conss. 243.

De nominibus in dotem datis.

II. Impp. Valer. & Gallien. AA. Celso.

NOminibus in dotem datis, quamvis nec delegatio præcesserit, nec litis contestatio subsecuta sit: utilem tamen marito actionem ad similitudinem ejus, qui nomen emerit, dari oportere, sæpe rescriptum est. P. P. XIV. Kal. Februar. Secundo & Donato Conss. 261.

De colonis ob delicta locatoris non convenendis.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Rusticiano.

OB ea causam proprii debiti locatoris conveniri colonos pensionibus ex placito satisfacientes, perquam injustum est. P. P. Prid. Kal. Januar. *Tyberiade*, Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De bona fide.

IV. Iidem AA. & CC. Licinio.

BOnam fidem in contractibus conferari æquum est. III. Non. Octob. AA. Conss. 287.

De obligatione contrahenda, vel dissolvenda.

V. Iidem AA. & CC. Camerino & Martiano.

SIve initio libera potestas unicuique est habendi, vel non habendi contractus; ita renunciare semel constitutæ obli-

---

1 Datum ob causam, cui recipiens non parere cum posset, repetitur per condictionem ob causam, l. 3 pen. & ult. C.

2 Vide l. 8. T. de lib. agn.

3 Vide Cujac. 2. Recit. in fin.

4 l. 1. T. eodem. l. ult. T. ad l. Jul. de vi priv. l. 5. T. de cond. ex leg. data. 5 Synopf. Basil. d. lib. cap. 36.

6 l. 1. T. eod.

7 Alius Secus. vid. l. 1. §. 13. T. de extraord. cognit.

8 §. 2. Synopf. Basil. cap. 109. vide Salocaster, Aliquoniam, ff. tit. Goth. Vid. Guid. Pap. ad hunc tit. & singulas leges. Ant.

9 Vel injustam. 10 D. t. adde Gothofredum Cinf. 6. tit. 7.

10 Vid. l. 17. ff. de cond. ob. turp.

11 Procedimus regi ex causa petitionis quasi. dicit. l. 17. ff.

12 Per eum est condictio data & accepienti, utpote cum repetere. l. 3. l. 4. §. 3. l. 8. T. ad. Rhod. dict. &c. et tit. 2. cap. 3. cap. 5. cap. 8. l. ult. in prior. ff. de condict. sine causa.

13 l. 5. §. 1. ff. de commodato. l. 12. ff. de reg. jur.

14 Vid. l. 12. §. 2. ff. de publicanis.

15 Quia anticipatio tantum causa turpitudo versatur. l. 4. §. ult. dict. l. 5. §. 1.

16 Ut. l. 1. T. ad Synopf. Basil. dict. tit. 2. l. 10. l. 5. l. 7. tit. 1. in fin. l. 2. l. ult.

17 Recipe l. 5. T. eod.

18 Sicut in fure, qui pecuniam accepit ob ea restituenda, quæ subtraxerat, vel in eo, qui alegavit, decessit, Synopf. Basil. dict. cap. 10. quæ species est l. 6. & ult. T. eod.

19 Mercalis erat ejus generator; id Synopsium notat dict. loc. l. 11. ita colubit, Qui facit aurum fieri & facet, homicidium facit.

20 Allegans turpitudinem suæ actionis.

21 l. 2. T. eod. l. 6. & 7. ff. de cond. ob. tit.

22 Turpi ex causa dantis promissa non petuntur, nec repetuntur, hoc est, ea & soluta fiat non possunt repeti: si non sint soluta, peti non possunt.

23 Turpitudo accipientis non etiam dantis in hac hypothesi versatur: ideo restituitur. l. 4. T. eod. Synopf. eod. cap. 4.

24 Datum furi, ut rem subreptam restituat, turpiter ab eo accipitur; ideoque condici potest. adde l. ult. T. eod.

25 Turpitudo quoque actionis accipientis hac parte continetur. Dixi ad l. 4. T. eod.

26 Datum furi, ut rem furtivam edam exhibeat. l. 1. T. de his quæ ut indignis auf. l. 2. T. tit. prior. l. 9. T. de furt. l. 8. ff. de cond. furt. l. 3. §. 24. l. 19. ff. de act. & ut. l. 46. ff. de furtis.

27 Ejus enim est restituenda, qui subtraxerat. l. 4. T. eod.

28 Turpitudo quoque accipientis hac parte continetur. Dixi ad l. 4. T. eod.

29 Fur tenetur de re furtiva etiam ea extincta. l. 1. T. de his qui ut indignis auf. l. 2. T. tit. prior. l. 9. T. de furt. l. 8. ff. de cond. furt. l. 3. §. 24. l. 19. ff. de act. & ut. l. 46. ff. de furtis.

30 Mora in rem facta quid sit observa.

31 Vid. tit. seq. D. t.

32 Vid. l. 1. in fin. ff. si qui testamento.

33 Solutio rei facta ab uno facit, ut cæteros liberet à condictione furtiva, non prima facti.

34 l. 3. ff. eod. dicti ad l. ult. T. de condict. ob turp.

35 tit. D. tit.

36 tit. D. tit. vide Oldendorpium Claff. 6. act. 5.

37 Vid. Oldendorp. Claff. 6. act. 7.

38 Ante tempus debitum exigi non potest: plus enim etiam vel fisco tempore petitur, l. 22. ff. mandati.

39 Id est, causa militaris annonæ. Nam ita Synopsis Basil. lib. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 3. cap. 1. & ibidem Scholiastes, [illegible]

40 Ob inopiam debitoris fisci ejus debitur in diem ante tempus potest convenire à quo? ab ipso debitore fisci. adde l. quando fiscus vel privati.

41 Propter utilitatem publicam, ante tempus agi potest.

42 Soluto debito, cautio est apud creditorem sine causa: ideoque hæc conditione repetitur. vide l. ult. T. ad exhib. l. ult. T. de fabricensib. adde l. 52. ff. de act. empt.

43 Vid. l. 22. T. de rei vind. l. 22. §. 2. ff. de pignorat.

44 Dict. §. 2. Consumpti fructus condicuntur: extantes vindicantur.

45 Non numeratæ pecuniæ chirographum condicitur. vid. l. de non numer.

46 L. 7. T. de non numer.

47 tit. D. tit. & tit. Inst. tit. & tit. Inst. t. Goth. Ad tit. & singulas leges vid. Gradoo. Pap. Ant.

48 tit. Inf. 6.

49 Certa, & ita videtur legisse Accursius.

50 Id est, creditori Titii. Nec tamen colligas, Mulierem hic pro debitore obligatam fuisse. Quæ hic fuit: mulier non fidejussoria nomine, sed ut quæ vis solvit. Obligata mulieribus, non pro alio solventibus, Vellæanum opinatur. vide l. 4. in fin. l. 9. T. ad Vellæan.

51 Non tam solutionis nomine, quam quasi pretii loco. l. 2. T. eod.

52 Al. debiti actiones mandatæ.

53 Vid. l. 9. T. de procur. Accurs. in l. Nec licebat potentioribus patrociniis litigantib. præstare.

54 L. 23. T. de procurat. l. 6. ff. de exercitor.

55 L. pen. in fin. T. ad Trebell.

56 Vi hujus mandati, emptrix est in rem suam procuratrix. Quæritur autem, An mandatum sit finitum? distinguo: Si mandator actionis, idemque venditor, heredem habet, mandatario competit actio directa ex eadem. Eidem enim venditionis, ab herede mandatoris impleri oportet, si heredem non habet aliud est si habet. Nam morte mandatarii in rem suam mandatum non finitur. l. 33. T. de donat.) finitur quidem mandatum, sed tamen mandatario competit utilis mandati actio, & hæc locum habent in procuratoribus in rem suam, puta emptoribus & donatariis. In procuratore negotiorum, aliisd. Mortuo enim mandatore, re integra, mandatum finitur. vid. Cujac. observ. 31. adde & ad Novell. 134. Zas. 2. Basil. 5.

57 Utilis actio quid? & à directa utrum differat: quomodo, vid. in l. 47. ff. de negot. gest. l. 6. T. de Transact. Accurs. in l. 19. in verbo actionem. T. de negotiat. & l. 6. T. ad exhibend. Forcatulum Dialog. 65. Nazarium. 58 Nomen in dotem dari potest. ut hic. & l. 41. §. 3. ff. de jure dot. l. 44. §. 1. ff. solut. matrim. 59 Cur ita? cullige ex his quæ dixi ad l. 1. T. eod.

60 L. 19. ff. eod.

61 L. 1. T. eod. l. 5. T. quando filius. l. 7. l. 8. T. de bered. vel actione.

62 Speciem ita ponit auctor Synopf. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 3. num. 7. debitor fundum locat, & à colono pensiones accipit. Debitoris creditores à colono pensiones ita solutas exigere non possunt.

63 Hinc etiam colligunt, Vasallum non cogi ad exsolvenda patrono debita: sed nec ob ea Principis alienum, subditum ejus fisci: quam sententiam confirmare hæ videntur 7. §. 1. ff. quod cujusque. jus tamen repressaliarum hanc non admittit, de quo dicam ad Novell. 52. adde Perkium cap. 4. de jure fisci. num. 17. addi potest, colonum & inquilinum ad constituendas cogi posse vias publicas: sed eo casu computare dispendium in mercedem. l. 1. §. 2. in fin. ff. de via publica. Evenit etiam persæpe, ut patronos captivos vasalli cogantur redimere: sed & præ eo præstent plivium, id est, dent obsides. Plivium, Pleigo. vid. Cujac. 8. obs. 14.

64 Tit. xxxiii. xx. xxxvii. xxxix. xxxvi. &c. Synopf. ibid. id est, pensionibus & legi locationis satisfacientes.

65 Et è contra l. 1. T. eod.

66 L. 31. in pr. ff. Servitut. Possis hinc colligere, Non ita magni momenti videri differentiam contractuum stricti juris & bonæ fidei.

67 An & in donationibus & testamentis? adde l. 23. ff. de don. l. 16. ff. de cond. & demonstr.

68 Zacrias Lex. Syn. Basil. 11. tit. 1. ex lib. 24. tit. 1. c. 8.

69 Synopf. ibid. vid. Glossæ. Accurs. ad l. 3. ff. de reg. & ad l. 10. T. si certum.

70 Nemo compellitur contrahere. vid. l. 15. T. de jure dotis, vid. l. 6. T. de donat.

71 Vid. l. 38 ff. de pactis. & tit. T. quando liceat ab empt.

1 Proinde à se quaerere semel suspecto non licebit eligere. *l. 3. in fin. ff. depositi.* 2 Recipe *l. 14. §. si convenerit. 2. ff. commod. Arnold. l. 4. ff. de pignorat. l. 12. ff. de precario. l. 2. §. de translatit. fiscal.* ubi licet adversus mutuatorem venire: adde casus quos Accursius notat in *l. ff. quis in conscribendo 29. C. de pact.*

3 Aliud si constiterit, *ut hic* aliud si rei integrae. *§. 11. Inst. de mand. l 36. ff. de evict.* aliud etiam interdum adversario invito, et in deposito. *l. 1. §. 46. ff. depositi.* precario. *l. 12. ff. de precario:* & locato, certis casibus. *l. 3. §. de locato:* & dicto ob cautionem. *quae de re dixi ad l. 5. ff. de condict. causa data.*

3 Contractus ab initio voluntatis est, post facto necessitatis. *l. 78. §. cod. l. 39. §. de transact. l. 12. in fin. §. de contrab. empt. l. 3. §. de rescind. l. 35. §. pen. §. de donat. l. 1. §. ff. mutua, cum. l. 36. in fin. §. de jud. l. 17. §. 3. §. commodati. l. 22. in fin. ff. mandat. l. 9. in pr. §. de curat. furios. §. de l. 22. in fin. §. ad Velleian. c. quod si mori placuit 22. de reg. §. & vide ibid. Dynum.*

4 Creditor qui solutum accipit a debitore suo nomen alterius cujusdam ipsi debentis, habet & hypothecarias actiones: si vero priores creditores hypothecas, quas habebant, subtraxerunt, emptoribus ea res non adimatur. *Syn. ibi. c. 10.*

5 Etiam tacite: voluit enim interpretes, Cessi personali actione, etiam hypothecariam, ejus accessoriam, cessam intelligi.

6 Nomine empto in emptorem transferitur jus pignoris, hypotheca & vindicandi & distrahendi. vid. *l. 6. §. de hereditatis vel actio.*

7 *Lege 7. §. cod. l. ult. §. mandato. §. de actione. l. 1. §. ff. antiqua. cod. §. cod.*

8 Potior jure creditor pignus debituris fini jure si vendidit, posterior fit emptori evocare non potest.

9 Nomen vendi potest, *ut hic*, ut & in dotem dari. *l. 2. §. ad.*

10 *L. 6. §. cod.*

11 *D. l. 6.*

12 Aut revocandorum. 13 Donatio ex affectione praesumitur. *l. 53. §. 2. §. de hereditate inst.* 14 Mandatum remanendi, re integra, morte mandantis finitur. *l. 15. §. mandati.* 15 *L. 2. §. 6. l. 6. §. de donat.* 16 Mandatum morte finitur. vid. *l. 26. §. mandati. Accurs. in l. 35. in verbo, partimibus. §. de donat.* 17 *L. 9. §. cod. ob causam.* 18 Donatio perfecta revocari non potest. *l. 7. §. de condict. ob caus.* 19 Hoc videtur abrogari *per l. 33. §. de donat.* 20 *L. 1. §. de donat.* 21 *Attestatio*, ut vocant regulariter prohibita: nisi lex vel consuetudo permittat. vid. *Cuj. ad tract. in l. 4. §. de schedule. l. extat 13. §. quod mutuo consta, l. §. quae in vanum 7. §. unde vi.*

22 Vid. *l. 13. §. de quod met. caus.* 23 *L. 4. §. de edendo, l. 2. §. de probationibus, l. 9. §. de except.* 24 Personalis adversus debitorem actio non tollitur, etiamsi pignora creditor eligat: sed pretium pignoris in debitum computatur, & residuum actione personali petitur. *Synops. cod. c. 14.* quemadmodum & in eundem personalis actio competit, & ita de hereditate, legatis, venditione, locatione, societate, &c. *Scholiastes ibidem.* 25 Electio unius, non est alterius repudiatio: qui pignoratitiam eligit, non renunciat personali actioni. 26 *L. 3. l. 9. §. de distract. pign. l. 3. §. 4. §. de jure dominii. l. 26. §. de solutionib.* 27 Colonis quod mutuum datur, ab eorum dominis non potest exigi, etiamsi ipsis dominis praestentibus mutuum datum sit. *Syn. cod. c. 13. l. 4. vers. fanc. §. de agricolis & censitis.* 28 Creduli nimis facile decipiuntur. vid. *Accurs. l. 14. §. fi vero.* 29 Et è contra, *l. 3. §. cod.* 30 Id est, etiamsi actiones ejus praestantes fuerint. Synopsis vero Basilicon *ibid.* ita habet, etiam si praesente domino. 31 Dixi *ad l. 14. §. cum. potest.*

32 Aes alienum est, quod quis debet: qui in aere alieno *Graecis hic dicuntur. Synops. Basil. tit. 15. §. Harm. 3. §. 70.* Igitur qui solvendo non sunt, creditoribus suis servire non cogantur. Neminem enim ingenuorum lex ea facere vult, quae sint servilia. *Syn. & Scholiastes ibid.* unde colligunt, hoc jure, debiti causa neminem manu injecta capi posse, nisi aliud expresse fit conventum. vid. Boc. *reg. 174.* Guth. Vid. Ravard. *lib. 4. cap. 28. Sanior.* Ant. 33 Hinc colligunt, Neminem posse ad praestitum servitium se obligare: & obligationem ad carceres non valere nisi confitendo id permittat. vid. *Abbat. de usur. q. 36. n. 27.* 34 *Nov. 134. c. 7.* Ambrosius *lib. de Nabia.* Vidi, inquit, miserabile spectaculum, liberos pro patrono debito in actionem deduci, id est, auctionem. & Basilius *Ps. 14. Κακὸν ἐγὼ ἑωρακα ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ἡλίου, τοῦτο ἐστὶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἀρχοντος, de magistratu.* vid. *Cujac. ad Novel. 134. adde 7. Inst. 6. ex lib. 23. tit. 2. c. 2. fol. 76.* Verum auctor Synopseos *d. loco.* liberorum appellatione hic lege non intelligit filios aut filias, sed, *ἐλευθέρους*, id est, ingenuos. Quemadmodum eidem autori & Harmen. *d. loco*, in alienum non est à patre contractum, sed à se ipso. 35 Id est, mercatores, ad quos pecunia propter mercimonia pervenit. adde *l. 15. §. ff. de cert. pet. l. 8. §. de pact. adde l. 14. 49. §. de cond. indebit.* 36 *L. 14. §. de pign.* Hodie non est. *Nov. 4. c. 3. Auth. prae. §. cod.* & merito. Nam fiscus hanc electionem sibi non adrogabat. *l. 3. §. de curat. fur. debitor. l. 27. §. de jure fisci.* 37 Et ita restringuntur multae leges, quae simis generaliter tradunt, Usucapione jus pignoris non perimi. *adde l. 7. in fin. §. cod. l. 1. §. 2. §. de pign. l. 12. §. pro empt. l. 2. §. pro hoc, l. 7. §. de pign.*

obligationi [1], adversario non consentiente [2], nemo potest [3]. Quapropter intelligere debetis, voluntariae obligationi semel vos nexos, ab hac, non consentiente altera parte, cujus precibus facilis mentionem, minime posse discedere. Dat. Non. April. *Byzantii*, AA. & CC. Conss. 290.

De nomine dato in solutum, & de pignoribus.

VI. Iidem AA. & CC. Mauricio.

SI [4] in solutum nomen debitoris sui debitor tibi dedit tuus, ac te in rem tuam procuratorem fecit: pignora quae [5] specialiter, vel generaliter habes obligata, persequere [6]. Quod si ab his quibus fuerant obligata, cum potiores [7] erant [8], distracta probentur, emptoribus avocari non posse perspicis. Dat. IX. Kal. Jul. *Sirmi*, AA. Conss. 293.

De emptione nominis, & de pignoribus.

VII. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI à creditore nomen [9] comparasti, ea pignora quae venditor nominis persequi posset, apud Praefidem provinciae vindica [10]: nam si debitum ex ejus persona res [tibi] obligatas tenentes non transferant, jure communi pignora distrahere non prohiberis. Sane, si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus [11] venundantibus, qui possident, comparaverint, vel longi temporis praescriptione muniti perhibentur: pignorum distrahendorum [12] facultatem te non habere perspicis. Subscript. III. Kal. Januar. *Sirmi*, AA. Conss. 293.

De donatione. De mandato. De mutuo.

VIII. Iidem AA. & CC. Crescentio.

SI quidem donationis causa ei, quem adfectione [13] patris te dilexisse proponis, tuam accipere pecuniam permisisti, & hanc tuam liberalitatem [ille] remunerans [14] te à procuratore suo aliam pecuniam sumere praecepit [15], rebusque humanis [16] ante perceptionem fuit exemptus [17]: nec quod dederas, recuperare, cum perfectam [18] habuit donationem; nec [19] quod [tibi] dari mandavit, necdum tibi traditum petere potes à procuratore.

†. Quod si mutuo dedisti, nec à [20] delegato dari novandi causa stipulatus es, successores ejus solutioni parere compellantur. Dat. XIII. Kal. Febr. CC. Conss. 294.

De exactione.

IX. Iidem AA. & CC. Glyconi.

NEgantes debitores [21], non oportet armata vi [22] terreri, sed petitore quidem non [23] impiente suam intentionem, vel exceptione submoto, absolvi: convictos autem condemnari, ac juris remediis ad solutionem urgeri convenit. Dat. Id. Febr. CC. Conss. 294.

De pignore.

X. Iidem AA. & CC. Ruffino.

ADversus [24] debitorem electis [25] pignoribus [personalis] actio non tollitur: sed eo, quod de pretio servati potuit, in debitum computato, de residuo [26] manet integra. Dat. III. Non. Aprilis, CC. Conss. 294.

An dominus ex persona coloni teneatur.

XI. Iidem AA. & CC. Paulae.

NImia [27] credulitate [28] circumventa es, cum quod colonis in rem tuam mutuo dedisti, à domino praedii postulare re posse credidisti [29]: Nec ad eum obligandam actorum [30] ipsius adjuvat te praesentia [31]. Dat. VIII. Kal. August. CC. Conss. 294.

Ne quis ob aes alienum servire cogatur.

XII. Iidem AA. & CC. Jovino.

OB aes [32] alienum servire [33] liberos [34] creditoribus, jura compelli non patiuntur. Dat. XIII. Kal. Novembr. CC. Conss. 294.

In Authent. ut nulli jud. liceat habere lo. Servat. §. quia vero collat. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 7.

IMo à debito creditor cadit, tantumdem dando, vel retento, vel ejus parentibus: ipsa quoque creditore corporalibus poena soldenda.

De mutuo.

XIII. Iidem AA. & CC. Bar sumio.

EUm, cui mutuum dedisti pecuniam, ad solutionem urgere competenti debes actione: nam adversus negotiatores [35], quos ex mercibus pecunias abstulisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem. Dat. XI. Kal. April. CC. Conss. 300.

De concurrentibus actionibus.

XIV. Iidem AA. & CC. Hermodoro & Nicomacho.

EST [36] in arbitrio vestro, personali debitoris heredes actione, an eum, qui ab his distracta sibique tradita pignora tenet, in rem Serviana, si non [37] longi temporis praescriptione munitus fit, an utrosque conveniatis. Dat. V. Kal. Decemb. *Nicomediae.* CC. Conss. 300.

In Authent. de fidejuss. §. sed neque ad res. coll. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 3.

Sed hodie novo jure primo [38] *convenienda sunt omnes fidejussores* 39, & *mandatores, & fponsores quam ad pignorum pervenitur possessores.*

Aliud etiam habent, quod & divisionis ex epistola divi Hadriani nuncupant. de *constituta.* Vix ullus contractus apud Notarios perficitur, in quo fidejussores utrique beneficio non renuntient. Et ita frequentes ob hujusmodi renunciationes, haec authentica parum utilis, de qua vid. *Oldrad. tract. de jure jurg. c. 6. ibi de priv. fidejuss.* 39 Tertius possessor hypothecaria convenire non potest nisi discusso principali, & ejus fidejussoribus. v. *Hugolinum tract. de pign. parte 8. membro 1. n. 1.*

TIT. XI.

UT [40] ACTIONES [41] ET AB HEREDIBUS ET CONTRA HEREDES INCIPIANT.

1. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

CUm stipulationes [42], & legata [43], & alios contractus, post mortem compositos, antiquitas quidem respuebat, nos autem pro communi hominum utilitate recipimus: consentaneum erat etiam regulam [44], qua vetustas utebatur, more humano emendare: *Ab heredibus enim incipere actiones, vel contra heredes*, veteres non concedebant, contemplatione stipulationum, exteramque causarum post mortem conceptarum. Sed nobis necesse est, ne prioris vitii materiam relinquamus, & ipsam regulam de medio tollere: *Ut liceat & ab heredibus, & contra heredes incipere actiones* [& obligationes: 45] ne propter nimiam subtilitatem verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. Dat. XV. Kal. Novemb. *Constantinop.* Post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

40 Verus regulae abrogatur quo tacitae actionum, quae adversus non cogitasset, neque ad verba heredes nostros transire. *hac l. Cum regulae meminit etiam Theophil. §. 37. Inst. de legatis 1. Paul. 1.*

41 Quae non competunt a defuncto vel contra defunctum. Goth. Vid. Cujac. 6. 2. *obs. cap. 34. 5. l.*

42 Vid. *l. 11. §. de contrahenda stipulat.*

43 *D. §. 37.* 44 Haec constitutio & regula contraria est veteri regulae, de qua *l. 7. C. Vind. de diverf. rescript.* & Theoph. *in §. post mortem 37. de leg.* sublatque veterum differentiam verborum. *Cum mutatur, cum mutuum fuerit, post mortem meam dari, vel pridie quam moriar, ut l. 11. §. de condit. stipul.*

45 Per pactum hereditas post mortem dari potest. vid. *Guidonem Papa singulari 342.*

TIT. XII.

NE UXOR PRO MARITO [46], VEL MARITUS PRO UXORE, VEL MATER PRO FILIO CONVENIATUR.

Ne uxor pro marito: ex contractu.

1. Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Asclepiodoto.

FRustra disputas de Contractibus cum Marito tuo habitis, utrumne jure fecerint, an minime: cum tibi sufficiat, si proprio [47] nomine nullum contractum habuisti, quominus pro marito tuo conveniri possis: Quod nec si sponte pro eo intercessisses, quicquam à te propter Senatusconsultum [48] exigi jure potuisset. Dat. Prid. Id. Aprilis, Diocletiano. III. & Maximiano AA. Conss. 287.

46 Mariti contractu delictove. *l. 1. 2. 7. cod.*

47 Id est, ad similitudinem tutoris. *l. 49. §. locati.*

48 Velleianum.

Ex Delicto.

II. Iidem AA. Terentiae.

OB Maritorum [49] culpam uxores inquietari [50] leges vetant. Proinde Rationalis [51] [noster,] si res quae à fisco occupatae sunt, dominii rui [52] esse probaveris, jus publicum sequetur [53]. Dat. III. Non. Septemb. Diocletiano & Maximiano AA. Conss. 287.

49 Legum 7. §. ff. ad Velleian. cod. Proinde Cassius *l. 3. §. de offic. proconsul.*

50 In bonis viri.

51 Rationalis, procurator Caesaris.

52 Non dotium. *l. 1.*

53 Et ita auditur tertius opponens, de quo dixi *ad l. 13. §. 3. ff. de jud.*

Ne socer pro genero, ne mater pro filia, ne maritus pro uxore.

III. Iidem AA. & CC. Carpophoro. 54

CUm [55] te possessiones non in dotem pro filia tua dedisse, sed ad sustentandam [56] eam extra dotis causam filiae tuae praedia adsignasse proponas: civilium [57] munerum vel onerum municipalium [58] obtentu, ex persona mariti ejus, quomodo materes ex persona [59] filiorum, interpellari non [60] possunt: cum neque [61] maritum pro uxoris obligatione conveniri posse constet, nisi [62] ipse pro ea se obnoxium fecit. Certissimum enim est, ex alterius contractu neminem obligari. III. Id. Septembr. *Sirmi*, AA. Conss. 293.

54 Ta *ἀνεψιαδᾶ* vel *ἀνεψιᾶ*, &c. *Eustathius* mulieris pro viri nobilis ortu dictum putat. nec mirum pro filiis nec non pro marito. *Synopf. Basil. 30. tit. 29. 34. tit. 4. c. 5.*

55 Cui Carpophorus: ut sit hypothecae in mora.

56 Res traditae filiae ad eam sustentandam, hoc est alendam tum praesumuntur dotales.

Ne Mater pro filio.

IV. Iidem AA. & CC. Philothetae.

CUm te ideo ex persona [63] filii tui commemores conveniri, quod pro debitis ejus aliquid [64] intulisse videatis: defensionibus tuis uti apud eum, cujus super ea re notio est, minime prohiberis, [65] is ad solutionem alieni debiti urgeri te non patitur. Dat. X. Kal. Septemb. Ticiano, & Nepotiano Conss. 301.

57 Adde *l. 22. §. de decurionibus.* 58 Vid. *l. 9. §. de mun.* 59 *L. 4. §. cod. §. de damno.* 60 Fallit certis casibus. vid. Gaillium 2. *obs. 90.* 61 Mariti pro uxore potest fideiubere, at non vice versa. *l. 2. §.* 62 Vid. *l. 3. §. cod.* 63 Partem debitarum filii à matre solvit? residuum partem solvere non cogitur. *ut hic. Synopf. Basil. 7. tit. 6. in lib. 24. c. 4. 4. Harm. §. 25. adde l. 7. §. 15. §. ad Maced. l. 28. §. de pact. l. 7. §. de usurris.* vid. tamen *l. 2. §. l. 10. §. de minor. l. 3. l. 6. §. de in rem verso, l. 18. §. de agnit.* Cur ita? colligo ex *l. 88. §. 7. §. de leg. 2. l. 10. §. de minor.*

64 Quae actione tenentur, qui personam aut res alterius indebite asseruerit fecit? vid. Perezium *c. 18. de jure fisteudi.* De repetibilis vid. hic Bald. *Goth.* Adde Andr. Gail. *de arrest. Imp. 2. 2. 28.* Mynsing. *de process. lib. 1. c. 39. n. 11.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. n. 39. 40.* S. L. 65 Jure actionem tantum amittit. *l. extat 13. §. quod metus causa:* Imo & pecunia corporalium fallitur. *Kyrell. 55. c. 1.*

TIT. XIII.

NE FILIUS PRO [66] PATRE, VEL PATER PRO FILIO EMANCIPATO, VEL LIBERTUS [67] PRO PATRONO, VEL SERVUS PRO DOMINO CONVENIATUR.

Ne pater pro filia.

1. Imp. Gordianus A. Candido Militi.

NEque ex ejus filii persona, qui cum sui juris esset, mutuam pecuniam accepit, pater ejus, si non fidem suam obstrinxit, conveniri potest: neque ex ejus, quem in potestate habet, si sine jussu ejus contractum est: neque, [si] contra [70] SC. Macedonianum mutua [pecunia] data est, amplius [71] [quam] de peculio actionem sustinere cogitur. Quapropter patet tuus, si ei pecunia à creditore fratris tui extorta est, ad quam reddendam non tenebatur, Praesidis provinciae auctoritate eam recupembit. P. P. III. Non. Octobr. Pio & Pontiano Conss. 239.

66 *L. 2. §. cod. adde §. §. §.

Ne filius pro patre.

11. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. Neoterio & Eutolmi.

NE contra juris auctoritatem ab eo, qui patrem vestrum à quo emancipatos [2] vos dicitis ad munus [3] civile devocaverat, inquietemini [4], Præses provinciæ providebit. Dat. VIII. Kal. Feb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

Ne pater pro filio.

III. Iidem AA. & CC. Theogeni.

SI [4] filiusfamilias invito patre Decurio [5] creatus sit, pro eo patrem inquietari non posse, jure manifestissimo cautum est. C. x. Kal. Maji, CC. Conss. 294.

Ne filius pro patre.

IV. Iidem AA. & CC. Achivæ.

PAtris [6] nomine supersititis filium, nec munerum [7] civilium, nec debiti causa, personali posse conveniri actione constat. S. XII. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. Conss. 300.

Ne libertus pro patrono. Ne servus pro domino.

V. Iidem AA. & CC. Lampetio.

EX patroni, vel domini [8] contractu liberti, vel servi conveniri non possunt. Dat. Id. April. CC. Conss. 300.

De Scholaribus.

Nova constitutio Friderici.

HAbita quidem super hoc diligenti Inquisitione Episcoporum, Abbatum, Ducum, omnium Judicum, & aliorum Procerum sacri nostri Palatii examinatione, omnibus, qui causa [9] studiorum peregrinantur, Scholaribus, & maxime divinarum, atque sacrarum legum professoribus, hoc nostræ pietatis beneficium indulgemus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur studia, tam ipsi, quam eorum nuncii [10], veniant, & in eis secure [11] habitent. †. Dignum namque existimamus, ut, cum omnes bona facientes, nostram laudent & protectionem exhumedo merentur [12]: quorum [13] scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo & nobis ejus ministris, vita subjectorum informatur; quadam speciali dilectione eos ab omni injuria defendamus. Quos enim eorum non misereatur, qui amore scientiæ exules facti, de divitibus pauperes semetipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & a vilissimis sæpe hominibus (quod graviter ferendum est) corporales injurias sine causa perferunt. †. Hac igitur generali, & in perpetuum valitura lege decernimus, Ut nullus de cætero tam audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præsumat, nec [14] ob alterius cujuscunque provinciæ delictum, sive debitum (quod aliquando ex perversa consuetudine factum audivimus) aliquod damnum eis inferat: sciturus hujusmodi sacra constitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum Rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in quadruplum: nec non infamia eis ipso jure irroganda, dignitate sua se caritures in perpetuum. †. Verum tamen si litem eis quispiam super aliquo negotio movere voluerit: hujus rei optione [15] data Scholaribus, eos coram [16] domino, vel magistro suo, vel ipsius civitatis Episcopo, (quibus hanc jurisdictionem delimus) convenat. Qui vero ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamsi causa justissima fuerit, à tali examine cadat.

†. Hanc autem legem inter imperiales constitutiones, scilicet sub titulo, Ne filius pro patre, &c. inseri jussimus. Dat. apud Roncalias [17], anno Domini M. C. LVIII. mense Novembri.

11 Id est, sint exempti à vectigalibus portoriis, & aliis oneribus, alias non tamen studiosis, sed & omnibus socare vivendi, & habitandi datur potestas: & hoc primum caput privilegii scholastici est. 12 Meritis præmia & honores debentur. *l. 1. T. de assessoribus. Homer. præmium virtutis. Aristoteles 4. Ethic. 3. Cicero 1. Officior. & 3. de Republica 5. Lactant. 19.*

13 Lam studiosorum. 14 Secundum caput hujus privilegii est. Ne possint capi jure repressaliarum. 15 Tertium cap. privilegii studiosis hic dati, ut eis sit optio, utrum apud præceptorem suum, an apud episcopum loci conveniantur. Possunt etiam & tertium eligere. §. 10. *in fin. Auth. ad Aversatores.* 16 Forum sortiuntur ratione studii. vid. *Accursium in l. heres 19. §. penult. 2. in verbo, debitor. ff. de judiciis.* 17 Roncalia, *hic & 2. Studiorum 33. §. 1. tit. 40. tit. 52.* Ex Roncalia, campi supra Padum non procul à Placentia, in quibus solebant olim imperatores conventum agere solemnem. Roncaliæ meminit Abbas Ursbergensis, & Guntherus 2. *Ligurl.*

TIT. XIV.

AN [18] SERVUS PRO SUO FACTO POST [19] MANUMISSIONEM TENEATUR.

De contractu cum statulibero.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Juventiano.

QUAMVIS cum statulibero contraxeris, tamen ex ante [20] gesto te non habere cum eo, post impletam conditionem libertatis, actionem, scire debes. P. P. IV. Idus Decemb. Dextro II. & Prisco Conss. 197.

De legato.

II. Imp. Antoninus A. Bexico.

CReditoribus [21] tuis, qui tibi in servitute [mutuam] pecuniam crediderunt, nulla adversus te actio competit: maxime cum [22] peculium [23] tibi non esse legatum proponas. P. P. III. Kal. Sept. Læto & Cerealе Conss. 216.

De pecunia ob libertatem promissa.

III. Imp. Alexander A. Herodi.

PRomissæ [24] tibi pecuniæ à servo tuo [25], *Ut eum manumitteres*, si postea quam manumisisti stipulatus [26] ab eo non es, adversus eum petitionem per in factum actionem habes [27]. P. P. Id. Septemb. Alexandro A. Cons. 227.

De furto.

IV. Imp. Gordian. A. Hieroni.

LIcet [28] servitutis tempore [ea,] quæ pecuniam matris tuæ furripuisse [29] dicitur, ob hujusmodi admissam conveniri non poterat: ad [30] libertatem tamen perducta, (nam caput [31] noxa [32] sequitur) furti actione teneturi [33]. P. P. Id. Septemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

De eo, qui fundos domini coluit.

V. Idem A. Chresto.

SI (ut allegas) antequam à domino manumittereris, fundos ejus coluisti [34], postea que adempto peculio, libertate donatus es, ob reliqua, si qua prædem [35] contracta sunt, res bonorum, quas postea propriis laboribus quæsisti, inquietari minime possunt. P. P. XVI. Kalend. Decembr. Ariano & Papo Conss. 244.

18 *Synopf. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 7. & 32. tit. 1. ex lib. 24. tit. 5.* adde Accursium *ad l. 15. in verbis, ad finem, in fin. ff. de negotiis, l. non actum 17. in verbis, relictum. ff. de negotiis.*

19 *L. 246. ff. de reg. jur.*

20 *L. 2. l. 7. ad. l. 11. ff. de reger. l. 4. §. de reg. mun. novell. 117. ff. de reg. l. 28. §. 7. in fin. ff. de liber. legat.*

21 *Synopsis Basil. tit. 5. cap. 2.*

22 Vid. *l. un. §. de peculio ejus qui libertatem meruit.*

23 An libertus possit conveniri ex contractu in servitute facto, peculio ei legato, vid. *l. 1. §. 10. ff. de dote prælig.*

24 *Synopf. Basil. dict. tit. 5. c. 3.*

25 Id est, cum esset servus. *l. 77. ff. de solutionibus.* Pecunia ob libertatem promissa, petitur per actionem in factum.

26 *L. 2. §. 4. ff. quar. rer. act. non d. l. 104. ff. de verb. obl.*

27 Imo, non habet. *l. 17. ff. de negot.*

28 Ex contractibus in servitute gestis, post manumissionem nemo tenetur. *Synopf. dict. tit. 5. cap. 4. 3. Harm. tit. §. 19.* 29 *L. 14. ff. de obl.* 30 Servi delictum quod non potuit actionem in servitute, parit in libertate. 31 *L. 1. in fin. ff. de privatis delict. §. 5. Inst. de noxal. act.* 32 Id est, noxalis actio. *dict. §. 5.* 33 Imo non tenetur. *l. ult. C. eadem.*

34 Servus qui coluit prædia dominica, liber factus, non tenetur. 35 *L. 1. T. eod.*

De delicto in dominum commisso.

VI. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Feliciano.

SIve servi sint hi, quorum precibus fecisti mentionem, domi eos convenі: quia inter [36] dominos ac servos judicium constare nullum potest: sive post delictum [37] manumissi sint: ex antecedentibus post datam libertatem eos nulla ratio juris à dominis quondam conveniri patitur [38]. †. Sane si post [39] manumissionem quid illicite commiserint, hoc apud Præsidem provinciæ argue: accepturus ex jure sententiam. Dat. II. Idib. April. *Byzantii*, AA. Conss. 287.

36 Vid. *l. 13. §. fin. T. de transact.*

37 Ex delicto in dominum commisso servus non tenetur liber factus.

38 Imo patitur. *l. 4. T. eod.*

39 *L. 17. §. 1. conf. Mant. ff. de furt.*

TIT. XV.

QUANDO FISCUS, VEL PRIVATUS DEBITORIS SUI [40] DEBITORES CONVENIRE POSSIT, VEL DEBEAT.

De ære alieno pupilli.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Valeriano.

PRoponere [41] æs alienum pupilli, res tutoris, qui nihil ex bonis ejus tenet, pignori capi non oportet. P. P. XI. Kal. Junii, Laterano & Rufino Conss. 198.

Si condemnatus non est solvendo.

II. Imp. Antoninus Augustus Marco.

SI in causa judicati Valentis, quem tibi condemnatum esse proponis, nihil est, quod sine [42] quæstione [43] pignoris [44] loco capi, & distrahi possit: debitores ejus conventi, ad solutionem auctoritate Præsidis provinciæ compelluntur.

Si debitor debitoris fisci fateatur, vel neget.

III. Imp. Gord. A. Primanio.

SI debitum non [45] inficiantur hi, quos obnoxios debitoribus fisci esse proponis: potest videri non esse iniquum quod desideras, ut ad solutionem per officium Procuratoris [46] compellantur: Nam si quæstio aliqua referatur, id concedi non oportere [etiam] ipse perspicis. P. P. VI. Kal. Febr. Sabino, & Venusto Conss. 241.

Si principalis debitor fisci solvendo sit, vel non.

IV. Imp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Zosimo.

NOn [47] prius ad eos, qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere, nisi patuerit principales reos idoneos non esse, certissimi juris est. S. XII. Kal. Maji, AA. Conss. 293.

De nomine in solutum dato.

V. Iidem AA. & CC. Nanidæ.

IN [48] solutum nomine daro, non aliter nisi mandatis actionibus ex persona sui debitoris adversus ejus debitores creditor experiri potest: suo autem nomine, utili [49] actione recte utetur. Dat. Kal. Jan. CC. Conss. 294.

40 Fiscus utiles actiones in debitorem sui debitoris habet. adde *l. 1. T. de usucap. pro legato.*

41 Cur ita? vid. *Modest. 52. cap. 1.* possunt tamen propter communem causam propriam res tutoris capi. *l. 1. §. 2. ff. si quis jus dicenti.*

42 Quod non est controversum, sed potest capi. *l. 15. §. 2. in fin. ff. de re judic.* id etiam creditori utilius.

43 Vid. Accurs. *in l. 5. de evict. rei judicatæ.*

44 In subsidium pignorum, devenitur ad nomina debitorum delatoria.

45 Hujus legis sensus perspicuus est, *ex l. 4. T. eod.*

46 Fisci fidi.

47 Fiscus à debitoris sui debitoribus nihil petit, nisi quum principalis reus solvendo non esse deprehenditur. *Synopsis Basilic. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 6. c. 6.* Cautam hanc adfert Scholiastes *Synopseos ibi loco.* quod fiscus erubescat alienum quid petere. *l. 3. T. eod. l. 3. §. 8. ff. de jure fisci.* Et ita exactor publicorum & tributorum excutit, exigit: excutit prius principalem, quia fiscus electionem non habet. *l. 1. T. de conveniend. fisci debit. l. 47. ff. de jure fisci.* Exigit debitorem debitoris fiscalis, quia habet tacitam hypothecam. *l. 1. T. de conditi. ex lege.* 48 Vid. *l. 6. T. de obligation.* 49 Vid. *l. 7. T. de hered. vel act.*

TIT. XVI.

DE HEREDITARIIS [50] ACTIONIBUS [51].

De creditore, qui ex parte successit debitori.

1. Imp. Gord. A. Hermetoti.

PEcuniam, quam tibi à matre debitam fuisse dicis, ab heredibus ejus, coheredibus [52] tuis, pro parte tibi competente petere debes. Sed & res, si quæ tibi ob idem debitum obligatæ sunt, persequi non prohiberis. P. P. XI. Kalend. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De oneribus dividendis pro hereditariis partibus, de pign. & hypoth.

II. Imp. Decius A. Thelemachæ.

PRo [53] hereditatiis partibus heredes onera hereditaria agnoscere etiam in fisci rationibus placuit: nisi [54] intercedat pignus, vel hypotheca, tunc enim possessor obligatæ rei conveniendus est. P. P. XIV. Kal. Novemb. Æmiliano, & Aquilino Conss. 250.

De exactione datis.

III. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. [& CC.] Maximæ.

HEredem [55] mariti quondam tui de [56] dote tibi reddenda conveni, personalem [enim] actionem contra debitores hereditarios tibi decerni frustra postulas. P. P. XIV. Kal. Maji, AA. Conss. 293.

De pupillo herede.

IV. Iidem AA. & CC. Crispo.

SUb [57] prætextu [58] ætatis pupilli debitoris hereditarii creditorum exactionem differri non posse, nimis evidens est. Unde, cum te tutorem proponas, quemadmodum à pupillis creditoribus satisfiat, eniti [59] debes. Dat. X. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. Conss. 293.

Si creditor debitori successerit.

V. Iidem AA. & CC. Julio.

UT debitum tibi ante [60] aditam hereditatem solvatur; ac tunc, si ad te pertineret [hereditas] quæri jubeamus, præpostera [61] petitio est. Etenim cum tibi soceri successionem quæsitam patuerit, debiti petitionem extingui per confusionem [62] non ambigitur. Dat. Prid. Non. Mart. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

50 Id est, quæ experunt ex persona, vel in personam defuncti, & transierunt ad heredem.

51 Creditor succedens pro parte debitori, omne debitum non amittit, sed pro ea parte tantum quæ successit: alteram à suis coheredibus repetit. *l. 6. 7. T. l. 14. J. ad leg. Rhodia. l. 7. J. de hom. auctor. l. 3. §. 1. ff. de fideicommiss. libert. petit.*

52 Etiam cum fisco debetur, actio quidem personalis adversus omnes heredes debitoris competit: hypothecaria vero adversus eum qui pignora detinet. *Synopf. Basil. 24. cap. 1. vid. l. 1. T. si certum.*

53 Sensus est, hereditariis actionibus personalibus, ne funeraria quidem excepta. *l. 22. 23. ff. de religios.* heredes tenentur pro sua parte realibus qui non tenentur, sed ipsarum rerum possessores. *l. 2. J. si unus ex plurib. l. 35. ff. de rei vindicat. l. 5. §. 12. in fin. ff. ad exhibit. l. 35. ff. de hered. inst. l. 2. §. 2. conf. Sed si unus. ff. de præter. stipulat.* Quid si, quæ proponitur, personalis actio sit individua? tunc quilibet heredum tenetur in solidum. *l. 85. §. 2. in fin. ff. de verb. obligat.* Idem dicendum, si res restituenda, ab uno heredum, teneatur in solidum. *l. 3. §. 3. ff. commodati. l. 22. ff. depositi.* si agitur de pollicitatione facta reipublicæ. *l. 9. ff. de pollicitat.* de alimentis. *l. 3. ff. de alimentis.* de eo quod ab uno tantum herede relictum. *l. 53. ff. de legat. 2.* 54 *L. 9. J. solut.* 55 De dote actio contra heredes mariti, non contra debitores ejus dirigitur: Imo, contra debitores, cum omnia bona mariti sint tacite pro dote obligata. *l. un. §. 1. J. de rei uxor. act.* solve, Datur contra debitores hypothecaria, non personalis. 56 Heres tametsi pupillus sit, hereditaria debita salvere cogitur, neque ætatem causari, aut prætexere debet, ad dilationem solutionis debitorum. *Synopf. Basilic. & ibi Scholiastes dict. lib. 24. tit. 7. cap. 4. & 5. Harmenop. 5. §. 80.* 57 Ætas minor debitoris non aufert jus agendi creditori. *l. 8. in fin. J. de non numer. l. 8. J. mandati.* vid. *l. 34. in fin. ff. de neg. l. 3. in fin. princ. ff. quib. ex caus. in poss.* porrogat tamen & suspendit in causa fiscus. *l. 6. §. 3. ff. de Carbonian.* 58 *L. 5. §. 9. ff. de reb. autor.* 59 Heres ante aditam, vel repudiatam hereditatem, non potest conveniri. 60 Prospectera petitio non admittitur. *l. 16. ff. de exceptior. l. 20. C. eod.* prospectera tamen scriptio non nocet in testamentis & contractibus. *l. 25. J. de testamentis.* Interim nota de exceptione prospecturationis. 61 Confusione debiti petitio extinguitur. *l. 7. T. de pactis. l. 30. ff. de fidejussorib.*

1 Id est, si creditrix successit debitori.

2 *L. 7. §. de bonis auctor. possid. l. 12. ff. ad leg. Falcid. adde l. 19. in fin. ff. de reg. jur.*

3 Quamnam hic ratio fuit dubitandi? Haec fuisset: Testatorem in dubio, animo compensandi debiti legasse intelligi: sed non ita est. *l. 85. ff. de legat. 2.*

4 Confulsum ultra portionem hereditariam non fit. *l. 3. C. de negot. l. 3. §. de exercitor. pod. l. 14. §. ad leg. Falcid. l. 7. §. de bon. auctor. jud.*

5 Id est, adversus utilitatem ejus. vid. *l. Pollia. 2. §. de his quibus ut indignis.* 6 Heres adeundo fi obligat. 7 Vid. *l. 2. §. de bon. auth. & ff. de separation.* 8 Heredes debitorum nomine tenentur, non legatarii. *Synops. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit 7. cap. 7. 3. Harm. 5. 8. 85. l. 1. §. 16. ff. ad Trebell. l. 15. §. de donat. l. ult. in fin. ff. de contrab. empt.* 9 Creditor adversus debitores hereditarios agere personali actione non potest. *l. 3. in fin. C. eod.* sed nec adversus legatarios, *ut hic*, ergo hypothecaria potest: licet ipsi legatarii creditorum loco sint. *l. 40. ff. de obligat.* 10 *L. 26. C. de pactis. l. 6. C. familiae.* 11 Id est, personalibus actionibus. *l. 3. C. eod.*

TIT. XVII.

EX[12] DELICTIS[13] DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR.

Actiones ex delicto post litem contestatam transeunt ad heredes. Bald.

1. Imp. Diocletr. & Maxim. AA. CC. Macedoni.

Post[14] litis contestationem, eo, qui[15] vim fecit, vel concussionem[16] intulit, vel aliquid deliquit, defuncto, successores ejus in solidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri juris absolutissimi est: ne alieno[17] scelere ditentur. Dat. v. Kal. Maji. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

12 Poena ex delicto adversus heredem non transit. *huc tit.* Vide quinque exceptiones apud Socinum, *regula* 291.

13 *L. 20. ff. de accusationibus.* Huc refer quod Clarus ait, *lib. fine. §. ult. quaest. 86.* alium pro alio damnum pro delicto fumuli, vel familiae, patrem pro filio non puniri corporaliter. Statuto tamen posse fieri, ut quis pro alio, vel infamia, vel amissione omnium bonorum. *l. 5. C. ad leg. Jul. Majestatis:* vel certa quantitate (puta legitimae) puniatur. Eodem modo fieri posse, ut civitas teneatur pro maleficio commisso in ejus territorio. 14 Defuncta, qui deliquit, post litem adversus eum concellatam mortuo, in heredes ejus in solidum actio transmittitur: Ante litem contestatam mortuo, heredes ejus conveniuntur in id duntaxat quod ad eos pervenit. Nec enim aequum est, heredem alieno scelere ditari. *Synops. Basil. 24. tit. 7. cap. 7. §. 1. vers. Punalis. Inst. de perpet. & temp.* l. 33. *l. 58. ff. de obligat. l. 1. ff. de poenat. debit.* 15 Non rapinam. *l. 1. l. 2. ff. de concussionibus.* 16 Non metum. Cujacius *ad l. 16. in fin. ff. de rei quod metus caus.* ubi refert, hanc legem sumptam esse ex rescripto quodam Codicis Hermogeniani, quod integrum apud eundem vide. 17 Nemo ex dolo sucteris lucrum debet fuscre. *d. l. 33. l. 16. in fin. ff. quod met. l. 38. 44. ff. de reg. jur.*

TIT. XVIII.

DE[18] CONSTITUTA[19] PECUNIA.

De eo qui constituit, & de ejus heredibus.

1. Imp. Gordianus A. Felici.

Si[20] pro alieno debito te soluturum constituisti: pecuniae constitutae actio non solum adversus te, sed[21] etiam adversus heredes tuos perpetuo competit. Dat. VII. Kal. Julias, *Sirmio*, CC. Conss. *.

In Authent. ut, cum de appellat. cog. §. ad hoc, aliud. Coll. 8. Tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 6.

Si quando quis pro se, vel pro alia persona pecuniam se solvere constituerit, vel spoponderit: sic dicens, Satisfaciam[22] tibi, tenetur pro quantitate, quam promisit. †. Sin autem sic dixerit, Satisfiet a me, & ab illo, & illo: *illo quidem, quae nominavit, non*[23] *consentiente, non*[24] *tacta tantum portione persolvet.* †. Sin autem dixerit, Satisfiet[25], *verbo impersonaliter*[26] *prolato non tenebitur.* †. Sin autem sic dixerit, Erit tibi satisfactum, aut a me, aut ab illo: *illo quem nominavit, non consentiente, solus in solidum*[27] *tenebitur.*

De receptitia actione in de constituta pecunia actionem transfusa. Quae res constitui possint. De tempore actionis. Pro quo debito constituatur, & de indebite. De omnibus casibus qui per stipulationem explicari possunt.

1. *De nomine* pecuniae. 2. *De argentariis, & alio negotiatoribus.*

In quacunque re debita tenet constituentem, non in indebita. Bald.

11. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

Receptitia[28] actione cessante, quae solemnibus verbis[29] composita inusitato recessit vestigio, necessarium nobis visum est magis pecuniae constitutae naturam ampliare. Cum igitur praefata pecuniae constitutae actio in his tantummodo casibus à veteribus concluta est, ut[30] exigeret res quae pondere, numero, mensura consistunt, in allis[31] autem rebus nullam haberet communionem; & neque[32] in omnibus casibus longaeva esset constitura, sed in speciebus certis annali spatio concluderetur, & dubitaretur, an pro debito sub conditione, vel in diem constituto eam possibile esset fieri, & an pure constituta pecunia contracta valeret: hac sapientissima lege definimus, ut liceat omnibus [constituere] non[33] solum res, quae pondere, numero, mensura consistunt, sed etiam alias omnes, sive mobiles, sive immobiles, sive sese moventes, sive instrumenta, vel alias quascunque res, quas[34] in stipulationem possunt homines deducere: neque sit in quocunque casu annalis: sed sive pro se quis constituat, sive pro alio, sit [&] ipsa in tali vitae mensura, in qua omnes[35] personales actiones positae sunt, id est, [in] annorum metis triginta[36]: & liceat pro debito pure, vel[37] in diem, vel sub conditione constitui: & non abimilem[38] penitus stipulationi habeat dignitatem, suis tamen naturalibus[39] privilegiis minime defraudata sit: sed [&] heredibus, & ab[40] contra heredes competat: ut neque receptitiae actionis, neque alio indigeat respublica in hujusmodi casibus adminiculo, sed sit pecuniae constitutae actio per nostram constitutionem sibi in omnia sufficiens: Ita tamen, ut hoc ei inhaereat, ut[41] pro [jam] debito fiat constiturum: cum secundum antiquam receptitiam actionem res[42] exigebatur, etiam si quid non fuerat debitum: cum satis absurdum[43], & tam nostris temporibus quam justis legibus contrarium sit, permittere per actionem receptitiam res indebitas consequi, & iterum multas proponere conditiones, quae & pecunias indebitas, & promissiones corrumpi & restitui definiunt. Ut non erubescat igitur tale legum jurgium, hoc tantummodo constituatur, quod[44] debitum est: & omnia, quae de receptitia in diversis libris legumlatorum posita sunt, aboleantur, & sit pecuniae constitutae actio omnes casus complectens, qui[45] & per stipulationem possunt explicari. §. 1. Et neminem moveat, quod sub nomine *pecuniae* etiam omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris prudentium, licet constituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniae tantum pet eam exigebantur, sed omnes res, quae pondere, numero, mensura constitutae erant: Sed & possibile est omnes res in[46] pecuniam converti: si enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quae expressa est, in constituendis rebus ponatur: quid distat à nomine ipsius pecuniae? Sed ut subtilitati eorum satisfiat, qui non sensum, sed vana[47] nominum vocabula amplecti desiderant: ita omnes[48] res veniant in constituram [actionem,] tanquam si fuisset ipsa pecunia constituta: cum etiam veteres *pecuniae* appellatione omnes res[50] significati definiant, & hujusmodi vocabulum, & in libris juris auctorum, & in alia antiqua prudentia manifestissime inventum sit. §. 2. His videlicet; quae argenti[51] distractores, & alii negotiatores indefense constituerint[52], in sua firmitate secundum morem usque adhuc obtinentem durantibus. Dat. x. Kal. Mart. post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

De beneficio divisionis.

III. Idem A. Joanni P. P.

Divi Hadriani epistolam[53], quae de periculo dividendo[54] inter mandatores, & fidejussores loquitur, locum[55] habere, in his etiam qui pecunias[56] pro aliis simul constituunt, necessarium est: Aequitatis enim ratio diversas species[57] actionis excludere nullo modo debet. Dat. Kal. Nov. post Lampadii & Orestis VV. CC. Conss. 531.

18 *§. 9. Instit. de actionibus. Paul. 2. sent. 3. & XIII. D. v. supl Senatusconsulto. 26. Eclog. tit. 3. supl Senatusconsulti, 1. Harmenopul. 3. §. 47.* adde & eundem *3. tit. 6. & 7.* Oldendorp. *Class. 4. act. 8. 16. Gell. 6.*

19 Constituti hac formula solet, τὸ ἐκεῖνο ἢ ἐκεῖνο σου ἔσεσθαι, facisset vel non facturum. Galli vocant *Reconnoître.* D. Paulus ita se constituit debitorem pro Philemone. Si quo laesit te, aut debet, τοῦτο ἐμοὶ ὀφλᾷ. Extat & haec formula *l. 26. ff. eod.* Hubes penes me.

20 *l. Harmen. 3. tit. cap. supl Senatusconsulto. Idem 3. tit. 6. Eclog. d. tit. tit. 3.*

21 Constituta pecuniae actio (quae Graecis ἐπὶ τῷ ἀντιστοιχεῖ ὑγιαχθ.) etiam in heredes perpetuo competit. *Syn. Basil. 26. tit. 3. cap. 1. & Harmen. 3. §. 47. & 3. tit. 6. §. ult.*

22 Τὸ ἐκεῖνο σου ποιῆ, sumptum ex *Novell. 115. cap. 6. Synops. Basil. 26. tit. 2. cap 3.*

23 Non omnis nominatus in instrumento est obligatus, sed is tantum qui consensit. 24 Cur non in solidum? quia Et particula, obligationem in viriles partes distribuit. *l. 11. §. 1. de duob. reis.* 25 Qui hoc dicit, *Satisfiet*, certam personam non exprimit: ideoque neminem obligat. 26 Impersonalitas vitiat. 27 Cur in solidum? Particula *Aut*, cuilibet nominatim obligationem in solidum attribuit, si potest: sin minus, ei qui potest obligari. 28 Haec competebat τοῦτο ἐστὶ ἐκεῖνο ἐκεῖνο ἐστὶ, cum argentarius constituebat: & in eo differebat receptitia ab actione de constituta pecunia, ratione personarum: quod prior teneretur soli argentario: posteriore reliqui omnes. *Theophil. §. 8. Inst. de actionib.* Ideo dicebatur *receptitia*, quod argentarius contrahentibus apud fiscum mensum reciperet solutorum se, quod hic vel ille caviset. In quibus rebus fieret, vid. *l. eod.* 29 Potest tamen hodie constitutum contrahi per epistolam. vide Paul. *epist. ad Philemon. l. 26. ff. hoc tit.* 30 Receptitia actio à constituta pecunia actione olim in eo quoque differebat: quod actioni de constituta pecunia locus erat, constitutis iis, quae numero, pondere, vel mensura constarent: receptitia etiam immobilibus constitutis, dum tamen argentarius constituisset. *Theophil. §. 8.* 31 *Instit.* immobilibus. 32 Actio de constituta pecunia incerto tempore finiebatur, certis casibus perpetua, aliis annalis erat.

33 Res omnes constitui possunt. *ut hic:* quod olim non erat. *l. eodem.* ibi, *Res quae ponderis.*

34 Quod in stipulationem deduci potest, potest constitui. vel, ut Baldus ait: Quicquid est stipulabile, est constituibile. 35 Actiones personales annis triginta extinguuntur. *ut hic: & l. 26. l. de usuris.*

36 Actio emissi durat triginta annis, ut hic. *Synops. Basil. 7. tit. 6. ex lib. 24. tit. 7. cap. 7. 3. Harm. 5. 8. 85. l. 1. §. 16. ff. ad Trebell. l. 15. §. de donat. l. ult. in fin. ff. de contrab. empt.* 9 Creditor adversus debitores hereditarios agere personali actione non potest. *l. 3. in fin. C. eod.* sed nec adversus legatarios, *ut hic*, ergo hypothecaria potest: licet ipsi legatarii creditorum loco sint. *l. 40. ff. de obligat.* 10 *L. 26. C. de pactis. l. 6. C. familiae.* 11 Id est, personalibus actionibus. *l. 3. C. eod.*

37 Constituti pecunia pure, in diem, sub conditione, ut hic; qua de re olim dubitabatur. *l. eod. ibi, & dubitaretur.*

38 Constituti actio stipulationi non abimilis. *in fin. §. eod.*

39 Naturalia privilegia actionum, sunt eaum formae, & effectus eis attributi à lege, hinc etiam colligo, hanc actionem novi privilegii, aequum non tali.

40 Constituti actio datur heredibus & in heredes. *l. 27. §. 3. ff. ad Senat. Trebell.* Haec fictitia fuit ratio, ut hic Tribonianus jungeretur fidejussoribus, in quibus agitur de obligatione hereditaria. *tit. 18. 17.*

41 Constitutum non est, nisi antecedentis debiti. *in fin. §. eod. l. 5. §. 1. ff. eod.* Et merito, quia ex constituto tum obligat, naturalem & civilem rationem exigit.

42 Recipi alia poterat res, etsi non debita.

43 Absurdum, omnibus temporibus hoc.

44 Dixi T. *eod. ibi, ut pro jam debito.*

45 Dixi T. *eod. ibi, quae in stipulationem.* 46 Res in pecuniam converti possunt. 47 Sensum, non vana vocabula, amplecti oportet. 48 Dixi T. *eod. ibi, non solum res.* 49 Pecuniae tamen nomen strictius est, quam rei. *l. 5. ff. de verb. sign.* 50 Corporales. *l. 178. d. tit.* adde *l. 2. §. 3. ff. de reb. eord. l. 3. ff. de SC. Maced. l. 50. §. 3. ff. de leg. 1.* 51 De argentariorum officio vide Cujacium *ad Novell. 136.* 52 Id est, promiserint, & male: hinc tamen colligit Bald. Mercatores & artifices posse facere inter se fiducia, eaque confirmari jure communi. 53 De qua vid. *§. 4. Inst. de fidejussorib. l. 26. ff. de fidejussoribus.* 54 *Paul. 1. Sententiar. 20. §. ult.* Epistola D. Hadriani, quod datum est beneficium dividendi fidejussoribus, id renunciando non prodeli. Nunquam igitur hodie prodest, vix enim ullus contractus apud notarios habetur in quo Epistolae D. Hadriani non renuncietur. 55 Mandamus credi etiam absentes: fidejubemus quidem praesentes tantum, sed tamen verbis. *l. 12. §. de fidejussorib. l. 32. ff. mandati, l. 3. in fin. §. de admin. rer.* Constitutimus nudo consensu, eosque ad actionem prodocendam sufficiente. §. 9. *Inst. de act.* Et in differunt mandator, fidejussor, & is qui constituit. In eo conveniunt, quod pro alio fi omnes interveniant. 56 Id est, ces quascunque. *l. 2. C. eod.* 57 *L. 7. §. de fidejuss. tutor.*

TIT. XIX.

DE PROBATIONIBUS.[58]

Creditum actor, Solutionem reus probat.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Faustino.

Ut creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere[59] cogitur, ita tutum debitor qui solutam[60] affirmat, ejus rei probationem praestare debet. P. P. Frid. Kal. Julii, Dextro II. & Prisco Conss. 197.

Pro possessore praesumptio pertinens onerat probationem.

II. Imp. Anton. A. Aulizano.

Possessiones, quas ad te pertinere[61] dicis, more judiciorum persequere: Non enim possessori incumbit necessitas probandi eas ad se pertinere: cum te in probatione cessante[62] dominium apud eum remaneat. P. P. XV. Kal. Decemb. Laeto & Cerealе Conss. 216.

De Collegio quod solvendo fuerint.

III. Imp. Alexand. A. Leontio & Lupo.

Ex persona collegae avi vestri conveniri non debetis, si eundem collegam tempore[63] depositi officii [solvendo 64] fuisse ostenderitis. P. P. v. Kal. Januar. Pompeiano & Peligno Conss. 232. 65

Dominium ut probetur.

IV. Idem A. Vito.

Proprietatis[66] dominium, non tantum instrumento emptionis, sed & quibuscunque aliis legitimis probationibus ostenditur. P. P. Kal. Novemb. Alexandro A. III. & Dione Conss. 230.

Domestica & privata scriptura sola sine adminiculo non probant.

V. Imp. Philippus A. & Philippus C. Sertorio.

Instrumenta[67] domestica[68], seu privata[69] testatio, seu adnotatio[70], si non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt. P. P. VII. Idib. April. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De rationibus defuncti, & ultima voluntate.

VI. Idem A. & C. Romulo.

Rationes defuncti[71], quae in bonis ejus inveniuntur, ad probationem sibi debitae quantitatis solas sufficere non posse

58 Vid. *l. XIII. D. III.* adde *l. Harmenop. 3. & 2. Clement. 7.*

59 Id est, probare. Patenti mentium omnis probandi incumbit. *l. 2. ff. eod. Eclog. d. tit. l. 2.*

60 *L. 2. ff. eod. l. ult. C. de fidei.* Rata haec exceptionem probare cogitur, meritò, cum exceptionis fiat actor. *l. 1. ff. exceptiones. Eclog. dict. tit. cap. 17.*

61 Petitori possessionis, non ei qui possidet, onus probandi incumbit, idque variis juris definitionibus hac regula continetur. *l. 1. C. de fide instrum.* adde *l. 24. in fin. ff. de rei vind. l. 11. C. de rei vindic.*

62 *L. 4. C. de edendo. l. 9. in fin. ff. de obligat. & act. l. 9. C. de exceptionibus.*

cum alio intervenit. 45 *L.* 21. *T. de transact. l.* 9. *T. de his quæ ei muneris.* 11. *C. Theod.* 14. *l.* 1. 47 Nemo potest proferre de una eademque re diversas sententias: unam condemnatoriam, absolutoriam alteram: vel unum instrumentum pure concipere, alterum sub conditione, vel contrariis Kalend. Januar. Romæ, & eadem die Carthagini: licet eisdem Kalend. & Romæ possit contrahi & decimo ab ea milliario. Sunt & hæc diversa, eodem fundum mihi soli emptum, & mihi & uxori. 48 Ab altera parte prolatæ, *Sco. C. Theod. eod.* 49 Neutra scripturæ fidem facit. 50 IV. Non. Maji, Constante. Dalmatio & Zenofilo Coss. ita scripturam extat in *C. Theod. d. tit.* Si ita est, hæc lex lata est anno 333. 51 Vid. *Leg.* 2. *Responsorum* 33. ubi notat; quibus fundamentis instrumenta firmentur & infirmentur. 52 Id est, ad justum probationem. 53 Id est, ubi præcise non requiritur scriptura, nihil interest quid probetur testibus aut scripto. Eadem enim est: & testium & instrumentorum authoritas. Quid? imo se pugnent? distinguo, non si instrumento ad quod testes fuerint admissi, nullus proferatur, vide *Nov.* 73. *c.* 3. authoritas enim instrumenti & fides magis à testibus, quam à malo perscriptore derivandet. Quid si instrumentum testium subscriptione sit munitum? testibus non puto permitti fidem id reprobare, cui semel subscripserint. *l.* 13. *in pr. J. de non numer. pecuniæ.* vide *l.* 25. *ff. de reg. jur.* sit se deceptum in subscribendo docuerit. *l. ult. J. plus valere quod agitur, l.* 2. *J. de retract. alienæ non alienandis.* quid si impugnandum sit instrumentum per alios testes, quam qui ei interfuerunt? Mynsingerus putat testibus scriptorum proferri, contra. Præsumitur enim in jure causa & pro actore validitate, & pro ipso reo. Quid si testes vivunt numero? distinguo, aut enim agitur de his impugnandis, qui continentur in instrumento, aut de ipsis instrumenti falsitate. Priore casu, testes qui subscripsit, aut interfuerunt non admittuntur. *l.* 18. *T. de testib. Hos, sub præsentia.* & ita accipe *l.* 1. *T. de testib. facta l.* 13. *in fine J. de non num. pecun.* nisi post instrumentum perfectum, contrahentes contractu jam habito, ejusque sententia inter se colloquentes plenissime audierint. Alterno pacto audiri. *l.* 14. *in fine J. de contr. ob. stipul.* quemadmodum & de solutione facta, dixi ad *leg.* 1. *T. de nupt.* Quid testes sunt potiores consulibus libris & monumentis. dixi ad *l.* 10. *ff. de probat. de fidem ad l.* 1. *T. de confess.* 54 Imo non obtinet. *d. l.* 10. 55 Hanc legem Cujacius restituit 10. *eff.* 8. 56 Interpretatio Latina *d. l.* 10. 57 Ἐὰν ὁμολογῇς, si reus. *Synops. Bas.* 22. *tit.* 1. *c.* 73. Agitur enim hac lege de pœna rei ex proprio vel alieno contractu conventi, numquid prius negantis. *in princ. & §.* 1. Item de pœna auctoris negantis suum manum. §. 2. *J. eod.* 58 Pœna negantis proprium scripturam. 59 Ἐν γραμματείῳ, in *Synops. Bas.* 22. *tit.* 1. *c.* 73. in cartione, dote aut alia charta.

32 Natali, id est, nobilitate, familia, fastus non amittitur. vid. *l.* 3. *J. de reform. l.* 2. *l.* 5. *J. de caduc. tol.*

33 Professionum species apud Jurisconsultos; natales seniores & consulares libri. Natales, quibus natos filios liberos apud acta parentes profiteabantur. *l.* 23. *T. de probat. Apuleius Apolog.* 1. cujusmodi alia tabularia vocat Virgil. 2. Georg. liberos actorum, Juvenal. *Satyr.* 9. Reponebantur in templo Saturni; quod postea ærario Diocletianus destinavit, teste Plutarcho. Censuales vero libri sunt, quibus census, patrimonium & ætates apud censores & curiosos professebantur apud. *l.* 3. *l.* ult. *J. sine censu. l.* 4. *ff. de ædilitio. l.* 15. *l.* 22. *l.* 39. *J. de liber. caus. l.* 16. *l.* 29. *§.* 1. *ff. de probat. l.* 7. *J. de donat. l. ult. §.* 16. *ff. de remissione. Statuæ lib. de cultu. aquæ. Rigaltius de limit. agror. ex de apud ærarium Varro 4. de ling. in fin. Statuæ. l.* 1. *Eutrop. II. Festus in arcarii.*

33 Sacramentum militare intelligit. de quo vide *Veget.* 2. *de re milit.* 5.

35 Quæ militaribus literæ etiam dicuntur. *Hygin.* 2. vid. *Cujac. ad l.* 12. *J. de professione & medicis.*

36 Instrumenta missionis honestæ amisso, milites non amittit jus veteranis.

37 Sensus est, non si proprietarius instrumentum proprietatis amittat, sed proprietas ususfructuarius adseveret: adde *l.* 6. *T. ad l.* 10. *J. ad l. Jul. de projectis. lenoc.*

38 *Leg.* 25. *J. de liberali.*

39 *L.* 17. *T. de pact. l.* 1. *T. si negotium gestum.*

40 Dixi *ad l.* 17. *T. de pact.* adde *l.* 3. *T. de fide & jure hastæ.* 2. *Paul.* 11. *§.* 14. *l.* 2. *in fin. ff. de transact. cujus l.* 12. *T. de probat.*

41 Emancipatio scripturam non requirit. adde quæ scripsi *ad l.* 17. *T. de pact.*

42 Varia pollicitus traditio præsumpti tuti. *l.* 15. *T. de rei vind. l.* 12. *J. de contrahend. empt. l.* 2. *J. de admin. pupill. l.* 29. *J. de donat.*

43 Pro nullo, vanos judices, vel ad quos negotium non pertinet.

44 Id est, negotium quod inde

45 Confitentis: diversæ sententiæ: unam condemnatoriam, absolutoriam alteram: vel unum instrumentum pure concipere, alterum sub conditione, vel contrariis Kalend. Januar. Romæ, & eadem die Carthagini: licet eisdem Kalend. & Romæ possit contrahi & decimo ab ea milliario. Sunt & hæc diversa, eodem fundum mihi soli emptum, & mihi & uxori. 48 Ab altera parte prolatæ, *Sco. C. Theod. eod.*

alii quidem testes pro veritate deponentes, tunc ipse præter pœnam viginti quatuor aureorum non possit habere licentiam objiciendæ exceptionis pecuniæ non numeratæ, ut dicat, quamvis instrumentum factum fuerit, ea tamen quæ in eo scripta sunt non fuisse data: sed omnimodo condemnetur, etiamsi nihil ipsi revera solutum est.

§. 1. Hæc quidem obtineant, si conveniatur quis ex proprio contractu. Si vero tutor est, aut curator unius eatum, quæ sub cura esse solent personarum, masculus aut fœmina secundum constitutiones tutelam gerens propriorum liberorum, & manum propriam prolatam in contractu eorum, qui sub tutela aut cura sunt, inficiatus fuerit, tunc si quidem ex sola comparatione [a] convincantur mentiri, præstent ipsi viginti quatuor aureos. Si vero ex productione tabellionis, aut testium, pecuniæ quidem non numeratæ exceptio ne admittatur his, qui sub tutela vel cura sunt (neque enim peccarunt illi) sed ipsi tutores aut curatores alios viginti quatuor aureos pœnæ nomine dent actori, habentibus his, qui sub tutela aut cura sunt, salvam sibi pecuniæ non numeratæ exceptionem. Neque enim æquum est ipsos ex alienis peccatis damno adfici.

§. 2. Hæc de reis conventis ubi dixit constitutio, transitum fecit, & ad agentium personam. Jubens ut si actor manum propriam inficietur positam in charta contra ipsum prolata, forte in ea quæ de susceptæ dicitur confessione, & ipse similiter, siquidem ex sola comparatione convincatur, præstet viginti quatuor aureos: si vero ex productione tabellionis aut testium, tunc modis omnibus imputet, & agnoscat contenta in illa charta, etiamsi re vera non sunt accepta ab ipso. Hæc si proprio nomine agat. Si vero tutor est aut curator dat quidem duplam pœnam viginti quatuor aureorum. Is vero qui sub tutela aut cura est, possit objicere probationi exceptionem non numeratæ pecuniæ.

Si contractum vel transactionem in scriptis fieri placuit. De arris.

XVII. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

Contractus venditionum vel permutationum, vel donationum, quas intimari [non] est necessarium [1], dationis etiam arrarum, vel alterius cujuscunque causæ, [quas tamen] in scriptis fieri placuit: transactionum [2] etiam, quas in instrumento recipi convenit, non [3] aliter vires habere sancimus, nisi instrumenta in mundum [4] recepta, suscriptionibusque partium [5] confirmata; & si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa, & postremo à partibus absoluta sint: ut nulli liceat prius quam hæc ita præcesserint, vel à scheda [7] conscripta (licet literas unius partis vel ambarum habeat) vel ab ipso mundo, quod necdum est impletum vel absolutum, aliquod jus sibi ex eodem contractu vel transactione vindicare: adeo ut nec illud in hujusmodi venditionibus liceat dicere, quod pretio statuto [8] necessitas venditori imponatur, vel contractum venditionis perficere, vel [9] id quod emptoris interest, ei persolvere. Quæ tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his quæ jam scripta, nondum [10] autem absoluta sunt, locum habere præcipimus: nisi jam super his transactum sit [11], vel judicatum, quæ retractari non possunt, exceptis emptionalibus tantum instrumentis jam vel in scheda, vel in mundo conscriptis ad quæ præsentem sanctionem non extendimus, sed prisca jura in his tenere concedimus. Illud etiam adjicientes, ut in posterum si quæ arræ super facienda emptione cujuscunque rei datæ sunt, sive in scriptis, sive sine scriptis: licet non sit specialiter adjectum quid super iisdem arris non procedente contractu fieri oporteat, tamen & qui vendere pollicitus est, venditionem recusans in duplum [12] eas reddere cogatur, & qui emere pactus est, ab emptione recedens, datis à se arris cadat, repetitione earum deneganda. Dat. Kalend. Junii, Domino nostro JUSTINIANO A. 11. Cons. 528.

De testium vel instrumentorum receptione committenda judici alterius territorii.

XVIII. Idem A. Mennæ P. P.

Judices, sive in hac inclyta urbe, sive in provinciis, [secundum] ea quæ disposuimus [13], ut possint si hoc perspexerint, occasione testium in aliis [14] locis degentium litigantes vel procuratores eorum ibi destinare, ut depositionibus [15] sub utriusque [16] partis præsentia factis, res ad eos referatur [17]: etiam in illis servare volumus, qui prolatis instrumentis fidem adhibere exiguntur: ut si poposcerint, in aliis locis id eis facere permittatur: & hoc si juste peti judex invenit, similis proferatur sententia: ut postquam in locis opportunis fides instrumento data vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem judicem. Dat. VIII. Id. Aprilis, Decio, V. C. Cons. 529.

In Authent. de testibus. §. & quoniam. §. hæc omnia, collat. 7. tit. 2. Novell. 90. cap. 5.

Apud eloquentissimum aliquem judicem vel defensorem civitatis, sive à provincia in provinciam, vel ab urbe in urbem, sive ab urbe in provinciam hæc petantur: sed hoc in civilibus tantummodo causis: nam in criminalibus reos apud [18] judices repræsentandos sunt, & cum res exegerit, tormentis [19] subjiciendi.

De apochis & antapochis.

XIX. Idem A. Demostheni P. P.

Plures apochis, vel redituum, vel usurarum perceptis, si quando super his fuerit dubitatio exorta: eas habere [se] negando, jus agentium faciunt vacillare, cum coloni adversus dominum certantes, & sibi iniquam fonte libertatem [20] vindicantes, vel debitores creditoribus suis temporalem præscriptionem opponere cupientes, ad easdem inficiationes perveniant. Quod resecantes, jubemus, ut in præfatis casibus, vel aliis privatis similibus si voluerit is qui apocham [21] conscripsit, vel exemplar cum subscriptione ejus qui apocham suscepit, ab eo accipere, [vel antapocham [22] suscipere] omnis ei licentia hoc facere concedatur, necessitate [23] imponenda apochæ susceptori antapocham reddere: ita tamen, ut si hoc is qui apocham conscripserit, facere neglexerit, vel non curaverit: nullum ei præjudicium ex eo quod antapocham non recepit, generetur, cum hoc quod pro quibusdam introductum [24] est, inferre eis jacturam minime rationi conveniat æquitatis. Dat. XII. Kalend. Octobr. *Chalcedone*, Decio V. C. Cons. 529.

De comparatione literarum.

XX. Idem A. Juliano P. P.

Comparationes [25] literarum ex chirographis fieri, & aliis instrumentis quæ [26] non sunt publice confecta, saris abundeque occasionem criminis falsitatis dare, & in judiciis, & in contractibus manifestum est. Ideoque sancimus, non licere [27] comparationes literarum ex chirographis [28] fieri, nisi trium [29] testium habuerint suscriptiones, ut prius [30] literis [31] eorum fides imponatur [32], vel [ex] ipsis hoc [33] deponentibus, sive cunctis, sive omnimodo duobus [34] ex his [35] sine comparatione literarum testium procedente: & tunc ex hujusmodi chartula jam probata comparatio fiat, aliter [36] etenim fieri comparationem nullo concedimus modo, licet in semetipsum [37] aliquis [38] chartam [39] conscriptam proferat: sed tantummodo ex forensibus [40], vel publicis instrumentis, vel hujusmodi chirographis quæ enumeravimus, comparationem trutinandam. Omnes [autem] comparationes non aliter fieri concedimus, nisi [41] juramento antea præhito ab his [42] qui comparationem faciunt [43], fuerit æstimatum, *Quod neque lucri [44] causa, neque inimicitiæ, neque gratiæ teneri, hujusmodi faciant comparationem*: & hoc observari tam in omnibus sacris nostris scriniis, quam in appetitione omnis Sublimissimæ Præfecturæ, necnon Magisteriæ potestatis, cæterisque omnibus Judiciis quæ in orbe nostro constituta sunt, his omnibus in posterum observandis. Comparationes enim jam antea factas retractari, extra periculum minime est. Dat. XIV. Kal. April. Lampadio, & Orestе Conss. 530.

In Authent. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud etiam judicavimus. coll. 5. tit. 4. al. 11. Novell. 49. cap. 2.

Ad hæc, ex his literis quibus adversarius tuus utitur [45], & profert: recte petis examinationem fieri. Item & charta quæ profertur ex archivo [46] publico, reflexionem publicum habet.

In Authent. de instrumentis caut. & fid. §. oportet vero. §. seq. coll. 6. tit. 3. al. 2. Novell. 73. cap. 1. & 2.

Aut si contractus fiat in civitate [47], & unam libram auri excesserit: omnimoda collatione adsit argumentum quodlibet, nec credatur ei soli.

De instrumento iterum producendo.

XXI. Idem A. Juliano P. P.

Cum quidam [48] instrumentum protulerit, vel aliam chartulam, eique fidem imposuerit [49], postea autem persona [50] contra quam ista chartula vel instrumentum prolatum est, quasi falsum hoc constitutum redarguere nitatur: ne diutius dubitetur, utrum necessitatem ei qui protulit, imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an sufficiat fides jam approbata: sancimus, si quid tale eveniat, eum [51] qui petit iterum eam chartam proferri, prius sacramentum [52] præstare, *Quod existimans se posse falsum redarguere quod prolatum est, ad hujusmodi veniat petitionem.* Quid

---

1 Vid. *l. 20. ff. ead.*

2 Id est, de quibus in scripturam redigendis convenerit, aliasque quilibet ad fidem scripturæ pertinentes, quæ requiruntur in quo vel contra instrumento. Dixi ad *l. 17. ff. de pact.* nisi forte vel jus commune nonnisi in scripturam exigat. *Inst. de emptione, vel conventio consensu contrahentium. § vel. ibi, placuit, convenit.*

3 Vide *l. 17. ff. de pact. l. 5. ff. de transact.*

4 Ita contra la Regum non omnes, sed scripturæ in mundum [*] recepæ & subscriptæ, &c. *l. 15. ff. de testam.*

5 Id est, χειρογραφίαν, *Nov. 42. c. 2.* id est, Chirographum adversus Reipublicæ, Scholasticorum omnium [*] nostrum, nondum ad partem digestis.

6 Quid si partes contrahentes scribendi sint ignaræ? quidam existimant. *l. 30. ff. de testam.* nuncupatis [*] scripturæ adhibitis [*] quæ sola [*] fides [*] habenda [*] est. Sed [*] tabellionis [*] instrumentum [*] [*] [*]

x Ut eas solleat.

Quid enim, si [1] cum nosset deperditam esse chartam, vel forte concrematam, vel alio modo diminutam, hanc requiri affimulans, & ad difficultatem productionis respiciens, hujusmodi faciat petitionem? †. Et postquam hoc ab actore vel petitore fuerit juratum & inscriptionum pagina apud competentem judicem deposita [2]: tunc necessitatem [3] imponi ei qui protulit chartam de qua quæritur, iterum eam apud judicem criminis [4] proferre, quatenus possit apud eum crimen falsitatis ventilari. *Si autem dicat, non esse sibi possibile eam ostendere, quia per fortuitos casus hujus copia ei abrepta sit:* tunc [5] subeat sacramentum, *Quod nec habeat eandem chartulam, nec alii eam dederit, nec apud aliam voluerit uti constituta sit, nec dolo malo fecerit quominus appareat* [ea,] *sed re* [vera] *ipsa chartula sine omni dolo sit deperdita, & productio ejus sibi impossibilis sit*, & si tale subeat sacramentum ab hujusmodi necessitate relaxetur. †. Quod si prædictum jusjurandum subire minime maluerit [6]: tunc quasi falsa chartula nullas habeat vires adversus eum contra quem prolata est, sed sit penitus evacuata. Neque enim ulterius pœnam produci contra eos qui non juraverint, volumus: cum fortasan quidam subtili [7] reverentia tenti, nec verum sacramentum præstare patiuntur. †. Eandem autem copiam ei præstamus, donec [8] causa apud judicem ventilatur. Si enim jam plenissimum finem accepit, & neque per appellationem [9] suspensa est, neque per solitam retractationem [10] adhuc lis vivere speratur: tunc satis durum est hujusmodi querelæ indulgeri, ne in infinitum [11] causæ retractentur, & sopita jam negotia per hujusmodi viam iterum apetiantur, & contrarium aliquid nostro eveniat proposito. Dat. v. Kalend. Mart. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

De edendo.

ΚΕ'. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

Ἐὰν τις ἀπαιτηθῇ ὑπὸ τινος δικαίου ἕνεκα ἢ κτῆσιν ἑαυτοῦ, ἢ ἄλλο τι ἐπὶ τούτοις, συμβολικὴν ἢ ἑτέραν τινά, παραγενέσθω τῷ ἀπαιτοῦντι ἐπὶ τὸν τόπον βλάπτων ἢ ἀφελούμενος ἢ ἀφαιρούμενος ἢ ἀδικούμενος· ἐὰν δὲ ἀπαιτῶν ἢ χρήσῃ ἀφειλέτης, μηδὲν μᾶλλον αὐτὸν ἀδικείσθω, ἀλλ' ἐγκρατὴς ἢ εἰληφὼς τοῦ ἀφαιρεθέντος ἢ ἀπολεσθέντος ἢ ἀφαιρεθῇ ὑπὸ ἢ ἀφαιρουμένου δικαιωμάτων· ἐὰν δὲ βούλῃ μὴ ἢ ἀξιώσεις ἢ ἐγεῖν τὸ δικαίωμα, μὴ ἀναστρεφέσθω αὐτὸν ἀφαιρούμενος αὐτὸ ἐπιτρέπειν συμφέρῃ αὐτῷ μᾶλλον κρύπτειν ἢ δημοσιεύειν αὐτό· εἰ δὲ ὁ ἢ συμβολαίᾳ ἀδικούμενος μηδὲν αὐτὸν ἀδικείσθω, ἄρκει δίκαιον εἶναι, ὡς νομίζει βλάπτειν αὐτὸν τὸν ἴδιον τόπον παρόντος αὐτοῦ ἢ ἀπολλύειν ἢ ἀφαιρεῖσθαι αὐτοῦ ἢ ἀφαιρουμένου· ἐπεὶ τοῦτο παραλείπει ἀφαιρούμενος, ἐπεὶ ἢ μὴ αὐτὸ τοῦτο τὸ μὴ παρόντος τὸ ἐπιτρέπειν αὐτῷ ἢ μᾶλλον κρύπτειν ἢ δημοσιεύειν αὐτό· εἰ ἢ ὁ ἢ συμβολαίᾳ ἀδικούμενος μηδὲν αὐτὸν ἀδικείσθω, ἄρκει δίκαιον εἶναι, ὡς νομίζει βλάπτειν αὐτὸν τὸν ἴδιον τόπον παρόντος

dari actionem etiam adversus heredes ejus exercere potes. Dat. III. Idib. April. *Sirmii*, ipsis & Conss. 287.

De compensatione.

IV. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

PRætextu [1] debiti restitutio commodati [2] non probabiliter recusatur. Dat. XII. Kal. Decemb. ipsis AA. Conss. 293.

1 *Arg. l. fin. ff. de furtis.* Goth. Vid. Johann. Zanger. *de Exceptionib. part. 3. cap. 8.*

2 Commodati. *Cujac. apud Paul. 2. sentent. 12. §. ult.* reprehendit à Fornerio.

TIT. XXIV.

DE PIGNERATITIA [3] ACTIONE.

De fructibus pignoris.

I. Impp. [4] Severus & Antoninus AA. ad Metrodorum.

OΤΙ ὅσα τῷ ἐνεχύρῳ λυσθέντι προσπεσεν, ψηφίζονται εἰς τὸ χρέος, καὶ ἐστὶ ἀναγκαῖον τοῦτο πρῶτον ἀποδοθῆναι τῷ λύσαντι· εἰ δὲ πλείονος εἶεν τὰ ἐνεχυρασθέντα ὑπὲρ τὸ χρέος, ἀποδίδοσθαι τοῖς ἐνεχυράσασιν οἱ ἀποστοῦντες ὁμολογοῦσιν ἢ ἀλλοτρίου κυριεύσαντες ἢ ἄλλως τὸ ἐνεχύρου ἀφαιρεῖσθαι.

EX [5] pignore percepti fructus imputantur [6] in debitum: qui si sufficiunt ad totum debitum, solvitur actio, & redditur pignus. Si debitum excedunt, qui superemunt reddentur [7]; videlicet mota actione pigneratitia. P. P. Idib. Octobr. Apro & Maximo Conss. 208.

De operis ancillæ, & de pensionibus domus.

II. Imp. Alexand. A. Demetrio.

QUod ex operis [8] ancillæ, vel ex pensionibus domus, quam pignori detineri dicis, perceptum est: debiti quantitatem relevabit [9]. Dat. Kalend. Octob. Antonino IV. & Alexand. Conss. 223.

III. Idem A. Victorino.

CReditor [10], qui prædium pignoris nexum detinuit, fructus [11], quos percepit, vel percipere [12] debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet: & si agrum deteriorem [13] constituit, eo quoque nomine pigneratitia actione obligatur. P. P. VI. Idib. Decembr. Antonino IV. & Alexandro Conss. 223.

Pactum de vendatione Pignoris.

IV. Idem A. Hermeo & Maximillæ.

PActum vulgare [14], quod propositis, *Ut, si intra certum tempus pecunia soluta non fuisset, prædia pignori vel hypotheca data vendere liceret*: non adimit debitori adversus creditorem pignetatiam actionem [15]. P. P. XII. Kal. Maji, Maximo II. & Ælliano Conss. 224.

De casu fortuito, de culpa, de probatione.

V. Idem A. Dioscoridæ.

SI [16] creditor sine [17] vitio suo argentum pignori datum perdiderit, restituere id non cogitur: sed si culpæ reus deprehenditur, vel non probat manifestis rationibus se perdidisse: quanti debitoris interest, condemnari debet. P. P. XIII. Kalend. Maji, Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De casu fortuito.

VI. Idem A. Trophimæ.

QUæ [18] fortuitis [19] casibus accidunt, cum prævideri non potuerint, (in quibus etiam aggressura [20] latronum est) nullo [21] bonæ fidei judicio præstantur: & ideo creditor pignora, quæ hujusmodi casu interierint, præstare non compellitur: nec [22] à petitione debiti [23] submovetur: nisi [24] inter contrahentes placuerit, *Ut amissis pignoribus liberet debitorem.* P. P. Idib. April. Fusco & Dextro Conss. 226.

De deterioratione & sumptibus.

VII. Imp. Gordian. A. Juliano.

CReditor [25], qui fundos & domos pignori, vel hypothecæ accepit, damnum [26] in decidendis arboribus domibusque destruendis ab eo datum, in rationem debiti deducere cogitur. Et si dolo vel culpa tem [suppositam [27] deteriorem fecerit: eo quoque nomine pigneratitia actione tenebitur, ut talem [28] restituat, qualis fuerat tempore obligationis: Creditor autem necessarios [29] sumptus, quos circa res pigneratitias fecit, exigere non prohibetur. P.P. XIII. Kal. Aug. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De amissione pignoris vera, vel simulata.

VIII. Impp. Philippus A. & Philippus C. Saturnino.

SI nulla [30] culpa seu segnitia creditori imputari potest: pignorum amissionem dispendium ad periculum ejus minime pertinet. †. Sane si simulata [31] amissione etiamnum eadem pignora (ut adseveras) à parte diversa possidentur: adversus eum experiri potes. P. P. VIII. Kalend. Mart. Præsente & Alsino Conss. 247.

De dominio, & periculo pignoris.

IX. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. Georgio.

PIgnus in [32] bonis debitoris permanere, ideoque ipsi [33] perire in dubium non venit. Cum igitur adseveras in horreis [34] pignora deposita, consequens est, secundum jus perpetuum [35] pignoribus debitori pereuntibus (si tamen in horreis, quibus & alii solebant [36] publice uti, res depositæ sint) personalem actionem debiti reposcendi causa integram te habere. P. P. VI. Non. Maji, *Mediolani*, AA. Conss. 293.

De longi temporis præscriptione. De probatione & initiane pignoris.

X. Iidem AA. & CC. Apollodoræ.

NEc creditores, nec qui his successerunt [37], adversus debitores pignori quondam res nexas petentes, reddita [38] jure debiti quantitate, vel his non accipientibus, oblata [39] & consignata & deposita: longi temporis præscriptione muniti possiunt: Unde intelligis, quod, si originem rei probare potes, adversario tenente vindicare dominium debes. Ut autem creditor pignoris defensione [40] se tueri possit, extorquetur ei necessitas probandi debiti: vel si tu reneas, per vindicationem [41] pignoris, hoc idem inducitur: & tibi non erit difficilis, vel solutione, vel oblatione atque solemni depositione pignoris liberatio. Dat. Non. Maji, ipsis CC. & Conss. 294.

De debito soluto. Pigneratitia competit soluto debito.

XI. Iidem AA. & CC. Ammiano.

PIgnoris causa res obligatas, soluto [42] debito restitui debere, pigneratitiæ actionis natura declarat: Quo jure, si titulo pignoris obligasti mancipia, per eandem actionem uti potes: nec creditor citra [43] conventionem, vel Præsidalem jussionem debiti causa, res debitoris arbitrio suo auferre potest. Dat. V. Kal. Jan. *Sirmii*, ipsis CC. & Conss. 294.

De longi temporis præscriptione.

XII. Iidem AA. & CC. Herilio.

QUo minus fructuum [44], quos creditor ex rebus obligatis accepit, habita ratione, ac residuo debito soluto, vel si per creditorem factum fuerit, quo minus solveretur, [oblato [45], & consignato, & deposito,] pignora quæ in eadem causa durant, restituat debitori: nullo spatio longi temporis defenditur. Dat. XII. Kal. Decemb. CC. Conss. 294.

37 Pigneratitia datur in heredem. *l. 19. ff. de pecul. Paul. 2. sentent. 12. §. 6.*

38 Vid. *l. 3. §. de institut. pignor.*

39 Nota horum trium ordinem oblationis, consignationis, & depositionis. vide *l. ult. §. cod. l. ult. ff. eod.* adde *l. 19. §. de usur. l. 20. §. de pignor. l. 3. §. de instit. pignor. l. 9. §. de solution. l. 6. §. 1. ff. de pign. l. 11. in fin. ff. qui potior. l. 28. in fin. ff. de admin. tutor.*

40 Puta retentione.

41 Creditor vindicat pignus actione quasi Serviana. *§. 7. Inst. de actionib.*

42 Pignus soluto debito restitui debet.

43 Extra, *Mal.* vid. *l. 3. §. de pignerib.* adde *l. 6. §. 2. ff. de re judic.* vid. *l. 7. §. de distr. pign.* Goth. De modo procedendi ex pacto executivo, vid. Andr. Gail. *lib. 2. Tessaur. decis. 26.*

44 *l. 3. §. ult. Inst. quibus mod. re. & l. 23. §. 2. Inst. quib. mod. re. l. 123. ff. de verb. sign.* adde *l. 13. §. mandati. l. 5. §. 4. ff. commod. l. 2. §. 35. in fin. ff. depositi. l. 41. §. 1. ff. de furtis. l. 1. §. 7. ff. de admin. rer. l. 137. in fin. ff. de verb. sign.*

45 *l. ult. Inst. quib. mod. re.*

46 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

47 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

48 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

49 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

50 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

51 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

52 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

53 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

54 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

55 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

56 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

57 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

58 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

59 *l. 3. §. 1. ff. de pignerib. Syn.*

TIT. XXV.

DE INSTITORIA [46] ET EXERCITORIA [47] ACTIONE.

De mutuis.

I. Imp. Antoninus A. Hermeti.

SErvus [48] tuus pecuniam mutuam accipiendo, ita demum te institoria actione obligavit, si cum eum officio alicui, vel negotiationi exercendæ præponeres, etiam ut id faceret [49], ei permissum à te proberur. Quod si hæc actio locum non habeat: si quid in rem tuam versum [50] probabitur, actione in eam rem proposita, cogeris exolvere. P. P. VIII. Kalend. Septembr. Duos. Aspris Conss. 213.

De contractibus servorum.

II. Imp. Alexander A. Callisto.

EX contractibus servorum, quamvis de peculio [51] duntaxat domini teneantur, de eo tamen, quod in rem eorum versum [52] est, vel cum institore ex causa cui præpositus fuit, contractum est: etiam in solidum conveniri posse dubium non est. P.P. Kal. Maji, Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

De deposito.

III. Idem A. Mantiæ.

INstitoria tibi adversus eum actio competit, à quo servum mensæ præpositum dicis, si ejus negotii causa quod per eum exercebatur, depositam [53] pecuniam, nec redditam, potest probari. P.P. Nonis Maji, Agricola & Clementino Conss. 231.

De muliere.

IV. Impp. Diocles. & Maximianus AA. & CC. Antigonæ.

ET [54] si à muliere [55] magister [56] navi præpositus fuerit, ex contractibus ejus ea exercitoria actione ad [57] similitudinem institoriæ tenetur. P. P. XIII. Kalend. Novemb. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

Mandatum de mutua pecunia accipienda.

V. Iidem AA. & CC. Caio.

SI mutuam pecuniam accipere à [te] Demetriano Domitianus mandavit, & hoc posse probare confidis, ad [58] exemplum institoriæ eundem [Domitianum] apud competentem judicem potes convenire. Dat. IV. Kalend. Novembr. ipsis CC. & Conss. 294.

De voluntate domini.

VI. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

QUi secutus domini voluntatem, cum servo ipsius habuit contractum: ad instar [actionis] institoriæ recte in solidum [59] dominum convenit. Dat. XIV. Kal. Decemb. CC. Conss. 293.

1 *§. 28. Inst. quibus mod. re & XIII. D. eod. & 3 Harmen. 3.* Hinc titulus tantum differt a titulo de pignerib. Tantum rei traditio à conventione rei traditæ. *Vide Servium 7. rei Æneid.* rei *Æneid.* dixit ad *Inst. de act.* dixi ad *l. fin. ff. de pignerib.* De actione pigneratitia directa, vid. *Oldendorpium Class. 3. act. 12.* contraria *act. 13.*

2 Hinc legem Cincia restituit *11. ad §. 31.*

3 Interpretatio Latina.

4 Pignoris fructus in debitum sum creditor imputare cogitur. *ut l. 11. §. de usur.* Quid si creditor, accepta credita pecunia, laboris impensæ multum sumsisse contendat? contemplatione operarum fructus non locare? eruditi Hotomanni *in summa tract. de usuris. §. in aliqua, vers. 12.* Joann. Andr. *in c. cognoscite, de usur. extr. ad rationem. de rebus Ecclesiæ non alien.* Panormitan. *in dict. cap. cognoscite.* Romanus *Ingenius 578.*

5 Vide *l. 4. §. ult.*

6 Operæ ex pignorato servo percepta à creditore, eodem imputantur. *3. Harm. §. 4. vid. l. 2. §. de pact. pignor. vid. Paul. 2. sent. 13. §. 2.* Hinc colligunt, usuras foenebres nihil accipi jure posse, & ufuras quidquid præstitum fuerit, imputari. vid. tamen *Soto. tr. 3.*

7 Id est, minuet. 8 *III. Harm. 8. §. 5.*

9 Fructus pignoris percepti à creditore, usuras minuunt. vid. *l. 2. §. de pact. pign.*

10 Creditor de fructibus perceptis & in quos percipere debuit, tenetur.

11 *l. 7. §. ult.*

12 Vulgare dicitur, quod vulgo fieri solitum. ut in *l. 2. §. de pact. pign. §. 1. Bolet. quæ.* adeo & ita pactum vulgare dicitur vulgo usu. *l. 30. ff. de pact. dotal.* vide *Cujac. 4. obs. 34.*

13 Nam si pignora pro debito se vendituri, creditori loco non cedit, sed debitor. *l. 1. §. 2. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. eod.*

14 *III. Harm. 8. §. 13.*

15 Creditor non tenetur de pignore perdita sine sua culpa, vitio rei. *l. 13. ff. eod. l. 6. §. de manu. furtor.*

16 Et creditor debitum non prohibetur petere, etiamsi pignus non reddat. *§. ult. in fin. Inst. quibus mod. re.*

17 Pignori quod casu fortuito accidit, debitoris, hoc est, domini, periculo est; non creditoris: itaque si quid tale pignori acciderit, neque pignus debitori creditor præstabit: neque à petitione debiti liberari videtur. *3. Harm. §. 21.*

18 Fortuiti casus dicuntur, qui præsideri non possunt, ideoque nec pertinent ad creditorem, sed ad debitorem. *l. 9. §. ult. & §. ult. in fin. l. 21. §. 2. ff. de pign. l. 23. §. de reg. jur.* adde *l. 13. §. mandati. l. 5. §. 4. ff. commod. l. 2. §. 35. in fin. ff. depositi. l. 41. §. 1. ff. de furtis. l. 1. §. 7. ff. de admin. rer. l. 137. in fin. ff. de verb. sign.*

19 *l. ult. Inst. quib. mod. re.*

20 Latrocinium aggressura fortuitis casibus numeratur.

21 Casus ipso jure nullo bonæ fidei judicio præstantur.

22 *§. ult. Inst. quib. mod. re.*

23 Cum nomine personalis actio ei competit. *Syn.*

24 Pacto conveniri potest, ut pignoris amissionem creditor præstet: & pignore amisso liberetur debitor, atque ita jure conventionis cessas præstari potest fortuitus. adde *l. 1. ff. commod. l. 23. ff. de reg. jur.*

25 In pignore dotum, culpam & custodiam creditor præstare cogitur. *3. Harm. §. 22. §. 2. Inst. quib. mod. re. l. 123. ff. de verb. sign.*

26 Obligatum, pignoratum.

27 *l. 8. in pr. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. de pignor.* non tamen immoderatus. *l. 24. ff. eod.*

28 Is est effectus restitutionis. vid. *l. 38. §. 4. ff. de usur.*

29 *l. 8. in pr. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. de pignor.* non tamen immoderatus. *l. 24. ff. eod.*

30 *l. 4. §. 8. ff. de dolo malo.*

31 Facit *l. 20. ff. de distract.*

32 *l. 25. in fin. ff. eod. l. 6. ff. de manu. furtor. §. 1.*

33 Dixi ad *l. 6. ff. eod. l. 6.*

34 Vide quæ de horreis scripsi ad *l. 7. ff. de instructo.*

35 Id est, usitatum.

36 Atqui si res pignoratæ in tutiorem locum fuerint delatæ, non periisset: tenetur itaque creditor. *arg. l. 28. in fin. ff. de admin. tut. l. 34. in fin. ff. de damno.* Solve. Qui facit quod fieri consuetum est, non peccat. Exemplum & consuetudo in nem excusat.

37 *§. 2. Inst. quod cum eo. XIV. D. III. & 2. Paul. sent. 6. & 8. Ezech. 1.* vid. *Oldendorp. Class. 4. act. 7.*

38 *§. 2. Inst. quod cum eo. 14. ff. 1. 2. Paul. sentent. 6. 8. Synopf. Basil. 1.* adde *Harmenop. 2. tit. 11. c. aqui vendidit.* adde *Oldendorp. Class. 4. act. 4.* Exercitor, navis dominus, qui ab eo præponitur navi, cuique navis custodia committitur, magister navis dicitur. *l. 1. §. 1. ff. eod. vide, Harmen. d. loco.* Potest etiam dici maritimus institor.

39 Institor quod ex suo facit officio, dominum obligat: quod ultra, non obligat, nisi in rem & utilitatem domini verterit. *§. 2. Inst. quod cum eo.*

40 *l. 2. §. ult.*

41 Peculio tenus domini obligantur ex servorum contractu.

42 *l. 1. §. ult.*

43 Ex deposito facto apud institorem, tenetur institoris dominus.

44 *Synopf. Basil. 53. tit. 1. cap. 39.* Cum exercitor aut magister (κυβερνήτης Græcis, à muliere navi præpositus fuerit, si quid is deliquerit, tenetur ipse, non mulier. *2. Harm. 11. §. 8.* ex contractu vero magistri, mulier teneri potest. *ut hic.* quia in res mulieris hic contrahit. *Scholiastes Synopf. Basil. 18. tit. 1. cap. 13.*

45 *l. 1. §. 16. ff. de exercitoria.*

46 *Hypotrittis* vide *ὑποτρίτους dicit*, curator rerum ipsius mulieris. *Synopf. d. loco.*

47 Quippe si institorem mulier præponat, institoria tenetur. *Synopf. ibid.*

48 *l. 19. in princ. ff. de institoria.*

49 Vid. *l. 2. in fin. T. eod.*

TIT. XXVI.

QUOD CUM [60] EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICETUR: VEL DE PECULIO [61], SIVE QUOD JUSSU [62], AUT DE IN REM VERSO [63].

De filiisfam., tutore, vel curatore.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Ælio.

CUm [64] filiisfamilias tutor [64] aut curator datur, pater tutelæ, vel negotiorum gestorum judicio de peculio & de in rem verso conveniendus est. Quod si voluntate [65] ejus filius decutio sit creatus, & à magistratibus tutor constitutus, pater in solidum [66] satisfacere cogitur: cum id onus exemplo exterorum munerum civilium introductum intelligatur. Dat. VII. Idib. Novemb. Dextro II. & Prisco Conss. 197.

60 *IV. Inst. tit. VII. & XIV. D. v.* adde *Oldendorp. Class. 4. act. 7.*

61 *§. 4. Inst. quod cum eo. & XV. D. 1. 11.*

62 *§. 1. Inst. quod cum eo. XV. D. IV.*

63 *§. ult. Inst. quod cum eo. XV. D. III. & 18. Ezech. 7.*

64 Et decurio. *l. 1. T. ne filius pro patre.*

65 Secus si invito. *dict. l. 1.*

De

66 Imo de peculio tantum, & de in rem verso. *l. 3. §. ult. ff. de pecul. l. 1. in fin. ff. de magistr. conv. l. 2. §. junct. ff. ad municip.* Sed hæc tacite rem pupilli salvam fore; ibi Rempublicam salvam fore tantum promisit. adde *Cujac. 13. obser. 34.*

De filio qui abstinuit hereditate paterna.

11. Iidem AA. Annio.

EJus rei nomine, de qua cum filiofamilias contractum est, sive sua voluntate, sive ejus, in cujus potestate fuit, sive in peculium ipsius, sive in rem patris ea pecunia redacta est; si paterna hereditate abstinuit, actionem, nisi in [a] id, quod facere possit, non dari perpetui Edicti [b] interpretatione declaratum est. P. P. VIII. Kal. Decemb. Dextro II. & Prisco Conss. 197.

De mutuo.

VI. Imp. Antoninus A. Artemoni.

ETiam si non mandante [1], neque jubente, neque subscribente [2] domina, pecuniam mutuam servo Pticæ dedisti, tamen ea quantitas si in rem dominæ ejus justis erogationibus versa est, de in rem verso apud suum judicem eam conveni: consecuturus secundum juris formam id quod tibi deberi apparuerit. Dat. III. Kal. Jul. Læto & Cerealе Conss. 216.

De filio qui abstinuit hereditate paterna.

IV. Idem A. Lucio.

SI ex contractu patris jussu [1] ejus mutuam pecuniam accepisti, teque ejus hereditate abstines, frustra veteris, ne à creditoribus ejus conveniaris. Dat. V. Kal. Jan. Messala & Sabino Conss. 215.

De fidejussione.

V. Imp. Alexander A. Asclepiadi.

NUlla res prohibet filiosfamilias [6], si pro aliis [7] majores vigintiquinque annis fidejusserint, actione competenti adversus eos teneri. Sed si duntaxat de peculio tecum agatur, defensionibus, si quæ tibi competunt, uteris. P.P. VI. Id. Decemb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De habitatione à servo mutuum accipiente concessa.

VI. Impp. Valerian. & Gallien. AA. & Valer. C. Matrono.

SI servus tuus sine permissu tuo accepta pecunia mutua, in [8] usurarum vicem habitandi facultatem [creditori] concessit: nullo jure adversarius tuus hospitium [9] ex hac causa sibi vindicat: cum te servi factum non obligaverit, & ingrediens [10] rem tuam, contra vim ejus, auctoritate competentis judicis protegeris. Dat. XII. Kal. Jul. Æmiliano & Basso Conss. 260.

De mutuo.

VII. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Crescenti.

ETI [11] qui servo alieno dat pecuniam mutuam, quamdiu superest [12] servus, item post mortem [ejus] intra annum de peculio in dominum competere actionem: vel [13], si in [14] rem domini versa sit hæc quantitas, post annum etiam esse honorariam actionem, non est ambigui juris. Quapropter si quidem in rem domini pecunia versa est: heredes [15] ejus convenire potes de ea summa, quæ in rem ipsius processit. Si vero hoc probari non poterit: consequens est, ut superstite quidem servo dominum de peculio convenias: vel si jam servus rebus humanis exemptus est, vel distractus, seu manumissus, nec annus excessit, de peculio, quondam adversus eum experiri possis. §. 1. Alioquin [16], si cum libero res ejus agente, cujus precibus meministi, contractum habuisti, & [17] ejus [18] personam elegisti: pervides contra dominum nullam te habuisse actionem, nisi vel in rem ejus pecunia processit, vel hunc contractum tatum [19] habuit. Dat. Non. April. *Byzantii*, AA. Conss. 287.

Si pater mandavit, vel jussit, vel fidejussit.

VIII. Iidem AA. & CC. Diogeni. [20]

SI mandator [21] pro filio tuo extitisti, vel jussu tuo cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractum est: intelligis & forti & usuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti, ut res, quæ pignoris jure detinentur, liberari possint. Quod si fidejussor creditæ pecuniæ intercessisti: teneri te ex ea obligatione, exploratі juris est. Dat. III. Kal. Maji, CC. Conss. 293.

De contractu filiifam.

IX. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI ex [22] alio contractu, non ex illicita mutui datione debitor extitisti, vel quod patrem [23] tuum in fidem suscepisti: tam in patris positus potestate jure teneris, quam etiam morte genitoris tui juris effectus. Et si quidem patri heres extitisti, in solidum: alioquin, in quantum facere potes, secundum Edicti formam. Sed & si per emancipationem [24] tui [25] juris effectus es: similiter conveniri te posse, debes intelligere. Dat. VI. Idus April. *Byzantii*, CC. Conss. 293.

De venditione.

X. Iidem AA. & CC. Diogeni & Aphrodisio.

SI [26] liberam [27] peculii administrationem habentes, equas de peculio cum foetu servi vendiderunt, reprobandi contractum dominus nullam habet facultatem. Quod si non habentes liberam peculii administrationem, rem dominicam eo ignorante distraxerunt: neque dominium, quod [28] non habent, in alium transferre possiant, neque conditionem eorum servilem scientibus [emptoribus] possessionis justum afferunt initium. Unde non immmerito, nec longi temporis præscriptionem hujusmodi possessoribus prodesse manifestum est. †. Ideoque res mobiles ementes [à servo] etiam furti [29] actione tenentur. Dat. V. Non. Octobr. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

De contractu cum ancilla.

XI. Iidem AA. & CC. Attalo.

CUm ancilla [30] contrahenti (quam jure non obligari [posse] constat) adversus dominum in quantum locupletius [31] ejus peculium factum est, ea superstite, ac post mortem [ejus] intra utilem annum dandam actionem non ambigitur. Dat. Prid. Kal. Decemb. CC. Conss. 293.

An & quatenus dominus per servum obligetur.

XII. Iidem AA. & CC. Victori.

DOminum [32] per servum obligari non posse, ac tantum [33] de peculio (deducto scilicet quod naturaliter servus domino debet) ejus creditoribus dari actionem, vel si quid in rem ejus versum probetur, de in rem verso, Edicto perpetuo declaratur. Dat. XIII. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

Quod jussu.

XIII. Impp. Honorius & Theodosius AA. Joanni P.

DOminos [34] ita constringi manifestum est actione prætoria [35], quæ appellatur, *Quod jussu*, si certam numerati præceperint servo, actorive pecuniam. Igitur [hac] in perpetuum edictali lege sancimus: Ut qui servo, colono [36], doctori, procuratori [actori] ve possessionis, pecuniam mutuam dat; sciat dominos possessionum, cultoresve terrarum obligari non posse. Neque familiares epistolas, quibus homines plerumque commendant [37] absentem, in id trahere convenit, ut pecuniam, quam rogatus non fuerat, impendisse pro prædiis mentiatur: cum nisi specialiter, *Ut pecuniam præstet*, à domino fuerit postulatus; idem dominus teneri non possit: Creditaque quantitate multati volumus creditores, si hujusmodi personis non jubente domino, nec fidejussoribus specialiter acceptis, fuerit credita pecunia. †. Sane creditori damus licentiam: ut si liber [a] rationibus, quas gerebat, fuerit inventus actor servus, procuratorve prædiorum; utilis actio pateat de peculio. Dat. V. Idib. Jun. *Ravennæ*, Honorio X. & Theodosio VI. AA. Conss. 413.

35 Actio quod jussa, prætoria. 36 Dominus non obligatur per colonum in iis quæ non præcedunt ex mandato domini. 37 Commendatitiæ literæ, in dubio non præsumuntur emissæ animo obligandi, sed commendandi tantum: de commendatione adde *l. 43. §. de contrahend. emptione. l. 11. §. si ita quis. §. 2. ff. de legat. 3.*

32 Dominus non obligatur, quum servus contraxit, sed actione de peculio tenetur, deducto scil. eo, quod naturaliter ei servus debetur; deque in rem verso. *Synopf. Baſ. 18. tit. 2. c. 17.*

33 *l. 2. in fin. ff. de peculi. §. 10. Inſt. de act.*

34 Tunc dominus ex contractu servi tenetur, quum specialiter quantitatem dimiserit quæ vel servo, vel conductori sive colono, vel actori fundi (*synopſ. Baſ. 18. tit. 2. c. 18.*) mutuo dari debeat. Quippe non datur in eum actio, si per ejusdem creditori servum simul vel conductorem, vel actorem fundi commendavit. *Synopſ. Baſ. 18. tit. 2. c. 17.* adde & quæ ibi *Scholiaſtes* annotavit.

TIT. XXVII.

PER [38] QUAS PERSONAS NOBIS ACQUIRATUR.

1. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Marcellæ.

EXcepta [39] possessionis [40] causa, per [41] liberam personam, quæ alterius juri non est subdita, nihil acquiri posse, indubitati [42] juris est. Si igitur procurator non sibi, sed ei, cujus negotia administrabat, redintegratæ rei [43] vindicationem pactus est, idque pactum etiam stipulatio insequuta est, nulla domino obligatio acquisita est. Servis autem res traditæ, domino acquiruntur. Dat. Kal. Jul. ipsis & Conss.

Quæsita personali sine cessione, similiter quæritur hypothecaria. Bald.

II. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

CUm per liberam personam, si pecunia alterius nomine fuerit numerata [44], acquiratur [quidem] ei [45], cujus nomine pecunia credita est, per hujusmodi numerationem condictio; non autem hypotheca, vel pignus eorum, quæ procuratori data, vel suppositа sunt, dominis contractus acquiritur: talem differentiam expellentes sancimus & condictionem [46], & hypothecariam actionem, vel pignus ipso [47] jure, & sine aliqua cessione ad dominum contractus pervenire. †. Si enim procuratori [48] necessitas legibus imposita est, domino contractus cedere actionem, quare quemadmodum ab initio in personali actione cessio supervacua videbatur, non etiam in pignoribus, & hypothecis simili modo dominus contractus habeat hypothecariam actionem, seu pignoris vinculum, vel retentionem sibi acquisitam? Dat. Kal. Novemb. Lampadio, & Oreste VV. CC. Conss. 530.

III. Idem A. Juliano P. P.

SI [49] duo, vel plures communem servum habeant, & unus ex his jusserit, *Ut suo nomine servus ab aliquo stipuletur decem (puta) aureos, vel aliam rem*: ipse autem servus non ejus, qui jussit, sed alterius ex dominis suis fecit mentionem, & nomine illius stipulatus est: inter antiquam sapientiam quæritur, cui acquiratur actio, vel lucrum, quod ex hac causa accidit? utrum ei, qui jussit, an ei, cujus servus fecit mentionem, an ambobus? Cumque ex omni latere magna pars auctorum multum effuderit tractatum: nobis verior eorum sententia videtur, qui domino, qui jussit [50], asserunt stipulationem, & ei tantummodo acquiri dixerunt, quam aliorum, qui in alias opiniones defeturunt: neque enim [51] malignitati servorum indulgendum est, ut liceat eis, domini jussione contempta, sua libidine facere stipulationem, & ad alium dominum, qui eum forsitan corrupit, alienum lucrum transferre: quod neque ferendum est; si servus impius domino quidem, qui jussit, minime obediendum exisitimaverit, alii autem, qui forsitan ignorat, & nescit, repentinum adducat solatium. Quod enim sæpe apud antiquos dicebatur, *jussionem [52] dominі non esse absimilem nominationi*, tunc debet obtinere, cum servus jussus ab uno ex dominis stipulationem facere sine nomine, stipulatus est, tunc enim ei soli acquirit, qui jussit. Sin autem expresserit alium dominum: soli illi necesse est acquisitionem celebrari: multo enim amplius oportet valere dominici nominis mentionem, quam herilem jussionem. Dat. XV. Kal. Decemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

38 II. *Inſt.* II. & XXIII.

39 Vide *l. II §. ff. de pign. action. l. 20. in fin. ff. de acquirend. rer. §. fin. Baſ. per quas perſonas nobis acquir.*

40 Possessionis causa nihil commodum, ut Azo, & post eum alii, existimavit? An plane, hoc ostenditur, *quia in ipsius possessionem* solum nobis per liberam personam quæ sui juris sit, adquiri? ut Græci hoc caput reddunt *apud auct. Syn. 16. tit. 9. c. 12.*

41 *Paul. ſ. ſent. 2.* §. 2.

42 Si strictum jus spectemus, non acquisit: competit enim utilis. An & directa? vid. Bottomann. *ſ. obſ. 21.*

43 Id est, de loco restitutionis pactus est. *ut quæ quæritur regio ubi ea ſyngrafe locus reſtitutionis ſtipulationis ſuæ erit? ſynopſ. Baſ. 2. cap. 12.* Procurator igitur talis restitutionem domino non adquirit per stipulationem: liceat per traditionem rei dominium adquirat dominus.

44 *l. 9. §. 8. ff. de reb. cred.*

45 *l. 2. in fin. §. 8. ff. de reb. cred. l. 116. §. 2. ff. de verbor. obligat.*

46 Per liberam personam conditio, hypothecaria actio, & pignus nobis adquiritur ipso jure, sine cessione.

47 Id est, directa, sine cessione.

48 Procurator cogitur cedere actiones domino.

49 Servus communis omnia adquirit omnia dominis suis pro dominiis portionibus: exceptis iis, quæ alterius ex domini jussu stipuletur. *Syn. Baſ. 16. tit. 9. c. 13.* Gothofr. Hæc est duodecima decisio ex 50. Justinian. vid. Inglesb. Anz.

50 Servus communis adquirit ei qui jussit contrahi, non ei, cujus nomine adquisivit, & ita justius præ valet nominationi. vid. *l. 5. ff. de ſtipul. ſerv.*

51 Malitiis non est indulgendum. *l. 38. ff. de reb. minor. c. 4. auctor. 5. de statu. in fin.*

52 Jussio non absimilis est nominationi: Hoc est, cum unus dominorum servum communem jubet suo, id est, jubentis nomine stipulari, plus non valet jussio, quam nomen: hoc est, servus, si silentio domino qui non jussit stipuletur, ei adquirit, non ei qui jussit: at plus valeat nominis dominici mentio, quam sterilis jussio, *ut hic in fin.* plus valere nomen quam jussionem. Quid si simpliciter servus, nullo dominorum nominato stipulatus est? tunc ei soli adquirit qui jussit, *ut hic.* Quidam tamen aliter hanc locum accipiunt: hoc sensu, cum unus dominorum servum communem jubet suo, hoc est, jubentis nomine stipulari, plus valet jussio quam nomen. Cum jubet simpliciter stipulari, plus valet nomen quam jussio; & ita post *Azonem* hunc locum interpretantur.

TIT. XXVIII.

AD SENATUSCONSULTUM MACEDONIANUM. [53]

Patremfam. *qui se mentitus est, non juvatur.*

1. Imp. Ælius Pertinax [54] A. Atilio.

SI filius [familias] cum in potestate patris esset, mutuam à te pecuniam accepit, cum se [55] patremfamilias diceret, ejusque

53 *ſ. 7. Inſt. quod cum eo. xiv. D. xiv.*

54 Duæ tantum exiant Imperatoris Pertinacis constitutiones: quarum hæc una, *Azo in l. 1. C. de ſenatuſc. Maced.*

55 Qui ſe fal-

esset. ſerv. In ff. vero aliarum constitutionum fit mentio. et in *l. 3. §. 2. & §. fin. ff. de pecul. l. 12. §. 2. ff. de fideicomm. libert. & §. pen. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Anz. juris affirmat non juvatur Macedoniano. *l. 3. 19. ff. eod.*

que affirmationi credidisse te justa ratione edocere potes: exceptio [2] ei denegabitur. P. P. x. Kal. April. Falcone & Claro Conss. 194.

Quibus casibus non est locus senatusconsulto.

II. Impp. Severus & Antoninus AA. Sophiæ.

Si Zenodotus [3], cum [3] sui juris esse publice videretur, aut patris voluntate [3] contraxit, aut in eam rem pecuniam accepit, quæ patris oneribus incumberet, vel suæ potestatis constitutus novatione facta fidem suam obligavit, vel alias agnovit debitum: non esse locum decreto amplissimi ordinis, rationis est. P. P. v. Kal. Mart. Saturnino & Gallo Conss. 199.

De emptione & promissione pretii cum usuris.

III. Iidem AA. Macrino.

Si [4] filiusfamilias aliquid mercatus, pretium stipulanti venditori cum usurarum accessione spondeat: non esse locum Senatusconsulto, quo fœnerare filiisfamil. est prohibitum, nemini dubium est: Origo [5] enim potius obligationis, quam titulus actionis considerandus est. P. P. Id. Mart. Saturnino & Gallo Conss. 199.

De consensu patris de pignore.

IV. Iidem AA. Cyrillæ.

Si, permittente [6] patre filiofamilias pecuniam mutuam dedisti: Senatusconsulti potestas non intervenit, & ideo persecutio pignoris, quod in bonis patris fuit, non denegabitur: præsertim cum idem filius heres extiterit: modo si nullus alius jure conventionis, [vel] ratione temporis, & ordinis potior apparuerit. P. P. XII. Kal. Maji, Fabiano & Mutiano Conss. 202.

De legationis, vel studiorum causa, de jussu patris.

V. Imp. Alexand. A. Septimiæ Musæ.

Macedoniani Senatusconsulti auctoritas petitionem ejus pecuniæ non impedit, quæ filiofam. studiorum [7], vel legationis causa alibi degenti, ad necessarios sumptus, quos patris pietas [8] non recusaret, credita est. Sed ex contractu filii post mortem ejus de peculio actio in patrem competere ita demum poterit, si anni utilis spacium petitionem non impedit. †. Sane si jussu [9] patris datum mutuum probetur: nec in quos usus versa sit pecunia disquiri necesse est, sed perpetua [10] in patrem etiam mortuo filio, est actio. P. P. ptid. Kalend. Mart. Agricola & Clemantino Conss. 231.

De peculio. 1. De nepotibus & pronep.

VI. Imp. Philippus A. & Philippus C. Theopompo.

Si filius tuus in potestate tua agens, contra [11] Senatusconsultum Macedonianum mutuam sumpsit pecuniam: actio de peculio adversus te eo nomine efficaciter dirigi nequaquam potest.

§. 1. Quod Senatusconsulti auxilium, licet *filiisfamilias* meminerit, & ad nepotes [12], & pronepotes porrigitur. P. P. VI. Non. Mart. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

De ratihabitione patris. 2. De filiofam. milite.

VII. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

Si filiusfamilias citra [13] patris jussionem, vel mandatum, vel voluntatem, pecunias creditas acceperit, postea autem pater ratum contractum habuerit: Veterum ambiguitatem decidentes, sancimus, quemadmodum, si ab initio voluntate patris, vel mandatu filiusfamilias pecuniam creditam accepisset, obnoxius firmiter constitueretur; ita & si postea ratum pater habuerit contractum, validum esse hujusmodi contractum: cum testimonium [14] paternum respuere satis iniquum sit. Necesse est enim patris ratihabitionem, vel principali [15] mandato patris, vel consensui non esse absimilem: cum nostra novella lege generaliter omnis ratihabitio [16] prorsus retrotrahatur [17], & confirmet ea quæ ab initio subsecuta sunt. Et hæc quidem de privatis hominibus sancienda sunt. §. 1. Sin autem miles filiusfamilias pecuniam creditam acceperit, sive sine mandato, sive consensu, vel voluntate, vel ratihabitione patris, stare oportet contractum: nulla differentia introducenda, ob quam causam pecuniæ credidit, vel ubi consumptæ sint? In pluribus [18] enim juris articulis filiifamilias milites non absimiles videntur hominibus, qui sui juris sunt: & ex præsumptione [19] omnis miles [20] non creditur in aliud quicquam pecuniam accipere & expendere, nisi in causas castrenses. Dat. XII. Kal. Augusti. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

[1] De exceptione Macedoniani, vid. Gothofred. cap. 49. & consult. [2] l. 3. ff. ad. [3] l. 4. ff. ad. [4] Senatusconsultum Macedonianum locum habet in mutuo filiisfamilias dato: igitur non in emptione per eos contracta: non denique si quid mercati, vel si pretium cum usuris stipulanti promiserint: quidquid enim eo nomine promittunt, nullo ab ipsis exigitur. Syn. Basil. & vid. Theod. Zoëlarium 18. tit. 4. cap. 18. [5] l. 3. §. 3. ff. ad. [6] Adde l. 2. C. ad. l. C. vers. Sane si ita. C. ad. [7] Exemplum evidentissimum, id est, liberalium studiorum. Synop. d. tit. 4. 13. l. 7. §. 13. ff. de offic. [8] l. 17. in fin. ff. de offic. [9] Et marito id permittam; nec enim vana vivitur. vid. l. ult. C. de collat. Dc expensis filiis in eruditionem paternam, vid. l. 15. ff. de negot. l. 27. §. ult. vers. Sed si. C. ad. l. 28. 29. 32. ff. de rei vindic. l. 25. ff. de pign. act. vide plenius quæ annot. ad l. 7. §. 1. ff. de verb. signif. Goth. Confer l. 50. ff. famil. ercisc. Ant. [10] l. 4. C. ad. l. 7. ff. quod cum eo. [11] l. 1. §. 1. 2. ff. quando de peculio. [12] l. 2. ff. ad. l. 1. C. ad filium pro socio. [13] l. 14. ff. ad. vel. l. 84. ff. de verb. sign. [14] l. 7. §. 11. ff. ad. Goth. Hæc est decima tertia ex 50. variis Justiniæ. Ant. [15] Testimonium paternum non potest nisi iniquæ respui. dicti l. 7. §. ult. ff. de curat. fur. [16] Vid. l. 7. in fin. ff. quod cum eo. l. 1. §. 14. ff. de rei vind. [17] Ratihabitio patris Macedonianum excludit. [18] Ratihabitio retro trahitur. l. 23. in fin. ff. de donat. inter vir. de hac regula dixit: & alia dicam. ad. l. 16. §. 1. ff. de pignor. l. 44. §. 1. ff. de usucap. l. ratihabitionem de reg. jur. in fi. [19] In Macedonianum: ut hic. ff. l. 1. in fin. l. 2. ff. ad. in testamento. l. ult. ff. de testam. milit. [20] Non absimilis præsumptio est in l. 22. ff. ad Silcian. Firmum, commodum & augmentum societatis seu communionis. Molinæus de usur. quæst. 38. num. 291. 293.

Tit. XXIX.

AD SENATUSCONSULTUM VELLEIANUM. [21]

Solvens *pro alio*.

I. Imp. Antoninus A. Lucillæ.

Mulieribus [quidem,] quæ alienam obligationem susciperunt, vel in se transferunt, si id contrahentes [22] non ignorent, Senatusconsulto subvenitur: Sed si pro aliis, cum obligatæ non essent, pecuniam exolverint [23]: intercessione cessante, repetitio nulla est. P. P. Non. Dec. Gentiano, & Basso Conss. 212.

Principaliter *debitrix non juvatur.*

II. Idem A. Nepotianæ.

Frustra [24] Senatusconsulti exceptione, quod [25] de intercessionibus fœminarum factum est, uti tentasti: quoniam principaliter [26] ipsa debitrix fuisti: ejus enim Senatusconsulti exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem ejus intercessit. Sin autem pro creditore suo alii se obligaverit, vel ab eo se, vel debitorem suum delegari passa est; hujus Senatusconsulti auxilium non habet. P. P. III. Idib. August. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

[21] 1. 21. D. 1. & 2. ad. famicer. 11. & 1. Harmen. 13. Oldendorp. cap. 48. de except. Papon. lib. Arrest. 5. Mulier Gallica, mulier potest pro marito mutuum accipere, vel aliter se obligare, cum quo authoritate, etiam hæredis sui antiqua hypotheca fabricare. Non sic Velleianum in Gallia defenditur. Dicerim: Mulierem negat: sed Gallia nuncupatum ideo esse, quod inter virum & uxorem plerumque omnium bonorum communio sit. Hinc præsumi maritum obligari, & mutuum accipere in communis societatis augmentum. Aliud fore, si inter eos commenio pactis quibusdam matrimonialibus, vel dotalibus non fuerit, vel si jam facta bonorum separatio est, vel si pro vino, frumento, & similibus, quæ ad victum conjunctis, vel in aliam profecturis. Velleiano mulier etiam non juvatur, si mutuum maritus accepto pro negotiis uxoris gerendo, verbi gratia, pro ejus hæreditibus exonerandis, vel a commissis liberandis, & similibus. Et ita Velleianum retinori fer variique in Gallia Mulin. censet. quem vid. tractatum de usur. quæst. 38. num. 290. adde Papon. 13. Arrest. 9. num. 4. Goth. De Exceptionibus Senat. Velleian. vid. Joann. Zinger. de Except. part. 3. cap. 11. Ant. [22] Id est, qui contrahunt cum muliere. [23] Mulier solvens non juvatur Velleiano. l. 4. in fin. ff. ad. l. 4. §. 1. l. 8. §. 5. ff. ad. [24] l. Harm. 13. §. 13. [25] Velleianus pertinet ad intercessiones mulierum. l. 2. §. 1. l. 29. ff. ad. Mulier pro alio intercedens juvatur Velleiano. [26] Mulier in rem suam obligata, non juvatur Velleiano. l. 6. l. 10. 13. ff. ad. l. 4. 11. 17. 24. 27. ff. ad. In rem suam obligata est, quum obligata est principaliter, id est cum primaria est debitrix, neque alterius nomine in se obligationem suscepit. Alterius porro nomine non obligatur, quæ pro suo creditore se alii obligavit: pro suo debitore apud creditorem ejus intercessit. Sin autem pro creditore suo alii se obligaverit, vel ab eo se, vel debitorem suum delegari passa est; hujus Senatusconsulti auxilium non habet. P. P. III. Idib. August. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

[27] Etiam ego pro filio mulier fidejubeo, exceptione Senatusconsulti Velleiani uti potest. Syn. Basil. 7. tit. 19. ex lib. 36. tit. 7. c. 67. 1. Harmen. 13. §. 32.

[28] Mater pro filio quoque fidejubens, Velleiano utitur, ut hic, nisi matris jussu mutuum filio datum fit. vid. Arrest. apud Papon. d. loc. num. 3. in fin.

[29] l. 14. ff. ad. l. 1. ff. ad.

[30] Vid. Papon. d. loc. n. 4. ibi, Epistolæ. le pareil servit: & ibi, Observe, femme comme peut vendre son immeuble pour la dette de son mari.

[31] Quid si fe, fiadve res obligavit pro marito: ut eum carcere & custodiave publica redimeret? Papon. ibi n. 8. refert, mulieri, Velleiano consultum. Plus est igitur vendidisse & solvisse, quam se obligasse. Contrarium refert Harmen. 1. tit. 13. §. 14. ubi refert, mulierem quæ acceptum ab aliquo argentum dederit, ut à custodia virum liberaret, obligari, neque si subvenire, quamvis cautetur se intercessisse, vel in patria potestate fuisse. Hæc eo sententiæ defenditur: quod eam ob causam mulier dotem alienare possit. l. sed est 21. ff. solut. matrim.

[32] Si propter viri obligationem mulier in alieni contractus vinculum se conjecerit, propriique facultatibus maritum obligatione liberare studuerit, si quidem pollicita non solverit, ne solvere quidem cogetur? quod si solverit, solutum condicere non potest: præsertim si absolutam legitimamque sit æstimatio. 1. Harm. 13. §. 17.

[33] l. 2. C. ad.

[34] Imo non debetur. l. 32. §. 2. ff. ad. Solve: mulier ibi solicita vit empetentes, non hic. adde Papon. d. loco. n. 2. ibi, Femme qui est accusée du procès n'a l'exception du Velleien. & n. 3. ibi, Femme ayant payé la creancier de prester, n'a l'exception du Velleien. Potest etiam hæc lex referri ad mulierem quæ fundum tanquam suos in usus vendidit.

[35] l. 7. ff. ad. l. 8. ff. ad.

[36] Non ignorantiæ res esse mulieris quæ pignori daretur. l. 8. §. 8. ff. ad.

[37] Res invitæ uxoris pignorari non possunt. C. ibi, si fine voluntate: nec volentia. ibi, si consensit.

[38] Mulier decipiens non juvatur Velleiano. vid. l. 8. ff. ad.

[39] Calliditati mulierum non succurritur, sed infirmitati. vid. Papon. d. loc. n. 1. [40] l. 8. §. 1. ff. ad. [41] Mulier suum negotium gerens non juvatur Velleiano. vid. l. 2. C. ad. Suum gerit negotium, cum res alterius administrat. veluti, si res liberorum gerat, & eorum tutoribus securitatem promittat, & fidejussorem det. [42] Mulier cum effectu, id est, utiliter & cum suo commodo obligata, fidejussorem, resque ejus recte obligat. [43] Aliud est matrem filiorum tutoribus excusare & tutela volentibus indemnitatem promittere, ut hic. aliud ipsorum pupillorum negotia administrare, & eorum tutoribus securitatem promittere. l. ad. Priore casu, mulier Velleiano juvatur: altero non juvatur. Hinc colligo, corrigendum esse §. 2. apud Paul. 22. sent. 11. [44] Autoritate juris tenetur. Cujac. ad l. 17. de injuris. ut verbum, tutatur, accipiatur passive. [45] Et ita Scholastæ juris tenentur. [46] Ratio decidendi. [47] l. 1. C. ad. [48] Ex inutili alienatione, dominium malæ fidei. [49] Emptori rem alienam scienti pretium nisi restituitur. [50] l. 8. §. de injuriis. [51] Inter eos qui cominatim obligantur, dividitur in viriles partes obligatio. [52] Quoties masculi & fœminæ permixtim obligantur, obligatio pro parte fœminarum non valet. Et ita contractus interdum pro parte tantum tenet. [53] Novante. [54] Dubium ex eo nascitur, quod in obligatione posteriore ac novante pignus datum reperiatur pro accedente obligatione referendum esse. [55] Reficiorum, ut in l. 16. C. ad. [56] Mulier pro alio solvens, non juvatur, ut hic. quemadmodum & si donat. l. 4. in fin. ff. ad. [57] Id est, ob præcedentem obligationem. l. 8. §. 5. ff. ad. [58] l. 2. C. ad. [59] Solvens ob non efficacem obligationem mulieris, juvatur Velleiano. [60] Si contrahitur principaliter cum muliere, negotium ad eam spectat, ideoque non juvatur. [61] Mulier conducens prædia, obligatur: pro marito conducere fidejubens, non obligatur. [62] Quod mulieri competit in rebus mariti. l. 8. in princ. ff. ad. l. 11. ff. quibus mod. pign. l. 1. §. penult. C. de rei uxor. act. [63] Mulier potest remittere marito jus hypothecæ. Hoc aliud est quam fidejubere.

De Matre rei suas obligante pro dote filiæ.

XII. Impp. VALERIANUS & GALLIEN. AA. Sepiduæ.

SI dotare [1] filiam voles, genero res tuas obligasti, pertinere ad te beneficium Senatusconsulti falso putas. Hanc enim causam ab eo beneficio esse removendam prudentes viri putaverunt. P. P. IX. Kal. Martii, Tusco & Basso Coss. 259.

De fœnore.

XIII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Condianæ.

SI fœnebris pecunia juxta fidem veri [2] à creditore tibi data est: sive tota quantitas fœnotis, sive pars ejus in usum mariti processisse proponatur, decreto patrum non adjuvaris: licet [3] creditor causam contractus non ignoraverit. Dat. III. Kal. Sept. ipsis AA. & Coss.

De muliere & ejus fidejussore.

XIV. Iidem AA. & CC. Basilissæ.

MUlierem contra Senatusconsulti Velleiani auctoritatem non posse intercedere, eademque exceptione fidejussorem [4] ejus uti posse, juris auctoritas probat. Unde si mater tua marito quondam suo heres non extitit, satis idoneæ exceptionis remedio tuta est. P. P. VIII. Kal. April. *Byzantii*, CC. Coss.

De eo, qui mandato mulieris promisit.

XV. Iidem AA. & CC. Agrippino.

SI uxor pro marito contra Senatusconsultum intercessura, te rogavit [5] mandatario nomine, ut pro ea tuam fidem obstringeres: initio contractus per exceptionis auxilium obligationi tuæ adhæsit securitas, qua conventus defendi potes. P. P. XVIII. Kal. Junii, *Sirmii*, CC. Coss.

De novatione.

XVI. Iidem AA. & CC. Rufino.

SI mulier alienam susceptam obligationem: cum ei per exceptionem Velleiani Senatusconsulti succurratur, creditori contra priores [6] debitores rescissoria actio datur. P. P. XVII. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. Coss.

De simulate gesta.

XVII. Iidem AA. & CC. Alexandro & aliis.

SI cum pater vester à Callistrato mutuam sumpsisset pecuniam, velut [7] hanc ejus uxor accepisset, instrumentum conscriptum est: nec ad exceptionis tractatum ex Senatusconsulto veniente pervenire necesse est: cum eam veritatis [8] substantia constituta potius quam simulata gesta tueatur. III. Idus Martii, CC. Coss.

De muliere decipiente.

XVIII. Iidem AA. & CC. Zotico.

FOeminis alienas [vel] veteres [9], vel novas obligationes aliqua ratione suscipientibus subvenitur: nisi creditor aliqua ratione per mulierem deceptus [10] sit: nam tunc replicatione doli, Senatusconsulti exceptionem removeri, constituitum est. Dat. V. Id. Novemb. *Antiochiæ*, CC. Coss.

De obligatione quæ ex persona mulieris initium sumpsit.

XIX. Iidem AA. & CC. Faustinæ.

CUm ad eas etiam obligationes, quæ ex muneris persona calliditate [11] creditoris sumpserunt primordium, decretum patrum, quod de intercessione fœminarum factum est, pertinere Edicto perpetuo declaratur: Si [tamen] creditor, qui contrahere cum alio proposuerat, mulieris [12] personam elegit: exceptione contra petitores [13] secundum ea quæ asseverat, defendi potes. Dat. XVIII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Coss.

De hæredibus.

XX. Iidem AA. & CC. Theodotiano.

HEredes quoque mulieris adversus creditores [eadem] exceptione, quæ ex Senatusconsulto introducta est, uti posse dubium non est. Dat. II. Kal. Januar. ipsis CC. Coss.

De jure hypothecarum remissa.

XXI. Imp. ANASTASIUS A. Celeri Magistro officiorum.

JUbemus [14], licere mulieribus & pro uno contractu, vel certis contractibus, seu, pro una vel certis personis seu rebus juri hypothecarum sibi competenti per consensum proprium renunciare [15]: quodque ita gestum fit, hac auctoritate nostra firmum illibatumque custodiri; ita tamen ut [&] si generaliter [16] tali renunciatione pro uno (ut dictum est) contractu, seu certis contractibus, vel ad unam, vel ad certas res, seu personas consensum proprium accommodantes usæ sunt, vel fuerint: eadem renunciatio ad [17] illos contractus, & illas res seu personas, quibus consensum [suum] proprium accommodaverunt, vel accommodaverint, coarctetur, ne aliis quibusdam contractibus, quibus minime mulieres consenserunt, vel consenserint, prætendentibus eam, opponendi licentia præbeatur. His scilicet omnibus, quæ in præsenti per hanc consultissimam legem statuimus, ad præteritos [18] nihilominus contractus pro negotiis & controversiis, necdum [19] transactionibus, vel definitivis sententiis, seu alio legitimo modo sopitis, locum habituris. Dat. Kal. April. ANATOLIO & AGAPITO Coss. 508.

De donatione propter nuptias. 1. De dote.

In AUTHENT. ut immobilia ante nuptial. donat. §. Si quis igitur. coll. 5. tit. 16. al. 14. Novell. 61. cap. 1.

Sive à me, sive ab alio pro me fiat donatio propter nuptias: quod ex ea causa est immobile, neque [20] alienare valeo neque obligare: In hoc ergo contractu mulieris consensus nihil proficit, quo minus domus mulieri in rem actionem in servitutis targitate salutæ matrimonio: nisi & secundo [21] post biennium profiteatur, & alia res viro sint, ex quibus ei consuli possit. Absque his enim neque si frequenter consentiat, lædetur: vir tamen obligabitur in aliis rebus suis hujus obligationis seu alienationis occasione: qua, in quantum ad mulierem, pro non dicta, & pro non scripta habetur.

§. 1. *Et multo [22] magis idem in dotibus locum habet, ut non aliquid immobile pro ea alienetur, vel obligetur: omnibus tamen privilegiis dotis datis, in sua firmitate durantibus, sive agat mulier, sive uxoris ejus alius.*

De secunda intercessione.

XXII. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

SI mulier perfectæ ætatis [constituta,] post intercessionem, vel cautionem conscripserit, vel pignus, aut intercessionem præstiterit: sancimus, antiqua legum varietate cessante, si quidem intra biennale juge tempus post priorem cautionem nuncupandum, pro [23] eadem causa fecerit cautionem, vel pignus aut intercessionem dederit: nihil sibi prærudicare, quod adhuc ex consequentia fuæ fragilitatis in secundum jacturam inciderit. Sin autem post biennium hæc fecerit: sibi [24] imputet, si, quod sæpius cogitare poterat & evitare, non fecit, sed ultro firmavit: videtur [25] etenim ex hujusmodi temporis prolixitate non pro aliena obligatione se illigare, sed pro sua causa aliquid agere, & tam ex secunda [26] cautione sese obnoxiam facere, [in quantum hoc fecit] quam pignus aut intercessionem utiliter dare.

De muliere quæ proprio viro consensit.

In AUTHENT. ut nulli jud. lic. hab. loci servat. §. & illud coll. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 8.

SI [27] qua mulier credita instrumento confectitio proprio [28] viro, aut scribat, & propriam subscriptionem, aut seipsam obligatam faciat, jubemus, hoc nullatenus valere, sive semel, sive [29] multoties hujusmodi aliquid pro eadem re fiat: sive privatum, sive publicum sit debitum: sed ita esse, ac si neque factum quicquam, neque scriptum esset: nisi [30] manifeste probetur [31], quod pecuniæ in proprium ipsius mulieris utilitatem expensæ sint.

Si mulier aliquid accepisse dicatur, ut intercederet.

XXIII. Idem A. Juliano P. P.

ANtiquæ jurisdictionis retia, & difficillimos nodos resolventes, supervacuas distinctiones exulare cupientes, sancimus, mulierem, si intercesserit, sive ab initio, sive postea aliquid [32] accipiens, ut sese interponat: omnimodo teneri, & non posse Senatusconsulti Velleiani uti auxilio: sive sine scriptis, sive per scripturam sese interposuerit. Sed si quidem in ipso instrumento intercessionis dixerit *sese aliquid accepisse, & sic ad intercessionem venisse*, & hoc instrumentum publice [33] confectum inveniatur, & [34] à tribus [35] testibus confignatum: omnimodo [36] esse credendum, eam pecunias, vel res accepisse, & non esse ei ad Senatusconsulti Velleiani auxilium regressum. †. Sin autem sine scriptis intercesserit, vel instrumento non sic confecto, tunc, si possit stipulator ostendere [37] eam accepisse pecunias, vel res, & sic [38] subisse obligationem; repelli eam à SC. juvamine. †. Sin vero hoc minime fuerit ab eo approbatum: tunc mulieri superesse auxilium, & antiquam actionem adversus eum servari, pro quo mulier intercessit, vel ei actionem patari. §. 1. Sed si minus idoneæ mulieri constituræ aliquis pecunias, vel res dederit, ut pro eo sese obligaret: mulieri quidem, quæ revera hæc accepit, nullus pateat aditus ad Senatusconsulti auctoritatem, creditori autem liceat adversus eam venire: &, quod [39] potest, ab ea exigere, & in reliquum, antiquam debitorem aggredi, vel in partem, si aliquid à muliere possit accipere: vel in totum, si ea penitus inopia fatigetur. §. 2. Ne autem mulieres perperam sese pro aliis interponant, sancimus, non [40] aliter eas in tali contractu posse pro aliis sese obligare, nisi instrumento publice confecto, & [41] à tribus testibus subsignato, accipiant homines à muliere pro aliis confessionem [42]: tunc enim tanummodo eas obligari, & sic omnia tractari, quæ de intercessionibus fœminarum, vel veteribus legibus cauta, vel [ab] imperiali auctoritate introducta sunt. Sin autem extra eandem observationem mulieres acceperint intercedentes: pro [43] nihilo habeatur hujusmodi scriptura, vel sine scriptis obligatio, tanquam nec confecta, nec penitus scripta: [ut] nec SC. auxilium imploretur, sed sit libera & absoluta, quasi penitus nullo in eadem causa subsecuto.

De intercessione pro libertate.

XXIV. Idem A. Juliano P. P.

VEterum ambiguitatem decidentes, sancimus, Si quis ut servo [44] suo manumissionem imponat, mulierem acceperit obnoxiam sese pro certa quantitate facientem, si in libertatem servum perduxerit, sive principaliter mulier sese obligaverit, sive pro servo hoc fecit, teneri eam recte omnimodo, Senatusconsultum Velleianum in hoc casu tacere imperantes. Satis etenim acerbum est, & pietatis rationi contrarium, dominum servi, qui credidit mulieri, sive soli, sive post servi promissionem, & libertatem servo imponere, & suum famulum perdere, & ea minime accipere, quibus fretus ad hujusmodi venit liberalitatem.

De dote.

XXV. Idem A. ad populum urbis Constantinopolitanæ, & universos provinciales.

GEneraliter sancimus: ut [45], si quis major viginti quinque annis, sive masculus, sive fœmina, dotem [46] pollicitus sit, vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum est, omnimodo compellatur [47] suam confessionem adimplere:

---

1 Mater se obligans pro dote filiæ, non juvatur Velleiano. Dotis favor Velleianum excludit. *l. ult. C. ad. l. 41. ff. de jure dot.* Mulier dotem pollicita non juvatur Velleiano, sed eum præstare cogitur. *l. 1. Harmen. 13. §. 11. & 32. Syn. Basil. 6. tit. 36. ex lib. 25. tit. 7. cap. 87.*

2 Aliud si conclusoria, ut qui non obstam sibi mulierem fore spondendo fecerint, mutuum dando eam obligaret. *l. 11. 29. ff. eod.* vid. *Papon. 12. Arrest. 5. n. 4. ibi, Imprimis.*

3 Vid. *Molinæum de usur. quæst. 30. num. 103. & l. 19. §. 3. ff. eod.*

4 Velleiani exceptione fidejussor juvatur. *l. 6. 30. in fin. ff. eod.* nisi successerit principali.

5 Mulier mandans fidejubere, non tenetur ex mandato. Quid qui promisit? ne is quidem tenetur. *ut hic.*

6 Adde *l. 8. §. 2. ff. eod.*

7 Si nomen uxoris simulate instrumento inferatur pro marito nomine fuerit, obligatio ipso jure nulla est, simulationis gratia, ideoque locus non est Velleiano, sed nullitati.

8 Vide *l. 1. T. plus valere quod agitur.*

9 *l. 2. §. 4. ff. eod.*

10 *l. 1. T. eod. l. 2. §. 2. l. 23. l. 30. ff. eod. l. 11. T. de distract. pign. l. 110. in fin. ff. de reg. jur.*

11 Adversus calliditatem creditoris, mulieri subvenitur.

12 *l. 8 §. 14. l. 12. l. 28. in fin. l. 29. ff. eod.*

13 Petitorem.

14 Hujus legis fit mentio in lege nonica. *§. Sive enim. T. de rei uxoriæ.*

15 Renunciare Velleiano mulier potuit. *l. 12. T. eod. l. 23. §. 2. T. eod. l. 32. §. 4. ff. eod.*

16 Renunciari generaliter potest Velleiano à muliere, fuerit tamen melius vim & naturam Velleiani mulieri a notario indicari. vid. *Papon. 12. Arrest. 5. num. 1. ibi, Renunciation ne Poilleur sans declaration spécifie.*

17 Renunciatio generalis non extenditur ad extraneas personas: atque ita, filia renuncians paternæ successioni, non censetur renunciare fraternis hereditatibus: videlicet, ut ne vis & effectus renunciationis unius, & quidem odiosæ ad alium casum extendatur, quando expressius fit. *arg. l. si domus 21. ff. de servit. urban. l. sanct. 13. C. de jure dotium. l. 1. §. sed videndum 11. ff. de successorio edicto. l. si ita stipulatus 126. §. Christianus 2. ff. de verb. oblig. l. ad probationem servitutis 22. T. de probat. Capella Tolosana decisione 44. Ludovicus Romanus consilio 168.*

18 Lex ad præteritos casus referri potest, si legislator expressim hoc voluerit. 19 Et ita lex ad imperfecta negotia tacite refertur. 20 Res immobilis donata propter nuptias, alienari non potest, neque obligari, etiam muliere consentiente, nisi &c. *T. ead. ibi, nisi &c.* Goth. Vide omnino Rittershus *in exceptis Rosenth. part. 2. cap. 4. & part. 5. cap. 9.* Zanger. *de Except. part. 3. cap. 11. num. 66.* Anz.

21 Dicam ad *l. 22. in fin. T. eod.* 22 Argumentum à minori ad majus observa: & sic à donatione propter nuptias ad dotem. Donatio propter nuptias privilegiata, multo magis & dos. Quidem hæc verba referunt ad alienationem dotis, quasi nullo jure posset dos alienari, & male. *Rosenth. 61. cap. 1.* Hoc tantum lex demonstrat, majorem esse causam prohibendæ alienationis dotis, quam propter nuptias donationis: Alias, differunt privilegio dos, & donatio propter nuptias. vide *Cujac. ad Novell. 61. in fin.*

23 Secunda intercessio inutilis, si post biennium facta (pro extraneo fuit. *Authentica, si qua mulier. T. ad. Velleian.*) nisi mulier beneficium Velleiani renunciaverit. *Rosenth. 5. c. 1. §. 2. adde Papon. 12. Arrest. 5. num. 7. ibi, si Poilleur n'a deu renoncer reglement generale.*

24 Error excusat, nisi mulier imputetur.

25 Hæc præsumptio juris est & de jure, contra quam non admittitur exceptio. *l. ult. C. ad Macedon. l. ult. T. arbitr. tut. l. 13. §. 3. ff. de re jud.*

26 Dixi *T. ad.* Gemmarus actus evidentissimi confessum infinitis.

27 Hæc authentica maxime est frequentissima in usu. Est vero sententia hæc: Mulierem pro marito, vel faciente intervenire, non obligari: pro extraneo obligari si privatum obligationem post biennium contraxerit. adde *l. 21. l. 22. T. eod.*

28 Hæc authentica proprie pertinet ad obligatas mulieres maritorum causa.

29 Aliud est in causa extranea. *l. 22. T. eod.*

30 Nota exceptionem, quæ locum habet in illis casibus, in quibus mulier communionem bonorum cum marito habet: nam enim si quid unus cum marito acquirit præsumitur in rem suam vertisse, vel saltem vertere debuisse. Hujusmodi vero præsumptionis munitus creditor potest utiliter mulieri credere: iniquo vero eum deripere mulier non debet. Quid si mulier vel uxor fecerit suam fidejussionem firmavit? *l. 10. ex responsis 9. de jurisdict.* mulier intercedens juvari pro aliquo facta, non juvatur Velleiano, sicut nec minor auditur, si juvaverit. *Cujac. Observationes lib. 8. & observ. eod.* aliud tamen receptum apud Gallos *Papon. 9. Arrest. 6. n. 23. & 12. Arrest. 5. num. 9. ibi, Notaire recevable à stipuler le fermont.* quod tamen refero ad uxores ætate minores, ut sola adversus juramentum restituatur.

31 Mulier intercedens cum marito vel extraneo, non præsumitur sciri inscipiatse. Præsumitur pro marito, & extraneo potius intercessisse cum marito, & contra illos, & contra illos, & contra illos

UAB Universitat Autònoma de Ciències Socials

TIT. XXX.

DE NONS NUMERATA PECUNIA.

De Pignore datu, vel conventu, & de probatione pignoris dati.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Hilario.

SI pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam adseris, & *Pignus* [6] datum probaturus es; in rem experiri potes: nam intentio dati pignoris, nec numeratæ [7] pecuniæ, non aliter tenebit, quam fi de fide debiti constiterit. †. Eademque ratione veritas servetur, si te possidente pignus adversarius tuus agere cœperit. [P. P. Kalend. Septemb. LATERANO & RUFINO CONSS.] 198.

De Parte non numerata.

II. Imp. ANTONINUS A. Maturio.

MInorem pecuniam te accepisse, & majorem [8] cautionem interposuisse, si apud eum, qui super ea re cogniturus est, constiterit: nihil ultra quam accepisti cum usuris in stipulatum deductis restituere te jubebit.

De Pignore data rursus.

III. Idem A. Demetrio.

SI ex cautione tua, licet [9] *Hypotheca* data, conveniri cœperis: exceptione opposita, seu doli, seu non numeratæ pecuniæ, compellitur [10] petitor probare pecuniam tibi esse numeratam: quo non impleto, absolutio sequetur.

De Solutione *facta juxta cautionem.*

IV. Idem A. Bassano.

CUm fidem cautionis agnoscens, etiam [11] *Solutionum* portionis debiti, vel usurarum feceris: intelligis te de non numerata pecunia nimium tarde querelam deferre.

De re, qui scripturam proprian, vel numerationem negat.

In AUTHENT. de trient. & semiss. collat. 3. titul. 5. Novell. 18. cap. 2.

Contra, qui propriam scripturam, quæ convenitur, abnegat, vel numerationem judiciatur: convictus in duplum [12] *condemnatur: nisi sacramento illato confiteatur: tunc enim non punitur, nisi in expensis circa probationes factas, allatis juramento declarandas. At* [13] *si post numerationem judiciatam pretendat solutionem: omnino solidum exigitur, nec prodest jam falsa solutio.* †. *Contra si actor literas suas à reo prolatas abnegat, eadem sit & pœna & juris jurandi forma.* †. *Hæc pœna curatori infligenda, si de suis literis quæstionem referat in causa ejus quem curat.*

De Causa *debiti præcedente.*

V. Imp. ALEXANDER A. Haustiano.

ADversus petitiones adversarii si quid juris habes, uti eo potes. Ignotare autem non debes, non numeratæ pecuniæ exceptionem ibi locum habere, ubi quasi [14] credita pecunia petitur. Cum autem ex præcedente *Causa* debiti [15] in chirographum quantitas redigitur, non requiritur, an tunc, cum cavebatur numerata sit: sed an justa causa debiti præcesserit.

De eo qui obligationem alterius *suscepit.*

VI. Idem A. Justino.

FRustra opinaris exceptione non numeratæ pecuniæ te esse munitum, quando (ut fateris [16]) in ejus vicem, qui erat obligatus, *Subsitumeris* te debitorem.

De Condictione *& exceptione.*

VII. Idem A. Juliano, & Ammiano.

SI quasi accepturi mutuam pecuniam adversatio cavistis, quæ numerata non est, per *Condictionem* [17] obligationem repetere: [&] si actor non petat, vel *Exceptione* non numeratæ pecuniæ adversus agentem uti potestis.

Heredibus, & in heredes quando competat.

VIII. Idem A. Materno.

SI intra legibus definitum [18] tempus, qui cautionem exposuit nulla querimonia usus, defunctus est: residuum tempus ejus *Heres* [19] habebit tam adversus creditorem, quam adversus [ejus] *heredem*. †. Sin autem quæstus [20] est, exceptio non numeratæ pecuniæ heredi, & adversus [21] heredem ejus perpetuo competit. †. Sin vero legitimum tempus excessit, in querimoniam creditore minime deducto, omnimodo heres ejus, etiam si pupillus [22] sit, debitum solvere compellitur.

De Parte *non numerata.*

IX. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Zoilo.

CUm ultra [23] hoc, quod accepit, re obligati neminem posse constet, [&] si stipulatione interposita, placita creditor non dederit: in factum [esse] dandam exceptionem convenit. Si [24] necdum tempus intra quod hujus rei querela deferri debet, transiit; vel [25] si intra hoc in testando juri pāritum sit: nihil ultra hoc, quod accepisti, sortis à te nomine [aditus Rector] vel Præses provinciæ exigi patietur.

De probatione, & de longi temporis præscriptione.

X. Idem AA. Mezantio.

ASseveratio *debitum* [26] *solutum* contendentis, temporis diuturnitate non excluditur: Nec huic obloquitur, quod exceptio non numeratæ pecuniæ certa die [27] non delata querela prius evanescat: cum inter eum, qui factum adseverans [28], onus subiit probationis, & negantem numerationem, (cujus naturali tatione probatio [29] nulla est) & ob hoc [30] ad petitorem ejus rei necessitatem transferentem, magna sit differentia.

De transactione.

XI. Idem AA. Eutychiano.

SI transactionis [31] causa date Palladio pecuniam stipulanti spopondisti: exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potest.

De mandatore & fidejussore.

XII. Idem AA. Severiano.

TAm mandatori [32] quam fidejussori non numeratæ pecuniæ exceptio exemplo rei principalis competit.

De causa probatione, & de fidejussione debitoris.

XIII. Imp. JUSTINUS A. Theodoro P. P. [33]

GEneraliter sancimus: Ut, si quid scriptis cautum fuerit, pro quibuscumque pecuniis ex antecedente [34] causa descendentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, non jam ei licentia sit causæ probationem stipulatorem exigere, cum suis [35] confessionibus acquiescere debeat: nisi certe ipse è contrario per apertissima [36] rerum argumenta scriptis inserta, religionem judicis possit instruere, quod in alium quemquam modum, & non in eum quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum [37] esse judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere.

De tempore hujus exceptionis proponendæ. 1. De depositæ, de securitatibus publicarum functionum, vel datis. 2. & cæteris. 3. de Jurejurando. 4. quæ observanda sunt in hac querela proponenda.

XIV. Imp. JUSTINIANUS A. Menæ P. P.

IN contractibus, in quibus [38] pecuniæ, vel aliæ res numeratæ, vel datæ esse conscribuntur, non intra quinquennium (quod antea constitutum erat) non numeratæ pecuniæ exceptionem objecere possit, qui accepisse pecunias, vel alias res scripsus est, vel successor ejus: sed [39] intra solum biennium [40] continuum: ut eo elapso nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci possit: his scilicet, qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas etiam elapso quinquennio in præteritis temporibus adjuvabantur, etiam in posterum (licet biennium pro quinquennio statutum est) eodem auxilio potituris. §. 1. Sed quoniam securitatibus, & instrumentis depositarum rerum, vel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, justum esse perspeximus, hujusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere. Ideoque sancimus instrumento [41] quidem depositionis [42] certarum rerum, vel certæ pecuniæ, securitatibusque publicarum [43] functionum, sive in solidum sive ex parte soluta esse conscribantur, illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dotalium [44] instrumentorum de solura dote ex parte, vel in solidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi. §. 2. Super [45] cæteris [46] vero securitatibus quæ super privatis debitis à creditore [47] conscribuntur, *partem debiti sancimus* [48] *vel usurarum nomine solutam esse* significantes, vel adhuc fœneratitia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes, vel etiam futuram esse redhibitionem instrumenti fœneratitii promittentes, vel si qua alterius cujuscunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum, vel datio certarum specierum scripta est, securitas similiter data sit, depensas esse pecunias, vel alias res, vel partem earum significantes: intra triginta [49] tantummodo dies post hujusmodi securitatis expositionem connumerandos, exceptionem non numeratæ pecuniæ posse objici: ut si hi transacti fuerint, eadem securitas à judicantibus omnibus modis admittatur: nec ei liceat, qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum [triginta] dierum non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere. §. 3. Illo [50] videlicet [semper] observando: ut, in quibus non permittitur exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, vel ab initio, vel post taxatum tempus elapsum: in his [51] nec jusjurandum offerre liceat [52]. §. 4. In [53] omni vero tempore, quod memoratæ exceptioni taxatum est, ei licebit, cui talis exceptio competit, vel denuntiationibus scripto missis querelam non numeratæ pecuniæ manifestare [ei] qui numeravisse eam, vel alias res dedisse instrumento scripsus est: vel si [54] abesse eum his locis in quibus contractus

---

6 Datum pro missum commodo promisisse præstare cognitor; neque tutis fortasse de signatis facultatibus, ab ea præstandæ liberatur: ne filiusquin indemnis maneat, & non restituat, decipiatur? aut non solutum detur. *ff. de jure dot.* vid. *l. 56. ff. de reg. jur. & Instit. de Fide-jussor.* §. 4. post fallo, necessitatis.

7 *Instit. de Stipulat.* §. 2. *Instit. de Inutil. stipulat.* §. 1. *ff. de dolo malo*, & *ff. de exceptione.* 23 *Cujac. Lect.* 2. *Harmen.* 2. *Goldastor.* 52. *de exceptionibus.* vide annotata *Rebuffum tom. 1. tract. de obligationibus & fidejussoribus* reiquit. *articul. 1. fol. 128. num. 20. & sequentibus ad* 73. *annotationem 2. tract. de reqq. concer. art. annotat. 58. fol. 19. num. 256.* Hoc referre poterit *titul. de dote cauta non numerata ff.* §. 1. §. 3. & titulus, *de pignoribus* servationem numerationis primæ *fanctæ non fit. lib. 8. tit. 33. & Nov.* 100. *de non numerata dote.* In Gallia ut hæc exceptio servetur, & in ea non omnibus prodendi incumbat, dictum ad *l. 14. §. 1. ff.*

8 Vid. *l. 2. §. 1. ff. pignor. convenit.*

9 Ex hac numerata pecunia.

8 Sive nulla, sive minor pecuniæ quantitas sit numerata, potest *Senatusc. Hosil. ad. exp.* 6c. §. 2.

9 Exceptionem pecuniæ non numeratæ objicere debitor potest ex lata si pignora jam vel hypothecæ creditori sint dedita. *Synopf. ad. cap.* 62. imo etsi juraverit. *l. ult. §. ad.*

10 *l. 10. in fin. §. 13. §. ad. Senatusconsultum Nov.* 100. colligit, confessionem transferri onus probandi in actorem. Quidam etiam cautionem sucabulo hic intelligunt instrumentum privatum vel publicum, in quo mentio fit recepæ pecuniæ, non tamen numeratæ.

11 Exceptioni *Senatusconsulti* renuncian, qui corpit usuras vel partem sortis solvere. *Synopf. ad. cap.* 63. 2. *Harmen. 1. §. 3.* vide *Alber. 3 Jac. de usur. num. 208. ibi, Sexta fabrica ex intervallo.*

12 Pœna falsi exponis propriam scripturam, vel numerationem.

13 Parum meminisse & inficiando observa. Si quis mutuum fe accepisse inficiatus convictus fit, haud penam patitur, ut universum debitum exsolvere cogatur, licet excipiat, quidam quidem profitat solutionis a fe in partem debiti, factæ. *l. Harmen. 5. §. 65.* Eo etiam pertinere potest, quod apud eundem *Harmen. 5. Scholiaste 2. 10. 2. §. 10.* scribit eum qui partem debiti inficiatur, quod alterum solutam esse excipiat, omni probationis sustinere: aliter quam si totum debitum fuisset inficiatus. 14 Id est, ubi vere credita pecunia petitur: ut hinc colligere possis, hanc exceptionem locum tantum habere in mutuo: & sane tamen quodam non absimiles exceptiones in pignore & dote. 15 Puta venditionis. 16 Suscipiens alterius in se obligationem, exceptionem opponere non numeratæ pecuniæ non potest. *l. 4. §. de dotibus rec.* 17 Condici cautio dati chirographi potest, si ex eo numerata non sit pecunia: & ita actio, non tantum exceptio competit ei, cui non est numerata pecunia. *l. 3. §. de condict. indeb. l. ult. §. de condict.* ex *l. 15. §. de fidejussoribus. l. ult. §. de solutionibus. l. 3. §. de condict. sine causa. l. 9. §. exhibendum. l. 1. l. 2. C. Gregoriano. tit. si debito perfluus.* 18 Vid. *l. 14. §. ad.* 19 Ad hæredem exceptio non numeratæ pecuniæ transmittitur nisi tempus fit finitum. 20 Contestatio locum facit perpetuæ petitioni. *l. 87. §. 139. ff. de reg. jur.*

21 In heredem exceptio non numeratæ pecuniæ datur. 22 Heres etiam pupillus tenetur debito paterno. dixi ad *l. 4. §. de hered. act.* 23 Gratuitum hinc colligunt mutuum esse, & mutui debitorem non obligari ultra id quod accepit. *l. 17. §. de pactis. l. 11. §. 1. §. de reb. cred.* idem in pecuniam constituente pro alio. *l. 11. in fin. de pecun. constit.* idem in fidejussore. *l. 8. §. 7. §. de fidejuss.* An idem in pactis & stipulationibus? vid. quæ dixi ad *l. 13. §. de pact.* An idem in transactionibus rursus? vid. *l. 48. §. de pactis.* 24 *l. 14. §. ad.*

---

25 Negans numeratam fibi pecuniam exceptione pecuniæ non numeratæ intra biennium uti potest. Imo & post biennium, si modo intra illud tempus *Synopseos*: id est, protestationem interposuit. *Synopsis & Scholiastes 23. tit. 1. cap. 67. & 68.* 2. *Harmen. 2. §. 4.* protestationem igitur perpetuatur jus exceptionis *Synopseos.*

26 Exceptio non numeratæ pecuniæ, biennalis, biennalisve perpetua.

27 Id est, biennio. *l. 1. 4. §. ad.*

28 Qui factum adseverat, probare tenetur: qui factum negat, non tenetur. *l. 23. §. de probat.*

29 Dixi ad *l. 23. in fin. §. de probat.*

30 *l. 23. §. ad.* vid. *l. 23. §. ad.*

31 Petenti ex transactione non objicitur exceptio *Senatusconsulti. Synopf. ad. cap. 69.*

32 Reus principalis mandator & fidejussor *Senatusconsulti* possunt objicere.

33 Præfectis urbi. *Cujac. 3. obf. 3.*

34 Cave me tantum tibi debere ex antecedente causa aliqua, verbi gratia emptionis, & hoc specialiter edixi, id est scripsi? probationem à te exigere non possum. Cur? confessionibus meis acquiescere debeo. Tu non cogendus es probare te mihi aliquid vendidisse, vel te centum illis mihi numerasse: sed ipse probare debeo, nihil te olim mihi vendidisse? Hoc, inquam, probare debeo non perfunctorie, sed per apertissima tantum rerum argumenta scriptis inserta. Tantum dum id probavero, confessioni meæ prescripsæ stabitur, *ut hic. adde §. ult. Inst. de fidejussoribus. l. 30. ff. de verb. obl. l. 2. in fin §. de quæstionibus. præfer. l. 25. ff. de probat.* ex eo portas actoris subtinet. *l. 1. ff. de exceptionibus. adde authorem Syn. ad. c. 71. & 3 Harm. 5. §. 74. Conjectura ad Novell. 102.*

35 Sum confessioni quisque debet acquiescere, confessionem legitime factam nemo potest revocare. *vid. Dynum ad n. 21. de reg. in 6.* vid. etiam diligenter *Menochium. 4. 29. de arbitr. n. 208. in pr.*

36 Falsitas instrumenti sestibus potest argui. vid. *Mynsing. 4. obs. 31.*

37 Quibusdam casibus hoc non est indignum. vid. *Mynsing. 4. obs. 31.*

38 Id est, non aliis quam in mutuo. 39 *Διακρυσθεῖσα τὴς διακρύσεως* protestatio seu exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium continuum opponi debet: alias quinquennio, hodie biennio continuo extinguitur: exceptio iis quibus jure speciali olim concessum erat, etiam post quinquennium eam exceptionem opponere, *ut hic. Synopf. ad. c. 71. 2 Harm. 2. §. 8.* 40 *Inst. de literarum obligat. §. 2. Inst. de excep.* Hodie semper in Gallia auditur exceptiones non numeratam pecuniam, sed ei invicambit onus probandi. *Rebuff. tom. 1. contr. in præm. n. 99.* Goth. Quod cum Jure Canonico convenit, quo non numeratæ pecuniæ exceptio etiam post biennium opponi potest in vim exceptionis doli mali. vid. Dyn. *ad cap. Inquisitori, de reg. jur. in 6.* Panorm. *cap. ult. extr. de fidei.* Felin. *cap. si cautio. n. 60. de fide instrum. Anz.* 41 Non numeratæ pecuniæ exceptionem nemo opponit adversus apocham seu instrumentum quo confessus est se depositum accepisse: sed nec adversus securitatem (*ἀσφάλειαν* Græci vocant) *depositi*, id est, de rebus fisci vel publicis functionibus & tributis, § *καὶ ἐπὶ τῶν ἀσφαλειῶν τῶν ἀποθεμένων*: hoc est, ad veras cautiones scriptam receptoriam de dote seu dotis receptæ. *Synopf. & Harm. d. loc.* 42 In deposito confesso vel (ut loquuntur interpretes) confessionato, non admittitur exceptio non depositæ pecuniæ. vid. *Roland. à Valle 1. cons. 17. n. 7.*

43 Vid. *l. ult. §. de apochis*, adde *l. 2. in fin. §. de quæstionibus. præfertur.* 44 Exceptioni non numeratæ dotis locus non est, si præter instrumentum dotis etiam apocha caverit maritus se dotem accepisse. vid. *Cujac. ad Nov. 102. in fin.* 45 Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra dies triginta potest opponere creditor adversus *ἀσφάλειαν* seu apochum solutæ sibi pecuniæ à fe debitori factam, alio nomine, quam depositi tributorum, & dotis: atque ita datur spatium triginta dierum à biennio, de quo supra quod datur, quum quis habet chirographum tanquam creditorius, fic alter postea dicit se nihil accepisse. Triginta vero dierum, cum creditor fecuritatem fecerit, veluti qui solidum vel partem acceperit. *Synopf. & Scholiastes ibid.* Dic apertius, biennii exceptio competit reo seu debitori: triginta dierum creditori. 46 In quibus non agitur de depositis, de tributis, de dote, ut *§. 1.* 47 Spe futuræ solutionis, si creditor apochum debitori tradidit, debitur etiam ei exceptio non numeratæ. 48 Vide quæ notavi ad *l. 8. in fin. ff. de publicis.* 49 In quibus causis pecuniæ non numeratæ exceptio opponi non potest, aut intra triginta dies deferatur, nec jusjurandum defertur. 2. *Harm. 2. §. 9. Synopf. dict. loc.* 50 Excipere cui non licet, jusjurandum deferre non potest. vide *l. 38. in fin. ff. de jurejur.* 51 Vid. tamen *Novell. 136. cap. 6.*

52 Exceptionem pecuniæ non numeratæ qui habet, nec opponere propter metum adversarii fibi potest, protestatione (Græcis *διαμαρτυρία*) apud præsidem vel apud Episcopum interposita tempus interrumpit. *Synopf. dict. loc.* 53 *l. 14. §. de contr. stipulat.*

tractus factus est, contigerit, in hac quidem alma urbe apud quemlibet ordinarium judicem, in provinciis vero apud viros clarissimos rectores earum, vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere. Sed si præsens quidem sit, qui pecunias numeravit, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem in hac alma urbe, vel in provinciis gerat, ut difficile esse videatur denunciationem ei mittere: licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios judices adire, vel in hac alma urbe, vel in provinciis, & per eos ei manifestare, cui exceptionem hujusmodi objicit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. †. Quod si in provinciis [vel] non sit alius administrator civilis, vel militaris, vel propter aliquam causam difficile sit ei, qui memoratam querelam opponit, adire eum, & ea quæ dicta sunt, facere: licentiam ei damus per virum reverendissimum Episcopum [1] eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere. †. Quæ etiam in exceptione non numeratæ dotis [2] locum habere certum est. Dat. Kal. Jul. CONSTANTIN. D. N. JUST. A. II. CONSS. 528.

1 *cf.* 21. *T. de Episcop. aud.*

2 Vid. *T. de dote non numer.*

In AUTHENT. de temp. non sol. pec. super dot. §. si autem. coll. 8. tit. 1. al. coll. 7. 11. Nov. 100. cap. 1.

Hanc autem querelam in scripto fieri oportet, & si quis eam in judicio faciat: oportet eam mulieri, vel omnimodo ei qui dotem conscripsit, innotescere.

Qui possunt hac exceptione uti.

XV. Idem A. Mennæ P. P.

3 Adde *l.* 13. *ff. de fidejuss.*

Si cui non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio: etiam eo supersedente tali auxilio uti, vel præsente, vel absente, creditores ejus (sive ipsi conveniantur, utpote res eius detinentes ab his, qui debita ejus exigunt, cui competit hujusmodi exceptio, vel dotis, vel alterius causæ nomine: sive contra alios possidentes aliquam actionem ipsi moveant) [possint] in examinando negotio suis adversariis eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere: nec [3] eo prohibeantur, quod principalis debitor ea nunquam usus sit: ita tamen, ut neque principali debitori, neque fidejussori ejus aliquod præjudicium generetur, si is qui eam exceptionem opposuerit, victus fuerit: sed possint illi postea si conveniantur, intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri.

4 Aut contra instrumentum quæstigiatum, aut confessionem non numeratæ pecuniæ exceptio opponi potest. vid. Groeneweg. hic: & Censur. Forens. postfatum *lib.* 4. *cap.* 18. S. L.

5 Vid. *l. ult. ff. ad municip.* adde specium *l. penult. C. de transact.* & ita non obstante juramento potest excipi de non numerata pecunia, hoc est exceptio non numeratæ pecuniæ locum habet etiam in jurata cautione. *Synopf. Basil. d. tract. c.* 76. Jurata porro cautio Græcis ἔνορκος ἀσφάλεια. De gratia jurisjurandi dixi ad *lib. I. tit.* 4. quo sit petendi vid. *Roland. à Valle 1. consil.* 6.

TIT. XXXI.

DE COMPENSATIONIBUS. [6]

6 §. 39. *Inst. de actionibus. & xvi. D. eod. adde Paul. 2. sententt. 5. §. 3. Ordinarius de except. compenſat. cap.* 47. *de excep.* In Gallia consuetudinaria compensatio apud judicem fisci regiis non admittitur: quod ad compendium figilli Regis excogitatum refert Rebuffus *tom.* 1. *de frumen. conſtit. gl.* 5. *num.* 57. Goth. Ad hunc tit. vid. Cujac. *lib.* 6. *observat. cap.* 26. & *lib.* 15. *cap.* 12. & *num.* 3. *comment. ad jus civil.* S. L.

Fisco petenti ex eadem non ex aliena stratione fit compensatio.

I. Imp. ANTONINUS A. Dianensi.

Et Senatus censuit, & sæpe rescriptum est, compensationi in causa fiscali, ita demum locum esse, si eadem [7] statio [8] quid debeat quæ petit. Atque hoc juris propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cujus mentionem fecisti, deberi constiterit: quamprimum recipies.

Judicata res solvenda non soluta compensatio recte petitur.

II. Idem A. Asclepiadæ.

Ex [9] causa quidem judicati [si debitum] solum repeti [10] non potest, ea [11] propter nec compensatio [12] ejus admitti potest. †. Eum vero, qui judicati convenitur [13] compensationem pecuniæ sibi debitæ implorare posse nemini dubium est.

Respublica debitor certis casibus compensationem non objicit.

III. Imp. ALEXAND. A. Capitoni.

In ea, quæ Reipublicæ te debere fatetis, compensari ea quæ [invicem] ab [14] eadem tibi debentur, is cujus de ea re notio est, jubebit: si [15] neque ex Kalendario, neque ex vectigalibus [16], neque ex frumenti, vel olei publici pecunia, neque tributorum, neque alimentorum, neque ejus qui statutis sumptibus servit, neque fideicommissi civitatis debitor sis.

7 Στατίων. Fiscus in diversis provinciis quosdam habuit, qui res ipsius curarent. Curatio quælibet appellatur statio. *Synopf. G. ex lib.* 24. *tit.* 10. *cap.* 25. & *ibid. Scholiaſtes.* stationis fiscalis fit alibi mentio in *l.* 1. *ne fiscus rem quam vendid. lib.* 10. *l.* 9. *T. de ſuſceptoribus. l.* 2. *T. de ſolut. & liberationibus.* Curationem hic voco, non locum stationis. vid. *Cujac.* 24. *obſerv.* 37. non ipsas mansiones, in quibus officia fiscalia constituunt. vide *Cujac. ad l.* 1. *T. ne fiſcus.* non officium statumerarii, sed ipsum stationarium & curatorem fiscalem. His ita cognitis dicamus, fisco agenti compensationem objici posse: sed tunc tantum cum eadem ex statione debet non alia. Num cujusque stationis ratio seperata est, verbi gratia καθολικὸς; seu generalis Alexandriæ debitum fiscale petit: Reus seu debitor contra, tantundem à fisco Antiochiæ sibi deberi ait? quam alia statio sit, exceptionem non habebit: si aliter compensationes petuntur, συζήτησις ἀμφίβολος καὶ οὐ λύσει τὴν ἀκόλουθον, cautiones ipsæ & rationes generalium confundantur. *Synopſis Baſilic. & ibid. Scholiaſtes* 7. *tit.* 6. *extr.* 10. *cap.* 115.

IV. Iidem AA. Anthemio P. P.

MErcatores tam imperio nostro, quam Persarum Regi subjectos, ultra [10] ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione nobis convenit, nundinas exercere minime oportet: ne alieni regni (quod non convenit) scrutentur arcana.

†. Nullus igitur posthac imperio nostro subjectus, ultra Nisibin [11], Callinicum [12], & Artaxatam [13] emendi, seu vendendi species causa proficisci audeat: nec præter memoratas civitates cum Perſa merces exisſimet commutandas. Sciente utroque, qui contrahit, & species quæ præter hæc loca fuerint vendatæ, vel comparatæ, sacro ærario nostro vindicandas: & præter earum rerum pretii amissionem, quod fuerit numeratum, vel commutatum, exilii se pœnæ sempiternæ subdendum. Non defutura contra judices, eorumque apparitores, per singulos contractus, qui extra memorata loca fuerint agitati, triginta librarum auri condemnatione, per quorum limitem ad inhibita loca mercandi gratia Romanus, vel Perſa commeaverint. †. Excepti videlicet [his,] qui legatorum Persarum quolibet tempore ad nostram Clementiam mittendorum iter comitati merces duxerint commutandas: quibus humanitatis [& legationis [14]] intuitu extra præfinita [etiam] loca mercandi copiam non negamus: nisi sub specie [15] legationis diutius [16] in qualibet provincia residentes, nec legati reditum ad propria comitentur. Hos enim mercaturæ insistentes, non immerito una cum his cum quibus contraxerint, seu resederint, pœna hujus sanctionis persequetur.

De numero collegiatorum, & substitutendo aliquem in locum defuncti.

V. Iidem AA. Actio P. P.

CEssante omni ambitione, omni licentia, quingentorum [sexaginta trium] collegiatorum [17] numerus maneat, nulli quæ his addendi, mutandive, vel in defuncti locum substituendi pateat copia: ita, ut judicio tuæ sedis sub ipsorum præsentia corporatorum, in eorum locum quos humani subtraxerint casus, ex [18] eodem quo illi fuerant, corpore, subrogentur: nulli alii corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

De civitate vetustis legibus inclyta transgredientibus, vel peregrinos negotiatores suscipientibus.

VI. Iidem AA. Maximo Comiti sacrar. largit.

SI qui inclytas nominatim vetustis legibus civitates [19] transgredientes ipsi, vel peregrinos negotiatores sine Comite commerciorum suscipientes fuerint deprehensi: nec proscriptionem bonorum, nec pœnam perennis exilii ulterius evadent. Ergo omnes patiter, sive privati, sive cujuspiam dignitatis, sive in militia constituti, sciant sibi, aut ab hujusmodi temeritate penitus abstinendum, aut suprædicta suppliciis subeundum.

---

1 Commercium quid, vide apud Bynk. lib. 1. 9. 3. T. ad. l. Jul. de annon. §. 2. Instit. de inutil. stipul.

2 l. 5. C. Theod. de Judæis celebrand. lib. 13. tit. 1. l. 1. C. de apost. and.

3 Hominum vocabulo fit jure nunquam intelligentur procuratores, actores, advocati, conductores emphyteuseos, curatores, tutores, vasalli. vide l. 2. §. 1. T. de apost. de decur. l. 1. l. 4. de decurion. l. 2. §. de candidatis & prærogativa eorum exercitoriæ, vide Cujac. lib. obser. 14.

4 Adde quantum ex oratione Cicer. pro L. Flacco.

5 Negotiatores pro mercibus quas exerit in regno Persarum, in Barbaria, non perfert aurum, sed alias species reddunt: qui secus fiunt plectendos: Judex qui id facientem non punierit, tanquam auctor punitur. Quippe Barbaris aurum aut solum non permandum, sed etiam quidquid apud eos auri est, auferendum. Symm. Rescr. 36. ad. 11. vide annotationem ultim. c. 20. Nobis itaque cum Barbaris (inquit Turcis & similibus) permitta videtur omnis permutatio non emptio.

6 Negotiatores, pro mercibus quas exerunt in Barbaria, non perfert aurum, sed alias species reddunt. 36. Est. vide annotationem ultim. adde l. 2. T. quæ res pignori.

7 Judex facilis auctius punitur, vide Buleng. 2. pract. 6. num. 40.

8 Nobiliores arcentur à mercatura, non quod mercatura sit res aliena, sed enim mercatura jure gentium) sed quia plebeio difficile est mercimonia cum nobili. Molinæus de usur. num. 19. Quisquis hoc facere est, ex nimio decore non negotiari & fœnerari.

9 Mercatura tribus hominum generibus interdici videtur, nobilibus, magistratibus & fœnebris aut sanctis, diuinis: nempe ut facilius sit emendi vendendique commercium, *merces ab illiberi non negotiatores*, inter plebeios & negotiatores. *ut hic. Bynkersh. Rapt. lib. 18. ex lib. 56. tit. 1. c. 21.* quod postea fabulam videtur aut certe desuetum. Non tribus Harmenopulo 2. *tit. 5. §. 19. tres merces equidem negotiorum.* omnibus commercia exercendi permissa est. Gail. Vid. *l. 6. Cod. de negotiat.* An exercitia mercaturæ obsint dignitatibus, vid. Tiraquell. *de nobilit. cap. 33.* Guid. Papon. *quæst. 196.* Mynsinger. *cent. 6. obs. 54.* Anet.

10 *l. ult. T. ad.* 11 Nisibis: quæ Philosi Nasabis & columnas significat. Ourania Nesibis, quæ vox Phœnicum lingua significat lapidum comportatorum cumulum. *Stephanus de urb.*

12 Callinicus dicitur Ammianus *lib. 23.* id est, munimentum robustum, commercandi opimitate frequentatum. 13 Artaxata Armeniæ urbs est. *Strabo 11.* ab Artaxia rege Armeniæ ita dicta. *Stephanus lib. de urbibus.* 14 Legatis eorumque comitibus multa indulgentur. 15 Legationis privilegio nemicum abuti oportet. 16 Frequenti delicto pœnam augeri hinc colligitur, quæ de re, vide *Bolognet. 3. pract. 16. num. 7* 17 Vide T. *de collegiatis.* Collegiati hic sunt comites. *l. 1. C. Th. de legitimis collationar.* 18 *Vide Forner. 2. select. 21.* 19 *l. 4. T. eod.*

TIT. LXIV.
DE RERUM PERMUTATIONE[20], ET PRÆSCRIPTIS[21] VERBIS.

De evictione.

1. Imp. GORD. A. Theraſæ.

SI cum patruus tuus venalem possessionem haberet, pater tuus pretii nomine (licet non tanta quantitate) aliam possessionem dedit; idque [quod] comparavit: non injuria judicis, nec patris tui culpa evictum est, ad exemplum ex empto actionis non immerito id quod tua interest, si in partis jura successisti, consequi desideras. At enim si cum venalis possessio non esset, permutatio facta est, idque quod ab adversario præstitum est, evictum [22] est: quod datum est, si hoc elegeris, cum ratione restitui [23] postulabis.

Collatio emptionis & permutationis.

11. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Primitivæ.

PErmutationem [24], utpote [re ipsa] bonæ fidei constitutam, sicut commemoratas, vicem [25] emptionis obtinere, non est juris incogniti.

De actione.

111. Iidem AA. & CC. Leontio.

EX placito [26] permutationis, nulla re secuta, constat nemini actionem competere [27]: nisi [28] stipulatio subjecta ex verborum obligatione quæ fierit partibus actionem.

Si is, qui fundum ex causa permutationis accepit, eum vendiderit.

IV. Iidem AA. & CC. eidem Leontio.

CUm precibus tuis expresseris, placitum inter te, & alium permutationis intercessisse, cumque fundum à te datum vendidisse, contra emptorem quidem te nullam habere actionem perspicis, cum ab eo susceperit dominium, cui te tradidisse titulo permutationis non negas. Sed si secundum fidem placiti stipulatio subjecta est: successores ejusdem, cum quo contractum habuisti, convenire non prohiberis. Si vero nulla stipulatio intercessit, *præscriptis verbis actio est*, ut [29] *vel fides placiti tuis servetur*, vel quod alterius accipiendi fundi gratia dedisti, causa [30] non secuta restituatur.

De datione fundi, ut accipiam domum.

V. Iidem AA. & CC. Theodolanæ.

QUoniam adseveras, patrem tuum ei contra quem preces fundis, hac conditione dedisse fundum, *ut invicem domum certam accipere*: aditus Præses provinciæ placitis cum patere, vel si causam [31] propter quam fundus datus est, sequi non perfexerit, conditionis ratione datum [à te] restituere, sicut postulas, jubebit.

De lege traditionis.

VI. Iidem AA. &. CC. Protogeni.

REbus certa lege traditis, si huic non paretur, præscriptis [32] verbis incertam civilem dandam actionem, juris authoritas demonstrat.

De frumenti datione ut accipiat oleum.

VII. Iidem AA. & CC. Timotheo.

EMptionem rebus [33] fieri non [34] posse, pridem placuit. Igitur cum frumenti certam modiationem Callimacho & Acamato te dedisse, ut tibi tepræsentent olei designatum pondus, adseveres: si placitis citra stipulationis solennitatem non exhibeant fidem, quantum dedisti, causa [35] non secuta condicere pro desiderio tuo potes.

De lege donationis.

VIII. Iidem AA. &. CC. Paulinæ.

EA lege [36] rebus donatis Candido, *Ut quod placuerat, manifestatum seu summum tibi præstaret*, hujusmodi conventio non nudi pacti nomine censeatur, sed rebus proprius dictæ legis substantia muniatur: ad implendum [tibi] placitum (sicut postulas) præscriptis verbis [37] competit actio.

---

25 Permutatio vicinus emptioni. *l. 2. ff. de rer. permut.* instar emptionis. *Nov. Valent. tit. 2 ff. de conf. his quæ adscript. quasi emptio. l. 62. ff. de leg. 2.* Qui permutat, emptori similis. *l. ult. ff. quib. ex caus. in poss. & leg. Sicig. 3. c. 4.* non tamen idem. *l. 1. ff. de rerum permut.* Permutatio fit rebus. *d. l. 1.* non emptio. *l. 1. T. eod.* Interdum pecunia cum facto permutatur. *l. ult. ff. de constit. cauſa data.* vbius si quis, pecuniam accipiat, ut manumittat. Hujusmodi species non est emptio, sed vel permutatio vel locatio. *l. 3. §. 2. ff. de præscr.*

26 Vid. *Cujac. 11. obs. 17.*

27 Differt in eo permutatio ab emptione: Hæc, nudo consensu: illa, re perficitur. *l. 1. §. 2. ff. eod.*

28 Stipulatio adnexa contractui innominato, facit ut non sit locus pœnitentiæ. *l. 3. T. de contrahend. stipul.*

29 *l. 5. in fin. T. eod.*

30 *l. 7. in fin. T. eod. l. 1. in fin. ff. de rer. permut.*

31 *l. 4. in fin. T. eod.*

32 *l. ult. in fin T. eod. l. 18. ff. de præscr.* vide *l. 2. T. de pact. int. empt.*

33 Sed pecunia numerata. *l. 1. §. 1. ff. de contrab. empt. §. 2. Inst. de empt.*

34 Ima emptio pridie temporibus, etiam sine numero

fuit. *l. 1 ff. de contr. empt.* Ubi versibus Homericis probatur rebus facta emptio. hic apud Virgil. 2. Georgic. emendi verbum est sine nummo, ille versu: *Regno filii generosum Turnus emat armentum nostro.* Et alioquin Roma prima pretium pendebant in tractus, & per tractuum solvebant (usque vestigium tructim in mile Saturni, unde Ennius: *Pecus dispendia pendunt.* Hinc libripens in emptionibus. *Varro 4. de lingua: §. 1. Inst. de testament.* Per contrarium permutatio cum pecunia signata esse potest. *l. cum hi §. 5. §. si cui 24. ff. de transact. l. ita constante 26. ff. de jure dot. l. si mulier, 21. ff. de pactis dotal. §. constituitur. 2. Inst. de usucap. Villetus 32. c. 8.* vide *Perezianum Negotiantis c. 48. & 49. l. 4. in fin. T. eod.* 35 Rebus certa lege datis, ex ea lege datur actio. *l. 10. T. de pactis. l. 1. de pactis conventis.* non datur autem ex nudo pacto, ut hinc constet, pactum datione in contractum transire, seu potius, contractum esse cui inest pactum: cum nihil referat præcedat an sequatur pactum. *l. 3. T. de edictis edicendis.* vide *Cujac. 11. obs. 17. in fin.* 36 Pactum datione munitur, & transit in contractus nomen. vid. *Cujac. 11. obs. 17. in fin. & 14. obs. 28. in fin.* 37 *l. 6. T. eod.*

TIT. LXV.
DE[38] LOCATO[39] ET CONDUCTO.

De rei interitu.

1. Imp. ANTONINUS A. Agrippino.

DOMINUS horreorum periculum vis majoris [40], vel effractum [41] latronum, conductori præstare non cogitur [42]. His cessantibus, si quid extrinsecus [43] ex depositis rebus, illæsis horreis perierit, damnum depositarum rerum [ei] resarcire debet.

De ædificio extruendo.

11. Idem A. Epicteto.

ADversus eos, à quibus exstruenda ædificia conduxisti [44], ex conducto actione contendens, eo judicio, quod est bonæ [45] fidei, debitum cum [46] usuris solitis consequeris.

An inquilinus expelli possit.

111. Idem A. Callimorphoniæ.

ÆDe [47] quam te conductam [48] habere dicis, si [49] pensionem [50] domino in solidum [51] solvisti [52], invitam [53] te expelli

---

38 Dixi ad XII. D. tit.

39 Locator non is est semper qui mercedem accipit, nam qui locat alterius operas, dat mercedem. Divi potest generaliter Locatorem esse eum qui dat utendum vel faciendum aliquid: Conductorem esse, qui quid accipit utendum vel faciendum: ut sæpe nihil aliud sit, quam utendum vel faciendum aliquid dare, conducere, accipere. vid. *Cujac. 12. obs. 28.*

40 *l. 33. in fin. ff. eod.*

41 Aggressorum. *l. 15. T. eod. l. 34. l. 55. ff. eod.* 42 Nisi custodiam in se receperit. *d. l. 55.* 43 Locator vim, & casum non præstat, sed culpam. 44 Conductor ædificii extruendi hic ipse opifex est, & architectus qui mercedem accipit: qui locat ædificium exstruendum, pecuniam numerat: etsi conductori pecuniam tardius quam par sit, numeret, usuras præstat. Harum vocum vim ignorarunt olim Accursio veteres. 45 *l. 17. T. eod.* 46 In locato veniunt usuræ ex mora. *Salic.* Fabet qui præstitit operam nec recepit mercedem, eam petit cum usuris. *Bald. l. 17. T. eod.* 47 *Synopsis Basil. 20. tit. 1. atqui leitur cap. 54. & 3. Harmenop. 8. §. 56.* Infirla: quidam ita legunt apud Accursium, quibus accedit lex 30. *ff. eod.* utut sit, hypothesis hujus legis adaptari potest ad prædia rustica. vide *Cujac. 10. observ. 38.* quibus casibus colonus male versatur in re conducta. vide Imbertum *in Enchiridio, in verbo, Le fermier.* 48 Conductor casibus hac lege comprehensis à locatore potest expelli. Quid emphyteuta: num illidem ex causis expelli potest? non potest: tametsi inter emptionem, & emphyteusim magna similitudo sit. *l. 1. T. de jure emphyteut.* Idque post Jason. And. & Jasonem notat Hippolytus Marsil. *singulari 94.* 49 Inquilinus, quandiu pensionem solvit, à dominio expelli non potest: nisi vel ad proprium usum, eumque necessarium domo egeat, eamve reficere velit, vel inquilinus ea male sit usus. *l. 23. Eulog. 2. c. atqui is dicens. 14. & 3. Harmenop. 8. eap. atqui exaptus.* 50 Partis suæ solutio non sufficit. *l. 41. §. 1. in fin. ff. de usur.*

51 Vel parata sit solvere: Offerens enim dare proximus est. *Novell. 91. c. 2. in fin.* Aliud ergo fuerit, nunc commissa in solvendo. Quid: eo casu cujus temporis mora spectabitur? die, triennii moram requiri in emphyteuta rei privatæ: in ecclesiasticæ emphyteuta, triennium. *l. 2. T. de jure emphyteutico.* In conductionibus biennii moram requiri, si conductor non apparebit. *l. 56. ff. eod.* aut si pretium sit & pactum ei de non expellendo factum sit. *l. 54. §. 1. ff. eod.* His conductibus nonam statim prima pensione committi. Alii dictam legem 56. & leg. 54. referunt ad eum qui in hortum conduxit Cyrus & Baldus *hic. Cujacius Novell. 7. fol. 332.* utrumque legem refert ad quemlibet conductorem, hac sententia, Quemlibet conductorem expelli posse biennii cessationem: & hinc refert illud Martialis 32. *Epigramm. 32. Vide, Placentin, sortimur tuas, vide, quas non recusat pensiones pro hima parendat annus.* 52 Primus casus quo locator conductorem jure potest expellere, is est, si mercedem vel pensionem non solvit: etiamsi pactum factum sit de non expellendo. vide *Peregrinum in forma libelli, qua agitur ad facti præstationem 42. in verbo Interpretat. n. 7.*

53 Conductorem. ergo à contrario, invito locatore conductor ante tempus migrare non potest, quod perpetuo verum non est. dixi ad *l. 27. §. 1. l. 55. in fin. ff. eod.* addam etiam quodam alio ad *l. 33. T. eod.*

1 Jure civili licitum fuerit locatori, fugato ipso conductorem expellere. Jure Gallico expellitur officio judicis. *Imbertus d. loc. Papon. 10. Arrest. 3. num. 6. in fin.* Paponius refert, Senatusconsulto (quod tamen Imbertus dicto loco videtur negare) comprobatum fuisse factum ejus qui conductorem, finito conductionis tempore excedere nolentem, vi expulserat. *1. Arrest. 3. num. 6.*

2 An nomine actio competitura id quod interest? vide *l. 15. J. eod.*

3 Secundus casus quo locator conductorem expellere potest. Propter insopinatos casus licitum est domino recedere à conventis. *Bald.*

4 Propria commoda alienis anteponere licet. Propria intelligi, sua, suorumve, puta uxoris, liberorum: hoc enim videtur tacite excipi, & postrigi ad liberos & uxorem, propter fusionem ejusmodi personarum inter se conjunctionem. Quandam enim laxius ex æquo & bono intelliguntur, quod in usu relicto uxori, vel marito perspicitur. *l. 2. 3. 4. 5. ff. de usu. & habit.* Huc etiam facit, quod propter supervenientes liberos donatio revocari possit. *l. 8. J. de revocandis.* ergo & locatio: neque hi injuria conductori, cum idem eidem in pari causa sit permissum. Debuit quoque id intelligere, à parente nunquam locationem ita fieri quin ei citra liberorum necessitates excipiat. Huc aptari potest quod scripsi ad *l. 13. in verbo, Tam pro se quam pro filio T. de advoc. diversi. judic.*

5 Necessitas facit aliquid esse licitum. Hujus necessitatis exemplum elegans vid. apud Paponem 10. *Arrest. 3. num. 3.* 6 Tertius casus quo conductor expelli potest. 7 Necessario, *l. 1. 35. ff. eod.* (*Græcis verbis utitur 3. Harm. 8. § 36.*) tunc dominus prædii pro rata temporis deducere ex mercede tenetur. Quid si dominus initiale citra necessitatem demolitus quid fuerit, ut melius tamen reponeret? præstare tenebitur quanti conductori interfuerit non migrare. *l. 30. ff. eod.* Hoc tamen semper verum non videtur. Nam si quid transversarium dominus reficit, idque conductori sit incommodo, nihil locator conductori ex mercede deducet. Aliud omnino futurum est si necessariam crassiculi partem aperuerit. *l. 27. ff. eod.* 8 Puta hoc casu, domum esse refectam, & eo nomine inquilinum expulsum: quæri potest, utrum domo refecta possit inquilinus se in veterem locationem restitui jure postulare? Inquilinum id jure petere posse notat Accursius *in l. si duob. 3. §. 3. in verbo dominum. ff. uti possidetis.* quod Bartolo notatu dignum videtur *ibidem*, ut & Romano *singulari* 234. & Cremensi *singulari* 71. Quid? in integrum tempus conventæ conductionis restituetur conductor, initio tantum facto à domo refecta, an potius ab eo tempore quo conductione expulsus est? hoc verius videtur. Lege enim permittente factum à locatore, pœnam ei inferre non debet. *l. 26. ff. de damno. l. 55. l. 129. ff. de reg. jur.* ut id damni conductoris quam locatoris esse periculo sit æquius, emptionis exemplo, à qua perfecta transit illico periculum in emptorem. *l. 1. & passim, ff. & C. de periculo, & commodo rei venditæ.* Rarius quæri potest, quam pensionem præstare inquilinus debeat, an quæ initio conventa est, an ampliorem, habita ratione domus refectæ, & in commodiores forte usus mutatæ? Id æquius esse videtur: ne cum alterius jactura locupletetur. *l. 6. §. 3. ff. de negotiis.* & aliquoi constat, conductori mercedis deductionem fieri, si incommodior ejus habitatio refectione reddatur. *l. 27. ff. eod.* ut ex contrario debeat augeri merito, si commodior sit effecta. 9 Quartus casus quo conductor à locatore expelli potest.

10 *Nyndt. 120. cap. 8. Symmachus in epist.* Conductæ ædibus ita abusus est, ut parvo licet tempore ibidem locis labem consilio intulisse dicatur: *& post*, geminum beneficium à vobis expobulat: primum, ut improbitimus inquilinus locorum intentione depellatur. Deinde, ut habita deteriorata rei æstimatione justa sumptus inflaurationis agnoscat. 11 Sunt & aliæ causæ præter superiores? Certe sufficirus non est causa conductoris expellendi, quod alius uberiorem pensionem offerat. *l. 21. J. Cujac. 12. observ. 38.* adjicit, conductorum malos ab mores, vel ob æstimationem malam, vel si conventa difficilis sit, aut si nullum cum eo negotium agitur, quia cum eo lis sit aliqua, expelli posse: quod ad mulieres illandatæ famæ & vitæ, veluti meretrices & lenones extendunt leges. *Novell. 14. cap. 1. l. 4. J. de spectacul.* vid. *Papon. 12. Arrest. 9. num. 14. ibi, Putatio post effra contrahit de vendito & non mutato, 25. ibi, Putatio n'est reputé en faveur de mauvais. Zalius in l. 1. ff. soluto matrim. num. 39. 40.* Post Alexandrum, Ancharanum, Imolam, Speculatorem, hoc videtur etiam referre ad fabros, & id genus artifices, quorum nimis violento artificio auditorii, vel templi quies turbari potest: & ad eos studiosos qui fistulando, cantando vel alitori voce legendo, vicinis studiosis sunt molesti: idque utilitati publicæ deberi putat. An conductor possit expelli ante tempus ab emptore fundi, vide *l. 9. J. eod.* An ab heredibus locatoris: An conductore mortuo eius heres expelli possit, vide *l. 10. J. eod.* An quia rem alteri locaverit, vide *l. 6. J. eodem.* Quid si præmunerarit integræ locationis universam pensionem? non potest expelli. vide *Forcatulum form. 42. §. 2. numer. 9.* Quid si usufructuarius fructuarium fundum locavit plures in annos, idque sit mortuus? Proprietarius non cogitur stare locationi. *l. 9. §. 1. ff. eod.* Quid si tacita reconductio secuta est? vid. *l. 16. J. eod.* Quid si obmutandæ conductionis causa, jus hypothecæ in rem conductam conductor habuerit? dicam ad *l. 9. J. eod.* Quid si plures in annos facta fuit locatio, verbi gratia in decem annos? Papinius notat, SC. Parisiensi vetitum, ne hujusmodi conductorem liceat expellere, cum ei utile dominium competat, & ob naturalem possessionem interdictum possessorium. *l. 1. ff. si ager vectigalis.* Glos. *l. si, ut certo. 5. §. si domino 15. ff. commodati. l. si quis cum 10. ff. de adquir. possess.* vid. Papon. 10. *Arrest. 3. num. 2.* 12 Ut & alibi ad Præfectum urbi. *l. 1. §. 3. ff. de off. præfect. urbi.* 13 Dixi ad *l. 2. §. 5. ff. qui potiores habeantur.* expressa. *ut l. 1. T. de sacrosanct. eccles. l. 4. ff. de adim. leg.* non tacita. *l. Pomponius. 5. ff. in quibus causis pign.* ut in ea re differat prædium rusticum ab urbano: & illata in rusticum prædium nunquam tacite obligantur, etiamsi dominus fuerit (hoc adversus Accursium & receptam opinionem defendit Forcatulus 17. Necyomantia) illata in ædes tacite sint obligata. *l. 2. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth.* Rationem differentiæ eam esse, quod in ædibus & urbano ædificio nihil aliud sit consuetudo quod locatori obligetur: in rustico, etiamsi illata non sint, pignori fructus sint. *l. sed. pure. 4. in l. prædia. 7. ff. in quib. caus. pign.* & breviter illata in rusticum prædium non aliter esse pignori, quam si expresse pignorata sint. *arg. l. 1. §. ult. ff. de Salvianis.* idque in Serviana, & quasi Serviana & Salviano interdicto esse. *§. item Serviana. 7. ubi Treb. l. dextor. 59. ff. ad Trebell. §. sequens. 2. Inst. de interdictis. l. 1. §. hoc interdictum. 2. ff. de migrande.* Deinde hic non quæri an invecta in rusticum prædium indistincte fiat pignori locatori: sed an invecta à colono seu servo alicujus fiat conductori pignorata. Hoc eodem definiri: invecta à servo, non esse pignori, nisi dominus ipse expressè consentiat.

13 Horrearius conductus effracti horrei non debet nisi specialem custodiam reprominisse. *l. 55. l. 60. in fin. ff. eod.* & vim. *l. 15. §. 1. ff. eod.* 15 Id est, si expressim & nominatim conventum, ut illata esset pignori locatori. *vid. l. 11. §. 1. ff. qui potior.* 16 Inducta, invecta, illata in urbanum prædium, tacite obligantur *domino*, etiam ignoranti, *ut hic. l. 4. ff. de pactis. l. 4. ff. in quib. caus. pign. in rusticum, (cienti tantum. §. sed. 7. Inst. de actionib. id est*, ei qui id fieri patitur. *l. 11. §. 2. ff. qui patior.* Cujus rei differentiam Cujacius ad solos populi Romani mores refert. vid. quosdam alia apud Forcatulum *dicto* 23. *Mornacium.* Cæterum id privilegium tacitæ hypothecæ mutari ulla conductoris qualitate non potest. vid. *Papanum 10. Arrest. 3. num 4. 5.*

17 Quo vocabulo, communi opinione, interpretes negant, intelligi merces. *arg. l. 32. §. 2. ff. de usufr. leg.* vid. *Mornac. l. pretii. 30. c. 2. 20. Ecl. 2. c. 66. l. 7. l. 4. 8. l. 60. ff. eod.* 18 The *Scypha* fundum. *Synopsis Basil. 20. tit. 2. c. 66.* 19 Personæ (scil. idoneæ. *l. 7. ff. de usu & habit. arg. Novell. 14. c. 1. l. 17. §. 1. ff. de usufr. & l. 19. T. de usufr. & aler.* 20 Conveniri potest, ne conductor rem conductam alii locet. 21 Qui conduxit ad certum tempus, si tempora expleto spatio permanserit, videtur in alium annum conducere. Verum subjungitur ipsius eo, quod remissum sit tempus conductionis non amplius obstringatur, nisi de integro conduxerit. *Synopsis. Basil. lib. 2. tit. 22.* Octavianum. *Mat.* vid. *l. 7. J. S. T. de emptione.* Octavianum, vel octavarium vectigal observa. 23 Videjussor conductoris vectigalium, finito tempore non tenetur: licet is pro quo fidejusserit de novo conduxerit. *Salic. l. 13. §. 11. quæst. Edictum ita verum est. quæst. Eadem causa erit. ff. eod.* 24 Sterilitas quæ vitio cœli accidit, non est periculo coloni, nisi vel aliud conventi, vel mos regionis id postulet. Ad priorum tamen annorum ubertates sterilitatum quæ accidit, recensari convenit: atque ita in subsequendo residuum damnæ, post fertiles annos, coloni rationem haberi. *Synops. 20. tit. 2. c. 68.*

labat.) *Et, si qua hæc 25 tempestates, vel alia cœli vitia damna acciderint, ad omne tuum pertinent*; & quæ evenerunt sterilitates 26, uberate aliorum annorum repensatæ non probabuntur: rationem tui juxta bonam fidem haberi recte postulabis: eamque formam, qui ex appellatione cognoscet, sequetur.

De emptore fundi locati.

IX. Idem A. Fusco.

Emptotem 27 quidem 28 fundi necesse non 29 est stare colono, cui prior dominus locavit: nisi 30 ei lege emit. Verum si probetur aliquo pacto consensisse, *ut in eadem conductione maneret*, quamvis sine 31 scripto, bonæ fidei judicio, [ei] quod placuit patere cogetur.

De hereditibus.

X. Imp. Gordianus A. Pomponio.

Vtam veritatis ignoras, in conductionibus non succedere heredes 32 conductoris existimans: cum sive perpetua conductio est, etiam ad heredes transmittatur: sive temporalis, intra tempora locationis heredi quoque onus 33 contractus incumbat.

De invito in conductione non retinendo.

XI. Imp. Philippus A. Theodoto.

Invitos 34 conductores seu heredes eorum post 35 tempora locationis impleta non 36 esse retinendos, sæpe rescriptum est.

De aggressura latronum.

XII. Idem A. Nicæ.

Damnum quod per aggressuram 37 latronum in possessionibus locatis rei tuæ illatum esse proponis, à domina eandem possessionum, quam nullius 38 criminis ream facere te dicis, resarciri tibi nulla ratione desideras.

De pluribus conductoribus.

XIII. Impp. Valerian. & Gallien. AA. & Valerian. C. Heraclidæ.

Si divisa 39 conductio fuit, & in singulis pro partibus facta: alieno nomine conveniri vos non oportet. Si autem omnes qui conducebant, in 40 solidum locatori sunt obligati: jus ei competens conveniendi quem velit, non debet auferri. Habetis sane vos facultatem locatori offerendi 41 debitum: & ut transferantur 42 in vos ea, quæ ob hanc conductionem ab his quorum nomine inquietamini, obligata sunt, postulandi.

De annona.

XIV. Iidem AA. & CC. Juliano & aliis.

Si hi qui à vobis redemerant 43 frumentum, & hordeum annonæ 44 inferendum, accepta pecunia fidem fefellerunt: ex locato agere cum eis potestis.

De

UNB Social Sciences

25 Cum ne tempestatis existimetur, sed & ea quæ aliquo casu vitio accidit, non incursu hostium, aut uredine, aut fulmine, aut lapsu arborum, aut latrocinio exercitus prætentum, aut tempestate, aut re mota, vel clausulæ, vel ei cui relicta non pafit, puta fluminum, grandinem, fluminorum, aut incendio: idem est si liber eorum fructus taleris. *l. 15. §. 2. ff. eod.* conductori remittendum parit: nisi ex in quibusdam regionibus fieri solet. *T. ibi, ad mos regionis postulabat.* adde *l. 19. J. eod.* conductor cautionis in se receperit. *T. ibi, si tamen receptum non est, &c.* Hoc abiter notent casibus in se receptis, casus fortuitos non intellexisse: etiamsi conductor cum juramento casus in se receperit: valuit enim quidem pactum & nominatim casus infortunios recipi operarum. *l. 59. in fin. ff. de furt. adv. emptr.* vide *Gayl. 2. observ. 23. num. 18.* eamque communem esse opinionem, refert Joannes Ancharanus 3. *quæst. 36. num. 4.* quod notandum, & verum: quis enim casus non infortunios? *facit 78. in fin. ff. de contrab. empt.* Possis tamen dicere inter casus aliios aliis ufitatiores vel frequentiores esse, nisi etiam sterilitas ex hujusmodi hoc aut cœli vitio nascens ubertatibus aliorum annorum repensata sit. *J. eod. ibi, uberates aliarum annorum repensata. l. 15. §. 4. ff. eod.* erunt igitur compensatio in locationibus ad annum tantum vel ad biennium factis, in quibus superiores ob causa sit remissio pro rata percepti reditus, cum in novennalibus detur tantum dilatio & tolerandi temporis prorogetur. *Molinæus §. 40. consuetud. num. 8.* nisi colonus agat de fructuum à fisco fiscumve confiscatione, perit enim res suo domino, id est, conductori. *l. 61. §. 8. ff. de furt.* nisi colonus sit partiarius, partem enim damni sustinere debet, ut & lucri. *l. 25. §. 6. in fin. ff. eod.* nisi sterilitas aut damnum vitio negligentiave colendi vel culpa coloni evenerit: valuti si sitiat, belli tempore fundum aliquem condoxit. Id enim imputandum conductori qui conditionem rerum & temporis novit, nec sibi prospexit vel cavit. *Cotta in suum additione in voce conductor, ibi, secundo addit:* nisi conductor ex lege locationis debuit fructus quicunque percipere: vid. *l. 18. J. eod.* An idem in emphyteuta & eo qui ad longum tempus conduxit? vid. *l. 1. J. de jure emphyt.* Quid dicendum est, qui meta belli, aut pestis domo fugit, quamvis neotenus sit fiscum? Cotta *d. loc.* putat remittendum pensionis faciendam esse pro rata temporis: cum sint pariæ fieri aliquid propter metum, vel propter probabilem suspicionem metus. *l. 7. §. 1. ff. quod fals. tutor.* Superioribus adde, quod idem Cotta ibi ex Alberico refert, propter grandines & tempestates nunquam remitti pensionem his locis, si grando, fructus semper verberave solita fuerit. *l. 15. §. 2. conf. si vero absit. ff. eod.* 26 Sterilitas quibuscunque videtur esse quoties semen in terram projectum non colligitur. Alias vero quoties sumptibus deductis conductor decipitur ultra dimidium justæ mercedis. Alii judicis id arbitrio committunt. *Gayl. 2. observ. 23.* 27 Res paulo laxius interpretanda; successor universalis aliud in particulari, ut hic. cogitur stare locationi à defuncto facta. *l. 13. ff. de reg. jur.* sed minor à locationibus à tutore factis. *arg. l. 8. ff. de admin. tut.* ut & creditor missus in possessionem crediti servandi causa stare cogitur locationi à debitore suo, citra fraudem tamen, factæ. *l. 8. §. 1. ff. de reb. auctor. judic.* aliud est in proprietario qui non cogitur stare locationi fundi ab usufructuario factæ. *l. 9. §. 1. ff. eodem.* aliud etiam in uxore, quæ præcise non cogitur stare locationi à marito factæ. vid. quæ dixi ad *l. 24. in fin. ff. solut.* 28 Si quis fundum vendiderit cum in eo colonum haberet, non cogitur emptor colono potestatem ejus fruendi & colendi facere, nisi fundum ea lege emit. *Synops. Basil. lib. 2. tit. 69. 3. Harmen. 8. §. 39.* 29 Nisi conductori jus in rem aliquisitum sit, verbi gratia, superficies. *l. 1. §. 1. in fin. §. 6. ff. de superficiebus.* emphyteusis. *l. 1. §. 1. in fin. ff. de oper. vectigalis.* pignus. Idem dicendum si conductoris ad locationem bona fuit locator obligata. *Rart. hic, Imol. consil. 118. Jas. ad l. 13. T. de rei vind.* bona, inquam, non tantum universa, sed rem ipsam locatam specialiter. Nec enim generalis hic hypotheca sufficeret. & ita à Senatu Parisiensi multoties judicatum. vide *Papanum 10. Arrest. 3. numer. 1. Idem 1. Nat. 2. c. de locatis. Imbertus in enchiridio in verbo, un acheteur n'oit rien.* Quid si conductor, aut etiam emptor quanti ejus interfit, offerat, esse audiendus? audiendus videtur. Nam qui pignoris jure rem persequitur à rei vendidore remoretur, si qualiscunque possessor dolicem offerat. *l. 13. in fin. ff. quib. modis pign. vide Rolandum à Valle hanc quæstionem explicantem 1. cons. 6. numer. 10. & seqq.* Quæ tamen sententia displicet Gulielmo Ouciaco *quæst. Acad. 12. numer. 12.* Displicet etiam Socino. Verum contraria opinio communior est, ita qua vide Negusantium *tract. de pignor.* ubi de differentia generalis & specialis hypothecæ tractat, facit etiam *l. 7. ff. de distract. pignor.* Cur? in id quod interest obligatio succedit in locum factæ obligationis & patientiæ. Quid si locatæ juravit conductorem expulsum non iri? *Rol. d. loc. num. 29.* putat locatorem expresse obligari ad factum & patientiam fructus præstandam: quod juramentum servari debeat in locatore (veluti loquuntur) specifica, cum non recipiat æquivalens seu tantundem. *Alimand. in l. pretiorum non dividuntur. l. 72. ff. de verbor. obligat. Jas. in l. si pecuniam 5. ff. de usu. capia. dicit.* Quid si locationis continuatio promissa fuerit: idem, quod de prima locatione dicendum est. Quid si locator promisit se domum locatam non alienaturum, inque eam eum dominum ipsum obligavit? Jus reventionis conductori competere eo casu putant. *arg. l. 7. in fin. J. de distr. pign. de quo vid. Mynsing. tract. de pign. in pr.* Quid in emphyteusi? aliud: cogitur enim emptor proprietarius, stare emptoritæ. *Soc. reg. 387.* Quid si colonus impositus fecit, & eas repetit, ante receptas impensis eum expelli posse negat Soc. *d. loc. arg. l. solumne 12. ff. de rei, & de usu.* Quid si in longum tempus conduxit? idem quo quæ. *l. 1. §. quod autem C. d. superf. & ibi Bart. Bald. Ias. l. Est. ff.* Discedere enim longissimo tempore vel emptor expellere te non possunt, cui in longum tempus fundus locatus est. Emens etiam fundum à fisco, colonum ejus expellere non possum. *l. superiorem 3. J. de municipibus & colonis.* at nec colonum municipii vel Reipublicæ, licet ad modicum tempus conduxerit. *l. 1. ubi Glos. & Bart. ff. de locationibus publicis fundis.* Quid si colonus partiarius sit? idem in eo dixeris. Nam hic quasi socius est. *l. fructuarius 25. §. de minore. 6. ff. eod. l. 63. §. locatione B. ff. pro socio.* Quid si emptor sit fructuarius? idem plane. *Bald.* Quid si duobus res locata est? veluti primum præferri secundo, etiamsi secundo conductori facta sit traditio. *Jas. ad l. 15. C. de rei vindic.* Quod tamen *Bart.* refragatur: nihilque magis ea placet opinio Alexandri & Socini *cons. 29.* & ita quoque Papæ judicatum fuit, refert Costa in *Mornac. in verb. locatio.* 30 Quod plerunque solet fieri: ne alioquin locator, qui domum suam vendidit, teneatur conductori. *l. 25. §. 1. ff. eod.* Locationem cum effectum accipe venditionis. *l. ult. ff. de jure fisci.* 31 *l. 24. J. eod. l. 18. J. de pactis.* conductionis non expirat conductio. *§. ult. Inst. eod. l. 19. §. 1. C. eod. l. 18. J. de pactis. §. 36. in fin. Inst. de rer. divis.* Morte usufructuarii pereit usufructus: ut hinc conflet, fructuarii alium in eo esse conditionem quam conductoris. *§. 36. Inst. de rer. divis.* 33 Heres tenetur ex contractu patris. 34 Vide quæ notavi de invito ad *l. 11. T. de contrab. empt. l. 1. ff. de reg. jur.* 35 Igitur hoc lex locum non habet in his, qui perpetuo agris sunt addicti. *l. 13. §. 2. J. de agric. & censit.* 36 Imo sunt retinendi. vid. *l. 11. in fin. ff. de publicis & vectig. l. 1. T. eod.* 38 Aliud dicendum, si propter ejus inimicitias id ab aliquo commissum facile. *Bart. §. 4. ff. eod. l. 66. ff. solut.* 39 Divisio contractus inducit divisionem obligationis. Nec enim rei locationis in solidum esse possunt. *l. 13. §. 9. 2. 47. ff. eod. l. 9. in fin. l. 6. ff. communi. l. 9. ff. de duob. reis.* 41 Carnem debendi partem corri nomine creditori offerre potest.

42 Beneficium hoc colendarum actionum vocant. 43 Lucrum agentis aut vectarum, puta plaustrarius vel civiarius antequam mercedem acceperit, operas præstare non cogitur, fidem tamen non ante præstumitur. 44 Publicæ Sil.

De conductrice expulsa.

XV. Iidem AA. & CC. Euphrosynæ.

SI de fundo à locatore expulsâ [1] es [cum eo] agere ex [2] conducto potes: pœnamque [à locatore,] quam præstari tupra conventionis fide placuit, exigere, ac retinere potes.

De lege conductionis servanda, de tacita renovatione.

XVI. Iidem AA. & CC. Timotheo.

LEgem [3] quidem conductionis servari oportet, nec pensionum nomine amplius quam convenit, repoſci. Sin autem tempus in quo locatus fundus [4] fuerat, ſit exactum, & [in] eadem [locatione] conductor permanſerit: tacito [5] conſenſu eandem locationem una [6] cum vinculo pignoris renovare videtur.

De bona fide. De uſuris.

XVII. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. Hoſilio.

PRæſes provinciæ ea quæ ex locatione debentur, exſolvi ſine mora curabit: non ignarus ex locato & conducto actionem, cum ſit bonæ [7] fidei, poſt moram [8] uſuras legitimas admittere.

De ſterilitate.

XVIII. Iidem AA. Amno.

EXcepto [9] tempore, quo edaci locuſtarum [10] pernicie ſteritilitatis vitium interceſſit, ſequentis temporis fructus quos tibi juxta præteritum conſuetudinem [11] deberi conſtiterit, reddi tibi Præſes provinciæ jubebit.

De fide ſervanda & conſuetudine.

XIX. Iidem AA. Valerio.

CIrca locationes atque conductiones maxime fides [12] contractus ſervanda eſt, ſi [13] nihil ſpecialiter exprimatur contra conſuetudinem [14] regionis. Quod ſi [15] alii remiſerint contra legem contractus atque regionis conſuetudinem penſiones: [hoc] aliis præjudicium afferre non poteſt.

De conductione rei propriæ.

XX. Iidem AA. Carpophoro.

QUi rem propriam [16] conduxit, exiſtimans alienam, dominium non [17] transfert, ſed inefficacem conductionis contractum facit.

Si alius majorem penſionem offerat.

XXI. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

SI [18] olei certa [19] ponderatione fructus anni locaſti [20]: de contractu bona fide habito, propter hoc ſolum, quod alter majorem [21] obtulit ponderationem, recedi non oportet.

De operis.

XXII. Iidem AA. & CC. Papiniano.

SI hi contra quos ſupplicas, facta locatione certi temporis, ſuas tibi locaverint [22] operas: quatenus bona fides patitur, cauſa cognita, competens judex conventionem ſervari jubebit.

Si conductor rem ſuam eſſe dicat.

XXIII. Iidem AA. & CC. Priſco.

AD probationem [23] rei propriæ ſive defenſionem non ſufficit locatio ei facta, qui poſt de dominio cœperit contendere: cum inſcicutia [24] domini proprii, & errantis nullum habeat conſenſum: ſed ex eventu [25], ſi victus fuerit, contractus locationis non conſtitiſſe magis declaratur: nemo enim ſibi [26] jure poſſeſſionem mutare poteſt.

De inſtrumentis, & de hæredibus, & de vidua conductoris.

XXIV. Iidem AA. & CC. Antonino.

COntractus locationis conductionisque, non [27] intervenientibus etiam inſtrumentis, ratus habeatur: Secundum quod heredes [28] conductoris, etſi non intervenerint inſtrumenta, non uxorem [29] convenire debes. Sane de poſteriore tempore, quo conductricem ipſam proponis fuiſſe, adeſſe fidem precibus tuis probans, penſiones integras ab ea pete.

De judicio petitorio & poſſeſſorio.

XXV. Iidem AA. & CC. Epagatho.

SI quis conductionis titulo agnum, vel aliam quamcunque rem accepit: poſſeſſionem prius [30] reſtituere debet, & tunc de proprietate litigare.

De conductionis fide impleta.

XXVI. Iidem AA. & CC. Opioni & Hermogeni.

SI conductionis impleſtis fidem, ejuſdem rei gratia factum inſtrumentum [31] evanuit. Quod ſi quid veſtium in fundo fuit, vel vi [32] direptum eſt, hoc reſtitui vobis Præſes provinciæ jubebit.

De mercede prorogata.

XXVII. Iidem AA. & CC. Neroni.

SI tibi, quæ pro colonis conducti prædii prorogaſti [33], dominus fundi ſtipulanti dare ſpopondit, competens judex reddi tibi jubebit: Nam ſi [34] conventio placiti fine ſtetit: ex nudo [35] pacto, perſpicis actionem jure noſtro naſci non poſſe.

De dole, cuſtodia, & caſu.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Neroni.

IN judicio tam locati quam conducti, dolum [36], & cuſtodiam, non etiam caſum [37], cui [38] reſiſti non poteſt, venire conſtat.

De ædificiis à conductore deſtructis.

XXIX. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUm conductorem ædificia, quæ ſuſcepit integra, deſtruxiſſe [39] proponis, hanc etiam heredes [40] ejus Præſes provinciæ inſtaurare, ædificiorum inter vos habita ratione jubebit.

De curialibus.

XXX. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P. P.

CUrialis [41], neque procurator [42], neque conductor [43] alienarum [44] rerum, nec fidejuſſor, aut mandatos conductoris exiſtat: alioquin nullam obligationem neque locatori, neque conductori ex hujuſmodi contractu competere ſancimus.

De militibus.

XXXI. Imp. Leo A. Aſpari Magiſtro militum.

MIlites [45] noſtros alienarum rerum conductores, ſeu procuratores [46], aut fidejuſſores [47], vel mandatores conductorum fieri prohibemus: ne, omiſſo armorum uſu, ad opus ruſticum [48] ſe conferant, & vicinis graves præſumptione cinguli militaris exiſtant. Armis [49] autem, non privatis negotiis occupentur: ut numeris, & [50] ſignis ſuis jugiter inhærentes, Reſpublicam, à [51] qua aluntur, ab omni bellorum neceſſitate defendant.

Dominus, ſuita locatione priori, poteſt locare rem alteri, nec poteſt primus ſecundo conductori moleſtiam, vel litem inferre. Salic.

XXXII. Imp. Zeno A. Adamantio P. P.

NE cui liceat, qui aliquam domum alienam, vel locum, aut ergaſterium [52] nomine conductionis accepit, alteri qui poſt eum domini voluntate ad eandem conductionem acceſſit, litem inferre, quaſi rem illicitam, aut agenti damnoſam tentaverit: ſed patere facultatem [53] dominis domos [ſuas] vel ergaſteria, vel loca cui voluerint locandi: ipſis nihilominus qui conduxerint, ab omni ſuper hoc moleſtia liberis conſervandis: niſi [54] forte pacta per ſcripturam ſpeciliter inita cum dominis, vel cum his qui poſtea conduxerint, legibus videlicet cognita, agentis intentionibus ſuffragentur. †. Quod ſi quis hujuſmodi controverſiam ſacris juſſionibus [55] interdictam, credidetit commovendam: ſi privatus eſt, acriter cæſus exilii ſubeat pœnam: ſi militat, decem librarum auri diſpendio feriatur.

XXXIII. [56]

EKατέρῳ ἢ Δεσπότῃ ἐπιτρέπειν τῷ μισθωτῇ τῷ μισθωσαντι ἐξόντος ἐστὶς ἑκάτερον τῶν μισθωτῶν τῷ ἐπιβαλλοντι τῶν ἐπαρχιῶν, τῷ μὴ βλάπτειν ἑτέρους ὡς ἐν παραβάσεσι, εἰ μὴ ἄρα ἐν χρῇ ἢ ἑτέρῳ μισθώσαντι ἀκτικλῆσαι τὴν ἑκάτερου συμφώνῳ, ἢ ἀζημίους ἀπεῖναι.

De re aliena.

XXXIV. Idem A. Sebaſtiano P. P.

CONductores [57] alienarum rerum ſeu alienam cujuſliber rei poſſeſſionem precario detinentes, ſeu heredes [60] eorum, ſi non eam dominis recuperare volentibus reſtituerint, ſed litem uſque ad definitivam ſententiam expectaverint: non ſolum rem locatam, ſed etiam æſtimationem ejus victrici parti ad ſimilitudinem invaſoris [61] alienæ poſſeſſionis præbere compellantur.

De militibus.

XXXV. Imp. Justin. A. ad Senatum.

LIcet retro Principes multa de militibus [62] qui alienas poſſeſſiones, vel domos conductionis titulo procurandas ſuſcipiunt, ſanxiſſe manifeſtum eſt: tamen quia res ſic eſt contempta, ut neque interminationis ſacratiſſimæ conſtitutionis milites memores, ad hujuſmodi ſordida [63] audeant venire miniſteria, & relictis ſtudiis [64] publicis, ſigniſque victricibus, ad conductiones alienarum rerum proſiliet, & armorum atrocitatem non in hoſtes oſtendere: ſed [65] contra vicinos, & forſitan etiam adverſus ipſos miſeros colonos quos procurandos ſuſceperint, convertere: neceſſarium duximus ad hanc ſacratiſſimam venire conſtitutionem, altius, & plenius hujuſmodi cauſam corrigentes. Jubemus itaque omnes omnino, qui ſub armis militant, ſive majores, ſive minores (*Milites* [66] autem appellamus tam eos qui

---

1 *l. 2. T. ad.* 2 *l. 17. §. ult. ff. eodem.* An & in quod intereſt? Quid ſi conductor a locatore ex ſecunda auctione legis 3 *T. ad.* expellus ſit ob eandem cauſam conductionem ſuam expellere cogitur, num reſtituere conducto ei in quod intereſt? Papinius 19. *Reſpon.* 3. *num.* 3. refert non ſemeli, quia neceſſitate expellit, jure id permittente.

3 Canonem augere dominus nequit, aut colonum expellere quamdiu annuam conditionem dat ut. Fevum exactio tempore poteſt hoc fieri, niſi vel nominatim, vel tacite relinquenda ſit. *Synopſis Baſil. 20. tit. 1. c. 71. l. 25. §. 3. ff. eod.*

4 Tacite recondu-ctio in ruſticis etiam prædiis locum habet, ut hic, & in urbanis quoque: diverſa tamen jure. Nam in ruſticis præſumitur conductori tacite indulgeri annalis conductio: in urbanis, prout quiſque tantum habitavit. *l. 13. in fin. ff. eod.* Cur ita? quia fructus ex ruſtico prædio annuatim tantum percipiuntur: in urbano, quot dies. vide *Franciſcum in formula Hiſpan. quæ agitur ad finis præſtationes, & nov. conſtitutor. 2. num. 8. Papinium 1. Reſpon. 2. l. de locato. Petrum Anthonium 1. 9. 6.* Apud Parthenes, locator prædia urbana tacite locare videtur ad triennium tantum. Cur? duo penſionum ibi quater in anno cedunt. *Favor. l. hoc.* alii quidem alia. vid. de tacita ſtagni reconductione.

5 *l. 13. §. 11. l. 14. ff. eod.* cur ita ſit? nec prætionitor motus voluntate. *Alcia. 2. præſumpt. 17.* Quid ſi locatio in ſtagno prædio habita fuerit? Locatoris patientia non coercet conductori tacitam jus remedium. *l. 13. in fin. ff. eod.* Theophrastus ait, ſi terra conſuetudinem fuiſſe videtur, ut non aliter quam ſcriptura renovaretur locatio: eaque perfecta. *Alciat. d. loc. Petr. Gudher. d. loc. num. 6.* 6 Tacitis in reconductionibus ut ipſa conductio continuo conductoris cui valeſcit, ita lex pignorum qua tenebatur locatori, ruviſcit: & brevitter, Relatio creditur fieri repetita locationis lege, id eſt, repetita qualitate qua erat in priori. *Alciat. d. loc.* 7 Locatio contractus bonæ fidei. *l. 2. T. ad.* 8 Conductor poſt moram uſuras debet. *l. 2. l. 54. ff. ad. l. 17. §. 4. ff. de uſur.* 9 Id eſt, deductis. Ponamus primo anno ſertilitatem, ſecundo ſteriilitatem, tertio parem fertilitatem fuiſſe. 10 Remiſſio penſionis ſit propter odoratum vermium; ut & gruculorum, ſturnorum. *l. 15. §. 2. ff. eod.* Ad locuſtas illud Aviani 1. ad verſus gentes pertinet: à locuſtis & muribus arroditur omne genus frugum, & Orpheus de cruellis loquens vim habentis ſervandæ ſegetis in τρισὶν ἡρίοις in vis ſanctis ſeriebus Dodge. vide *Cujacium 15. obſ. 38.* De locuſtis placet ex hoc Plinii 11. c. 29. addere. Deorum, inquit, ira, pœnis ea intelligitur. Namque & grandiorem cernuntur, & tanto volant penuarum ſtridore, ut alias alites credantur: ſolemque obumbrant, ſulicite ſuſpectantibus populis, ne ſuas occupent terras. Sufficiunt quippe vires: & tanquam parum ſit maria tranſiiſſe, immenſos tractus permanent, dimque multibus contegunt nube multa contactu adurentes: omnia vero morſu exeſtantes & fures quoque inſtetum, Italiam ex Africa maximæ cuortæ infeſtant, ſæpe populo ad Sibyllina remedia confugere conſueto inopiæ metu: in Cyrenaica regione lex etiam eſt, ne anno debellandi ſue, primo ova obſervendo, deinde ſœtum, poſtremo adultas, deſtartuis pœna conſtituta ſit cum qui conſuverit. Ex in Lesbos inſula, certa menſura præſtinita eſt, quam ſingulis enecatarum ad magiſtratus referunt. Graculos quoque ob id colunt, adverſo volatu concurrentes earum exitio. Necare & in Syria, militari imperio cogunitur. Tot orbis partibus vagatur id malum. Idem author l. c. 29. Nec minus, inquit, clara exitii documenta ſunt, etiam ex contemnendis animalibus, ut Varro author eſt, à cuniculis ſuffoſſum in Hiſpania oppidum: à Talpis, in Theſſalia: ab muris civitatem in Gallia poſſam: ab locuſtis in Attica: ex Gyaro inſula, locuſtas à muribus fugatas: in Italia Amycles à ſerpentibus deletas. Citra Cynamologos Æthiopas, late deſerta regio eſt à ſerpentibus & ſolpugis genus fabulare: & à ſcolopendris afflictus Taricuſtes author eſt Theophraſtus. 11 Conſuetudo in penſionibus ſervanda. 12 Id eſt, lex contractus. *l. 25. §. 3. ff. eod.* 13 Alias ex conſuetudine ſumeretur præſumptio & in tacitis ſemper ſtatutum videtur ſuiſſe. *l. 31. §. 20. ff. de ædilit.* Cujacius tamen ex Græcis hic legit affirmative, ſi ſpecialiter, d. *pio Hoog.* &c. Robertus vulgatam defendit 1. *animad.* 14. Græcorum lectioni faller, ut gemina & prolixa defendi poteſt, ut ſit ſenſus: Id etiam ſervandum, quod inter contrahentes convenit, etiamſi vulgo aliter contrahi moris ſit, poſſunt ea quæ ſunt conſuetudinis omitti. *T. ad. l. 8. T. eod.* alias ad verſas ſtatuta contrahere non licet. *l. 7. §. 7. ff. de teſtib. & T. ne ſidejuſſores datium dentur.* 15 Non ſi quidam locatores penſionem eandem uno anno citro remiſerint: id cæteros locatores obligabit. Facit *l. 1. T. Res inter alios acta.*

16 *l. 28. ff. de adquir. poſſeſſ.* vide *l. 44. ff. de regul. juris.* 17 Sicuti è contrario, locatio neceſſario facit dominium rei locatæ ſpectare ad locutorem. *l. 23. T. eod.* 18 Non poteſt aliquis propterea ſtantare expellere conductorem, quod alius venerit qui majorem penſionem præſtaturus ſit poſſicetur. *Syn. Baſ. 20. tit. 1. c. 85.* 19 Numeris ſemper non ſit locatio, ineres locationis conſiſtere poteſt in his, quæ ponderi conſtant. 20 Proprie hoc verbum intelligo cum Cujacio 8. *ad Afric. fol. 192. & Carrafa 2. Miſcellan. 11.* non tranſlatitie cum Accurſio, pro in uſum conceſſiſti. 21 *l. 13. ff. eod.* 22 Adde *l. 14. T. eod.* 23 Adde *l. 18. T. de rei vind.*

24 Inſcientia & error nullum habet conſenſum. *l. 15. ff. de poſſeſſ. l. 2. ff. de judiciis.* 25 Ex eventu multa judicantur. *l. 16. §. 8. ff. de pœnis.* 26 Sibi ipſi. *Cujac. ad l. 33. §. 1. ff. de uſurp. facit l. 3. §. 19. ff. de adq. poſſeſſ. l. 1. 33. §. 1.* 27 *l. 9. T. ad. l. 14. ff. eod.* 28 *l. 10. T. l. 29. l. 30. T. eod. l. 19. §. 8. ff. eod.* 29 Mariti ex conductione non tenetur uxor. vid. *l. 1. T. ne uxor pro viro.* 30 *l. 11. §. 3. ff. eod.*

31 Solutione creditori facta, debitæ inſtrumentum ipſo jure nullum, ideoque condici poteſt. *l. 5. in fin. D. depoſiti. l. ult. T. ad exhib. l. ult. T. de eund. ex cauſa.*

32 *l. 12. T. eod. l. 25. §. 4. §. 5. ff. eod.*

33 Prorogatis: Græci vocant τὰς ἐδάφους πρὸ καιροῦ τοῖς γεωργοῖς, hoc ſenſu: ſi fundi dominus ea quæ fundi conductor colonis præmigravit, illi ſtipulanti dare ſpopondit, tenetur, ſed ſi nudo tantum pacto promiſerit, non tenetur. *Syn. Baſil. 2. tit. 1. ex lib. 20. tit. 1. 87. 34 l. 10. D. de pact. T. eod. 2. ſent. 14. §. 1. in fin.*

35 *l. 7. §. 4. ff. de pact.*

36 Vid. *l. 23. ff. de reg. jur.*

37 §. 5. *Inſt. eod.*

38 *l. 25. §. 6. ff. eod.*

39 Deſtructa per conductorem debent per eundem reſtitui. *Salic.*

40 Vid. *l. 24. T. eod.*

41 *Decurio, aut Nov. 76. ne curialis.*

42 *l. 34. C. de decur.*

43 *l. 4. ff. de decur.*

44 Etiam publicarum. *l. 6. §. 2. ff. de decur. l. 97. C. Th. de decur. l. 2. §. 2. ff. de admin. rerum.* quod Adrianum conſtitutiſſe Xiphilinus ſcribit.

SI [17] quis in potestate publica positus, atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis quæ matrimonium contracturæ sunt, potest esse terribilis [18], arras sponsalitias dederit, jubemus [19], ut deinceps, sive parentes, sive eædem mutaverint voluntatem: non modo jutis laqueis liberentur, pœnæque [statutæ] expertes sint: sed extrinsecus data pignora lucrativa [20] habeant [21], si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non [22] solum circa administrantes, sed etiam circa administrantium filios [23], nepotes ac propinquos: [&] participes [24] [id est, consiliarios,] domesticosque locum habeat: quibus tamen administrator operam dederit. †. Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si fusantum consensus accedat. Dat. xv. Kalend. Jul. *Thessalonicæ*, DD. NN. GRATIANO A. v. & THEOD. A. Conss. 380.

15 Aeque præses, *4. Harm. 2. §. 10.* Idem in quocunque magistratu, & administrante officium. *l. unic. ff. si quacunque præditus potestate. l. 38. ff. de rit. Syn. Basil. 28. tit. 1. cap. 39. 42. & tit. 4. cap. 10.*

16 Sponsalia. *C. Theod. ed. lib. 3. tit. 6.* sponsalitias dederint arras. *Hod.* Sponsalia, *ut hic, & l. ult. ff. de ingenuis manumiss.* pignora. *l. 6. in fin. C. Theod. de sponsal. & antenupt.* arrarum nomine dati. *l. 1. ff. si nuptiæ ex rescripto.* Græci προικᾶ. Hieronymus in virginitatis laude. *Hanaumorum sponsaliorum pignoribus subarratur.* Arræ in sponsalibus non erant summi, sed vel annulus pronubus vel monilia, ut in Maximino ipsiore apud Capitolinum & apud Hesychium, laude αἰδοῖος καὶ ἁγνὸς ἀνὴρ ἐπὶ γάμοις ἀρραβῶνα δεξάμενος. vide Cujac. 11. *obs. 17.*

17 *l. unic. C. Theod. eod.* 18 Φοβερὸς. *4. Harmen. 2. §. 13.* 19 *l. 38. l. 63. ff. de ritu. l. unic. ff. si quacunque præd. potestate.* 20 Καὶ προβλήματα τὰς ὑποθήκας. *28. Ecbg. 1. cap. 20.* 21 Imo non lucrativ. *l. 38. ff. de ritu.* Quidam abrogari putant dictam legem 38. Cyrillus Græcus interpres legem 38. refert ad nuptias ab officiali præsidum contractas, qui ut præsidibus lege inferior nuptias contrahendo levius peccare præsumitur. Hanc vero legem refert ad ipsos præsides, eorum filios, nepotes, propinquos, domesticos, participes ejus, seu adsessores, quibus ipse præses constituendis nuptiis operam navaverit. Alia hic etiam adferunt emplastra, quæ Cujacius refutavit *hic, & 4. observ. 21.* 22 Sponsalia in sua provincia præses contrahere non potest: quod si contraxerit, liberum est puellæ, eius parentibus, tutoribus & curatoribus, nuptias recusare, & acceptas arras lucrari. Quid filii, nepotes, cognati, domestici, consiliarii ipsius præsidis? eadem ratione in eadem provincia sponsalia contrahere vetantur, *ut hic. 4. Harmen. 2. §. 10. & 11.* Quid dicendum de præsidum filiabus? Idem ex constitutione Leonis 23. *Harm. ibid. §. 14.* Qui si præses ipse potestate exiit, & puella nuptias ejus detrectat? subile conjugium ejus fuerit. *vers. Impleri. ff. eod. Harmen. ibid. §. 12.* 23 Novell. Leon. 23. addit filias. *4. Harm. 2. §. 14.* 24 Συνεπόμενοι. Græci Ἑταῖροι. *d. loco.* id est, adsessoris pertinentes. Cujacius hic, qui Græcis περιπόλοις. adde *l. unic. §. 3. ff. de contrahenda publicam. l. 3. ff. si certum.*

15 Donatio propter nuptias locata est contractibus speciatis. *Novell. 119. cap. 1.*

16 *§. 3. Inst. de donationibus. J. C. Theod. 5. sup. supplend. Basilic. 8. Basilic. 4.*

17 Donatio sum nuptias vel propter nuptias idem. Fit enim propter nuptias: præmoriuntur, sunt nuptiæ: interdum post nuptias. *§. pen. Inst. de donationibus.* Quod ita donatur a marito uxori in vicem dotis accepto. *l. ult. ff. eod.* Ejusdem juris est hæc donatio, cujus & dos, eadem pacta recipit, eandem quantitatem. *Novell. 97. cap. 2. vers. Primum.* Eandem, quoniam supra dotem, mortuo marito uxori redditur lucrativa, id est, dotis incrementum. *Dumoulin Charondas, quæst. 55. & 4. Novellarum. 10.* Est enim Gramis interpretatio, adjuvare. Dutaillæus dicitur *in cap. primum. qui 4. extra de donat. inter vir. cap. 10. si autem 36. quæst. 2.* & Robertus *in Chronic. Willelmus*, inquit, Rex Siciliæ fecit chartam solutæ reginæ de dotalitio suo: In constitutionibus Neapolitanis dotarium, à Longobardis Morgincap dictum. *Cujac. 2. Feud. §.* à Gallis *Douaire*, *De Cujac. 2. Feud. §.* à Gallis *Douaire*, quod tamen Cujacius plene non probat. *3. observ. 4. in fin.* Ex Græcis alii reddidere dimidium, alii tertiam, nisi aliud contractum fuisset. *4. Harmenop. 10.* Moribus Thoscanis redditur dimidia: more Longobardorum, quarta pars bonorum mariti. *l. 11. C. Longobard. de his quæ à vir.* Romano jure, tertia dotis. *2. Faber. 8. §. 2.* Constitutionibus Neapolitanis tertia bonorum mariti. *lib. 3. tit. 13. 15. 16.* & consuetudine Normaniæ. Gotheorum jure, decima bonorum mariti. Porro, inter Græcos non debebatur uxori, nisi in cubiculum mariti venisset, & hoc est quod dicitur, *Ἐὰν συνέλθῃ τὴν γυναῖκα εἰς θαλάμους.* Virgini, ut Harmenopulus *4. tit. 10.* docet, non dicitur celebrata, quod erat tertia pars dotis: sed *Συνέλθῃσι*, quod erat duodecima. Id Græci quoque dixere ἐκπλήρωσιν. vide *Cujac. 2. Faber. 9.* Apud Gallos dotarium aliud est confuetudinarium, sive statutarium, aliud conventionale seu præfixum. Hoc legem accipis à contrahentibus. Illud à lege vel statuto, utrumque tamen plerumque conjungitur, daturque alterutrius uxori electio. Ita adde Clar. *§. final. §. donatio. quæst. 11.* 28 Dotem non acceptam potest maritus interdum utiliter in dotem convertere, veluti si ante nuptias contractas mille uxori donavit, eaque etiam tradidit, marium poterit eam summam à se ita profectam, ab uxore dotis nomine rursus accipere: & dein judicio utiliter obligari. Quid si id tantum scripsit, animo dotis augendæ, si mille ab uxore acceperit, cum vel nihil, vel centum tantum acceperit? Donatio hæc impedirur: nihil, inquam, actum est ea donatione. Itaque hoc casu, id tantum quod ea ipsa in dotem datum fuerit repetetur: quod datum non fuerit non repetetur hac lege. *Synops. Basil. 28. tit. 3. §. 1. & 4. Harmen. 3. §. 1.* Quid, si quidem non *traditit*, sed conscripsit mille, citra animum augendæ dotis, sed ut revera donaret, deinde eadem mille cautione comprehensa, mulier vire in dotem attulerit, aut eam cessaria chirographia & nominibus & vir sciens prudens, inter cætera dotis eam cautionem mille continentem dotis nomine se accepisse conscripserit? Puto idem fore, ac si eadem mille re ipsa tradidisset. Novo enim jure promisse animo donandi, res necessitatem traditionis continent. *l. si quis argentum 35. ff. de donationibus.* huic legi intelligendæ omnino adde Constantinum Rogerium *tractatu de dote, cap. Quinto oportet videre.* 29 Id est, sponsæ. nam quod uxori quis largitur, etsi donationis nomine tradiderit, debet maritus in eadem voluntate ad mortem usque permanere. *Scholiast. Harmen. 3. tit. 3. §. 4.* 30 Hæc donatio contractus est specialis. *Novell. 119. cap. 1. in princ.* idque ita colliges, donatio propter nuptias comparatur doti. *§. penult. Inst. de donat.* Dos autem est contractus. *l. 69. ff. de judiciis. l. 23. ff. de reg. jur.* 31 Donationes ante nuptias dominia ab ipso quidem initio donationis recte constituuntur seu adquiruntur: sub conditione tamen revocantur si non subsecutæ fuerint nuptiæ. *Harm. ibid. §. 2.* 32 Res tantum promissa à sponsa sponsis in suam dotem redigere non potest. *Papon. 1. Notar. 4. c. contract de mariag.* Cur ita? vid. *l. 4. §. ult.* sibi donatas & traditas potuit. *l. 5. §. de second. nupt.* ad se missas citra donationis animum, qui in dubio non præsumitur) non potest, cum eas acceptile præsumatur, ut orantior ad virum accederet: non ut dotem suam augeret. Clar. *§. fina. §. donatio. quæst. 10.* Constante vero matrimonio quæ ornamenta à marito usus fœ necessarii causa mulier acceperit marito mortuo, in dubio, ea lucratur. Clar. *ibid.* Andr. Gaill *2. obs. 91.* nisi contraria sit consuetudo. Roland. à Valle *1. consil. 10. num. 12.* 33 Donata sponsæ parentibus à sponso, ut nuptiæ fiant, nuptiæ non fiunta, ea recte repetuntur. *Synops. Basil. cap. 2. Harm. ibid. §. 7.* 34 Datum ob causam matrimonii faciendi causa non secuta, condicitur. Sponsalia. *l. 8. §. de pact. & allis reb. minor. Oportunum duximus. de episcop. jud.* seu *Συνεδρίων*, seu sponsalitia largitas. *l. 4. §. de second. nupt.* dotis est *Συνεδρίασις. Scholiast. Synops. Basil. 26. tit. 1. περὶ γάμου καὶ ἀπωλείας*, hevamentum atque fœtura.

35 Stipulatio justum policitationem non dotem firmat. 36 Sponsalitia largitas, amplæ dotis contemplatione facta conditur, si dos est minor, quam promissa. 37 Doli exceptio adhibetur rem repellit. *l. 36. ff. de verb. obl.* 38 Id est, in tempus matrimonii. *l. 12. §. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 97. §. 2. ff. de verb. oblig.* Donaturus aliquid uxori futuræ, dominii translationem in tempus nuptiarum rejicere non debet. & ita non inspicitur initium promissionis sed tempus effectus & executionis. *Rebuff. hic.* 39 Paris sunt, aliquid fieri tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, *ut hic.* Ratio igitur constitutionis hujus hæc est: quod donatio referatur ad tempus matrimonii, quo tempore ratæ non sunt donationes inter conjuges factæ: multum igitur interest, quis ut sponsæ donet, an ut uxori. *4. Harmen. 3. §. 5. l. 3. §. ult.* Retro: paria sunt, aliquid fieri tempore permisso, & conferri in tempus permissum. *l. in tempus 62. ff. de hered. inst.* 40 Cur ita? Ante matrimonium non transiit dominium, quia non fuit res tradita. *l. 2. eod.* Post matrimonium, etiam non transiit, quia, licet tradit, transferre etiam non potuit. vid. *l. 8. §. de donat. inter vir.* Quoties enim transferri dominium non potest, ex eo non oritur obligatio. 41 Qui uxorem habens fingit se cœlibem atque ita aliam despondens quid promisit, ex ea promissione convenitur non potest: si quid tamen dederit, non poterit repetere. *28. Ecbg. 4. cap. 5.* 42 Potest enim nemo simul & uxorem domi habere, & alibi sponsam. vide quæ dixi ad *l. 7. in fin. §. de Judæis.*

43 Donare sponsæ suæ quis potest, nuptæ non potest. Quid si ipso die nuptiarum donavit? quod potest, an ea donatio tanquam in sponsam collata valeat, an potius tanquam in uxorem facta non valeat? In hoc scrupulo pervestigandum est, ubinam mulier fuerit, cum in eam donatio est collata. Nam si mulier nunc in sua domo erat, in sponsam videtur collata donatio: sin vero erat in domo viri, tanquam in nuptam censetur facta donatio. Jam enim ab eo tempore nupta, & non ultra sponsa fuisse videtur, *ut hic. 4. Harmen. 3. §. 9. Synops. Basil. 28. tit. 3. cap. 6.* 44 Valet donatio facta uxori die nuptiarum, Cum in sua domo esset: secus, si cum esset in marini domo.

45 Quod mulieri in ejus domo die nuptiarum donatur nondum uxori donatur, sed sponsæ, *ut hic. 28. Ecbg. 1. 6.* 46 Domus viri domicilium est matrimonii. *l. 5. in fin. ff. de rit. nupt.* In ea mulier nubere potest, per nuntium fe, in sua non potest. vid. *Paul. 2. sent. 19. §. 5.* 47 Uxor censetur, quæ in domum viri deducta, *ut hic.* licet virgo. *l. 7. ff. de ritu. l. 8. §. de ventre.*

De verbo remanere.

VII. Imppp. Carus, Carin. & Numer. AAA. Lucianæ.

SI, cum ante nuptias munera darentur, ita conventum est, atque hujusmodi conscripta est pactio, *Ut si quæ fors extitisset contra voluntatem ejus, & matrimonium dissolvisset, tunc quæ data erant, apud eum quæ dedissent, hæredemve ejus remanerent* [1]: potest, qui hereditatem ejus accepit, cui pacta puella munera lege prædicta fuscepérat, eadem jure postulare.

De jure alienandi.

VIII. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Euphrosynæ.

SI ante matrimonium major quinque, & viginti annis constitutus, sponsæ suæ, licet ante sponsalia, fundum donavit, eamque in vacuam induxit [2] possessionem: postea nullo titulo superstitem, vel testamento eundem relinquentem, alienare potuisse certi ac manifesti juris est.

De rescriptis.

IX. Iidem AA. & CC. Juliano.

CUM re sponsæ [3] filii tui quædam donasse confitearis: perfectam donationem rescindi, nec nostro oportet rescripto [4], quam tua voluntas jurisque auctoritas fecit ratam.

De nuptiis non secutis.

X. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI [5] filiæ tuæ sponsus, ei mancipium donavit, ac tu in eum jumenta liberalitatis ratione contulisti, nec nuptiis secutis, contra juris rationem, quod dederat, abstulit [6]: non invicem datorum restitutio, sed ejus quod illicite rapuit, repetitio competit. [7]

De morte sponsi qui donavit.

XI. Iidem AA. & CC. Neæ.

SI tibi res proprias liberalitatis causa sponsus tuus tradidit, eo quod ab hostibus postea interfectus [8] est, irrita donatio fieri non potest.

De divortio.

XII. Iidem AA. & CC. Timotheæ & Creotimæ.

SI [9] mater vestra filiæ suæ sponso, vel marito prædia sine [10] ulla repetendi lege donavit, & eum in vacuam possessionem induxit: nuptiis divortio solutis, perfecta non dissolvitur donatio.

De creditoribus donatoris.

XIII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

DE rebus in sponsam donationis gratia collatis, creditores [11] mariti facti, si non prius obligatas eas sibi probent, eam convenire minime possunt.

Mater confessionem donationis rei suæ, venire contra non potest, etiam pecuniam rei offerendo. Bald.

XIV. Iidem AA. & CC. Aureliæ.

SI consentiente [12] matre ita sponsus filiæ tuæ mancipia donavit: &, his acceptis in dotem non æstimatis, in matrimonio post decessit: mater eademque hetes [13] ejus precium offerens, restitutionem eorum improbe recusat.

Donatio inter sponsos præsumitur esse largita ad sponsalitium, & matrimonio non secuto, donatum redditur donatori, nisi per ipsum donatorem fuerit quod matrimonium non sequatur. Bald.

XV. Imp. Constantinus A. ad Maximum Præfectum urbi.

CUm [14] veterum sententia displiceat, quæ donationes [15] in sponsum nuptiis quoque non secutis decrevit valere, ea, quæ largiendi animo inter sponsos, & sponsas jure celebrantur, redigi ad hujusmodi conditiones jubemus: ut sive [adfinitatis coëundæ causa, sive non ita,] vel in potestate patris degentes, vel ullo modo proprii juris constituti, tanquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi, vel consensa parentum mutuo largiantur: si quidem sponsus, [vel] parentes ejus [sortiri] filium [noluerint] uxorem: id quod ab eo donatum fuerit, nec [16] repetatur traditum: & si quid apud donatorem resedit, ad sponsam, [& heredes ejus] summotis ambagibus transferatur. Quod si sponsa, vel is, in cujus agit potestate, causam non contrahendi matrimonii præbuerit: tunc sponsæ ejusque heredibus sine aliqua diminutione [per condictionem, aut per utilem actionem in rem] redhibeantur. Quæ similiter observari oportet, & si ex parte sponsæ in sponsum donatio facta sit. Dat. xvi. Kal. Novemb. P. P. vi. Kal. Sept. *Romæ*, Constantino A. v. & Licinio Conss. 319.

Quando sponsus donavit sponsæ, & non intervenit osculum, repetitur omne datum: sed si intervenerit osculum, repetitur dimidia pars: aliam lucratur sponsa ratione osculi. Bald.

XVI. Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hispaniarum.

SI à sponso rebus sponsæ donatis interveniente [17] osculo [18] ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad superstitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctæ heredes, cujusliber gradus sint, & quocunque jure successerint: ut donatio stare [pro] parte dimidia, & resolvi pro parte dimidia videatur. Osculo vero non interveniente, sive sponsus, sive sponsa obierit, totam infirmari donationem, & donatori sponso, vel heredibus ejus restitui. Quod si sponsa interveniente, vel non interveniente osculo, donationis titulo (quod raro [19] accidit [20]) fuerit aliquid sponso largita & ante nuptias hunc, vel illam mori contigerit: omni donatione infirmata, ad donatricem sponsam, sive ejus successores, donatarum rerum dominium transferatur. Accept. xiii. Kal. Maji, *Hispali*, Nepotiano & Facato Conss. 336.

Donatio ante nuptias facta mulieri in minori ætate non indiget confirmatione. Salic.

XVII. Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio P. P.

MInoribus [21] ætate fœminis, etiam actorum testificatione [22] [in ante nuptias donatione ad eas facta omissa [23],] si patris auxilio destituta sint, juste consulitur, ut firma donatio sit. Dat. x. Kal. Mart. *Constantinop.* Tauro & Felice Conss. 428.

Quod ad alterum ex conjugibus revertitur de eo quod dedit, non tenetur filius primi matrimonii reservare. Bald.

XVIII. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P.

SI liberis ex priore matrimonio procreatis pater ad secundas migraverit nuptias, vel non migraverit: nihil omnino filiis prioris conjugii ex donatione [24] ante nuptias quam ipse, vel alius pro ipso uxori quondam ejus mariti communium liberorum donaverit, servare cogitur: quoniam & mater liberis ex priore matrimonio extantibus, post secundas nuptias, multoque amplius si non fuerit alteri marito sociata, nihil iisdem filiis ex dote [25] quam patri eorum ipsa, vel alius pro ea [26] obtulerit, servare compellitur.

Constante matrimonio dos & donatio propter nuptias possunt de novo augeri, & de novo constitui, & pacta de novo apponi, vel vetera prorogari. Bald.

XIX. Imp. Justinus [27] A. Archelao P. P.

SI constante matrimonio consilium augendæ dotis [28] inierit, vel uxor forte, vel ejus nomine quilibet alius: nihilominus marito quoque licebit, seu pro marito cuilibet alii, tanto donationem [29] ante nuptias additamento majorem facere, quanto dotis augetur titulus. Nec [30] obsit in hujusmodi munificentiis interdictas esse liberalitates [31] tempore nuptiarum: Indulgendum [32] est namque consensui communi partium: ne, cum negetur augendæ potestas donationis, dotis etiam pignus constituatur augmentum. Idemque licere præcipimus, etiam in his matrimoniis, in quibus interdum [33] accidit ante nuptias quidem donationem nullam esse, solam vero dotem marito mulierem obtulisse: ut etiam tunc mulieri dotem augenti, liceat [34] marito quoque donationem in uxorem suam ejusdem [35] quantitatis facere, quantum aucta dos continere dignoscitur: pactis [36] videlicet de redhibitione, vel retentione auctæ dotis, vel donationis (prout partes consenserint) pro jam statuto modo incundis, sive injungendis veteribus [37] pactis, quæ initio nupciarum de ante nuptias donatione, & dote principaliter constituenda inita sunt. Jura etiam hypothecarum [38], quæ in augenda dote vel donatione fuerint, ex eo tempore initium accipiant, ex quo eædem hypothecæ contractæ sunt, & non [39] ad prioris dotis, vel ante nuptias donationis tempora referantur. †. Sed & si è contrario maritus & uxor ad diminuendam dotem, & ante nuptias donationem consenserint: licere eis ad similitudinem [40] diminutionis quæ in dote fit, etiam ante nuptias minuere donationem: ut pacta de amborum diminutionibus [41] incunda, firma & legitima, esse intelligantur: exceptis videlicet his casibus, in quibus aut maritus ex priore matrimonio liberos habens, ad secundas migraverit nuptias: aut uxor similiter anteriore matrimonio liberis extantibus, secundo mario se junxerit: in hoc enim secundo matrimonio vel à parte mariti, vel à parte mulieris, vel ab utraque (si hoc etiam acciderit) interdictam esse diminutionem dotis: vel ante nuptias donationis, nec [42] aliquid adversus filios prioris matrimonii machinari videatur, censemus.

In Authent. De æqual. dot. & propter nupt. don. §. aliud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 2.

SEd jam necesse est, si alia pars augmentum præstat, alteram [43] quæque partem incrementum celebrare: & si quidem in aliena res impulsa fuerit, [1] l. 11. *Plin.* 46. Catoni de provincia decedenti, mulieres manum osculatæ, Imperatoribus modo: & quidem perpaucis ad temporis tribuebatur. *Plutarch. Catone.* Principes Romani peregre profecturi, vel urbem repetentes, senatores osculo excipiebant quod à Neronis neglectum. *Suetan. in Nerone, cap. 10. in fin.* & Diocletiano qui pedes osculandus præbuit. *Pomp. Lætus in Diocles.* Osculum inter Christianos familiare fuisse reperio apud veteres, cujus vel abstinentia, & subtractione agnoscebantur jejunantes Christiani. *Tertull. de Oratione.* Adorantes manum dexteulari solitos, colligi potest ex illo loco Hieronymi: *Quæ adorant*, inquit, *manum solent deosculari, & capita submittere:* quod se Job beatus elementia & idolis facile negat. 19 Mulieres raro donant, sunt enim avaræ. 20 Accidit tamen. *l. 10. ff. de condict. causa data.*

21 111. *Cod. Theod. 4. l. 8. in fin.* 22 Olim donatio propter nuptias erat infirmanda, nisi collata fuisset in matremfamilias minorem, *ut hic & l. ult. §. 1. J. de jure dot. l. 34. §. 2. J. de donat.* aliud in dote fuit. vide *l. 31. §. 1. J. de jure dot.* Constitutionibus Galliois etiam dos inlimari debet, ut falsitatis nulla sit occasio quod est longe diversum à Novella Leonis 50. quæ remittit insinuandum cujvis donationi scriptæ. vide quæ dixi ad *Novell. 127. cap. 2.* 23 Insinuandi tempus non currit minori, nec filiofamilias qui patris auxilio destituitur. *Bald.* 24 Mater donationem propter nuptias fervare cogitur liberis primi matrimonii. 25 Mater dotem liberis primi matrimonii servare non cogitur: ideoque potest ea dote in secundo matrimonio fungi, *ut hic:* nisi ex aliis bonis fuerit tantum præstiterit, aut præstitura sit liberis quantum dotis præstiterit secundo marito: sed si præter eam dotem nihil habet in bonis, virilem tantum ex ea conferre in secundum maritum potest, & ita accipienda est lex 6. *in princ. J. de secunda nuptiæ.*

26 Pariu sunt, fieri pro me & per me. *Bald.* 27 Justinianus tamen hanc legem se fecisse profitetur *l. ult. §. 1. J.* sed jam imperantem cum patre: quo vivo nobilissimus Cæsar, & Imperator appellatus est. 28 Dotem constante matrimonio mulier, vel alius ejus nomine augere, & ampliare potest. *Novell. 97. cap. 2.* Quid statuta de dotis lucro, num locum habitura sint in hujusmodi dotis augmento facto constante matrimonio? ita putat Rolandus à Valle, eumque sententiam novem rationibus confirmat *tractat. de dot. quæst. 100.* 29 Auctus quanto fuerit constante matrimonio titulus dotis, tanto donatio propter nuptias à marito potest augeri. *l. 20. vers. Eamdemque J. eod. Novell. 97. cap. 2.* 30 Remota ratio dubitandi, simpta ex *l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.* & similibus. 31 Id est, donationes. 32 Indulgendum est consensui partium consensui.

33 Valet contracta dotis siue donatione ante nuptias. 34 Mulier ex dotem suam augere, non necesse marito donationem propter nuptias augere, *ut hic. & Novell. 22. cap. 32.* Hodie necesse est, *Novell. 97. cap. 2. vers. Primum.* ibid. *sed utrumque celebrare omnino augmentum.* adde Authenticum proximum. 35 Non rationis, minoris sexus. Cur autem major dote donatio propter nuptias fieri non possit hæc est ratio, Ne fraus fiat legibus prohibentibus donationes inter virum & uxorem. 36 *l. ult. §. 1. J. de rei uxor.* 37 Pacta dotis vetera prorogari possunt. 38 Mulier potest renunciare juri hypothecæ. 39 Pacta in augmenta dotis vel donationibus ad posita valent: sed ab eo tantum tempore quo fuerint interposita, non à prima dotis, aut donationis propter nuptias constitutione. 40 Argumentum à dote ad donationem propter nuptias observa. adde *l. 20. J. eod.* 41 Dos & donatio propter nuptias constante primo matrimonio diminui, mutuo consensu potest: in secundo matrimonio liberis existentibus ex primo, diminui non potest: ne fraus fiat legibus. *J. de secundis nupt.* 42 Vide dictam *l. 6.* 43 Et ita abrogatur pars legis superioris ibi, licet marito.

Ovidius: *Oscula si dederit, jam munera fecerit amator. Rogniarum* fuit is error, osculum morale esse peccatum, ut merito posset damnatus in errore fuerit. *cap. ubi Clement. de hæreticis.* Illud de osculo adjiciendum est, Solo osculo non contrahi propinquitatem. *cap. 18. lex Gothe 27. q. 2.* & jure Longobardico, propter filiam osculationem uxoris domini, vasallum feudum amittere, tit. *quibus mod. feud. amittatur.* Sed hæc omnia locum apud Gallos non obtinent, apud quos osculo judicia delibari non creditur, ne quidem in sponsa: adeo ut sponsa Thuilacos senatusconsulto anno 1576. Julii 12. sponsalitia munera restituere jussa sit. Quod tamen in sponsalibus per verba de præsenti contractis locum habere non videtur. vide Anton. Guilbertum *in tractatu de sponsalibus, cap. de effectu sponsal. in fin.* Basilius *in tit. de extraordinariis crimin. n. 3.* refert, quendam capite plexum fuisse, quod osculum per vim suæ puellæ maligni repulisset. Benignius est tamen putum in hujusmodi casibus arbitrio judicis relinqui, quam tam severam sententiam latam. vide Clement. 5. *sint §. ult. quæst. 83. vers. Osculum infra esse.* De osculo adflante mulieri dato vindicato, vide 22. iam Valer. 6. *cap. 1.* & vindicando, vide Augustin 21. *de civitat. 11.* de eo præsertim quod Græci καταφιλήσεως nomine quoties vir) *le καὶ τὸν γυναῖκα* ὅτε τὸν γυναῖκα *ἀδελφὴ εἶναι*, hoc est, osculum columberum. Seneca 20. *epist. 115.* Quid si quis fœminæ labris coinbatur? adde *l. 4. nec aliqua. 27. quæst. 1.* De aliis ad osculum pertinentibus, vide Petrum Gregor. 8. *syntagm. 8. & 36. syntagm. 12. in fin.* Petrum Costanum in Polyhistore, *c. 4.* Addamus & hoc raptim: Moris fuisse veteribus dexteram averiam osculo, quod genus honoris

1 Viri facile decipiunt uxores.

2 Hodie propter nuptias donationes dicuntur. *J. eod.*

3 Nomine emendato, emendatur vitium quod ex qualitate nominis nascebatur.

4 Quod olim donatio ante nuptias dicebatur, hodie propter nuptias donatio appellatur. *Nov. 97. c. 1. §. ult. conf. Sed nov. Inst. de donat.*

5 Ex quidem specialem esse contractum. *Nov. 119. in prine.*

6 Argumentum à dote ad donationem propter nuptias observa. Licet dotem constituere constante matrimonio, licet ergo marito donationem non tantum ante nuptias, sed post nuptias facere. Quod si post nuptias licet, impropria erit appellatio donationis ante nuptias. adde *l. 19. J. eod.*

7 Mulieribus magis indulgetur propter fragilitatem sexus quam viris.

8 Dos fit propter nuptias.

9 Dos non potest esse sine matrimonio. *l. 3. ff. de jure dot.*

10 Matrimonium potest esse sine dote. *l. 11. J. de repud.* & merito. Consensus enim nuptias facit, non dos. *d. l. 11. Nov. 22. c. 3.* Majorianus tamen omnimodo dotem exigit.

11 Constante matrimonio maritus donare propter nuptias potest.

12 Ὑπὲρ dos ἀντίγραφον dotis compendium, quasi contraria dos ex parte mariti, dixi initio hujus tituli.

13 Quæ fit remuneranti causa donatio, non est simplex donatio.

14 Dos ab antiquis inter donationes numeratur. Non est tamen simplex donatio, sed contractus & quidem specialis. *Novell. 119. cap. 1. in princ.* Cujus distinctionis utilitas summa est: Contractus non insinuatur, donationes insinuantur. *l. sancimus 34. J. de donationibus.*

15 Donatio propter nuptias, ante & post nuptias celebrari potest.

16 Id est, constante matrimonio. *l. 19. J. eod.* ut hinc etiam tacite intelligas, donationem propter nuptias non esse simplicem donationem, quia si esset simpliciter donatio, prohiberetur constante matrimonio.

17 Donatio propter nuptias non est simpliciter donatio, sed propter dotem & nuptias facta.

18 Donatio propter nuptias, propter dotem datio.

19 Ergo mulieris propria. *l. 1. §. 3. ff. de rei vind.* & tamen res donatæ propter nuptias, dicuntur obligatæ mulieri. *l. 19. vers. Item a. J. eod.* Sunt vero rei nullum pignus constitit. *l. 45. ff. de reg. jur.* Solve: Favore dotis actiones contrariæ admittuntur.

20 Donationes simplices cur vetitæ sint inter maritum & uxorem. *vide l. 1. ff. de donat. inter vir.*

21 *l. 11. J. de natur. alib. liber.*

22 Donatio propter nuptias constante matrimonio facta dotis quantitatem excedere non debet. *vide l. 10. J. de pactis conventis.*

23 *Alias præsumeretur simplex donatio.*

24 *Adjiciatur.*

25 *l. 7. §. 7. ff. de pact.*

26 Dotis pactum extenditur ad donationem propter nuptias, hoc est, eadem pacta in donatione propter nuptias repetita intelliguntur, quæ in dote constituta continentur, *ut hic: Aro in summa, tit. de donat. ante nupt.*

27 Id est, tacite ex natura contractus.

28 Pacta dotalia tacite repetita intelliguntur in donatione propter nuptias, nisi aliqua fuerint expressa in ipsa donatione. Expressum removetur præsentia taciti, tacitum venit suppletive: expressum vero suppletionem non recipit.

29 Receptum in uno correlativorum extenditur ad aliud. De relativis alibi diximus.

30 *l. 9. J. de pactis conventis.*

31 *l. 10. J. de pactis conventis.*

32 Dote data seu constituta mulier potest maritum cogere ad constituendam donationem æquali quantitate, qualitate & pactis. Quid, multi putant donationem ipso jure constitutam intelligi. *arg. hujus authent.* hac similitudine: ut quemadmodum maritus dotis dominus est; ita mulier donationis propter nuptias (licet usumfructum habeat maritus.) Item sicut dos soluto matrimonio uxori redditur. *l. 2. ff. soluto.* Ita hæc donatio. *Novell. de æqualitate dotis 97. §. 1.* Item quantam maritus ex pacto lucrari potest ex dote, tantundem uxor lucretur ex dicta donatione, ut æqualitas in omnibus servetur, licet nullum pactum in lucro talis donationis intervenerit. *vers. Sin autem donatio. J. eod.* Quæ si ita sunt, parum prosunt pacta de lucranda dote, vel dotis parte. Superioribus tamen hæc addenda sunt, multis in locis non fieri tales donationes, uti notat Baldus *hac lege.*

33 Si mulier dotem non dederit, sed tantum promiserit, eamque postea velit dare, maritus vero recusset: mulier dotem, si ea constabit in rebus mobilibus, deponet ac consignabit: sin minus, offeret tantum. 34 Si res sit immobilis. 35 Id est, offerat. Num immobilium obligatio habeatur pro datione. Res mobilis ut asseretur. 36 Mulier differens dotis prælationem, non meretur propter nuptias donationis prælationem. *Bald.* 37 *§. penult. Instit. de donationibus.* 38 Donatio ex intervallo insinuatur. valet à tempore donationis non insinuatæ, quasi recens factum trahatur ad præsens. vide Hotomm. *11. conf. in fin.* 39 Si post nuptias donatio potest perfici, multo magis insinuari poterit. 40 *l. 19. J. eod.* 41 *Dict. hic 19. est Justinian. de ea re dixi ibid.*

In Authent. ut spon. lar. in prin. coll. 9. tit. 2. Novell. 119. c. 2. & in Authent. ut fra. filii. §. illud quoque. col. 9. al. 2. tit. 7. Novel. 127. cap. 2.

EO decursum est, ut sponsalitia largitas 42 *speculo sit contractus, nec instrumentum desideret, etsi nisi ab alio detur, licet in viri persona donatio fiat, quatenus ipsa in hunc contractum conferebat: hoc quantum ad mulierem. At si vir, vel alius qui dederit eam, non insinuet, vana ea sit quantitas, & pacta dotalium concedant parti viri: nullam super ea habeat vir actionem.*

PAter donationem propter nuptias quam contulit in uxorem, non cogitur servare liberis prioris matrimonii, etsi ad secundas nuptias migraverit: Aliud est, si apud maritum aliquid ex dote, vel apud mulierem ex donatione resedit. Illud enim servare liberis prioris matrimonii debet.

In Authent. de æqualit. do. §. aliud. coll. 7. tit. 10. al. 8. Novell. 97. cap. 2.

NUnc 43 *inhibetur dominatio, ne fraus fiat liberis prioris matrimonii, quorum unicuique, etiam cui minus datum est, dare tantum cogitur, quantum secunda uxori: ita etiam à parte uxoris.*

TIT. IV.

DE NUPTIIS. 44

Si inter puellæ tutorem, & matrem, & propinquos non convenit.

1. Impp. Severus & Anton. AA. Pottio.

CUm de nuptiis puellæ 45 quæritur, nec inter tutorem 46 & matrem 47, & propinquos 48 de eligendo futuro marito convenit: arbitrium 49 Præsidis provinciæ necessarium est. 50

Si pater puellæ instrumento non subscripsit.

II. Iidem AA. Trophimæ.

SI nuptiis pater tuus consensit: nihil oberit tibi, quod instrumento ad matrimonium pertinenti non subscripsit. 51

De liberis.

III. Iidem AA. Valeriæ.

LIbertum 52, qui patronam, seu patroni filiam, vel conjugem, vel neptem, vel proneptem uxorem ducere ausus est, apud competentem judicem accusare poteris 53: moribus temporum meorum congruentem sententiam datutum: quæ hujusmodi conjunctiones odiosas esse merito duxerunt.

Ne liberi concubinæ parentum ducant.

IV. Imp. Alex. A. Perpetuo.

LIberi concubinas 54 parentum suorum [uxores] ducere non possunt: quia minus religiosam & probabilem 55 rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

De tacito consensu patris.

V. Idem A. Maximæ.

SI 56 (ut proponis) pater quondam mariti tui, in cujus fuit potestate, cognitis 57 nuptiis vestris, non 58 contradixit 59, veteri non debes, [ne] nepotem suum non agnoscat.

De matrimonio in provincia contra mandata Principum contracto.

VI. Imp. Gordianus A. Valeriæ.

ET si contra 60 mandata Principum contractum sit in provincia consentiente muliere matrimonium, tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseveraverit, justæ nuptiæ efficiuntur: & ideo postea liberos susceptos 61, natosque ex justo matrimonio, legitimos esse, responsum 62 viri prudentissimi Pauli declarat.

Si pater non consenserit.

VII. Idem A. Apro.

SI (ut proponis) post querelam de marito à filia [tua] ad te delatam, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa 63 est: minus legitima conjunctio est, cessante patris voluntate, in cujus est potestate: atque ideo non petente 64 filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

Quorum consensus requiritur, vel non.

VIII. Idem A. Romano.

IN copulandis nuptiis, nec curatoris 65, qui solam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognatorum vel affinium ulla auctoritas potest 66 intervenire: sed spectanda est ejus voluntas, de cujus conjunctione tractatur.

De nuptiis contra mandata contractis.

Quidam ajunt se hanc constitutionem in quibusdam exemplaribus reperisse. Quam tamen in nullis libris reperi, nec Græci eam habuerint, ne quid desideretur, adscripsi.

Idem A. Rationalibus.

MAnifestum est, nuptias contra mandata contractis, dotem, quæ data illo tempore, cum traducta est, fuerat, juxta sententiam D. Severi fieri caducam, nec, si consensu postea expisse videatur matrimonium, in præteritum commisso vitio potuit mederi. Dat. Kal. April. *Antiochiæ*, Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De tabulis nuptialibus, vel ad filios pertinentibus.

IX. Imp. Probus A. Fortunato.

SI vicinis 67, vel aliis scientibus, uxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est: quamvis neque nuptiales tabulæ 68, neque ad natam filiam pertinentes 69 factæ sunt, non ideo minus veritas matrimonii, aut susceptæ filiæ, suam habet potestatem.

De nupta dignitate.

X. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. Paulinæ.

CUm te non ex Senatore patre procreatam, sed ob 70 matrimonium cum Senatore contractum, clarissimæ 71 fœminæ nomen adeptam dicas, claritas, quæ beneficio mariti tibi parata est,

---

42 Id est, dotalia propter nuptias.

43 Ex ita alterutr. *l. 19. in fin. J. eod.* Goth. Vid. Rittershusius *in cap. 1. nov. part. 1. cap. 10. Novell. Leonis 70.* Auct.

44 Dixi ad tit. XXII. D. 1.

45 Tit. inscr. ad hyperbaton, sicut hospitium, hospitalitas, hospitalis, hospitalitas, puellæ & pupillæ differentiæ *Rittershus. in cap. 4. §. 12.*

46 Tutoris arbitrium quæritur in nuptiis puellæ.

47 Matris arbitrium quæritur in eligendo filiæ nuptio. *l. 20. J. ad Augustin. epist. 233.* Fingatur *sane* tutorem formarum nuptias puellæ, *sanctum*, impetrasse: *sed mater puellæ non adest: ergo* ita *sine ad nuptias interrogandum tutorem, cum nuncupatione.* adde *Cujac. 3. obs. 1. dicit ad l. 25. ff. de ritu.*

48 *l. 16. l. 20. J. eod.*

49 Facit *l. 3. in fin. ff. de administr. tut.*

50 Pœnæ in quas committere aliis jus arbitrio potestatem eligendæ filiæ? *potest. l. 14. ff. de ritu nupt.*

51 Consensus patris requiritur in nuptiis liberorum, ut eos ejus subscriptio. Ad tabulas nuptiales parte subscriptio, non ad subscriptionem nuptiarum pertinet.

52 Nuptiæ inter libertum mariti & mulier non potest, *ut hic. 4. Novell. 6. §. 29. l. 61. §. uxor. 3. ff. de ritu nupt. Paul. 2. sent. 19. §. 20.*

53 Hoc abrogatur. *l. 13. J. eod.*

54 Adde *l. 14. §. 2. ff. de ritu. l. 2. §. 2. ff. de concub.*

55 Et honestum. *l. 1. §. 3. ff. de concub. Novell. 117. cap. 3. §. 6.*

56 Nuptiæ filii pater qui eas adversatur, consentire intelligitur: hi autem ex eo nepotem libere cognitum. *Sanct. 28. in 4. cap. 30.*

57 Aliud si ignorat. *l. 11. ff. de sponsal.*

58 *l. 7. in fin. ff. de sponsal.*

59 Justum igitur præcedere non est necesse: cum licuerit post cognitas nuptias, eas contradicere, hoc est, ratum habere.

60 *l. 38. l. 63. l. 65. in fin. ff. de ritu nupt. 28. Sanct. 5. cap. 30.*

61 *Consuper*, Cocceius ita ratum fuit, *l. fall. 7. ex Thalebro*, & Ulpiani fragmento *t. & l. 11. ff. de statu.* Graci legunt καὶ ἐπιβεβαιοῦσι. Pollentia itaque non minus interponit *subscriptio*, quam *consensus. l. 17. §. 1. ff. ad Trebell. vide Cujac. 13. obs. 31. & l. 63. Goth. & Adde Cujac. lib. 1. observ. 11. & Contius. 1. dig. cap. 7. §. 1.*

62 *l. 18. ff. de ritu nupt.*

63 *l. 18. ff. de ritu nupt.*

64 Non possunt. Contius 1. *dict. 7.* non requiritur. Cujac. 13. *observ. 25.* non parenta, *Auredatur.*

65 *l. 20. ff. de ritu.* Goth. Vide Georg. Thalebr. *Synagm. jur. lib. 9. cap. 2. num. 13.* & Schneidwin. *ad tit. Instit. de nupt. part. 2. coquil. 4. num. 30. & ad tit. de adimendæ. §. omnium. num. 49. 50. S. I.*

66 Imo potest. *l. 20. in fin. J. eod.*

67 Nati ex eo quæ præsumitur uxor, præsumuntur legitimi. his adde *l. 6. ff. de his qui sunt sui. l. 11. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adult.* Guil. 2. *observ. 79.* ut hinc etiam colligas, Ignorantiam non præsumi in vicino. *l. 55. ff. locati.* aliàs præsumitur ignorantia. *l. 6. J. qui mille.* Quid si testis interrogatus ratione reddit (testimonii, quod videlicet fuerit vicinus, an fidem faciet. vid. *Rittersh. in l. ventricola 15. ff. de episcop. & cler. Sanct. in l. 1. ff. si servum.*

68 *l. 13. 20. J. eod. l. 7. ff. de probat. l. 11. J. de repud. Novell. 22. Novell. 74. Novell. 117.*

69 Nativitatis scripturæ ad natos liberos pertinentes, *malagmata*, de quibus *l. 2. §. 1. ff. de excusat. tut.* 70 Uxor senatoris clarissima. Senatores igitur clarissimi. *l. 13. C. de dignit. Novell. 22. cap. 36. vid. l. 100. ff. de verb. sign. l. famosa 3. ff. de senatorib.*

71 Vide quæ scripsi *ad l. 3. ff. de cur. alter. furios. l. 2. ff. de senator. &*

est, si secundi [1] ordinis virum postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statum deposita [2] est.

De uxore à parentibus retenta.

XI. Iidem AA. & CC. Alexandro.

SI invita detinetur [3] uxor tua à parentibus suis: interpellatus Rector provinciæ amicus noster, exhibita [4] mulierе voluntatem ejus secutus, desiderio tuo medebitur.

De filiofamiliæ.

XII. Iidem AA. & CC. Sabino.

NEc filium [5] quidem familias invitum [6] ad uxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. Igitur, sicut desideras, observatis juris præceptis sociare conjugio tuo quam volueris, non impedieris: ita tamen, ut contrahendis nuptiis patris tui [7] consensus accedat.

De instrumentis.

XIII. Iidem AA. & CC. Onesimo.

NEque sine [8] nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonii sunt idonea, divertsum veritate continente: neque non [9] interpositis instrumentis, jure contractum matrimonium, irritum est: cum omissa [10] quoque scriptura, cætera nuptiarum indicia [11] non sint irrita.

De libertate contrahendi, vel distrahendi.

XIV. Iidem AA. & CC. Titio.

NEque ab initio [12] matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare [13] quisquam cogi [14] potest: unde intelligis, liberam [15] facultatem contrahendi, atque distrahendi [16] matrimonii transferri ad necessitatem non opottere.

De liberta.

XV. Iidem AA. & CC. Tatiano.

UXorem liberam suam manumissori, si [17] non sit ex his personis, quæ [18] specialiter prohibentur, ducere non est interdictum, & ex eo matrimonio justos patri filios nasci certissimum est.

In Authent. ut liberti de cætero. §. si quis autem. coll. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 3.

Sed novo jure nulla dignitas prohibet cum liberta nuptias contrahi, dotalibus instrumentis confectis.

De filia à patre expulsa, & ab alio nutrita.

XVI. Iidem AA. & CC. Rhodoni.

PAtrem, qui filiam expositi [19], hanc nunc adultam sumptibus & labore [tuo] factam, matrimonio conjungi filio tuo deliberantis favere voto convenit: qui si renitatur, alimentorum [20] solutioni [in hoc solummodo casu] parere debet.

De cognatis & affinibus.

XVII. [21] Iidem AA. & CC.

NEmini [22] liceat contrahere matrimonium cum filia [23], nepte, vel pronepte: itemque cum matre [24], avia, vel proavia: & ex latere [25] amita [26], ac matertera [27], sorore [28], sororis filia [29], & ex ea nepte [30]: præterea [31] fratris [tui] filia [32], & ex ea nepte: itemque ex affinibus [33], privigna [34], noverca [35], nuru [36], socru [37], cæterisque quæ jure antiquo prohibentur, à quibus cunctos volumus [te] abstinere. Dat. Kal. Maji, *Damasco*, Tusco & Anulino Conss. 295.

De vidua transfumta ad secundas nuptias.

XVIII. Imppp. Valent. Valens & Gratian. AAA. ad Senatum.

VIduæ [38] intra [39] quintum & vicesimum annum degentes, etiamsi [40] emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia non conveniant. †. Quod si in conventionis delectu, mulieris voluntas patris [41] repugnat sententiæ, & propinquorum [42]: placet admodum (ut in virginum [43] conjunctionibus sancitum est) habendo examini auctoritatem quoque judiciariæ cognitionis adjungi: ut, si pares [44] sint genere ac moribus competitores, in potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbaverit. †. Sed ne forte hi qui gradu proximo [45] ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impediant, si hujus rei suspicio præcesserit, eorum voluntatem judiciumque succedere, ad quos etiamsi fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis commodum pervenire non possit. Dat. xviii. Kal. Augusti. Gratiano A. ii. & Probo Conss. 371.

De consobrinis.

XIX. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P. P.

CElebrandis inter consobrinos [46] matrimoniis licentia legis

---

[1] Id est, inferioris. *d. l. 25. l. 8. in fin. ff. de senatorib.*

[2] Quæ iterum nubit, non utitur privilegiis primi matrim. *d. cap. 3. l. 22. §. 1. ff. ad municipalem.*

[3] Puella detinentis uxorem alteriùs: adde *l. 8. ff. de divortiis.*

[4] De uxore exhibenda & ducenda agi potest adversus socerum. *l. 2. ff. de liber. exhib.*

[5] *l. 24. ff. ad l. 25. ff. de ritu.*

[6] Matrimonium nunta contractum, non subsistit, & impune dissolvitur. *l. 14. ff. ead.* sed novo consensu confirmatur. vide *Novell. 1. praff. 6. cap. 2. Gajilian 2. praff. 535. l. 3. ad. vid. l. 2. §. 5. ff. de ritu.*

[7] Nuptiæ absque dotalibus instrumentis contrahi possunt, dum ea [ita] celebrentur, quæ legibus Servati præcipiunt. *4. Harm. 4. §. 15.* Sola instrumenta dotalia non faciunt nuptias.

[8] Matrimonium non requirit instrumenta dotalia. Nuptiæ possunt esse, licet testationem in scriptis non fiat. *l. 4. in fin. ff. de spons.*

[9] *Omissa* sic Græci legunt: *ἀπροσδιόνυσα τὰ συμβόλαια. Cujac. 17. observ. 8.* utramque dici potuit. Omissum vel amissum Scripturam non vitiat reliquis indiciis nuptiarum.

[10] Matrimonium indicia probari possit.

[11] De nuptiis inter primum consultis.

[12] De nuptiis reconciliatis & redintegratis. vid. *l. 7. ff. de divort.*

[13] *l. 22. ff. ead.*

[14] *l. 15. in fin. ff. ead. l. 22. l. 28. ff. de ritu. l. 134. ff. de verb. oblig.*

[15] De nuptiis distrahendis. *l. 19. ff. de verb. oblig.*

[16] Solvitur est hodie hæc distinctio. *Arch. Sed nostra. ff. ead.*

[17] Generalis permissio non omnibus casibus specialiter prohibitis.

[18] Titius pater filiam exposuit, Cujus expositam educavit: Cujus requiritur consensus in exposita educanda? Naturalis patris.

[19] Educatur patri filium suum vindicanti impensas alimenta. Seneca *controvers. 6.* Pete quantumvis pro discipliniis, imputa quantumvis pro alimentis; & educator apud Quintil. *declamat. 278.* Recipere illud, nisi solutis alimentis non potuisti. *& post:* alimenta subvisti, computatis autem ut expositum recideres. adde *l. 1. ff. de infantib. expos.* Ergo, quæ misericordiæ causa dantur, interdum repetuntur. *l. 7. ff. de eximendis. Cujac. 16. obs. 36.* 21 Integra lex extat apud auctorem Collat. leg. Mosaicar. *tit. 6.* 22 Nuptiæ prohibitæ inter ascendentes & descendentes, ut hic, etiamsi naturales tantum vel adoptivi sint, quod etiam obtinet dissoluta potestate, podori enim & ei appellatio ei quæ quondam ceptis fuerit. *4. Harm. 6. §. 21.* adde leg. Salicam antiquam Francorum huic pene similem. *tit. 14. c. 12.* 23 Vid. *l. 53. l. 68. ff. de ritu.* vid. *Ulp. 5. §. 5.* vid. *5. Harm. 4.* 24 *§. 1. Inst. de nupt.* 25 *l. 68. ff. de ritu.* 26 *l. 17. §. 2. ff. de ritu. §. 5. Inst. de nupt.* 27 *§. 5.* 28 *§. 2. Inst. de nupt. l. 35. §. 1. ff. de verb. oblig.* 29 *l. 56. ff. de ritu. l. 2. ff. si nuptiæ ex rescripto. l. ult. ff. de incestis. Gaius 1. Inst. §. 4.* 30 Neptem ex sorore tamen ducere plebi olim quidam permissum fuisse, refert Plutarchus *Problem. 6.* Verum id postea sublatum, adeo ut ne pronepti quidem fas sit ducere. *l. 39. ff. de ritu.* Alexius Comnenus, *libr. jurisprudentiæ in constitutione Alexii, περὶ γάμων διάταξις*, ad suggestionem Proedri & Etheriarchi, Bardoë Zeri constituit, ut ne amita nuptias contrahat cum fratris filio; fratris filia cum patruo, tametsi sexto gradu ex consanguinitate conjungantur: quæ constitutio ex Nicolai quoque patriarchæ Constantinopolitani subscriptione recepta est. Sueton. *in Claudio 26.* & Cass. Tacitus *lib. 5.* refert, Claudium Cæsarem illecebris Agrippinæ Germanici fratris sui filiæ per jus osculi & blanditias in amorem pellectum, subornasse proceres in Senatu, qui censerent, Claudium cogendum ad eam uxorem ducendam, quasi Reipub. interesset, duodamque casuris veniam talium conjugiorum quæ ad id tempus incesta habebantur. Ac vix non interposito die Claudium confecisse nuptias: non repertis qui super tanto exemplum ex republica liberum quodam & altero principali. 31 Quæ sequuntur à Tribonian. addita sunt ex Constantini & Constantis lege. 32 *§. 3. Inst. de nupt. l. 2. ff. si nuptiæ ex rescripto.* 33 Nuptiæ prohibitæ inter affines. *§. 6. Inst. de nupt.* Qui affines, vid. *l. 4. §. 3. ff. de gradibus.* 34 *§. 6. l. 14. in fin. ff. de ritu. l. ult. in fin. ff. de conditi. sine causa. l. 38. ff. ad leg. Jul. de adult.* 35 *§. 7. Inst. de nupt. l. 14. §. 4. conf. Basilicam novarum. ff. de ritu. Nov. 115. c. 3. §. 3. & c. 4. §. 3. l. 5. ff. ad leg. Pomp. de parricid.* 36 *l. 5. §. 4. conf. Novell. §. 6. Inst. de nupt.* 37 *§. 7. Inst. de nupt. l. 4. §. 4. conf. magna charta. l. 4. §. 6. ff. de gradib.* 38 viii. *C. Theod. l. 1.* Olim idem primum absumit in pupillo, deinde in virginibus puberibus. *l. 20. ff. ead.* 39 Aliud erit, si majores viginti quinque annis. 40 Aliud in filio emancipato. *l. 25. ff. de ritu nupt.* 41 *Matris*, ita emendat *Cujac. 3 obs. 5.* 42 *l. 1. C. ead.* 43 Pupillarium. *Cujac. d. loco* ita legit. 44 Pares inter convivales mulier unum eligere potest. 45 Personæ interdum proximiores in ordine succedendi proximo necessitates, magisque matrimonia fiunt ac suspectæ. facit *l. 1. ff. de ui publica.* 46 Duorum fratrum liberi inter se conjungi possunt, *ut hic. §. 4. Inst. de nupt. l. 3. ff. de ritu.* Abhorrens tamen negotio est apud Theoph. & Cujac. 1. *Instit. §. 7.* & ita quoque scriptum reperitur *l. 1. C. Theod. de incest. nupt.* Sed & *Harmen. 4. tit. 6. §. 22.* testatur non licere uxorem ducere vel ipsi patruelem suam: id est, filiam patrui, aut amitæ. Puterant tamen conjungi rescripto Principis. *l. unic. C. Theod. si nupt. ex rescripto.* Paulus Monach. *in Theod.* Ambrosius *l. 8. epist. ad Valentinian. Collation. 7. Mosaic. 46.* Quæ ratione permotus Contius 1. *Inst. 9.* scribit hanc legem à Tribuniano

---

hujus salubritate indulta est: ut revocata prisci [47] juris auctoritate, restinctisque calumniarum fomentis, matrimonium inter [48] consobrinos [49] habeatur legitimum: five ex duobus fratribus, five ex duabus sororibus, five ex fratre & sorore nati sunt: & ex eo matrimonio editi, legitimi, & suis patribus successores habeantur. Dat. Stilicone ii. & Antemio Conss. 405.

De puellis.

XX. Impp. Honor. & Theod. AA. ad Theodorum P. P.

IN conjunctione filiarum [50] in sacris [51] positarum, patris [52] expectetur arbitrium. Sed si sui juris puella sit intra [53] quintum & vicesimum annum constituta: ipsius quoque adsensus exploretur. Si patris auxilio destituta, matris [54] & propinquorum [55], & ipsius [56] quoque requiratur adultæ judicium. Si [vero] utroque orba parente, sub curatoris [57] defensione constituta sit, & inter honestos competitores matrimonii oriatur forte certamen, ut quæratur, cui potissimum puella jungenda sit, si puella cultu verecundiæ [58] propriam noluerit voluntatem depromere, coram positis propinquis, judici [59] deliberare permissum, cui melius adulta societur.

De militibus.

XXI. Impp. Theod. & Valent. AA. Basso P. P.

ACaligato [60] milite usque ad Protectoris [61] personam sine aliqua solennitate matrimoniorum, liberam cum ingenuis duntaxat mulieribus contrahendi conjugii permittimus facultatem.

De donatione ante nuptias. De instrumento dotis. De pompa & celebritate nuptiarum.

XXII. Iidem AA. Hierio P. P.

SI [62] donationum ante nuptias, vel dotis [63] instrumenta defuerint, pompa [64] etiam, aliaque nuptiarum celebritas omittatur: nullus existimet ob id deesse recte alias [65] inito matrimonio firmitatem, vel ex eo natis liberis jura posse legitimorum auferri: inter [66] pares honestate personas nulla lege impediente consortium, quod ipsorum consensu, atque amicorum fide firmatur. Dat. x. Kalend. Mart. *Constantinop.* Felice & Tauro Conss. 428.

De scenicis mulieribus & earum liberis. 7. De instrumentis dotalibus. 8. De causis futuris, vel præteritis.

XXIII. Imp. Justinianus A. Demosthenei P. P.

IMperialis benevolentiæ proprium [67] hoc esse judicantes, ut omni tempore subjectorum commoda tam investigare, quam eis mederi procuremus: lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore conversationem imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione sublevandos esse censemus, minimeque eis spem melioris conditionis adimere: ut ad eam respicientes, improvidam, & minus honestam electionem facilius derelinquant. Nam ita credimus Dei benevolentiam, & cir. a genus humanum nimiam clementiam (quantum nostræ naturæ possibile est) imitari [68], qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostro subjectos imperio nos etiam facere differamus: nulla venia digni esse videbimur. §. 1. Itaque cum injustum sit, servos quidem libertate donatos posse per divinam indulgentiam natalibus [69] suis restitui, postque hujusmodi Principale beneficium ita [70] degere, quasi nunquam servissent, sed ingenui [nati] essent: mulieres autem quæ scenicis [quidem] ludis sese [ante] immiscuerunt, postea vero spreta mala conditione ad meliorem migravere sententiam, & inhonestam professionem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficii quod eas ad illum statum reducerent, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari potuerunt: Præsenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea lege condonamus, ut, si [71] derelicta mala & inhonesta conversatione commodiorem vitam amplexæ fuerint, honestatique esse dederint, liceat eis nostro supplicare numini, ut divinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: his, qui eis conjungendi sunt, nullo timore tenendis: ne scitis præteritarum legum infirmum esse videatur [tale] conjugium, sed ita validum hujusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla præcedente inhonesta vita uxores eas duxerint, sive dignitate præditi sint, sive alio modo scenicas in matrimonium ducere prohibentur: dum [72] tamen dotalibus [73] omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur conjugium. Nam omni [74] macula penitus direpta, & quasi suis natalibus hujusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhonestum eis inhærere de cætero volumus, neque differentiam aliquam eas habere cum his quæ nihil simile peccaverunt. §. 2. Sed & liberos ex tali matrimonio procreandos, suos & legitimos patri esse: licet [75] alios ex priore matrimonio legitimos habeat: ut bona ejus tam ab intestato quam ex testamento isti quoque sine ullo impedimento percipere possint.

§. 3. Sed & si tales mulieres post divinum rescriptum ad preces earum datum ad matrimonium venire distulerint, salvam eis nihilominus [76] existimationem servare præcipimus, tam in aliis omnibus, quam ad transmittendam, quibus voluerint, suam substantiam, & suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam hereditatem.

In Authent. Scenicas non solum si fidejussores. §. 2. coll. 5. tit. 6. al. 4. Novell. 51.

QUod eis permittetur, etiamsi [77] juraverint in tali professione se perseveraturos: quia legibus expressum est, illicita res juramentum servari

---

[47] Juris auctoritate indulta hujus matrimonium permissum.

[48] Inter consobrinos matrimonium permissum.

[49] Hic advertendum leges de nubendo in familia & tribu. *Num. 36. Tobiæ 7.* de nubendo ei qui proximus esset, cognovere, cujusmodi lex Solonis fuit apud Athenienses. *Pollux 3. Onomast. 3.* Hujus legis meminit Terentius Phormione: *Lex est, inquit: ut ubi qui sint genere proximi hic habeat, & illa ducere eadem hæc lex jubet.* Idem in Adelphis: *Hæc virgo ubi ipse pater. Hic mihi amicus illi genere vel proximus. Huic leges cognat nubere hanc.* Fortunatian. 2. Rhetor. *Lex est, orba proximo mihi natæ, vel si cum voluerit in matrimonium ducere, ducere mihi.* Verum, proximitatis nomine circumscripto, ac definito legibus sunt nuptiæ apud Romanos. vid. *l. 17. ff. ead.*

[50] Adde *l. 18. ff.*

[51] Non sui juris.

[52] *Novell. 115. cap. 3. §. 11.*

[53] *l. 18. ff. ead.*

[54] *l. 2. ff. ead.*

[55] *d. l. 2. & d. l. 18. ff. ead.*

[56] Vid. *l. 8. ff. ead.*

[57] *d. l. 8. in fin.*

[58] Verecundam & consequenter silentem decet esse mulierem. Propter verecundiam naturale est mulierem tacere. *l. 1. §. 5. ff. de postulando.*

[59] *d. l. 2. in fin. ff. ead.*

[60] Id est, vile. *l. 9. in fin. ff. de custod.*

[61] *Protectii* exhortatio, ita legit Pareus in voce Caligatus. De protectoribus *dicam ad tit. de domesticis & protectoribus ff. ead.*

[62] Donatio propter nuptias ad subsistendum matrimonii nihil pertinet. *l. 3. C. Theod. de nupt. l. 8. C. Th. de dotal.*

[63] Dotis instrumenta non sunt de substantia matrimonii. *dicam plenius ad Authent. Mauimus. ff. ead.*

[64] Pompa hujusmodi, & nuptiarum celebratio non est de substantia matrimonii. *l. 9. ff. de ritu nupt.* Ideo & Ambrosius *l. 8. epist. ad Valentinian.* Paulus Monach. *in Theod.* Ambrosius *l. 8. epist. ad Valentinian. Collation. 7. Mosaic. 46.* Quæ ratione permotus Contius 1. *Inst. 9.* scribit hanc legem à Tribuniano

[65] Matrimonium consistere potest sine donatione propter nuptias, sine dotis instrumento, sine pompa.

[66] Hoc innuit, inter impares honestate personas (veluti si senator scenicam ducat permissu Principis) exigi tabulas nuptiales.

[67] Proprium Principis, subditorum commodis prospicere.

[68] Deum imitatur qui ignoscit.

[69] Servi natalibus restituti possunt à Principe.

[70] Effectus restitutionis natalium.

[71] Scenicæ mulieres, vitæ pœnitentes, Principis rescripto cuivis, etiam illustri possunt nubere. Hodie non requiritur rescripium. *Novell. 89. & Novell. 117.* Antiqua parro hujus rescripti formula extat apud Cassiodorum *epist. 8.* Quod de scenicis diximus, idem exigebatur in ancilla. Hieronymus *ad Oceanum*: Si ab Imperatore Rolam illam, id est, ancillæ meruerint, inter uxores eas recipere cogentur, &c. 72 Prohibetur conjugium, seu matrimonium dotalibus instrumentis: ut inter quos dotis instrumentum intercessisse probatum erit, inter eosdem matrimonium intercessisse & contractum probetur, *ut hic*: Romanus *singul. 448.* putat dotis instrumento plene, ac perfecte probari, dotis restitutionem faciendam esse: at non plene probari matrimonium, sed simplicem & præsumptive tantum. *§. illud. Novell. ut à patrem filii 127. Glossa in l. in consultationis §. ff. de consultationibus, & in l. generali. C. de fideiussoribus.* 73 Dotalia instrumenta requiruntur in nuptiis scenicæ à Principe restituæ. 74 Effectus restitutionis natalium. inde colligitur, infamem famæ restitutum à testimonio dicendo non arceri. 75 Legitimati succedunt cum legitime natis. Etiamsi cessit causa filialis privilegii impetrati.

---

1 Dignitatis nuda adeptio famam interdum reſtituit. Ratio poteſt hæc eſſe, quod conceſſa dignitate nobili, omne impedimentum famæ ſublatum videatur. Inde putat Baldus, Tacite famam reſtitui quam Imperator ſuos inter conſiliarios aſcivit. Principis enim comitatum illuſtrem eſſe. *l. 1. ff. de prægatiis laborum.*

2 De propria motu. *cap. ſi motu proprio 23. in fin. de prabend. & dignit. in 6. Bald. ibi.*

3 Ergo illicitum matrimonium famæ reſtitutione non confirmatur.

4 Privilegium matris non prodeſt filiæ ante privilegium natæ. Hinc concludit Baldus, non dici filium regis qui natus ante ejus coronationem ſit. *arg. l. 25. ff. de eſſ. milit. l. 2. §. 2. ff. de decur.* vid. Hotoman. *Illuſtrium quæſt. 2.* Goth.

Adde Joann. Aurpoch. *Epiſt. juridicar. lib. 2. Epiſt. 2.* Aug.

5 Interdum liberi poſt mortem parentum poſſunt legitimari.

6 l. 22. T. eod.

7 Nefarii coitus damnati: vide *Novell. 12.*

8 Μεχρὶ καὶ τῶ τρισκαιδεκάτῳ. *4. Harmenopul. 4. περὶ ἀβασανίστων. & Synopſ. 29. tit. 3. cap. 16.*

9 Olim tabulæ nuptiales requirebantur, ut per nuptias liberi, ſui fierent & legitimi. *Novell. 12. cap. 4. verſ. Si enim. Novell. 18. cap. 11.* & inter impares honeſtatæ perſonas. *l. 22. T. eod.* Hodie non exiguntur, niſi illuſtris uxorem ducat non illuſtrem: niſi ſint barbari. Mirius enim cum Barbaris agitur propter eorum ſimplicitatem. *Novell. 117. cap. 4.* in reliquis nuptiis non exiguntur inſtrumenta dotalia: ſufficit enim ut teſtatio fiat apud defenſorem eccleſiæ, quæ tamen obſervatio remittitur tenuioribus, & gregariis militibus, & his qui nuptias jurejurando confirmant palam in æde ſacra, vel tactis divinis ſcripturis. *Novell. 74. cap. 5.*

10 Confirmato matrimonio confirmatur ſtatus liberorum, non è contra.

11 Ut ſi ita pactum ſit. Dubis vel facies ſi nupſeris?

12 Adde *l. 39. §. 1. ff. de ſtatu liberor.*

13 Pota ſacra benedictio. dixi ad *Nov. Leon. 89.* adde quæ ſcripſi ad *l. 66. §. 2. ff. de donat. inter vir. Hotoman. 23. Illuſtr.*

14 Conditio nuptiarum impletur per actum & rem ipſam, non per habitum & potentiam. *Salic.*

15 Hæc eſt XVI. deciſio ex quinquaginta novis Juſtiniani ut videre eſt apud Inglois. Aug.

16 Vide *Theoph. Inſt. de nuptiis.* 17 Vide *Poſtium in mente capti.*

18 Argumentum à mente capto ad furioſum. 19 Dementis & furioſi filii, cujuſcunque ſexus ſint, nuptias contrahere poſſunt, dotem conſtituere, & donare propter nuptias, curatore & judice adhibitis. *l. 28. T. de epiſcop. aud.* 20 *Inſt. de nupt. in princ.* 21 *l. 33. ff. de legat. 3.*

22 Quo quiſque dignioris eſt familiæ, majorem dotem meretur. *l. 28 T. de epiſcop. aud. l. 60 ff. de jure dot.* 23 Præſumitur pro nobilioribus. *l. 28. l. 1. T. de aud. in barr.* 24 Hinc concludunt, Pauperum advocatis nullum deberi honorarium. 25 Alumnam ducere poſſumus. Collectaneum vertit interpres Baſilicon *tit. de nupt.* & collectaneæ exemplum ponit in ancilla patris. Poſſis & alumnam interpretari eam, quam quis ab alio expoſitam aluit. vide *Poſtium in Alleatus.* adde de alumno quæ ſcripſi ad *l. 1. T. quando quis pignor.* 26 Hæc eſt XVII. deciſio ex quinquaginta novis Juſtinianis, vid. apud Inglois. Aug.

ſervari non oportere: & pœna perjurii, ſi qua eſt, in eum convertenda eſt, qui exigit.

§. 4. Similes vero tale merentibus ab Imperatore beneficium mulieribus illas etiam eſſe volumus, quæ dignitatem [1] aliquam [habent,] etſi non Sereniſſimo Principi ſupplicaverint, ultroneam [2] tamen donationem ante [3] matrimonium meruerint: ex qua dignitate, & aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitime conjungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. §. 5. His illud adjungimus, ut & filiæ hujuſmodi mulierum, ſi quidem poſt [4] expurgationem prioris vitæ matris ſuæ natæ ſint, non videantur ſcenicarum eſſe filiæ, nec ſubjacere legibus quæ prohibuerunt filias ſcenicarum certos homines in matrimonium ducere. Sin vero ante procreatæ ſint, licet eis preces offerentibus invictiſſimo Principi, factum ſine obſtaculo ullo mereri reſcriptum: per quod eis ita nubere permittatur, quaſi non ſint ſcenicæ matris filiæ: nec jam prohibeantur illis copulari, quibus ſceniæ, vel dignitatis, vel alterius cauſæ gratia uxores ducere interdicitur: ut tamen omnimodo dotalia inter eos etiam inſtrumenta conficiantur. §. 6. Sed ſi à ſcenica matre procreata, quæ uſque ad mortem ſuam in eadem profeſſione duraverit, poſt [5] ejus obitum preces Imperatoriæ Clementiæ obtuleritis, & divinam indulgentiam meruerit, liberationem maternæ injunæ, & nubendi licentiam ſibi condonantem: iſtam quoque poſſe ſine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum ſcenicæ filiam uxorem ducere prohibeantur. §. 7. Immo etiam illud removendum eſſe cenſemus, quod in priſcis legibus (licet obſcurius) conſtitutum eſt: ut matrimonia inter [6] impares honeſtate [perſonas] contrahenda, non aliter quidem valeant, niſi dotalia inſtrumenta confecta fuerint: his vero [etiam non] intercedentibus, omnimodo firma ſint, ſine aliqua diſtinctione perſonarum: ſi modo liberæ ſint, & ingenuæ mulieres, nullaque nefariatum, vel inceſtarum conjunctionum ſuberit ſuſpicio. Nam nefarios [7], & inceſtos coitus omnibus modis amputamus, ſicut & illos, qui præteritarum legum ſanctione ſpecialiter vetiti ſunt: exceptis videlicet his quos præſenti lege permittimus: legitimique matrimonii jure muniri præcipimus.

In Authent. ut lic. matr. & uviæ. §. quia vero legem. coll. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 4.

Maximis decorati dignitatibus uſque [8] ad Illuſtres, remiſſis dotalibus inſtrumentis [9] conſcriptis, rite contrahunt nuptias: licet ante contractas retinuerit: exceptis Barbaris reliquis omnes affectu ſolo recte contrahunt matrimonium.

8. His itaque per hanc generalem legem ita conſtitutis, & de cætero conſervandis, præteritas etiam hujuſmodi conjunctiones ex ſubjecto tempore factas ſecundum prædictam diſpoſitionem judicari præcipimus: ut ſi [10] quis talem uxorem ab initio noſtri imperii (prout dictum eſt) jam duxerit, & liberos ab ea procreaverit, juſtos eos & legitimos, & tam ab inteſtato quam ex teſtamento patris ſucceſſores habeat, & legitima in poſterum nihilominus ex uxore permanente, procreati quoque liberi legitimi ſint.

Verbum nuptiarum *quamodo accipitur.*

XXIV. Idem A. ad Senatum.

SAncimus, ſi quis *nuptiarum* fecerit mentionem in qualicunque pacto [11], quod ad dandum, vel ad faciendum, vel non dandum, vel non faciendum concipitur, & ſive *nuptiarum* tantummodo dixerit, *ſive nuptias* nominaverit: non [12] aliter intelligi conditionem eſſe adimplendam, vel [non] extenuandam, niſi ipſa nuptiarum accedat feſtivitas [13]: & non eſſe tempus inſpiciendum, in quo nuptiarum ætas, vel fœminis poſt duodecimum annum acceſſerit, vel maribus poſt quartum decimum annum completum, ſed ex quo vota nuptiarum re ipſa [14] proceſſerint: Sic enim & antiqui juris contentio dirimetur, & immenſa librorum volumina ad mediocrem modum tandem pervenient.

De liberis furioſi, vel mente capti.

XXV. Idem A. Juliano P. P.

SI furioſi parentis liberi, in cujus poteſtate conſtituti ſunt, nuptias poſſint contrahere, apud veteres agitabatur [15]: & quidem filiam [16] furioſi marito poſſe copulari, omnes pene juris antiqui conditores admiſerunt: ſufficere enim putaverunt, ſi pater non contradicat. In filio autem familias dubitabatur: & Ulpianus quidem retulit conſtitutionem Imperatoris Marci, quæ de furioſo non loquitur, ſed generaliter de filiis mente [17] captis, ſive maſculi, ſive fœminæ ſint, qui nuptias contrahunt: ut hoc facere poſſint etiam non adito Principe. Et aliam dubitationem ex hoc emergentem, ſi hoc, quod de mente capto conſtitutio induxit, etiam in furioſis obtinendum ſit, quaſi exemplo mente capti & furioſi filios adjuvantes. His itaque dubitatis, tales ambiguitates decidentes, ſancimus, hic tepleri, quod Divi Marci conſtitutioni deeſſe videtur, ut [18] non [19] ſolum dementis, ſed etiam furioſi liberi cujuſcunque ſexus [20] poſſint legitimas contrahere nuptias, tam dote, quam ante nuptias donatione à curatore eorum præſtanda, æſtimatione [21] tamen in hac regia urbe excellentiſſimi Præfecti Urbis, in provinciis autem virorum clariſſimorum earum Præſidum, vel locorum Antiſtitum, tam opinione [22] perſonæ, quam moderatione dotis, & ante nuptias donationis conſtituenda, præſentibus tam curatoribus dementis, vel furioſi, quam his qui ex genere eorum nobiliores [23] ſunt: ita tamen ut nulla ex hac cauſa oriatur, vel in hac regia urbe, vel in provinciis jactura ſubſtantiæ furioſi, vel mente capti, ſed gratis [24] omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expenſarum detrimento prægravetur.

De alumna, de ſuſcepta à ſacro baptiſmate.

XXVI. Idem A. Juliano P. P.

SI quis alumnam [25] ſuam libertate donaverit, & in matrimonio ſuo collocaverit: dubitabatur apud antiquos, utrumne hujuſmodi nuptiæ legitimæ eſſe videantur, an non? Nos itaque vetuſtam ambiguitatem decidentes [26], non eſſe vetitum matrimonium cenſemus: ſi enim ex affectu omnes introducuntur nuptiæ, & nihil impium, nec legibus contrarium in tali copula expectamus: quare prædictas nuptias inhibendas exiſtimemus? nec enim homo ſic impius inventur, ut quam ab initio loco filiæ [27] habuit, eam poſtea in ſuo collocet matrimonio: ſed ei credendum eſt, quia eam & ab initio non ut filiam educavit, & libertate donavit, & dignam eſſe poſtea ſuo putavit matrimonio.

†. Ea videlicet perſona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, ſive alumna ſit, ſive non, à ſacroſancto ſuſcepit baptiſmate [28]: cum nihil aliud ſic inducere poteſt paternam affectionem, & juſtam nuptiarum prohibitionem, quam hujuſmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ ſunt.

De ætate contrahentium.

XXVII. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus [29] nuptias, quæ inter maſculos & fœminas majores, vel *minores ſexagenariis* [30], vel quinquagenariis [31], lege Julia, vel Papia prohibitæ ſunt, homines volentes contrahere, & ex nullo modo, vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

De nova dignitate mariti, vel ſoceri.

XXVIII. Idem A. Joanni P. P.

SI libertam quis uxorem habeat, deinde [32] inter Senatores ſcribatur dignitate illuſtratus: an ſolvatur matrimonium, apud Ulpianum quærebatur: quia lex Papia inter [33] Senatores & libertas ſtare connubia non patitur. Nos igitur Dei ſequentes judicium, non patimur in uno eodemque connubio mariti felicitatem uxori fieri infortunium: ut quantum vir in altum tollatur, tantum & conjunx ejus decreſcat, imo magis penitus deperat: ablit itaque à noſtro tempore hujuſmodi aſperitas, & firmum maneat matrimonium, & uxor marito concreſcat, & ſentiat ejus fulgorem: ſtabileque maneat matrimonium [ex] hujuſmodi ſuperventu minime diminutum. Simili modo, ſi privati hominis filia ad liberti veniat connubium, & poſtea [34] pater mulieris ad Senatoris dignitatem fuerit elatus, taceat Papiæ legis crudeliſſima ſanctio: & neque per hunc modum diſſolvatur matrimonium inter facti ſenatoris filiam & libertum, ne ſoceri proſperitas ſine genero inveniatur. Melius enim eſt, legis Papiæ ſeveritatem in utroque caſu compeſcere, quam eam ſequendo hominum matrimonia diſpergere, non ex vitio mulieris & mariti, ſed ex proſpera alteruttius partis fortuna: cum enim ex una radice vitium naſcitur, conſequens eſt ut una lege rollatur.

De ſcenicis mulieribus.

XXIX. Idem A. ubique terrarum religioſiſſimis Epiſcopis.

SAcram fecimus conſtitutionem [35], nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam aut liberam, in ſcenam aut orcheſtram petrahere, neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejuſſores [36], quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modum promiſſum repetendo: ſed ſi quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & à clariſſimis provinciarum præſidibus, & à civitatum religioſiſſimis Epiſcopis conſtituimus, dantes licentiam religioſiſſimis Epiſcopis una cum clariſſimo provinciæ Præſide, etiam invitos trahere ad ſe eos qui compulerint, aut qui murari ſeu converti ab ea actione prohibuerint, & publicam quidem fieri eorum ſubſtantiam, ipſos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipſe ſit qui eas compulerit, aut à prædicta actione converſionem ſeu reſipiſcentiam prohibuerit, damus licentiam & ſolos religioſiſſimos Epiſcopos adire eam quæ talia patitur, aut ejus fidejuſſorem, hunc vero [Epiſcopum] adverſari magiſtratum habenti, & non permittere injuſte agere, aut ſi minus fuerint ad id conſequendum potentes, indicare id noſtro imperio, ut à nobis competens exerceatur pœna: fidejuſſionibus ſimul liberandis, & fidejuſſoribus [37] indemnibus conſervandis: licentiam dantes converſis hujuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimonium tranſire legitimum, etiamſi contigerint honeſtiſſimis dignitatibus qui illas duxerint, decorati, non amplius indigentibus imperialibus reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirum inſtrumentis omni modo inter ipſos factis: eademque & de filiabus ſcenicarum conſtituentes.

§. 1. Hanc autem dictam conſtitutionem, & in quinto libro omnium conſtitutionum hujus ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri, ad civiles magiſtratus reſcriptam poſitimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem, & vobis ubique terrarum poſitis religioſiſſimis Epiſcopis hæc facere manifeſta, properera congre-

κδ'. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τοῖς πανταχῆ τῆς θεοφιλεστάτης ἐπαρχίας.

Θείων ἐπιτιμίων δεῖσθαι νέμομεν, ὅσοι συγχωροῦσιν ἑαυτοὺς ἀνάνδρου γυναικὸς ἀνδρὶ ἢ ἐλευθέρᾳ εἰς συνοικεσίου ἢ ἀρχόντων κηδεμόνι, ἢ ἐπιτρόπῳ ἢ ἀδελφῷ ἢ πατρὶ ἢ μητρὶ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἐξουσιῶν ἢ κυρίᾳ, ἢ ὅστις αὐτὴν τοῦτο ζητοῦσα ἐφ' ὑπογραφῆς ἐπιλογὴν εἰς ἀπαντὴν ἀπὸ εἰκοστοῦ ἕνδεκα, καὶ λοιπὸν πάσῃ πάσῃ τῇ τοῦ λαμπροτάτου ὑπαρχείου ἀρχούσῃ, τῇ δὲ τῶν ἐνδόξων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διοικήσεσι, δόντες ἀδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ἀφ' ἑαυτῶν ἀφαιρεῖσθαι τὸ ὑπαρχὸν ἀφ' ἑαυτῶν τοὺς βιαιοπαθοῦντας ἢ τοὺς ἀπαλλοτριοῦντας ἢ ὑποχείρους κωλύοντας, τῇ ἐκμισθώσει δὲ αὐτῶν ποιεῖν τὸν ὕστερον ὁποιονοῦν τῶν πολιτῶν ἐξελαύνοντες. Εἰ δέ τινα ὑπαρχίαν ἀνώτατος ἢ βικάριος ἢ εἰς τὰ τοιαῦτα ἀπαντήσαι κωλύων ἀδείαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ὑπὲρ τοῦ πάντα ποιῆσαι ἢ τὸν αὐτὸς ἐχθρωθῆναι, τὸν δὲ ἐναντίως ἐξαγγελθῆναι τοῦτο τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ ἢ τῷ ἐκδίκῳ ἵνα ἐκ μὴ συχνοῦ ἀδίκου, ἢ μὴ ἡδοντ ὑπὸ τῶν ἐναντίων, μᾶλλον εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ὁμοίου τοῦ ὑποστῆναι ἐξαγγελθῆναι τοῦτο τῷ ἐχθροῦ κυρίῳ τοῦτο ἢ ἐκδίκῳ ἢ τῷ ἐκδίκῳ ἐκείνου φυλαττόμενον, ἀδείαν δίδοντες τοῖς ἀπαλλοτριοῦσιν τοιούτοις γυναικὸς ἐλευθέρας καὶ δίχρονον ὕστερον ἢ γάμου χωρὶς νόμου, ἢ εἰ τυγχάνουσι τοῖς στεφανώσεως ἀξίοις εἰ τοιοῦτος λαμβάνοντες κτησαμένοις μικρὰ διαθήκας βασιλικὰς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ ἐξουσίαν ἢ γάμου πρωτίστως, γαμικῶν μὲν τοῖς συμβολαίοις οὐ τοῦτο πάντες μεταξὺ αὐτῶν γενομένοις, τὰ αὐτὰ δὲ ὄντα ἢ γαμικὰ ἀλλὰ καὶ ἐπιλαμβάνειν ἀξιοπαθεῖν.

§. α'. Τῶν δὲ εἰσαγομένων ἀξιωμάτων ἢ ὁ τῆς πατρικίας βιβλίου ἢ πάντων ἀξιωμένων τούτοις δὲ ἢ ὑποτάξεως ὑποτάξεως ὑπαγόντων βιβλίοις ἀπὸ τοῦ πολλοῦ ἔχοντος ἀνδρὸς ἀναγεγραμμένου τοῦτο ἐπιτάξῃ ὁ ἐχθρὸς ἢ ἐκδίκῳ ἀπὸ ἢ πάντων ναυμαχίας ἢ ἡμῶν τοῦ πατρικίου ἢ ὑποτάξεως ἢ ὑποτάξεως ἐπιτάξεως

27 Adoptio hæc anonyma eſt: quia nec vera adoptio, nec vera adrogatio eſt. vid. *Zoſimum 2. Reſponſorum 7.* ubi de anonymis in jure tractat.

28 Nemo eam ducere poteſt, quam ex facro baptiſmate ſuſcepit. Ratio hic affertur quaſi paternitatis, *ut inſt. de Nuptiis. Baſil. l. 1. tit. 1. cap. 13. Theodor. in Paratit. ad l. 4. Harmen. li. περὶ τῶν εἰς τὸ ἅγιον βαπτίσματος. Balſamon ad Nomocan. cap. 52.* Poteſt hæc etiam adferri, attactis latum diſcrimen. Quia Harmenopulus *hoc ſolum* patrem arguit contrahi poſſe nuptias cum ipſius mulieris matre, aut filia. *Demoſthen. Chorenus apud Arethæum ſcholiaſte Baſilicorum, lib. 3. tit. 1. de Synod. cap. 11. de Novell. reg. tit. 1. Novell. 137. cap. 16. ſect. Novell.* Quæ etiam bodie obtinent inter Rhuthenos & Moſcos. *Reſponſa de rerum Muſcoviticarum connexionibus.* Inter confirmatum, & parentem ejus, qui confirmavit, non poſſunt contrahi nuptiæ. Ratio eſt, quia confirmatus & parens, & patrinus & publicitio conſtituitur. *can. ſi quis 8 Balſamon 2. 30. 1. ex concilio Trullano. Balſ. cap. 2.* Hic etiam locus attendit parens & infans ad ſacramentum baptiſmatis oblatus abextraneis fuiſſe, an & à parentibus offerri juſtum ſit? vid. *Arcud. lib. 2. ad Sanctum.* An baptiſmus invocanti poſt delictum ſubvenit, pœna delicti minuenda ſit? vide apud Tiraquellum *tract. de pœna temperata.*

29 Citatur in *l. 11. T. de legitimis heredibus.*

30 Dixi ad *Nov. 22. §. 3.* adde *l. 11. ff. de act. emt.* adde *Cujac. 23. de prudent. Adrian. Merat. 1. vol. 1. de ſponſ. Adrian. Gudelin. de jure fam. & matr.*

31 Quinquagenaria mulier nuptias potuit contrahere, *ut hic:* quin tali ex muliere parem legitimo eſt, ſubiiſſe veteri ſuper ea re dubitatione Cofſiorienſis ad conſultationis, *uti colligitur ex his quæ ſcripſi ad l. 12. T. de Senat. Inſtit.*

32 Superveniens matrimonio ſtatus & dignitas nuptias perfectas non diſrumpit, quæ alioquin, ſi maritus uxorem ſenatorem non fuiſſet, non poſſent contrahi. Res enim jam perfecta non violatur, licet veniat ad eam caſum à quo non poſſit incipere. *Inſtit. adde l. 3. ult. pronin.*

33 Lege Papia ſenatus liberum ducere non poterat: *adde l. 27. §. 2. ff. de ritu.*

34 Quæritur poſtea dignitate liberorum quidem ſtatum mutari non tamen eorum nuptias diſſolvi. *l. 13. l. 33. ff. de ritu. nupt.*

35 *Novell. 51.*

36 Malefici & deteſtor nuptias non poſſunt. *l. 10. §. 3. ff. de ſtipulat. Novell. 51.*

congregantes, quæ ad ipsam pertinent expositione latiore sancita, eandem divinam constitutionem fecimus etiam ad vos, ut sacerdotalem conservantes reverentiam & continentiæ studiosi, hæc custodiatis, tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, si quid horum prætermiseritis, considerantes. Dat. Kalend. Novembr. C.P.D.N. Justin. iv. & Paulino Conss. 534.

Tit. V.

DE INCESTIS ET INUTILIBUS NUPTIIS.

De liberta, quæ à patrono divertit.

1. Imp. Alexander A. Amphigono.

Libertа [1], eademque uxor tua, si à te invito [2] discesserit [4], connubium cum alio non habeat, si modo uxorem eam habere velis.

De polygamia.

11. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Sebastianæ.

Neminem, qui sub ditione sit Romani nominis, binas [1] uxores habere posse, vulgo patet: cum etiam in Edicto Prætoris hujusmodi viri infamia notari sint. Quam rem competens judex inultam esse non patietur.

De ancillis.

111. Imp. Constantinus A. Patroclo.

Cum [6] ancillis non [7] potest esse connubium [8]: nam ex hujusmodi contubernio servi [9] nascuntur: ideoque præcipimus, ne Decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine servarum ducente confugiant. Si enim Decurio clam actoribus & procuratoribus nescientibus, alienæ fuerit servæ conjunctus: & mulierem in metallum detrudi per [10] sententiam judicis jubemus: & ipsum Decurionem in insulam deportari: omnibus bonis ejus civitati, cujus Curialis fuerat mancipandis, si patria potestate fuerit liberatus, nullosque habeat liberos, vel parentes, vel etiam propinquos, qui secundum legum ordinem ad ejus successionem vocentur. †. Quod si actores vel procuratores loci, in quo flagitium admissum est, fuerint conscii vel compertum facinus promere noluerint: metallo eos convenit implicari. †. Si vero dominus [loci] hoc fieri permisit, vel postea [11] cognitum celavit, si quidem in agro id factum est, fundus cum mancipiis & pecoribus, cæterisque [12] rebus quæ cultui rustico sustinentur, fisci juribus vindicetur. Si vero in civitate id factum est: dimidiam bonorum omnium partem præcipimus confiscari: pœnam augentes, quoniam intra [13] domesticos parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare. [14]

De matrimoniis contra legum præcepta, vel contra mandata constitutionesque Principum.

IV. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Andromachum Comitem rerum privatarum.

Qui contra legum [15] præcepta, vel contra mandata [16] constitutionesque [17] Principum nuptias forte contraxerit; nihil [18] ex eodem matrimonio, sive ante [19] nuptias donatum, sive deinceps quoquo modo [20] datum fuerit, consequatur: idque totum quod ab alterius liberalitate in alterum processerit, ut indigno indignave sublatum, fisco [21] vindicari tancimus: Exceptis tam fœminis, quam viris qui aut errore [22] acerrimo [23], non affectato, insimulatore, neque ex vili causa decepti sunt, aut ætatis [24] lubrico lapsi: Quos tamen ita demum legis nostræ laqueis eximi placuit, si [25] aut errore comperto, aut ubi ad legitimos pervenerint annos conjunctionem hujusmodi sine ulla procrastinatione diremerint.

De uxore fratris, de sorore uxoris.

v. Iidem AA. Cynegio.

Fratris [26] uxorem ducendi vel [27] duabus sororibus conjungendi penitus licentiam summovemus, nec dissoluto quocunque modo conjugio.

Pœna incestarum & vetitarum nuptiarum.

VI. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P. P.

Si quis incesti [28] vetitique conjugii sese nuptiis funestaverit: proprias, quamdiu vixerit, teneat facultates [29]: sed neque [30] uxorem, neque [31] filios ex ea editos habere credatur. †. Nihil prorsus prædictis [32], neque per interpositam quidem personam, vel donet superstes, vel moriturus derelinquat: dos [33] si qua forte solemniter aut data aut promissa fuerit, juxta jus [34] antiquum fisci nostri commodis cedat: testamento suo extraneis [35] nihil derelinquat: sed (sive testato, sive intestato) legibus ei & jure succedant, fi qui forte ex justo & legitimo matrimonio editi fuerint: hoc est, de descendentibus filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de ascendentibus autem pater, mater, avus, avia: de latere, frater, soror, patruus, amita. †. Testandi sane ita demum habeat facultatem, ut his tantummodo personis pro juris ac legum, quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis præcepti tenore mandavimus: ita [36] tamen, ut [ab] hereditate defuncti penitus arceatur, fi quis ex his [37], quos memoravimus in contrahendis incestis nuptiis consilium iniisse monstrabitur, successuro in locum illius, qui post cum gradu proximus invenitur. †. Ea sane quæ de viris cavimus, etiam de fœminis, quæ prædictorum sese consortiis commaculaverint, custodiantur. †. Memoratis vero personis non extantibus [nostro] fisco locus pateat. Dat. iv. Id. Decemb. *Constantinop.* Arcadio iv. & Honorio iii. AA. Conss. 396.

In Authent. de incestis & nefariis nuptiis. §. 1. col. 2. tit. 7. al. 6. Novell. 12. cap. 1.

Incestas nuptias [38] *contrahentis pœna est, confiscatio* [39] *bonorum, tam cæterorum, quam dotis: exilium* [40] *etiam & cinguli (si quæ potuit) spoliatio: verberatio quoque si visa est, fœmina quoque talia scienter peccante, similis pœna subjuganda. Subsistancia sic amissa* [41] *liberis hoc ipso sui juris effectis, si quos habet legitimos applicetur: ut tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus fisco defertur.*

In Authent. quib. mod. naturales effic. sui. §. fin. col. 7. tit. 1. Novell. 89. cap. ultimo.

Ex [42] *complexu nefario aut incesto, seu damnato ictu, nec* [43] *naturales sibi nominandi, omnis paterna sub damnatis indagine beneficia, ut nec alantur* [44] *à patre.*

De humilibus & abjectis fœminis, nec non de Senatoribus.

VII. Impp. Valent. & Martianus [45] AA. Palladio P. P.

Humilem [46] vel abjectam [47] fœminam minime eam judicamus intelligi, quæ licet pauper [48], ab ingenuis tamen parentibus nata fit. Unde licere statuimus Senatoribus, & quibuscunque amplissimis dignitatibus prædictis ex [49] ingenuis parentibus natas, quamvis pauperes in matrimonium sibi accipere, nullamque inter ingenuas & opulentiores ex divitiis & opulentiore fortuna [50] esse distantiam. Humiles [51] vero abjectasque personas eas tantummodo mulieres esse censemus; ancillam, ancillæ filiam, libertam [52], libertæ filiam [scenicam, scenicæ filiam, tabernariam, tabernarii vel] lenonis aut arenarii filiam, aut eam quæ mercimoniis publice præfuit. Ideoque hujusmodi inhibuisse nuptias Senatoribus [53] harum fœminarum, quas modo enumeravimus, æquum est. Dat. Prid. Non. April. *Constantinop.* Aetio & Asterio [54] Conss. 454.

De uxore fratris.

VIII. Imp. Zeno A. Epinico P. P.

Licet quidam Ægyptiorum [55] *idcirco* mortuorum [56] fratrum sibi conjuges [57] matrimonio copulaverint, quod [58] post illorum mortem manisse virgines dicebantur, atbitrati scilicet (quod certis [59] legum conditoribus placuit) cum corpore [60] non convenerint, nuptias non videri [re] esse contractas; & hujusmodi connubia tunc temporis celebrata firmata sunt, tamen præsenti lege sancimus, si quæ hujusmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumque contractores, & ex his progenitos, antiquarum legum tenori subjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus supradictum est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

Abrogatio rescriptorum, vel pragmaticarum formarum, aut constitutionum, quæ tyrannidis tempore incestas nuptias permiserant.

IX. Imp. Anastasius [61] A. Severiano P. P.

Ab incestis nuptiis universi, qui nostro regunter imperio noverint temperandum: nam rescripta [62] quoque omnia, vel pragmaticas formas aut constitutiones impias, quæ quibusdam personis tyrannidis tempore permiserunt scelesto contubernio matrimonii nomen imponere, ut fratris filiam [63], vel sororis [64], vel eam quæ cum fratre quondam nuptiali jure habitaverat, uxorem legitimam turpissimo consortio liceret amplecti, aut ut alia hujusmodi committerentur, viribus carere decernimus: ne dissimulatione culpabili nefanda licentia corroboretur.

---

[1] 117. C. Theod. 12. Vivian. l. 8. 7. 10. C. ad. leg. Aquil. 28. Ed. 4. conf. Voet. ad Pand. tit. 4. Harmen. 5. cap. sqq. ex antiquitate Græco-Rom. addit. Petr. Gregor. 39. part. 11. Incestas nuptias Sozomenus appellat ἀνοσίους καὶ ἀθεμίτους γάμους.

[2] Nov. 22. c. 37. l. 11. l. 14. ff. de donat.

[4] Hinc colligunt eunuchi ægri matrimonium sequi, nisi pulmo contractionem interpositam fecerit: quæ de re vide Wernher. t. pract. 36. c. 4.

[5] Dixi ad l. 7. ff. de Judæis. adde Sim. 18. c. 5. verf. sicut enim quæ legitima uxori conjunctio.

[6] Nempe est ex l. 8. C. Theod. de decurionibus lib. 12.

[7] Fateor. Quæstio proinde, Quid ille est? servilis captio? servitus quoven ducenda aut pascenda sint? Notum arbitrer, quod sit nusquam gentium. At ego sic hoc fieri in Græcia & Carthagine. Et hic in nostra terra atque in Apulia, maxime apud ibi servilem captio, quam liberalis etiam carnifices. Hodie consultum cum ancillis esse potest. Nov 78. c. 1. Nov. 117. c. 6. Goth. Mox Jure Canonico. cap. 1. & tot. tit. extr. de conjug. servorum. Add.

[8] Nov. 22. c. 10. l. 3. ff. de his qui. Sup. ff. §. 1. de tamen connubium. Pand. 3. fent. 19. §. 3. inde unions servorum matrimonales. l. 22. §. 3. ff. de ritu.

[9] Natus ex ancilla & servo fit. servus. l. 24. ff. de stat. l. 1. Gai 4. §. 11. e contrario, natus ex libera & servo fit ingenuus. Instit. l. 3. in fin. Julian.

[10] Pœna quæcunque fit, sententiam judicis exigit. l. 13. ff. de pœn.

[11] Scientia superveniens pœnam quæ punitur, qui ratione ignorantiæ excusabatur: pœna.

[12] Pabulatur res alii, ita est.

[13] Et ita eatinus punitur is, in cujus domo fit aliquid ne patiente, quam ipse principalis qui delinquit. l. 13. de fossa monta. l. 9. §. 2. ff. de adulteriis. Dixi ad Novell. 14. §. 1. Nov. 22. cap. 28. §. 2. Nov. 78. verf. Omnibus. Nov. 134. cap. 8.

[14] Cognitæ delicta graviora poliuntur & demantur, non tamen penitus. Et inquisita veritate facta. arg. l. 2. §. 43. ff. ad Trebell. l. 127 §. 2. ff. de verb. obligat. l. 23. ff. folut.

[15] l. 23 ff. de ritu.

[16] l. 6. T. de nupt. l. 2. §. 1. ff. de his quæ ut indign. 28. Exing. 5. cap. 30.

[17] l. 1. l. 54. T. de Epifcop. & Cleric. l. 26. verf. Eam vide licet. T. de nupt. & contra Senatusconsultum. l. 1. ff. de precium.

[18] De pœnis incestarum nuptiarum. vide l. 6. J. eod. 19 Ex l. 3. C. Theod. eod. Inter cæteras pœnas incestis nuptiis impositas hoc refertur, ut dotalia propter nuptias facta cadant: quotusdamum jure antiquo dos. l. 32. ff. de ritu. novo non sit. l. 1. T. de eund. ut indign. Alex.

[20] Ergo nec prælegatum consequi. l. 6. l. 1. l. 27. ff. de obseq. leg. l. 23. ff. de his quib. ut indign. Alex.

[21] l. 6. J. eod. l. 2. §. 1. l. 13. ff. de his, quæ ut indignis. l. 27. ff. d. obseq. legat.

[22] Error acerrimo ignoscitur. l. 57. in fin. ff. de ritu. Novell. 12. c. 1. in fin.

[23] Acerrimus quidam in legent, idque probavit Albericus, eadem forma dicitur qua celeritimus à Cato Mario apud Prisc. anum, & ab Ennio apud Charisium. vide Cujac. 15. observ. 13. in fin.

[24] Ætatis lubrico succurritur. l. 57. in fin. ff. de ritu. l. 38. §. 4. ff. de adulteriis.

[25] Pœnitentia admittitur in lapsu per errorem contractu. vid. Hieronym. apud Rufinum S. collation. leg. Mosaic.

[26] Duæ duobus fratribus jungi non potest. l. 8. l. 9. J. eod. l. 2. C. Theodos. de incest. nupt.

[27] Duæ duabus sororibus jungi non potest, ut hic: ut nec una duobus fratribus. T. eod. vid. Cujac. 18. Observ. 28. Basilic. ad Diocletian. de ea qui duas sorores duxit. Quin Nov. Patriarchæ Sisinii & Xiphilini verat ne quis sororem spuriæ suæ docet. 3. Harmen. 6. Goth. In secunda tamen affinitatis gradu, veluti inter me & eam quam uxoris meæ frater uxorem habuit, nuptiæ pro ibitæ non sunt. Affinitatis enim gradus nulli sunt, neque affines alii ex aliis nascuntur. l. 4. §. 4. ff. de gradib. Quod affinitas tantum & jus necessitudinis coactæ inter conjugem & alterius conjugis consanguineos. l. 1. 4. §. 3. ff. de gradib. S. l.

[28] Cum confobrina, sorore fratris filia, ejusve uxore. Hanc unius exempla ponuntur in l. 3. C. Theodosian. eod. unde hoc lex defumpta est. 29 Olim pœna ignium & proscriptionis erat. d. l. 3. 30 Prima pœna incestarum nuptiarum. §. 12. hujus de nupt. 31 Secunda. d. §. 12. verf. itaque. 32 Tertia. Novell. 143 verf. Sanciamus.

[33] Quarta.

[34] Quinta. l. 4. T. eod. l. 32. ff. de ritu. l. 3. ff. de jure dot. §. 12. Inst. de nupt.

[35] Sexta.

[36] Septima.

[37] Persona.

[38] Consolatæ hujus auth. cum Novell. 17. cap. 12. Item cum Novell. 134. cap. ult. vid. Rittershus. in explicat. Nov. 12. cap. 2. part 4. n. 2. num. 35. Anz.

[39] Vid. J. eod.

[40] Id est, deportatio. facit l. 5. ff. de quæstionib. Septima pœna.

[41] Octava pœna, bonorum privatio.

[42] Spurius jure civili, neque inter vivos, neque ultima voluntate quidquam ex bonis paternis capere potest. Cujus sententiæ ampliationes quatuordecim, exceptiones decem, vide apud Duenzium reg. 316.

[43] Nona pœna. Nov. 74. c. 6. aliæ pœnas vid. apud Citerum 5. sent. §. incestus. 9.

[44] Vid. Nov. 89. c. 15. Goth. De jure Canon. debentur alimenta. cap. 5. extr. qui dicit in matrimon. quod sequitur Cæner. Imper. Andr. Gail. lib. 2. obs. 88. num. 12. Anz.

[45] Fit hujus constitutionis à Martiano latæ mentio Nov. 117. c. 6.

[46] Pars Novellæ Martiani, de matrimoniis senatorum. vers. humiles.

[47] d. cap. 6.

[48] Non ideo quis humilis aut abjecta, quia pauper. vide omnino d. Novellam Martiani.

[49] Ex ingenuis parentibus nascuntur interdum pauperes liberi.

[50] Hinc illud Horatii, lib. Epodon, ode 4. Fortuna meres non mutat genus.

[51] Humiles & abjectæ personæ quæ vid. l. 1. J. de natur. liberti.

[52] Id abrogatum Nov. 89. c. 1. §. 1.

[53] l. 23. l. 44. ff. de ritu. id abrogatur Novell. 78. c. 3. Nov. 117. c. 6.

[54] Stadio.

[55] Et Judæorum & veterum. l. 2. C. Theod. de incest.

Quin ipfi Ægyptii sorores eodem patre genitas, Philo Judæus lib. de Specialib. legib. Arnob. 8. contra gentes: & hoc pertinet quod apud Æmilium Probum in Cimone & prooemio vitarum legitur priscorum Athenienfium more licitum fuisse sorores ducere (Andocides tamen oratione contra Alcibiadem, Athenæus lib. 13. & Suidas in verbo Cimon & hegesandri referunt. Cimonem ideo ostracismo fua civitate ad tempus relegatum fuisse, quod sororem suam Elpinicen duxisset.) Sane sororis ducendæ jus Persarum legibus non fuit. unde Cambyfem legimus apud Herodotum lib. 3. cum amore sororis captus fuisset, nec liceret sororem lege Persarum ducere, interrogasse regios judices apud quos legum interpretatio & custodia erat, Num lex id permitteret? responsum accepisse, Nullam legem fe invenire quam fratri fit licitum nubere sorori, quandum tamen invenire qua licuit Regi Persarum facere quod lubeat. Sororis nuptias quoque vetitas apud Priscos testis Phocylides in illo versu, μὴ κασιγνήτην δὲ λεχέων ἔντὸς τίθεσο, id est, ne fratrum vetitum geniale sororis intro.

[56] Mortui fratris uxorem fratet superstes ducere ita jubebatur lege Mosis. Deut. 25. verf. 5. num. 5. verf. 28. Barb. 4. verf. 10.

[57] His ita evenisset, ut una duobus fratribus esset conjuncta, quod est contra legem 5. T. eod. l. 9. T. eod.

[58] Eam ob causam Judæi & Ægyptii ducebant viduas fratrum.

[59] Antigeni, quorum sententia explosa est.

[60] Explosa veterum quorundam opinio existimantium solo consensu nuptias non contrahi ac nunquam perfici, nisi reipsa sequuto concubitu: adde l. 6. T. de don. inter vir. Novell. 22. cap. 3. l. 30. ff. de reg. jur.

[61] Idem A. Sebastiano PP. Cilicius ita restituit 8. obs. 28. vulgoque hanc legem esse Zenonis. Est etiam ad eandem Sebastianum alia Zenonis constitutio, qua Basilici acta rescindunter. l. 16. T. de sacrof. Eccles. Sebastianum hunc maribus præditum Tribonianus similimis, Suidas scribit in Zenone.

[62] Dixi ad dict. l. 16.

[63] Ἀδελφιδᾶς Græci. Hujusmodi nuptiæ ante Constantium & Constantium modo permissæ (ex Cornelio Tacito 12. constat) modo multis constitutionibus inhibitæ. l. 39. l. 57. §. 1. ff. de ritu. Xiphilinus in Nerone. vid. l. Constantini, & Constantis apud Cujac. 8. obs. 28.

[64] Vid. l. ult. J. ff nuptiis ex rescripto. adde Gonf. Donell. quæ extat apud Rosfic. tit. 6. col. leg. Mosaic. & Papian. lib. secundus erat matrimonium cum fratris filia: vetitum cum sororis filia, vitiosis eodem gradu essent. Ulp. 5. §. 6. & ideo in l. 39. l. 56. ff. de ritu. l. 38. §. 1. ff. de adult. De sororis filia, neque de pronepte loquuntur authores, non de fratris filia, & in leg. ult. ff. de cond. sine caus. l. 57. §. 1. ff. de ritu. de avunculo, non de patruo. Quære, quod Dion scribit, Nervam vetuisse, Ne quis fibi nepte duceret, de fororis, non de fratris filia intelligit, ne duceretur, cujus mater duci non poterat. Pothea id immutatum: neque hodie licet tertio gradu ullam ducere. ut hic. l. 17. T. de nupt. §. 3. Inst. de nupt.

Tit. VI.

DE INTERDICTO [65] MATRIMONIO INTER [66] PUPILLAM ET TUTOREM SEU CURATOREM FILIOSQUE EORUM.

De rusticitate & imperitia.

1. Impp. Severus & Antonin. AA. Marino.

Senatusconsulti [67] auctoritatem, quo inter pupillam & tutoris filium connubium salubertime sublatum est, circumveniri rusticitatis & imperitiæ velamentis non oportet.

De matre pupillæ.

11. Imp. Alexand. A. Byrrho.

Mater pupillæ cum [68] tutore filiæ suæ, vel filio tutoris nuptias contrahere non prohibetur.

[65] Jure canonico hujusmodi matrimonium subtilitis. vide Wernher. t. pract. 36. c. 2.

[66] l. 15. ff. de ritualib. l. 59. l. 60. ff. de ritu. l. ult. ff. de leg. 1. l. 2. §. 1. ff. de leg. 2. l. 2. §. 1. ff. de his quæ ut indign. 4. Harmen. 6. cap. sqq. testibus ad 28. Exc. 5. c. 13.

[67] d. l. 59. l. 60. §. 1. l. 14. J. de succ. sui.

[68] Privigni sui tutor quis esse potest. l. ult. J. de

De curatore post nuptias dato.

111. Idem A. Rogatiano.

CUm proponas ei, quam matrimonio tuo junctam suggeris, post liberos susceptos curatorem patrem [1] tuum datum, quem contendis, nec te in potestate habuisse: cum rite contractum matrimonium ex post [2] facto vitiare non potuerint, justam interpretationem meruere non debes: ne liberi quos habetis, non ex justo matrimonio suscepti videantur. Ut autem omnis scrupulus [3] auferatur, insistere pater tuus debet, necnon & uxor tua, ut alius loco ejus detur: habebit enim facultatem repetendæ rationis negotiorum gestorum ab eo qui fuerit substitutus.

De filio liberti tutoris.

IV. Imp. PHILIPPUS A. Higinæ.

LIbertinum, qui filio suo naturali [4], quem in servitute susceperat, postea manumisso pupillam suam, eandemque patroni sui filiam in matrimonio collocavit; ad sententiam Amplissimi ordinis qui hujusmodi nuptiis interdicendum putavit, pertinere, dubitari non oportet.

De filia curatoris.

V. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Apuleio.

CUratorem [5] adulto suo filiam suam nuptui collocare non posse, falso tibi persuasum est. [6]

De filio tutoris.

VI. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Lucio.

SI [7] patris tui pupillam nondum reddita tutelæ ratione, vel post redditam nondum exacto quinto & vicesimo anno, necnon utili [8] anno, uxorem duxisti: nec matrimonium cum ea habuisse, nec filium ex hujusmodi conjunctione procreasse videris potes. Sane [9], si hoc pater puellæ, cum [10] decederet, postulavit, & nuptiæ rite contractæ, & filius videtur jure susceptus.

De infamia & data condictione.

VII. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Paragonio.

SI tutor, vel curator pupillam, vel adultam quondam suam sibi [11], vel filio [12] suo, nullo divino impetrato beneficio, in matrimonio collocaverit: manet infamia contra eum, veluti confessum de tutela: quia hujusmodi conjunctione fraudem administrationis tegere laboravit: & dos data per condictionem repeti potest.

De eo, qui pro tutore, seu curatore, vel negotiorum gestore administravit.

VIII. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P. P.

SI quis tutoris vel curatoris nomine usurpato, id est, pro [13] tutore seu curatore negotiorumve gestore res pupillæ administraverit, eamque sibi filiove suo copulaverit: tales nuptias stare, & non ad exemplum tutorum infirmari sancimus: ne ex hujusmodi subtili, vel maligno tractatu matrimonia, seu proles ex his progenita vel dos super his data, vel promissa, aliquam læsionem, vel calumniam patiantur.

1 Socer non prohibetur dari curator nurui. *l. 17. §. de excusat.*

2 Titius Cajam duxit, Titii pater Cajæ datus est tutor: estne dirimendum matrimonium? non est: nam rite contractum matrimonium ex post facto non vitiatur. adde *l. 28. §. de nuptiis.*

3 Sufficionem etiam vir bonus cavere debet. sic Julius Cæsar, *Mosteni suspicionem quam ei nimia judicis timere operetur. Sueton. in Julio 74.* Sic Livia apud Dionem, *queruit se Augusto non modo non peccare, sed ne videri quidem peccasse.*

4 Eroti Pamphilus nascitur. Eros manumissus tutor Cajæ filiæ patroni datur. potestne Eros Pamphilo suo naturali pupillam suam elocare? non potest. & sic appellatione filiorum naturalium filii continentur. adde *l. 64. ff. de ritu.*

5 Curator potest adulto suo filiam suam matrimonio jungere. Filium autem adultæ cujus curam gerit, absque jussu Principis non potest: alioquin notatur infamia. *Harmen. 6. §. 52. adde l. 1. C. eod.*

6 Potest enim adultus sine ullo metu rationem rei suæ ab uxore sua ejusque heredibus exigere.

7 Etiamsi tutor curatori rationes reddiderit; pupillam tamen cujus tutelam gessit, non potest antequam ex vigesimumquintum ætatis annum attigerit, & concessum restitutioni quadriennium effluxerit, uxorem ducere, etsi jam ex altero matrimonio liberos susceperit. *4. Harm. 6. §. 50.*

8 Quod est prohibitum tempore minoris ætatis, idem durat tempore utilis anni, & ita restringe legem 19. *vers. idemque est in minore. ff. de orationib.* 9 Exceptio regulæ superioris. 10 *l. 36. ff. de ritu nupt. l. 28. §. 3. ff. de lib. & posthum. l. 7. ff. de adult. l. 1. in fin. C. si nupt. ex rescripta.*

11 *l. 36. ff. de ritu nupt.* 12 *l. 64. ff. de ritu nupt.* 13 Prohibitio nuptiarum ad tutorem & curatorem pertinens, non extenditur ad prætutorem & procuratorem seu gestorem: alioquin paulatim omnis qui rationibus reddendis esset obnoxius, prohiberetur sibi vel filio suo conjungere eam cui obligatus esset. *l. 67. §. 5. ff. de rit. nupt.*

De

amissionem bonorum, & pœnam depportationis subiturum se esse non ambigat, & amisso jure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se ex hac conjunctione susceptos, justos non habiturum, nec unquam postulatæ indulgentiæ annotationisve indulto efficacem se veniæ effectum meruisse: exceptis his qui parentum [28] sponsionem de nuptiis filiarum implere desiderant, vel sponsalia [29], hoc est arrarum data nomine, reddi sibi præcepto legum cum statuta pœna deposcunt. Dat. Kal. Febr. HONOR. VIII. & THEOD. III. A. CONSS. 409.

11. Imp. ZENO A. Basilio P. P.

NEfandissimum scelus fratris sororisve filiæ [30] nuptiarum, quod sacratissimis constitutionibus sub gravissimæ pœnæ interminatione damnatum est, iteraro præsentis divinæ sanctionis tenore modis omnibus prohibemus. Precandi quoque in posterum super tali conjugio (imo potius contagio) cunctis licentiam denegamus: ut unusquisque cognoscat impetrationem quoque rei cujus est denegata petitio, nec si per subreptionem [31] post hanc diem obtinuerit, sibimet profuturam.

TIT. IX.

DE [32] SECUNDIS [33] NUPTIIS.

Pœna nubentis intra tempus luctus.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEODOSIUS AAA. Eutropio P. P.

SI [34] qua mulier nequaquam luctus [35] religionem prioti viro nuptiarum festinatione præstiterit: ex jure quidem notissimo sit [36] infamis [37]: præterea [38] secundo viro ultra tertiam partem bonorum in dotem non det, neque ei ex [39] testamento plus quam tertiam partem relinquat. Omnium præterea [40] hereditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers: hæc namque omnia ab heredibus, vel coheredibus, aut ab intestato succedentibus vindicari jubemus: ne [41] in his in quibus correctionem morum induximus, fisci videamur habere rationem. His etiam [42] amittendis, quæ prior maritus ei suprema voluntate reliquerit: quanquam hæc quæ mulieri à prioti viro relinquuntur, & per immaturum [43] matrimonium vacuata esse cœperunt, primo à decem personis Edicto Prætoris enumeratis (id est, ascendentibus, & descendentibus, ex latere autem usque ad secundum gradum, scilicet gradibus [44] servatis) deinde [45] præsumi à fisco jubemus. Eandem quoque mulierem infamem redditam heretitates ab intestato [46], vel honorarias, non ultra tertium gradum finimus vindicare. P. P. XV. Kal. Jan. GRATIANO V. & THEOD. AA. CONSS. 380.

In AUTHENT. de nupt. §. si autem tutelam. coll. 4. tit. 1. NOV. 22. cap. 40. & 2. pars hujus Authent. habetur collat. 4. tit. 14. al. tit. 16. de restit. & ea quæ parit undecimo mense.

§. fin. Novell. 39. cap. 2.

EIsdem pœnis subjicitur etiam ea, quæ 47 *parit intra* 48 *luctus tempus, si modo indubitatum sit sobolem hanc ex defuncto non* 49 *existere: nam & usufructu antemptialis donationis privatur. Item* 50 *& ea quæ suscepta liberorum tutela, contra sacramentum, secunda nubit, non prius tutorem posuit, & rationem reddens, & exolvens omne quicquid debet. Sed hodie* 51, *ulteriore jure sacramentum ab ea non exigitur, sed contractus nuptiis à tutela repellitur.*

11. Iidem AAA. Eutropio P. P.

SI [52] qua ex fœminis perdito marito, intra anni spatium alteri festinaverit nubere (parvum enim tempus [53] post decem [54] menses [55] servandum adjicimus: tametsi id ipsum exiguum putemus) probrosis [56] inusta notis honestioris nobilisque personæ decore, & jure privetur: atque omnia, quæ de prioris mariti bonis, vel jure sponsalium [57], vel judicio defuncti conjugis consecuta fuerat, amittat. Dat. III. Kal. Jun. *Constantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De

TIT. VII.

SI QUACUNQUE PRÆDITUS POTESTATE, VEL AD EUM PERTINENTES AD SUPPOSITARUM JURISDICTIONI SUÆ ADSPIRARE TENTAVERIT [14] NUPTIAS.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Theodoro P. P.

SI [15] quis ordinaria, vel qualibet præditus potestate, circa nuptias invitis ipsis, vel parentibus [earum] contrahendas (sive pupillæ, sive apud patrem virgines, sive viduæ erunt, sive sui juris viduæ, denique cujuscunque sortis) occasione potestatis utatur, & minacem [16] fervorem suum invitis his, quorum utilitas agitur, exhibere, aut exhibuisse detegatur, hunc, licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine [17] multæ librarum auri decem obnoxium statuimus: & cum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus, tali scilicet pœna, ut si circa honorem eum, quo male usus est, vindicandum nostris statutis parere noluerit: eam provinciam in [18] qua sibi usurpaverit, habitare per juge biennium non finatur. Illo videlicet adjiciendo, ut & in potestate adhuc constituto, licet personæ quam hujusmodi ambitu circumvenire tentaverit, confestim contestatione proposita, cum sua suorumque domo jurisdictionem ejus evitare: curaturis hoc uniuscujusque civitatis defensoribus, & ejusdem judicis apparitoribus. Et quidem si hæc pravitas Ordinarii [19] judicis erit, universa domus ejus ratio, atque omnia, vel civilia, vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, Vicario [20] competant. Sin autem Vicarius, vel similis potestatis, vim [in] hujusmodi matrimonio contrahendo molietur: vicissim [21] Ordinarius judex interessor existat. Sin [autem] erunt utrique suspecti, ad illustrem Præfecturam specialiter talium domorum, quamdiu ibidem administraverint, tuitio pertineat. Dat. XV. Kalend. Jul. *Thessalonicæ* GRATIANO A. V. & THEOD. A. I. CONSS. 380.

14 Tentasse illicitum, crimen est, adde 28. *Synops. 5. cap. 39. & 3. Cod. Theod. 11.*

15 Si quis quemcunque magistratum gerens, quamcunque puellam invitam, vel invitis parentibus ducere præsumpserit: decem auri libras multa pro illo conamine præstare cogitur. *Synops. Basil. 28. tit. 5. c. 39. l. unic. C. Th. eod. l. un. N. si coll. provin. l. 38. l. 63. ff. de ritu.*

16 Magistratus justum metum infert.

17 Conatus punitur. vid. *l. 5. ad leg. Jul. Majestat. & l. 20. l. de fur.* adde *Cujac. 15. observ. 25.*

18 Vid. *tit. de interdict.*

19 Recusari, suspicionis ob causam, judex ordinarius potest.

20 Non si ordinarius judex est, ideo vicarius ejus suspectus postulator. 21 Ordinario suspecto, itur ad ejus vicarium & è contra, *ut hic.* si uterque, ad majus tribunal. *vers. sin autem.*

TIT. VIII.

SI NUPTIÆ EX [22] RESCRIPTO PETANTUR. [23]

1. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Theodoro P. P.

QUIDAM [24] vetusti juris ordine prætermisso, obreptione [25] precum [26] nuptias quas se intelligunt non mereri, à nobis existimant postulandas, sæpe habere [puellæ] consensum confingentes: Quaptoptet tale sponsalium genus præsentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum subreptione [27] meruerit:

22 III. C. Th. 10. 28. *Euseb. 5. c. 40.*

23 Seu reconciliantur: quod Græcis est κατάλλαγαι. *Synops. Basil. 28. tit. 5. c. 40. 4. Harmenopul. 4. §. 32.*

24 *l. unic. C. Th. eod.* Nuptias sibi conciliatas Principis rescripta proscribitur, liberi ex ea conjunctione nati liberi non sunt, etiamsi precibus, *καταξιωθεν*, id est, ut id sibi indulgeretur, obtinuerit. *d. c. 40. & d. §. 27.* 25 Non valet rescriptum obreptitium, vel illicite impetratum. *l. ult. C. eod. l. ult. C. de diversis rescript.* adde *l. 29. ff. de jurisd.* 26 *l. ult. C. de inoffic. testa.* 27 Subreptionem hic vocat, quam superius, obreptionem: confunduntur sæpe illa duo inter se. vide *l. 29. ff. de falsis.*

28 *l. 6. in fin. C. de interdict. matr.*

29 *l. unic. C. de sponsal. vel ante nuptias.*

30 Dixi ad *l. 17. C. de nupt. l. ult. C. de incest. l. 39. ff. de ritu. §. 3. Inst. de nupt.*

31 Vid. *l. 1. C. eod.*

32 III. C. Th. de *l. 8. & 28. Euseb. 12. cap. qui vero Interpretationem*, &c. adde *4. Harmenop. 7. de pœnis Secundarum nuptiarum*, vid. *Novell. 22. cap. 20. 21. & seq. Gloss. 2. observ. 98. Marant. 3. practil. 36. cap. 5. 9. de tertiis & quartis*, vide *Novell. Leon. 90. Constantini Porphyrogenneta cap. 1. & quæ illic dicit. His illud Hieronymi ad Pammachium conjungatur, Non damno, inquit, bigamos, imo nec trigamos, & si fieri potest efflagitanda, Illum ego (inquit) nunc vere proclamo liberum, non damnatis in exitio bigamiam, imo nec trigamiam, & ita dicere quivis & sapiens & astra. Hæc illa.* adde *31. quæst. 1. cap. hoc ratione 9.* unde Tertullianus *Lib. de Monogamia.* Unum matrimonium novimus sibi ut unum Deum. Sed & quidam (fassi tamen) putant legatum relictum uxori, si honeste nupserit, si non debeat si fecunda, vel tertio nupserit. quæadmodum & illi desipiunt, qui legatum mulieribus elocandis relictum, ad viduram elocationem pertinere negant. Nam ut recte Plautinus de Philargyro

Nam ut recte

nutio in *commentar. de luctu dotis*, *Gloss. 6.* post Decium, Nevizanum, Angelont, Castrensem & Raynerium, scribit, pœnas contra secundo nubentes sunt hodie correctæ ex Apostoli authoritate, testantis, Conjugium honorabile esse inter omnes, ubi inter castera natas Rome habitum honorem mulieri, quæ viginti duos viros: & marito, qui viginti mulieres exterruisset. *Hieronym. 3. epist. 28.* fuisse *Boër. decis. 186.* adde *Hieronym. in cap. additur. 27. q. 2.* adde *l. 4. ff. de bon. qua lib.* 33 Secunda dicuntur quæ post priores sive propriæ fecundæ sint, sive tertiæ, sive quartæ: fœcundus dici potest, quod primum sequitur quoquo modo, immediate vel mediate; denique quod iterantur. vid. *Roland. à Valle 1. consil. 72. numer. 20. & seqq.* 34 Eadem verba extant in *l. 4. ad Tertull.* 35 Dixi ad *l. 15. ff. de quibus cauf. infam.* adde *4. Harmenopul. 6. cap. qui nuptias*, ubi inter cætera explicatur. quid sit τὸ πένθος & τὸ κόσμος. adde *Novellam 22. cap. 40.*

36 Prima pœna mulieris nubentis intra tempus luctus. 37 *d. l. 15. & l. 4.* adde *l. 2. C. eod. l. 1. in fin. l. 8. & seq. ff. de his qui not.* nisi impetraverit jus nubendi à Principe. *l. 10. ff. de his qui not.* 38 Secunda pœna. 39 Hinc constat infames testamentum facere posse.

40 Tertia pœna. 41 Vid. *l. 1. §. 14. ff. de cadut. tollend.* 42 Quarta pœna. 43 Immaturum, πρόωρον. *Novell. 2. Plin. 4. epist.* Nuptias quorum alterum immaturum, alterum serum vidi. 44 Quoties lex defert jus diversis gradibus intelligit secundum ordinem gradium. 45 Fiscus est post omnes. vid. *Novell. 1. cap. 1. vers. inordinatum. l. 4. ff. de bonis raptor.* 46 Quinta pœna. 47 Baldus idem dicendum putat de ea, quæ intra annum luctus cum aliquo reo lusit. 48 De ea quæ parit undecimo mense dixi ad *Nov. 39. c. 2.* 49 Negativa difficultas probatur tempore. *l. 29. ff. de liber. & posthum.* 50 Hoc desumptum est ex *Novell. 22. c. 40.*

51 *Novell. 94. c. 2.* 52 *l. 1. C. Theod. eod.* 53 Duorum scil. mensium, & ita doctissimi parvum tempus. *l. 19. ff. de legat.* 54 Lugendi legitimum tempus annus quidem fuit, & tamen decem menses, usque ad Theodosii usque tempora. *Ovid. 1. Fastor.* Romulus *anno vertente mensis quinque hiis est fas: & per totidem vovetur à conjuge nuper Festinata viduæ tristis flamma deum.* Numa quidem auxit annum duobus mensibus, at non annum luctus totidem auxit. Ita decem tantum mensibus matronæ Brutum luxere. *Liv. 2. Plin. de viris illustribus, Sueton. 8. epist.* Annum feminis ad lugendum constituere majores. Idem *lib. de consolatione. Majores decem mensium spatium legendis viris dederunt.* Haud dubia hoc postremo loco annum, priore illo decem mensis intelligens. Pudica propter Cannensem cladem & frequentium lugentium institutum, ut non amplius triginta diebus lugeretur. *Plutar in Graca sacra. Valerius 1. cap. 1. quod spatium temporis indubie ad habitum tristiorem referendum, non ad id spatium, quod mulieribus vitandæ fungosis perturbationis præscriptum. lugebatur maritus lugebribus, elugebatur anni spatio. etiam hinc lugubribus, elugebatur anni spatio. etiam hinc lugubribus, &

De his quæ reservanda sunt liberis primi matrimonii, & de successione in bona eorum, & quibus modis transeuntes ad secundas nuptias coërcentur.

III. Idem AAA. Floro P. P.

FOeminæ [1], quæ susceptis ex priore matrimonio filiis, ad secundas [post tempus luctui statutum] transierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium jure, quicquid etiam nuptiarum solennitate perceperint, aut quicquid mortis causa donationibus factis, aut testamento jure directo, aut fideicommissi, vel legati titulo, vel cujuslibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis ([ut dictum est]) priorum maritorum [2] fuerint adfectæ: id totum ita ut perceperint, integrum ad filios quos [3] ex præcedente conjugio habuerint, transmittant, vel ad quemlibet ex filiis (dummodo ex his tantum [sit,] quos tali successione dignissimos judicamus) in quem contemplatione meritorum liberalitatis suæ judicium mater crediderit [4] dirigendum. Nec quicquam eædem fœminæ ex iisdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam personam, vel successionem ex alterius matrimonii conjunctione susceptam, præsumant: atque habeant potestatem possidendi tantum [atque fruendi] in diem vitæ, non etiam alienandi [5] facultate concessa. Nam si quid ex iisdem rebus in alium quemlibet fuerit ab ea translatum: ex maternis redintegrabitur facultatibus, quo illibata ad eos quos statuimus liberos bona, & incorrupta perveniant.

§. 1. Illud etiam addimus [huic] legi, ut si aliquis ex iisdem filiis quos ex priore matrimonio susceptos esse constabit, forte decesserit matre jam secundis nuptiis functa [6], aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id, quod per eandem successionem ab intestato, vel ex testamento suæ potestatis mater videbitur consecuta, in diem vitæ suæ pro fibi debita portione sola [7] tantum possessione delata, omne his qui supererunt, ex priore susceptis matrimonio filiis relinquat: nec super iftiusmodi facultatibus testandi in quamlibet extraneam personam, vel quicquam alienandi habeat potestatem. †. Quod si nullam ex priore matrimonio habuerit successionem [8], vel natus native decesserit: omne quod quoquo modo perceperit, pleno proprietatis jure obtineat, atque in his nanciscendi [9] dominii, & testandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem. Dat. VI. Kalend. Jun. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO Conss. 382.

In Authent. de nupt. §. si vero expectet. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 23.

IN donatione propter nuptias, etiamsi alius pro viro dederit, deserit eam proprietas.

In Authent. col. constitut. & §. quibus supra. versic. venient autem talia. Novell. cod. cap. 25.

LUcrum hoc æqualiter [10] inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.

In Authent. de nupt. §. hinc nos. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 46. & de non elig. secund. nuben. §. cum igitur. coll. 1. tit. 2. Novell. 2. cap. 3.

EX testamento quidem succedit mater liberis suis, quæ convolavit ad secundas nuptias, sicut instituta quilibet. Ab intestato quoque vocatur, sive ante mortem filii, sive postea secundas ineat nuptias: Sed ab intestato eorum solum usumfructum percipit, quæ ex [11] paterna substantia ad filium pervenerunt: Quantum vero ad antenuptialem donationem pertinet, erit similiter, ut in residuis: omnino ingratitudine, & hoc contra matrem fratresque vindicta.

In Authent. de non elig. §. hoc autem. col. 1. tit. 2. Nov. 2. cap. 2. & de nupt. collat. 4. tit. 1. §. quoniam infirmas. Novell. 22. cap. 26.

SEd & si quis ex his præmoriatur absque progenie, redit ad matrem dominium: quantum acquiritur ex pacto non existentium liberorum: redeunt autem concedentur quibuslibet defunctis heredibus: Si quid ergo ex his alienaverat: pro superscripta portione confirmatur alienatio: quare si mater ex his extiterit, in solidum ad ipsam redit, vel alienationem sequitur.

Ex quocunque conjugio susceptis filiis à suis parentibus collatas sponsalitias largitates sibi vindicant præcipuas. Bald.

IV. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Martiniano P. P.

CUm aliis [12] sanctionibus jusserimus, materna bona integra ad liberos pervenire, quod tamen mulier mariti largitate percepit, [id] ex eo tantum liberi conjugio procreati sibi speciale tanquam paternum noverint [patrimonium] vindicandum. Itaque si habens filios ad secundas nuptias fortasse transierit: sponsalitiam largitatem [13], quam vir secundus contulit in uxorem, tantummodo filii, qui ex secundo matrimonio suscepti sunt, pro soliditate possideant, nec prosit liberis ex priore susceptis matrimonio, quod mulier ad tertia minime vota migraverit. Quod si posteriori vir sine liberis ex eodem matrimonio susceptis decesserit, quicquid ab eo ex sponsalitium largitate uxor fuerit consecuta, id sibi jurisque suo sciat esse collatum, etiamsi ex priore matrimonio donator filios reliquisse doceatur. Ad maternas sane veniens, vel ex hoc, vel ex quolibet alio titulo facultates omnis posteritas, ex quocunque susceptа viro, pro debita sibi portione, ut à matre, vel à spontanea largitate, vel per testamentum ejus fuerit collata, possideat. Nos enim hac lege id præcipue custodiendum esse decernimus, ut [14] ex quocunque conjugio suscepti filii, patrum suorum sponsalitias retineant facultates. Dat. III. Non. Novemb. *Ravennæ*, HONOR. XIII. & THEOD. X. AA. Conss. 422.

Ut mater transiens ad secunda vota lucra prioris matrimonii teneatur reservare filiis ejusdem matrimonii, ita vir quoque transiens ad secunda vota teneatur reservare filiis ejusdem matrimonii lucra dotis. Bald.

V. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

GEneraliter censemus [15], quocunque casu constitutiones ante hanc legem mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio dissoluto, quæ de bonis mariti ad eam devoluta sunt, servare fanxerunt: iisdem casibus maritum [16] quoque quæ de bonis mulieris ad eum devoluta sunt, morte mulieris matrimonio dissoluto, communibus [17] liberis servare. Nec interesse, si alter pro marito donationem ante nuptias, vel pro muliere dotem crediderit offerendam. Hoc observare præcipimus, licet res ante nuptias donatæ (ut adsolet [18] fieri) in dotem à muliere redigantur. Dominium autem rerum quæ liberis per hujus legis, vel præteritarum constitutionum auctoritatem servantur, ad liberos pertinere decernimus. Itaque defuncto eo, qui eas liberis servabat, extantes ab omni possessore liberi vindicabunt: consumptas [vero] ab heredibus ejus exigent, qui eas servare debuerant. Alienandi sane, vel obligandi suo nomine eas res, quæ liberis servari præceptæ sunt, eis qui reservaturi sunt, adempta licentia est. Negotia vero liberorum [19] patri utiliter administrare concedimus. Dividendi quoque res inter eos liberos ipsis patentibus pro suo arbitrio, vel eligendi quem voluerint, licentiam [20] non denegamus. §. 1. In his autem casibus, in quibus res ut paternas mater libertis communibus servare præcepta est, (hoc est, ubi morte mariti matrimonio dissoluto, mulier ad alias nuptias pervenerit) vel ubi [res] ut maternas patrem liberis communibus servare censuimus: hoc est, (ubi morte mulieris matrimonio dissoluto, vir ad alias nuptias venerit) si hereditatem ejus parentis qui prior mortuus est, non adierint liberi, licebit eis tanquam ejus tantum res fuerint, qui posterior moritur, ea sibimet vindicare, scilicet si ejus, qui posterior moritur, hereditatem crediderint adeundam: ne [21] quod favore liberorum inductum est, quibusdam casibus ad læsionem eorum videatur inventum.

In Authent. de nupt. §. si vero expectet. & §. quoniam autem. & §. soluto. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. c. 23. 26. & 20.

HÆc res lucro cedunt liberis, licet heredes non sint patris, aut matris, aut utriusque nisi fuerint ingrati, & probetur ingratitudo.

§. 2. Illud etiam humanis sensibus huic legi credidimus inserendum, ut eo quoque casu quo lucratur, vel mulier res quæ ad eam à marito perveniunt, vel maritus eas quæ ex bonis mulieris ad eum transeunt: hoc est, ubi primum matrimonium alterius morte dissolvitur, nec superstites ad secundas nuptias pervenit, si res vel maritus, vel uxor, hoc est, qui superstes est, non consumpserit, vel alienaverit, (quod eis ad secundas nuptias non venientibus, quasi rerum dominis [22] concessum esse non dubium est) liberis licebat res à patre profectas, ut paternas, à matre, ut maternas accipere. Dat. VII. Idib. Septemb. CP. THEOD. A. XVIII. [23] & FESTO [24] Conss. 444.

In Authent. neque virum quod ex dote. §. propterea agitur. coll. 7. tit. 10. al. coll. 8. tit. 1. Novell. 98. c. 1.

UXore mortua, quod vir ex dote lucratur, filiis communibus omnimodo reservatur quantum ad proprietatem, usufructu patri concesso. Idem est ex parte mulieris, si lucratur ex sponsalitia largitate. Item si alter matrimonium solvatur, super isdem lucris loquitur hæc eadem constitutio.

In Authent. ut fratrum filii. §. quia vero mulieres. coll. 9. tit. 10. al. 7. Novell. 127. cap. 3.

SI tamen abstinent mater a secundis nuptiis, habebit & ipsa proprietatis portionem pro numero liberorum. Idem in patre obtinet, & in omnibus ascendentibus a secundis nuptiis abstinentibus.

VI. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Erythrio P. P.

HAc [25] edictali [26] lege in perpetuum [27] valitura sancimus, si ex priore matrimonio [28] procreatis liberis pater materve ad secunda, vel tertia, aut alterius [29] repetiti matrimonii vota migraverit: non sit ei licitum novercæ, vel vitrico, testamento, vel sine scriptura, seu codicillis, hereditatis jure, sive legati, sive fideicommissi titulo plus [30] relinquere, nec dotis, aut ante nuptias donationis nomine, seu mortis causa habita donatione, conferre, nec inter vivos conscribendis donationibus, (quæ cessi constante matrimonio civili jure interdictæ sint, morte tamen donatoris ex certis causis confirmari solent) quam filio, vel filiæ, si unus, vel una extiterit. †. Quod si plures liberi fuerint: singulis æquas partes habentibus minime plus quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum novercamve transferri. Sin autem non æquis portionibus ad eosdem liberos memoratæ transferint facultates: tunc quoque non liceat plus [31] eorum novercæ, vel vitrico testamento relinquere, vel donare, seu dotis, vel ante nuptias donationis titulo conferre, quam filius, vel filia habet, cui minor portio ultima voluntate delicta, vel data fuerit, aut donata: ita tamen, ut quarta pars quæ eisdem liberis debetur ex legibus nullo modo minuatur, nisi ex his causis quæ de inofficioso excludunt querelam. Quam observationem in personis etiam avi, [vel aviæ,] proavi, & proaviæ, nepotum, vel neptium, item pronepotum, vel pronepotum, sive in potestate, sive emancipati emancipatæve sint, ex paterna, vel materna linea venientibus, custodiri censemus. †. Sin vero plus quam statutum est, [aliquid] novercæ, vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, id quod plus relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tanquam non scriptum, neque derelictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum [32], & inter eas dividi jubemus: omni circumscriptione, si qua per interpositam personam, vel alio quocumque modo fuerit excogitata, cessante. §. 1. His illud adjungimus, ut mulier tiosem stipulari uti velit, & cui velit. *Ibid. quæst.* 29. Quid? num præfertur secundus maritus liberis prioris matrimonii si statuto ita caveatur, ut maritus dotem uxoris omni casu lucretur? præfertur. *Idem quæst.* 28. Idem fortit, si cautum ita fuerit, ut moriente uxore sine filiis ex eo matrimonio susceptis, maritus dotem lucretur. *quæst.* 29. ut nihil tenestur de dote restituere. *quæst.* 30. ut uxore præmoriente sine liberis communibus. *quæst.* 31. vel sine filiis amborum dotem lucretur. *quæst.* 32. si permittente ita statuto dotem integram marito dederit & tradiderit: secus si ea causa neque dederit, neque tradiderit. *quæst.* 34. Quid si statuto lucrum dimidiæ dotis defertur marito uxore sine liberis præmortua, & altero capite statutorum, jubentur statuta stricte intelligi. An hoc posteriore prius interpretandum erit: ut in lucro dotis superstiti marito deferendo, sequamur hanc legem civilem, quæ non vult maritum lucrari dotem extantibus liberis prioris matrimonii? Ita censet Rolandus à Valle *ibid. quæst.* 33. Pone, statutum marito lucrum dotis deferre in præjudicium liberorum prioris matrimonii, quæritur utrum statutum locum habeat ad verba dictos filios, in aliena jurisdictione existentes? locum non habet. *Idem quæst.* 36. Idem si maritus promisit dotem restituere in omnem casum & eventum dotis restituendæ. *ibid. quæst.* 37. vel totam & integram dotem. *ibid. quæst.* 38. aut si lucro dotis etiam statutario renuntiaverit. *quæst.* 39. (An ut hujusmodi renunciatio lucri dotalis non possit ab ipsis mariti creditoribus revocari ex Edicto. *ff. de eis quæ in fraud. quæst.* 40.) Idem, si maritus de dote tutiori uxori permiserit (adeo ut hujusmodi permissionem ipse maritus retractare non possit.) *ibid. quæst.* 41. Idem fuerit si lucrum dotis statutarium juramento interposito maritus promiserit restituere in omnem casum, & eventum dotis restituendæ, renuntiando præterea omnibus, juris, & legum auxiliis; hoc enim casu statuto de lucro dotis renunciasse aperte intelligitur. *Ibid. quæst.* 41. 27 Corrigitur hæc lex per statuta. vide Mantic. *6. præsumpt.* 48. *num.* 31. 28 Aliud si vulgo conceptі: hanc enim authentici hac parte locum non habet in filiis vulgo conceptis *Bald. in l. cum pater* 77. §. *mater.* 2. *ff. de legat.* 2. *Romano. consil.* 231. *Cremensis singul.* 882. 29 Vide Novellam Constantini Porphyrogennetæ, *cap.* 2.

30 Conjunx transiens ad secunda vota non potest ullo titulo in secundum conjugem transferre plus quam reliquerit uni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquerit: & quod ultra reliquerit, non valet, sed inter liberos æqualiter dividitur. *Bellon.* Pone plus legatum esse marito ab uxore, & bonorum divisionem ex hac lege ad æqualitatem inter vitricum, & privignos redigi: quæritur an in viriles partes inter eos bona defunctæ mulieris dividantur: An vero liberi prioris matrimonii prius detrahere sum legitimam possint, ut ea detracta in eo quod supererit, fiat inter eos, & vitricum divisio? Rolandus à Valle *tract. de lucro nupt. quæst.* 17. *num.* 3. *contra arg. Novell. de nupt. cap. optimo* 27. liberos prius detrahere legitimam: exinde bona defuncte inter eos dividi & vitricum. Moretur etiam quod liberi unum auxilium habeant jure naturæ; alterum, quod mater secundo nubat: ubi plura vide apud eumdem: quo loco & hanc sententiam multis confirmat & contrarium evertit. 31 Dixi ad *l.* 18. *ff. de donat. ante nupt.* 32 Pro rata personarum, non pro rata hereditatis Joann. Baptist. Costa. *de quota & rata. quæst.* 87. *Ant.* Liberorum scil. prioris matrimonii non etiam secundi. *Novell.* 22. *cap.* 27. *vers. & hoc decernimus. S. L.*

1 *l.* 2. *C. Theod. ad. vide Gothof. Prolegom. sect.* 228.

2 Quid si alius pro viro quid mutui dederit? idem dicendum. *Castrens. in Auth. ut. cod.*

3 Lucrum augendum, hoc est eorum quæ mulier titulo lucrativo consequitur ex bonis mariti proprietatem, ad secundas nuptias transiens, decetur servare liberis communibus, alienatione in extraneas personas prohibita, *ut hic.* Quid si marito communatione res variæ exuri domus fuit, eaque mortuus marito alteri nubat? Quidam putant hujusmodi quoque lucra servanda liberis esse primi matrimonii: quia eum mariti contemplatione ejus uxori donata hic continentur, videntur ex bonis ipsius mariti profecta. *l. fil. §. 10. §. in arrogato 6. ff. de adopt. l. adhibita 41. §. 4. ff. de adopt. l. cum oportet 5. ubi Gothof. ff. de hon. qui libert.* Contrarium tamen, sentit Ludovicus Romanus *Cons.* 493. novissime visum, quod hæc lex sit penalis mulieri secunde nubenti: pœna autem ex actu illicito hanc non habet. *l.* 3. §. *hac versa ff. de sepulc. l.* 1. §. *hoc interdictum ff. de fons.* Ad hæc pœnas extendi non debere. vid. *Gravetta singular.* 82.

4 Lucrum hoc æqualiter distribuitur inter liberos. *Nov.* 2. *c.* 1. *Novell.* 22. *c.* 25. *fin.*

5 *l.* 16. §. 1. *ff. ad l. Jul. vers. Sponsus. J. de indictis violentiis. Nov.* 22. *c.* 23. *vers. & quæ valor.*

6 Parum hoc ad secundas nuptias id dicitur.

7 Quod mater ex filia prima matrimonio successione lucratur, ejus proprietatem exteris defunctis fratribus mortur servare: si nulli sint, potest id alienare, deque eo testari.

8 Id est, nullos liberos.

9 *l.* 6. §. 2. *l.* 8. §. 3. *J. ad. Goth. &* præside ubi mus ex liberis prioris matrimonii de iis disponere non potest. vid. Jason. à Sand. *de ff. Profligat. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 1. *Ant.*

10 Meritus omnia hic intelligitur qui non est denegatus. *l.* 24. *l.* 77. §. 15. *de leg.* 2.

11 Origo bonorum considerantur.

12 Quæ non exstant.

13 Id est, dotem propter nuptias, dicit ad *l.* 3. *J. de donat. ante nupt.*

14 *Novell.* 22. *cap.* 39. *l.* 4. *ff. ad Tertull.*

15 Intellectum hujus leg. vid. apud Jason à Sand. *desin. Profligat. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 1. 2. 3. *Ant.*

16 *Novell.* 1. 2. *Novell.* 22. *cap.* 23. *vers. & hoc nostra.*

17 Pater lucra donatis communibus liberis servare tenetur.

18 Donata propter nuptias uxori plerumque à marito in dotem redigantur.

19 Pater, nempe from filii legitimus est administrator.

20 *l.* 3. *C. ad l.* 8. §. 7. *J. de reped.* Hodie adempta licentia est. *Nov.* 2. *c.* 1. *Nov.* 22. *c.* 23. *fin.*

21 *l.* 19. *in fin. C. de fid. instrum. l.* 17. *de reg. in* 6.

22 Secundas nuptias qui non contrahunt, lucrum nuptialium commodorum in solidum consequantur, *ut hic, & l.* 8. §. 3. *J. vid.* Hodie pro virili portione. *Nov.* 127. *c.* 3.

23 Te. XVII. id est, A. D. 438.

24 Albion.

25 Hanc legem Justinianus allegat *Novell.* 22. *c.* 8. Goth.

Pro intellectu hujus leg. vid. Fachin. *lib.* 3. *controvers. cap.* 66. Joan. à Sand. *decis. Pedemont. lib.* 2. *tit.* 3. *defin.* 4. §. 6. Treutler. *part.* 2. *exercit.* 16. *th.* 6. *litt.* D. & omnino B. Berlich. *de jure novercar. part.* 2. *act.* 2. *fall.* 8. Ans. Adde Joh. Baptist. *Iudicem. practicar. quæst. ad l.* 1. *hac edictali.* S. L.

26 Potestne hæc lex statuto tolli? posse existimat, & probat Roland. à Valle *tract. de lucro nuptiali, quæst.* 24. Quæ vera, si statuto cautum fuerit, ut maritus dotem lucretur, existentibus etiam liberis ex eo matrimonio. Quid fiet, si nominatim statuto id expressum non fuerit, sed ex sententia tantum statuti colligi poterit? Idem dicendum putat Rolandus quod superiore casu dictum est, posse enim non modo expresse, sed & tacite huic legi derogari, q. 25. Quid? huic legi tacite num videtur derogatum si statuto cavebitur maritum dotem lucrari, uxore præmoriente sine liberis: hoc non addito ex primo, vel secundo matrimonio? Idem author putat formula superiore non derogari huic legi. *quæst.* 26. Quid? statutum lucrandæ dotis habetne locum is dotis constituta secundo marito ab extranea mulieris persona? locum habebit; nec liberis primi matrimonii revocatoria actio ex hac lege competet. Cur? Is qui dotem dat, potest dotis restitutionem differre in certum tempus, ut *l.* 1. §. 1. *ff. de jure dot.* Ergo & maritus dotem lucrandi differre potest in certum tempus. *quæst.* 27. Quid? statutum maritum lucrari dotem, si uxor sine liberis ex eo matrimonio decesserit, an valeat? Affirmat Rolandus à Valle *tract. de lucro nupt. quæst.* 1. *num.* 1. *Ant.*

27 Corrigitur hæc lex per statuta. vide Mantic. *6. præsumpt.* 48. *num.* 31.

28 Aliud si vulgo conceptі: hanc enim authentici hac parte locum non habet in filiis vulgo conceptis *Bald. in l. cum pater* 77. §. *mater.* 2. *ff. de legat.* 2. *Romano. consil.* 231. *Cremensis singul.* 882.

29 Vide Novellam Constantini Porphyrogennetæ, *cap.* 2.

30 Conjunx transiens ad secunda vota non potest ullo titulo in secundum conjugem transferre plus quam reliquerit uni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquerit: & quod ultra reliquerit, non valet, sed inter liberos æqualiter dividitur. *Bellon.* Pone plus legatum esse marito ab uxore, & bonorum divisionem ex hac lege ad æqualitatem inter vitricum, & privignos redigi: quæritur an in viriles partes inter eos bona defunctæ mulieris dividantur: An vero liberi prioris matrimonii prius detrahere sum legitimam possint, ut ea detracta in eo quod supererit, fiat inter eos, & vitricum divisio? Rolandus à Valle *tract. de lucro nupt. quæst.* 17. *num.* 3. *contra arg. Novell. de nupt. cap. optimo* 27. liberos prius detrahere legitimam: exinde bona defuncte inter eos dividi & vitricum. Moretur etiam quod liberi unum auxilium habeant jure naturæ; alterum, quod mater secundo nubat: ubi plura vide apud eumdem: quo loco & hanc sententiam multis confirmat & contrarium evertit. 31 Dixi ad *l.* 18. *ff. de donat. ante nupt.* 32 Pro rata personarum, non pro rata hereditatis Joann. Baptist. Costa. *de quota & rata. quæst.* 87. *Ant.* Liberorum scil. prioris matrimonii non etiam secundi. *Novell.* 22. *cap.* 27. *vers. & hoc decernimus. S. L.*

liter in his casibus, in quibus ante nuptias donationes, ceteras etiam res à marito ad se devolutas, secundum priorum legum statuta liberis communibus [1], ut paternas, servare compellitur: hoc est, ubi morte [2] mariti matrimonio dissoluto ad alias nuptias venerit, immobilium rerum & mancipiorum [3], annonarum quoque civilium [4] usufructu duntaxat vitæ suæ temporibus potiatur, alienatione earum penitus interdicta. Mobilium vero rerum, justis pretiis æstimatione [5] habita per eos, quos utraque pars elegerit arbitros judicatores, interposito sacramento, simili modo usumfructum habe[illegible] [6] idoneam fidejussionem præbuerit, quod easdem res m[illegible], vel earum pretium filiis & filiabus ex eodem matrimonio procreatis, vel post mortem eorum nepotibus & neptibus ex eisdem liberis procreatis, sive omnibus, sive uno unave superstite mori contigerit, secundum legum modum [7] restituat: vel certe si fidejussiones idoneas præstare distulerit, aut nequiverit: prædictæ res mobiles nondum matri à liberis traditæ, apud eosdem manebunt. Solutæ vero eidem matri, vel ab eadem detentæ restituentur liberis, si tamen ab his fidejussio idonea matri fuerit oblata, qua caveri debet, *Quod eadem superstites pro usufructu earundem rerum modestium, vel pretio quo taxatæ sunt, usurarum nomine centesimam partem tertiam* [8] *annuam quibuscunque temporibus præstare non differet*: ita [tamen,] ut in eadem fidejussione hoc quoque caveatur [9], *Quod si filius filiabusve, vel ex his progenitus liberis, si* [10] *ante eandem matrem omnes ea adire contigerit, omnes res prædictæ mobiles secundum legum moderationem* [11] *matris, ut ad eandem luctuosissimi lucrum revocat, restituantur.* †. Erit itaque licitum utrilibet parti, qui fidejussionem præbuerit, si sibi commodum esse perpexerit, his rebus mobilibus uti frui, easdemque dare mutuo, vel obligare, vel vendere, ut ex his maxime liberi acquirentes possint materno affectui sine suo incommodo deservire. †. Sin autem utraque pars prædictam fidejussionem dissimulaverit, aut forte offerre nequiverit: eædem res apud [12] mulierem usque in diem vitæ suæ manebunt.

[1] Liberis prioris matrimonii res ab eorum patre propter nuptias donente acceptas mater servare debet.

[2] *Novell.* 68.

[3] Rusticorum, ut in *l. 3. ff. de diversis temporibus præscript.*

[4] *Annonæ civiles* comparantur rebus immobilibus, *ut hic*: Idem interpretes statuunt in reditibus annuis, nisi ad tempus modicum constituti sint: alias immobilibus comparari solunt, nec alienari sine decreto. vide *Mullenum de usuris, quæst. 37. num. 173. adde Gayl. 2. observ. 19.*

[5] Æstimatio facit venditionem. *l. 1. ff. de action. emt. l. 10. ff. de jur. dot.*

[6] *Novell. 22. cap. 4.*

[7] Secundum legum moderationem. *J. eod.*

[8] Id est, usuras trientes.

[9] Vid. Antoa. Gabriel. *communi. conclus. de secund. nupt. conclus. 3. numer. 29.* hæc postrema cautio in dubio non exigeretur si liberis licite de rebus libera disponendi esset facultas. adde Anton. Fab. *Cod lib 5. tit. 5. defin. 16.*

[10] Id est, satisfiadabunt si reddiderus res omnes quas ex causis æmulus mater lucratur. Cætera transmittuntur ad heredes suos.

[11] *Ut & supra secundum legum moderationem.* Hæc verba videntur adjecta à Triboniano propter constitutionem Justiniani, quæ vult deduci id quod ex casu mortis liberorum mater lucratur.

[12] Mater præfertur filiis in administratione rerum donatarum propter nuptias.

[13] Tacitus hypotheca continetur etiam futura bona. In tacitis hypothecis veniunt etiam futura seu adquirenda bona, *ut hic.* An & jura & nomina? veniunt. *Cyn. & Bald. hic.*

[14] Locus nuptialis matres liberis servare tenentur: quin pro eorum restitutione bona ipsarum matrum præsentia, & futura tacite obligata sint. Bona matrum liberis sunt obligata pro rebus ab eorum patre ad eum translatis.

[15] Vide *l. 3. in fin. T. eod.*

[16] Amat liberos quæ ad secundas nuptias non transit.

[17] Secundas ad nuptias qui non transit, potest pro suo arbitrio de lucris nuptialibus disponere. *Nov. 22. c. 1.* non alienata tamen pectionem ad liberos etiamsi parentum heredes non existant.

[18] *l. 3. in fin. T. eod.*

[19] *l. 8. §. 1 J. eod.*

[20] Proprietas rerum donatarum propter nuptias à matre ad liberos transferenda. Quid si unus liberorum moritur? ejus liberi patrem repræsentant, & in ea fratres defuncti excludunt. *l. 8. J. eod.* & ita pronunciatum filiis, si nepotes existunt, succedunt in lucra nuptialia jure hereditario in stirpes. *Nov 22. cap. 25. l. 3 J. de hon. quæ lib.*

[21] Lucra nuptialia parentes liberis in infinitum tenentur servare: In liberis tamen unius eligere possunt & in eum id genus lucri conferre.

[22] Datur electio filio, ut partem quam habet in donatione propter nuptias mihi falsa, transferat in quam valit liberorum suorum.

[23] Sed ad liberos, ut *l. 7. T. eod.*

[24] Rerum propter nuptias matri donatarum proprietas spectat ad ejus liberos. Unus liberorum moritur relicta matre & liberis. quid juris? liberi matrem, id est, suam aviam excludunt in ea parte.

[25] *l. 3. J. de hon. quæ lib.*

[26] Nepotes succedunt in stirpes.

[27] Subsequenti matrimonio non sunt conditiones quam hi fuit quibus subrogantur.

[28] Qui non transit ad secunda vota, potest de lucris nuptialibus disponere. *Bald.* Est qui ita interpretatur. Caja fuit prior ex Titio liberos, eadem postea nupta Sempronio à quo res varias donatione propter nuptias accepit. Mortuo Sempronio manet vidua? Potest Caja alienare quo voluerit modo res donatione propter nuptias à Sempronio acceptas, etiamsi liberos ex Titii nuptiis habeat.

[29] Etiam per testamentum: qua de re vide §. 2.

[30] *l. 6. in fin. T. eod.*

§. 2. Omnibus videlicet iisdem maritalibus facultatibus, his etiam quas habet habituave [13] est tanquam si jure pignoris [14], vel hypothecæ suppositæ sint, super eadem ante nuptias donatione, vel rebus aliis ad eam ex mariti substantia devolutis, ex eo die, quo eædem res ad eam pervenerint, liberis obligatis: ut si quis post traditas matri, vel detentas ab ea res (si ita contigerit) contractum aliquem cum eadem muliere inierit, quæ se repetitis nuptiis copulaverit: in vindicandis [15] iisdem suppositis rebus posteriores habeantur: liberis qui ex eodem matrimonio procreati sunt, & nepotibus neptibusque qui ex iisdem liberis geniti sunt, sine dubio præponendis. §. 3. Sin vero liberorum suorum affectione [16] servata pater, materve ad alias nuptias migrare noluerit: neque vir his quæ de bonis uxoris ad se transeunt, neque mulier rebus quæ ex substantia mariti ad se pervenerunt, pro [17] suo arbitrio uti, vel eas vendere, aut quocunque jure, vel modo alienare, vel pignoris jure, seu hypothecæ, si voluerint, obligare, utpote domini earum prohibebuntur. Extantes autem prædictas res, si non fuerint alienatæ, vel consumptæ, vel suppositæ, licebit liberis vindicare [18], etiam [19] non adeuntibus hereditatem parentum. Dat. 11. Kal. Mart. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

Filius transmittit ad descendentes jus vindicandi lucrum sibi provenientem propter secundas nuptias patris, vel matris, ascendentibus & collateralibus exclusis: sed electionem habet ex quorum voluit liberorum suorum lucrum illud transferens. Non est igitur hæc lex abrogata Novell. 2. Justiniani qua matris electionem adimit, non autem ejus filio. Char.

VII. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

IN quibus casibus pater dotem, mater ante nuptias donationem, vel alias res ad se ex altera parte devolutas, filiis utriusque sexus servare præcepti sunt: si quem ex filiis vel filiabus ante patris, vel matris obitum mori contigerit (sive ante secundas nuptias, sive postea) filio vel filia, nepote vel nepte, vel pluribus, parte suo adhuc vivo, vel matre superstite, derelictis: portionem quæ defuncto filio, vel filiæ debebatur, vel lucrum ex ea, non ad fratres, vel sorores monui, sed ad [20] filios ejus, vel filias, vel nepotes utriusque sexus, aut [21] pronepotes, avis, vel proavis superstitibus, pervenire decernimus: eligendi [22] videlicet, quos voluerint ex liberis superstitibus, non adempta licentia. Dat. Kal. Mart. ELLO V. C. CONS. 478.

VIII. Imp. JUSTIN. A. Menæ P. P.

SI quis prioris matrimonii filiorum ante secundas nuptias patris, vel mattis mortuus fuerit, filiis à se, vel nepotibus, vel pronepotibus relictis partem ejus non [23] ad fratres, vel, si nullus alius frater, vel soror sit, ad patrem [24], vel matrem ejus pervenire, sed [25] ad filios, vel nepotes, vel [pronepotes] ejusdem mortuæ personæ, sancimus: ut sive unus, sive plures sint, eam [26] tantummodo partem vindicare possint, quæ monuo competit.

§. 1. Illud [27] etiam certa sanctione definite censemus, ut si quis, vel si qua ex alio matrimonio filiis procreatis, minime ad secundas [28] nuptias venerit, eodem modo licear quidem genitori [vel genitrici] res ex priore conjugio sibi acquisitas, quomodo [29] voluerit, alienare, vel administrare: *Si quæ vero earum minime sint alienatæ*, possunt liberi etiam [30] non adeuntes paternam, vel maternam hereditatem eas vindicare. §. 2. Certum esse sancimus, quod etiam illa de cætero videbitur earumdem fuisse rerum alienatio, quæ in [31] testamento [32] genitoris, vel genitricis, vel specialiter relinquendo, vel generaliter heredem instituendo facta fit.

[31] Alienationis verborum latitudinem interpretatur per testamentum, seu testamentaria. *l. 69. §. 5. ff. de leg. 2. l. 155. §. 3. ff. de verb. signific. vid. l. 1. J. de fund. dotali. l. 28. l. 69. ff. de verb. signific.* Imo institutio nem connectur. *l. 38. ff. de leg. 1.*

[32] Olim Patrum non transibat ad secunda vota lucra nuptialia alienare poterat non tantum inter vivos, sed etiam testamento, per hoc tamen non filiofamilias, aut generaliter inficiatum. §. 1. *ff. l. 1. in fin. T. eod.* Hodie specialiter tantum non per generalem institutionem. *Autent. pros. J. eod. & ita hic §. alienatæ.*

[33] Alienata hinc colligit, Patrem alienantes bona generaliter, præsumi reservasse liberis matrimonii filiisve fisi: nisi expressim ea alienent. *l. penult. J.*

[34] Liberi adiunt ex pro parte hereditatem paternam vel maternam, lucra nuptialia alienata revocare non possunt.

[35] Ut bona matris secundo nubentis liberis quibus lucra nuptialia reservari debeant, tacite videantur. *l. 6. §. 2. ff.* ita & patris, *ut hic.* Hoc tamen speciale est, Patrem non cogi ad reddendum liberis rationem dispensarum somine. *J. ut.*

[36] Liberos dotis summa omittis, *vel l. 31. ff. de pactis.*

[37] *l. 12. vers. Exceptis quæ patet.*

[38] Nota casum in quo parens non tenetur ad reddendum rationem.

[39] *l. 6. T. eod.*

[40] Abrogatur ea pactio lex 6. T. *eod.* rum hæc nostra lex posteriorem abrogatur per *Authent. ad nos J. eod. reducta ea. 118.*

[41] Statuta de lucris nuptialibus solute per mortem matrimonio, locum etiam habent matrimonio per divortium si ita. *l. 6. l. ult. J. de spons. Nov. 98. c. 1.*

[42] Qui injurias passi sunt, res ita habet: Qui ad secundum matrimonium transiit, non potest ad favorem contemporis vel prohibitionis donationis, vel quo alia titulo plus transferre, quam in casum ex liberis prioris matrimonii col nemo reliquerit. Quid si plus transiit? Id quod ultra modum erit, revocabitur, pro eo ubique non ad liberos prioris & secundi matrimonii, sed ad eos tantum liberos qui offensi sunt per transitum ad secunda vota, id est, ad priores liberos. *Bald.*

[43] Ingrati liberi meritis exheredentur.

[44] *l. 6. T. eod.*

[45] Ingrati liberi non admittuntur ad lucra nuptialia liberis prioris matrimonii à lege data. Idemque jus de exheredatione liberorum aut nepotum parens dedit: imo nihil eripere possunt. Ex hereditate enim extinguit nemo jus filii. idque aliquitur *l. 6. T. eod.* quæ vetat filio relinqui minus legitima: hæc vero ne minus quem vitiose aut subvertere, utrumque admittit ex hereditatis.

[46] Innocens posteritas nullis afficienda est injuriis.

[47] Perspe id evenit, ut parentes secundi, quam priores matrimonio liberos magis diligant.

[48] Ingratitudo intelligitur cum effectu. *Nov. 22. c. 27. vers. Hoc autem.* dicit probare tenetur, *Nov. 115. c. 3. §. 14. vers. Sive. nec enim statur nudo patris testamento. l. 4. ff. de inofficios.*

[49] Ingratum vel patrie testamento, *et*

[50] Justinianus meminit hujus constitutionis *Novell. 22. & 98.*

heredes etiam extraneos testamento scriptos perveniet: deducto eo, quod in casum [1] orbitatis parentem lucrati convenit, quod etiam pro rata observatur uno ex pluribus filiis ante patrem mortuo. Sed si parens lucra nuptialia alienaverit, & ad secundas nuptias venerit, nec cum liberi heredem instituerint, valebit alienatio ad finem ejus, quod in casum mortis liberorum lucrari parens, qui alienavit, debuit, & reliquum revocabitur ab heredibus defunctorum liberorum. Dat. *

Cum vecitat primum hujus legis caput Cujacius, hanc adjicit: quæ tamen potius pro interpretatione accipienda videntur:

Nam pats, quæ ei competebat, transit ad heredes ejus, sive fratres sint, sive extranei, deducto tantum eo pro rata quod apud patrem ex casu orbitatis sive morte liberorum remanere debet.

Verum Græcum quoque hujus constitutionis epitomen ab Ant. Augusto sive editum relinquimus. Char.

Græca constitutio. Ejus particulam hanc retulit Ant. Augustus.

Ὁ δευτερογαμήσας τὴν ἐν τῷ πρώτῳ γάμῳ κλῆρον, ἢ αὐτὸν, παιδίων προτελευτησάντων, ἔχειν τὴν ἐπίκτησιν ἀπὸ τῶν ἐκείνων.

Secundo nubens, aut uxorem ducens, prioris matrimonii lucra ipsius liberis præmortuis habeat, & vindicet ab his qui habent.

TIT. X.

SI[2] SECUNDO NUPSERIT MULIER, CUI MARITUS USUMFRUCTUM RELIQUIT.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Tatianum P. P.

Si usumfructum maritus rerum [3] suarum decedens uxori reliquerit, eaque in secundas nuptias consortiumque venerit: usumfructum, quem ex priore matito consecuta fuerit, amittat [4]: atque cum filiis ex eo die, quo nupserit, mature restituat. Quod si liberos ex priore matrimonio adhuc imbecillitas habebit infantiæ, nec muniat [eos] tutoris auxilium, ac per hujusmodi occasionem mater, quæ relicta fuerant, usurpaverit: omnia legitime repetantur, [&] cum competentibus fructibus ad liquidum deducta ratione restituat. Hæc de usufructu, quem vir extremam constituens voluntatem, de rebus propriis uxori reliquerit. †. De usufructu vero rerum ante nuptias donatarum, ea observari, quæ anteriores constitutiones decreverunt, sancimus. Dat. Idib. Martiis, Arcad. A. II. & Rufino Conss. 392.

In Auxilent. de nupt. §. si vero solum. coll. 4. tit. 1. ex Novell. 22. cap. 32.

Hoc locum habet, si datus vel relictus fuerit ea lege, ut ex secundis nuptiis interiret: alioquin perseverat, sive relictus esset: sive donatus, quibus casibus licuit. Sed usufructus in dote, sive ante nuptias donatione lege permissa, non potest à testatore derogari.

TIT. XI.

DE DOTIS[1] PROMISSIONE[6] ET NUDA POLLICITATIONE.[7]

De quantitate omissa.

1. Imp. Alexand. A. Claudiæ P. [8]

Frustra existimas actionem tibi competere, quasi promissa dos tibi, nec præstita sit, cum [9] neque species ulla, neque quantitas promissa sit, sed [10] hactenus nuptiali instrumento adscriptum, *Quod ea, quæ nubebat, dotem dare promisserit*: P. P. Kal. Aug. Pompeiano & Pelignо [11] Conss. 232.

De usuris.

11. Imp. Gord. A. Herodoto P. P.

Si pro dote promissa usuras [12] *dare* socer tuus spopondit: id, quod deberi ostenderis, competens judex solvi tibi præcipiet. P. P. XII. Kal. Septemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

De quantitate commissa in arbitrium stipulatoris.

III. Idem A. Claudio [P. P.]

Si quum ea quæ tibi matrimonio copulata est, nuberet, is [13], cujus meministi, dotem tibi non addita quantitate, *sed quodcunque* [14] *arbitratu tuo fuisset*, pro ea daturum se rite promisit, & interpositæ stipulationis fidem non exhibet: competentibus actionibus usus, ad repromissi emolumentum jure judiciorum pervenies. Videtur enim boni [15] viri arbitrium stipulationi insertum esse. P. P. Kalend. Januar. Sabino & Venusto Conss. 241.

De parte non soluta.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Rufo.

Si voluntate dotantis in dotali instrumento plura [16] tibi tradita scripsisti, quam suscepisti: intelligis de [17] his, quæ desunt, perendis, pactum esse consecutum. S. Non. Aprilis, AA. Conss.

Cui datur actio.

V. Iidem AA. & CC. Dasumianæ.

Si pater marito tuo stipulanti promiserit dotem, non tibi, sed [18] marito contra successores soceri competit actio. Dat. VIII. Kal. Decemb. AA. Conss.

De verbo, de scriptura, de nudo pacto.

VI. Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio P. P. post alia.

Ad [19] exactionem dotis, quam semel præstari placuit, quæliacunque sufficere verba censemus, [sive scripta fuerint,] sive non, etiamsi [20] stipulatio [21] in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. Dat. X. Kal. Mart. *Constant. imp.* Felice & Tauro Conss. 428.

Ex quibus bona dotem filia dedisse pater intelligatur.

VII. Imp. Justinus A. Joanni P. P.

Si pater dotem pro filia simpliciter dederit [22], vel [pro] filio ante nuptias donationem fecerit, habeat autem filius, vel in potestate constitutus, vel forte emancipatus res maternas, vel [ex] alio modo tales, quæ acquisitionem effugiunt, quarum usufructus solus apud patrem remanet, vel quocumque modo poterat quasdam actiones contra patrem habere: dubitabatur apud veteres, utrumne videretur pater ex ipso debito dotis vel ante nuptias donationis feciste promissionem, vel dationem, ut se se ab hujusmodi nexu liberaret, an debitum quidem remanere in sua natura, liberalitas autem paterna dotem, vel ante nuptias donationem dare suggessisset. Et in tali dubitatione multa pars legumlatorum se se divisit, alio etiam incremento hujusmodi quæstioni addito, si forte dixerit in instrumento dotali, ex rebus paternis & maternis dotem, vel ante nuptias donationem dare: utrum pro dimidia parte videatur datio, vel promissio facta esse, an pro rata portione utriusque substantiæ. Utramque igitur dubitationem certo fini tradentes, sancimus [23], si [24] quidem nihil addendum existimaverit, sed simpliciter [25] dotem vel ante nuptias donationem dederit, vel promiserit: ex sua liberalitate hoc feciste intelligi, debito in sua figura remanente. Neque enim leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum [26] esse officium, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera & irrevocabilis [27], ut puro nomine & liberalitas & debitum suam sequantur fortunam. †. Ubi [28] autem ex rebus tam suis, quam maternis, vel aliis, quæ non acquiruntur: vel ex suis debitis dixerit se feciste hujusmodi liberalitates: tunc si quidem penitus inopia tentus est, ex illis videri rebus dotem vel ante nuptias donationem esse datam, quæ ad filios vel filias pertinent. Si vero & ipse substantiam idoneam possidet, in hoc casu quasi de suo patrimonio dotem, vel ante nuptias donationem dedisse intelligatur. Potetat enim secundum suas vites dotem pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare: & consentire filiis suis, quando voluerint partem, vel forte totam suam substantiam, quam habent, paternæ liberalitati pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare: ut revera [29] appareat quid ipse velit dare, & quid de substantia filiorum proficiscatur: ne dum effuso sermone sese jactet, in promptum incidat sui periculum. Dat. Kal. Novembr. Lampadio & Orestе, Conss. 530.

19 *l. 4. C. Theod. adde Hieron. ad Nep.*

20 Etiamsi dictio vel stipulatio, &c. *l. 1. 4.* Tribonianus verbum *dictio* sustulit propter sublatam solennitatem dotis dicendæ. Idem factum in *l. 1. C. de jure dotal.* Dos autem dicebatur solemnibus verbis sine stipulatione. vide *l. 48. ff. de jure dot.* veteri ita: decem dori tibi erunt. *l. 59. ff. de jure dot.* aut, quod mihi debes dori tibi erit. *l. 44. §. 1. l. 46. §. 1. l. 47. ff. de jure dot.* ubi *Ulp. 6. §. 1. & seq.*

21 *l. 35. §. 5. ff. de donat.*

22 Intellectum hujus legis vid. apud Afflict. *decis. 179.* & Johan. Baptist. Costam *de quæst. & rat. q. 62.* Ann.

23 Hæc est xviii. decisio ex quinquaginta novis Joannis, vid. Inglois. *decis. 18.* Ann.

24 Alias distinctionem vide in *Novell. Leon. 21.*

25 Pater dotans filium, vel donans propter nuptias, licet ex bonis in dubio *dotare*, aut donare intelligitur, non ex bonis filii, filiave cui donat, quantumvis ipsi liberi sint locupletes. *l. 5. §. 12. ff. de jure dot. & 4. Haren. 8. cap. ubi vide de aquilian stipulatione &c.* Imo non intelligendus est de sua dotare. *l. 43. §. 1. ff. de admin. tut.* sed potius animo compensandi debiti (quod calvis debitori, etiam patri, solet accidere. *l. 22. §. 3. in fin. ff. solut.*) & nomine curatorio. *l. 34. ff. de neg.* An id receptum est ideo, quod præsumatur pater se obligatione naturali voluisse liberare, ut vult Baldus? An potius, quod pater dotius obligatur ex officio suo paterno, quod ex lege est, quam ex gestione & administratione bonorum filiæ? ut ita in dubiorem casum videatur promittere & solvere. *l. 4. l. 5. ff. de solut.* ut vult Mynsing. *5. obs. 32.* An potius quod inter conjunctissimas personas donatio facile præsumitur? An quia dans vel promittens, in dubio intelligitur promisisse de suo, ut vult Alciatus *1. præsumpt. 26.* Placet summopere definitio Leonis Novell. 22. Patrem solum convenire, quoties solus promiserit: si cum filio, æqualiter teneri, nisi inæqualiter promiserit. Alii notant patrem in dubio præsumi suis ex bonis dotasse filiam, nisi inops sit, nisi filia legitime consentiat, nisi pater gerat negotia filiæ, nisi pater sit naturalis tantum: his enim casibus præsumi, non ex propriis bonis, sed ipsius filiæ, filiam ipsam dotare. adde *Campejum tract. de dot. par. 1. quæst. 16.*

26 Paternum officium est, dotare filias, vel donationem propter nuptias dare. vid. quæ dixi ad *l. 19. in fin. ff. de ritu. l. 81. ff. pro socio.* 27 Dos semel data revocari non potest. 28 Pater qui ex suis, & maternis filiæ bonis filiam dotat, dotis causa suo nomine tenetur, nisi sit inops.

29 Vide *Ilerm. 8. consil.*

7 De dotibus 3. *Cod. Theod. 13. & 4. Haren. 8. Ulp. 6.*

8 De dotibus dotis, vide *Ulp. 6. §. 2.*

7 Ex qua nascitur actio. *l. 41. pen. ff. ad l. 1. §. pen. ff. de ædilit. dict.*

8 Claudio: ita legendum est: scribit enim ad mentem Imperatoris.

9 Dos incerta, ea sit genere ex pactis nuda peti non potest etiamsi eadem pactum in scriptis sit redactum, cum possit mulier vel vitiosa quæque dotis nomine exhibere, vel ita: Dotem promittente emptore non adjecta quantitate, aut re certa expressa quæ in dotem detur, similis est promissio, cum possit mulier vel vitiosam quidpiam dotis loco dare. *4. Haren. 8. §. 44.* Imo peti potest. *l. 3. ff. ad l. Iul. de adult.* *§. 4. ff. de jure dotium.* Harmenop. *4. §. 4.* refert ad partem pro filia dotem pollicentem: hanc legem ad ipsum filiam. Verum hanc sententiam Accursio displicuit, & Forcatulus 2. Capitulin. 8. §. 9. putat itaque marium hac lege indemnitatem dotis promissionem ad omnium bonorum dotem extendere (cum id nulla lege prohibeatur. *l. 4. ff. de jur. dot.*) voluisse: ac si Imperator diceret, valet promissio dotis: sed frustra nimium dotem esse præstandam epistolis. Alii putant hoc lege id inrui, Indefinitam dotis promissionem nullius fore momenti, nisi privilegio vel beneficio Principis adjuverat promissa: sed Fajus apud Paponem, *1. Notar. 4. cap. de contract. de matrim.* Harmenopoli distinctionem tuetur, cujus hanc esse rationem putat: interesse mulieris quoties ipsa dotem promisit, dotis promissionem ad quantitatem minimam redigere, ut reliqua bona sint ei paraphernalia. Contrarium evenire, quoties aliquis dotem mulieris nomine marito promisit, ne aliquis indotata maneat. Sinceriorem est & æquior, meo judicio Forcatuli sententia, mihi tamen textui videtur respondere. 10 Dotem promittere, & dotem dare promittere, seu solenniter dicere hic distinguuntur, adde Forcatulum *in Capitolino Juvenilia*, Costamm *tract. de dotib. cap. 4. in fin.* 11 Feliciano, ita legi oportet.

12 Usuras dotis qui promittit, dotem ipsam promittere videtur. *l. 21. §. 1. de donat. inter vir.*

13 *Indices extraneus*: ut Theodorus Græcus interpres notat. 14 Vide *l. 1. ff. eodem. l. 69. §. 4. ff. de jure dot.* 15 *l. 22. in fin. ff. de reg. jur.* 16 Plus ex causa dotis qui se recepisse confitetur, quam recepit ad supplementum dotis agere potest. vide *Synops. Basil. 29. tit. 1. cap. 38. & 4. Harmenop. 8. §. 25.* περὶ τῶν ἐκ προικὸς ὀφειλόντων. *in fin. ff. de pactis dotal.* 18 Ex promissione dotis agit maritus non mulier, secus in legato. *l. 69. §. 2. ff. de legat. 1.* Ex unda promissione dotis petere dotem debet. *4. Harmenopul. 8. §. 15.* ex qua vis promissione petitionem dotis habet, etiamsi stipulatio non præcedat. *Synops. ibid. tit. 29.*

30 Dixi ad *l. 23. ff. 3.*

31 Id est, causa, conditione, natura.

31 De dotium origine, notatione: An dos sit quid universale? An dos promissa, vel soluto matrimonio, vel modica, sit dos: vide *Cassanum tract. de dotib. cap. 12.* An dos filiæ tantum naturali debeatur, & inhoneste viventi: An pater filiam locupletem dotare teneatur: An dotanda sit filia, quæ infirmo patre supsit, vel patri ingrata fuit, vide eundem *ibid. c. 3.* Quid res extra dotales, seu extra dotem, vel paraphernales? vide *l. 29. ff. ad l. 9. §. 3. ff. de jur. dot. 4. Haren. 4. Synops. Basil. 29. tit. 1.*

33 Vide *l. 16. ff. eod.* ut hinc colligas esse actionem de evictione ex dote, *ut hic & l. un. §. 1. ff. de rei uxor. est & ex venditione, permutatione, in solutum datione, adjudicatione, articulo do ut facias, l. 52. ff. de evict.* ex datione si [illegible] quis donaverit. *l. 2. Lanzel. de evict.* est & ex investitura. *2. Rond. 8.* ubi vid. *Cujac.* 34 Dictio: ita scriptum fuisse Cujacius refert ad *6. Cap.* causam dixi *l. 6. ff. de dot. promiss. in fin. l. 49. ff. de jure dot.* 35 *l. 13. ff. eod.* 36 Sensus legis hic est, Ubi constitutio dotis incipit à promissione, ne evictæ potest agi de evictione: ubi incipit à traditione, de evictione non agitur, nisi res æstimata data sit, vel dolus dantis, vel traditatis intercesserit. 37 *l. 69. §. 7. ff. de jure dot.* 38 Conditionis eventu nascitur actio. 39 Vide *l. 9. ff. de reg. jur.*

40 Id enim potest, *l. 72. in fin. ff. eod.* 41 Vide *l. 11. ff. de dot. prælegata.* 42 Dotis exactio an ad patrem redeat, filia in matrimonio defuncta superstitibus liberis, vide *l. dot. à patre 4. ff. sol. matrim.* 43 Dotalis servus potest per maritum in testamento, & inter vivos manumitti. *l. 21. ff. de manumissionib.* rataque ejusmodi libertas est etiamsi socero competat dotis exactio, filia in matrimonio defuncta. *Synops. Basil. 38. tit. 1. c. 89.*

TIT. XII.

DE[30] JURE[31] DOTIUM.[32]

De evictione & de dolo.

1. Impp. Severus & Anton. AA. Nicephoro.

Evicta [33] re, quæ fuerat in dotem data, si pollicitatio [34] vel promissio fuerit interposita: genet contra socerum vel mulierem, seu hæredes eorum [35], condictione, vel ex stipulatione agere potest. §. Sin autem nulla pollicitatio, vel promissio intercesserit: post evictionem ejus, si quidem res æstimata [36] fuerit, ex empto competit actio. [Sin vero hoc non est factum: si quidem bona [37] fide eadem res in dotem data est, nulla marito competit actio.] Dolo autem dantis interposito, de dolo actio adversus eum locum habebit: nisi à muliere dolus interpositus sit: tunc enim, ne famosa actio adversus eam detur, in factum actio competit. P. P. Data Kal. August. Muziano & Fabiano Conss. 202.

De eo, qui stipulatus est dotem sibi reddi.

II. Imp. Antoninus A. Alluviadi.

Si stipulatio *de restituenda portione dotis data* subjecta est, conditioque [38] ejus extitit: habet ex ea actionem is, in cujus personam utiliter concepta commissaque est: Secundum quod si Polla sorori tuæ de restituenda tibi parte dotis habet actionem, eo quod mater vestra donandi animo passa est partem dimidiam dotis post obitum matris filiam stipulari: metuere [39] non debet doli exceptionem, quod matri suæ, quæ pactum interposuit, heres ex minore quam dimidia portione extitit: nisi liquido probatum fuerit, matrem ejus mutasse [40] dotis pacti voluntatem, contentamque esse [voluisse] filiam [suam] pro portione hereditatis prælegationibus, maritumque suum [41] exactione liberati voluisse. P. P. Dat. III. Kalend. August. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De manumissione servi dotalis.

III. Imp. Alexand. A. Euphemio.

Et si dotis exactio [42], defuncta in matrimonio filia, potuisset ad patrem pertinere: dotalibus tamen servis maritus [43] testamento

UAB Universitat Autònoma de Barcelona

stamento directam & fideicommissam libertatem jure dedit, & præstita revocari non debuit: cum & inter vivos manumittendi mancipia dotalia constante matrimonio, liberam habeat maritus facultatem. P. P. VI. Id. Decemb. ANTONINO & ALEXANDRO CONSS. 223.

De universis bonis mulieris.

IV. Idem A. Valenti.

NUlla [1] lege prohibitum [2] est, universa [3] bona in dotem marito fœminam dare. P. P. IV. Id. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De æstimatione.

V. Idem A. Statiæ.

QUotiens res [4] æstimatæ [5] in dotem dantur: maritus dominium consecutus, summæ velut pretii debitor efficitur. Si itaque non convenit, *ut soluto matrimonio restituerentur*, & jure æstimatæ sunt: retinebit eas, si pecuniam tibi offerat. Dat. III. Id. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De nudo pacto.

VI. Imp. MAXIMINUS A. Sulpitio.

AVia tua eorum, quæ pro filia tua in dotem dedit, etsi verborum obligatio non intercessit, actionem ex fide conventionis ad te, si heres extitisti, transmittere potuit. Nec [6] enim eadem causa est patris & matris pacisscentium: quippe matris pactum actionem præscriptis verbis constituit: patris dotis actionem profectitiæ nomine competentem conventione simplici minime creditur innovare. Dat. III. Id. Februar. MAXIMINO A. & ARRICANO CONSS. 237.

De parente, qui ex intervallo stipulatur est.

VII. Imp. GORDIANUS A. Marco.

CUm à socero tuo pro uxore dos tibi daretur, si ea in stipulationem deducta non est sub tempore dationis, sed postea, socer tuus tecum pacisscendo, si id non ex voluntate filiæ tuæ fecit, conditionem ejus lædere [7] non potuit. Quandoque enim sola de dote experiens, id pactum non debere ad sui dispendium operari, de jure defenditur. P. P. Dat. Kal. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De additamentis.

VIII. Idem A. Agrippinæ.

ETiamsi non dotem reddi tibi mater, sed *ea, quæ in dotem data sunt, ut* [8] *eam sequerentur, vel ad se pertinerent, in matrimonio defunctæ filiæ*, stipulata sit: durante matrimonio filia decedente, actionem ex stipulatu videri quæsitam, æquissimum esse judicamus. Cui consequens est, ut etiam [9] id [10], quod additamenti [11] causa in dotem datum est, eadem actione repetatur. P. P. Kal. Febr. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

Qui parentes creditores habeantur.

IX. Imp. DECIUS A. & C. Urbicanæ. [12]

DOtis tuæ potiorem causam magis esse convenit, quam Reipublicæ, cui postea [13] idem maritus obnoxius factus est. P. P. VI. Id. Jun. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

De æstimatione.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Ingenuo.

CUm dotem te æstimatam [14] accepisse profitearis: apparet jure communi per pactum quod doti insertum est, formato [15] contractu, ex [16] empto [17] actionem esse. Quis enim dubitet æstimationem [18] à te mulieri deberi, cum periculo [19] tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur. P. P. XII. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De rebus dotalibus direptis.

XI. Iidem AA. & CC. Severæ.

DE his quæ in dotem data ac directa [20] commemoras, mariti tui esse actionem, nulla est dubitatio. Dat. X. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. CONSS. 287.

De fundo empto ex pecunia dotali.

XII. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

EX pecunia dotali fundus à marito tuo comparatus, non tibi quæritur [21], cum neque maritus uxori actionem empti possit acquirere: at dotis tantum actio tibi competit. Unde aditus Præses provinciæ, si non [te] transegisse reperierit, sed ex majore parte dotem consecutam, residuum restitui providebit. Dat. VIII. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. CONSS. 287.

Si mater rei filia in dotem dederit.

XIII. Iidem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

SI à matre vestra superstite aliquid ad [22] vos pertinens, in dotem scienti vitrico vestro datum est: intelligitis nullam firmitatem juris dationem habere, si neque pollicitatio [23], neque stipulatio intercessit. Dat. Prid. Kalend. Maji, *Heraclia*, AA. CONSS. 287.

An de bonis maternis filia dotanda sit.

XIV. Iidem AA. & CC. Basilissæ.

NEque mater [24] pro filia dotem date cogitur, nisi ex magna & probabili causa, vel lege specialiter [25] expressa: neque pater [26] de bonis uxoris suæ invitæ ullam dandi habet facultatem. Dat. Non. Novemb. *Philippopoli*, AA. CONSS. 287.

De instrumentis.

XV. Iidem AA. & CC. Ulpiano.

CUm citra [27] fidem etiam instrumentorum datam dotem aliunde probanti, post divortium quondam uxoris tuæ secundum bonam fidem restitui debere constet: amissis etiam instrumentis sine dubio cætera probationum indicia [28] jure prodita non habentur irrita. Dat. VII. Kalend. August. *Sirmii*, AA. CONSS. 287.

De re communi.

XVI. Iidem AA. & CC. Æmilio.

ANte [29] divisionem sororem tuam intestato patri etiam ipsa succedens, pro indiviso portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. Dat. Non. Julii, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De proprietate & usufructu.

XVII. Iidem AA. & CC. Sabino.

RES, quas [30] usufructu sibi deducto socrus [31] in dotem dedit, venundando auferre [32] tibi non potest. Dat. Nonis Julii, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

XVIII. Iidem AA. Menestrato.

SI socrus tua fundum deducto usufructu uxori tuæ donavit, tibique in dotem uxor quidem proprietatem [33], socrus autem usumfructum dedit: uxore tua rebus humanis in matrimonio exempta, fundum apud te remansisse secundum [34] placiti inter vos fidem, non ambigitur. Nam si acceptum certum quid annuum, filiæ suæ usumfructum locavit: mortua [35] conductrice, ususfructus extingui minime potuit. Dat. XIV. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

An actio filiæ per patrem quæratur.

XIX. Iidem AA. & CC. Achilli.

CUm patrem pro filia dotem tibi dantem, *si post mortem suam in matrimonio constituta rebus humanis eadem eximatur, partem dimidiam dotis Amniæ reddi*, pactum proponas: post vero testamento facto, cum aliis etiam Amniam heredem scripsisse, nec Amniam quicquam ex stipulatu petere velle sanxisse: si quidem hanc fibi reddi secundum fidem pacti stipulatam Amniam non proberur, ex [36] alieno pacto non prorsus ei ulla competit actio. Si vero ex ea verborum [37] conceptione tibi Amnia quæsivit obligationem, ac tibi testatorem prospexisse proberur: contra eam ex stipulatu post eventum conditionis petentem, quatenus accepit ex defuncti voluntate, quæ fuit stipulata, exceptione (salva Falcidia) uti potes. Dat. XIII. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De fructibus.

XX. Iidem AA. & CC. Tiberio.

PRo [38] oneribus matrimonii, mariti lucro fructus totius dotis esse, quos ipse cepit: vel si uxori capere donationis [39] causa promisit, eum, in quantum locupletior [40] facta est, posse agere manifestissimi juris est. Dat. V. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De æstimatione.

XXI. Iidem AA. & CC. ad Geminium.

SI inter virum & uxorem [41] pactum sit interpositum, *Ut si matrimonium intra quinquennium forte tempora quoque modo esse dissolutum, species* [42] *æstimata dori data, pretiis* [43], *quibus æstimatæ sunt, redderentur* [44]: manifestium est non [45] pretia specierum dari, sed ipsas species debere restitui: cum in placitis specierum reddendarum idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne, si species aliqua deminuta fuisset aut perdita, alio pretio, quam quo pro taxata fuerat, reposceretur. Dat. Nonis August. *Agrippinæ*, CC. CONSS. 293.

De alienatione.

XXII. Iidem AA. & CC. Libyanæ.

REm quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit, alienare [46] non potest. Dat. V. Kalend. Decemb. iisdem CC. CONSS. 293.

XXIII. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI prædium uxori tuæ dotale [47] venundedit: sponte nec contractum habuerit, nihil interest: cum rei tibi quæsitæ dominium [48] auferre nolenti minime potuerit. Dat. V. Kalend. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 293.

An dos revertatur ad eum qui dedit.

XXIV. Iidem AA. & CC. Aurelio & Lysimacho.

SI dotem matito libertæ vestræ dedistis, nec eam *reddi soluto matrimonio* vobis incontinenti pacto, vel stipulatione prospexistis: hanc, culpa [49] uxoris dissoluto matrimonio penes maritum remansisse constitit: licet eam ingratam circa vos fuisse ostenderitis. Dat. VI. Kal. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS. 293.

Si mulier stipuletur dotem sibi reddi, testandi causa.

XXV. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

SI mulier dotem à viro dari stipuletur, *Ut* [50] *de ea testari possit*: cum ordinationis testamenti cogitatio, mortis antecedens [51] tempus significet, nec [52] conditionem, sed causam contineat, intestata [53] quoque muliere defuncta, stipulationem committi proficiet. Dat. III. Id. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

Si pater dotem stipuletur extraneo.

XXVI. Iidem AA. & CC. Demostheni.

SI genero [54] dotem dando pro filia pater communis [55] *eam reddi tibi extraneo* [56] *constituto* stipulatus est, nec tibi cessante voluntate, nec tibi prohibente jure, quærere potuit [actionem.] Dat. VI. Kal. Jan. ipsis CC. & CONSS. 294.

De onribus hereditariis.

XXVII. Iidem AA. & CC. Pompejano.

LIcet dos jure penes maritum remanserit: pro rebus tamen hereditariis successores, non maritus [57] quondam solennibus penitationibus parere debent. S. VI. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

---

1 Permissa intelligantur, quæ nulla lege prohibita sunt. vide *l. 7. ff. de ritu nupt.* proinde facile libertatem præsumimus.

2 Imo, prohibitum minori. *l. 9. §. 1. ff. de minorib. l. 1. ff. adversus dot.* & in fraudem alicujus liberorum. *l. 1. ff. de inoff. dot.* vel prioris matrimonii. *l. 6. ff. de secund. nupt.* idem dicendum si mulier decepta. *l. 6. in fin. l. 12. §. 1. in fin. ff. eod.* adde *Forcat. 27. Novem.*

3 *l. 27. ff. eod.* etiam immobilia, *l. 62. ff. eod. l. ult. in fin. ff. si major. fact. alien.* non solum præsentia, sed & futura. *Bald. hic.*

4 Dotem æstimatam accipiem, non res ipsas, sed earum pretium consequutus intelligitur. Ideoque soluto matrimonio non res ipsas, sed earum æstimationem reddere potest. *Synops. ibid. c. 92. & 4 Harm. 8. §. 5.* si modo nihil de electione conventum fuerit, *ut hic l. 10. § ult. ff. eod.*

5 Vid. *l. 10. ff.*

6 Pater dotem filiam non potest sibi quærere actionem, nisi per stipulationem: cæteri etiam possunt nudo pacto, *ut hic.* Hodie videtur patri dari actio ex stipulatu, etiamsi nulla interposita sit stipulatio. Nam stipulationes & hypothecæ inesse dotibus intelliguntur. *l. un. §. 1. §. 6. ff. de rei uxor. act.*

7 Jus filiæ quæsitum facto patris, non potest patris facto ea non consentiente mutari, *ut hic, & l. 28. ff. eod. l. 6. §. ult. de pact. convent. l. 7. ff. de pact. dot.*

8 Hinc colligunt, sensum magis spectari quam verba.

9 Dotis augmentum eadem dos censetur, non alia & nova: hoc est, eandem dotem effici fatis, non aliam efficit: ideoque velut pars dotis iisdem privilegiis fruitur, quibus & ipsa dos; sive lucrum spectes, sive facultatem donandi filiæ, sive hypothecæ tacitæ privilegium, sive jus stipulationis interpositæ pro ea reddenda, ut multis notat. *Bal. à Valle tract. de lucro dotis. c. 100.*

10 Dotis stipulatio trahitur ad augmentum dotis, *ut hic*; licet stipulatio strictè intelligi soleat. *l. quidquid adstringendo 99. ff. de verb. oblig.*

11 Dispositum in principali, in augmento intelligitur tacita repetitum. *Bald.* adde *l. 26. in prine. ff. de usur.*

12 Urbicariæ.

13 Inter fiscum & mulierem prælatio similitur ex tempore. *Bald.* dicam ad *l. 2. ff. de privil. fisci.* 14 *l. 5. ff. eod.* 15 Pacta dotalia formant contractum. *l. 1. ff. de pact. dot.* vide *Cujac. 2. obs. 15.* 16 Dotem æstimato acceptam vir tueri potest actione ex empto: & cur. 17 Æstimata res ubi datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto. 18 Soluto matrimonio rerum æstimatarum pretium mulieri à marito debetur. 19 Dotis æstimatæ periculum, & commodum mariti sequitur. *l. un. §. 9. in fin. ff. de rei uxor. act. l. 51. ff. solut. l. 10. in pr. l. 42. ff. de jure dot. 4 Harm. 8. §. 2.* 20 Pro rebus dotalibus direptis agit maritus non uxor. *l. 49. in fin. ff. de furtis.* 21 Dotalibus nummis comparatum non est in uxoris dominio: sed si partem dotis mulier consequuta fuerit, neque transegerit, de residuo dotis agere poterit. Quippe non debet harum rerum emptarum dominium vindicare. *l. ult. ff. de servo pignor. dato. l. 55. in fin. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 49. in fin. ff. de furtis. Syn. Basil. eod. cap. 98. & 4. Harm. 8. §. 29. & 37. Cujac. 5. obs. 29.* Imo quæritur, utique dotalia. *l. 54. ff. eod. & 4. Harm. 8. §. 29.* Fit dotalis, si maritus non sit solvendo. dixi ad *l. 1. §. 4.* & sic in subsidium. 22 Mater non potest dare tam filiorum pro dote sua. *Bald.* denique non potest dotem sibi constituere ex bonis filiorum: licet hoc *Zuichemo* naturale liberi videantur quodammodo matri debere, ut & alimenta. 23 *l. 1. ff. eod.*

24 Mater non cogitur filiam dotare, nisi ex causa expressa in jure: *ut hic*: aliud in patre. *l. 19. in fin. ff. de ritu.* 25 Dotare filiam matre non cogitur, sed nec ex bonis uxoris filiam dotare pater facultatem habet. *4. Harm. 8. §. 49.* Quisnimo pater receptam dotem, quam pro filia dederat, in secundas ejus nuptias servare debet. *ibid. §. 50. l. 9. ff. de ritu.* 26 Pater dotare filiam non potest de bonis uxoris sum invitæ. 27 Dos citra scripturam dari potest. Ideoque etsi data fuerit interveniente scriptura, & instrumenta perierint, nihilominus dos peritura, si modo probetur datum. *Faille Synops. Basil. eod. c. 102. 4. Harmenop. 8. §. 17.* Amissis instrumentorum dotalium non præjudicat dotis. *adde l. un. §. 1. vers. & nunc. ff. de rei uxor. act.*

28 *l. ult. ff. de prob.*

29 Communio non impedit partem pro indiviso dari in dotem. *l. 1. ff. comm. divid. l. 14. ff. de usurp. & usucap. l. 3. ff. de comm. rer. alien. l. ult. ff. de usufruct. l. 11. ff. de donat.*

30 Quærum. *Accursius, Cujac. 17. obs. 6.* ut sit alienatio, sicut in *l. 24. ff. familiæ. l. 14. ff. de fideicomm. &c.*

31 Tua filiæ.

32 Et ita attendenda proprietatem. Hæc innituntur, proprietatem alienari non posse invita proprietate. *l. 10. ff. de usufr.*

33 *l. 22. l. 23. ff. eod.*

34 Eadem rei proprietas in dotem dari non potest ab uxore, eadem rei usufructus ab uxoris matre.

35 Morte conducentis non extinguitur jus immalis. *Italic.*

36 Pater filiæ emancipatæ stipulari non potest. Nam alieno ex pacto non datur actio. *l. 26. ff. eod. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pactis. l. 1. ff. inter alios alia.* Nota textum. adde quæ notavi ad *l. 38. §. 17. ff. de verb. oblig.*

37 Stipulatio ex verborum conceptio. *Paul. 5. sent. 7. §. antic.*

38 *l. 21. §. 1. ff. de donat. int. vir.*

39 Fructus dotis à marito uxori donati petiit. Donati tamen petunt repeti, qua facta est esse locupletior.

40 *l. 50. in fin. ff. de donat. int. vir.*

41 Pro intellecta hujus l. vid. Anr. Faber. *de re numeraria cap. 2. num. 17. 18. 19.* Anr.

42 *l. 5. ff. eod.*

43 *l. ult. ff. de pactis. l. 30. ff. soluto matrim.*

44 Si male exerut. *l. 1. ff. solut.*

45 Æstimatum rem qui restituunt fub eadem æstimatione tenetur, de ipsa re non de æstimatione tenetur: & ita hoc casu, res est in dote, non æstimatio. *l. 8. l. 37. ff. eod. l. 21. ff. de donat.*

47 Uxor prædium dotale inæstimatum non potest vendere, nec vendenti marito consentire. *Bald. amissis. alienare sine in pr. l. seqnite §. 13. ff. de rei uxor. act.*

48 Dotis dominium an sit penes uxorem, vel virum, vid. *l. 30. ff. eod.* & an res dotales pereant, aut sint periculo mariti vel uxoris, vide Costanum *tract. de dotib. c. 5. de l. 1. 17.*

49 Dos culpa mulieris amissa non revertitur ad eum qui dedit, nisi id sibi stipulatus fit. adde *l. 69. §. 6. de jure dot.* 50 Dedit mulier dotem, ut de ea testari posset, non est testata? committitur stipulatio: quia non fuit conditio superioribus verbis appolita, sed causa efficiens, & impulsiva. Defectus causæ impulsivæ jus agendi non impedit. 51 Testamentum mortem sapit, quæ locum habet nisi mortuo testatore. 52 Do tibi aliquid ut de eo testari possis? Dotio non est conditionalis, sed causalis. 53 Vide *l. 4. ff. de cond. stipul.* 54 Vid. Goedd. *de emancip. cap. 10. num. 43. & seqq.* Anr. 55 Titius, nomine Cajus filiæ, Sempronio genero dotem constituit, eumque reddi Demostheni emancipato stipulatur? num est utilis stipulatio, cum pater non possit stipulari filio emancipato: nam emancipatus patri est extraneus. Extraneo non posse mus stipulari. *l. 19. ff. eod.* adde *l. 4. l. 7. ff. de pactis convent. l. 45. ff. soluto.* 56 Emancipatus.

57 Maritus dotem uxoris, pacto locatus est: mortua uxore, heredibus ejus nomina præstanda, uxoris heredes conveniendi, non maritus: & ita onera hereditaria spectant ad heredes uxoris, non ad maritum dotem uxoris lucrantem. adde *l. 72. ff. eod.*

De muliere minore viginti quinque annis.

XXVIII. Imp. Zeno A. Æliano P. P.

MUlier in minori ætate constituta, dotem marito consentiente generali [2], vel speciali curatore, recte dare & exigere [3] potest: licet ipse tempore creationis fidejussorem in minorem [4] quam dos est, quantitatem dicitur præstitisse. †. Hoc idem observatur, & si minor ante nuptias donationem consentiente (ut dictum est) curatore fecerit. Dat. Kal. Jan. Basilio II. & Armatio Conss. 476.

De viro vergente ad inopiam.

XXIX. Imp. Justinianus A. Mennæ P. P.

UBi [6] adhuc [7] matrimonio constituto [8] maritus ad inopiam [9] sit deductus, & mulier sibi prospicere [10] velit, reliquæ sibi suppositas pro dote, & ante nuptias donatione, rebusque extra [11] dotem constitutis tenere, non tantum mariti res ei tenenti, [12] & super his ad judicium vocatæ, exceptionis [13] præsidium ad expellendum ab hypotheca secundum creditorem præstamus: sed etiam si ipsa contra detentatores rerum ad maritum suum pertinentium, super iisdem hypothecis aliquam actionem [14] secundum legum distinctionem moveat, non [15] obesse ei matrimonium adhuc constitutum sancimus, sed ita eam posse [16] eisdem res vindicare, vel à creditoribus posterioribus [17], vel ab aliis qui non potiora jura legibus habere noscuntur, ut potuisset si matrimonium eo modo dissolutum esset, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi vivente marito, & matrimonio inter eos constituto: sed fructibus earum ad sustentationem, tam sui [18] quam mariti [19], filiorumque [20], si quos habet, abuturus. Creditoribus scilicet mariti contra eum ejusque res, si quas postea forte acquisierit, integra sua jura habentibus: ipsis etiam marito & uxore post matrimonii dissolutionem super dote, & ante nuptias donatione pro dotalium instrumentorum tenore integro suo jure potituris. Dat. [21] III. Idus Decemb. D. N. Justiniano A. II. Cons. 528.

In Authent. de æqual. dot. §. illud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 6.

Donationem quoque propter nuptias in hoc casu constante matrimonio vindicare potest. [22]

De rei vindicatione & actione hypothecaria.

XXX. Idem A. Demosthani P. P.

IN rebus dotalibus [23] sive mobilibus, sive immobilibus [24], seu se moventibus, [si tamen extant [25],] sive æstimatæ, sive inæstimatæ sint, mulierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum matrimonium prærogativam [jubemus,] & neminem creditorum mariti, qui anteriores [26] sunt, posse sibi potiorem causam in his [27], per hypothecam vindicare, cum eædem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter [28] in ejus [29] permanserint dominio. Non enim, quod legum subtilitate [30] transitus earum in matrimonium mariti videatur fieri, ideo rei [31] veritas deleta vel confusa est. Volumus itaque eam in rem actionem in hujusmodi [32] rebus quasi propriis habere, & hypothecariam [33] omnibus anteriorem possidere: ut sive ex naturali [34] jure ejusdem mulieris res esse intelligantur, sive secundum legum subtilitatem ad mariti substantiam perveniſſe [videantur,] per utramque viam, sive in rem, sive hypothecariam, ei plenissime consulatur. †. Omnis autem temporalis exceptio, sive per usucapionem inducta, sive per decem, sive per viginti annorum curricula, [sive per triginta vel quadraginta annorum metas,] sive ex alio quocunque tempore majore, vel minore sit introducta: ea mulieribus ex eo [tempore] opponatur, ex [35] quo possiant actiones movere, id est, opulentis quidem matritis constitutis, post dissolutum matrimonium: minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illarum esse clamaverit: cum constante etiam matrimonio posse mulieres contra maritorum patum [36] idoneorum bona hypothecas suas exercere, jam nostra lege humanitatis intuita definitum sit: ficti divortii falsa [37] dissimulatione in hujusmodi causa quam nostra lex amplexa est, stirpitus emenda. Recitata septies [38] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. 529.

Cum extraneus dat dotem pro muliere, ea datio respectu viri dicitur donatio ab causam, respectu mulieris donatio simplex: nec indiget insinuatione: licet alias secus. Salic.

De insinuatione dotis, & donationis ante nuptias. 2. De mora & de usuris.

XXXI. Idem A. Juliano P. P.

CUm quidam dotes pro mulieribus dabant, sive matres, sive alii cognati, sive extranei: recte quidem eas mariti sine monumentorum observatione suscipiebant. Cum autem mulier redhibitionem casus [39] stipulabatur, & hujusmodi fortuitus casus evenisset: ipsa mulier, utpote à se non facta donatione, propter hoc quod monumenta deerant, necessitatem habebat actiones in hujusmodi casu ad eum qui dotem dedit, per cessionem transferre, vel ipsas res reddere: & ita inveniebatur forsitan post prolixa matrimonii annorum curricula, & liberos forte editos infelix [40] mulier indotata. Sancimus itaque in [omnibus hujusmodi casibus] nullis monumentis [41] rem indigere, sed in omni personæ ratas esse hujusmodi donationes: & mulierem ipsam dotem suam habere, (cum fortuitus casus hoc lucrum ei addiderit) & firmiter hoc apud eam permanere: nisi ipse qui ab initio dotem dedit, sibi dari in hujusmodi casum stipulatus sit: tunc etenim cum neque ab initio suspicio aliqua liberorum concurrit, sed sibi omnem [42] rem ille qui dotem dedit, pepigerit, hujusmodi tractatus habere locum non potest: atqui in aliis omnibus casibus in quibus ipse non est stipulatus, tristitiæ suæ mulier hoc proprium habeat solarium pet actionem dotis.

§. 1. Simili quoque modo si quis extraneorum, (id est, qui eum pro quo dat, non in potestate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturæ mulieri dederit, & necessaria monumenta adhibuerit: cum excedat summam legitimam donatio, vel non minor [43] materfamilias nuptura sit, non solum ad eam cui ante nuptias donatio datur, monumenta suam adhibeant firmitatem, sed [44] etiam ad illum pro quo dedit: ut si lucrum ei ex dotalibus pactis accesserit, hoc non cedat donatori, sed in suum lucrum hoc matritus convertat, firmumque, & irrevocabile habeat: nisi donator, & hoc [ibi] reddi hujusmodi casu fuerit stipulatus, ne & in præfato casu simile anteriori vitium oriatur. Sin autem minor quantitas sit, vel ita res gesta sit, ut monumentorum ex omni parte nulla sit utilitas, tunc & donatio ad utramque personam valeat, & maritus eandem lucretur: nisi & hic donator eam sibi stipulatus sit. §. 2. Præterea sancimus, si quis in dotem, vel prædia, vel certum reditum, vel ædes, vel panes civiles spoponderit, vel promiserit: si ex tempore matrimonii biennium [45] transactum sit, illico redituum, vel pensionum, necnon panis civilis [46] quæstum [47] eum præstare, etiamsi non fuerint adhuc res principales traditæ: & si tota dos in auro sit, itidem post biennium usuras [48] usque ad tertiam partem centesimæ præstari. Sin autem aliæ res præter immobiles, vel aurum fuerint in dotem datæ, sive in argento, sive in muliebribus ornamentis, sive in veste, sive in aliis quibuscumque, si quidem æstimatæ fuerint, simili modo post biennium, & earum usuras ex tertia parte centesimæ currere: æstimatione earum (quia & hoc apertius declarari oportet) ea intelligenda quæ pro singulis speciebus facta est, vel pro unoquoque genere dotalium specietum, id est, pro argento, vel ornamentis, vel veste, vel aliis speciebus, & non esse expectandam post singulas æstimationes unam [49] coadunationem totius calculi: quod satis scrupulosum, & per nimiam subtilitatem perniciosum est. Sin autem minime res mobiles fuerint æstimatæ, ea post biennium observari, quæ leges post litem [50] contestatam pro omnibus hujusmodi rebus definiunt.

†. Sin vero res permixtæ fuerint, & partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus, pro jam facta divisione [51] omnia procedere: licentia minime deneganda marito, quando voluerit, dotem petere. †. Nec is qui debet [52], putet sibi licentiam esse, reditus vel pensiones, vel usuras, vel alias accessiones solventi [53], dotis solutionem protelare: sed sive ante biennium, sive postea voluerit: dotem pars matiti petere queat, & secundum leges eam exigere. Dat. XII. Kal. April. Lampadio & Oreste VV. CC. Cons 12, 530.

---

1 Hæc constitutio Zenonis ad Æmilianum scripta, distincta à Tribonianо in tres partes: quarum una hic continetur; altera in l. ult. T. *de in jus voc.* tertia in l. ult. T. *de magistratibus municip.*

2 Curator datus ad omnia negotia exercenda generalis, vel specialis constituitur. *Novell. 161. §. sed.*

3 Et exigit: ita legendum esse Cujacius docet *Obser. 14.*

4 In eo minor læditur: ut eorum non fit in integrum restitutio. Quam rem hoc in casu accidisse dolo curatoris, sed frustra. *l. ult. de magistratibus municip.* Res ergo sic habet: Minor mulier curatore datus debita contrahit, res alienat, & obligat. Curatoris nec vitio, nec fraude (hoc enim videtur ex *d. l.* ult.) fidejussor accipitur à muliere, ut minoris mariti obligatio & ita minorem in quantitatem Minor datum inscribitur datum esse contendit, petitque restitui? nec est audienda cum jure communi usa sit. *l. ult. T. de in integ. l. 11. §. 4. in fin. T. de fidejussoribus. l. 116. §. 1. T. de procuratoribus.* dotem non constituit adhibita cautione: & tamen fidejussor data ei a curatore in scriptum, cum nihil fidejussor in minorem quotidiana actione est? Et his itaque legibus concilia tu meum, alii ex alia similiumve locorum accipit: adde *Cujac. 16. obs. 14.*

3 Male adjungitur Basilius Armatius, quia non cum Basilio, sed cum Basilio fuit Consulatus memoria. *l. 16. T. de jure fisci. adeo ut Idem Armatii nomen in inscriptione ponatur, non Basilii.* Scribe itaque, Dat. Kalend. Jan. C. P. Basilio V. C. Cos. Nam is Basilius consul fuit Illus. *adde Cujac. 16. obs. 14.*

6 Dotis, donationis ante nuptias, & extra dotalium rerum nomine, mulier etiam constante matrimonio, res mariti inopis (hæc causa sive circumstantia maxime hic servanda est) tanquam ex hypotheca tenere potest: Nam sive conveniatur à creditoribus mariti, exceptionem habet: sive agat, vincere debet. Neque ei obstat quod nondum solutum sit matrimonium: non hoc casu res mariti ita accipere potest: quasi si matrimonium solutum foret: atque ipsi dotis petitio compensaretur. Caterum creditores, si quas actiones habere se putant, iis expediri debent ad verbum virum, vel res ipsius quas postea forte adquisivit. Mulier nihil interea potest alienare, dum maritus vivit, quippe nullam aliam ob causam res eas mulier consequitur, quam ut fructus earum percipiat, & si cum marito communibusque liberis alat. *Tessaf. Basil. 29. tit. 1. c. 113. & 2. Harmen. 8. §. 38.*

7 Ante diem agi non potest. *l. 2. T. de plus petit. cap. unico. extra de plus petit.* fallit si maritus ad inopiam vergat, *ut hac lege.* fallit si debitor fugit. *l. ait prætor. 10. §. si debitor 16. ff. qui in jus vocandus.* aut suspectus est. *l. si fidejussor. 7. in fin. ff. qui satisdare.* Joan. Andr. *in cap. unico de plus petitionibus.*

8 Id est, constante. *Novell. 97. cap. 6. in princ. vers. Quia enim.*

9 *§. 30. in fin. l. ult. l. 24. ff. solute.* 10 Periculum suum est in mora. 11 Paraphernalia intelligo, de quibus vide *l. 8. l. ult. T. de pactis conventis. l. 9. §. 3. ff. de jure dot.* Dos, donatio propter nuptias & res paraphernales, diversæ. 12 Voluntate etiam mariti. *Nov. 22. c. 39.* 13 Uxor marito res tenenti, exceptione ad versus agentes mariti creditores juvatur. Possidenti datur exceptio, non possidenti actio. 14 Dotales res etiam constante matrimonio viro ad inopiam redacto mulier actione instituta potest petere. An directa in rem? ut vult *Harm. 4. tit. 8. §. 29.* An utili? *Cujac. 5. obs. 29.* Hanc rutionem Harmenopulus affert, quod hypothecaria mulier res etiam viri urget. 15 Ratio dubitandi videbitur hæc esse, mulierem agere non posse dotis sua nomine constante matrimonio. 16 Mulier constante matrimonio, viro ejus vergente ad inopiam, non modo contra eum, sed etiam contra tertios possessores bonorum mariti potest agere, ut consequatur dotem, donationem propter nuptias & res paraphernales collocet in tuto, ut his omnibus merito, filiis, ac familiæ possit prodesse, *ut hic. & l. 24. ff. solute.* vide *Roland. à Valle 1. cons. 9. n. 12.* Nec cogitur mulier, antequam agat, adversus creditores possessores discutere mariti bona. *Idem ibid. n. 20. 21. 22. & seqq.* Quid si creditores mulieri dotis æstimationem offerunt? Idem Rolandus negat (*num. 30. 40.*) creditorem admitti: cum *l. 1. T. si antic. creditor.* huc non pertinere existimat.

17 Ergo non ab interioribus expressum falsum habentibus? dixi ad *Novell. 109. cap. 1. & in l. assidue 12. qui potiores.* 18 Gradus amoris ab uxore præstandi observa: ut is, maritum & liberos sibi. Charitas bene ordinata incipit à seipsa. 19 Sive dos sit apud virum, sive apud mulierem, oneribus matrimonii debet inservire: *Pionne separée de biens, est toute du mauvais lit de famille de son mari, & elle a droyture.* 20 Et merito. Nam licet separationem bonorum postulet, non renunciat tamen effectui materno: id est, alendis liberis. 21 Theodorus vetus interpres in *l. 1. §. 1. T. de rei uxor. act.* refert in extremo hujus legis dixi, mulierem posse renunciare his quæ sibi competunt hypothecæ: quo nomine Contius *l. dict. 7.* monet superiora Theodori verba hic adjicienda. quod Cujacius displicere 13. *obs. 25.* Negat enim à Theodoro constitutionem, ut voces *renunciare* intelligi hanc tamen, sed eam ipsam in quam scripsit, id est, *l. un. §. 15. T. de rei uxor. act.* quæ circa finem ex Anthaliana confirmatione traxit, mulieribus licere renunciare hypothecæ, lege introductis propter eandem dotis. 22 Ut dominus. 23 Vide Bald. Novell. *de dot §. post. prior.* Et quatenus in præd. obtineat hoc dotis privilegium, Censur. Forens. noſtr. *lib. 1. p. 12. n. 3. & seqq.* S. L.

24 Vide *Cujac. ff. de verb. sign.* 25 Mulier res suas extantes vindicat. 26 De prærogativa dotis dixi ad *Novell. 97. cap. 6.* 27 Rebus scil. mulieris extantibus. 28 Id est, naturali jure. *T. sed. jure gentium.* Dotis igitur dominium constante matrimonio naturaliter est uxoris. *l. 75. ff. sol. l. 21. §. 4. ff. ad municipal.* 30 Res dotales inæstimatæ manent uxoris: æstimatæ, subtili jure fiunt mariti, naturali mulieris, si tamen extent, *ut hic.* Imo, jure naturali res subtilitandi fiunt mariti, dominium earum per traditionem adepti. *l. 20. T. de pactis. §. 40. Inst. de rer. div.* Si traditionis beneficium specetur, res ita fuerit: si existim, posta quod res dotales plerumque maneant apud mulierem soluto matrimonio morte aut divortio, falsum. vide *Cujac. 10. obs. 32.*

31 Fictio & subtilitas non obstat rei veritatem. 32 Si res hujusmodi sunt mulieris, quæ pignori eidem mulieri esse possunt? *l. 41. ff. de reg. jur.* Favore dotis id recipiendum dicimus. Nam si juris effectum spectamus, mulier hypothecaria uteretur in res suas jure juris subtilitate (id est, æstimatione earum) mariti factas: si jus naturæ, quo res ejus dotales extantes ejus esse dicuntur, vindicatione: & ita diverso respectu diversis plane actionibus donatus extantes ejus esse dicuntur, vindicatione: & ita diverso respectu diversis plane actionibus donatus mulier. 34 Naturaliter. *ut T.* 35 Nulla dotis nomine currit præscriptio, antequam possit. *l. 7. §. 4. in fin. T. de præscript. 30.*

36 *l. 9. T. sed. l. 24. ff. solute.*

37 Ficto alieni fi filiam, falsa dissimulatione divertit utebantur conjuges.

38 Septimo miliario urbis. ut *l. 22. in fin. T. de sacrosanct. Eccles. l. pen. T. de rei. cred. vid. l. ult. T. de legit. tut. l. 19. T. de jure dotis. l. 30. T. de fidejussor. l. 6. T. de hon. quæ lib. l. 3. T. de bon. lib. l. 20. in fin. T. de agricol. & censit. l. 34. T. de donat.* Eadem forte ratione septimum dicitur, qua decimum suburbium Carthaginis, quod authore Procopio ab eadem diffabat stadiis septuaginta. *vid. Cujac. 22. obs. 3.*

39 Id est, lucrum dotis vel donationis propter nuptias.

40 Mulier indotata infelix, ut quæ nec se nec liberos possit alere.

41 Dos nunquam insinuatione indigit: aliud in donatione propter nuptias. *l. 17. T. de don. ante nupt. l. 19. T. de sacrosanct. Eccles.*

42 Quoties extraneus data dotem sibi stipulatur eam reddi, ex ea stipulatione agitur, existentibus etiam liberis ex eo matrimonio.

43 Olim donatio propter nuptias fuit indifinctè insinuanda: nisi collata fuisset in materfamilias minorem viginti-quinque annis. *d. l. 17.*

44 Acta voluntatis jurisdictionis nunquam extenduntur ad eum, cum quo non fuit celebrata, etiamsi ejus interfit.

45 Promissor dotis post biennium præstat ejus reditus, pensionem & usuras trientes, quæ cum silentio actus ex stipulatione deberi, nisi in stipulationem fuit deductus. *l. 1. l. 2. l. 3. T. de usuris.* ut nec reditus, nisi post litem contestatam.

46 Panes civiles sunt reditus in pane constituti concessi ad vitam, vid. Alciat. *lib. 8. c. 5.* Anz.

47 Id est, usuras. Interdum usuræ debentur sine stipulatione ex nudo pacto, veluti pecuniæ trajectitiæ *l. 7. §. 1. ff. de nautico fœnore. l. etiam 30. ff. de usur.* pecuniæ civilis, & earum rerum quæ mensura constant. *l. 12. l. 13. T. de usur.* interdum sine pacto, *ut hic. & l. 3. §. 2. ff. de usur.* & in actione ex testamento, quamvis sit strictæ. dixi ad *Nov. 136. c. 6.* 48 Dotis promissor post biennium à contractu matrimonio usuras præstat ad tertiam usque centesimæ usuræ partem. *4. Harm. 4. §. 25. quatro pour cent.* 49 Coadunatio calculi multarum rerum facit ut res diversæ separatim æstimatæ sint una tantum res. Distincta enim pretia rerum mulierum in uno, & eodem instrumento res diversas non constituunt. *Bald. hic.*

50 Mora legibus introducta ei comparatur quæ per litis contestationem inducitur. 51 Id est, ut de singulis secundum naturam suam judicetur. 52 Id est, promissor dotis. 53 Solvendo. Debitor non potest offerendo annuum redditum rem retinere in tempus futurum invito creditore. *Baldus.*

Tit. XIII.

DE [54] REI UXORIÆ [55] ACTIONE [56] IN EX STIPULATU ACTIONEM TRANSFUSA [57] ET DE NATURA DOTIBUS PRÆSTITA.

Pro dote bona sunt tacite obligata. Bald.

1. Imp. Justinianus A. ad populum urbis Constantinopolitanæ, & ad universos principales.

REM in præsenti [58] non minimam aggredimur, sed in omni pene corpore juris effusam, tam super rei uxoriæ actione, quam ex stipulatu: earum communiones, & differentias resecantes, & in unum tramitem ex stipulatu actionis totum rei uxoriæ jus quod dignum esse valere censemus, concludentes. *Res uxoria* itaque actione sublatâ [59], sancimus, omnes [60] dotes per ex stipulatu actionem exigi, sive scripta fuerit stipulatio, sive non: ut [61] intelligatur re [62] ipsa stipulatio esse subsecuta. Eodemque modo, & si [63] inutiliter [64] facta est stipulatio: adjuvari enim eam magis quam evanescere oportet. Si enim

54 Doti repetendæ tres actiones jure civili competere sunt: ex stipulata, hypothecaria, & vindicatio. adde Costanum *tr. all. de dote, cap. 6.*

55 Actio rei uxoriæ Græcis ἡ περὶ τῶν γαμικῶν πρᾶξις. *Basil. 29. tit. 1. c. 1.* de restitutione dotis actium ex stipulatu actio, ἡ τῶν προικῶν ἀπαίτησις. Docem exigere actio. *Syn. Basil. 29. tit. 1. cap. 117. & 4. Harmen. 8. §. 50.* quarum actionum

56 Actio rei uxoriæ ad inquarto fit nova hac lege. 57 Ut rei uxoriæ actio bodie sit sublata. *l. 12. §. 1. T. qui pactis.* 58 Ad intellectum *l. 1.* vid. Govean. *var. lect. lib. 2. cap. 5.* Charond. *variolat. lib. 2. cap. 16.* ubi hanc *l. unic.* conciliat cum *l. 7. ff. solut. matrim.* Anz. 59 Rei uxoriæ actio bodie sublata. 60 Pro dote competit actio ex stipulatu. 61 Dos ex stipulatione constituitur, ut etiamsi non intervenerit stipulatio, fingatur tamen intervenisse. *ut hic.* Quin nudo pacto & simplici pollicitatione promissa, exigi potest jure speciali. *l. ad exactionem 6. T. de dot. promiss.* 62 Id est, ipso jure. Stipulatio dotibus inesse intelligitur. vid. §. 2. *J.* 63 Et dotis inutili stipulatione agi potest: quod omnino singulare, & humilis dotis stipulatio habetur pro utili.

1 Inutilis stipulatio per utilis stipulationis adjectionem confirmatur.

2 Potest aliquid stipulatio ergo & dex.

3 Vid. §. 1. J. eod.

4 Ex utili magis fieri potest quid utile, quam ex eo ipso quod penitus non sit: Entia enim ad id quod est, transitus facilissimus est. difficilius enim est nunc primum aliquid de novo inducere, quam in melius reformare.

5 Dotibus subveniatur.

6 l. 20. J. de administ. tut.

7 Bona mariti tacite obligata sunt uxori pro restituenda dote.

8 Bona mulieris tacita marito obligantur pro præstanda ei dote.

9 Si res dotalis mariti evincitur uxor marito evictionis nomine tenetur. adde l. 1. T. de jure dot.

10 Dos à quibus personis constituatur.

11 Rusticitati lex succurrit. Proviso legis facit ut error atque imprudentia non noceat contractui. Proviso hominis inutilis non colligit utilem legis provisorem. Baldus.

12 Pers. Rei uxoriæ. vers. Est enim in pr. T. eod. §. 6. J. eod.

13 Dict. vers. Est enim.

14 Dotis promissio, & susceptio dotis scripturam non requirit. l. 6. T. de dot. promiss. l. 15. de jure dot.

15 Ficta legitima stipulatio vim habet testimonii & stipulationis.

16 Natura actionis ex stipulatu.

17 Res uxoriæ actio sublata.

18 Actio ex stipulatu strictî juris.

19 Actio ex stipulatu pro dote est bonæ fidei. §. 29. Inst. de act.

20 Quod utile erat in actione rei uxoriæ, id in actionem ex stipulatu transfulum.

21 Vetustati decor suus inest.

22 Edictum Prætoris de alterutro observa: hujus Edicti fit mentio in l. ult. C. Theod. de testam. ibi, Sic mulier in Edicto quod de alterutro est: cum suam explanaverit ordinationem ut pœnitentia posito ad aliud transfera, etiam sine latitudine cujusque præcavere, nisi si utrique jurectur amissio, &c. Hoc autem edicto cavebatur, ut si quid maritus uxori hereditatis, vel legati, vel fideicommissi titulo reliquisset, alterutro uxoris actione, quæ in re deteriori erat mulieris conditio, quibus quid legatum erat. vide alia quædam apud Cujac. 3. observ. 16.

23 Vir legans uxori in dubio non intelligitur legare pro dote. Cui mulieri ita legatur, non potest ex testamento, & ex stipulata agere. Pro dote est animo dotis compensandæ legare. l. 46. ff. soluto. l. 53. l. 77. §. 5. ff. de leg. 2. ideoque in dubio mulier utramque consequetur, dotem, scil. & relictum.

24 Quia in dubio non intelligitur ille onus, ex quo legatum est simplex.

25 Actio ex stipulatu actionem & promissionis trasmittit in heredes. l. 6. T. de jure dot. l. 27 ff soluto.

26 Ob mores retentio, ut hic: & d. §. 9. 6. Ulpian. 6.

27 Ob res donatas retentio, ut hic: & d. §. 9.

28 Ob res amotas retentio, ut hic: & d. §. 9.

29 Ob liberos retentio, ut hic: & d. §. 9. & §. 10. l. 1. §. 3. ff. de justitia.

30 l. 1. §. 3. ff. de impensis. Ulpian. 6. l. 9. 14. 15. 16. 17. Paulus. §. 37. Inst. de actionib.

31 Ob impensas retentio, ut hic: & d. §. 9. l. 23. ff. soluto. l. 1. §. 2. l. 5. l. 15.

32 Necessitas impensæ, voluntate mulieris factæ, magis servat mandati actionem: citra voluntatem mulieris factæ actione negotiorum gestorum. adde l. 7. in fin. l. 8. ff. de impens.

33 Utilis impensa, voluntate mulieris factæ, magis servat mandati actionem: citra voluntatem mulieris factæ actione negotiorum gestorum. adde l. 7. in fin. l. 8. ff. de impens.

34 Id est, ablato. l. 9. ff. de impens.

35 Dos ad mulieris heredes revertitur, muliere mortua constante matrimonio: nisi ut aliud convenerit. l. 19. T. de donat. ante nupt. l. 18. T. de jure dot.

36 Vid. §. 1. T. eod.

37 Dotem exigens actio alios & illico, & in solidum dotem exigebat. De restitutione vero dotis actio (neque res semel plene æquate æquata) non illico, sed per tres annos pensi pendebatur. Verum hodie, vi novæ constitutionis Justiniani, non etiam in solidum, sed in quantum facere potuerat, adversus maritum propinquiorem, & ejus heredes, dotem exigens actio, seu ex stipulatu actio ad instar rei uxoriæ actionis non in solidum movebat, sed in quantum facere potest maritus: hac tamen lege, ut maritus uxori exercitorem exponat, futurum, ut si quid adquisierit, ei satisfaciat. Exactio vero non per tres annos (ut in restitutione dotis, seu rei uxoriæ actione) nec illico fit: sed anno quidem die salvuntur ea quæ mensura constant: cætera vero statim. Quod si maritus illico, vel post anni decursum restituere superfederit: etiam rerum mobilium usuras, & immobilium fructus à soluti matrimonii tempore, cum personalibus, navium vecturis (Græci ἐκβολα, καὶ ναυλα) & fructibus cæteris præstat. Synops. Basil. 29. tit. 1. cap. 117. 4. Harmen. 8. §. 72. Goth. Vidoz an sint præstanda alimenta intra annalis temporis spatium quo dotem in rebus soli non consistentem apud se retinere potuit heredes mariti, vid. Anton. Merend. contr. lib. 2. cap. 43. Anr.

38 Diversitas actionis, Ex stipulatu, & rei uxoriæ observa. Priore, maritus cogitur dotem restituere illico & in solidum: Posteriore vero, annua, bima, trima die. Galli, ad ann., duas & trium pensionum, & in quantum maritus facere possit.

enim cum una in instrumento stipulatio valida inveniatur, aliis etiam inutilibus suam noscitur præstare fortitudinem: quare non ex nostra lege hujusmodi stipulationibus robur accedat legitimum? Est enim consentaneum nobis qui censemus, ubi stipulatio suppositi non est, intelligi eam fuisse adhibitam: & multo magis etiamsi inutilis est, validam eam effici.

§. 1. Et ut plenius dotibus subveniatur: quemadmodum in administratione pupillarium rerum, & in aliis multis juris articulis tacitas hypothecas inesse accipimus: ita & in hujusmodi actione damus ex utroque latere hypothecam, sive ex parte mariti pro restitutione dotis, sive ex parte mulieris pro ipsa dote præstanda, vel rebus dotalibus evictis: sive ipsæ principales personæ dotes dederint, vel promiserint, vel susceperint, sive aliæ pro his personæ: & dos sive adventitia sive profectitia sit, secundum veteris juris nominationem. Ita enim & imperitia hominum & rusticitas nihil eis poterit afferre præjudicii: cum nos illis ignorantibus & nescientibus in hoc casu nostram induximus providentiam. Sicut enim & stipulationes, & hypothecæ inesse dotibus intelliguntur, & inutiles stipulationes emendantur: sic & in posterum causa invenietur valida & perfecta, quasi omnibus dotalibus instrumentis à prudentissimis viris confectis. †. Et nemo putet nos hoc sancire in his tantummodo dotibus quæ instrumentis receptæ sunt: Nihil enim prohibet, & si sine scriptis dos, vel detur, vel promittatur, vel suscipiatur: simili modo intelligi factam stipulationem & hypothecam ex utraque parte, quasi scripta fuerit. Et natura quidem ex stipulatu actionis hæc intelligatur: re uxoria in posterum cessante. §. 2. Sed etsi non ignoramus ex stipulatu actionem stricto jure esse vallatam, & non ex bona fide descendere: tamen quia novam naturam de dote stipulatio sibi insevenit, accommodetur ei natura rei uxoriæ, & bonæ fidei beneficium: & omnes quidem eventus quos dos ex stipulatu habet, maneat pro sua natura exercens. Si quid autem optimum ex rei uxoriæ actione invenimus, hoc in præsenti specialiter ei addimus: ut sit & nova ista ex stipulatu, quam composuimus, & non propria tantum, sed etiam veteris actionis pulchritudine decorata. §. 3. Primum itaque quid naturale sit ex stipulatu actionis, exponatur: ita si quid ex actione rei uxoriæ supervenerit, addatur. Sciendum itaque est Edictum Prætoris, quod de alterutro introductum est, in ex stipulatu actione cessare: ita ut uxor & à marito relicta recipiat, & dotem consequatur: nisi specialiter pro dote ei maritus ea dereliquerunt manifestissimum in ea retentionum verbositas. Quid enim opus est inducere ob mores retentionem, alio auxilio ex constitutionibus introducto? vel ex qua causa ob res donatas retentio introducatur, cum sit donatori facultas per actionem in rem directam, vel per utilem, vel per condictionem suo juri mederi? Sed nec retentio ob res amotas necessaria est, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum judicium. Sileat ob liberos retentio, cum ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortetur: ne varium genus culpæ mariti contra uxores excogitent, ut possint eadem retentione contra eas uti, cum & jam imperialibus constitutionibus statutum sit, si culpa mulieris dissolutum matrimonium fuerit quid fieri oporteat. Sed nec ob impensas in res doris factas retentio nobis satis videtur esse idonea. Cum enim necessariæ quidem expensæ dotis minuant quantitatem, utiles autem non aliter in rei uxoriæ actione detinebantur, nisi ex voluntate mulieris: non abs re est, si quidem mulieris voluntas intercedat, mandari actionem à nostra auctoritate marito contra uxorem indulgeri: quatenus possit per hanc, quod utiliter impendium est, adservari: vel si non intercedat mulieris voluntas, utiliter tamen res gesta est, negotiorum gestorum adversus eam sufficere actionem. Quod si voluptuariæ sint, licet [ex] voluntate ejus expensæ: deductio operis quod fecit, sine læsione tamen prioris speciei, marito relinquatur: ut sit omnium retentionum expeditus tractatus, & ex stipulatu actio merito secundum sui naturam nullam accipiat retentionem.

§. 6. Illo proculdubio in ex stipulatu actione servando, ut si decesserit mulier constante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, nisi ex quibusdam pactionibus, sed ad mulieris heredes ex stipulatu actio secundum sui naturam transmittatur, sive expressa fuerit, sive ex hac lege inesse intelligatur.

§. 7. Cum autem in exactione dotis ex stipulatu quidem actio naturaliter restituitionem dotis à parte matiti uxori illico, & in solidum fieri jubebat, rei uxoriæ autem annua, bima, trima die in his quæ ponderc, numero, mensura constituntur, exactionem pollicebatur, & non in solidum, sed in quantum maritus facere potest, si non dolo malo suam deminuerit substantiam: in hac parte rudem figuram ex stipulatu damus actioni: ut si mattimonium fuerit dissolutum, nullo pacto adhibito, in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum is facere potest: quia hoc æquissimum est, & reverentiæ debitum maritali, si non dolo malo versatus est: cautione adhibenda, videlicet ab eo exponenda, Quod si ad mulierem fortunam pervenerit, etiam quod minus persolvit, hoc restituere procuret. †. Exactio autem dotis celeberrur non annua, bima, trima die, sed omnimodo intra annum in rebus mobilibus, vel se moventibus, vel incorporalibus: cæteris videlicet rebus quæ solo continentur, illico restituendis: quod commune utriusque fuerat actionis. †. Sin autem superlederit res mobiles, vel se moventes vel incorporales post annale tempus restituere, vel cæteras res statim post dissolutum matrimonium: etiam usuras æstimationis omnium rerum quæ extra immobiles sint, usque ad tertiam partem cenresimæ ex bona fide introducendas maritus præstet: fructibus videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore dissoluti matrimonii præstandis: similique modo pensionibus, vel vecturis navium live jumentorum, vel operis servorum, vel quæstu civilium annonarum, & aliis quæ sunt eis similia, parti mulieris restituendis. §. 8. Igitur & in sequenti capitulo sua ex stipulatu actio utatur natura: ut si mulier à marito fuerit heres instituta, & legis Falcidiæ ratio emerserit, etiam dotis debitum liceat ei sicuti alia debita ex substantia mariti subtrahere, & sic quantam partem deducere. §. 9. Cumque ex stipulatu actio in his casibus quos enumeravimus propriam naturam habeat: necessarium est in sequenti tractatu ea exponere quæ [vel] communia sunt utriusque actionis, vel quæ in solam ex stipulatu actionem colligi oportet: vel propria quidem rei uxoriæ actionis, exinde [autem] ex stipulatu actioni accommodanda: Itaque partus dotalium ancillarum, id est quæ æstimatæ non sunt, vel quæ servi dotales ex quacunque causa (nisi ex re mariti, vel operis suis) acquificrunt: ad mulierem pertinere utraque actio similiter voluit. Fœtus autem jumentorum, & omnia quæ fructuum nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonii, sive æstimata, sive non æstimata sint. Sed & novissimi anni in quo matrimonium solvitur, fructus pro rata temporis portione utrique parti debere adsignari, commune utriusque actionis est, in rebus scilicet non æstimatis. Æstimatarum enim rerum maritus quasi emptor, & commodum sentiat, & dispendium subeat, & periculum expectet. §. 10. Cautione videlicet defensionis in specie in qua dotem suæ uxoris, vel nurus, in familiæ erciscundæ judicio præcipuam filius defuncti detrahit, secundum propriam naturam ex stipulatu actionis coheredibus suis præstanda. §. 11. Videamus igitur, quali incremento ei de rei uxoriæ actione accedente, formari decet ex stipulatu actionem: Cumque juris cenī atque indubitati sit, si parens per virilem sexum ascendens, dote pro filia vel nepte præstita emancipaverit eam, vel ipse decesserit, in rei uxoriæ actione dotem omnimodo ad mulierem pertinere, etiamsi fuerit exheredata: (quod non erat in ex stipulatu actione: ibi etenim velut aliæ actiones in omnes coheredes actio dividebatur) æquissimum nobis visum est, & in ex stipulatu actione mulierem dotem suam præcipuam accipere, etsi emancipata vel exheredata sit, vel cum aliis heredibus scripta. §. 12. Quo à nobis recepto, & aliæ multæ species promptum accipient exitum: cum dos de profit, & de inofficioso actionem excludere, (maxime si sufficit ad quartam) & in collationem fetri, si intestatus patrefamilias decesserit, & testamento facto, quando hoc testator dixerit: Quæ omnia ex stipulatu actio à rei uxoriæ actione accepit.

§. 13. Accedit ei & alia species ab rei uxoriæ actione, si quando etenim extraneus dotem dabat, nulla stipulatione, vel pacto pro restitutione ejus in suam personam facto, quilquis is fuerat, muliet habebat rei uxoriæ actionem: quod antea in ex stipulatu actione non erat. Stipularione autem, vel pacto interposito, stipulator, vel is qui paciscebatur, habebat vel ex stipulatu, vel præscriptis verbis civilem actionem. In præsenti autem non sic esse volumus, sed si extraneus dotem dando in suam personam dotem stipulatus sit, vel pactum fecerit: tunc præsumatur mulierem ipsam stipulationem fecisse, ut ei dos ex hujusmodi casu accedat. Neque [enim] in hac specie volumus videri extraneum tacitam stipulationem fecisse: ne quod pro mulieribus introduximus, hoc adversus mulieres convertatur. †. Imo magis in hujusmodi dotibus quæ ab extraneis dantur, [vel promittuntur,] ipsa mulier fecisse videatur tacitam stipulationem: nisi expressim [extraneus] sibi dotem redidi pactus fuerit, vel stipulatus: cum donasse magis mulieri, quam sibi aliquod jus servasse extraneus non stipulando videatur. †. Extraneum autem intelligimus omnem, citra parentem per virilem sexum adscendentem, & in potestate dotatam personam [non] habeutem: parenti enim tacitam ex stipulatu actionem damus. §. 14. Et hoc ex rei uxoriæ actione simili modo ex stipulatu actioni accommodandum est: si quando etenim post dissolutum matrimonium dos à patre ejus petebatur: si quidem rei uxoriæ fuerat actio, non poterat solus pater sine consensu dirempti matrimonii, pro rata dividentur inter maritum & uxorem, ejusque heredes. l. 7. §. 1. l. 11. ff. soluto. vid. Cujac. 14. observ. 22.

53 Æstimatio, quasi emptio. l. 1. ff. de æstimatoria. Ideo fundus æstimatus proprie dotalis non est, ejusque omnes fructus etiam post dotem constitutum ad maritum pertinent: reddita dotis æstimatione liberatur: ejus etiam commodum, dispendium & periculum subimet, velut dominus.

54 l. 10. l. 12. §. 1. ff. de jure dot. l. 1. l. 55 Ploge patri tua dotem uxoris tuæ enumeratam. ut l. 2. T. familiæ.

56 Finge patri tuo dotem uxoris tuæ enumeratam. ut l. 7. ff. de dote prælegata.

57 In familiæ puerique judicio, dotem uxoris naturisque nullæ, præcipuam deducimus. l. 20. §. 2. ff. familiæ. vid. l. 2. T. familiæ.

58 Dotem à patre vel avo constitutam filia consequitur, etiamsi sit exheredata vel emancipata: hoc est, dos cum restituitur, ad ipsam filiam redit, si emancipata fit: si sub potestate patris, & dos à patre data sit, dos communis ei cum patre, ut hic. 4. Novell. 8. §. 33.

59 Mulier dotem suam præcipuam accipit, etiamsi à patre emancipata vel exheredata sit, vel cum heredibus scripta.

60 Dos de inofficioso actionem potest excludere. l. 6 Sufficit ad quartam.

61 Dos quæ ad filiam revertitur, imputatur ei in Jerimionem.

62 Filia heres instituta à patre, decem fratribus non confert, nisi pater specialiter hoc ipsum designavit. l. 7. T. de collationibus.

63 Extraneus dans dotem, nisi specialiter hoc ipsum fuerit, donare censetur, ideoque dotis restitutio nec ei extraneo, nisi restituendum sit. Imposite enim id repetitur, quod donatum esse præsumitur. l. 6. l. 31. vers. Extraneus. T. de jure dot. l. 9. vers. Quod adeo. T. eod. prax. l. 43. vers. Plane. ff. de jure dotium. ff. de act. promiss.

64 Adde l. ult. T. de dot. promiss.

65 Dos ab extraneo data, citra stipulationem redditionis, mulieri reddenda: præsumitur enim eo casu mulier sibi dotis redditionem stipulari, nec videtur extraneus tacite stipulari. (Extraneus autem est, omnis persona extra virilis sexus ascendentes, & eos qui personam earum in potestate non habent.) Ascendentes masculi & in potestate dotatam filiam habentes, tacite stipulari intelliguntur: cum & olim rei uxoriæ actionem habuerint.

66 Gratiosa & favorabilia in dispendium non vertenda. l. 6. T. de dotibus. vid. sup. 61. & seq. §. 6.

67 Extraneus dotem donare videtur: Pater qui in potestate habet filiam. Extraneus non intelligitur omnis extra parentem virilis sexus.

69 Mater ergo extraneæ est.

70 Si est in potestate filiæ, potest habere tacitam ex stipulatu actionem, ut hic. 4. Novell. 8. §. 33. Vid. l. 6. ff. de jure dot. l. 9. vers. Quod adeo. T. eod. prax. l. 43. vers. Plane. ff. de jure dotium. ff. de act. promiss. tacitam dixi, quam tamen intendere debet filiæ voluntate, quia nemo nis res est. l. 2. §. 1. ff. soluto. l. 34. §. 6. ff. de solut. si est emancipata, potest non habet, nisi ex specialem ex stipulatu actionem: aliquin sola emancipata agit. l. 22. §. 5. l. 34. ff. soluto.

71 Vid. l. 2. §. 1. ff. soluto.

72 Vid. l. 6. ff. de jure dot. Synops. Basil. 29. tit. 1. cap. 117. 4. Harmen. 8. §. 72. Goth.

73 Vid. l. 2. §. 1. ff. soluto.

39 Actiones ex dotis matrimonio ortæ, in quem locum venturæ, in quem facere possit. vide l. 173. ff. de reg. jur. nisi male fide facere posse desierit.

40 Dotis omnem reverentiam tollit. l. 1. T. ubi fœminæ. l. 18. §. 1. ff. soluto. l. 17. ff. de jure dot.

41 Etiamsi maritus succumbitur in id tantum quod facere potest, & vel tantum quod de integra dotione facienda, quoties ad mulierem fortunam pervenerit facit. l. 49. §. 2. de pactis.

42 Vid. Socinus pag. 389.

43 Mobilia, mancipia, incorporalia, intra annum maritus vellimare cogitur. Res solidas immobiles, illico. Quod de annotatione dictum est, locum non habet, si dos mulieri legata fit, dotis enim legatum commodum superlationis habet. l. 1. §. 3. ff. de dot. prælegata.

44 l. 93. ff. de verb. signific.

45 Similitudo & communio actionis. Ex stipulatu & Rei uxoriæ.

46 Partus mariti res dotales sui tempore non restituentis.

47 De usuris dotis præstandis. Goth.

Ad hanc vers. & usuras fructus rerum mobilium sequi moventium qui intra annum ad restitutionem dotis necessarium pervenire incipiunt mulieri sint restituendi, vid. Ant. Merend. contrev. jur. lib. 2. cap. 43. Anr.

48 De dotis præstatione, pensionibus, usuris, operis, quæstu civilium annonarum & civilibus.

49 Usus hæres instituta à marito legatis onerata, ante omnia dotem deducit, & reliquo vero solvit legata deducta Falcidia.

50 Partus dotalium ancillarum, non æstimatarum percepto, ad mulierem pertinent. vers. Fœtus. T. eod. cur tam varia? partus ancillæ non est in fructu. Gall.

51 Fœtus pecorum non æstimatorum percepto, ad mulierem pertinent. §. 1. ff. de usur.

52 Fructus rerum non æstimatarum percepto, ad mulierem pertinent. §. 1. ff. de usur.

53 Æstimatio, quasi emptio. l. 1. ff. de æstimatoria. vid. Cujac. 14. observ. 22.

54 l. 10. l. 12. §. 1. ff. de jure dot. l. 1. l.

55 Ploge patri tua dotem uxoris tuæ enumeratam. ut l. 2. T. familiæ.

56 Finge patri tuo dotem uxoris tuæ enumeratam. ut l. 7. ff. de dote prælegata.

57 In familiæ puerique judicio, dotem uxoris naturisque nullæ, præcipuam deducimus. l. 20. §. 2. ff. familiæ. vid. l. 2. T. familiæ.

58 Dotem à patre vel avo constitutam filia consequitur, etiamsi sit exheredata vel emancipata: hoc est, dos cum restituitur, ad ipsam filiam redit, si emancipata fit: si sub potestate patris, & dos à patre data sit, dos communis ei cum patre, ut hic. 4. Novell. 8. §. 33.

59 Mulier dotem suam præcipuam accipit, etiamsi à patre emancipata vel exheredata sit, vel cum heredibus scripta.

60 Dos de inofficioso actionem potest excludere. l. 6 Sufficit ad quartam.

61 Dos quæ ad filiam revertitur, imputatur ei in Jerimionem.

62 Filia heres instituta à patre, decem fratribus non confert, nisi pater specialiter hoc ipsum designavit. l. 7. T. de collationibus.

63 Extraneus dans dotem, nisi specialiter hoc ipsum fuerit, donare censetur, ideoque dotis restitutio nec ei extraneo, nisi restituendum sit. Imposite enim id repetitur, quod donatum esse præsumitur. l. 6. l. 31. vers. Extraneus. T. de jure dot. l. 9. vers. Quod adeo. T. eod. prax. l. 43. vers. Plane. ff. de jure dotium. ff. de act. promiss.

64 Adde l. ult. T. de dot. promiss.

65 Dos ab extraneo data, citra stipulationem redditionis, mulieri reddenda: præsumitur enim eo casu mulier sibi dotis redditionem stipulari, nec videtur extraneus tacite stipulari. (Extraneus autem est, omnis persona extra virilis sexus ascendentes, & eos qui personam earum in potestate non habent.) Ascendentes masculi & in potestate dotatam filiam habentes, tacite stipulari intelliguntur: cum & olim rei uxoriæ actionem habuerint.

66 Gratiosa & favorabilia in dispendium non vertenda. l. 6. T. de dotibus. vid. sup. 61. & seq. §. 6.

67 Extraneus dotem donare videtur: Pater qui in potestate habet filiam. Extraneus non intelligitur omnis extra parentem virilis sexus.

69 Mater ergo extraneæ est.

70 Si est in potestate filiæ, potest habere tacitam ex stipulatu actionem, ut hic. 4. Novell. 8. §. 33. Vid. l. 6. ff. de jure dot. l. 9. vers. Quod adeo. T. eod. prax. l. 43. vers. Plane. ff. de jure dotium. ff. de act. promiss. tacitam dixi, quam tamen intendere debet filiæ voluntate, quia nemo nis res est. l. 2. §. 1. ff. soluto. l. 34. §. 6. ff. de solut. si est emancipata, potest non habet, nisi ex specialem ex stipulatu actionem: aliquin sola emancipata agit. l. 22. §. 5. l. 34. ff. soluto.

71 Vid. l. 2. §. 1. ff. soluto.

72 Vid. l. 6. ff. de jure dot. Synops. Basil. 29. tit. 1. cap. 117. 4. Harmen. 8. §. 72. Goth.

73 Vid. l. 2. §. 1. ff. soluto.

consensu filiæ suæ agere: & si necdum actione mota ab hac luce fuerat subtractus, & [1] si lis contestata esset, ad filiam quasi proprium [2] patrimonium dos revertebatur: quod non erat in ex stipulatu actione: ibi enim & solus actionem habebat, consensu filiæ non expectato: & si decedebat [3], ad suos heredes [4] transmittebat: Sed rei uxoriæ jus, & in ex stipulatu actionem transponere, satis humanum, satis pium, satis utile mattimoniis est.

In Authent. de xqual. dot. §. quia vero jam. col. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 5.

Sed quamvis dos potestatis sive pactionis jure ad patrem redeat, non tamen licet ei, filia decessa sine liberis, deminuere [5] priorem dotis mensuram, nisi forte substantiæ suæ detrimentum aliquod fortuita clade: tunc enim amplius secundo marito in dotem præstare non cogitur, nisi quantum facultates ejus pati videntur.

§. 15. Et cum lex Julia [6] fundi dotalis Italici alienationem prohibebat fieri à marito non [7] consentiente muliere, hypothecam autem nec si mulier consentiebat: interrogati sumus, si oporteat hujusmodi sanctionem non super Italicis tantummodo fundis, sed pro omnibus locum habere? Placet itaque nobis eandem observationem non tantum in Italicis fundis, sed [8] etiam in provincialibus extendi. Cum autem hypothecam [9] [ei] etiam ex hac lege donavimus, sufficiens habet remedium mulier, & si maritus fundum alienare voluerit. Sed & ne consensu mulieris hypothecæ ejus minuantur, necessarium est, & in hac parte mulieribus subvenire: hoc tantummodo addito, ut fundum dotalem [10] non solum hypothecæ titulo dare nec consentiente muliere maritus possit, sed nec alienare: ne fragilitate [11] naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam. Licet enim Anastasiana [12] lex de consentientibus mulieribus vel suo juri renunciantibus loquatur: tamen eam intelligi [13] oportet in rebus mariti, vel dotis quidem æstimatis, in quibus dominium & periculum mariti est. In fundo autem non æstimato, qui & *dotalis* proprie [14] nuncupatur, maneat jus intactum, ex lege quidem Julia imperfectum, ex nostra autem auctoritate plenum, atque in omnibus terris effusum, non tantum Italicis, & sola hypotheca conclusum. §. 16. Illud etiam generaliter præsenti addere sanctioni necessarium esse duximus, ut si qua pacta [15] intercesserint, vel pro restitutione dotis [vel] pro tempore [16], vel pro usuris [17], vel pro alia quacunque causa, quæ nec contra [18] leges, nec contra constitutiones sunt, ea observentur. Sin autem repudio matrimonium fuerit dissolutum, omnia jura quæ ex Theodosiana [19], vel nostra [20] lege descendunt, immutilata custodiantur. †. Similique modo ea quæ Anastasiana [21] lege pro his quæ *bona gratia* [22] separantur, enumerata sunt, firma illibataque permaneant. Et generaliter quicquid sacratissimis constitutionibus, vel libris prudentium cautum est, quod non contrarium huic legi inveniatur: & hoc in sua maneat firmitate. & ex stipulatu actioni aggregetur, licet in re uxoria tractatum est.

†. Quæ omnia in his tantummodo dotibus locum habere censemus, quæ post hanc legem datæ fuerint, vel promissæ, vel etiam sine scriptis habitæ: instrumenta [23] enim jam confecta viribus carere non patimur, sed suum expectare eventum. Dat. Kal. Novembr. Lampadio & Orestis Conss. 530.

1 Actio de dote, patre mortuo et filia post contestationem, ad mulierem vota pertinere, igitur filia contestata litem non transmittebat ad heredes. *l. 2. §. fulcr. l. 29. ff. de qual. & act.*

2 *l. 30. T. de jure dot. l. 3. §. 1. in fin. ff. de minorib.*

3 Post litem contestatam filii.

4 Non ad solam filiam.

5 Patri non licet deminuere dotem filiæ ad se reversam, nisi propriam patris peculiarem formam deminutus fuerit.

6 Cujus fit mentio multis locis. *v. Inst. quib. alienare licet. l. 1. §. de fundo dotali. l. 4. ff. de fundo dotali. l. 16. ff. de minor. restitut. l. 77. §. 1. de leg. 2. l. 42. ff. de usucap. Paul. 2. sentent. 22. §. 2.* Ista fuit ab Augusto.

7 *l. 23. T. de jure dot.*

8 Fundus dotalis, ubicunque sit positus, alienari vel obligari à marito consentiente etiam muliere non potest.

9 *§. 2. T. ad l.* in hac sanctione fill.

10 Nam mulier facile à viro fallitur. *Novell. 61. cap. 2. §. 2.*

11 Dixi ad *l. 29. in fin. T. de jure dot. adde l. 2. T. ad Trebell.*

12 Lege Anastasiana mulier juri suo renunciare potest. *Dixi*, ergo & dotis instituendæ alienationem & hypothecæ cautionem? non ita est. Ita non pertinet Anastasii constitutio, sed ad dotem tantum extenditur, & alias res mariti, quæ mariti periculo sunt. *vid. l. 12. T. ad Velleianum.* 14 Fundus æstimatus non propriè dotalis, cujus etiam fructus ad maritum pertinent soluto matrimonio. 15 Pacta dotalia quæ dotis causam non mutuunt, sunt servanda. *l. 1. §. de pact. interpos.* 16 Puta, ut ante annum restituatur res mobilis. *§. 7. vers. cautio. T. ad.* 17 Majoribus forte, quo casu maritus sit die decessi non reddiderit. 18 Talia enim pacta non valent. *l. 6. T. de pactis.* 19 *l. 8. §. de repudiis.* 20 *l. 11. §. de repudiis.* 21 *l. 9. §. de repudiis.* 22 Bona gratia matrimonium dissolvi dicuntur *hic & Novell. 98. cap. 2. §. 2.* communi consensu. *d. l. 9.* dulcitur, sine querela, sine libello repudii. *par' ευχαριστίαν. Plutarch.* Bona gratia matrimonium sine causa dissolvi non potest. *Novell. 117. cap. 10.* Sin autem bona gratia dissolvendi matrimonii certus casus, ut repudii, contra casus sterilitas. *l. 60. §. 1. in fin. ff. de donat. inter virum.* Lex Ausonia id vetat. Palladius 1. *Georgicon.* ὁ δὲ γάμος ὁ ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν ἀρξάμενος, ἕως ἂν χαίρῃ ἐπ' ἀμφοτέροις. adde *Cujac. ad Novell. 22.* 23 Lex mera non refertur ad instrumenta jura confecta. *l. ult. §. de prædiis decurion.* adde *l. 27. T. de asserv.*

TIT. XIV.

DE PACTIS [24] CONVENTIS TAM SUPER DOTE, QUAM SUPER DONATIONE ANTE NUPTIAS, ET PARAPHERNIS.

De lege data servanda.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Nicæ.

LEGEM [25] quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, servari oportet, nec [26] obesse tibi debet, quod dici solet, *lex pacta conventum non nascit*: tunc [27] enim hoc dicimus, cum pactum nudum [28] est: alioquin [29] cum pecunia datur, & aliquid de reddenda ea convenit, utilis est condictio [30]. P. P. VII. Kal. Febr. Attico & Æmiliano Conss. 207.

24 Vid. XXIII. Dav. adde Paul. 2. sent. 23.

25 *Vid. l. 10. ff. de pact. l. ult. T. de rerum permut. l. ult. in fin. T. de rei uxor. act.*

26 Ratio debitoris sumpta ex *l. 3. §. 5. ff. de pact. & pactitiis.*

27 Pacta quæ de minuenda dote fiunt, valent, quippe non nudum hoc pactum est, quod in rerum jam dotium restitutione *hoc. Rom. 29. adde. 12. §. 2. 30.*

28 Pactum nudum adhuc non est. Nudum esse debere quoties dicimus simplex effectum.

29 *l. 18. ff. ad l. Rh. T. de rerum permut.*

30 Hoc innuit, rectius verba legis data ex ea lege dari adhuc non, dotium, non convenisse fuisse hunc conventum, pactum, quo facile declinabat mulier contra hunc, non igitur nudum pactum, cum sit confirmatum.

Dixi ad l. 29. T. de jure dot.

De fructibus.

II. Imp. Antonius A. Theodotæ.

FRuctus prædiorum in dotem datorum, si secundum pactum [31] sumptibus tuis fuorumque servientur, repeti non posse, ambigere non debes. Dat. XI. Kalend. April. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

31 Pactis mulier potest, ut ex dotis fructibus se suamque familiam alat. *l. 4. in fin. l. 12. §. 1. ff. ad. l. Jul. in fin. ff. de donat. inter virum.* Id si convenerit, fructus à marito condici non potuerunt.

An pactum patris nocuit filiæ.

III. Imp. Gord. A. Torquatæ.

QUamvis [32] pater tuus, cum te nuptui collocaret, pactus sit, *Ut si maritus* [33] *tuus superstitibus filiis communibus in matrimonio decessisset, pars* [34] *dotis liberorum nomine retineatur*: ejusmodi [35] [tamen] conventio, quominus actioncm integræ dotis habeat, proficere non potest. Dat. VI. Id. Jan. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

32 Vid. *l. 2. T. ut fidejuss. dot.* 33 Legum conditores æquitatis fautores esse convenit.

34 Ut quemadmodum vir tantum, ita uxor tertiam consequatur. *l. 10. ead. vers. Sin autem.*

35 Dotis quantitas amplior aut minor esse potuit dotationis propter nuptias quantitate: bodie æquales quantitates esse debent. *Novell. 97. cap. 1. Just. ibid.* 36 Dos fit Græco. Donatio propter nuptias 1000. antecrum? quantitates inæquales sunt, vir quartam dotis, id est, 1500. uxor quartam donationis propter nuptias, id est, 500. sibi stipulatur. Quotas sibi stipulantur, & tamen inæquales, quæ superius lucrum refertur ad principium æquale, cujus effectus, nisi inæqualis esse potest. *Novell. Justiniani 97. c. 1.* id non probat. Vult ergo, ut quantum vir stipulatus sibi fuerit summam, tantam uxor sibi stipuletur. Tertiari potest. *dict. Novell. 97.* abrogari. *Novell. 117. cap. 6.* reducite hæc lege: eqaidem Baldus negat controvertitque hanc legem, *& dict. Novell. 97.* servari.

Dixi ad l. 4. T. eodem.

De pactis interpositis vice testamenti.

V. Impp. Diocletianus & Maxim. AA. Claudio.

HEreditas extraneis [37] testamento [40] datur. Cum [41] igitur adfirmes dotali instrumento pactum interpositum esse vice testamenti, [*Ut*] *post mortem mulieris bona ejus ad ejus pertinerent, qua* [42] *dotis titulo tibi non sunt obligata*: intelligis [43] [te actione] posse convenire heredes seu successores ejus, ut tibi restituantur, quæ nullo modo debentur. P. P. Non. Februar. ipsis AA. & Conss.

37 Cur ita? *vid. quæ dixi ad l. 48. §. 17. ff. de verb. oblig.*

38 Rite, ut quæ ab eo interponitur, qui stipulatur, non fit rite ab absente. *l. 2. ff. de verb. oblig.* Insitus est ergo, filiam emancipati à patre stipulari sibi posse dotis materni restitutionem.

39 Pactum ut præmortuum maritus succedat, irritum est. Neque enim pactis hereditas datur. Pactum non est modus juris civili introductus ad quærendas alienarum hereditates: id enim fit tantum, vel testamento, vel lege ab intestato. adde *Hermin. 3. §. 14.* Extraneum porro hic intelligi omnem qui ab intestato succedit: & mox, *ipsum* vel maritum hoc casu *ipsis* & uxori extraneum censeri.

40 Non pactis. *vid. l. 30. T. de pact. l. 61. ff. de verb. oblig.* adde quæ scripsi ad *l. 15. T. de pact.*

41 Pactus cum uxore, ut ejus defunctæ heres esset, nihil pacitur: hoc est, id genus pacti inutile est. Non enim pacto de hereditate nostra disponere possumus: quum extraneus sine testamento nequeat alterius heres esse. *Synops. ead. cap. 15. Hermen. 2. §. 34.*

42 Id est, paraphernalia. *l. 8. §. ead.* quasi dicerit, pactum non valere, ut vir uxori in paraphernalibus succedat. Aliud est, si idem de dote convenerit.

43 In Gallis illud observari Papinianum refert 20. *Loüet. 2. §. 2. ibi, & sous parlementum tenu le pays de droict. ecrit que des conventions, comme institution d'heritier legitimement faites en contrait de mariage, faciés de tout biens & autres, & dont il est fait mention aprés par arrest de Toulouse & Paris: neanmoins contre-nables abrogata* hac lege. & *l. 15. T. de pact.* Challaneos in consuetud. Burgundiæ, rub. 4. §. 7. in verbis, Mynsinger. 2. *obs.* 3. adde Cynum, Baldum, Salicetum, Castrensem ad *l. si pater 12. T. de inofficios. Masuer. tit. de fictitia, num. 3. & 10. tit. de success. num. 57.* Benedictus *in cap. Raynutius 16. num. 198. extr. de testamentis.* Tiraquell. *de jure primogeniturum, quæst. 6 num. 8.* Mynsing. 4. *Resp.* 49. Hippolyt. de Marsiliis *singul. 50. & 333.* Bodrius *in consuet. Bituricens. rub. des conventions concernans les mariages, §. 1.* valet autem maxime id pactum de succedendo si factum à patre liberis. *Nov. 19. (abrogata. l. pactum 15. T. de pact.)* si juratum. Gabriel. 3. *communium tit. de donation. si vicissitudinarium mutuum & reciprocum (hæc enim inditutio capeatoria non est ubi duorum similes est affectio. l. captatorias 70. ff. de hered. instit. Novell. Valentiniani de testam. l. 1.* alioquin mutua donatio alia privilegia fruitur: neque insinuationc indiget. *uti vet. Marsilius d. singul. 333.*) si rabulis negotiabus adjectum, idque favore matrimonii & superarum, quarum causa pater etiam filiisfamilias donare potest. Item si non omnis hereditas datur, sed pars tantum sed usufructus. Cuiacius. *d. loc.* pactum vero de non succedendo, etsi pare civili non videat. *l. si quando 35. §. 1. T. de inofficios. l. pactum dotali 3. T. de collat. l. ult. ff. de suis.* jure tamen Canonico jurejurando confirmatum utile est. *cap. quamvis 2. de pact. in 6.* 44 Si pactum fuerit, ut pejore defuncta uxore dos apud virum permaneat, si modo à patre (hic enim non est extraneus) profectitia dos est, valet pactum & exercebitur pater. Nihil enim prohibet pacto deteriorem dotis causam, præsertim ubi ad solum patrem ejus repetitio pertinet fieri. *1. Horman. 9. §. 35. l. 9. l. 11. T. de hered. instit.* 45 Pater potest jure quod in dote filiæ profectitia habet remunciare. 46 Quibus casibus dotis conditio deterior fieri possit.

47 Avus maternus nepotibus dotem recte ut liceret pacisci potest. *l. 45. ff. solut. Goth.* Vide Gued. *de contrev. stipulat. cap. 10. num. 45.* Ante. 48 Non directa, dixi ad *l. 4. T. eodem.*

49 Galli peculium vocant. *vid. l. 9. §. 3. ff. de jure dot.* 50 Nihil juris marito datur in paraphernis, nisi hucbenus quatenus patitur mulier. *l. 5. T. ad. l. 8. T. ead. l. 17. T. de donat. inter vir.*

51 *Vid. l. 2. T. ut fidejuss. dot.* 52 Legum conditores æquitatis fautores esse convenit.

53 *L. 30. vers. sin autem. ibid. sed tamen ut Lemma confitentis. T. de donat. ante nupt. Nov. 117. c. 6.*

54 Ut quemadmodum vir tantum, ita uxor tertiam consequatur. *l. 10. ead. vers. Sin autem.*

55 Dotis quantitas amplior aut minor esse potuit dotationis propter nuptias quantitate: bodie æquales quantitates esse debent. *Novell. 97. cap. 1. Just. ibid.* 56 Dos fit Græco. Donatio propter nuptias 1000. antecrum? quantitates inæquales sunt, vir quartam dotis, id est, 1500. uxor quartam donationis propter nuptias, id est, 500. sibi stipulatur. Quotas sibi stipulantur, & tamen inæquales, quæ superius lucrum refertur ad principium æquale, cujus effectus, nisi inæqualis esse potest. *Novell. Justiniani 97. c. 1.* id non probat. Vult ergo, ut quantum vir stipulatus sibi fuerit summam, tantam uxor sibi stipuletur. Tertiari potest. *dict. Novell. 97.* abrogari. *Novell. 117. cap. 6.* reducite hæc lege: eqaidem Baldus negat controvertitque hanc legem, *& dict. Novell. 97.* servari.

57 Quod quis nostro nomine facit, ipsi facere videmur. 58 Qui dotem promisit conditionem ejus statim sibi stipulari debet, alias non auditur reddituram stipulari volens post dotem jam traditam. *l. unic. §. 13. T. de rei uxor. act.* 59 Dotis & donationis propter nuptias idem pactum, & eadem in pactis æqualitas esse debet, *ut hic.* Id verum si constante matrimonio factum fuerit: nam alioquin, si inæqualia pacta essent, donatio inter virum & uxorem permitteretur, quod tamen prohibitum est. *l. 1. ff. de donat. inter virum.* alias ante contractum matrimonium, hujusmodi pacta inæqualia valent. Innocent. *in cap. donatio 8. extr. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Bertrand. Mynsing. ibi. Decimus reg. 106.* 60 Nisi alia sit, ut in Delphinate patrim confuetudo. Guido Papius *dicis. 363.* vel nisi juvenis sinem: nobilis ignobilem ducit: his enim casibus inæqualitas pactum, & inæqualitas tolerantur velut adjecta à muliere ad mariti sui juventutem, vel nobilitatem perficiam, ac velut remunerandam. Guido *dict. loc.*

in præstatione & constitutione utriusque. †. *Augmentum quoque vel prorsus non fiat, vel ab utraque parte celebretur, pari scilicet quantitate: ne vel eo modo subvertatur æqualitas.*

In Authent. de non elig. secundo nubentes. §. fi. col. 1. tit. 2. Novell. 2. cap. ult.

1 *l. 9. T. ad l. 12. infra. Sin autem. ibi, dita tamen ex Leonina constitutio. T. de donat. ante nupt. Novell. 22. c. 20.*

Sed quæ nihil ex dote conscripta præstat, nihil omnino vero marito percipiet ex donatione. †. *Item quæ minus quam professa est, dedit: pro quantitate præstita & lucrum sentiat.*

X. Imp. Justinianus A. Mennæ P. P.

2 Inæqualis lucri portio ad æqualitatem reducitur.

LEge Leonis [1] divæ memoriæ, pacta lucrorum dotis & ante nuptias donationis paria esse sanciente, nec adjiciente quid fieri oporteat, si hoc minime observatum sit, nos omnia clara esse cupientes, præcipimus, disparibus eis factis, majorem lucri partem ad [2] minorem deduci, ut eo modo utraque minorem partem lucretur. Dat. VIII. Idus April. *Constantinop.* Decio V. C. Cons. 529.

3 Nomina, id est, fœneratitiæ cautiones.

4 Vid. *l. 9. T. de rei vindicat.*

5 Vid. *l. 8. T. eod.*

6 Maritus cui traditæ uxor instrumenta, præsumitur procurator uxoris. *Cujac. 1. præsumpt. 33.*

7 Maritus potest movere actiones paraphernalium bonorum, quorum tradita habet instrumenta, eaque debita exigere extra satisfationem rati. vid. tamen *l. 21. T. de procur.*

8 Usura paraphernalium bonorum maritus potest in suam & uxoris utilitatem convertere: fortem vero tenetur uxori servare.

9 Vid. *l. 8. T. eod.*

10 Pro restituendis paraphernalibus bonis mariti tacite uxori obligantur. *l. 19. T. de jure dotium.*

11 Maritus in paraphernalibus sibi commissis eandem diligentiam quam in rebus suis præstare debet.

TIT. XV.

DE DOTE [12] CAUTA NON NUMERATA. [13]

De numeratione & scriptura.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. & CC. Dionysiæ.

DOtem numeratio [14], non scriptura dotalis instrumenti facit: & ideo non ignoras, ita demum te ad peritionem dotis admitti posse, si dotem à te re [15] ipsa datam probatura es. Dat. XIII. Kal. Augusti, Cilone & Libone Cons. 205.

12 His adde titulum de pecunia non numerata, & si pignoris conventionem numeratio pecuniæ secuta non sit.

13 *Novell. 100. & 23. Ed. 3. & lib. 23. tit. 3. c. 4. & lib. 29. tit. 3. cap. περὶ ἀναφορᾶς ἡμισείας γαμικῆς.*

14 Dos numerata, dos propria ac vera est, non ea quæ tantum cauta est. Igitur ut dos possit repeti, non sufficit cautam, oportet numeratam fuisse. Nuda cautio non obligat, sed numeratio. *l. 1. T. de donat. ante nupt. l. 9. T. de bon. proscript. 4. Harmen. 8. §. 14.*

15 *Ἐὰν δοτὴ τὴ ἐγγράφῳ γενῇ· ἔστι μὴ ἐν χάρτῃ μόνῳ τοῦτο. Ἐὰν καὶ ἐν τῷ ἄνευ ἀμφίβολον ἀποδείκνυσι ἢ προῖξ ἐν πολλοῖς: hoc est, si dotem à te revera datam probaveris: id est, si non in charta tantum, sed re ipsa dos data fuerit. Synops. Basil. 29. tit. 1. ex tit. 3. cap. 41.*

16 Quid si post divortium? vid. *l. 21. ff. de verb. obl.*

17 Vide *Roland. à Valle 1. cons. 50. num. 14.*

18 Morte constantis convalescit concessio dotis facta donandi animo, *ut hic. & l. 59. ff. de donat. inter virum.*

19 Morâ est dotalibus instrumentis conscribi dotes dare. 20 Cautioni fidei datæ obsicitur præscriptio anni numerandi solato matrimonio quam *Nov. 100.* valde immaturavit. Vult enim ut soluto matrimonio exceptio doris non numeratæ opponatur intra annum, si matrimonium biennium tantum duravit. alioquin intra tres menses tantum certis casibus: aliis nullo modo.

TIT. XVI.

DE DONATIONIBUS [21] INTER [22] VIRUM ET UXOREM, ET A PARENTIBUS IN LIBEROS FACTIS, ET DE RATIHABITIONE.

De bonis à fisco occupatis.

1. Imp. Antoninus A. Triphenæ.

BONA [23] quondam mariti tui fiscus [24], si nemine [ei] successore existente ut vacantia occupaverit, donationes ab eo factæ, si usque [25] ad finem vitæ in eadem voluntate permansit, revocari non possunt. PP. III. Idus Januar. Duobus & Aspris Cons. 213.

21 Infra donationes simpliciter inter virum & uxorem prohibita conducente ipso matrimonio, ut hoc titulo. Quid mutue? bodie valent, ut notavi ad *l. 5. T. de pact. convent.*

22 Dixi ad *lib. XXIV. D. 1.* adde *Clar. 4. fent. §. donatio. quæst. 9.*

23 Si quum maritus donasset, ad fiscum usque vitæ donationis adquieverit, rata sit donatio: quapropter, si fiscus marito successerit, tanquam nullus heredes habenti, donationes factas rescindere non potest. *Synops. Basil. 30. tit. 1. cap. 50. & 4. Harmen. 11. §. 4.*

24 Confiscatio bonorum mariti non infirmat factas uxori donationes à marito. 25 *l. 14. J. eod. l. 32. §. 2. ff. eod.*

probavetis, donationisque causa focariæ [26] tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui jubebit. Nam licet cessante jure matrimonii donatio perfici potuerit, minimè tamen [meos] à focariis suis hac ratione fictitiæ adulationibus spoliari nolo. PP. XII. Kalend. Mart. Antonino A. IV. & Balbino Cons. 214.

26 Milles focaria donata non gessit. Focariæ, mulieres amicæ, quæ focum eis struxit. *Brisson. ad l. 12. §. 6. ff. de infundib. Rosin. 7. ant. 7. §. 32.* unde quæ scripta ad *l. 3. ff. de donat. Rosinus 4. Valle 1. num. 96.* id ad concubinas extendit: imo etiæ militant enim clerici vel quasi militant. *vid. l. un. T. de Episc. & Cler. Everardum Reper. loco à nostro citato.* militia ad militiam amicitiæ metaphoricè. *& à milite ad Liddium 17.*

De paraphernis.

XI. Idem A. Joanni P. P.

SI mulier marito suo nomina [1] (id est, fœneratitias cautiones) quæ extra [4] dotem sunt, dederit [5], *ut loco paraphernarum* [6] *apud maritum maneant*, & hoc dotali instrumento fuerit adscriptum: utrumne habeat aliquas ex his actiones maritus, sive directas, sive utiles, an penes uxorem omnes remanent, & in quem eventum dandæ sint marito actiones, quærebatur? Sancimus itaque, si quid tale evenerit, actiones [7] quidem omnimodo apud uxorem manere, licentiam autem marito [dari] eadem actiones movere apud competentes judices, nulla ratihabitione ab eo exigenda: & usuras [8] quidem eorum circa se & uxorem expendere: pecunias autem sortis, quas exegerit, servare mulieri, vel in causas [ad] quas ipsa [9] voluerit, distribuere: & si quidem in dotali instrumento hypothecæ [pro his] nominatim à marito scriptæ sint, his esse mulierem ad cautelam suam contentam. †. *Sin autem minime hoc scriptum inveniatur*: ex præsenti nostra lege habeat [10] hypothecam contra res mariti, ex quo pecunias ille exegit. Ante enim habeat mulier ipsa facultatem, si voluerit, per maritum, sive per alias personas eadem movere actiones, & suas pecunias [percipere,] & ipsas cautiones à marito recipere, securitate ei competente faciendâ. †. Dum autem apud maritum remanent eædem cautiones: & dolum & [11] diligentiam maritus circa eas præstare debet, qualem & circa suas res habere invenitur: ne ex ejus malignitate, vel defidia aliqua mulieri accedat jactura. Quod si evenerit, ipse eandem de proprio refarcire compelletur. Dat. Kalend. Novemb. Lampadio, & Orestæ VV. CC. Cons. 530.

3 *l. 9. T. ad l. 12. infra.*

4 Vid. *l. 8. T. eod.*

5 Maritus cui traditæ uxor instrumenta, præsumitur procurator uxoris. *Cujac. 1. præsumpt. 33.*

6 Maritus potest movere actiones paraphernalium bonorum, quorum tradita habet instrumenta, eaque debita exigere extra satisfationem rati. vid. tamen *l. 21. T. de procur.*

7 Usura paraphernalium bonorum maritus potest in suam & uxoris utilitatem convertere: fortem vero tenetur uxori servare.

8 Vid. *l. 8. T. eod.*

9 Pro restituendis paraphernalibus bonis mariti tacite uxori obligantur. *l. 19. T. de jure dotium.*

10 Maritus in paraphernalibus sibi commissis eandem diligentiam quam in rebus suis præstare debet.

11 His adde titulum de pecunia non numerata, & si pignoris conventionem numeratio pecuniæ secuta non sit.

12 *Novell. 100. & 23. Ed. 3. & lib. 23. tit. 3. c. 4. & lib. 29. tit. 3. cap. περὶ ἀναφορᾶς ἡμισείας γαμικῆς.*

13 Dos numerata, dos propria ac vera est, non ea quæ tantum cauta est. Igitur ut dos possit repeti, non sufficit cautam, oportet numeratam fuisse. Nuda cautio non obligat, sed numeratio. *l. 1. T. de donat. ante nupt. l. 9. T. de bon. proscript. 4. Harmen. 8. §. 14.*

14 *Ἐὰν δοτὴ τὴ ἐγγράφῳ γενῇ· ἔστι μὴ ἐν χάρτῃ μόνῳ τοῦτο. Ἐὰν καὶ ἐν τῷ ἄνευ ἀμφίβολον ἀποδείκνυσι ἢ προῖξ ἐν πολλοῖς: hoc est, si dotem à te revera datam probaveris: id est, si non in charta tantum, sed re ipsa dos data fuerit. Synops. Basil. 29. tit. 1. ex tit. 3. cap. 41.*

15 Quid si post divortium? vid. *l. 21. ff. de verb. obl.*

16 Vide *Roland. à Valle 1. cons. 50. num. 14.*

17 Morâ est dotalibus instrumentis conscribi dotes dare. 18 Cautioni fidei datæ obsicitur præscriptio anni numerandi solato matrimonio quam *Nov. 100.* valde immaturavit. Vult enim ut soluto matrimonio exceptio doris non numeratæ opponatur intra annum, si matrimonium biennium tantum duravit. alioquin intra tres menses tantum certis casibus: aliis nullo modo.

De donationibus inter virum & uxorem.

1. Imp. Antoninus A. Claudiano.

NEc [29] inter [30] eas quidem personas, quarum juri subjecti sunt vir & uxor, [qui] [1] quæve in eorum potestate sunt, donationes jure civili fieri possunt. PP. III. Idus August. Duobus & Aspris Cons. 213.

19 Si (*ut proponis*) pater tuus, in cujus potestate fuisti, marito tuo genero [31] suo instrumentum debitoris donationis causa dedisque matrimonio durante vita functus est, ac postea à marito diversisti: quod gestum est, non valet. PP. Idib. Februar. Alpino & Maximo Cons. 228.

De morte uxoris donataria.

VI. Idem A. Nepotiano.

ETiamsi uxoris tuæ nomine [33] res quæ tui juris fuerant, depositæ sunt, causa proprietatis ea ratione mutari non potuit, etsi donasse te uxori res tuas ex hoc quis intelligat, cum donatio in matrimonio facta, prius [34] mortua ea, quæ liberalitatem excepit, irrita sit: nec est ignotum, quod autem apud probaci non possit, unde uxor matrimonii tempore honeste [35] quæsierit, de mariti bonis eam habuisse veteres juris auctores merito crediderint. PP. Non. Decemb. Alex. A. III. & Dione Cons. 230.

20 Cautiones fidei datæ non obsicitur præscriptio anni numerandi solato matrimonio quam *Nov. 100.* valde immaturavit. Vult enim ut soluto matrimonio exceptio doris non numeratæ opponatur intra annum, si matrimonium biennium tantum duravit. alioquin intra tres menses tantum certis casibus: aliis nullo modo.

21 Infra donationes simpliciter inter virum & uxorem prohibita conducente ipso matrimonio, ut hoc titulo. Quid mutue? bodie valent, ut notavi ad *l. 5. T. de pact. convent.*

22 Dixi ad *lib. XXIV. D. 1.* adde *Clar. 4. fent. §. donatio. quæst. 9.*

23 Si quum maritus donasset, ad fiscum usque vitæ donationis adquieverit, rata sit donatio: quapropter, si fiscus marito successerit, tanquam nullus heredes habenti, donationes factas rescindere non potest. *Synops. Basil. 30. tit. 1. cap. 50. & 4. Harmen. 11. §. 4.*

24 Confiscatio bonorum mariti non infirmat factas uxori donationes à marito. 25 *l. 14. J. eod. l. 32. §. 2. ff. eod.*

De donationibus inter virum & uxorem.

VII. Idem A. Theodotæ.

SI ex voluntate [36] patris tui filio [37] tutoris nupta es, collata in maritum donatio ipso jure irrita est [38]. Sed si matrimonium jure non [39] valuit; licet ipso jure donatio tenuerit: quia tamen indigna persona ejus fuit, qui nec maritus potest dici, utiles actiones super revocandis [40] his tibi competunt. P. P. Kal. Octob. Lupo & Maximo Cons. 233.

26 Milles focaria donata non gessit. Focariæ, mulieres amicæ, quæ focum eis struxit. *Brisson. ad l. 12. §. 6. ff. de infundib. Rosin. 7. ant. 7. §. 32.* unde quæ scripta ad *l. 3. ff. de donat. Rosinus 4. Valle 1. num. 96.* id ad concubinas extendit: imo etiæ militant enim clerici vel quasi militant. *vid. l. un. T. de Episc. & Cler. Everardum Reper. loco à nostro citato.* militia ad militiam amicitiæ metaphoricè. *& à milite ad Liddium 17.*

27 Donatio facta ab uxore morte spoliem, aut fisco publicata, aut fisco ut proprietate erat patris ejus marito confirmatur.

28 Socer quondam, genero dotem potest. *l. 56. in fin. ff. eod.*

29 Nec qui ejus rem & uxoris suæ potestati subjectus habent, nec qui sint in uxoris, aut viri potestate libi donare possunt, *l. 1. ff. eod.* nec facer confirmare: nec filius vir famve mulieri donare potest. *Synops. Basil. tit. 29. cap. 39. adde 4. Harm. 11. §. 7.*

30 Socer conquestus de genero donante sibi potest. *l. 1. §. 2. ff. eod.*

31 *l. 1. §. 2. ff. eod.*

32 Morte facti non confirmat donatio genero facta ab eodem socero, si filia superviverat. *Bart.*

33 Vir depositam sibi aliquam in matrimonio uxoris, non amittit rei depositæ dominium. *l. 8. in fin. T. de usufr. donat.*

34 Morte donatarii extinguitur donatio, & ad eum res revertitur, qui donavit. *l. 18. l. 20. in fin. J. eod. l. 32. §. 14. ff. eod. l. 8. §. ff. de res. dub.*

35 Præsumitur uxor custodiens matrimonium quidquid adquisivit de bonis mariti absque illicitis, utpote quæstus animadversis, ut sic. *l. 11. ff. eod. cap. significante. 2. x. de donat. inter virum. Tiraquellus Cadum. Num paculi probatum nihil habere videretur clam virum: & quod habet putetur, et haud immodi est: Quia viro aut fabricabit, aut frugi invenerit. Hoc tibi credere oportet: quidquid mum est, habet est in rebus Ecclesiasticis rum curatore. Hic jure consentio.*

36 Et ita judic. 37 Vid. *l. 6. in fin. l. 7. T. de interdict. matrim. l. 66. l. 67. ff. de ritu.*

38 Quia donatio constante matrimonio facta non valet etiam inter vivos conjuges, ut hoc casu.

39 Donatio inter conjuges putativos, licet tenuit ipso jure, non tenet tamen in effectu, potuitque revocari. Uxor etiam illicita viro non donat. 40 Adde *l. ante. §. 12. in fin. J. de cadue. tollend. fin. T. eod.*

41 Fructuum etiam donatio non valet inter conjuges, nisi *fiant* consumpti. *l. si venit 24. §. in bonis 2. ff. de rebus auctoritate jud. l. si quis post. l. 9. J. de bonis proscriptorum.*) aliud etiamsi maritus impos fuit, uxor vero dives: mutuo enim præsumptio mirorem debet vincere. vide Cursul. Alciat. 1. Idem tamen putat esse in concubina. *Baldus l. 1. J. de naturalibus liberis.* Aliud quoque si uxori bona paraphernalia multa fuerint, aut si negotiatrix mulier erat: nam quæ in domo mariti reperiuntur, ejus esse præsumuntur, non uxoris. Cæsera quæ ad hanc regulam pertinent, vide apud Alciatum 3. *præsumpt. 26.* Zas. 1. *cons. 5. num. 21.* Mynsing. 2. *obs. 92.* ubi inter cætera notat hanc præsumptionem mulieri non tantum à marito ejusve heredibus, sed & ab extraneo posse objici.

42 Fructus servi donati & consumpti non repetuntur, nisi facta sit locupletior. *l. 28. §. 3. ff. eod.* revocatur donatio inter conjuges facta quatenus recipiens locupletior efficitur. *l. 28. §. 3. ff. eod. §. 9. l. 50. in fin. ff. eod.* 44 Maritus ex sua pecunia rem uxoris potuit emere, & transfert dominium. *l. 20. T. de pact.* 46 Licet maritus rem uxoris emat propria pecunia, res tamen uxoris est si ei tradita sit. 47 Rei uxori traditæ pretium maritus exonerare potest, vel ut gestor: vel ut donator. 48 Si tradiderit, ut gestor. 49 Si tradiderit, ut donator. *l. 8. in fin. T. eod.* 50 Alias hæc lex est 21. apud Holoand. recte: ex ea die fabricatorum apparet. *Ita sentiunt J. J. de Legon Italum de re ædificat. & 3. quæst. 1. cap. redemptorem 4. & cap. compromissum 7. extr. de rebus. Ipsitat.* 53 Venefitis. 54 Etiamsi rem qui spoliavit, eximere ab hoc crimine non potest, quod per id tamen impeditur, quominus actor spoliatus ante omnia restituatur. Cæsa spoliationis privilegiata est, nec protelari prætextu criminis objecti debet.

cum causa liberalitatis [c] à criminatione separata [d] sit. PP. VII. Kal. Febr. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De petitione & repetitione.

XI. Idem A. Maximo.

SIcut cessat petitio quantitatis, quam de suo maritus uxori in [1] menses singulos, vel annos [4] [singulos] proprii [e] usus ejus gratia promittit: ita [&] ex ea causa nummi soluti erogatique non dari repetitionem manifestum est. PP. V. Kal. Jul. GORD. A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De obligatione rei donatæ.

XII. Idem A. Secundinæ.

SI maritus tuus creditores sortitus, post [f] factam in te donationem, fundum quem ex donatione juri tuo vindicas, iisdem specialiter obligavit: eandem obligationem defensionis tuæ firmitatem interrumpere, intelligere debes: cum sit [7] manifestum, non solum hujusmodi obligatione, sed etiam donatione, vel venditione, vel alio quolibet modo rebus alienatis, revocatam esse à viro in mulierem factam donationem. PP. III. Kal. Feb. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

Donatio valida facta uxori non præjudicat creditori anteriori, sed sequenti. Sal.

XIII. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Rufinæ.

SI quidem ante donationem possessionis in te jure (ut dicis) à marito collatam, prædium ab eodem creditori obligatum [g] fuerit: alienationem ejus salvo [9] jure debiti, si tamen juris rationem ejus [creditoris] non excludit, factam esse non dubium est. Quod si donatione [10] jure celebrata, eo quod vel ante nuptias facta est, vel in iisdem casibus in quibus etiam constante matrimonio donatio procedere potest, obligatio insecuta est: factum mariti, quem diem suum obiisse memoraſti, juri tuo officere non posse certum est [11]. PP. XII. Kal. Julias, MAXIMO II. & ACQUILINO CONSS. 286.

De confirmatione donationis facta in testamento.

XIV. Iidem AA. Octavianæ.

EX verbis quæ in postremis judiciis [12] inseruntur, licet ad fidei commissum, vel legatum utilia sint, non tamen omnino legari vel fideicommissi persecutio datur: sed ita demum, si relinquendi studio hujusmodi verba fuerint adscripta: Unde te voluntatis [13], non juris quæstionem in preces tuas contuliſſe palam est. Cum igitur testamento lecto animadvertimus maritum tuum ex præcedente donatione dominium tibi reservasse, securitatique tuæ ad obtinendam proprietatem cavisse: inditorum verborum conceptio non fideicommissum relictum ostendit, sed ex Senatusconsulti [14] auctoritate liberalitatem mariti tui custodiendæ etiam moriens prospexerit, quatenus firmare potuit dominium, mortis tempore tibi esse addictam. PP. III. Non. Octob. ipsis & AA. CONSS. 290.

De venditione simulata, & de fisco creditore mariti donantis.

XV. Iidem AA. Justinæ & aliis.

SI [15] non verum contractum pater vester gessit, sed sub [16] specie [17] venditionis donationem [possessionis] in matrem vestram contulit, nec ex bonis, quæ in persona patris vestri permanſisse videbantur, ob [18] primipilum indemnitati fiscali [19] satisfieri potuit: licet in eadem donandi voluntate perseveraverit: ex eadem tamen possessione ad supplendam pecuniam; quæ ex bonis ab eo relictis colligi nequiverit, conferendum est. Quod si liberalitatis tenorem mutata voluntate pater tuus interrupit: [20] in hereditate ejus dominium resedisse nulli dubium est. PP. IV. Kal. Februar. TERRIANO & DIONE CONSS. 291.

De re empta ex pecunia mariti.

XVI. Iidem AA. Theodoro.

SI filii tui emancipati matris hereditatem sibi acquisierunt: proba [21] apud præsidem provinciæ non donandi animo te nomine uxoris tuæ prædia comparaſſe, sed nominis duntaxat ejus titulo [22] [usum] per possessionem rerum à venditoribus tibi traditarum [23] dominum esse effectum, ut comprehensa filiorum tuorum injuria, proprietatis jus incolume perseveret. Nam si largiendi [24] proposito id te feciſſe constiterit: pecuniæ tibi persecutio competit. PP. Id. Mart. TERRIANO & DIONE CONSS. 291.

De paraphernis à marito consumptis.

XVII. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

DE [25] his quæ [26] extra dotem [in domum] illata à marito erogata commemoras: si [27] quidem te donante consumptæ sunt, intelligis adversus heredes non nisi in quantum locupletior fuit habere te actionem: Si [28] vero contra voluntatem tuam: omnia tibi restitui oportere. PP. VIII. Kal. Mart. *Heraclia*, AA. CONSS. 293.

An donatio initio vel ex post facto valeat.

XVIII. Iidem AA. & CC. Maternæ.

A Marito in uxorem donatione collata matrimonii tempore, nec [29] initio dominium transferri potest: nec post [si] divortium intercesserit [30], vel prior persona, quæ [31] liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta, vel ab eo qui donavit fuerit revocata [32], potest convalescere. Dat. IV. Kal. Septemb. AA. CONSS. 293.

Si mater donet filio communi.

XIX. Iidem AA. & CC. Dionysiæ.

SI [33] constante matrimonio tibi mater [34] domum tradidit: hanc in tuis [35] bonis fecit. Datum Idib. Jul. *Philippopoli*, CC. CONSS. 294.

Si creditor mariti consentiente rem uxori donaverit.

XX. Iidem AA. & CC. Claudiæ.

CReditor debito soluto de pignore liberato nihil ad uxorem debitoris quondam transferre potuit. Sed nec consensus ejusdem debitoris accedens per eum, [qui] creditor fuit, imaginariæ [36] factæ venditioni ad dominium transferendum prodesse quicquam potuit: cum tam ea quæ simulate aguntur, quam quæ in uxorem à marito donationis causa tempore matrimonii procedunt, propter juris civilis interdictum [37] (cum proponas uxorem superstite [38] marito rebus humanis exemptam) pro infectis habeantur. Dat. V. Id. August. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

De usura expendente pro marito.

XXI. Iidem AA. & CC. Maculiæ.

SI proptiis habitis contractibus, quam acceperas mutuam pecuniam pro marito donationis causa erogasti: cum hæc ad dignitatem [39] profuerit, nec locupletior sit factus: intelligis nullam tibi contra eum competere actionem. Dat. III. Id. August. *Viminacii*, CC. CONSS. 294.

De servo manumissionis causa donato.

XXII. Iidem AA. & CC. Archinoe.

MAritus [40] manumissionis [41] causa servum mulieri constante matrimonio donare potest. S. Kal. August. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si socrus nurui donaverit.

XXIII. Iidem AA. & CC. Cæcilianæ.

SI te in vacuam [42] possessionem prædii socrus [43] tua titulo donationis ante matrimonium, vel post induxit: ad rescindendam donationem pœnitentia [44] nihil proficit. S. Kal. Novemb. *Brundusii*, CC. CONSS. 294.

De condemnatione mariti donatoris.

XXIV. Imp. CONSTANT. A. Pertonio Probiano.

RES [45] uxoris, quæ vel successione qualibet, vel emptione, vel [etiam] largitione viri in eam ante [46] reatum jure pervenerant, damnato [47] [ac mortuo ex pœna marito, vel in servilem conditionem ex pœnæ qualitate deducto,] illibatas esse præcipio, nec alieni [48] criminis infortunio adstringi uxorem: cum paternis materniſve, ac propriis bonis frui eam integro legum statuto religiosum [49] sit: & donatio maritalis ante [50] tempus criminis ac reatus collata in uxorem, quia pudicitiæ [51] præmio cessit, observanda sit, tanquam si maritum ejus natura non pœna subduxerit. Si autem aqua & igni ei interdictum erit, vel deportatio illata, non tamen mors ex pœna subsecuta: donationes à viro in uxorem collatæ, adhuc in pendenti [52] maneant: quia nec [53] matrimonium in hujusmodi casibus dissolvitur, ita ut si usque ad vitæ suæ tempus maritus eas *non revocarit, ex morte* ejus confirmentur: fisco nostro ad easdem res nullam in posterum communionem habituro. Dat. III. Kal. Mart. *Sardiniæ*, CRISPO II. & CONSTANTIO II. CONSS. 321.

In Authent. de nupt. §. quod autem, col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 8.

Sed lenior nemo bene natus à principe, ex supplicio sit servus, & ideo matrimonium non dissolvitur.

De insinuatione & confirmatione donationum.

XXV. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

DOnationes quas parentes [54] in liberos cujuscunque sexus in potestate sua constitutos conferunt, vel uxor in suum maritum, vel maritus in suam uxorem, vel alteruter eorum in aliam personam, cui constante matrimonio donare non licet, vel aliæ personæ in [eam] cui donare non poterant, ita firmas esse per silentium [55] donatoris, vel donatricis sancimus, si [56] usque ad quantitatem legitimam, vel eam excedentes, actis fuerint intimatæ [57]. Nam amplioris [58] quantitatis donationem minime intimatam, nec per silentium [59] ejus qui donavit, confirmari concedimus. Sin vero specialiter eas in suprema voluntate donator vel donatrix confirmaverit, sine ulla distinctione tutæ habebuntur: ita tamen, ut si quidem ultra legem definitam quantitatem expositæ, minime in actis insinuatæ fuerint: specialis earum confirmatio ex eo tempore vim habeat, ex quo eædem donationes confirmatæ [sunt.] Si vero vel non amplior sit donatio, vel cum amplior esset, in actis insinuata sit: tunc & silentium donatoris, vel donatricis, & specialis confirmatio ad [60] illud [61] tempus referatur quo donatio conscripta sit: sicut & alias ratihabitiones [62] negotiorum gestorum ad alia reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt. Nec in cæterum subtilem divisionem facti, vel juris [63] introduci posse. Dat. Id. Decemb. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De

---

[a] Separata est causa donationis ab actione criminis.

[b] Separatorum separata debet esse ratio. *l. ult. ff. de collationibus*, *l. 20. ff. de minoribus*, *l. 18. §. 1. in fin. ff. solut. matrim.*

[c] De munificentia vel annui donationem inter conjuges non agitur: nec hujus repetitio datur. *l. 28. in fin. l. 31. ff. ead.*

[d] *l. 31. §. 11. §. 9. ff. ead.*

[e] Vid. *l. 32. §. 1. ff. ead.*

[f] Hodie mutatum hoc est. Nov. 22. *c. 2. §. 1.* quæ negat maritum rem donatam uxori pignori obligando mutasse voluntatem videri.

[g] Præcedens obligatio non impedit sequentem donationis translationem, obligationem impedit.

[9] Res obligata alienari solet salvo jure debiti.

[10] Donatio valida non præjudicat creditori anteriori, sed sequenti.

[11] Cur ita? vid. *l. 3. ff. si alien. res pignori.*

[12] Id est, in testamentis: hoc inseruit, donatione inter virum per maritum uxori facta & in ejus testamento confirmata, rem ejusque alienationem non deberi, sed rem tantum ex donatione morte confirmata, ut confirmatio donationis inter virum & uxorem facta in testamento non intelligatur esse nova dispositio: sed veteris tantum corroboratio, & retractatio. Ideoque si donator mihi legavit, quod antea mihi donavit, id confirmationis jure cessavit, non legatis: ut hinc *Scævola*, verbum *Legi*, non semper factum legatum, sed nunc verbum *Donationem*. *l. 17. §. 4. ff. locat.* vid. Cravetum *in repetitione rubricæ ff. de Regulis*.

[13] Voluntatis & juris quæstiones diversæ.

[14] *l. 32. ff. ead.*

[15] Donatio uxoris marito, ne retractionis duntaxat videretur in instrumentum contulit & vendidisse: reapse igitur donatio fuit imaginaria venditio, quæritur an hujusmodi donatio subsistat? sic sane si res donatæ non mortuo non revocavit maritus. Posse non revocasse, ferunt deberet filius ex causa primipili matrimonium esse & ad solutionem reliquum ejus patrimonium non sufficere? etiam si filius in res ita donatas experiri posset. Quid si superstes donationem revocavit? ne quidem rei dominium alienavit, sed illud modo servati reliquit, *ut hic. Synops. Basil. 19. tit. 5. ex lib. 30. tit. 1. cap. 69.* [16] *l. 20. ff. ead. l. 32. §. 3. ff. ead.* [17] Εἰκονικῶς πωλήσασα ἐδωρήσατο, id est, imaginarie vendens donavit.

[18] Ανθ' ἑκατοντάδος. *Synops. ibid.* ubi in ora legitur ἀντὶ ἑκατοντάς, ex causa fiscali ex primipilo. vid. *T. de primipilo.* [19] Maritus in fraudem fisci, cui est obligatus, donare uxori non potest, aut donationem venditione simulata adumbrare. [20] Id est, revocavit, revocata donatione, res donatæ revocari in hereditatem donatoris intelliguntur. [21] Præsumitur enim pro instrumento. *l. 18. T. de probat.* [22] Si maritus honoris gratia nomen uxoris adscribi curavit in instrumento emptionis quod fecit, ipsum simulum potest vindicare. *Salicet.* Præsumitur emptio simulata, si titulus in persona uxoris adjectus est, & traditio facta est ipsi marito. vid. *l. 4. l. 5. T. si quis alteri vel sibi. Rutil.* [23] Maritus rem emptam sibi traditam ait: uxor suo nomine rem emptam affirmat, quis potior in dominio? audiet: etiamsi maritus ex traditione sibi facta fit usufructuarius tantum ac nomine uxoris probare velit. [24] Quod vir uxoris nomine comparavit, eique tradidit, non repetit: sed prætium tantum: nam quoties titulus & traditio in persona uxoris concurrit, adquiritur uxori dominium. [25] *Synops. Basil. 29. tit. 1. ex lib. 30. tit. 1. cap. 30. §. 4. Harm. 9. §. 22.* Ανθ' παραφερνίων. *Synops. ibid.* ubi in ora legitur ἀντὶ ἕνδοτα, ex causa fiscali ex primipilo. vid. *T. de primipilo.* [26] Paraphernalia intelligit, de quibus vide *l. 8. l. 11. T. de pactis conventis. tom. I. 9. §. 3. ff. de jure dot.* quæ Græcis ἑξόδοις. [27] Paraphernalia uxoris si maritus ea consentiente consumit, præsumitur donatio & repetit uxor quatenus maritus est locupletior. [28] Si maritus consumit uxoris paraphernalia invita tenetur in solidum. *l. 8. T. de pactis conventis.* [29] Rei donatæ inter conjuges dominium non transfertur. Facit *l. 4. T. de don. inter vir. & uxor.* [30] Donatio inter virum & uxorem divortio facta tacite evanescit. [31] Res donata inter conjuges donatarii primoriente tacite fit irrita. *l. 6. T. ead.* [32] Donatio facta constante matrimonio potest à donatore revocari. Quid si jurata sit donatio? Roland. à Valle negat revocari posse. *1. consil. 77. num. 8.* & passim *dict. consil.*

[33] Donare filius sine constante ejus matrimonio matre potest. *Synops. Basil. 30. tit. 1. c. 73. & 4. Harmen. 11. §. 6.*

[34] Donatum uxori alicujus constante matrimonio ab ejus consanguineis fit uxoris non mariti.

[35] Non mariti.

[36] *l. 18. T. ead.*

[37] *l. 13. T. ead.* ita habet: libero meum pignus à meo creditore, eique satisfacio. Postmodum clam adsimulo me pignus creditori vendidisse, ut deinde creditor uxori meæ pignus donet: donatur pignus meæ uxori? talis donatio in fraudem legis excogitata non valet. Nam sicut non possum donare uxori, ita nec alii rem meam donanti colludendo consentire.

[38] Vid. *l. 6. T. ead.*

[39] Dixi ad *l. 40. & 42. ff. ead.* vide *Cujac. 7. §. 1.*

[40] Donare servum mulieri meritæ potest, ut accepto manumittat. *Synops. Basil. ibid. cap. 75.*

[41] Patrocinatus jura non censetur locupletior donatarius factus. *l. 7. in fin. ff. ead. l. 109. ff. de legat. 1.* Locupletior factus non videtur, qui liberum adquisivit.

[42] *l. 12. T. de donat. inter vir.*

[43] Donatio valet inter socrum & nurum. *l. 3. §. 7. ff. ead.* vel ita, donare socrus genero recte potest. *Synops. Basil. ibid. cap. 76.* vel ita, socrus nurui, & nurus socrui donare non prohibebatur: nec enim jus hic potestatis vertitur. *1. Harm. 11. §. 13.*

[44] In legitima donatione pœnitere non licet.

[45] *l. 1. C. Theod. de bonis proscriptorum lib. 9. tit. 42.*

[46] *l. 2. T. ut nemo pro marito.*

[47] *l. 13. §. 1. ff. ead.*

[48] Alieni criminis infortunio nemo adstringitur. vide *l. 22. T. de pœnis.*

[49] Religiosum est permitti quemque suis bonis frui. *l. 9. T. de Judæis.*

[50] Post contractum crimen capitale vir uxori donare non potest, ante potest; adeo ut si vir donationem ante supplicium non revocaverit, uxor donationem consequatur, adde *l. 15. ff. de donat. l. 48. in fin. ff. de jure fisci.*

[51] *l. 1. C. Theod. de bonis proscriptorum.*

[52] *ut nemo pro marito.*

[53] *l. 13. §. 1. ff. ead.*

[54] Alieni criminis infortunio nemo adstringitur.

[55] Donationes patris in liberos filiosfamilias consulescentes, si in ea voluntate perseverantes decesserint. *Paul. 5. sent. 11. §. 3.* Sola parris morte non confirmabantur. *l. 1. §. 1. ff. pro donato. l. 2. in fin. ff. pro herede.* sed si judicia patris extremo confirmarit. *l. pen. ff. de collat. l. 2. C. Gregoriae. familiæ erciscr.* Hodie silentio confirmantur, *ut hic.* Goth. Vid. Bellapert. *hic.* & Ant. Merend. *controv. jur. lib. 1. cap. 34.* Ant. [56] Donatio in cujusque silentio donatoris confirmatur: hoc est, si esset superstes non revocavit, *ut hic.* Quid si donatio sit reciproca & mutua: *Hispal. Marcellino fingul. 36.* notat id genus donationis morte confirmationem non requirere, valere denique sine traditione: idque ita notatum esse à Cyno & Castrensi in *l. 3. pater §. T. de inoffic.* [56] Vid. quæ scripsi ad *l. 27. T. de donat.* [57] Insinuationem donationis inter virum & uxorem observa. [58] Nota regulam: Quid hujusmodi donatio nam prorsus inutilis est? An potius ad summam quingentorum solidorum sustinenda ex *l. 34. l. 36. §. 3. T. de donat.* Salicetus negat: probat enim in hujusmodi donatione defunctum esse in re: quod videlicet insinuata non fuerit, & in persona, quod inter conjuges non valeat donatio. Sed tamen Clarus 4. *sentent. 4. §. donatio, quæst. 17. vers. sed hic.* secat Salicetti opinionem communiter reprobari contrariamque opinionem esse. [59] Sustinetur hujusmodi donationes jure relicti potius, quam contractus, ideoque ex illis detrahitur Falcidia sicut de legatis, additur etiam id verum esse, quoties ante mortem mariti intervenit traditio vera vel ficta, vel aliquid traditionis: veluti constitutum & confutio recepti. alias, si sola promissio intervenit, morte non confirmatur: Clarus id ita communiter intelligi ab omnibus interpretibus notat 4. *sent. §. donatio, quæst. 9. vers. Scicet autem.* [60] *l. 20. ff. ead. l. 20. ff. de pign. act. l. 40. ff. de mort. causa donat.* [61] Idem Clarus *ibid.* ex communi opinione refert, hujusmodi donationem morte mariti confirmatis respectu dominii non retrotrahi ad tempus factæ donationis: sed fructuum perceptorum respectu. Idem sentit Bald. *hic.* [62] Vid. *l. 7. in fin. prior. l. 1. T. de transactionib. Macedon. l. 16. §. 1. ff. de pign. l. 20. ff. de pign. l. 44. §. 1. ff. de usucap.* [63] Quæ juris sunt retrotrahuntur, non quæ facti facti. *arg. l. 7. ff. de jure deliberandi.*

De Imperatore vel Augusta.

XXVI. Idem A. Mennæ P. P.

DOnationes, quas divus Imperator in [1] piissimam Regi-nam suam conjugem, vel illa in Serenissimum maritum contulerit, illico [2] valete fancimus, & plenissimam habere firmitatem: utpote imperialibus contractibus legis [3] vicem obtinentibus, minimeque opitulatione quadam extrinsecus egentibus. Dat. VIII. Idus. Aptil. DECIO V. C. CONS. 529.

De captivitate.

XXVII. Idem A. Joanni P. P.

SI unus ex his qui matrimonio fuerant copulati, in alium dotione facta, ab [4] hostibus captus esset, & in servitutem deductus, & postea ibi [morte] peremptus: *quærebatur*, an hujusmodi liberalitas quam ante fecit, ex hoc roborari videretur, an vacillare? & iterum si donator quidem in civitate Romana constitutus decessisset, mortis autem ejus tempore is, qui donationem accepisset, in civitate degeret, & post reversus esset, an videretur & tunc donatio rata haberi? Cum itaque in utroque casu oporteat augusto remedio causam dirimi: cum nihil [5] tam peculiare sit imperialis majestatis, quam humanitas, per quam solam Dei servatur imitatio [6], in ambobus casibus firmam esse donationem censemus. Dat. Kalend. Decemb. LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XVII.

DE[7] REPUDIIS[8] ET JUDICIO DE MORIBUS[9] SUBLATO.

De deportatione, & aqua, & ignis interdictione.

1. Imp. ALEXANDER A. Abutinianæ.

MATRIMONIUM quidem deportatione [10], vel aquæ & ignis interdictione non [11] solvitur, si casus in quem maritus incidit, non mutet uxoris adfectionem. Ideoque dotis exactio [12] ipso [13] jure non competit: sed indoratam eam esse, cujus laudandum propositum est, nec ratio æquitatis, nec exempla permittunt. P. P. Nonis Novembr. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De absentia sponsi.

II. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALERIANO Cæs. Paulinæ.

LIberum est filiæ tuæ, si sponsum suum post tres [14] peregrinationis annos expectandum sibi ultra non putet, omissa ipe hujus conjunctionis, matrimonium facere: ne oportunum [15] nubendi tempus amittat: cum posset nuntium [16] remittere, etiam si præsente illo consilium mutare voluisset. P. P. VII. Kal. April. AUFILIANO & BASSO CONSS. 260.

De filio repudio in fraudem dotantis.

III. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Tullio.

DUbium non est omnia omnino quæ [17] consilio recte gerantur, jure meritoque effectu & firmitate niti. Quare si tu dotem pro muliere dediti, & ex [18] morte ejus repetitionem stipulatus es, circumscribendi autem tui causa filio [19] repudio matrimonium brevi [20] tempore rescissum est: res dotales quas ante nuptias obtulisti, Præses provinciæ recipere te non dubitabit. Certum est enim daturum operam Moderatorem provinciæ, ut quæ contra fas gesta sunt, fructum [21] calliditatis obtinere non possint: cum nobis hujusmodi commenta displiceant. Imaginarios [22] enim nuntios, id est, repudia nullius esse momenti, sive nuptiis fingant se renunciasse, sive sponsalibus, [etiam veteribus] jutis auctoribus placuit [23]. Dat. II. Kal. Septemb. *Tyberiade*, AA. & CC. CONSS.

De potestate matris.

IV. Iidem AA. & CC. Pisoni.

FIliæ divortium in potestate matris [24] non est. Dat. III. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De potestate patris.

V. Iidem AA. & CC. Schyroni.

DIssentientis patris [25] qui initio consensit matrimonio, cum marito concordante [26] uxore filiafamilias [27], ratam non haberi voluntatem, divus Marcus pater noster, religiosissimus Imperator, constituit: nisi magna [28] & justa [29] causa interveniente hoc pater fecerit. Invitam [30] autem ad maritum redire, nulla juris præcipit constitutio. †. Emancipatæ [31] vero filiæ pater divortium in arbitrio suo non habet. Dat. V. Kal. Septembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

In AUTHENT. de nupt. §. est quoque. col. 4. tit. 1. Novel. 22. cap. 19.

Contra si filiifamilias distrahunt parentis nolente [32], *quid juris sit, exprimit nova constitutio de nuptiis, scilicet ne matrimonia distrahantur in lasionem* [33] *parentum, qui dotem, vel ante nuptias donationem obtulerint, aut susceperint filii, aut cum filiis: quia sicut in contrahenda matrimonia consensus parentum exigitur, ita & in dissolvendo.*

Si repudii libellus non fuerit traditus, vel cognitus marito.

VI. Iidem AA. & CC. Phœbo.

LIcet repudii libellus non [34] fuerit traditus, vel cognitus marito, dissolvitur matrimonium. Dat. XVIII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 293.

De uxore militis.

VII. Imp. CONSTANT. A. Dalmatio.

UXor, quæ in militiam profecto marito, post interventum annorum quatuor [35], nullum sospitatis ejus potuit habere indicium [36], atque ideo de nuptiis aliis cogitavit, nec tamen ante nupsit, quam libello Ducem super [hoc suo] voto convenit; non videtur nuptias iniisse furtivas [37], nec dotis amissionem sustinere, nec capitali [38] pœnæ esse obnoxia, quæ post tam magni temporis jugitatem non temere, nec clanculo [39], sed publice contestatione depositæ nupsisse firmatur. Ideoque observandum est, ut, si adulterii suspicio nulla sit, nec conjunctio furtiva deteganur, nullum periculum ab his quorum conjugio erant copulatæ, vereatur: cum, si conscientia maritalis tori furtim esset violata, disciplinæ ratio pœnam congruam flagitaret [40]. Dat. *Nisso* [41], FELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. §. quod autem à nobis. col. 8. tit. ult. Novel. 117. cap. 11.

HOdie quantiscunque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet, licet neque literas, neque responsum ab eo acceperit. †. Sed si mortuum audierit: non prius nubat, quam per se, vel per alium, eum sub quo militabat, adiens interrogavit, si pro veritate mortuus est: ut apud gesta deponatur cum jurejurando, si mortuus sit: quo subsecuto, post annum nubat. †. Si vero prater hæc nupserit: tam ipsa, quam qui eam duxerit, veluti adulteri puniantur. §. Sed qui jurraverit, si falso juratse convincatur: militia mulctatur, decem libras auri solvet illi, quem mortuum fuisse mentitus est: in licentiam habente, si voluerit, suum uxorem recipere.

De modo contrahendi ac dissolvendi matrimonium. 1. *De causis repudii.* 4. *Pœna repudiantium sine causa.* 8. *De pactis.*

VIII. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

COnsensu [42] licita matrimonia posse contrahi, contracta [43] non nisi misso repudio dissolvi præcipimus: solutionem [44] etenim matrimonii difficiliorem [45] debere esse, favot [46] imperat liberorum. §. 1. *Causas* autem repudii [47] hac salubertima lege apertius signamus. Sicut enim sine [48] justa causa dissolvi matrimonia justo limite prohibemus: ita adversis necessitate [49] pressum vel pressam, quamvis infausto [50], attamen necessario auxilio cupimus liberari. §. 2. Si qua [51] igitur maritum suum adulterum [52], aut homicidam, aut venefícum, vel certe contra nostrum imperium aliquid molientem, vel falsitatis crimine condemnatum invenerit, si sepulchrorum dissolutorum, si sacris ædibus aliquid subtrahentem, si latronem, vel latronum susceptorem, vel abactorem, aut plagiarium, vel ad contemptum [sui] domusve sue ipsa insficiente cum impudicis mulieribus (quod maxime etiam castas [53] exasperat) cœtum ineuntem, si suæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio simili modo insidiantem, si se verberibus [54] (quæ ingenuis aliena sunt) afficientem probaverit, tunc repudii auxilio uti necessario permittimus libertatem & causas dissidii legibus comprobare.

In AUTHENT. ut lic. mat. & aviæ. §. causas. col. 8. tit. ult. alias §. quia vero quædam in f. Novel. 117. cap. 9. al. cap. 13.

Sed novo jure vir, qui sine causa hoc fecerit, ex alia substantia sua tertiam constante matrimonio tantum dabit uxori, quantum tertia pars facit ante nuptialia largitatis: sed patrimonium ob id non solvitur.

§. 3. Vir [55] quoque pari fine claudetur, nec licebit ei sine causis apertius designatis propriam repudiare jugalem [56]: Nec ullo modo expellat nisi [57] adulteram, vel venefícam, aut homicidam, aut plagiariam, aut sepulchrorum dissolutricem, aut ex sacris ædibus aliquid subtrahentem, aut latronum fautricem, aut extraneorum virorum, se ignotante vel nolente, convivia appetentem; aut ipso invito fine justa & probabili causa foris scilicet pernoctantem, vel circensibus, vel theatralibus ludis, vel [aternarum] spectaculis [in ipsis] locis, in quibus hæc adsolent celebrari, se prohibente, gaudentem, vel sibi veneno, vel gladio, aut alio simili modo insidiatricem, vel contra nostrum imperium aliquid machinantibus consciam, seu falsitatis se crimini immiscentem invenerit, aut manus audaces sibi probaverit ingerentem: tunc enim necessario ei discedendi permittimus facultatem, & causas dissidii legibus comprobare. §. 4. Hæc nisi vir & mulier observaverint, ultrice providentissimæ legis pœna [58] plectentur. Nam mulier si contempta lege repudium mittendum esse tentaverit, suam dotem, & ante nuptias donationem amittat, nec [59] intra quinquennium nubendi habeat denuo potestatem: æquum est enim eam interim carere connubio, quo se monstravit indignam. Quod si præter hæc nupserit, erit ipsa quidem infamis: *connubium* vero illud nolumus nuncupari. Insuper etiam arguendi hoc ipsum volenti concedimus libertatem. Si vero causam probaverit intentatam: tunc eam & dotem recuperare, & ante nuptias donationem lucro habere, aut legibus vindicare censemus, & nubendi post [60] annum [ei] (ne [61] quis de prole dubitet) permittimus facultatem. §. 5. Verum, etiamsi mulierem interdicta arguerit [62] attentantem; tam dotem, quam ante nuptias donationem sibi habere seu vindicare, uxoremque (si velit) statim [63] ducere, hac justa definitione sancimus. Sin autem aliter uxori sux renunciare voluerit, dotem redhibeat, & ante nuptias donationem amittat. §. 6. Servis [64] etiam seu ancil-

---

1 Princeps constante matrimonio uxori suæ donare potest.

2 Ita ut mos Principis non expectetur, quod in cæteris non est.

3 Contractus inisi cum Imperatore & Augusta legis obtinent. facit *l. 7. §. de don. quæ liberis. l. ult. in fin. §. de quadrien. prafer. 4. l. 32. §. 14. ff. ad.*

5 Principis nihil tam peculiare, quam humanitas.

6 Humanitatem observantes, Deum imitantur.

7 Dixi ad 24. ff. 2. *Cod. Theod. ted. lib. 3. tit. 16.* de formulis repudii, vid. *l. 2. ff. de div.* de justis causis divortii, vide *Novell. 117. c. 8. 9.*

8 Repudium divortium est sponsaliorum: Divortium, repudium matrimonii. Interdum tamen confunditur vox utraque *l. 8. §.* Divortium primus Romæ fecit Sp. Carvilius Ruga quod ejus uxor corporis vitio ei non pareret & apud censores juraverat se liberorum tollendorum gratia uxorem ducere, anno urbis, 523. 4. *Gell.* 3. 20 ex tempore cautiones rei uxoriæ necessariæ visa, ut ex Ser. Sulpitii libro *de dotibus* refert Gellius *l. loco.* Et tamen Plutarchus in Romanis quæstionibus refert Domitianum primum repudia permisisse. De divortio hoc etiam additur, Flaminicæ, hoc est, uxori Flaminis non licuisse divortium facere. *Post. in Flaminica. 10. Gell. 15. ibi, Matrem Flaminis nisi mortis divini jus non est.*

9 Propter mores retentio ex dote fiebat. *Ulp. in fragm. tit. 6. §. 9.* mores inquam, graves & inhonestissimas uxori, de quibus *l. 11. §. 2. J. ad.* verum hoc judicium postea sublatum. *l. §. 2. vers. Judicia.* ut & retentio ob mores. *l. un. §. §. C. de rei ux. act. vers. quid enim opus est audacre ob mores retentionem?* De morum judicio, adde *l. 9. ff. de pactis dot. al. l. 39. & l. 47. ff. solut. matrim. Dig. 6. l. 11. in fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. 8. ff. de captiv. & post. revers. l. 1. Cod. Theod. de dot. l. 4. Cod. Theod. de incest. nupt.* de conjuribus morum apud Romanos, vide Alsonium *orat. in Pisonem*; authorem ad Herennium *lib. 1.* Donatum in Terentium; Varronem *5. de lingua*; Gellium *4. c. 20.* 10 Deportatione viri vel amissione civitatis, matrimonium non solvitur: dos tamen ex æque potest repeti. 11 Vide quæ dixi ad *l. 24. ff. de donat. inter vir.* adde *l. 5. ff. de don. damnat. Novell. 22. c. 13. l. 13. §. 1. ff. de donat. inter vir.* 12 Actio. *Hal.* 13 Sed ex æquitate. J. Nam actio de dote constante matrimonio competit hoc casu, ut & alio. *l. 24. ff. solut.* 14 Præsens sponsus expectatur per biennium. *l. 2. C. de Sponsalib.* absens per triennium, *ut hic.* 15 Opportunum nubendi tempus puellis non auferendum. 16 Sponsalibus renunciari potest. *l. 2. §. 1. ff. eod. l. 1. C. de sponsal.* 17 Effectus consilio gesti. 18 Ut *l. 39. ff. solut. Novell. 22. c. 19.* 19 Fictum repudium non impedit pactum in casum mortis collatum. 20 Res ita habet: Stipulatus sum dotem tum uxoris mihi reddi in casum mortis, non divortii. Matrimonium solutum est divortio non morte? deficit conditio stipulationis: postea redintegratum est matrimonium: An etiam redintegratur stipulatio? sic sane, si fictum divortium fuit, non verum. *l. 26. in fin. ff. de pactis dot.* quia nec tali divortio solvitur matrimonium, nec extinguitur stipulatio, atque ideo ex morte committitur stipulatio, perinde ac si nullum divortium intercessisset. adde *Cujac. 13. observ. 25.* 21 Calliditas fructum non meretur. 22 Imaginarii nunci seu imaginaria repudia nullius sunt momenti. 23 Cont. *1. hoc. 7.* hoc addendum putat ex Græcis. unde si iterum conjuncti fuerunt, non potest in secundis nuptiis locum habere stipulatio, quod Cujacio displicet *13. observ. 25.*

24 *l. 20. T. de inoff.* idem in patre. *l. 5. J. eod.* 25 Vide *l. 32. §. 19. ff. de don. int. vir.* de matre dictum est lege superiore. 26 Parens bene concordans matrimonium liberorum in potestate positorum dissolvere non potest. *d. l. 10. d. §. 19. l. 18. T. de inoff. l. 1. in fin. ff. de lib. exhib.* nisi sit magna causa. *J. eod.* 27 Ideo recte queritur filia apud Eunium in hunc modum, *apud auctorem ad Herenn. lib. 1. Injuria abs te affecior indigna pater. Nam si improbum esse Cassiphontem cognovisti, Cur me huic desponsti nuptiasve? Non ita probus, Cur talem invitam cogis ducere? &* in Plauti Stichone: filia ad patrem, *aut alium (nisi sibi placebat) non datum oportuit: Aut mane, non æquum est abduci pater.* adde *Cuj. Obs. 22.* 28 Puta furoris & similium. *l. 4. l. 5. ff. eod. Nov. 22. c. 19. in fin. l. 22. §. 9. ff. solut.*

29 Cui multum solet à judicibus tribui. *l. 1. in fin. l. 26. §. ult. ff. ex quib. causis major.* 30 Vide *l. 69. ff. de reg. jur.* 31 Contractum ab emancipato filio matrimonium pater dissolvere nullo modo potest. 32 Cujus consensus requiritur in contrahendo matrimonio, ejus consensus etiam requiritur in dissolvendo. 33 Factum filii patri non nocet.

34 Sufficit præsumi missum per nuncium, vel libellum conjugi datum, missumve ad domum ejus.

35 Vide quæ dixi de lege loci aggregatione. *Novell. 117. cap. 11.*

36 *Novell. 22.* quidam legebant *Indicium.*

37 Furtivum nuptiarum genus.

38 Furtivarum nuptiarum pœna capitalis.

39 Hinc colligere possimus, Nuptias palam fieri debere, tabulis propositis. Apulej. 2. Nuptiæ in villa sine testibus legitimæ non possunt videri. In villa, ait is fecerit & testes. *l. 8. ff. de manum. vindict.* In concubitu idem statuitur, nisi mulier sit ingenua claraque.

l. 3. ff. de concub. adde *quæ scripsi ad Nov. Leonis* II. Gregi nuptias clandestinas *ἀκολουθίαν* vocant.

40 *L. un. §. 16. C. de rei uxor. act.*

41 Nisso.

42 Vid. *l. 30. ff. de reg. jur.*

43 *Novell. 117. cap. 10. Novell. 140.* adde *l. 33. ff. de reg. jur.*

44 Pius est igitur repudio dissolvi matrimonium, quam continuo.

45 Nuptiæ facile dissolvi non permittit favor liberorum.

46 Liberis multum favetur.

47 De repudii causis adde *Novell. 22. c. 15. Novell. 117. c. 9. Syn. Basil. 29. tit. 2. c. 1. & 4. Harmen. 13. §. 13. & seq. Zasar. & Bassam in cap. 8. Goth.*

Jure Canonico non dissolvitur matrimonium quoad vinculum, sed tantum quoad thorum & mansum ne quidem propter adulterium, adeoque verum divortium non est. *cap. 1. 2. extr. de Divort. Auth.*

48 Matrimonia dissolvi sine legitima causa non possunt.

49 Fatentur matrimonium dissolvi si id necessitas exigat.

50 Divortii infaustum auxilium.

51 Quibus de causis maritus possit repudiari, dixi ad *Nov. 22. cap. 13. §. 1. Nov. 117. cap.*

52 Plures hæ causæ divortii enumerantur, quam in *l. 2. C. Theod. ubi* unici licet repudium mittere. marito homicidæ, medicamentario, (hoc est, venefico) & sepulchrorum dissolutori: sic ut si præter superiores causas repudium mittat, idque ad arcadium in domo mariti deponere debeat, & in insulam deportari.

53 Nihil est quod magis uxorem exasperet, quam viri impudicitia.

54 Eam ob causam uxorem sui patrem dixi ad *Novell. 22. cap. 13. l. 3. ff. de injust. rupt. l. 8. in fin. ff. de captivis.* 59 Gravior interdum pœna constituitur uxori *temperata*, sive repudium mittenti: Nam in perpetuum monasterii captivitatem damnatur. *Novell. 117. cap. 13. in pr. & auctor. fin.* deponit in domo mariti, usque ad acclam capitis, id est, scum crinalem. *l. 2. l. 2. C. Theod. de repudiis.* 60 *l. 9. J. eod.* 61 Si mulier intra annum luctus subit, de prole dubitatur. *l. 11. §. 1. ff. de his qui not. aut.* Eam ob causam judicitur illa luctus nimis reverentiam & memoriam mariti, quandoquidem etiamsi intra annum peperit, annum luctus perugere debet, nisi à Principe impetraverit. *l. 10. ff. de his qui not. aut. infam.* id quod præsumitur nunquam concedit Princeps. *Tacit. 1. Dion. 48. & Plutarch. in Catone.* E contrario remittitur luctus si maritus luctu indignus fuerit. *d. §. 1.* adde *Cujac. obs. 32. ubi de facilia mulierum, & difficultate nuptiis tractat & ad Novell. 22. & ad c. 20. de professionibus.* Quod si divortio, monium sit solutum? vid. *l. 10. in fin. J.* 62 Maritus secundum uxorem statim ducere potest, quocunque divortio solutum sit matrimonium. 63 *l. 11. in fin. ff. de adulteriis.* 64 Servis & ancillis creditur adversus dominos cartis criminibus. *l. 32. J. de adulteriis. l. 1. §.* quæ dixi ad *Nov. Leon. 49.*

ancillis puberibus, si crimen adulterii [1], vel majestatis [2] ingeritur, tam viri, quam mulieris, ad examinandam causam repudii, quo veritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur, si tamen alia documenta defecerint, quæstionibus subdendis. Super plagia etiam (ut dictum [3] est) illatis ab alterutro commovendis, easdem probationes (quoniam non facile, quæ [4] domi geruntur, per alienos poterunt confiteri) volumus observari.

§. 7. Si vero filio vel filiis, [filia] vel filiabus extantibus repudium missum est, omne, quicquid ex nuptiis lucratum est, filio seu filiis, filiæ seu filiabus post mortem accipientis servari [5]: id est, si pater temere repudium miserit, donationem ante nuptias à matre servari: si mater, dotem ipsam eidem [vel eisdem] filio seu filiæ patre moriente dimitti censemus: patri videlicet vel matri in scribendis filiis heredibus, [si] unum seu unam vel omnes scribere, vel uni ex his donare velit, electione [6] servata: nec ullam alienandi seu supponendi memoratas res permittimus facultatem. Sed si aliquid ex iisdem rebus defuerit, ab heredibus seu earum detentatoribus (si tamen non ipsos heredes scripserit, aut scripti filii non [7] adierint) resarciri præcipimus: ut etiam hoc modo inconsulti animi à repudio mittendo detrimento retrahantur. §. 8. Pactiones [8] sine, si quæ adversus præsentia scita nostræ majestatis fuerint attentatæ, tanquam legibus contrarias, nullam habere volumus firmitatem. Dat. V. Id. Januar. PROTOGENE & ASTERIO CONSS. 449.

De communi consensu.

IX. Imp. ANASTASIUS A. Theodoro P. P.

SI constante matrimonio, communi [9] consensu tam viri quam mulieris, repudium sit missum, quo nulla causa continetur, quæ consultissimæ constitutioni divæ memoriæ Theodosii & Valentiniani inserta est: licebit mulieri non quinquennium expectare, sed post [10] annum ad secundas nuptias convolare. Dat. XV. Kal. Martii, ANASTASIO A. II. CONS. 497.

In AUTHENT. ut lic. mat. & avi. §. quia vero ex consensu. coll. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 10.

Quod lecite non [11] licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat: tam dotis, quam ante nuptias donatione filiis conservatis.

Quod lecite non licet, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat: tam dotis, quam ante nuptias donatione filiis conservatis: Quia si aliæ post ea nuptias contrahere: vel luxuriose vivere inveniantur, liberis tradenda sunt earum facultates, delinquentibus earum proprietatum amittentibus: Filiis autem non extantibus, fisco applicandæ. Et qui talia deliquerint, legitimas subjiciantur pœnas.

De impotentia coëundi.

X. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

IN causis jamdudum specialiter definitis ex quibus recte mittunrur repudia, illam addimus, ut, si maritus uxori ab initio matrimonii usque ad duos [12] annos continuos computandos coire [13] minime propter naturalem [14] imbecillitatem valeat, possit mulier vel ejus parentes sine [15] periculo dotis amittendæ repudium marito mittere: ita tamen, ut ante nuptias donatio eidem matio servetur. Dat. 3. Id. Decemb. DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de nupt. §. per occasionem. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 6.

Sed hodie non biennium solum, sed triennium enumerari volumus ex ipso tempore copulationis computandum.

De matrimoniis sine dote constitutis, & judicio de moribus sublato.

XI. Idem A. HERMOGENI Magistro officiorum.

IUbemus, ut quicunque mulierem cum voluntate parentum: aut si parentes non habuerit, sua voluntate maritali affectione in matrimonium accepcrit: etiam [16] si dotalia instrumenta non intercesserint, nec [17] dos data fuerit: tanquam si [cum] instrumentis dotalibus tale matrimonium processisset, firmum conjugium eorum habeatur: non [18] enim dotibus, sed adfectu [19] matrimonia contrahuntur. §. 1. Si quis autem eam, quam [20] sine dote uxorem acceperat, à conjugio suo repellere voluerit: non aliter ei hoc facere liceat, nisi talis culpa intercesserit, quæ nostris legibus condemnatur. Si vero sine culpa [eam] rejecerit, vel ipse talem culpam contra innocentem mulierem commisserit: compellatur ei quartam [21] partem propriæ substantiæ pro rata portione persolvere: ut si quidem quadringentarum librarum auri, vel amplius vir substantiam habeat, centum [22] libras auri mulieri præstet, & nihil amplius, etsi quantamcunque substantiam possideat. Si vero minus quadringentis libris auri pura substantia ejus fuerit, tunc quarta [23] pars computatione facta puræ [24] substantiæ ejus usque ad minimam quantitatem mulieri detur. Eodem modo servando & in mulieribus [25], quæ indotatæ constitutæ, [si] sine culpa mariti, constitutionibus cognita eos repudiaverint, vel ipsæ culpam innocenti marito præbuerint: ut ex [26] utraque parte æqua lance, & æquitas & pœna servetur. Hoc lucro quartæ partis, filiis quidem non extantibus, ipsi viro & mulieri competente, & ab his quomodo voluerint, disponendo: Filiis autem, & deinceps personis ex eodem matrimonio intervenientibus, ei servando ad [27] similitudinem dotis, & propter nuptias donationis per omnia quæ super his statuta sunt. §. 2. Inter culpas autem [viri, &] uxoris constitutionibus enumeratas & has adjicimus, *si forte uxor sua ope, vel industria abortum [28] fecerit, vel ita luxuriosa [29] est, ut communi lavacrum [30] [cum] viris libidinis causa habere audeat: vel, dum [31] est in matrimonio, alium maritum sibi fieri cupiat fuerit:* & in his enim casibus locum habere constitutiones sancimus, quæ de culpa tam mariti quam uxoris loquuntur: ut quemadmodum dos, vel donatio propter nuptias perit, ita & mulieres indotatæ in quartam partem, quam & virtis & mulieribus ex hac lege destinavimus amissionis periculum sustineant: Judicio *de moribus* [32] (quod antea quidem in antiquis legibus positum erat, non autem frequentabatur) penitus abolito. Omnibus etenim causis requisitis, & perlectis, quas antiquitas introducebat, nihil validum præter eas quas anteriores constitutiones, & præsens dispositio introduxit, invenimus. Datum XII. Kal. DN. JUSTIN. A. II. CONS. 528.

Ne liberi matrimonium disturbant in fraudem parentum.

XII. Imp. JUSTINIANUS.

VUlt 11 constituto [34], neque sub potestate constitutos, neque sui juris filios, neque masculos, neque fœminas posse distrahere matrimonia in fuorum læsionem patrum aut matrum, qui dotes, aut antenuptiales donationes obtulerunt, vel susceperunt. Sed sicut in contractu nuptiarum expectamus patrum [35] consensum, ita neque transigere [36] matrimonia finimus in parentum læsionem citra illorum voluntatem. Sed & si mittatur repudium, competere contra eos exactionem pœnarum non finimus, sive ipsi dederint hoc, vel susceperint, sive etiam cum aliis suscepcrint, parentem quidem contra voluntatem filii non posse transigere matrimonium, aliis autem permittere, & in minori ætate constitutis, & neque quid utile sit scientibus citra patrum voluntatem solvere matrimonium, & ex hoc parentes lædere. Hoc autem bene quidem inchoans philosophissimus [37] sancivit Marcus: Diocletianus autem hunc secutus est: nos autem similiter approbavimus.

TIT. XVIII.

SOLUTO [38] MATRIMONIO QUEMADMODUM [39] DOS PETATUR. [40]

De ancilla & partu ejus.

I. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Gemillæ.

DUbium non est, post æstimationem dotis, pactione vel stipulatione interposita, *Ut [41] si ipsa res dissoluto matrimonio extaret, uxori reddantur:* & ancillas cum partu ex stipulatu judicio restitui oportere. PP. III. Idus Aprilis, LATERANO & RUFINO CONSS. 198.

De patre mulieris, & de fisco.

II. Iidem AA. Aquiliæ.

SEcundum rationem juris existimas restitui tibi debere dotem à fisco, qui bona damnati [42] patris tui suscepit [43]. Licet enim viro quondam tuo pater tuus heres extiterit, attamen jure tuo hoc derogare non potest: cum & ipse pater sine [44] voluntate tua, nec exigere, nec accipere dotem poterat. Datum Prid. Non. April. APRO & MAXIMO CONSS. 208.

De matrimonio spinatæ.

III. Imp. ANTONINUS A. Hostiliæ.

SI ignorans [45] statum Erotis, ut liberum duxisti [46], & dotem dedisti, isque postea servus est judicatus; dotem ex peculio recipies: & si quid præterea eum tibi debuisse apparuerit. Filii autem tui, ut ex libera nati, incerto [47] tamen patre, spurii [48] ingenui intelliguntur. PP. III. Kal. Septemb. LÆTO & CERIALE CONSS. 216.

De dote profectitia, & morte mulieris.

IV. Imp. ALEXAND. A. Apollonio.

DOs [49] à patre profecta [50], si in matrimonio decesserit [51] mulier filiafamilias [52], ad [53] patrem sedire debet. FF. XVIII. Kal. Septemb. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

De captivitate uxoris, & morte ejus.

V. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Tauro.

SI quidem vivit apud hostes uxor tua: nondum frater ejus quasi heres dotem repetere potest. Si vero diem functa [54] est, & hereditatem ejusdem [55] stipulatum deducta sit. FF. 11. Non. Maij, ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Tam

si mortuo marito stuprum admiserit mulier? Cossanus *d. loc.* putat dotem retineri. at non concilieri posse: ducta argumentum à donatione ante nuptias. *l. cum mulier 20. ff. de donat. ante nupt. l. ult. ff. de dotis promiss.* Quid? mulier num dotem amittit ob osculum alteri concessum? Baldus ita censet, quod eidem Cossano displicet. *d. c. 6. in fin.* 41 Titia dedit marito ancillas æstimatas, ea lege, ut si soluto matrimonio extent reddantur. Extant ancillæ, extant & earum partus, debenturne etiam Titiæ partus? debentur. 42 *l. 31. ff. eod.* 43 Successor omnis mariti, etiam fiscus, ad dotis restitutionem tenetur. 44 *l. 7. cod. l. 32. ff. eod. l. unic. §. 14. C. de rei uxor. act. l. 14. ff. ad leg. Falcid. l. 22. §. 6. ff. de solut.* dixi ad *Utpian. 6. §. 4.* 45 *l. 22. in fin. ff. eod.* 46 Nota ex hac lege quod uxor ducit virum. 47 Spurii sunt quibus pater est incertus. §. 12. *Inst. de nupt.* Incerta est patris conditio, in hoc thematæ igitur liberi spurii. Est tamen in voce *incertum*, manifesta *levitas*. 48 Nati ex libera, & ex eo qui liber esse existimabatur, spurii ingenui. vid. *l. 6. ff. de spurio.* 49 Vide ad hanc legem Cossanum *tract. de dote, c. 6. n. 3.* Goth. Adde Anton. Tessaur. *decis. 150.* Ans. 50 An & adventitiis? dicam in *l. 5. ff.* 51 Nullis relictis liberis hunc additionem recepit usus, ut mox dicam. 52 Idem in matrefamilias (id est, filia emancipata) obtinet, ut Theodorus adnotavit. Facit *l. 5. §. 11. ff. de jure dot. l. 5. ff. de donat. l. 20. l. 59. ff. solut. matrim.* Quidam etiam hic expungunt vocem *familiæ*. 53 Soluto morte filiæ matrimonio, profectitia dos ad patrem, qui eam dedit, redire debet. *l. ult. ff. comm. utriusque judic. l. 8. ff. de jure dot.* Quid si filia relictis liberis moritur? Bulgarus ad patrem qui dotem dedit, dotem ea casu reverti putat. Martinus negat: cujus opinio prævaluit, favore liberorum, quorum interest ali: de ea quæstione dixi ad *Utpian. 6. §. 4.* Hic adde Forcatul. 7. *Capidan. 2. c. 4.* Quid si divortio solutum est matrimonium? dixi ad *Utpian. d. loc.* 54 Sed quomodo probabitur diem functa? Bartolus ita distinguit. Fundans, inquit, intentionem suam ex vita aliquius, debet probare ipsum vivere: nec probare sufficit, ipsum vivum fuisse. Fundans autem intentionem suam in aliquius morte, mortem probare cogitur. *l. 2. §. 4. ff. test. quemadmod.* Posset eo casu produci testes, qui dicant se vidisse eum de quo agitur, mortuum vel sepelliri. Posset etiam mors probari, si tempus mortuum centum elapsum fuerit ex quo non visus fuerit. *l. 23. ff. de testib.* Posset & per famam civitatis vel loci in quo dicitur quia esse mortuus, mors ejus probari. *l. 30. §. 3. ff. de adquir. hered.* Plura vide apud Mexchium *d. præsumpt. 49. ubi præsumptus sepultus, quamdiu homo vivere præsumatur.* 55 Aliud ergo si in stipulatum non sit deducta & ita dos adventitia, mortua in matrimonio muliere, semper penes maritum remanet. *l. 1. ff. de adventit. dot. Utpian. d. §. 5. l. 22. ff. de religiosis. l. 23. ff. de evict. l. 20. ff. de cond. ind. l. 5. ff. de bon. damnat.* Cornutus in Perilium: *Dos*, inquit, *à vere humana data, ante diem dotis mortis; si repudium non intervenit, post mortem uxoris ad maritum pertinet, idque ipso jure. l. 15. ff. de fundo dotali.* nisi dos specialiter sit recepta. *Utpian. d. loc.* vid. Cujac. 9. *observ.* 4.

31 *Lex Julia de adulteriis, §. 22. 23.* Adde de moribus pœnalis. *l. un. §. 5. vers. Quid enim opus est inducere ad mores revocat. ff. de rei uxoriæ act. l. 5. ff. de pœnis dot. l. 15. §. 1. l. 39. ff. soluto. l. de marito. 4. C. Theod. de inoffic. nupt. l. 3. C. Theod. Victum ei vestitumque præstet.* Non debetur heredi, & in heredem. *d. l. 4. l. 15. §. 1.* Mores alii erant graviores, alii leviores. *Utpian. d. loc. §. 12. l. 2. C. Theod. de repud.*

33 Ex veteri interprete alia erat circumferur interpretatio.

34 Hujus constitutionis meminit Justinian. *Nov. 22. c. 18. vers. Ut non.* Extat autem lib. 28. *Basilicor.*

35 *Prima. Inst. de nuptiis.*

36 Filii non possunt sine consensu patris matrimonia dirimere. *Add. Novell. 22. cap. 18.*

37 Φιλοσοφώτατος, quem & *religiosissimum* Justinianus passim interpretari. *l. 5. ff. eod.*

38 Dixi ad XXIV. D. III.

39 Dos soluto matrimonio quo tempore restituenda, & quæ in restitutionem dotis veniunt. vide apud Cujacium *tractat. de dote, cap. 6.*

40 Dotis petitio certis casibus impeditur: ex pactis. *l. si pater 12. ff. de pactis dotal. l. unic. §. Ille procul dubio 6. ff. de rei uxoriæ act. Novell. de Anastas. Epist. cap. 123. c. 39.* si maritus dotem non accepit. *l. mariti 32. ff. soluto matrim.* si matrimonium distractum culpa mulieris ipsius. *l. Lucius 38. ff. eod. l. si dotem 24. ff. de jure dotium. l. confessa 8. ff. de rejud.* quoties sine causa mulier divertit. *d. l. confessa 8. ff.* si dos evicta sine culpa & dolo mariti. *l. Maria 49. in fin. ff. eod.* propter adulterium uxoris. *d. l. confessa 8. l. pen. in fin. ff. ad leg. Jul. de adult. cap. plerumque 2. de donat. inter vir. l. milites 11. §. fuer 2. ff. ad leg. Jul. de adult.* Quid? duo hoc ultimo casu potestne retineri ab heredibus mariti? non posse censet Bartolus. Baldus, Raphael, Imola, Castrensis in *l. rei 15. §. 1. ff. eod.* Campegius *de dote. §. 3. q. 216.* vid. Cossanum, *d. c. 6. num. 27.* Quid si mortuo marito stuprum admiserit mulier? Cossanus *d. loc.* putat dotem retineri. at non concilieri posse: ducta argumentum à donatione ante nuptias. *l. cum mulier 20. ff. de donat. ante nupt. l. ult. ff. de dotis promiss.* Quid? mulier num dotem amittit ob osculum alteri concessum? Baldus ita censet, quod eidem Cossano displicet. *d. c. 6. in fin.* 41 Titia dedit marito ancillas æstimatas, ea lege, ut si soluto matrimonio extent reddantur. Extant ancillæ, extant & earum partus, debenturne etiam Titiæ partus? debentur. 42 *l. 31. ff. eod.* 43 Successor omnis mariti, etiam fiscus, ad dotis restitutionem tenetur. 44 *l. 7. cod. l. 32. ff. eod. l. unic. §. 14. C. de rei uxor. act. l. 14. ff. ad leg. Falcid. l. 22. §. 6. ff. de solut.* dixi ad *Utpian. 6. §. 4.* 45 *l. 22. in fin. ff. eod.* 46 Nota ex hac lege quod uxor ducit virum. 47 Spurii sunt quibus pater est incertus. §. 12. *Inst. de nupt.* Incerta est patris conditio, in hoc thematæ igitur liberi spurii. Est tamen in voce *incertum*, manifesta *levitas*. 48 Nati ex libera, & ex eo qui liber esse existimabatur, spurii ingenui. vid. *l. 6. ff. de spurio.* 49 Vide ad hanc legem Cossanum *tract. de dote, c. 6. n. 3.* Goth. Adde Anton. Tessaur. *decis. 150.* Ans. 50 An & adventitiis? dicam in *l. 5. ff.* 51 Nullis relictis liberis hunc additionem recepit usus, ut mox dicam. 52 Idem in matrefamilias (id est, filia emancipata) obtinet, ut Theodorus adnotavit. Facit *l. 5. §. 11. ff. de jure dot. l. 5. ff. de donat. l. 20. l. 59. ff. solut. matrim.* Quidam etiam hic expungunt vocem *familiæ*. 53 Soluto morte filiæ matrimonio, profectitia dos ad patrem, qui eam dedit, redire debet. *l. ult. ff. comm. utriusque judic. l. 8. ff. de jure dot.* Quid si filia relictis liberis moritur? Bulgarus ad patrem qui dotem dedit, dotem ea casu reverti putat. Martinus negat: cujus opinio prævaluit, favore liberorum, quorum interest ali: de ea quæstione dixi ad *Utpian. 6. §. 4.* Hic adde Forcatul. 7. *Capidan. 2. c. 4.* Quid si divortio solutum est matrimonium? dixi ad *Utpian. d. loc.* 54 Sed quomodo probabitur diem functa? Bartolus ita distinguit. Fundans, inquit, intentionem suam ex vita aliquius, debet probare ipsum vivere: nec probare sufficit, ipsum vivum fuisse. Fundans autem intentionem suam in aliquius morte, mortem probare cogitur. *l. 2. §. 4. ff. test. quemadmod.* Posset eo casu produci testes, qui dicant se vidisse eum de quo agitur, mortuum vel sepelliri. Posset etiam mors probari, si tempus mortuum centum elapsum fuerit ex quo non visus fuerit. *l. 23. ff. de testib.* Posset & per famam civitatis vel loci in quo dicitur quia esse mortuus, mors ejus probari. *l. 30. §. 3. ff. de adquir. hered.* Plura vide apud Mexchium *d. præsumpt. 49. ubi præsumptus sepultus, quamdiu homo vivere præsumatur.* 55 Aliud ergo si in stipulatum non sit deducta & ita dos adventitia, mortua in matrimonio muliere, semper penes maritum remanet. *l. 1. ff. de adventit. dot. Utpian. d. §. 5. l. 22. ff. de religiosis. l. 23. ff. de evict. l. 20. ff. de cond. ind. l. 5. ff. de bon. damnat.* Cornutus in Perilium: *Dos*, inquit, *à vere humana data, ante diem dotis mortis; si repudium non intervenit, post mortem uxoris ad maritum pertinet, idque ipso jure. l. 15. ff. de fundo dotali.* nisi dos specialiter sit recepta. *Utpian. d. loc.* vid. Cujac. 9. *observ.* 4.

1 *L. 32. d. l. 1.*
2 *L. 1. §. 1.*
3 Vid. §. 2. *T. eod.*
4 *Domibus* nullus modum adhibuit. *Domestica* intuitur interdum, si est, in *domesticis* fuisse. dixi ad *Nov. 22. c. 2.* adde *l. 3. §. de manifestis. l. 3. §. qui militare. vers. fin. l. 31. §. 2. vers. fin. autor. J. eod. l. 3. in fin. T. de jurisdict.*
5 Adde Hugolinus existimant hanc electionem non denegari ei Novell 2. hoc est, ut lucrum nuptiale quod adquirit per matrimonium morte, vel quasi morte (puta monachatus profectione, vel servitute diffutum profit superstiti conjugi in quem voluntis liberorum exclusa: sed si inter eum diversa non citra causa superstes accidet: idque Cujac. probat *Nov. 2. c. 1. & Nov 22. c. 25.*
6 Alias si adisset, factum patris non posset reprobare. *l. cum à matre 20. 34. T. de rei vindic.*
7 *L. c. in fin. T. de vulgar. subst.*
8 Id abrogatur *Nov. 117. cap. 10.* videtur poena *Nov. 1. 140.*
9 Quid si mulier ante annum lectus peperit, pecuniæ lucrum sibi habere? Cujac. 1. ad *Novell 22. & c. 20. de præfectis urbis. & 37.* putat posse quoties matrimonium difficultatem interveniet, puta morte conjugis, furoribus solitariæ vitæ: aliud foro, si mere matrimonium sit difficultuosum.
10 Imo licet Novell. Justin. 140.
11 Hodie tres. *Novell. 22. cap. 6. Auth. non J.*
12 Dixi ad *Novell. 22. cap. 6. Novell. 117. cap. 11. adde l. 60. §. fi. de donat. inter vir.*
13 Non ergo propter accidentalem. *cap. 1. cap. & Fr. & mulier.* Idem etiam marito propter durilitatem *Formos. l. 60. §. 1. de donat. int. vir. & uxor.* Olim tamen in Ecclesia Romana propterea divortio non erat locus, sed si quis cum uxore concredi non poterat, hoc, vel uxoris vitio, eam tamen tamquam foroxem retinere debebat. *Can. respondit 33. quæst. 1. quo respicit Cap. 4. Concil. Milevit. cum. de Jud. & de Cujac. Anal.*
14 Causam obstetricis ex qua mulier repudium mittit sine dotis amissione.
15 Dotalia instrumenta ad quæstum substantiam nihil pertinent. *l. 20. vers. quare. T. de donat. inter vir. dixi ad l. 9. l. 13. l. 32. T. de nupt. vid. ea. Novell. 74. cap. 4. Novell. 117. cap. 3. & 4.*
16 Matrimonium sine dote esse potest. vide *l. ult. T. ad Vellejan.*
17 Affecta, non dotibus matrimonia contrahuntur.
18 Xer. 74. *cap. 4. vid. l. 30. ff. de reg. jurid.*
19 Obtinillam acceptam dotem uxor à marito repudiari non potest. *Novell. 22. cap. 18.* Quid si promissam dotem maritus non accepit? dixi *T. ad l. ult. T. ad Vellejan.* Quid si impubem uxorem exposuit, & locupletem postea factam recipere velit. vid. quæ scripsi ad *l. 2. §. 1. ne filiusfam. &c.*
20 Qui sola affectione indotatam uxorem accepit discordiaque causam dedit, præstet conjugi quartam partem bonorum suorum: ita tamen ut non excedat ea pars centum librarum auri. vid. *Novell 22. cap. 18.* Idem quadrans debetur conjugi superstiti egenti, vel egenæ morte soluto matrimonio, sive extent liberi, sive non extent. *Novell. 53. cap. 6. Novell. 74. cap. 5.*
21 Dotis maximæ modus, centum auri libræ, *ut hic. Novell. 22. cap. 18. vers. si quid.* qui sole olim decies centenorum millium nummum. *l. 6. in fin. ff. de injur.* Martialis 2. *epigr. 89. Centena decies quæ tibi dotis dare.* Juvenal. *Satyra 10. circa fin. Et vitia decies centena dabentur.*
22 Vid. *vers. si vero. T. eod.*
23 Id est, soluto sive alieno. ut *Nov. 22. cap. 18. vers. alias*, pura substantia est soluta tributis *l. 4. §. de agricolis & censitis.*
24 Mulier inæquales causam præstans marito præstat quartam bonorum suorum liberis communibus dotis ex parte centum librarum auri.
25 Pauperum æquitas.
26 De uxore abortum procurante, vid. *Nov. Leon. 31. Nov. Justin. 22. cap. 6.*
27 *L. 8. §. 7. T. eod. l. 6. in fin. T. de secund. nupt.*
28 De uxore abortum procurante, vid. *Nov. Leon. 31. Nov. Justin. 22. cap. 6.*
29 Mulier olim repetat repudiari, si tamentum, id est, meum subsistet. vid. quæ scripsi ad *Nov. 22. c. 16. & ad Nov. 64. Contra dicitur quæ sibi dotis dare.* Juvenal. *Satyra 10. circa fin. Et vitia decies centena dabentur.*
30 De uxore cum viris libidinis causa lavante. vid. *Nov. 22. c. 16.* adde *Nov. Leon. 30.*
31 De muliere quæ viro marito alios de matrimonio compellat. vid. *c. 16.* adde *Nov. Leon. 30.*

Tam marito quam uxori in rei dotalis æstimatione deceptis succurritur. Salic.

VI. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Alexandræ & Neroni.

SI circumscripta matre vestra, viliore[1] pretio dotales res æstimatæ sunt: quid super hujusmodi contractuum vitio statutum sit, vulgo patet[2]. Proinde si dolosis artibus mariti circumventam matrem vestram, inque ea [æstimatione circumscriptam,] apud Præsidem provinciæ evidentibus probationibus ostenderitis: quando vobis possidentibus ad obtinenda prædia etiam doli mali exceptionis potestas opituletur: sciet quarenus religionem judicationis suæ temperare debeat. †. Sin autem etiam maritus[3] in æstimatione gravatum se alleget; veritate examinata, non amplius quam pretium justum restituere compelletur. Hæc tum locum habent, cum res[4] in natura sunt: si tamen extinctæ sint, pretium, quod dotali instrumento inditum est, considerabitur. PP. VII. Kalend. Novemb. ipsis AA. Conss. 287.

An pater possit pecuniam vel dotem adimere.

VII. Iidem AA. & CC. Erotio.

Filiæ pecuniam[5] adimere, quam habes in potestate, minime prohiberis. Nam si pro ea dotem dedisti: hanc constante matrimonio, ne[6] consentiente quidem ipsa: matrimonio autem dissoluto [eadem] invita repetere non[7] potes. S. V. Id. Febr. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

In quantum maritus, vel ejus heredes conveniantur.

VIII. Iidem AA. & CC. Salustiæ.

Nec maritus, licet post divortium, *in quantum*[8] facere possit, condemnandus est; postea[9] idoneus factus, qui non reddiderat integrum, residui probabiliter solutionem recusat. At cum ejus heredes[10] in solidum conveniendos non ambigatur, ne cum his solvendo factis experiri non possis, superstitiosam geris sollicitudinem. Datum XIII. Kal. April. *Sirmii*, CC. Conss. 294.

De successoribus mariti.

IX. Iidem AA. & CC. Martiæ.

Dotis actione successores[11] mariti super eo, quod ei dotis nomine fuerat datum, convenire debes. Ingrediendi enim possessionem[12] rerum dotalium, heredibus mariti non consentientibus, sine[13] auctoritate competentis judicis, nullam[14] habes facultatem. S. Dat. VIII. Kal. Novemb. CC. Conss. 294.

De dote socero data.

X. Iidem AA. & CC. Epigono.

Si socero[15] filiæ tuæ dotem dedisti: licet in ejus positus potestate gener tuus rebus humanis exemptus sit: tamen non de peculio, sed in solidum à te, consentiente filia, conventum eum satisfacere oportet. S. VII. Id. Novemb. *Heraclea*, CC. Conss. 294.

De morte mariti.

XI. Impp. Honorius & Theodosius AA. Martiano P. P.

Si[16] constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus: dos, quæ data dicitur, vel promissa, ex ejus uxoris facultatibus, ad[17] eandem revertatur: nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Datum Non. Decemb. *Ravennæ*, Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Conss. 409.

Hic notatur in vet. lib. manuscr. Gracas constitutiones desiderari, quod etiam ex 28. lib. Stanisl. constat: cum vero earum sententia nondum sit nobis satis perspecta, nec etiam ordo, satius esse existimavimus expectare ipsorum Græcorum librorum editionem, ex quibus illa, ut alia plures, quæ in hoc Codice desunt, petiperunt.

1 Deceptus in æstimatione dotis mulieribus succurritur. *l. 12. ff. de jure dot. 28. Instit. 1. cap. 3.*

2 Datur enim beneficium legis 2. *C. de rescind. vend.* Nam qui rem dat æstimatam, vendit: & æstimatio, venditio est. *l. 1. ff. de æstimatoria. l. mucius. §. 9. in fin. ff. de rei vindic. adde.*

3 Beneficium legis 2. *C. de rescindenda.* datur emptori. *ut hic, & l. 46. in fin. ff. de fidei.* Emptori, inquam seu marito cui dos pluris æstimata data est. Nam qui rem æstimatam accipit, emptoris loco habendus est. *l. 22. ff. rer. amot.* Est enim æstimatio venditioni similis. *l. 7. §. 1. ff. de publicano.* Imo emptio est. *l. 10. §. 4. ff. de jure dot.* his adde quæ dixi ad *l. 1. §. 23. ff. si quid in fraud. pat.* Sed tamen Cujac. 17. *obs. 1.* negat simpliciter verum esse quod dicitur, Emptori dari beneficium legis 2. Concedit hoc nostro casu dari restitutionem: in aliis, negat, notatque eo nomine differentiam hanc inter venditionem simplicem, & venditionem dotis causa; datur enim hoc themate restitutio venditrici mulieri & emptori marito non tantum ultra dimidium, sed etiam modice deceptis. vid. *eundem 28. obs. 18.*

4 Res in natura esse dicitur, quæ exstat: alibi in rerum natura. *l. 17. §. 2. ff. rer. amot.* adde *l. 26. ff. de fundo.* Galli genus hoc etiam loquendi observant, *Le chose est encore en nature.*

5 Peculium ut in *l. 31. §. 2. ff. de donat.* & ita legit Thalelæus: nisi pecunia singulariter hic accipiatur pro peculio. vide *Cujac. 17. obs. 6.*

6 Dotem profectitiam constante matrimonio pater repetere non potest etiam consentiente filia: dissoluto vero, ea invita. 7 *l. 28. ff. de jure dot. l. 34. §. 6. ff. de solut.* 8 *l. 12. ff. eod.* 9 Dotis residui nomine convenitur maritus locupletior factus: atque ita novæ facultates marito superuenientes efficiunt ut ad residuum dotis denuo conveniri possit. *Bald. adde l. un. §. 7. C. de rei uxor. act.* adde *l. 63. §. 8. ff. pro socio.* 10 Exceptio, *Ne quis teneatur ultra quam facere possit*, ad heredes non transit. *l. 12. 13. ff. sol. l. 7. ff. de excep.* 11 Dixi ad *l. 3. C. de hered. act.* 12 Soluto matrimonio, dotalium rei dotalis revertitur ipso jure, non possessio.

13 Aliud erit, si præsidalis justio vel conventio accessit. *l. 11. C. de pign. l. 3. ff. de pign. & hypoth.* 14 *l. 5. ff. de adquir. possess.* vide *l. 6. §. 2. ff. de re judicat.* 15 Competit de dote actio adversus socerum qui dos data est: competit, inquam, in solidum, non sibi peculii. *l. 22. §. 12. ff. sol.* 16 *l. 3. C. Theod. de dot.* 17 Mortuo marito, dos ad uxorem revertitur.

TIT. XIX.

SI DOS CONSTANTE MATRIMONIO SOLUTA FUERIT.

De constante matrimonio non potest uxori restitui: restituta cum fructibus interim perceptis repetitur. Salic.

I. Impp. Honorius & Theodos. AA. Martiano P. P.

Si[18] constante matrimonio à marito[19] uxori dos [sine[20] causa legitima] refusa est (quod legibus stare non[21] potest, quia[22] donationis instar perspicitur obtinere) eadem uxore defuncta, ab ejus heredibus[23] cum[24] fructibus ex die refusæ dotis marito restituatur: ita ut proprietas ejusdem liberis ex eadem susceptis [competens] alienari contra leges à marito non possit. Datum V. Non. Novemb. Honor. VIII. & Theod. AA. III. Conss. 409.

18 Lex ultima superioris tituli, & lex istius tituli, partes duæ sunt unius ejusdemque constitutionis, ut constat ex *l. 3. C. Th. de dotib.* Lex superioris tituli est de marito mortuo: hæc de uxore mortua.

19 Vel socero. *l. 1. §. 9. de dote prælegat.*

20 Causas legitimas. vid. in Nov. 22. *c. 39. & l. 73. §. 1. ff. de jure dot. l. 20. ff. solut.* 21 *l. 1. §. 9. ff. de dote prælegata.* 22 Manente matrimonio, vir uxori donare non potest, non potest igitur matrimonio constante dotem eidem restituere. Talis enim restitutio, donationis instar obtinet. Nov. 22. *c. 39.* 23 Extraneis fil. ut mulier hoc themate videatur extraneos heredes fecisse liberis relicta portione legitima. *Cujac. hic.*

24 Dos constante matrimonio restituta uxori, cum suis fructibus restituenda est marito. *d. c. 39.*

TIT. XX.

NE[25] FIDEJUSSORES[26] [VEL MANDATORES[27]] DOTIUM DENTUR[28].

Satisfatio pro dote conservanda non debet dari: & si est data, non tenet. Bald.

I. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Cynegio PP.

Ius[29] ex jure[30], sive [ex consuetudine lex proficiscitur, ut vir uxori fidejussorem servandæ dotis exhibeat: [tamen] eam jubemus aboleri. Datum VIII. Nonas Septembr. Eucherio & Syagrio Conss. 381.

25 Dotis fidejussorem, cum dotem accepit, maritus dare non cogitur, nisi, antequam sponsalia contrahrentur, id convenerit. adde *l. un. C. Theod. de fidejuss. dotium.* 26 Vid. *C. Th. de fidejuss. dot.* adde *l. 7. ff. de except.* Hinc illud Macrobii, *1. Saturn. 6.* Cum à Principe gentis Corneliæ Scipionum sponsalia postularentur, alienum cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. 27 Mandator dotis dicitur cujus mandatu uxor dat vire dotem. 28 Cur ita? vide *l. 2. ff. eod.* 29 Fidejussorem dotis servandæ (*Cod. ex consuetudine vel regione*) maritus dare non cogitur: etiamsi maxime lex, aut consuetudo id fieri permittat. *Syn. Basil. 29. tit. 1. ex lib. 29. tit. 9. c. 2.* Nulla est hujusmodi satisfatio. *l. 2. ff. eod.* Putat tamen Duarenus *tractatu de sponsa matrimonii, cap. 4.* fidejussorum datum obligari, & hoc titulo dandi fidejussoris necessitatem tantum remitti. Sunt & qui existimant, dotis servandæ fidejussorem non dari, *ut hic.* restituendæ tamen dotis fidejussorem utiliter dari: sed vide oertiora apud Baldum Novellum *tractatu de dote, parte 6. privilegio 21. & Campegium tractatu de dote q. 73. ad 83. 76. 77. 78.*

30 Sive ex lege. Pet. Faber *semest. 24.* putat ita legendum esse.

31 Dotis fidejussor vel mandatarius neque à marito, neque ab ejus potestate datur. *Synesius. ibid.*

32 Argumentum à majori ad minus. vid. *l. 21. ff. de reg. jur.*

33 Iniquum est, ut cum muliere fauni animum suamque vitam marito credat, bonorum ejus fidem non habeat. *Synesius. ibid.*

TIT. XXI.

RERUM[34] AMOTARUM[35].

Maritus conventus actione de dote, pro rebus amotis potest eam compensationem objicere. Salic.

I. Imp. Alexand. A. Polydeucæ.

Compensationis[36] æquitatem jure postulas: non enim prius exolvi quod debere te constiterit, æquum est, quam petitioni mutuæ[37] responsum fuerit: eo magis quod ea te persequi dicis, quæ divortii causa amota quereris. Cum igitur apud competentem judicem ex stipulatu conveniaris: apud eundem doce tui juris res ablatas esse. P. P. Dat. V. Kal. Decemb. Alexandro A. III. & Dione Conss. 230.

Actio rerum amotarum non competit, nisi soluto matrimonio. Bald.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Sereno.

Divortii[39] causa rebus uxoris à marito[40] amotis, vel ab uxore mariti, rerum amotarum Edicto perpetuo permittitur[41] actio. Constante[42] etenim matrimonio neutri eorum neque pœnalis[43], neque[44] famosa actio competit, sed de damno[45] in factum data actio. Dat. V. Kal. Octob. ipsis AA. Conss. 287.

Successores mulieris tenentur actione rerum amotarum, quatenus ad eos pervenit. Bald.

III. Iidem AA. & CC. Quartino.

De rebus, quas divortii causa quondam uxorem tuam abstulisse proponis, rerum amotarum actione contra[46] successores ejus non in solidum, sed in quantum ad eos pervenit, quod si res extant[47], dominii vindicatione uti prohiberis. Data V. Non. Decemb. ipsis AA. Conss. 287.

34 Dixi ad XXV. D. 11. adde *l. ult. in fin. ff. de furt.* adde *l. 52. ff. de furtis.*

35 Hæc actio nascitur ex delicto. *l. 32. §. 3. ff. sol. l. 82. ff. de rei vindic.* ex divortio, id est, a divertendo. *l. 27. ff. eod.*

36 Compensationes æquitate nituntur. *l. 7. ff. eod. l. 24. §. 6. ff. soluto.*

37 Mutuæ petitionis objectio compensatio est. & prolixe quarum rerum inter se compensatio non est, nec retentio nec mutua petitio est.

38 De mutuis petitionibus apud eundem judicem, vid. *l. 11. §. 1. ff. de pactis. l. 34. ff. de procur. l. 38. ff. mandati. l. 11. ff. de excep. rei jud. l. 1. in fin. ff. de extraord. cognitionib.*

40 Actio rerum Cujac. ita legit *17. obs. 6.* 42 *l. 25. ff. eod.* 43 Idque in simplum. *l. ult. in fin. ff. de servo corrupto.* 44 Vide *l. ult. in fin. ff. de furtis.* 45 Facit *l. 27. §. 30. ff. ad leg. Aquil.* 46 In heredem conditio furtiva pœnalis non datur, sed ita tantum quod ad eum pervenit. qua de re *Cujac. 7. obs. 37. & 13. observ. 37.* Goth. Adde Ant. Fabr. *4. conject. 2. circa fin.* Ans. 47 Si non extabunt, condemnatur. *l. 17. §. 2. l. 25. ff. eod.*

TIT. XXII.

NE PRO DOTE MULIERIS BONA QUONDAM MARITI ADDICANTUR[48], ID EST, IN SOLUTUM DENTUR.

I. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Apollinariæ.

Ut uxori pro dote addicantur bona quondam mariti, jure prohibitum est. Sane si[49] nullo relicto successore non idoneus decessit: secundum juris formam[50], quatenus successionis modus patitur, indemnitati tuæ consulere non prohiberis. Dat. V. Non. Decemb. AA. Conss.

48 *Addicere* verbum est prætoris: ut & do, dico: *Addicere bona*, est cuiquam bona ejus, cum bonorum venditionem fieret, addicere. vide *Cujac. 17. obs. 6.*

49 Addixi dotis causa bona mariti mulieri non debent, si relicta heredibus maritus decesserit. Si vero nullo relicto hærede decesserit, tunc secundum jus intestatæ mulieris, quantum fieri potest, consuletur. *Syn. Basil. 29. tit. 1. ex lib. 28. tit. 11. c. 28. & 4. Instit. §. 4. dixi de hoc casu ad l. 63. de hon. auct. jud. poss.* 50 *l. 12. ff. de rebus auct. jud.*

TIT. XXIII.

DE FUNDO[51] DOTALI.

Ubi electio est reservata mulieri, fundus dotalis licet æstimatus non potest alienari. Salic.

I. Impp. Sever. & Anton. AA. Didiæ.

Si æstimata prædia in dotem data sunt, & convenit, *Ut electio*[52] *mulieri servetur*, nihilominus lex Julia[53] locum habet. Est autem *alienatio*[54], omnis actus, per quem dominium transfertur. PP. Dat. XII. Kal. Mart. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

Maritus non provocat ad divisionem fundi dotalis, sed provocatur. Bald.

II. Imp. Gordianus A. Domitiæ.

Mariti, qui fundum communem cum alio in dotem inæstimatum acceperunt, ad communi dividundo judicium provocare non possunt[55], licet ipsi possint provocari[56]. PP. v. Non. Octob. Gordiano, A II. & Pompeiano Conss. 242.

51 Dixi ad XXVII. D. V.

52 *l. 11. ff. ad l. 1. C. fundo.* aliud fatemur est, si tibi de electione convenit. *l. ult. ff. de pactis dotal.*

53 Lex Julia vetat fundum dotalem alienari. *l. unica. §. 15. C. de rei uxoriæ act.*

54 Alienationis verbo omnis actus intelligitur, per quem dominium transfertur, *ut hic.* adde *l. 28. l. 67. ff. de verb. sign.* quin continetur quoque alienationem ea ultra provocatione communi dividundo, quæ sit pupillarium rerum causa. *l. 17. ff. de prad. minor. l. 7. ff. de reb. cor. qui sub tutela.* vid. quædam in hunc locum apud *Cujac. 7. observ. 23.*

TIT. XXIV.

DIVORTIO FACTO APUD QUEM LIBERI MORARI, VEL EDUCARI DEBEANT.

In arbitrio judicis est, apud quem alantur liberi facto divortio. Salic.

I. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Cælestinæ.

Licet neque nostra, neque Divorum Parentum nostrorum ulla constitutione caveatur, ut per[57] sexum liberorum inter parentes divisio celebretur: competens tamen Judex æstimabit[58], utrum apud patrem, an apud matrem matrimonio separato filii morari, ac nutriri debeant. S. VIII. Kal. Jul. *Verona*, CC. Conss. 293.

In Authent. ut liceat matri & aviæ. §. illud. col. 8. Tit. 18. al. 13. Novell. 117. cap. 7.

57 Per sexum divisionem quidam fieri voluisse hinc videntur, puta ut mares apud patrem, fœminæ apud uxorem alerentur.

58 In arbitrio judicis est, fœminæ an apud patrem, an apud matrem liberi educandi, apud eum tamen esse debebunt cujus industria probata fuerit. Novell. 117. *cap. 7.* & apud matrem

Si[59] *pater causam divortii præstiterit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis. Si vero mater, tunc apud*

interdum satius fuerit liberos educari quam apud patrem. *l. 1. §. 3. ff. de liber. exhibend.* vel apud fratrem dixi ad *l. 11. ff. communia utriusque judicii.* De his vide plura apud *Mantuam 2. de arbitr. judicii, cap. 108.* 59 Adde *Novellam 98. c. 1.*

apud patrem, matris incapacis expensis: nisi pater minus idoneus sit: tunc enim apud matrem incapacem nutriuntur. Nam quemadmodum incapaces filii matrem alere cogantur, ejusdem decernimus, & a matre filios pasci. †. *Quod de matre, & filiis indigentibus dictum est, hoc quoque in omnibus ascendentibus, & descendentibus personis utriusque naturæ decernimus observari.*

1 Dixi ad XXV. D. III. *de agnosc. & alend. liber.*

2 Alimentis. *l. 2. §. 5. ff. de lucr. quæ liber. l. 5. §. 3. ff. de patriis potest.* Est enim infantium patrem indigere, cum filius sit in facultatibus. *l. 5. §. 13. ff. eod. l. 1. §. 4. ff. de cognit. & curatob.* Non cogitur nunc filius ex alienum patrem dilatare. *l. 5. §. 16. ff. eod. l. 2. §. 4. C. ne filius pro patre.* Emissi pro patre in carcere conjecto filiofamilias negare impune non potest. Novell. 115. *cap. 3. §. 8.* An mutuæ pecuniæ parentibus pupilli tutores possint mittere, vide *l. 12. §. 3. de admin. tut. l. 1. §. 5. ff. de usu. & quæ pro fact.* Fiscus. 3

3 *l. 1. C. eodem.*

4 Uxor agere potest adversus maritum pro alimentis communi filio præstandis. 5 Pater tenetur alere filium non ingratum. 6 Liberi à parentibus alendi. *l. un. §. 3. vers. filiast. C. de rei uxor. act. l. 8. §. 5. ff. de don. quæ lib.*

TIT. XXV.

DE ALENDIS[1] LIBERIS, AC PARENTIBUS.

De alendis parentibus.

I. Imp. Antonius Pius A. Basso.

Parentum necessitatibus[2] liberos succurrere justum est. Sine die & consule.

II. Divi Fratres & AA. Celeri.

Competens judex à[3] filio te ali jubebit, si in ea facultate est, ut tibi alimenta præstare possit. Dat. Id. April. ipsis & Conss. 162.

De alendis liberis.

III. Iidem AA. Titianæ.

Si competenti judici eum, quem[4] te ex Claudio enixam esse dicis, filium ejus esse probaveris, alimenta ei pro modo facultatum præberi jubebit. Idem, an apud eum educari debeat, æstimabit. PP. XIII. Kal. Mart. *Romæ*, Rustico & Aquilino Conss. 164.

IV. Impp. Sever. & Anton. AA. Sabino.

Si patrem tuum officio debito promeruerit[5], pateram pietatem tibi non denegabit. Quod si sponte non fecerit, aditus [competens] judex alimenta[6] pro modo facultatum præstari tibi jubebit. Quod si patrem se negabit: quæstionem istam in primis idem judex examinabit. PP. Non. Febr. Layterano & Rufino Conss. 198.

1 Divi ad XXV. D. III. *de agnosc. & alend. liber.*

2 Alimentis. *l. 2. §. 5. ff. de lucr. quæ liber. l. 5. §. 13. ff. de patriis potest.* Est enim infantium patrem indigere, cum filius sit in facultatibus. *l. 5. §. 13. ff. eod. l. 1. §. 4. ff. de cognit. & curatob.* Non cogitur nunc filius ex alienum patrem dilatare. *l. 5. §. 16. ff. eod. l. 2. §. 4. C. ne filius pro patre.* Emissi pro patre in carcere conjecto filiofamilias negare impune non potest. Novell. 115. *cap. 3. §. 8.* An mutuæ pecuniæ parentibus pupilli tutores possint mittere, vide *l. 12. §. 3. de admin. tut. l. 1. §. 5. ff. de usu. & quæ pro fact.* Fiscus. 3

3 *l. 1. C. eodem.*

4 Uxor agere potest adversus maritum pro alimentis communi filio præstandis. 5 Pater tenetur alere filium non ingratum. 6 Liberi à parentibus alendi. *l. un. §. 3. vers. filiast. C. de rei uxor. act. l. 8. §. 5. ff. de don. quæ lib.*

TIT. XXVI.

DE CONCUBINIS.[7]

Non licet marito concubinam habere, hoc dicit, & in hoc Imperator sanxit moribus. Salic.

I. Imp. Constantinus A. ad Populum.

Nemini[8] licentia concedatur, constante[9] matrimonio concubinam penes se habere. Dat. XVIII. Kal. Jul. Constantini, patre & filio, Conss. 320.

7 Divi ad XXV. D. VII.

8 Hujus constitutionis meminit Sozomenus *l. hist. §.* & Martinus *Novell. 4. tit. 4. de matrimonio Isaurorum.*

9 Concubinatus jure civili licita fuit consuetudo, *ut hic, & l. 3. in fin. ff. ad SC. Orfitian. & ff. de concubin. l. 3. ff. de nat. lib.* non tamen constante matrimonio, id est, eo tempore quo quis uxorem habet. *l. ult. in fin. ff. commun. de manumiss. Paul. 2. sent. 21. §. 1. Novell. 18. cap. 5. vers. Si autem. Novell. 89. cap. 12. §. 5. l. ult. in fin. ff. de repud. l. 121. §. 1. ff. de verb. oblig.* multo minus duas uxores uno tempore habere licet. *l. 7. C. de Judæis. l. 2. C. de incestis. Leo Novell. 91.* Constantinus Porphyrogenita apud *Harmen. 4. tit. 7. in fin.* præcisius agit: Concubinatum enim penitus damnat & vetat, Quæ cum eo consuescit, qui uxorem habet pellex dicitur. *Vide l. 144. ff. de verbor. sign. Et omnino Vide Cujac. 5. obs. 6.*

TIT. XXVII.

DE NATURALIBUS[10] LIBERIS, ET MATRIBUS EORUM, ET EX QUIBUS CAUSIS JUSTI[11] EFFICIANTUR.

De his, qui dignitate privati sunt.

I. Imp. Constantinus A. ad[12] Gregorium.

Exactores[13] seu Præfectos[14], vel quos in civitatibus Duumvirilitas, vel Sacerdotii[15], id est Phœniciarchiæ[16] vel Syriarchiæ ornamenta condecorant; placet[17] maculam subire infamiæ & alienos à Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillæ filia, vel liberta, vel libertæ filia, vel scenica[18], vel scenicæ filia, vel tabernaria, vel tabernariæ filia, vel humili, vel abjecta [persona,] vel lenonis, aut arenarii filia, vel quæ mercimonia publice præfait, fusceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio judicio, aut nostri prærogativa rescripti[19]? ita ut quicquid talibus liberis pater donaverit (seu illos legitimos, seu naturales dixerit) totum retractum legitimæ sobole reddatur, aut fratri, aut sorori, aut patri, aut matri.

†. Sed & si uxori tali quodcunque datum quolibet genere fuerit, vel emptione collatum: etiam hoc retractum[20] reddi præcipimus: ipsas etiam, quarum venenis[21] inficiuntur animi pertditorum ([si] quid quæritur[22], vel commendatum dicitur, quod his reddendum est, quibus jussimus, aut[23] fisco nostro) tormentis[24] subjici jubemus. Sive itaque per ipsum donatum est, qui pater dicitur, vel per alium, sive per interpositam personam, sive ab eo emptum, vel ab alio, sive ipsorum[25] nomine comparatum: statim retractum reddatur, quibus jussimus: aut si non existant, fisci juribus vindicetur. Quod si existant, & in præsentia rectum constituti agere noluerint, pacto vel jurejurando[26] excluſi: totum sine mora fiscus invadat. Quibus tacentibus, & dissimulantibus ad defensionem fiscalem duorum mensium tempora limitentur: intra quæ si non retraxerint, vel propter retrahendum Rectorem provinciæ [non] interpellaverint; quicquid talibus filiis, vel uxoribus liberalitas[27] impura contulerit, fiscus noster invadat, donatas vel commendatas res sub pœna quadrupli severa quæstione perquirens. Dat. XII. Kal. August. *Carthagine*, Nepotiano & Facundo Conss. 336.

10 Impl. *milleu. nomin. 18. Kiel.* Bastardos liberi hic dumtaxat nati ex concubina.

11 Divi ad Novell. 74. Sig. vid. C. Theod. 6. Fabr. 3. notat. 6. *cap. de legitimatis.*

12 *Nov. Sig. 125. cap. unic.*

13 Id remissum Symmachus. *Novell. 117. cap. 4. Salmas. proxim. 3.*

14 Perfectissimus *Aur.* quem lectum probat Antonius Augustinus *lib. ad Modestin. &* Cujacius *ad 13. Obsen. &* ita erant in Novella quadam Martiani, & *de manumiss. testam.* Perfectissimus Græci *διοργίτης.*

15 Sacerdotia hæc Gentilium Phœniciarchiæ & Syriarchiæ abierunt, & quibus alia dictum.

16 Dixi ad *l. unic. C. de off. comit. Orient. Novell. 89. cap. 10. & adde l. 6. §. 14. ff. de exact. trib. l. 8. ff. de navic. mun.*

17 Quod de Syriarchis & Phœniciarchis dixit Imperator, pulsa difficultate Justiniano *Novell. 89. c. 10.*

18 *l. 7. in fin. ff. de ædilic.*

19 Rescripta jus non conferunt Curiæ inhibenda, nisi forte jus ei Imperatum fuerit, & principe allegante, & id considerare non abnuente.

20 De revocandis donationibus in consortium facis.

21 Id est, illecebris. 22 Pharmacum concubinæ res fieri omnes adquisitasse ex bonis ejus cujus concubina est. *Rebuf. Consuetudo singulari 6.* 23 Sparsio quod aufertur, deficientibus quibusdam personis applicatur fisco. 24 Ut rerum expilatarum quantitas adsequatur, concubina torqueri possit. 25 De emptionibus factis à patre fictis nomine. 26 Jusjurandum nihil adversus fiscum. *l. 5. §. 1. in fin. ff. de legibus.* 27 Liberalitas impura.

Illi autem [liberi] ex his nominibus, quæ supra comprehensa sunt, ad successionem patris admittantur, qui ex justis nuptiis procreati sunt, & ex his, quæ ex concubinis ex constitutione nostra, quæ ad Gregorium missa est, legitimi effecti sunt. Ceteri autem, qui ex aliis personis, quæ supra comprehensæ non sunt, procreati sunt, ad successionem patris non admittantur, sed ad matrem, vel ad eam personam, quæ locum matris obtinuit, pertineant successio. Dat. Id. Novemb. Stilichone II. & Anthemio Conss. 405.

In Authent. quib. mod. natu. eff. sui. §. ne igitur. col. 7. tit. 1. Novell. 89. cap. 12.

Nunc sui liberi naturales, & legitimi ad hunc modum coarctantur: non etiam mater.

De legitimatione per oblationem curiæ.

III. Impp. Theod. & Valent. AA. ad Apollonium P. P.

Si quis [naturalem[28] duntaxat fœcunditatem fortiatur,] seu liber ipse, seu Curiæ sit nexibus obligatus, & tradendi filios naturales, vel omnes, vel quos quenive maluerit: ejus civitatis Curiæ[29], unde ipse oritur, & in solidum heredes scribendi liberam ei concedimus facultatem. †. Quod si cui non ex urbe, sed [ex] vico vel possessione qualibet oriundo naturales liberi contigerint, eosque velit sub definitione prædicta Curiæ splendore honestare, & hereditatis opibus[34] adjuvare, ejus civitatis adscribendi sunt ordini, sub qua vicus ille ac possessio censetur[31].

†. Quod si alterutram Regalium Civitatum patriam sortiatur[32], sit ei liberum susceptam ex inæquali[33] conjugio sobolem, cujuscunque civitatis decurionibus immiscere: dummodo civitas, quæ eligitur, totius provinciæ teneat principatum. Indignum enim est, ut qui sacratissimæ urbis ubere gloriatur, naturales suos non illustris ordine civitatis illuminet. †. Et hoc, sive postrema definiat [voluntate,] sive donatione cujuslibet quantitatis in libros naturales pater confessat. Et quod de subcunda sorte curiali, seu testamento[35], seu actorum fide constituit, ita ratum esse, stabiliterque volumus observari, ut sive abstinendo [ab] hereditatibus, sive abdicando donationes naturales liberi curialem voluerint evitare fortunam, possesque paternarum opum, vel in solidum, vel ex parte reperti fuerint possessores, licet eas[36] alienaverint, omnimodo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus esse voluit, etiam inviti cogantur accedere. †. Sed & si filiam[40] naturalem vel filias habuit, & eam vel eas curiali, vel curialibus civitatis, ex qua oriundus est, vel sub qua vicus vel possessio, unde oritur, consistit, vel ejus civitatis, quæ[41] principatum totius provinciæ tenet, matrimonio[42] collocavit: hæc eadem in persona ejus, vel earum ad exemplum marium obtinebunt. Quid enim interest[43], utrum per filios, an per generos commoditatibus civitatum confulatur? & utrum novos[44] lex faciat curiales, aut foveat, quos invenit? Dat. XVI. Kal. Januar. *Constantinop.* Eudoxio & Dioscoro Conss. 442.

28 Qui liberos legitimos habet, quod potest liberis naturalibus eorumque matri unciam plus unciæ relinquere, ut hic. Sed vero concubinæ, fœminisque. Idem si ludos parentes, nullos vero liberos legitimos habet, *ut hic.* Hodie, deducta portione parentibus aut liberis debita, legitimi liberi eorumque mater reliquum capere possunt. *Novell. 87.* si nullos liberos nec parentes habet is jam familiam. *l. 8. §. ult. eod.* hodie aliter. *Novell. 89. cap. 12. §. 3.*

29 Vid. Socinum *reg. 281.*

30 Vid. *Nov. 89. cap. 12. in pr. vers. & siquidem.*

31 Relicta ultra modum revocantur.

32 Inclusi videntur esse defumpta (& perperam) ex Novell. Theodosii de bonis decurionum. vide Cujac. ad *Novell. 74.*

33 Legitimantur liberi *curiæ oblatione*: hoc est, à curiæ à patre *te* ipsi oblati, aut ejus testamento curiæ destinati fuerint. *l. 9. in fin. J. eod. Novell. 89. cap. 2. §. fusius. de nupt. in fin.* Offerebantur autem Curiæ civitatis, teste populo vel actis intervenientibus.

34 Interest reipublicæ, subditos esse locupletes.

35 Cultrum possessio *vulgo* civilis probatur alicujus esse territorii per subnumerum censitus. *Bathar. adde Novell. 89. cap. 2. §. 2. l. 4. §. 2. ff. de exactor.*

36 Probari solutiones census cultrum vel villam alicujus esse territorii hinc colligit Baldus.

37 Concubinatus licita consuetudo. *l. 3. in fin. J. ad SC. Orfitian.* quin conjugium est, sed inæquale, *ut hic*, inde concubinus *παλλακὸς.* Zonaras dicitur: uxorem imitatur. *Julian. adde Novell. 18. c. 5. & 11.* nec superduci potest. *l. unic. J. tit. prox.* tenetur quoque lege Julia de adulteriis. *l. 13. ff. de adulteriis.* est & quasi novercæ, ejusque conjunctio liberis concubinariis non permissa. *l. 4. C. de nupt.*

38 Testamento curiæ filios destituere parer potest.

39 Præsumitur frater ex posteriori possessione.

40 Legitimatur filia naturalis, si à patre viro curiali electa vel destinata uxor.

41 Metropolis dicitur quæ principatum totius provinciæ tenet. *l. 4. §. 5. ff. de ff. privileg.*

42 Nov. 89. *cap. 12. §. 3. §. 13. Instit. de nupt.*

43 Generi nobis sunt liberorum loco: ut & soceri parentum.

44 Civibus bonis non minus favendum quam antiquis civibus.

45 Acceptans rei admittens onus, commodum & consensum admittere intelligitur. Imo hoc nostro casu consentiunt repudiari non potest: hoc est, filius patris destinatione decurio factus, hereditatem ex conditione relictam repudiare non potest. 46 Nostra, ita legitur *Novell. 89. cap. 2. §. 1.* 47 *Al.* minuit, quæ lectio, velut falsa rejicitur à Cuiacio & Itx est: Constantinus Romanum imperium munivit. 48 Renovatur lex Constantini per Zenonem.

49 Legitimi & sui sunt, cum in concubinatu ex ingenua muliere, concubinatu in matrimonium converso. *l. 6. J. eodem: Instit. de nupt. in fin. Novell. 12. cap. 4. Novell. 74. cap. 1. Novell. 89. c. 8.*

50 Donatio primo filio nascituro ex tali matrimonio facta, valet, *ut hic. & l. 24. facit l. 5. ff. de operis liber. l. 24. ff. de pact. dotalibus.* Imo non valet: quia persona non existenti donari videtur; & in non ubimilis casu electractus sine persona constituti non potest: ut hinc sequi videtur, donationem sine persona esse non posse. *l. 26. ff. de stipulat. servorum.* vide Guidonem Papæ *decis. 267.*

justi ac legitimi postea videantur, magnopere postulate. Dat. x. Kal. Matt. Basilio II. & Armas. Conss. 476.

De arrogatione.

VI. Imp. Anastasius A. Sergio P. P.

LIbemus eos, quibus nullis legitimis existentibus liberis, in *præsenti* aliquæ *mulieres* uxoris loco habentur, ex his sibi progenitos seu procreandos, suos & in potestate legitimosque habere, propriasque substantias ad eos vel per ultimas voluntates, vel per donationes, seu alios legi cognitos titulos (si voluerint) transferre: Ab intestato quoque ad eorum hereditatem vocandos, nec aliquas quæstiones seu altercationes exercendi sub qualibet astutia subtilique legum vel constitutionum occasione super his, vel agnatis seu cognatis genitoris eorum, vel quibusdam aliis superesse facultatem in posterum. †. Nihilominus quisquis hujusmodi mulierem uxoris loco dotalibus instrumentis confectis habuerit, pro ejus sobole similem eandemque formam custodiri: ne adimatur ei licentia sibi quodammodo per liberos proprium suum patrimonium acquirendi. †. Filios insuper & filias jam per divinos adfatus à parribus suis in arrogationem [1] susceptos, vel susceptas, hujus providentissimæ nostræ legis beneficio & juvamine potiti censemus. Dat. Kal. April. Anastasio I A. IV. & Agapito Conss. 508.

Lex, qua cassatur, intelligitur cassari quoad futura, non quoad præterita. Bald.

VII. Imp. Justin. A. Marino P. P.

LEgem Anastasii [2] divinæ recordationis, quæ super naturalibus filiis emissa est, in [3] his valere tantum casibus concedimus, qui [4] nunc usque subsecuti sunt, pro ejusdem legis tenore in matrimoniis tunc constantibus, vel postea contractis: ita tamen, ut non aliunde progenitis subveniisse credatur, quam non ex nefario [7] nec incesto conjugio. Naturalibus insuper filiis vel filiabus ex cujusliber mulieris cupidine non incesta, non nefaria procreatis, & in paterna per arrogationem seu per adoptionem sacra susceptis, ex divinis justionibus, sive antequam eadem lex irrepserit, sive post eandem legem usque ad præsentem diem, non sine ratione duximus suffragandum: ut adoptio seu arrogatio firma permaneat, nullis prorsus improbanda quæstionibus: quasi quod imperraverunt, lege quadam interdictum sit: quoniam & si qua prius talis emergebat dubitatio, remittenda fuit, movente misericordia [5]: qua [6] indigni non sunt, qui alieno laborant vitio. Sint itaque post eandem arrogationem seu adoptionem sui, & in potestate patrum: successioneque tam ab intestato quam ex testamento capiant, prout in arrogatis seu adoptatis constitutum est. In posterum vero sciant omnes legitimis [9] matrimoniis legitimam sibi posteritatem quærendam, ac si prædicta constitutio lata non esset. Injusta [10] namque libidinum desideria nulla de cætero venia defendet: nullum sublevabit novum adminiculum præter anteriorum dispositionum ordinem, non ante lata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia suggerit ratio: non arrogationum vel adoptionum prætextus: quæ ulterius [11] minime ferendæ sunt: non astutiæ, sive divinis adfectandæ literis, sive quibusdam illicitis ambiendæ machinationibus: cum nimis sit indignum, nimis item impium, flagitiis [12] præsidia quærere ut & petulantiæ servire liceat, & jus nomenque *patris*, quod eis denegatum est, id [13] altero legis colore præsumant. Dat. v. Id. Novembr. Justino AA. & Eutherico Conss. 519.

Quantum possint naturales capere.

VIII. Imp. Justin. A. Mennæ P. P.

HUmanitatis intuitu naturalibus patribus hoc indulgemus, ut liceat eis nulla legitima sobole, vel matre subsistente, naturalem vel naturales filios, matremque eorum non tantum ex tribus unciis, (quod præteritæ leges permittebant) sed etiam ex duplici portione, id est sex [14] unciis heredes scribere: ut licet ab intestato nullam communionem ad patris naturalis successionem habeant, ex suprema tamen [ejus] voluntate permittatur eis usque ad prædictas sex uncias (si hoc scilicet naturalis pater voluerit) hereditatem ejus capere: ita tamen ut memoratam sex unciarum quantitatem in omnibus naturalibus filiis & matre eorum minime testator excedat: quam & in legatis, & in fideicommissis eis relinquendis, & dotibus [15], & donationibus tam aliis, quam ante nuptias usque ad sex unciarum æstimationem liberam [similiter] naturalibus eorum patribus damus potestatem. †. Hæc autem in futuris tantummodo testamentis, vel ultimis voluntatibus, vel dotibus, vel donationibus locum habebunt. Dat. Kal. Januar. *Constantinop.* DN. Justiniano A. II. Cons. 528.

In Authent. quib. mod. naturales effic. sui. §. Si vero filios. & §. fi. col. 6. tit. 1. Novell. 89. cap. 12. & cap. 15.

LIcet patri sine legitima prole seu parente, cui relinqui necesse est, decedenti, naturalibus tutam substantiam suam vel inter vivos largiri, vel in testamento transmittere. Quod si parentes donaverit ei superstes sit: legitima parte parentibus relicta, reliquum inter naturales dispribui permittitur. Ab intestato vero cum defit sobole civili, nec superstes conjunx legitima: si naturales ex concubina extant, quæ sola fuerit ei indubitato affectu conjuncta, in duas paterna substantia uncias succedant, ut matri inter eos virilis portio (si superest) detur. Hujusmodi enim naturales filios pasci bona viri arbitrio ejus necesse: sive legitimi extant, & succedant: sive conjunx viva quibus alia [16] sunt heredes. His ergo & parentibus parum [17] præsent, si aqua sit, patratum. †. Sed qui ex damnato [18] sunt coitu, nunc prorsus beneficio excludantur.

De legitimatis per oblationem curiæ.

IX. Idem A. Mennæ P. P.

COmmunium rerum esse utilitatem recte judicantes, lucidis & omni ambiguitate segregatis legibus uti nostro subjectos imperio, ad præsentem sanctionem venimus: per quam omni dubitatione ampurata, quæ usque adhuc obtinebat, certissimum facimus, ut quotics naturales filii curiali [19] fortunæ patriæ sui genitoris adligantur, vel adhuc vivente parte, vel post ejus obitum, pro dispositione testamenti ab eo conditi; & eo modo legitima jura in paterna successione adipiscantur, [ut] (quod recte fieri minime dubium est) licet Illustrem dignitatem, ex qua curialis fortunæ liberatio competere non potest, naturales filii antea meruerint: ne permittatur eis contra substantiam ab eodem naturali patre descendentium [20], vel ascendentium [21]. vel ex latere agnationis, vel cognationis jure eidem patri conjunctorum (licet ipsi legitimi successores eidem naturali patri per memoratam fortunam efficiantur) aliquod jus sibi vindicare.

†. Quod & in his locum habebit, qui jam à naturali patre curiali conditioni traditi, & adhuc superstites sunt: eodem scilicet modo nec illis contra substantiam ejusdem naturalis filii, vel ex eo descendentium [vel [22] ascendentium,] vel à latere conjunctorum, aliquod sibi jus vindicare valentibus. Sed si quidem iste naturalis filius, sive postquam legitimus successor patri effectus sit, sive in antecedente tempore, filios ex legitimo matrimonio, vel alios descendentes liberos habeat: eos modis omnibus ad ejus successionem, sine testamento morientis vocari, nec curiæ locum esse, præter quam si quarta portio bonorum ejus eidem curiæ debeatur, eo quod nullus sorte ex mortui liberis curialia munera peragere cogitur: illo videlicet observando, ut hi, quos [iste] naturalis filius, posteaquam [23] fortunæ curiali datus est, procreaverit, & decationes sine dubio sint, & curialia peragere munia compellantur. §. 1. Si vero *sine liberis* cujuscunque gradus intestatus decesserit: si quidem matre supersitite, tertiam quidem partem bonorum ejus matrem habere, duas vero alias partes curiam, cui à patre datus est. Sin autem mater quidem defuncti non supersit, alii vero cognati ex materna linea descendentes, vel ascendentes, vel ex latere venientes ad ejus vocentur successionem: tunc ea quidem, quæ à patre naturali ad eum pervenerunt, [eidem] curiæ competere. Si quid vero filio postea legitimo successori effecto, vel à matre sua, vel aliunde quocunque legitimo modo acquisitum sit, hoc ad proximos maternos ejus cognatos pervenire. Illo videlicet observando, ut sive mater ejus superstite, sive ea ante filium mortua, aliquis ex ejus genere ejusdem curiæ fortunam subire paratus sit: liceat [ei] offerenti se eidem curiæ, bona mortui, quæ de substantia patris ad eum pervenerunt capere, muniasque peragere curialia: quo accidente, mater defuncti (si adhuc superstit) non solum tertiam partem eorum, quæ extra paternam substantiam filius ejus aliunde acquisiverit, sed etiam omnia ea, vel ipsa sola, vel cum coheredibus suis capiet. §. 2. Ea vero, quæ de successione naturalis filii post curialem conditionem morientis constituimus, non tantum in his locum habere debent, qui postea à patre suo naturali curiæ dati fuerint: sed etiam in illis, qui jam dati sunt, si tamen adhuc supersunt. Quod si ante præsentem sanctionem mortui [24] sunt, minime ad eorum successionem eandem nostram sanctionem extendimus. §. 3. Et quoniam omnino favendum est curiis civitatum: illud etiam in hanc partem addendum esse censemus, ut liceat [25] patribus naturales filios curiæ [26] patriæ suæ tradere, non [27] solum nulla [28] eis legitima sobole existente, sed etiam si filios, vel alios liberos ex legitimis matrimoniis procreatos habeant, & eo modo naturales quoque filios sibi legitimos successores efficere: ita tamen, ut [29] minime eisdem patribus liceat per donationem, vel ultimam voluntatem amplius [eidem] filio naturali dare, vel relinquere, quam [30] uni filio ex legitimo matrimonio procreato dederit, vel reliquerit, cui minima portio data, vel relicta sit. Dat. Kal. Jun. DN. Justiniano A. II. Conss. 528.

De legitimatione per subsequens matrimonium.

X. Idem A. Demostheni P. P.

CUm quis à muliere libera, & cujus matrimonium non est legibus interdictum, cujusque consuetudine gaudebat, aliquos liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis, postea autem ex eadem adfectione [31], etiam ad nuptialia pervenerit instrumenta, & alios iterum ex eodem matrimonio liberos procreaverit: ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi justi & in potestate effecti, fratres suos, qui ante dotem fuerant nati, ab hereditate paterna repellentes: hujusmodi iniquitatem amputandam censemus. Cum enim affectio prioris sobolis, & ad dotalia instrumenta efficienda, & ad posteriorem filiorum edendam progeniem præstiterit occasionem, quamodo non est iniquissimum, ipsam stirpem secundæ posteritatis [priorem] quasi injustam excludere: cum [32] gratias [33] agere fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt justi filii, & nomen & ordinem conjecuti? Neque enim verisimile est, cum, qui postea vel donationem, vel dotem conscripserit, ab initio talem adfectionem circa mulierem non habuisse, quæ eam dignam esse *uxore* nomine faciebat. Quapropter sanctimus in hujusmodi casibus omnes [34] liberos, sive ante dotalia instrumenta editi sint, sive postea, una [35] eademque lance trutinari, & omnes [filios] suos in potestate suis existere genitoribus, ut nec prior, nec junior ullo habeatur discrimine: sed qui ex iisdem matrimoniis procreati sunt, simili perfruantur fortuna. Dat. XV. Kal. Octob. *Chalced.* Decio V. C. Conss. 529.

Per sequens matrimonium filii nati ex concubina legitimantur, etiamsi ex eo matrimonio nullus postea nascatur: vel natus viventi non reperiatur tempore mortis patris. Salic.

XI. Idem A. Juliano P. P.

NUper legem conscripsimus, qua jussimus, si [36] quis mulierem in suo contubernio collocaverit, non ab initio adfectione [37] maritali (eam tamen, cum qua poterat habere connubium) & ex ea liberos sustulerit, postea vero adfectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, filiosque vel filias habuerit: non solum secundos liberos, qui post dotem editi sunt, justos, & in potestate esse patribus, sed etiam anteriores, qui & his qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quam legem quidam putaverunt sic interpretari, ut sive non [38] progeniti fuerint post dotem conscriptam liberi, sive jam ab hac luce subtracti: non anteriores filios justos haberi, nisi utroque tempore viventes, & supersitites liberi inveniantur: quorum supervacuam subtilitatem penitus inhibendam censemus. Sufficiat etenim talem adfectionem habuisse, ut post liberorum editionem & dotalia efficiant instrumenta, & spem [39] tollendæ sobolis habeant: licet enim hoc, quod speratum est, ad effectum non perveneriit, nihil anterioribus liberis fortuitus [40] casus derogare concedatur: & multo magis si quis mulierem, quam in contubernio suo habuerat, prægnantem [41] fecerit, postea autem adhuc gravida muliere constituta, dotalia fecerit instrumenta, & puer vel puella editus vel edita sit, justa patri soboles nascatur, & in potestate efficiatur, & heres existat morienti sive

[1] Cujus sit mentio *l. 7. §.*

[2] Hac lege primisium est naturales liberos adrogando suos & legitimos facere, sed hanc constitutionem derogat *l. 7. §. ead. Novell.* 89. *cap.* 12. *in fin.* videtur tamen quasi reduci constitutio Anastasiana, permissa per adoptionem legitimationem *Novell.* 117. *cap.* 1.

[3] Anastasio.

[4] Id est, *l. 6. §. ead.*

[5] Abrogatur *l. 6. §. ead.*

[6] Lex Anastasii in futurum abrogatur. *Novell.* 89. *cap.* 7.

[7] Utcunque in præteritum legi Anastasii indulgeatur jus naturales liberos adoptandi, naturalium tamen nomine non intelligantur nati ex *nefario* & incestuoso conjugio.

[8] *l. 6. §. de decurionibus.*

[9] *Novell.* 89. *c.* 7. *c.* 12. *in fin.*

[10] Injustis desideriis venia denegatur.

[11] Vid. tamen quæ dixi ad *Novell.* 117. *c.* 1.

[12] Flagitiis præsidia non sunt quærenda: nec vitia juvanda.

[13] *Cap.* 39. *de reg. in* 6.

[14] Dixi ad *l. 2. §. ead.*

[15] Dotes naturalium filiorum eis imputantur in legitimam: adde *l. nuorem* 41. *§. pater* 11. *ff. de leg.* 3.

[16] Alimenta liberis naturalibus debentur non modo à patre, ejusve liberis legitimis aut legitimatis, sed etiam à patris naturalis successoribus seu heredibus: & quidem ex bonis ipsius testatoris. adde *c. cum habeat. 5. extra de eo qui desit in matrim. quam sol. alii.*

[17] Pater & filius pari jure tenentur in permissionibus & prohibitionibus, ut quemadmodum pater spurium filium non instituit, ita nec patrum filius.

[18] Alimenta jure civili non debentur liberis ex damnato coitu procreatis. adde *auth. ex complexu. ff. de inoffic.*

[19] *Nov.* 89. *c.* 2. *c.* 3. *c.* 4.

[20] Legitimati per matrimonium liberis justis consanguinei sunt, at non ii qui per oblationem curiæ. Cur ita? Legitimi sunt, ut *hic*, & *Novell.* 89. Illi omni cognationi omnibusque cognatis legitimi sunt: hi legitimanti tantum, non aliis cognatis: cur? Prior legitimatio naturam imitatur, at non posterior: unde notat Bart. statuto civitatis legitimatum non haberi pro legitimato in locis extra territorium positis. Cujus differentiæ vis hæc est: ut priore casu legitimatus, legitimis fratribus succedat, non posteriore casu. Quid si quis legitimatus est Principis rescripto? extra territorium quoque civitatis legitimatus censetur. Cur? propter summam Principis potestatem sive personæ ipsius specias, sive rei: hoc est legitimatus omnibus patris cognatis, & extra territorium quoque suæ civitatis ut per Principem legitimatio ea parte, legitimationem quæ matrimonio fit, imitatur: & eam superet quæ fit curiæ per curiæ oblationem: eadem si quæriveris hæc adferri poterit, quod potestas Principis non in unius civitatis tantum præjacens, sed in totius Principatus fulsum sit & extensum.

[21] Hæc verba delenda. *vid. Cujac. 17. obs. 6.*

[22] Hæc verba delenda esse Cujac. monet 17. *obs.* 6. ubi enim antiquum & fallum, patrem naturalem non succedere descendentibus naturalibus: hoc est patri filio præmorto.

[23] Hoc jure patre facto curiali, liberi postea nati, fiunt curiales: qui autem susceperi non sunt. Hodie etiam nunc susceperi curiales sunt. *Novell.* 101. *c.* 4.

[24] Hæc constitutio locum non habet in jam morituro, post mortem.

[25] *l. 3. §. ead.*

[26] Legitimus habens liberos potest filios suos naturales, si quos habet, curiæ offerre: sed & eis relinquere & donare, non plus tamen quam uni liberorum cui minus debetur.

[27] Legitimatus per oblationem curiæ filios naturales pater potest licet alios legitimos jam habeat.

[28] *Nov.* 89. *c.* 12. *§.* 1.

[29] Legitimato filio pater plus relinquere non potest, quam legitimis & legitimatis.

[30] *Nov.* 74. & ita derogatur *Novell. Vo. de hon. decur.*

[31] *l.* 11. *l.* ult. *l.* 20. *vers. similiter. C. de lib. ter. nupt. ibi de nuptiis in fin. Novell.* 89. *c.* 8. *§.* Legitimatio per matrimonium, tabulas & scripturam requirit *jure civili, ut hic & Instit. de nupt. in fin.* non tamen jure Canonico. *c. tanta 6. extra. qui filii sint legitimi.*

[32] Author beneficii alteri conferendi ipso beneficio non est ingrandum, sed adjuvandus potius: adde *l. antiquum* 56. *§. Lucius. l. ff. de cond. inst.*

[33] Hinc liberæ defendi possessionem illa specie, Legitimatum per nuptias non minus legitimum fieri, sed jus primogeniturum etiam consequi adversus fratres justis nuptiis natos fidei spem. dixi ad *Novell.* 89. *c.* ult.

[34] *l. §. ult. ff. de nupt. in fin. Novell.* 19.

[35] Legitimati per matrimonium æquali jure succedunt, & succedunt patri una cum aliis ante & post matrimonium legitime subsecutis.

[36] Legitimatus filius naturalis per subsequens matrimonium, ac his. Cujus regulæ extensiones vigent, exceptiones quasdam recordetur. vide apud Dumoulin *l.* 3 no.

[37] Affectio nuptialis facit nuptias fieri, *ut hic. l.* 20. *ff. ead.*

[38] Dixi ad *Novell.* 74. *in pr. & Novell.* 89. *c.* 8.

[39] Si ita est, qui mortis periculo instante, concubinam suam vocat, liberos ex ea susceptos non legitimabit: ut velle videtur Baldus in hac lege.

[40] Accidentibus liberis fortuitis posteriorum nullis nihil derogat: & ita per matrimonium legitimantur liberi, etiamsi

[41] Utrum posita quis legitime natus sit,

post alii non nascantur, vel nascantur, & moriantur.

[42] non inspiciatur tempus conceptionis, sed partus.

sive ab intestato, sive ex testamento. Satis enim absurdum est, si filii post dotem progeniti anterioribus liberis adjutorium afferant, & ipsum puerum, vel puellam sibi opitulari non posse. Et generaliter definimus, & quod super hujusmodi casibus variabatur, definitione certa concludimus: ut semper in hujusmodi quæstionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non [1] conceptionis, sed partus tempus inspiciatur: & hoc favore faciemus liberorum, ut editionis tempus statuamus esse inspectandum: exceptis his tantummodo casibus, in quibus conceptionem [2] magis approbari, infantium conditionis utilitas expostulat. Dat. xv. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

In Authent. de incest. nupt. §. Dubitatum. col. 2. tit. 7. ad Novell. 12. cap. 4.

Quod jus locum habet, & si ante hoc consortium, legitimorum pater sit ex alia conjuge, a qua separatus sit legitime, vel ea mortua.

In Authent. de trient. & semiss. §. penult. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. ult.

Sed nova constitutio non permittit hoc in ancilla, nisi ei, qui sine legitimis alios reperitur.

In Authent. ut lib. dec. §. si quis autem. col. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 3.

Nova alia constitutio hoc generaliter inducere videtur & in his, qui ex ancilla sunt, ut ex ipsa data inscriptione simul, & libertas tribuatur, & jus suorum.

De legitimatione per Principem.

In Authent. quib. mod. nat. effic. legit. §. Si vero solummodo. & §. sed & aliud. col. 6. tit. 3. al. 1. Novell. 74.

Pater ex qui legitimum non habet prolem, sed ex hujusmodi consuetudine duas vel naturales: potest ab eo precibus Principi datis, legitimos sibi constituere, & sine matrimonio, si mulier jam defuncta est, vel deliquerit, vel occultetur, vel alias venire prohibeatur, vel quoquo modo matrimonium impediatur, ut sacerdotio.

De legitimatione ex testamento.

In Authent. quib. mod. nat. effic. legit. §. illud autem. col. 6. tit. 3. al. 1. Novell. 74. cap. 2.

Item sine legitimis decedens, in testamento [3] scribens velle se naturales filios fore legitimos successores, *licentiam habeat, ut post mortem ejus filii Principi supplicent, testamentum ostendentes, & Principio, & legis dono fiant heredes: si tamen filii voluerint patris amplectantur. Quod generaliter observatur: Sed si alii quidem volunt legitimi fieri, alii non: volentes fiant, ceteri in jure naturali remaneant.*

De eo, qui in aliquo instrumento nominatus est filius.

In Authent. ut liceat matri & aviæ. §. Ad hoc autem. col. 8. tit. 18. al. 13. cap. 2.

Si quis liberos habens naturales ex muliere libera, quæ unxit ei poterat [4] esse, dicat [5] in instrumento sive publico, sive propria manu conscripto habente subscriptionem trium testium fide dignorum, sive in testamento, sive in gestis monumentorum, hos suos esse, nec adjecerit naturales, hujusmodi filii ei legitimi successores erunt. †. *Et si uni ex multis filiis testimonium quodlibet ex prædictis modis præbuerit, ceteris ex eadem muliere natis ad legitimos jura sufficiet.*

De nepote naturali.

XII. Idem A. Joanni P. P.

Cuidam, qui jussum filium habebat [8], nepos accessit naturalis. Si nepotis [9] nomen hujusmodi soboli legibus accommodandum esset, quærebatur. Volebat enim tali [10] naturali nepoti ex suo legitimo filio jam defuncto progenito totam [suam] substantiam relinquere, quasi sacris constitutionibus tantummodo in filiis naturalibus prohibentibus totum patrimonium, sive quantam partem voluerit, eis relinquere, & certo sine partes eorum concludentibus? Hujusmodi autem dubitatio, & in alia [dubitationis] specie ventilata est. Quid enim, si ex naturali filio nepotem habeat avus legitimum patri suo, vel naturalem? In omnibus itaque talibus dubitationibus, cum nulla legitima consequentia in hujusmodi personis custoditur, sed interventu sobolis naturalis nullum [11] jus legitimum subesse potest, ut necessitas relinquendi aliquid eis ex legibus imminear: liceat eis, quantum voluerint suæ substantiæ in eos conferre: scilicet nulla legitima sobole subsistente. Filiis enim naturalibus relinqui constitutiones, quantum voluerint, ideo prohibuerunt, quia [12] vitium paternum refrenandum esse existimaverunt. In nepotibus autem non eadem observatio in præfatis speciebus custodienda est, ubi legitima soboles minime facit impedimentum. Ea enim subsistente: veterum constitutionum tenorem in naturalibus filiis, statutum, in nepotes extendimus. Sed hoc in his tantummodo sancimus, in quibus voluntate aliquid consecuti sunt. Jura etenim ab intestato [13] in avi successionem nemini eorum penitus aperimus. Et hæc non solum eis accedere censemus à substantia avi paterni naturalis, sed etiam proavi, vel ejus cognationis: si quis saltem hujusmodi vocabulum in tam degeneres [14] homines extendere maluerit. Dat. Kal. Novembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 529.

[1] Verbum *partus* non modo hanc habet in mente, sed etiam has exceptas, & adhuc in utero existentes, ut commodis & nomen capti & postumi possint per rescriptum legitimari. vid. *Balard. ad Fabr. 1. conf. 51. num. 37.*

[2] Adde *l. 7. tit. 26. ff. de stat.*

[3] De legitimatis per scriptum.

[4] Legitimati fuerunt, vel à Comite Sacri Palatium Comites interpretes nostri appellant) liberi naturales succedere parentibus suis non possunt, exclusibus legitimis, *ut hic*: nisi forte ipsi legitimi consentiant legitimationi, ne aliquo ipsis legitimato in jure successionis fiat præjudicium.

[5] De legitimatis per rescriptum.

[6] Verbum *potest* habet quatuor significationes. v. Ruder. Suarez. *de nativitat. num. 33.* Ant.

[7] Legitimari à patre videtur filius naturalis, si instrumento publico, vel scripto ex manu propria perscripto & subscripto eorum nomen sibi dignorum habente filium nominatur aut appellatur, *ut hic*. quam sententiam quatuor exceptionibus propositis confert & roborat Dueniana *reg. 558. de* vitium subscriptionis, ejusque vide effectus, vide *l. sequentem* 11.] *qui tutores.*

[8] Utrum nepos naturalis avo succedat.

[9] Filii appellatione in odiosis nepos non coercetur: Gratio odii quæ est in filio, esse in nepote: ut filii spretæ quæstionis mentione facta nepos alioquin qualitatis non continetur.

[10] Legitima nepoti ex filio naturali: vel naturali ex legitimo: vel, naturali ex naturali, legitimis concurrentibus, per stirpes avi universa bona relinquere, licet eorum patri non posset nisi sissilem relinquere. *l. hoc edicto C. h. t. vid. Barbos. ad l. 7. num. 3.* Quod nepos succedat jure excommunicato, vel proexcommunicato habeatur: ut quod extraneo, & aliam solitatur posse relinquere.

[11] Legitimi naturales debentur liberis naturalibus: Naturales tantum liberi non agnoscit insolitos. *adde l. 1. §. 1. ff. de suis, & legit. nascent. vulgat.*

[12] Ratio constitutionis.

[13] Nepos extraneique liberi naturales avo vel proavo nullo modo succedunt.

[14] Et hoc satis ex enucleatis vitiis, ut degeneres sint, oculi obliqui. Lucanus, Obliquo laxabat arva gradu. & Ballardi vulgo à Germanico *Bona ars*, id est, degeneris ingenii. Vide *Cujac. ad Novell. 118.*

TIT. XXVIII.

DE TESTAMENTARIA [15] TUTELA.

De testamento patrono.

I. Impp. Sever. & Anton. A. Speratæ.

Quæsum dicis tibi tutorem in testamento patronæ [16] datum, si administrationi se non [17] immiscuit, nulla actione tibi tenetur: neque enim jure [18] datus tutor fuit. Quod si administraverit [19] sponte res tuas, experiri adversus eum actione negotiorum gestorum potes. P. P. Kal. August. Arco & Maximo Conss. 205.

[15] Dicit ad XXVI. D. tit. Tutela alia legitima, alia dativa, alia testamentaria, *ut hic*: alia Atiliana, *ut infra*, tutor dari testamento potest. An & curator? non datur. *l. 7. §. 1. in fin. ff. de confirmando tutore*, quia lex XII. tabularum de tutela loquitur, non de curatore, datus tamen confirmatur à prætore. *l. 1. 1. adde Cujac. 7. obser. 6.* An & adoptio? sic videtur. *Fabiano Papiniano 2. Eutrop. 7. Tacitus 2. de Mor. Ger. Negat in contra.* Imo non recte propter superioris legis XII. tab. rationem: sed tamen confirmatur. dicit ad *l. 63. §. 10. ff. ad Treb.* An & contractus, dixit ad *l. 21. ff. qui testa.* Hoc indistincte accipiendum est, in Gallia neque lege, neque testamento tutores, sed tantum ex inquisitione datos. *Adde Loysel. 8. Pithoei. 3. num. 1.*

[16] Idem in patrono. *l. 28. de fur. ff. tit.* [17] *l. 1. in fin. ff. si ut qui pro tutor.*

[18] Cessatio lucrandi perperam officii nemicem obligat. *l. 3. §. qui dare.*

[19] Tutor jure non datus si se tutelæ miscuerit, actione gestorum negotiorum tenetur.

De testamento & codicillis.

II. Imp. Anton. A. Sabiniano.

Etsi à patre tuo testamento jure tibi tutor datus, eo [20] tempore, quo heres extitisti, in rebus humanis fuit: tamen codicillis alius tutor recte datus est, & uterque [21] propter voluntatem testatoris tutor est: nisi testamento datum pater alium codicillis dando reprobaverit, tunc enim posterior solus tutor erit. Dat. Id. April. Duobus & Aspris Conss. 213.

Si ex pupillo unus in suam tutelam voluerit.

III. Imp. Alexander A. Gordio & aliis.

Si tutores testamento [22] vobis dati sunt, quanquam unus vestrum suæ [23] ætatis factus sit, id est, pupillarem ætatem excesserit, tutela tamen vestra ad eum non pertinet. Dat. v. Kalend. Jan. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De testamento matris.

IV. Idem A. Felicianæ.

Mater [24] testamento filiis tutores dare non potest, nisi eos heredes instituerit. †. Quando autem eos heredes [non [25]] instituerit, solet ex voluntate defunctæ datus tutor à Præsidibus confirmari. †. Nullo vero ex his interveniente, si res pupillares, qui dati sunt, administraverint [26]: pro tutelæ actione tenentur. P. P. VII. Kal. Jun. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De servo aliena.

V. Impp. Valerian. & Gallien. AA. Daphnæ.

Si pupillorum pater alienum [27] servum de quo postulas, & tutorem esse voluerit, & liberum, manente tamen alio tutore pupillis [ante] dato: & redimi, & manumitti hunc apud præsidem provinciæ, & curatorem adjungi oportet. P. P. III. Kal. Mart. Seculari & Donato Conss. 261.

De administratu & negletis.

VI. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Donnæ.

Si tibi pater avunculum testamento recte tutorem dedit, nec is excusatus est: eum tutelæ judicio, tam de administratis, quam de neglectis [28] (cum administrari deberent) apud competentem judicem conveni, secundum bonam fidem tibi satisfacere jussurum. Subscripta Non. April. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

De differentia tutoris & curatoris.

VII. Iidem AA. & CC. Triphenæ.

Tutelæ [actione] contra tutorem mota, quem [in] testamento patris, in cujus fuisti potestate, datum proponis: reddi tibi, si quid debetur, competens Judex aditus jubebit. Curatorem [29] enim inutiliter [in] testamento dari non ambigitur. Dat. XVII. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. Conss. 293.

De verbo Græcis.

VIII. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P. P.

Tutores [30] etiam Græcis [31] verbis licet in testamentis reliquere: ut ita tutores dati videantur, ac si legitimis verbis eos testator dedisset. Dat. Prid. Id. Sept. Theodosio A. XVII. & Festo Conss. 439.

est, & ut curator vel tutor alteri adjungitur. *Fabr.* [28] Tutor negligentiam præstat, & de negligentia tenetur. *l. 2. 7. si tutor non gesser. l. 60. §. 3. ff. de vitu. l. 1. §. 1. ff. de admin.* [29] Curator testamento inutiliter datur, licet confirmetur. *l. 1. in fin. ff. de confirmando tutor. l. 6. C. de mater. fam. vid. Cujac. 6. obs. 6.* [30] Novella Theodosii de testamentis. [31] Tutor Græcis verbis dari potest, *ut hic*. Quinam actus Græcis verbis fieri possint, dixi ad *l. 11. ff. de R. 3.*

TIT. XXIX.

DE CONFIRMANDO [32] TUTORE.

De testamento matris.

I. Imp. Alexander A. Prisco.

Testamento matris [33] tutores dati, excusare [se] necesse [34] non habent, nisi decreto secundum voluntatem defunctæ, & quidem inquisitione [35] habita dati fuerint. P. P. III. Non. Mart. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De epistola & imperfecto testamento.

II. Idem A. Valerio.

Neque per epistolam [36], neque ex imperfecto [37] testamento tutorem recte dari indubitati juris est. Sed voluntas patris in constituendis tutoribus, vel curatoribus in hujusmodi casibus à Judice, ad cujus officium hæc res pertinet, servati solet. Secundum quæ vereri non debes, ne tempus antequam [38] confirmaveris, tibi cesserit. P. P. Id. August. Alexandro A. II. & Marcello Conss. 227.

Si ante confirmationem alius tutor datus fuerit.

III. Idem A. Sossiano P. P.

Si (ut proponis) pupillo cujus meminisi, pater inutiliter testamento tutores dedit; & priusquam [39] hi confirmarentur, alii ab eo cujus interest, dati [40] sunt, id quidem quod [41] jure gestum est [42], revocari non potest. †. An autem qui judicium patris habent, curatores eidem pupillo constituat [43] debeant, adiras competens Judex perspectis [44] utilitatibus ejus æstimabit. P. P. III. Idib. April. Modesto & Probo Conss. 229.

De parentibus naturalibus.

IV. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

Naturalibus [45] liberis providentes, damus licentiam patribus eorum in his rebus quas quocunque modo eis dederint, vel reliquerint ([scilicet] intra præfinitum nostris legibus modum) & tutorem eis relinquere: qui debet apud competentem Judicem confirmari, & ita res gerere pupillares. Dat. XV. Kal. April. *Constantinop.* Lampadio & Oreste Conss. 530.

TIT.

[32] XXVI. D. tit. [33] Et ita inutiliter. *l. 2. ff. eod.* [34] Tutor inutiliter datus, nisi à die confirmationis suæ excusatione non indiget. [35] Cur magis inquiritur tutor à matre datus, quam à patre? mater, ut & omnium mulierum consilium fragile est. *l. 4. ff. de testam. tut.* [36] Per epistolam dari tutor non potest, *ut hic*, ut nec hereditas (nam epistola ne vim quidem codicillorum habet. *l. 17. ff. de jur. codicill.*) hic epistola qua quis tibi coheredem cavit, petitionem non habet. *l. 12. ff. de petit. hered.* Inutiliter tamen epistola dari potest. *l. 22. ff. de fideicom.* Quia epistolæ nonnunquam vicem instrumenti obtinent. *l. 29. ff. de probat.* [37] Ratio dubitandi hæc: esse potuit, quod imperfectum patris testamentum inter liberos valeat. *l. 21. §. 1. ff. de testam.* Goth. Vid. *l. 3. ff. solut.* Richard. ad *l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Cod. de imperfecto. Cod. de testam. num. 5. 6. 7.* Ant. [38] Exceptionis tempus non cedit tutori inutiliter dato, antequam confirmetur. *l. 1. l. 3. ff. eod. l. 58. §. 2. ff. de admin. tut.* [39] Antequam tutor inutiliter à patre datus confirmatur, potest per judicem alius dari: interim dum tutor confirmetur potest, per judicem alius dari: tutor confirmandus non impedit quin alius possit dari. [40] A judice.

[41] Legitime facta non revocantur. *adde l. 73. de reg. ju. l. 85. §. 1. ff. de reg. jur.* [42] A judice. [43] Tutor confirmandus dato à judicibus tutori, ut curatus adjungi potest. [44] Confirmatio tutoris in judicis deliberatione consistit. [45] Pater naturalibus liberis tutorem dare potest, confirmandum tamen à judice *l. 3. 7. quando mut. tut. Nov. 89. c. 14.*

TIT. XXX.

DE LEGITIMA[1] TUTELA.

De avunculis & patruis.

1. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Fitminæ.

Avunculos[2] nec masculorum tutelæ ex lege duodecim tabularum deferuntur: cum foluminodo patruis si non se excusaverint, id jus tributum sit. P. P. VIII. Kal. Jun. ipsis AA. IV. & III. Conss. 290.

De agnatorum & cognatorum differentia sublata, de sexu, ætate & gradu.

In Authent. de hered. ab intest. §. ex his. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 5.

Sicut hereditas agnatione non suspecta proximis defertur: sic & tutela sine comitatur emolumentum, si masculi & perfecta sint ætate, & nulla lege prohibeantur suscipere. Quod si plures sint ejusdem gradus, & ad tutelam vocantur: jubemus communiter apud judicem convenientibus omnes, vel plures eligi, & eum vel eos administrare: ut magis idoneus, vel idonei committatur tutela, periculo tutelæ omnibus imminente, qui ad tutelam vocantur: & subsistantiis eorum minoribus tacite subjacentibus pro hujusmodi gubernatione.

De capitis diminutione.

II. Iidem AA. & CC. Asclepiodoto.

Ad agnatos pupilli jure[3] legitimo sollicitudinem tutelæ pertinere, nisi capitis[4] diminutionem sustinuerint, manifestissimum est. S. III. Non. April. AA. Conss. 290.

De fœmina impuberibus.

III. Imp. Leo A. Erythrio P. P.

Constitutione divæ memoriæ Constantini, [5] lege Claudia[6] sublata, pro antiqui[7] juris auctoritate, salvo[8] manente agnationis jure, tam consanguineus, id est, frater, quam patruus[9], cæterique legitimi ad pupillarum fœminarum tutelam vocantur. Dat. Kalend. Jul. Mariano & Zenone Conss. 469.

De fratre emancipato.

IV. Imp. Anastasius A. Polycarpo P. P.

Frater emancipatus[10] qui in germani sui vel sororis successione omnes inferiores seu prolixiores gradus, non tantum cognatorum[11], sed etiam agnatorum antecedere à nobis pro nostra dispositione jussus est; etiam ad legitimam fratrum & sororum, necnon liberorum fratrum tutelam; quasi minime patris potestate per jus emancipationis relaxatus, si non alia juri cognita excusatione munirus sit, vocari: nec sub prætextu capitis diminutionis alienum ab hujusmodi onere semetipsum esse contendere sancimus. Dat. Kalend. Aprii. Joanne & Paulino Conss. 498.

De minore viginti quinque annis.

V. Imp. Justin. A. Demostheni P. P.

Nemo neque frater, neque alius legitimus in tutelam sive ingenui, sive liberti vocetur, antequam[12] quintum & vicesimum suæ ætatis annum impleat. Imminet enim cuique pro[13] sua tantummodo administratione periculum[14] ne alieno onere alius prægravetur. Sic etenim & pupillis & adultis competens gubernatio inducetur, & naturalis[15] ordo per omnia conservabitur. Cui enim ferendum est eundem[16] esse tutorem, & sub tutela constitui, & iterum eundem esse curatorem, & sub cura agere? Hæc certe & nominum & rerum fœda confusio[17] est. Discretis itaque omnibus, vel dativi, vel legitimi fiant tutores vel curatores hi, qui talis ætatis sunt, cui suarum rerum administratio committitur, quorumque res possunt[18] plenissimo jure hypothecarum[19] teneri. Omnibus[20] quæ de successionibus tam ingenuorum, quam libertorum prioribus legibus disposita sunt, in suo robore duraturis, nec aliquam imminutionem ex præsentis legis sanctione accepturis: maxime in libertorum[21] successionibus: ne videantur ex eo, quod ad[22] tutelæ gravamen non veniunt, successionis emolumentum amittere. Recitata septies[23] in novo consistorio Palatii Justiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Cons. 529.

1 Dist ad xxvi. D. IV. & 1. Inst. 15. & 11. Ulp. 2. 3. & seq.

2 Legitimæ tutelæ deferuntur ad agnatos, & ita ad patronos, non ad avunculos. §. 1. Inst. eod. l. 1. l. 6. ff. eod. Hodie cognati, si modo proximiores sint, tutelam obtinent. Auth. prox. ff. Nov. 118. c. 5.

3 Lex xii. tab. Nam hic quibus testamento tutor datus non extat ex lege xii. tab. agnati erant tutores: eaque tutela ideo legitima dicebatur. Inst. eod. l. 1. l. 5. ff. de legitim. tut. Ulp. 11. §. 3.

4 Minima capitis deminutio agnatum excludit à tutela. l. 5. in fin. eod. §. ult. Inst. eod.

5 l. 2. C. Theod. de tutor. & curator. ærand.

6 De qua vide Ulp. 11. §. 8. in fin.

7 Vid. Ulp. d. loco.

8 Id est, tantisper dum manet jus cognationis. l. 2. T. eod.

9 l. 2. C. Theod. de tut. ita habet, in familiæ tutelam legitimam consanguineæ patruæ non vocatæ.

10 Frater emancipatus vocatur ad curam & tutelam fratris, ut hic, & l. 5. de curatore fu rioso. quemadmodum & ad legitimam eius hereditatem ex constitutione Anastasii, §. 1. Inst. de succes. sanguinar. §. ult. in fin. Instit. de servili cognat. l. ult. T. de legitim. hered.

11 Quo vocabulo proprie intelliguntur fratres sororesque ex eodem patre prognati, prognatæve. vid. Cujac. 11. obs. 26.

12 Tutoris aut curatoris munere minor viginti quinque annis fungi non potest. §. 13. Inst. de excus. tut. §. Hieronymus. 11. §. 37. §. ult. Inst. de fideicomiss. hæred.

13 Quisque suæ administrationis causa obligatur.

14 Onere alieno nemo gravatur.

15 Naturalis ordo conservandus.

16 Incivile est eundem esse tutorem & in alterius tutela constitui. d. §. 13.

17 Nominum & rerum fœda est confusio: verbi gratia, eundem tutorem vel curatorem esse, & sub tutela vel cura constitui.

18 Hinc colligunt, Bona minoris viginti quinque annis non obligari, si forte tutelam alterius gesserit. Alii si decreto judicis gesserit, obligari putant: alii eo tantum casu, quo tutelæ gestionem sacramento interposito subieperit.

19 Bona tutoris pupillo tacite obligata. l. 20. T. de admin. tut.

20 Tutores majores omnino viginti quinque annis esse debent, ut etiam res ipsorum obligatæ sint nullo hinc præjudicio successionibus Patronorum aut cognatorum generando. Synops. Basil. 17. tit. 4. cap. 2.

21 pr. Inst. de legitima patron. tut.

22 Ubi onus tutelæ ibi successionis emolumentum. vid. l. 73. ff. de reg. jur.

23 Septimo, dixi ad l. 30. T. de jure dot.

TIT. XXXI.

QUI PETANT[24] TUTORES VEL CURATORES.

Litigaturus cum minore petere potest.

1. Imp. Antoninus A. Chrysanthæ.

Admone[25] adolescentem adversus quem consistere vis, ut[26] curatores sibi dari postulet, cum quibus secundum juris formam consistas: qui si in petendis his cessabit, petes tu competentem judicem adire, ut in[27] dandis curatoribus officio suo fungatur[28]. P. P. II. Februar. Mazaza & Sabino Conss. 215.

Libertus patroni petere debet.

II. Idem A. Epaphrodito.

Patroni[29] tui filii si ejus ætatis sunt, ut res eorum per tutores administrari debeant: cura adire Prætorem, & nomina edere, ex quibus tutores constituantur, ne si cessaveris, obsequii deserti periculum subeas. P. P. III. Non. Jul. Mazaza & Sabino Conss. 215.

Mater liberis petere debet.

III. Idem A. Atalantæ.

In locum tutoris defuncti[30], vel in perpetuum relegati, alium dari tutorem filiis[31] tuis idoneum ex eadem[32] provincia à judice competente postula: qui secundum officium suum utilitatibus eorum providebit. P. P. IV. Idib. Jul. Leto II. & Cerealis Conss. 216.

24 xxvi. D. VI. & 3. C. Theod. 18.

25 Sub. tu creditor pariter, ut l. 4. T. eod. l. 47. T. de hæred. & contra minorem morere debet uti curatorem ad lites postulet, qui si monitus non petierit, etiam absenti eidem & invito dabitur. Rebuff.

26 l. 2. §. 4. ff. eod.

27 Curatores ad litem minores licet inviti accipiunt, ut hic, servato tamen hujus legis ordine.

28 Id est, ut etiam invito curatae detur.

29 Libertus omittens petere tutores filiis patroni, periculo deserti obsequii subjacet. Rebuff. l. 2. §. 1. eod. l. 19. ff. de jure patron.

30 l. 7. §. pen. T. de curator. furios.

31 De matre vide quoque l. 6. & 9. in fin. T. eod.

32 l. 5. T. qui dare tutor. l. 3. ff. de tut. & cur. datis ab hic. l. 1. in fin. l. 23. in fin. ff. de excus. tut.

Creditor filius debitoris petere potest.

IV. Idem A. Domnino.

Si filiis debitoris[33] tui non sunt necessarii, qui tutores petant, potes & ipse curare, ut accipiant, per quos legitime defendantur. P. P. III. Id. Jul. Leto II. & Cerealis Conss. 216.

Amita petere potest.

V. Imp. Alexander A. Fusciano.

Amita[34] tutores petere filiis fratris sui non prohibetur. P. P. V. Kal. Jul. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Mater petere tenetur.

VI. Idem A. Otacilio.

Matris[35] pietas instruere te potest, quos tutores filio tuo petere debes. Sed & observare[36], ne quid secus quam oportet, in te [filii] tui pupilli agatur. †. Perenti autem filiis curatores[37] necessitas matribus imposita non est, cum puberes minores annis viginti quinque ipsi sibi curatores, si res eorum exigit, petere debeant. F. P. II. Kal. Octob. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

Tutor potest petere curatorem.

VII. Imp. Gordianus A. Dionysio.

Admone[38] eam, quæ quondam pupilla tua fuit, cum eam non tantum viri potentem esse, sed etiam nupsisse proponas, ut sibi petat curatorem. Quod si ea petere neglexerit: quo maturius possis[39] rationem reddere administrationis adito eo, cujus superea [re] notio est, petere curatorem non vetaberis. P. P. VI. Id. Januar. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

Mater petere tenetur.

VIII. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Musico.

Cum à matribus[40] sedulum petendi tutoris officium exigatur, nec fortuiti[41] casus impedimentis[42] adscribantur; proponasque procuratorem[43] qui ad petendum pupillo tutorem à matre fuerat constitutus à lationibus interfectum[44], petitionem ex necessitate demoratum esse, ab hereditatis successione matrem repelli, cujus[45] nullum vitium intercessisse asseris, perquam durum est. P. P. V. Id. Mart. Tertiano & Dione Conss. 291.

Mater tutorem jam habenti non tenetur petere.

IX. Iidem AA. Asclepiodoto.

Cum jure habenti[46] tutorem tutor[47] dari non possit: intelligis[48] matrem[49] non officium pietatis in petendo tutore deseruisse, sed jure munitam merito filio suo tutorem non postulare. S. III. Non. April. Byzantio, AA. Conss. 290.

Patruus magnus petere potest.

X. Iidem AA. & CC. Prisco.

Nepotibus fratris tui[50], si eorum mater in petendis tutoribus debito non fungatur officio, petere tutores solenniter potes. S. prid. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. Conss. 294.

Mater etiam naturalibus petere tenetur.

XI. Imp. Zeno A. Dioscoro J. P.

Matres naturalibus[51] [etiam] filiis ad similitudinem eorum, qui ex justis ac legitimis nuptiis sunt procreati, petendorum tutorum necessitati subjaceant: nulla[52] eis ignorantia juris ad evitanda legibus, vel sacris constitutionibus definita, si petitionem tutorum minus curaverint, profutura. Dat. Kalend. Septemb. *Constantinop.* Zenone A. Cons. 479.

33 Creditor facultatium pertinentium pupilli debitoris sui dari. l. 2. §. 3. ff. eod. l. ult. §. 2. T. de admin. tut.

34 l. 10. T. de legitim. hæred.

35 l. 2. T. eod. l. 2. §. 1. ff. eod. l. ult. §. 2. T. de admin. tut. l. 1. §. 3. ff. ad Tertull. Ter.

36 Mater curatore a se petitos filios obfervare cogitur, ut nos legitimas ad testamentum, ut notatur in l. matres 3. T. ad Tertull. Quæ in l. ult. §. penult. T. de admin. tut.

37 Mater postitur, si tutorem impuberi suo petit, non si curatorem puberi non petit. l. 2. §. 19. ff. ad Tertull. & in ea magnum discrimen est tutoris & curatoris. De reliquis differentiis, vid. Cujac. 17. observ. 7.

38 Subaudi, ea debitor (nam mox sequitur, quo maturius possis rationem reddere) ut in l. 1. & 4. T. eod. explicatur.

39 Tutor vel debitor volens reddere rationes administrationis, potest petere alium curatorem dari, cui reddatur ratio. facit l. 7. §. 2. vers. pronuntiet etiam ff. de minorib. adde l. 1. §. 4. ff. qui pet. tutor.

40 l. 6. hic. adde.

41 Fortuiti casus impedimenta non adscribuntur: at casus fortuitus si tuo obsit, qui quantum potuit diligentiæ negotio adhibuit, ut l. 2. §. 1. ff. de jur. ff. & quæ sententiam.

42 Id est, fortuiti casus inter impedimenta voluntaria non connumerantur: alias fortuiti casus impedimentum præstant, & quidem excussatione digna, ut hic casus fortuitus superveniens procuratori excusat dominum a contumacia.

43 Per procuratorem tutor peti potest. adde l. 2. in fin. ff. eod. l. ult. §. ult. T. de procur.

44 Impedimentum superveniens procuratori ad tutorem petendum misso matrem excusat. Zoës. Diligentiam adhibere quam adhibere debuit, casus fortuitus non debet obesse. Basil. l. 2. §. 43. ff. ad Vell.

45 Puniri non debet, qui nullo vitio laborat. l. 22. T. de pœn.

46 l. un. vers. quod tamen T. de sent. vel cur. illustr. l. 9. T. qui dare tut. l. 4. T. in quib. caus. tutor. habenti. l. 27. ff. de testam. tut. l. 13. §. 5. ff. de excus. tut. §. 5. Inst. de cur.

47 Curator tamen dari potest. l. 20. in fin. ff. de tut. dat.

48 Quia petitis adversus juris constitutionem fuisset.

49 Matri imputari non debet, si tutorem filio tutorem jam habenti non petiit.

50 Patruus magnus negligente matre, potest petere tutorem dari. facit l. 2. ff. eod. mora priorium & proximorum in petendo tutore proximo adjuto vel cognato prima & proxima non nocet. Goth. Vid. l. 10. Cod. de legitim. hæred. l. 2. §. fin. ff. ad Tertull. Ans.

51 Mater naturalibus liberis sicuti & legitimis tutorem petere debet, alias eis non succedit.

52 Error juris matrem non excusat, juris scilicet naturalis. l. 2. T. de his qui ignorant.

TIT. XXXII.

UBI[53] PETANTUR TUTORES, VEL CURATORES.

1. Imp. Antoninus A. Aristobulæ.

Magistratus ejus civitatis[54], unde filii tui originem per conditionem patris ducunt, vel ubi[55] eorum sunt facultates, tutores vel curatores his quamprimum secundum formam perpetuam dare curabunt. Quod si filii tui neque possident quicquam in provincia ubi morantur, neque inde originem ducunt, restituti[56] apud patriam suam, & ibi patrimonium habent, morabuntur, & ibi defensores legitimos sortientur. P. P. Kal. Octob. Leto II. & Cerealis Conss. 216.

53 xxvi. D. vi.

54 De pupillo qui originem paternam habet in una civitate, at alia domicilium, in alia patrimonium: si quæras quæ judex sit competens in dando ei tutore vel curatore: Sic respon. Originis & domicilii simul judex competens esse, & originis ita hic vocabulum accipio, ut in l. 17. §. 8. ff. ad municip. domicilii vero a patre ultro electi non fortuito delati judicem præferri judici originis: multo magis patrimonii judicis: ut ejus administratio ad omnia bona extendatur, & tamen à rerum pupillarium judicibus curatores bonis dari, ut quod judices rerum pupillarium fuerint, totidem curatores pupillo constituti. ut l. 27. ff. de tutoribus & curatoribus datis. l. 21. §. 2. ff. de excusat. ad curatores referas. Quid si domus tutor in loco domicilii, puta Romæ: idem alibi, puta in provincia bonis pupillaribus curator datus fuerit eoque præsente provincialium bonorum alienatio Romæ facta sit? judicium valet. l. 5. §. 12. ff. de rebus eorum, qui sub tut. ut hic etiam colligas præsentiam & interventum curatoris bonorum provincialium requiri, quoties de bonorum provincialium alienatione domicilii in loco agetur. Satisve autem in ea re judices urbani literis uti requisitoriis, de quibus dixi ad l. 2. Syro 15. §. 1. de re judicata. Cæterum ut decretum de bonis provincialibus distrahendis Romæ fieri possit, huic tamen solennitatem apud rerum provincialium judicem celebrari oportebit.

55 Domicilii patrimonii ratione pupillus habet.

56 Nota de restituendis patriæ, atque origini defunctorum liberis.

TIT. XXXIII.

DE TUTORIBUS VEL CURATORIBUS ILLUSTRIUM[57], VEL CLARISSIMARUM[58] PERSONARUM.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Proculo Præfecto urbi.

Illustrius[59] Præfectus urbi[60] adhibitis decem[61] vitis è numero Senatus amplissimi, & Prætore[62] clarissimo viro qui tutelaribus cognitionibus præsidet, tutores [curatoresve] ex quo-

57 Hæc pertinet l. 2. T. eod. l. 5. §. 6. vers. sed si. T. de excusat. Not. 22. c. 40. in fin.

58 Clarissimorum personarum appellatione intelligimur etiam provincia à Senatoribus ordinet, illudens, spect. bilis & clarissimus dici l. 100. ff. de verb. sign.

59 Illustris præf. & ita scripsem in l. 3. C. de tutor. & cur. sed si l. 2. in fin. T. quando mulier. Præfectis urbis Principes erant senatus. Cæterum hoc primo capite legis agitur de tutoribus curandis in urbe, ut & T. in fin. in provincia.

60 Adde l. ult. T. de off. ejus, qui consilio assurexit, de quo dixi ad Ulp. 1. §. 13.

61 His fiebat consilium.

62 Prætor tutelaris.

quolibet ordine idoneos faciat retentari, & sane id libero [1] judicio, expensisque damni constituent judicantes. Et [2] si in regendis pupillaribus substantiis singuli creandorum patres esse non possunt, plures [3] ad hoc [secundum veteres leges] convenient advocati: ut [4] quem cœtus ille administrandis negotiis pupillorum dignissimum judicabit, sola sententia obtineat Præfecturæ, [super cujus nomine, solemnitate servata, postea [5] per Prætorem interponatur decretum:] Itaque hoc modo remoti a metu, qui consilio affuerint, permanebunt: & parvulis adultisque Clarissimis [6] justa defensio sub hac prudentium deliberatione perveniet.

†. Quod [7] tamen circa eorum personas censuisse nos palam est, quibus [8] neque testamentarii defensores, neque legitimi vita, ætate, facultatibus suppetunt: Nam ubi forte hujusmodi homines offeruntur, si nihil ad defensionem suis privilegiis comparabunt, ut teneri possint, jure præscribimus. †. Caterum alia quæ in causis minorum antiquis legibus cauta sunt, manere intemerata decernimus. †. In provinciis [9] autem Curiales in nominandis tutoribus & curatoribus clarissimarum personarum exhibeant debitam cautionem, & discriminis sui memores cognoscant indemnitati minorum obnoxias etiam suas deinceps esse facultates. Dat. III. Kal. Januar. *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

Occupati circa majora non vocantur ad minora. Bald.

II. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Aureliano Præfecto urbi.

GEnerali lege prospectum est, ne [10] qui ad illustrium [11] Senatorum tutelam curialibus occupati necessitatibus vocentur. Dat. VIII. Kal. Augusti. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

[1] Liberum judicium hic Balduo interpretatur rationibus suddendis non obnoxium: sola mox sequitur expensa damni: & post, rumori & invidiæ.

[2] Plures tutores & curatores dari possunt, unus vix sufficere non [3]...

[3] Gemini quandoque, & quadrigemini, qui ita plures eliguntur.

[4] Idem fit in Episcopo creando. *Novell. 123. cap. 1. 131. 137. de Episcop. & Cler.* Sic & apud Carnol. Tacitum 4. *Annal.* Patricii duo nominabantur ex quibus unus Flamen dialis eligebatur. *adde l. 23. ff. h. tit. dec.*

[5] Quo hic in tutore creatur, eligitur, confirmatur, decernitur si administratio quem ades præcile formulam post Augustum petat. Bellus, ut in ordo aliis ser vetur inutilis sit tutoris datio. 6 Hæc lex agit de clarissimis, ut & 2. ff. h. tit. tribue. qui & nobiles. *l. ult. §. 6. vers. sed & quidem nobiles. ff. de curatore furiosi.*

[7] Tutores & curatores clarissimis, hoc est, nobilibus in urbe sic constituantur. Si multi sint testamentarii vel legitimi, ex quocunque ordine Senatorio, vel equestri sumuntur ab illustri præfecto urbi qui est Præcepto senatus adhibitis in consilium decem senatoribus & prætore tutelari: plurimi nominantur: deinde omni idoneo pronunciatur sententia præfecti urbi: ut postea solemniter detur, decernatur, prodatur, inaugeretur, confirmetur auctore prætore tutelari: atque ita sententia præfecti præcedit decretum prætoris. *l. ult. ff. de magistr. conveniendis. l. tutorio 5. ff. de excusat. tut.* 8 *l. 9. ff. tit. prox.* 9 In provincia clarissimis tutores vel procuratores dantur & nominantur à præsidibus decreto decurionum, & eorum periculo qui adfuerunt. 10 Sensus est, ut is tantum, qui curiæ civitatis suæ obstrictus non sunt, tutores datur illustrium senatorum liberis imponendus sui juris. 11 De illustrium tutoribus vel curatoribus.

TIT. XXXIV.

QUI [12] DARE [13] TUTORES VEL CURATORES POSSUNT, ET QUI DARI [14] NON POSSUNT [15].

Status controversiam passo dari curator potest.

I. Imp. ALEXANDER A. Amphibulo.

CUm tibi in ea ætate constituto, ut si de statu [16] [tuo] constaret, per tutores sive curatores negotia tua administrari deberent, libertatis controversiam fieri alleges: non [ideo] oportuit impediri, quo magis [17] liberali causa ordinata, quia interim pro libero habebaris, curator tibi daretur, per quem defendi causa tua potest. P. P. Kalend. Novemb. ALEXANDRO A. CONSS. 223.

Maritus uxori curator non datur.

II. Idem A. Artemisiæ.

MAritus [18], etsi rebus uxoris suæ debet affectionem, tamen curator ei [19] creari non potest [20]. P. P. Kal. Jul. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

Cæco curator non datur.

III. Imp. PHILIPPUS A. Dolenti.

LUminibus [21] captum curatorem haberi [22] debere falso tibi persuasum est. P. P. XIII. Kal. August. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Miles tutor vel curator non datur.

IV. Idem A. Emerito.

MIlitiæ [23] armatæ muneribus occupatus, neque si legitimus sis, neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo electus voluerit, tutor vel curator fieri potest: sed si errore ductus res administraverit: negotiorum [24] gestorum actione convenitur. P. P. X. Kal. August. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

Duntaxat jurisdictioni non subjectus non recte datur.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Æmiliano.

NEque à præside alterius [25] provinciæ, neque à magistratibus municipalibus tutorem ortum ex alia civitate, nec domicilium, ubi nominatur, habentem, jure dari posse ab eo, cujus jurisdictioni subjectus non est, certissimi juris est. Neque cessatio injuncti perperam [26] officii ad periculum ejus pertinet. S. XII. Kal. Maji, AA. CONSS. 290.

Negligente etiam matre potest tutorem Præses dare debet.

VI. Iidem AA. & CC. Leontio.

QUod dicis, matrem [27] filiis tutores nolle petere, super hac re adi præsidem provinciæ: qui si eam neglexisse perspexerit, etiam ipse magistratus dare tutores, vel nomina [28] mittere, ut ab ipso decreto tribui possint, jubere non prohibetur. P.P. II. Kal. Maji, AA. CONSS. 290.

Servus tutor vel curator non datur.

VII. Iidem AA. & CC. Rufo.

IN servili [29] conditione constitutum tutorem, [vel curatorem] à præside [30] dari non posse, nullam habet juris dubitationem. S. II. Non. Jul. *Philippopoli*, AA. CONSS. 290.

[8] Nec enim omnium judicum sit tutores dare. *vide l. ult. cor. ff. de curatore & curatione dativa ab his, qui jus dandi habent. l. 7. in fin. ff. de tutor. tut.*

[9] Intra, quibusque: aliis tamen in illustribus & clarissimis, de quibus dictum est titulo superiore ut hæc quæstionem refert. *l. 11. & 12. hoc titulo.*

[10] *l. 7. in fin. Novell. 72.*

[11] Item cui heri. *l. 3. §. 9. 10.*

[12] Vid. *l. 17. ff. de tutoribus, dativ.*

[13] Id est, quo jure: Cujacius sic interpretatur vel legi ad *l. 7. ff. pro socio.*

[14] De tutela testamento datum ad alia in *l. 3. ff. de legitim. tut. & ad Dion. tit. §. 11.* adde *Cyac. 7. observ. 11.* ubi quædam ex *l. 1. C. de proxeneta.*

[15] *l. 4. §. exceptionibus tutor. §. 19. Inst. de excusat. tutor.* puta furiosus. *l. 4. ff. de curatoribus furiosi.*

[16] Quia si vir tale generet, tamen mulier ei negotiorum remittetur.

[17] Oculo utraque urbanus curator esse non potest. *l. unic. ff. qui modo.* non potest. *l. 9. ff. de excusat. tutor.*

[18] Et qui restituitur, habetur. Neque enim cæcum curator esse prohibetur, aut rutor, sed si velit tantum excusatio, non habet. *l. unic. ff. qui modo. & l. ult. ff. qui petant tutores.*

[19] *l. etiamsi tutor. 16. ff. de auctor. tutor.* ut sit sensus, cæcum non esse in ea causa, ut si curator detur fit. Alius hanc emendationem reprehendit. Dicam alibi aliquando. J. G.

[20] Miles armatæ militiæ, neque tutor, neque curator dari potest. §. 14. *Inst. de excusationibus.* adde *l. 8. ff. de testam. tutor.* procurator. *l. 31. C. de locato. l. 8. ff. de legatis. 3. Harm. 11. §. 30.* Quid si error ductus res administraverit? negotiorum gestorum actione convenitur. *Synops. Basil. 37. tit. 7. ex tit. 3. cap. 13.* 24 Pro tutore qui negotia gessit, etiam negotiorum gestorum actione convenit potest. *Paul. 1. sent. 4. §. ult. l. 1. in fin. ff. de testam. tut. l. 6. C. de negot. l. 3. §. 10. ff. de negot. gest.*

[21] In tutore dando, magistratum servare oportet fines territorii & jurisdictionis sui. *l. 3. ff. de auctor. dativ. l. 3. C. qui petant tutores.* Si tamen defuerint idonei, potest magistratus ex vicinis civitatibus honestissimum quemque inquirere, & eorum præsidi provinciæ mittere, non ipsum dandi arbitrium vindicare. *l. 6. C. eod. l. 24. ff. de tutoribus & curatoribus dativ.* Interdum etiam non mittere dari potest. *l. 10. ff. de tutelis.* Fallit etiam lex nostra in testamentario tutore. Possumus enim alienæ civitatis civem liberis tutorem dare. *l. 32. ff. de testam. tut.* quamquam & eo casu tutori dato competit excusatio. *l. 11. ff. de excusat. tutor.* 26 *l. 1. C. de testam. tut. l. 8. ff. de suspect. tut.*

[22] Dic ad *l. 3. l. 6. l. 8. ff. qui petant tut. l. 2. §. 23. ff. ad SC. Tertull.* 28 Vid. *l. 24. ff. de tutoribus dativ.*

[23] Serves non potest dari à judice tutor vel curator. *Synops. dict. tit. cap. 33.*

[24] Nam à tutatore potest. *§. 1. Inst. qui test. dar. tut. poss.*

Creditor *pupilli.*

VIII. Iidem AA. & CC. Eucelpisto.

CReditorem [31] debitoribus [32] tutorem datum, non tantum petitionem non amittere, sed etiam ipsum sibi posse solvere [33], non ambigitur. P. P. V. Non. Jul. CC. CONSS. 293.

De creditore vel debitore ejus qui in curatione est.

In AUTHENT. ut hi qui ob. se ha. per. §. sed & si quis. col. 6. tit. 1. al. 2.

Minoris 34 debitor 35, vel is cui minor tenetur 36, aut qui minoris res tenet, à curatione prohibetur. Nam & ante curator 37, si minoris creditor efficatur, non sine adjuncto curatore administrabit. Hoc autem ab initio vel probet, vel juret se credere minorem obligaturum, vel res ejus habere. Nam si taceat, actionis suspicabit jacturam. Item si debitor taceat: nec redhibitione, nec alia tempora curationis salutione jurabitur. Sed si actionis cessionem 38 adversus minorem susceperit, nec potest curam quidem depositam ea permittitur uti: nec is qui cesserit, agere debet: cum in legem commiserit, licet cessio pro justis causis facta sit, sed minor lucrabitur. His valentibus in omni cura prodigorum furor, aut furiosorum, aut dementium, & omnium quæ introduxerunt leges.

Tutorem habenti tutor non datur.

IX. Iidem AA. & CC. Maximiano.

SI sororis tuæ filiis tutore legitimo patruo constituto, nec ullo excusato privilegio, tutor datus es: cum habenti [39] tutorem alium dari jura prohibeant: necessitatem administrationis ad eum pertinere, nec te datione teneri, non ambigitur. S. III. Kal. Februar. *Sirmi*, CC. CONSS. 294.

De habente curatorem.

X. Iidem AA. & CC. Florentino [militi] [40].

CUratorem [41] habenti neque adjungi nisi [42] causa cognita, neque in locum ejus alium substitui, nisi ante priore remoto, ambigui jutis non est: te quoque absutunum [43], damni, quod medio tempore negotiis pupillaribus contigit, esse successeneum: cum auctorem periculo [44] tuo constituere debueras: nec jure Magistratum in absentia tua alium creasse certum est. P.P. III. Kal. April. CC. CONSS. 294.

De litibus.

XI. Impp. CONSTANT. [45] A. & CONSTANTIN. C. ad Bassum Præfectum urbi.

IN Universis [46] litibus [47] placet non prius puberem justam habere personam, niti interposito decreto, aut administrandi patrimonii gratia, aut [48] in litem fuerit curator datus: ut juxta præcedentia nostræ pietatis statuta legitime initiatæ litis agitata in judiciis controversia finiatur. Dat. III. Id. Octob. *Aquileiæ*, CONSTANT. A. & LICINIO CONSS. 312.

XII. Imppp. VALENTINIAN. GRATIAN. & THEOD. AAA. Eutropio.

CUrator adolescenti ordinatus, post inchoatam litem non potest sub [49] prætextu specialis curatoris à se nominati, aut litem contestatam deserere, aut ab administratione se subtrahere. Dat. IV. Kal. Octob. *Constantinop.* EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De Principis colono aliisque privilegium habentibus.

XIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Monaxio Præfecto urbi.

NE magistratuum ulterius procedat licentia: plenius designavimus, ne patrimonialem [50] colonum, sive alium, qui privilegio [51] ab hac nuncupatione defenditur, tutelæ muneris astringat officium. Dat. [*] HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

CUm quædam mulier testamento condito filium suum præteriisset [11], idem autem filius, qui præterimus erat, vel fratris, vel extranei esset tutor, vel curator, qui scriptus à matre tutoris fuerat heres: in præsenti specie manifestissimum erat, stare tutorem, vel curatorem in præcipiti [12] loco: sive enim auctoritatem [13] suam, vel [14] consensum [15] de adeunda [16] hereditate præstare pupillo, aut adulto minime voluerit, ne ex hac causa sua jura aliquod patiantur præjudicium (satis enim imminet periculum tutelæ, vel utilis negotiorum [17] gestorum actionis, ne pupillus, vel adultus, utpote ex illius tarditate læsus, litem ei inferat) sive hujusmodi timore perterritus auctor fuerit pupillo vel adulto, periculum emergebat: dum [18] enim alii consentit, ipse sua jura perdit: videbatur etenim confirmare matris suæ judicium, quod oppugnandum esse existimabat: & multæ aliæ insuper species oriuntur [19], ex quibus verendum est tutori, vel curatori circa suas res præjudicium [parari:] puta in hypothecis, & aliis variis causis. Invenimus autem generaliter definitum, post officium depositum omnes actiones, quas tutor, vel curator ex necessitate [20] officii subierit, in quondam pupillum, vel adultum transferri [21]. Quare tam optimo exemplo argumentati [22], [necnon] & aliis omnibus casibus, in quibus veretur tutor vel curator, ne præjudicium ei aliquod fiat, timorem ejus removemus: Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum, vel adultorum gubernare: sciturus, quod lex nostra sua eis jura immutilata reservat, nihil [23] ex hujusmodi auctoritate, vel consensu præjudicii subituris. Dat. X. Kal. Septemb. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Ad l. 25. sup. h. t. de Usuris.

XXVII. Idem A. Joanni P. P.

COnstitutionem, quam nuper [24] fecimus, disponentes, quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum fieri sive ex reditibus [25], sive ex pensionibus, sive ex aliis similibus causis, etiam in usuras extendimus: quæ tamen non summatim, neque ex multis annis collectæ jam debentur, biennales metas, & centum solidorum quantitatem minime excedentes. Dat. X. Kal. Novemb. *Constant.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De eo, qui in tutela, vel curatione est defendendo §. & de rerum ejus alienatione.

XXVIII. Idem A. Joanni P. P.

SAncimus, neminem tutorum vel curatorum pupilli, vel adulti, vel furiosi, aliarumque personarum, quibus tam ex veteribus, quam ex nostris [legibus vel] constitutionibus creantur curatores, defensionem [26], quam pro lite [27] susceperunt, recusare: sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere, & litem præparatam secundum leges instruere: scientes, quod hoc munus necessarium [28] est, tam tutelæ, quam curationi. Et si hoc recusaverint, vel subire difulerint: non solum utpote suspecti [29] amoveantur, amissa eorum existimatione, sed etiam ex substantia sua omne detrimentum, quod ante latæ personæ ex recusatione defensionis sustinent, resarcire cogantur.

§. 1. Sed & si quis ex quadam interpellatione admonitus pro litis instructione consuetam cautelam exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se, non per procuratorem susceperit, vel demens [30], vel furiosus factus fuerit: sanctimus, continuo [31] curatorem ei in competenti judicio [32] ordinari, cura & provisione tam Judicis, sub quo lis vertitur, quam cognatorum & propinquorum, & actoris, si voluerit: ut non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habente creato curatore defensionem subire, & cætera litis adimplere. §. 2. Personis [33] etiam, quæ periculo proprio, vel suæ substantiæ tutores, vel curatores petierunt (sive matres [34] [forte] fuerint, sive quidam alii) compellendis eos, quos ordinaverint [35] tutores vel curatores, præparare talem subire defensionem: vel si illi noluerint hoc facere, & propter hujusmodi defensionis recusationem à tutela, vel curatione removeantur: necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores, vel curatores ordinare in ipsis gestis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex sua confessione declarantes talem subire defensionem. Ne autem tales personæ sine provisione debita relinquantur, vel contra eos agentium jura diutius protelentur, sanctimus, continuo, id est, post recusationem defensionis, in casibus videlicet, in quibus (licut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum, vel curatorum celebrari: cognatis [36], aliisque propinquis & adfinibus, vel creditoribus [37], vel aliis quorum [38] interest, adeuntibus, vel admonentibus eos, qui secundum leges jus habent tutores, vel curatores constituere. §. 3. Defensionem autem & nomen ejus in hoc casu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores, vel curatores gravamen sibimet imponi, illam decernimus defensionem eos subire, quæ non [39] satisdatione pro eventu litis constituitur, sed ut tantummodo litem secundum legum ordinem pro pupillo, vel adulto aliisque personis instruant, licentiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine [40] decreto res, quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis subsignare. §. 4. Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum & adultorum, aliarumque personarum penitus amputantes, sanctimus [41], omnes tutores vel curatores non [42] alias creari, nisi prius cum aliis solemnibus verbis, quæ pro gubernatione rerum, tam in gestis, quam in cautionibus ab his conscribantur, hoc specialiter expresserint, *quod omnino sine ulla dilatatione defensionem pro pupillis & adultis aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est.* §. 5. Hisque adjicimus, nullam [neque] in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus & omnibus curatoribus licere [43] fructus, sive qui ex reditibus prædiorum colliguntur, sive qui ex substantia personarum, quarum gubernationem habent, inveni fuerint, (id est, vinum, oleum, & frumentum, vel cujuscunque speciei sunt) sine decreto distrahere justo [44] pretio, quod in his [45] locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, & quæ ex venditione eorumdem fructuum colligantur, pecuniæ, cum alia pupillorum vel adultorum alianumque personarum substantia administrentur. Dat. XII. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

licet servando possint servari, sed & jumenta & animalia siquidem sine decreto distrahere, nisi his tamen forensibus & justis, id est, ubi satis eo loco in quo distrahuntur, *ut his* neque cogitur ea parte tutor annonæ caritates expectare vel aucupari, ut sua fructus carius vendat, sed nec tenetur in longinqua, & differa loca fructus pupillares mittere, ut eos pretio majore distrahat: sufficit enim ut ibi, ut quo loco fuerit, eos justo pretio dividat. 44 Adde *l. 2. C. de rescind.* 45 Id est, forensi pretio. *l. 63. ff. ad leg. Falcid.*

TIT. XXXVIII.

DE PERICULO [46] TUTORUM ET CURATORUM.

Notitiæ *causa datus tutor periculo subjacet.*

1. Imp. ALEXANDER A. Quarto.

ET qui notitiæ [47] causa libenti tutores dantur, quamvis soli administrandorum negotiorum pupillorum sive adultorum facultatem interdum non accipiant, propter tenuitatem sui patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati: sive ea, quæ scire debent, ex utilitate eorum tutores sive curatores dissimulaverint, sive fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis participaverint, aut cum suspectos facere deberent, vel in officio muneris, vel debito obsequio cessaverint. P. P. IX. Kal. Februar. ALEXAND. A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

In Diversa provincia administrans periculo non subjacet.

II. Idem A. Saturo.

AD eos, qui in alia [48] provincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia provincia res pupilli gerunt, non porrigitur. P. P. Non. Jul. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

Non servanda, vel in horreo servanda, si combusta.

III. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Gratiano.

SI res pupillares, quas [in] horreo conditas habere, aut etiam venundare debuisti [49], in hospitio [50] tuo (ut adseveras) vi ignis absumptæ sunt: culpam seu segnitiem tuam non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectare dispendium, minus probabili ratione deposcis. P. P. III. Kal. April. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Casus fortuiti.

IV. Iidem AA. & CC. Floro.

TUtoribus vel curatoribus fortuitos [51] casus, adversus quos caveri non potuit, imputari non [52] oportere, sæpe rescriptum est. P. P. XII. Kalend. Septemb. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

Ignarus sese tutorem esse, periculo non subjacet.

V. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Severo.

SI tutor petitus, vel testamento datus, tutorem se constitutum esse, non ex remissioris [53] negligentiæ vitio, sed justæ [54] ignorantiæ [55] ratione non dicisti, idque liquidis [56] probationibus ostenderis [57]: periculo ejus temporis [58], quod ignorante te transmissum est, non teneberis. P. P. III. Id. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Tempus post tutelam finitam ad tutoris periculum non pertinet.

VI. Iidem AA. & CC. Epicteto.

TEmporis, quod [59] inquiritur post tutelæ translationem, administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt, tutores, gerendæ rei non pertinere periculum, rationis est. S. V. Kal. Decemb. CC. CONSS. 293.

TIT.

46 XXVI. D. VII. & Novell. XII. c. 7. in fin.

47 *Notitiæ causa* tutor datus dicitur qui non administrat, sed tantum curam, & monitiones suas interponit, aut suspectos non postulavit. *Notitiæ causa* dantur pupillares ii qui adhuc fuerunt instituti tutores & curatores de fortunis pupilli. *l. 32. §. 1. ff. de testam. tut. l. 14. §. 1. & 6. ff. de suspectis tut.*

48 Tutor *Provinciæ unius*, non tenetur de facto tutoris alterius provinciæ. *Add.* Si administratio est divisa à tutore vel à judice, periculum unius non spectat ad pupillum. *Salic. l. 2. ff. de divis. tut. l. 4. l. 47. in fin. l. 51. ff. de admin. tut.*

49 Tutor qui servavit non servanda, tenetur de culpa. (Fuoc, nomen dilabilis vinum vendere, quod post emit: quidque ante potuit commode vendere) hoc est, ubi pretium præstat, alias non tenetur. *l. 4. ff. eod.*

50 Et ego sic in fua domo. In Græci legunt; hoc sententia: si tutor res eas, quas in horreo condiras aut venundatas esse oportuit, in domo sua servaverit, easque contigerit igni absumi, veluti ex culpa negligentiaque ejus convenitur. *Basilic. 17. tit. 7. cap. 79.* Tutor cogitur res pupilli toto in loco depositas. *l. 9. ff. de negotiis gestis. l. 27. ff. de admin. tutor. l. 34. ff. de damno.*

51 De casibus fortuitis tutor non tenetur. *l. 32. §. 1. l. 50. ff. de admin. tut. fum. l. 3. ff. eod.* 53 *Negligentia remittitur*, ubi supina negligentia: privata denique, hoc est peculiaris & affectata quæ non in alios, aut paucissimos saltem cadit. 54 Justa est ignorantia, quæ cuivis communiter accidere solet. Alius licentia arguitur ex iis quæ communiter fieri solent: vide *Roland. à Valle 3. cons. 29. num. 38. ad 44.* 55 Negligentia non adscribitur ignorantiæ. *l. 8. ff. de admin. tut.* 56 *Probationes juris & de jure*, liquidæ sunt: ut hinc colligas: Probationes *liquidæ*, qui negotium vel litem præsumptionibus aut probationibus juris confirmat. *adde Jacob. Menochium in l. Rect 74. ff. de leg. 2.* Probationis liquiditissimæ exemplum ponunt interpretes in testimonio & scripturis, quibus stari lex jubet. Id enim genus probationis [juris fiat. & de jure; certum ac liquiditissimum est: si modo non *stari* in probationum quæstione posita fuerit, non in quæstione dispositiva: hoc enim casu adversus id genus probationis probationem in contrarium admitti: famam ita reprobari, & reprobatam, nullius effectus esse: quod fama reprobata, fama confenda non sit.

57 *Quæ probandi* hic injungitur tutori, quod tamen pupillo injungitur. *in l. 6. ff. de admin. tut.*

58 *Spatii temporis* periculum non præstatur. 59 Finita tutela finitur periculum administrationis. *l. 11. C. arbit. tutelæ.*

TIT. XXXIX.

QUANDO [1] EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE [2] VEL CONVENIRI [3] POSSUNT.

Condemnato *tutore minores conveniuntur.*

1. Imp. ANTONINUS [4] A. Septimio.

IULIANA, cujus [tibi] curatores condemnati sunt, si vicesimum quintum annum ætatis egressa est, actio [5] judicari utilis adversus ipsam bonaque ejus [tibi] exercenda est. Nam tutores curatoresque finito [6] officio non esse conveniendos ex administratione pupillorum vel adolescentium: sæpe decretum est. P. P. VIII. Kal. Jul. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Credità *à tutore pecunia pupillari agunt.*

II. Imp. ALEXANDER A. Sorarcho.

ET si tutores tui cum pecuniam pupillarem crederent, ipsi stipulari [7] sunt, utilis actio tibi dabitur.

Mutuo *data pecunia tutori, &c. in res minorum conveniuntur.*

III. Imp. GORDIANUS A. Prudentiano.

SI in rem minoris pecunia profecta sit, quæ curatori, vel tutori ejus nomine minoris mutuo [8] data est, merito personalis in eundem minorem actio danda est. P. P. Non. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Locatis *prædus pupillaribus à tutore agunt.*

IV. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Maximianæ.

SI hi, qui te in pupillari ætate constituta tutores fuerint, postea [9] in administratione perseverantes, vel curatores constituti, tua prædia locaverint [10]: eos competenter conveni: sed [&] ex eorum contractu utilis tibi quæri potuit contra successores conductoris actio. S. III. Non. Mart. AA. CONSS.

Certis *ex causis tantum pupilli agunt.*

V. Iidem AA. & CC. Onesimæ.

PEt [11] tutorem pupillo actio, nisi certis ex causis [12] quæri non potest. Dat. Id. Decemb. CC. Conss.

[1] XVI. D. 12.
[2] Agere. *l. 2. n. 4.*
[3] Conveniri.
l. 3. §.
[4] Id est, *Antoninus Caracalla*, ut in fastis omnibus scribus observat Aut. Contius. Aut.
[5] *Condemnatio* tutore minoris, inita conveniuntur judicati actione. *l. 2. ff. de administ. tut.* cum ipse tutor sententia fertur quidem in tutorem; at non in eum fit executio, in eum inquam, hoc est, quæ bona.
[6] Finito officio, tutor vel curator ex administratione non conveniuntur.
[7] Ex *stipulatione* tutoris in rem pupillarem, pupillo quæritur utilis actio. Agunt minores actione ex stipulatione pecuniæ sua à tutore vel curatore *ex die* five constituta *officio*, five post ex officii conclusionem, vel minores, ipsi tutores vel curatores filiipulati fuerint.
[8] *Mutuo* à tutore accepto & in rem pupilli verfo, datur in pupillum utilis actio. *l. 2. §. de curat. furios. l. 4. §. eod.* adde *l. circitor 27. ff. si cert. l. ult. ff. de annuis. l. si pupilli 6. ff. de negot.*
[9] Officio finito si tutor perseverat in administratione, ipse obligatur.
[10] *Locatione* agunt minores actione locati; prædiorum fiorum à tutore facta.
[11] Regulariter pupillo per tutorem non quæritur actio. *l. 11. §. 6. ff. de pignorat.*
[12] Ex quibus quæritur utilis actio. *l. 2. l. 4. T. eod. l. 2. ff. de admin. tut.*

TIT. XL.

SI [1] EX PLURIBUS [14] TUTORIBUS VEL CURATORIBUS OMNES, VEL UNUS AGERE PRO MINORE, VEL CONVENIRI POSSINT.

Nolentibus *alius unus minorem rebus defendit.*

1. Imp. ANTONINUS A. Cassio militi.

AB uno [15] ex tutoribus, vel curatoribus causam posse minorum defendi, cum [16] alii tutores, vel curatores eam defendere noluerint, ignorare non debes. P. P. Nonis Novembris, MESSALA & SABINO CONSS. 215.

Denunciari *actio hu, vel ab his, qui in provincia tutoris vel curatores sunt, debet.*

II. Imp. CONSTANTINUS A. & LICINIUS C. ad Symmachum.

SI [17] divisum administrationis periculum per provincias sit: his [18] tantum omnibus insinuari [19] convenit, & ab ipsis inferri litem, qui in ea provincia tutelæ, vel curæ officium sustinent, ne de aliis [20] provinciis defensores minorum ad judicia perducantur. Dat. Prid. Non. Februar. CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

[13] Id est, *aut, &* Conss inquirisli Gymnasium.
[14] Frustra hoc non dicitur. Nam simul plures tutores dari possunt. *l. 13. ff. de tutor. dat. l. 14. de fid. & ff. de admin. tut.* Hoc inficri potuit pars extremo epigrapheus timuit *de admin. plurium tutorum D. & l. 23. in fin. & 4. dict. tit.*
[15] Tutores enim in solidum sunt autores.
[16] Indivisa tutela [aliud si divisa. *l. 14. ff. de admin. tut.*] una causa pupillaris defensa est, quam cessantibus aliis unus executus est. *d. l. 3. in princ. l. 24. in fin.* ut unius tutoris authoritas pro omnibus sufficiat. dixi ad *l. 3. T. de auctor. præstand.*
[17] Pars posterior. *l. 1. C. Theod. de monetariis sal editione restringit.* Goth. Ubi notanter in inscriptione deest Licinii nomen, qui non fuit Cæsar cum Constantino. S. I.
[18] Si ita est, facto tutoris jus creditorum mutabitur, quod tamen negat *l. 36. l. 47. in fin. ff. de admin. tut.* Solve. Lex persona agit de denunciatione apud veteres erupta, nec explosa: ut mox dicemus. & ita Cujac. fulvit *Parattilo C. & 17. obs. 8.*
[19] Id est, *denunciari.* Olim qui actionem in personam impetrabat, eam confestim non poterat exercere, sed denunciationem litis solennem præmittere, & eam quidem fieri oportebat apud actæ, vel editione rescripti, cum ex rescripto aliquis causam erat introducturus & à denunciatione vel editione rescripti, utrique parti erant constituta tempora certa ad litem exequendam & contestandam, excepta erant causæ ecclesiasticæ, & modicæ, id est quæ non excedebant centum aureos, & in omentaria possessorio, tutelæ, negotiorum, de chirographiis, de querela inofficiosi. *l. 3. l. 5. & 7. C. Theod. d. tit. l. 1. C. Theod. arrian ut. l. quicunque. C. Theod. de his, quæ administrationibus vel publicum negotium gerentibus dirigi sunt.* Intra tempora superius constituta qui non egerat: præscriptione temporis submovebatur. post hanc tamen lapsum per indulgentiam Principis dabatur redintegratio denunciationis intra menses quatuor. Post hunc secundum lapsum non erat locus restitutioni. *l. 2. C. Theod. de temp. & repar. disput.* Symmach. *epist. ad Theod.* Hodie omnes causæ agendæ sunt statim remotis denunciationum antiquitus. §. 17. *Inst. de actionibus. l. ult. T. de interdictis.* vid. *Cujac. 16. observ. 7. & 17. observ. 8.*
[20] *l. 4. T. 47. §. 2. l. 31. ff. de admin. tutor.*

TIT. XLI.

NE [21] TUTOR, VEL CURATOR VECTIGALIA CONDUCAT.

Tutor vel curator prohibetur vectigalia conducere, tutela non finita, vel ratione non reddita, sub pœna falsi. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Sexto.

COMPETENS Judex non ignorat [22] non esse admittendos ad vectigalia conducenda [eos] qui pupillorum vel adolescentium tutelam, seu curam administrant, vel qui ejus administrationis rationem nondum reddiderunt. Sed quamvis contra interdictum ad vectigal conducendum accesseris, tamen quoniam ultro [23] me adisti [24], si tam vectigali, quam pupillis satisfeceris, falsi [25] crimine carebis. †. Cum autem fisco te jam obstrictum postea tutorem esse factum dicas: periculo te excusare poteris. P. P. VIII. Kalend. August. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

[21] Adde *l. ult. T. qui petant tutores. l. 29. T. locati. l. 19. ff. de conjungendis cum. l. 9. §. 3. ff. de publicanis. l. 1. §. 5. ff. de fastis.*
[22] Hujus prohibitionis duæ fuerunt rationes, una ne pupillus onereretur ex causa fiscali. *d. §. 3.* altera ne pupilla prælatis fiscali tutiæ hypothecæ noceant.
[23] Puta minister confinxit ultro, nondum convictus. De qua vide plura apud Tiraquellum, *tract. de penit. causa 30.*
[24] Ex veniam petisti. *facit l. 17. §. 1. ff. de fastis.*
[25] Falsi tenetur tutor & curator qui vectigalia publica conducit: cum dubium in solidum bona ejus obligare videatur, quod in tutore & curatore speciale est: Nam in aliis crimen stellionatus cessat. *l. 1. & ult. T. de crimine stellionatus.*

TIT. XLII.

DE TUTORE [26] VEL CURATORE [27] QUI SATIS [28] NON DEDIT.

Tutor, vel curator, qui non satisfecit, dum debet, administrare prohibetur, & ad satisfaciendum compellitur. Salic.

1. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. Tito & Flaviano.

SI nondum vobis ætas legitima completa est, satisfactionem ab his, quos minus idoneos curatores vobis ab adversatio cum Magistratu fungeretur, datos dicitis, postulate: Prohibentur [29] enim ab administratione, nisi securitati vestræ satisfactione prospexerint. P. P. Non. Jul. AMILIANO & BASSO CONSS. 260.

Tutor non satisfiendo inopia removetur à tutela sine infamiæ nota: secus si fraude. Salic.

II. Iidem AA. & VALERIAN. C. Euplojo.

EUm tutorem, qui superest, si secundum Præsidis præceptum & juris formam satis non dat: removeri [30] à tutela, si inopia [31] hoc faciat, sine infamia: si fraude, etiam cum nota, aditus Rector provinciæ jubebit: & in [32] locum defunctorum alios idoneos substitui præcipiet: præsenim cum patrimonium pupilli nova hereditate auctum [33] esse proponas. Tutores autem dari [34] ab heredibus eorum, quos decessisse dicis, rationem tutelæ deposcent. P. P. Idib. Majj, SECULARI & DONATO CONSS. 261.

Gesta à tutore qui non satisfecit, sunt ipso jure nulla in præjudicium minoris.

III. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Stratonicæ.

IN dubium non venit, tutores, qui testamento [35] dati non sunt, administrandi potestatem, nisi satisdatione emissa salvam [36] tutelam fore, non habere. Si igitur turor, qui pro tutelari officio non caverat, judicio expensus est: adversus eum lata sententia juri tuo officere non potuit: nec ea, quæ ab eo gesta sunt, ullam firmitatem obtinent. Frustra igitur in integrum restitutionis auxilium desideras, quando ea, quæ ab eo gesta sunt, ipso jure [37] irrita [38] sunt. P. P. XVIII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

De pluribus tutoribus, quorum nullus satisdare tenetur, si unus satisfecit, ille in administratione præfertur. Salic.

IV. Iidem AA. & CC. Tertullo.

NOn omnium tutorum par similisque causa est. Quapropter cum exemplo [39] testamentarii [40] confirmatum à Præside [41], vel datum [42] ex inquisitione, non onerari satisdatione rem pupillorum salvam fore, manifestum sit: pluribus [43] tamen datis ex inquisitione tutoribus, illum qui satis secundum formam Edicti rem pupilli salvam fore dedit, in administratione præferri, jamdudum obtinuit. S. Idib. Decembr. *Nicomediæ* CC. CONSS. 294.

Tutor antequam satisfiet, officium non exercet, nisi circa tempore periturum, vel ea, quæ neglecta prejudicium afferre non possunt. Bald.

V. Impp. CONSTANTINUS & MAXIMIANUS AA. Severo, & Maximo CC.

TUtor, qui satisdationem, cum satisdare debuit, minime interposuit: nihil [44] omnino ex bonis pupilli alienare potest. Posteaquam autem ad tutelæ administrationem electus [45] est, & bonorum [46] possessionem pupilli nomine agnoscere eum potuisse, & cætera [ejus] quæ tempore [47] astruerentur, persequi debuisse, aperte claret. Dat. XI. Kal. Januar. CONSTANTIO & MAXIMIANO AA. CONSS. 305. vel 306.

[26] Legitimo, vel dum sine inquisitione, quippe satisdatio non exigitur à testamentaria tutoribus, aut constituta à prætore, ab aliis exigitur. *l. 3. T. eod. §. 3. Inst. de excusat. l. 30. C. de episcop. aud.*
[27] *l. Inst. XXIV.*
[28] Rem pupilli salvam fore.
[29] Vide *l. 5. T. eod.*
[30] Atque nondum administrationem habet? An dicemus removeri, nec ab actu administrationis, sed omnimodo? An potius removeri ab administratione futura?
[31] Inopiæ succurritur. §. *eod. Inst. de satisdat. l. 8. ff. de satisdat.* Inopia enim causa non satisdans reipsa nomine removetur, non sit infamis: qui ex superioribus causis infamis fieret, si dives remotus esset.
[32] In locum defuncti tutoris alius substituendus.
[33] *l. 3. l. ult. T. in quibus cessat tut. lect.*
[34] Substitutus tutor ab heredibus defuncti tutoris rationem exigere debet. *l. 39. §. 16. ff. de admin. tut.*
[35] Testamentarii tutores non satisdant. *l. 17. ff. de testam. princ. Inst. de satisdat.*
[36] Salvam tutelam fore promittit, qui salvam rem pupili fore promittit, hæc enim duo paria. adde *l. 2. §. 2. ff. de prat. stip.*
[37] Quidquid tutor vel curator gerit non præstita satisdatione ipso jure nullum est.
[38] Ob administrationis & exercitii defectum. *l. 2. T. de ea qui pro tutore.*
[39] Simile nullum idem est, adde *l. quod Nerva 32. ff. depositi.*
[40] Exemplo testamentarii tutoris à patre dato emancipato: confirmatur sine satisdatione, quia patris approbatio pro satisdatione est.
[41] Confirmator à judice tutor à quo inquisitione, non satisdat. *l. 5. de confirm. tut. l. ult. §. 7. ff. de admin. tut.*
[42] Datus, ex testamentarii, confirmatus tutor non satisdat. *l. 17. l. 18. 19. ff. de testam. tut. l. 7. ff. rem pupil. l. 33. §. 3. in fin. ff. de furtis. §. 11. Inst. de satisdat.* Goth. Cujus institutionem pere ex *l. 3. §. 6. ff. de admin. tut. S. I.*
[43] *l. 3. T. eod. l. 7. §. 2. ff. de curat. furioso.*
[44] Tutor simpliciter electus, id est, etiamsi nondum satisdedit, aut inventarium fecit, si modo fivit se tutorem datum esse, bonorum possessionem pupilli nomine potest agnoscere, *ut hic.* An & transigere pupilli jus deliberandi? ita putat Bartolus. *arg. l. cum in antiquissimo 19. T. de jure deliberandi. l. sequitur 4. §. si pupilli 11. ff. de usucap.* Est præterea jus deliberandi, eus quæ tempore perire potest: cum anno tantum duret. *d. l. cum in antiquissimo. quæ sit. Thesaur.* Sed nec id damnosum pupillo esse potest: ut id facere posse videatur tutor, etiamsi nondum satisdederit rem pupilli salvam fore: vel inventarium fecerit. facit *l. tutor qui repertorium 7. ff. de admin. tut.* vide *Barrolum in l. qui dare 9. ff. de rebus dubiis.*
[45] Tutor etiam non præstita satisdatione, bonorum possessionem nomine pupilli agnoscere debet.
[46] Tutor antequam satisfiet, non exercet, aut administrat res pupillares, nisi res tempore periturus. *l. 7. in fin. princ. ff. de admin. tut.*

TIT. XLIII.

DE SUSPECTIS [47] [TUTORIBUS, VEL CURATORIBUS.]

De liberto tutore.

1. Imp. ANTONINUS A. Domitiæ.

LIBERTUM tuum, & tutorem filii tui, si fraudulenter res ejus administrare existimas, suspectum facere potes, modo si officium ejus pubertate pupilli finitum [49] non est. Nam si eo jure tutor esse desiit, [is] judicio tutelæ conveniendus est. P. P. Idib. August. *Romæ*. DUONUS & ASPRIS CONSS. 213.

De curatoribus cessantibus gerare.

II. Idem A. Longino.

CUratores [50] quidem suo periculo, quanto tardius [51] ad eos tutela transfertur, cessant. Quod [52] si in fraudem id [esse] factum existimas, suspectos eos postula: qui si summoveri meruerint, in locum eorum alios accipies. P. P. Id. Januar. LÆTO II. & CERIALE CONSS. 216.

De tutoribus nolentibus gerere.

III. Imp. ALEXANDER A. Fortunatæ.

PRæses provinciæ tutores [53] filiorum tuorum strictioribus remediis [54] adhibitis omnimodo administrationis officium compellet agnoscere. Quod [55] si in eadem contumacia [56] perseveraverint [57]: suspectos [58] postulare, ut alii in locum eorum petantur, non prohiberis. P. P. Id. Januar. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

Testamentarius *tutor etiam suspectus f. p.*

IV. Idem A. Thalidæ.

ETiam testamento [59] patris tutorem datum suspectum postulare potes, si fraudem tutoris arguetis. P. P. VIII. Kal. Jan. MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

Quod ff. datur in accusatione suspecta.

V. Idem A. Asclepiadi.

IN postulandis suspectis tutoribus seu curatoribus non [60] vires patrimoniorum principaliter, sed an nihil [segniter, nihil] fraudulenter [61] geratur, perpendi oportet. P. P. VI. Kal. Januar. MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De removendo suspecto, & adjungendo curatore pupilli.

VI. Imp. GORDIAN. A. Felici.

PIetatis [62] fungeris munere, qui fratris tui filios (ut necessitudo sanguinis suadet) protegere conaris. Si igitur tutores, vel

[47] Dist XXVI. D. 2.
[49] Hoc affectui locus est manente non finita tutela. *l. 7. T. eod. l. 11. ff. eod.* aliter quam tutelæ actioni, cui locus est finita non manente tutela. *l. 3. §. 6. in fin. ff. eod.*
[50] De curatore negligente.
[51] Periculum curæ negligentia spectat ad curatores.
[52] *l. 3. T. eod.*
[53] De tutore negligente.
[54] Pignoribus captis. §. 3. *Inst. de satisdat. tutor. l. 9. ff. de muneribus.*
[55] *l. 2. T. eod.*
[56] Contumaciter nolens administrare, removetur ut suspectus, quin ut loquitur Baldus, bannari & in carcerem conjici potest, qui offensum ne munus necessarium sibi impositum non suscipit.
[57] Ex contumacia tantum inchoata tutor non removetur, sed ex continuata & contumaci plane.
[58] Vide *l. 4. in fin. l. 7. in fin. ff. eod.*
[59] Etiam testamentarius tutor suspectus postulari potest. *l. 1. §. 5. ff. eod. §. 2. Inst. eod.*
[60] Non inopia, sed fraus suspecto tutorem facit. facit *l. 8. ff. eod. §. ult. in fin. Inst. eod.*
[61] Suspectus potest postulari, qui res pupilli fraudulenter administrat.
[62] Pietas fratris in filios exercenda.

[29] Vide *l. 5. T. eod.*
[30] Atque nondum administrationem habet? An dicemus removeri, nec ab actu administrationis, sed omnimodo? An potius removeri ab administratione futura?
[31] Inopiæ succurritur. §. *eod. Inst. de satisdat. l. 8. ff. de satisdat.* Inopia enim causa non satisdans reipsa nomine removetur, non sit infamis: qui ex superioribus causis infamis fieret, si dives remotus esset.
[32] In locum defuncti tutoris alius substituendus.
[33] *l. 3. l. ult. T. in quibus cessat tut. lect.*
[34] Substitutus tutor ab heredibus defuncti tutoris rationem exigere debet. *l. 39. §. 16. ff. de admin. tut.*
[35] Testamentarii tutores non satisdant. *l. 17. ff. de testam. princ. Inst. de satisdat.*
[36] Salvam tutelam fore promittit, qui salvam rem pupili fore promittit, hæc enim duo paria. adde *l. 2. §. 2. ff. de prat. stip.*
[37] Quidquid tutor vel curator gerit non præstita satisdatione ipso jure nullum est.
[38] Ob administrationis & exercitii defectum. *l. 2. T. de ea qui pro tutore.*
[39] Simile nullum idem est, adde *l. quod Nerva 32. ff. depositi.*
[40] Exemplo testamentarii tutoris à patre dato emancipato: confirmatur sine satisdatione, quia patris approbatio pro satisdatione est.
[41] Confirmator à judice tutor à quo inquisitione, non satisdat. *l. 5. de confirm. tut. l. ult. §. 7. ff. de admin. tut.*
[42] Datus, ex testamentarii, confirmatus tutor non satisdat. *l. 17. l. 18. 19. ff. de testam. tut. l. 7. ff. rem pupil. l. 33. §. 3. in fin. ff. de furtis. §. 11. Inst. de satisdat.* Goth. Cujus institutionem pere ex *l. 3. §. 6. ff. de admin. tut. S. I.*
[43] *l. 3. T. eod. l. 7. §. 2. ff. de curat. furioso.*
[44] Tutor simpliciter electus, id est, etiamsi nondum satisdedit, aut inventarium fecit, si modo fivit se tutorem datum esse, bonorum possessionem pupilli nomine potest agnoscere, *ut hic.* An & transigere pupilli jus deliberandi? ita putat Bartolus. *arg. l. cum in antiquissimo 19. T. de jure deliberandi. l. sequitur 4. §. si pupilli 11. ff. de usucap.* Est præterea jus deliberandi, eus quæ tempore perire potest: cum anno tantum duret. *d. l. cum in antiquissimo. quæ sit. Thesaur.* Sed nec id damnosum pupillo esse potest: ut id facere posse videatur tutor, etiamsi nondum satisdederit rem pupilli salvam fore: vel inventarium fecerit. facit *l. tutor qui repertorium 7. ff. de admin. tut.* vide *Barrolum in l. qui dare 9. ff. de rebus dubiis.*
[45] Tutor etiam non præstita satisdatione, bonorum possessionem nomine pupilli agnoscere debet.
[46] Tutor antequam satisfiet, non exercet, aut administrat res pupillares, nisi res tempore periturus. *l. 7. in fin. princ. ff. de admin. tut.*

1 In locum suspecti tutoris alius constituendus.

2 Paupertas non est idonea causa, quis ut removeatur à tutela. Justa tamen causa est, ut inopi alius adjungatur. facit *l. 5. ff. eod. l. 1. ibi, propter tenuitatem. ff. de periculo tutorum.*

3 Suspectos tutores removere possunt & ascendentes & cognati, & extranei, & ipsi quorum res administrantur, si non impuberes sint. *Symmachi Relat. 37. tit. 10. cap. 19.*

4 Suspecti actio quasi publica. vide *l. 1. §. 6. ff. eod. §. 3. Inst. eod.*

5 Impuberibus non permittitur tutores suos suspectos facere. *l. 7. ff. eod. l. 4. C. eod.*

6 Tutor pendente causa suspecti, res pupilli jure administrare non potest. Itaque alius ejus loco substituendus est. §. 7. *Instit. eod. l. 14. §. 1. in fin. ff. de suspect.*

7 *l. 4. C. in quibus causis tut. hab.* 8 Tutor durante adhuc tutela, non potest administrationis, id est, tutelæ rationem à collega suo exigere; suspectum tamen eum postulare potest. *l. 2. C. de admin. tut. l. 32. in fin. ff. de administ. tut.* 9 Suspectus tutor accusatus, si ob dolum remotus sit, infamia notatur: sin ob negligentiam, non fit infamis. *Syn. d. tit. 10. c. 22.* Goth. Pro intellectu hujus leg. vid. Montan. *de Tutelar. cap. 36. reg. 8. num. 13. 14.* Ant. 10 §. 6. *Inst. eod. l. 7. §. 1. ff. eod.*

11 Quid si tutor ob dolum suum judicis tantum inquisitione, ac nemine eum accusante remotus est? non fit infamis: hoc est, Condemnatus per inquisitionem, non est infamis, etiamsi ex dolo condemnatus sit. *l. un. in fin. §. fin. ff. si tutor vel curator rem gesserit. l. 3. §. penult. 4. ff. eod.*

vel curatores eorum non recte administrant: suspectis eis postulatis atque ostensis, ut alii in locum eorum constituantur, facile impetrabis. Quod si nihil in eandem egerunt, verum ita egeni [2] sunt, ut in eorum administratione fratris tui filiorum substantia periclitetur, an eis adjungendus sit curator, qui idoneus facultatibus sit, Rector provinciæ æstimabit. †. Removendi [3] autem licentia non [4] solum parentibus utriusque sexus, sed etiam cognatis, extraneis, & affinibus, & ipsi, cujus res administrantur, si non impubes [5] sit, arbitrio cognatorum bonæ opinionis constitutorum conceditur. P. F. v. Idus Novemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

De administratione.

VII. Idem A. Gorgonio.

Eum, quem ut suspectum tutorem vel curatorem accusas, pendente [6] causa cognitionis abstinere ab administratione rerum [tuarum,] donec causa finiatur, Præses provinciæ jubebit. Alius tamen interea [7] in locum ejus in administratione rerum ordinandus est. P. F. VII. Kalend. Mart. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

De administratione. De contutore.

VIII. Impp. Philippus A. & Philippus C. Proculo.

Si non suspectum contutorem tuum postulare, ac removere ab administratione bonorum pupilli curaveris: admitti nequaquam potest ratio desiderii tui [8], jam nunc postulantis tutelam tibi nomine ejusdem pupilli restitui. P. P. XIV. Kal. Novemb. Peregrino & Æmiliano Conss. 243.

Infamis ex dolo remotus tutor.

IX. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Ammiano.

Suspectos [9] tutores ex [10] dolo [11], non etiam, eos, qui ob negligentiam remoti sunt, infames fieri manifestum est. S. VIII. Kal. Maji, CC. Conss.

TIT. XLIV.

DE IN [12] LITEM DANDO TUTORE, VEL [13] CURATORE.

Tutor potest agere contra pupillum, alio contutore auctore. Salic.

1. Imp. Antoninus A. Miltiadi.

Si quas petitiones adversus pupillos tuos habes, dirigere eas potes, adsistentibus causamque defendentibus contutoribus [14] tuis, cum & si alios tutores non haberent, ad hoc genus litis defendendæ curatores accipere deberent. P. P. XIII. Kal. August. Antonino A. III. & Balbino Conss. 214.

Tutor pupilli, cujus pater vendidit fundum fecum communem, confultius facit, si tutela durante partem suam non vendicet. Salic.

II. Imp. Alexand. A. Eustesio.

An tibi partis fundi paterni vindicatio competat, is cujus de ea re notio est, æstimabit. Respicere autem debes officium, in quo te esse tutorem dicis: ne [15] ob ejusmodi petitionem evictione [16] secuta, ultra pretii quantitatem auctoris [17] heredem pupillum tuum oneres, qui laudatus per te defendi debeat: cum aut compensationis [18] rationem habere, aut contrario tutelæ judicio experiri possit. Sed ne tuum jus (si quod habes) impediatur, ad eam rem defendendam quæ [19] adversus te vindicantem agenda erit, curatores pupillo petantur. P. P. Kal. Maji, Juliano II. & Crispino Conss. 225.

Curator datus certa rei vel liti, non tenetur de alia gestione. Bald.

III. Imp. Gallienus A. Valerio.

Ad protegendam [20] causam tutor sive curator datus, conveniri non [21] potest administrationis [22] periculo, cum sola suscepti negotii tutela mandata est. Si nihil igitur (ut allegas) præter negotium gestisti, frustra conveniris. P. P. Kal. April. Valeriano & Luciano Conss. 266.

Si curator ad litem expendit aliquid pro utilitate pupilli, debet illud recuperare. Bald.

IV. Idem A. Irenæo.

Ad litem datus tutor, si quid bona fide erogasti [23], à contutoribus [24] more solito exigere potes. P. P. Kal. Novemb. Paterno & Archelao Conss. 268.

Ubi tutor testamentarius vel legitimus est cum pupillo litigaturus, debet ei de curatore ad litem facere provideri. Salic.

V. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Tigrani.

Sive ex testamento, sive [ex] jure legitimo, fratris [25] tui filiorum tutelæ onus ad te perveniat: vereri non debes de his quæstionibus, quas adversus fratrem tuum quondam tibi fuisse dicis: cum si [26] qua emerserit lis, procuratore dato, & illis curatore ad litem constituto, & solennitati [27] juris (ubi tutor exigitur) & indemnitati utriusque prospici possit. Script. IV. Kal. Maji, CC. Conss. 294.

TIT. XLV.

DE EO QUI PRO [28] TUTORE NEGOTIA GESSIT.

Mulier quæ tutrix esse non potest, si se gerat ut tutrix, actione pro tutela tenetur.

1. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Marcello.

Etiam mulieres [29] si res pupillares pro tutore administraverint, ad præstandam rationem, tenentur. PP. Æmiliano & Basso Conss. 260.

Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Marco.

Non utiliter [30] nominatus tutor pupillorum nomine agendo, licet ex eorum persona injunctas impleat intentiones, exceptione [31] (si tutor non est) summovetur. Dat. Non. Decemb. CC. Conss.

TIT. XLVI.

SI MATER [32] INDEMNITATEM PROMISIT.

Licet mater pericula tutorem dari filio ejus periculo, non propterea tenetur ex illo facto, nisi hoc expressum fuerit judicis decreto. Salic.

1. Imp. Alexand. A. Brutiæ.

Suo potius periculo Magistratus tutores, quos petisti, dederunt, quam ex contra sexus conditionem alicui ex ea obligatione [33] obstricta es, quod tuo periculo tutores filiis tuis dari postulasti. P. P. III. Idib. Mart. Maximo III. [34] & Urbano Conss. 235.

Tutor matri pupilli vel avo administrationem committens, ab eis indemnitatis promissionem recipiens, officio finito convenitur: & ipse ab eis conservabitur indemnis. Salic.

II. Impp. Philippus A. & Philippus C. Asclepiadi & Menandro.

Quædam pupillorum vestrorum à matre, itemque avo materno administrata, eorumque nomine indemnitatem vobis promissam adseveratis: Quæ si ita sunt, & iidem pupilli legitimæ ætatis effecti, non adversus matrem suam, neque avum, sed contra vos congredi malunt [35]: non immerito indemnitatem ab his præstari desiderabitis, quos & administrationem suo periculo pridem suscepisse proponitis. P. P. IV. Idus Julii, Præsente & Albino Conss. 247.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Cajano.

Ob tutorem non idoneum à matre petitum, frustra vobis eam teneri contenditis, cum non nisi [36] specialiter ejus periculo dari decreto fuerit comprehensum, ex ea obligatione obstricta sit. S. Kal. Decemb. AA. Conss.

TIT. XLVII.

SI CONTRA [37] MATRIS VOLUNTATEM TUTOR DATUS SIT.

Tutor causam pupilli inchoatam prosequi tenetur etiam post pupillarem ætatem, si instrumenta curatori non reddiderit. Salic.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Tertio.

Si [38] contra matris ultimam [39] voluntatem Fuscinium filio communi tutorem datum probaveris: eum sine damno existimationis à tutela removendum Prætor decernet: Quæ rescriptio, si [40] in fraude convictus fuerit, non suffragabitur [41]. P. P. XIII. Kal. Mart. Laterano & Rufino Conss. 198.

TIT. XLVIII.

UT [42] CAUSÆ POST [43] PUBERTATEM ADSIT TUTOR.

Contra matris voluntatem tutor filio dari non potest. Bald.

1. Imp. Philippus A. Dextro.

Tutores, qui [44] necdum administrationem ad curatores transtulerunt, defensioni causarum pupillarium adsistere oportere, sæpe rescriptum est. Et ideo si (ut proponis) instrumenta [45] quibus asseri possunt causæ provocationis, etiamnum hi quorum meminisli, apud se detinent: aditus Præses provinciæ periculi sui eos admoneri præcipiet. P. P. XII. Kalend. Novemb. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

TIT. XLIX.

UBI [46] PUPILLI [47] EDUCARI [48] DEBEANT.

Pupilli educari debent apud matrem, nisi ad secundas vota transierit. Bald.

1. Imp. Alexand. A. Dionysodoro.

Educatio pupillorum tuorum nulli magis quam [49] matri eorum, si [50] non vitricum [51] eis induxerit, committenda est. Quando autem inter eam & cognatos & tutores super hoc orta fuerit dubitatio: aditus Præses provinciæ, inspecta personarum qualitate & conjunctione [52], perpendet [53] ubi puer educari debeat. Sin autem æstimaverit apud quem educari debeat, is necessitatem habebit hoc facere, quod Præses jusserit. P. P. VII. Id. Februar. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

---

12 XII. *ff. de auth. tut. & §. ult. Inst. de author. tutor. & Ulpian. 11. §. 24.*

13 Hodie curator datur, non tutor prætorius, ut olim. *dict. §. ult. d. §. 24.*

14 Altero tutore auctore cum altero agi potest. Est igitur eo casu supervacuum curatorem litis causa postulari. *l. 3. §. 2. ff. de tutelis.* vide *l. 24. ff. de testam. tut.*

15 Tutoris hoc esse cura debet, ut ne pupillus in pœnam contractus incidat.

16 *Res* ita habet. Tuus frater fundum communem vendidit, & duplæ nomine emptori repromisit. Fratre mortuo tutor liberorum ejus, partem tuam emptori evincia, Emptor à te convenitus, duplæ tibi promissæ nomine experitur in pupillos quibus defensionem debes? Quid juris? Præstat te compensatione uti, id est, te partem tuam à fratre tuo venditam fratris tui filiis judicio tutelæ imputare, ne alioquin tui pupilli in pœnam dupli incidant. Sin minus curator in litem pupillis tuis eligendus est, qui eos in causa evictionis defendat.

17 Id est, venditoris fratris.

18 *l. 3. §. de compensat. ff. l. 1. §. 4. ff. de contr. tut.*

19 *l. 5. §.*

20 Protegendam, *Vide. Hal.* 21 Curator certæ rei vel liti datus, alterius rei litisve nomine non tenetur: quippe certa ac definita fines suos non excedunt. 22 Curator in litem non subjicitur periculo administrationis. 23 Curatur in litem sumptus repetit. 24 *l. 3. §. de contr. jud. l. 30. ff. de negot.* 25 *l. 2. C. eod.* 26 *d. l. 2. l. 3. §. 2. ff. de tutelis. §. 3. Inst. de auth. tut.*

27 Curator ad litem pupillis, & minoribus constituendus est, tutore vel curatore adversus eos litigante. Dandus, inquam, curator ad litem est jure ordinario. *l. 19. ff. de auct. præstand. l. 17. §. 1. ff. de appellat.* Jus enim legitimum non vult tutorem, nec simplicem curatorem. *Ulpian. 11. §. 24.* vid. *Cujac. 17. observ. 7.*

28 XVII. D. V. *Nov. 155. c. 1.* quidam hanc vocem referunt ad mulieres tutelæ gerendæ capaces; ut ea ratione negent non capaces tutelæ, si gesserint teneri pro tutela. *l. cum à matribus 8. ff. qui possunt tutores.* verbis est tamen omnem qui res pupillares gerit pro tutore, rationibus reddendis obnoxium esse. Tacita hypotheca num eorum in bona competit? vide Gloss. in *l. pro officio 20. ff. de admin. tut. l. duumvirum 19. §. 2. ff. de rebus auctor. judicis possid.*

30 Puta à minore. *l. 17. §. 1. ff. de admin. tut.*

31 Exceptio tutoris illegitimi potest opponi in quacunque parte judicii, licet expiro fatali procurator. adde *l. Pomponius 221. ff. de verb. sign.*

32 *Paul. 2. sent. rec. 11. §. 2. l. 6. §. 4. ff. ad SC. Vellæan. l. 8. §. 1. ff. ad Velleian.*

33 Mater si suo periculo tutorem filiis suis dari postulat, subjudex, ejus intercessio confirmatur Senatusconsulto Vellæano. *l. 6. §. 1. ff. ad Velleian.* nisi specialiter decreto comprehensum fit, Periculo matris, quæ tutorem petit, tutorem dari. *l. ult. C. eod.* Aliud fortasse est, si, ut reipsa tandem filiorum administrationem deferret, tutoribus filiarum reprobasset. Sed vetus non alterius causa reprobavit. *l. 1. C. in prior.*

34 Maximo III. *Heineccius & rolle.*

35 Mens tutor mari, & avo materno rerum maternarum administrationem permissa agere adversus tutorem, *l. 9. §. de arbit. tut. Qua igitur actione? negotiorum gestorum actione. l. 24. ff. de negotiis.* & ita Paulus intelligendus est 2. *sent. 11. §. 2.* 36 Dixi ad *l. 1. ff. eod.*

37 Quemadmodum judex tutorem confirmare solet, quem mater liberis heredibus instituta dederit. *l. 4. C. de inoffic. test.* item reprobare solet quem mater reprobavit, ut hic, cui convenit *lex 11. §. 2. ff. de tutor. dat.*

38 Tutor liberis contra matris ultimam voluntatem dari non debet. 39 Quid si vivens ac superstes mater tamen aliquem liberis petit? Eum qui petitus ita fuerit à matre, excusis omnibus præfecti putat Baldus. magnam enim esse præsumptionem pro matre: cui superstiti ac sano merito id permittendum videtur, quod in extremis positæ aut testamento suo facere concedimur: ut nullum sit discrimen, an mater tutorem liberis testamento suo petierit, an vero superstes, vel alio actu quam testamentario. 40 Fraudis in tutela convictus, notatur. *l. 1. vers. qui pro. ff. de his qui notantur. l. 2. C. de tut. vel curat. qui non satisfd. l. ult. C. de suspect.* 41 Subaudi, ut ne teneatur fraudis admissæ: nam tametsi removeatur citra infamiam, fraudis tamen admissæ teneri merito debet. Removetur, aut non liberatur.

42 *l. 5. §. 6. ff. de admin. tut.*

43 Causa dubitandi hæc esse potuit, Tutela pubertate finitur, idoneque post pubertatem causæ adesse tutor non cogitur.

44 Causa decidendi hæc est, Etiamsi tutela pubertate finitur, periculum tamen administrationis non ante finitur, quam si rationes à tutore reddita sint. Nondum rationes reddidisse intelligitur, qui litis instrumenta retinet. 45 Tutor omnem rationem curatori non restituit, qui litis suo consilio cœptæ instrumenta nondum transtulit. facit *d. §. 6.*

46 XXVII. D. II.

47 Pupilli educari debent qui patre avituri. ut hic titulus differat à tutelæ, *Demetrio facile apud quem liberi morari & educari debeant.* Est enim titulus ille de liberis patrem habentibus.

48 Educatio propriam personam pupilli spectat: quæ vocem (actionem, vestitum, habitationem. *l. ult. ff. de alimentis. vel ubi instititio morum & liberalium artium continetur. l. 2. ff. de alimentis.* est enim ingenii quoque educatio. Terent. *Heaut. & pudice dictum, atque educatum ingenium.* 49 *Novell. 22. c. 38.* Nam et Menander ait, ὁ τρέφας σώζεται μᾶλλον ἢ ὁ φύσας. à puto. Sic dicitur *l. 32. ff. de accept. l. ult. contr. inst. l. 15. Cod. de negot. gest.* Add. 50 Id est, si secundas non contraxit nuptias. *Nov. 22. cap. 38.* ut hinc constet, nuptias secundas matres liberorum apud se educandorum jus amittere. Cui & hoc recte additur, legatum matri relictum quandiu cum filiis fruerit matrem ipsum subsendo amittere. *l. sed & hoc. 62. in fin. ff. de cond. & demonstr.*

51 Et tamen vitrico privigni educatio & tutela permissi potest. *l. ult. ff. de curator. jud. tut. l. 32. in fin. ff. de adopt.* sic Cajus Octavius apud vitricum educatus. *Dion.* De educatione, Bartolus, Baldo & Speculatori & Wurmsero non convenit. vide *Wurmser. 1. praël. 38. cap. 4.* Cujacius 6. *obs. 29.* contra putat rectæ argumentum à tutela ad educationem duci. *l. 1. §. ult. ibi, exemplo tutorio ff. ubi pupill.* at non à contra. Nam jure antiquo matri tutela filii non permittebatur, nisi à Principe eam impetrasset: educatio vero permittebatur. Seneca *de consolatione ad Marciam.* Pupillus relictus sub tutoris custodia usque ad XIV. annum fuit sub matris custodia. 52 Quædam dixi ad *l. 18. ff. de negotiis.*

53 Arbitrarium est decernere apud quem filius educaretur: quod tamen causa cognita, citatis, ut loquuntur, citandis, fieri debet. *l. pen. ff. eod.* vide *Mynsch. 2. de arbitrar. jud. 108.*

Ubi pupillus educetur, etsi in judicis arbitrio, de eo tamen qui ei succedere debet, sibi justa suspicio. Salic.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Gratæ.

UTram nepos tuus ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum affectione, & qui magis ad suspicionem ex spe successionis propior sit, æstimabitur. S. xviii. Kalend. Novemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

TIT. L.

DE ALIMENTIS PUPILLO PRÆSTANDIS.

Tutor judicio officio cogitur alimenta præstare pupillo, licet pendeat quæstio de statu ejus. Salic.

I. Imp. Antoninus A. Faustino.

PUPILLUS, si ei alimenta à tutore suo non præstantur, Præsidem provinciæ adeat: qui, ne in alimentorum præstatione mora fiat, partibus suis fungetur. †. Idem est & si de statu pupilli seu adulti, & de bonis ejus controversia pendeat. P. P. VI. Id. Jul. *Romæ*, Lætо II. & Cerealе Conss. 216.

Pupillus præsumitur alimenta sua à tutore, & non præsumitur de nihilo vixisse, vel sine sumptibus stetisse. Bald.

II. Imp. Alexand. A. Euphido.

QUod plerumque postulatur, ut arbitrio Prætoris alimenta pro modo facultatum pupillis, vel juvenibus constituantur, pro officio suo, qui aliena negotia gerunt, ne apud judicem controversiam habeant, faciunt. Cæterum si bonus vir & innocens tutor arbitrio suo aluit pupillos (quod interdum etiam necesse est fieri, [ne secreta patrimonii & suspectum æs alienum pandatur] quod melius est interim taceri, quam cum de modo bonorum quæritur, ultro proferri, & apud acta jus dicentis contra utilitatem pupillorum designari) non dubie accepto ferre debebunt ea quæ vir bonus arbitratur merito ad exhibitionem educationis, ministeria, studiaque erogata esse. Nec ferendus est juvenis, qui cum præsens esset, studiisque eruditus atque alius esset: si ea per alium se consecutum non probet, sumptus recusет quasi vento vixerit, aut nullo liberi hominis studio imbui meruerit. P. P. Non. Decemb. Maximo II. & Ælіano Conss. 224.

TIT. LI.

ARBITRIUM TUTELÆ.

De verbis testatoris.

I. Imp. Antoninus A. Leoni.

CUM tutelæ administratæ ratio à te peti cœperit: neque veritati, neque justis probationibus officit, quod (ut dicis) testator modum patrimonii sui verbis testamenti ampliavit, vel minuit. P. P. V. Kal. Octob. Duobus & Aspris Conss. 213.

De nominibus.

II. Idem A. Præsentino.

NOmina paternorum debitorum si idonea fuerint initio susceptæ tutelæ, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ esse cœperunt, judex qui super ea re datus fuerit, dispiciet: & si palam dolo tutoris, vel manifesta negligentia cessatum est, tutelæ judicio damnum quod ex cessatione accidisset, pupillo præstandum esse, statuere curabit. P. P. Non. Jul. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De re empta à curatore ex pecunia minoris.

III. Idem A. Vitalio.

SI curatos post decretum Præsidis, sublata pecunia quæ ad comparationem possessionis fuerat deposita, sibi prædium comparavit; elige, utrum malis in emptione negotium tibi cum gessisse, an quia in usus suos pecuniæ conversæ sunt, legitimas usuras ab eo accipere: secundum quæ Judex tutelæ judicio redditus, partem religionis implebit. P. P. III. Kal. Jul. Lætо II. & Cerealе Conss. 216.

De eo qui bona paternis abstinetur est.

IV. Imp. Alexand. A. Aglao.

EUm, qui bonis paternis secundum Edicti formam abstentus est, hereditariis actionibus conveniri nulla ratio suadet. Nec ad rem facit, quod adversus curatores vel tutores, si non consulte abstentus sit, actio ei competat: Nihil quippe in ea [actione,] quæ ex officio gesta sunt vel geri debebunt, veniet: sed culpa solummodo, quantique interfuit ejus non fuisse abstentum, æstimabitur. Cui consequens est, ut si propter eam causam transegisti cum tutoribus vel curatoribus, nulla adversus te creditoribus patris tui petitio competat. P. P. III. Kal. Maji, Alexandro A. Conss. 223.

Ut ad eundem Judicem eatur.

V. Imp. Gordianus A. Victorino.

OMnes tutores, seu heredes eorum qui administraverunt tutelam, ad eundem ire debere, jampridem constitutum est. Cum igitur patrem tuum cum alio tutelam administrasse alleges: Præses provinciæ eundem Judicem adversus te atque heredes contutorum patris tui dare debebit, quatenus quisque condemnari debeat, examinaturum. P. P. X. Kal. August. Pio & Pontiano Conss. 239.

Si minor contractum approbet.

VI. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Cononi & aliis.

CUm interdictæ venditionis vitium, etiam pretii fraude tutor vester cumulasse proponatur: non dubitabit Præses provinciæ, quando venditionem confirmare voluisse, residuum pretium cum usuris venditæ à tutore possessionis celeriter vobis restitui jubere. Quod autem petitis ab heredibus ejus qui vendidit, pretium vobis exolvi, superfluo à nobis desideratis: quia nec Præfidis expetentiam potest [hoc] latere, tutores qui gesserunt, sive eorum heredes ob ea negotia quæ per eos administrata sunt, principali loco conveniri debere: cæteris ob culpæ rationem non servati detrimenti periculo substitutis: vel si pariter administrasse docuerint, etiam adversus unum, liberum experiundi arbitrium competere: ita ut actiones quas adversus alios habueris, ad electum transferantur. P. P. Kalend. Septemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De dolo & culpa tutoris.

VII. Iidem AA. & CC. Alexandro.

QUicquid tutoris dolo vel lata culpa, aut levi, seu curatoris, minores amiserint, vel, cum possent, non adquisierint: hoc in tutelæ seu negotiorum gestorum utile judicium venire non est incerti juris. S. Prid. Id. April. AA. Conss.

De longi temporis præscriptione.

VIII. Iidem AA. & CC. Dalmatio.

TUtores tutelæ conveniri, longi temporis præscriptio non prohibet: Unde si his tractatione, vel novatione aut acceptilatione liberationem non præstitisti: apud Rectorem provinciæ, quæcunque tibi debentur, repetere non prohiberis. S. xiv. Kal. Maji, AA. Conss.

Utrum tutor, an heres promittentis indemnitatem, convenire debeant.

IX. Iidem AA. & CC. Juliano.

TUtorem quondam, ut tam rationem, quam si quid reliquorum nomine debet, reddat, apud Prætorem convenire potes: quamvis enim matrem tuam susceptis bonis vestris indemnitatem pro hac administratione tutoris se præstaturam promisisse proponatur: tamen adversus tutorem tibi tutelæ, non ea advetus matris successores ex stipulatu competit actio. S. Prid. Kal. Januar. AA. Conss.

Quæ actione tutor, vel ejus heredes conveniri debeat.

X. Iidem AA. & CC. Pomponio.

SI defunctus tutelam vestram administravit: non rerum ejus dominium vindicare, vel tenere potes: sed tutelæ contra ejus successores tibi competit actio. †. Debitum autem aliis indiciis comprobari oportet: nam quod neque ipse, neque uxor ejus quicquam ante administrationem habuerunt: non idoneum hujus continet indicium. Nec enim pauperibus industria, vel augmentum patrimonii quod labоribus, & multis casibus quæritur, interdicendum est. S. x. Kalend. Februar. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

De tempore post tutelam finitam.

XI. Iidem AA. & CC. Chrysiano.

TUtor post puberem ætatem puellæ, si in administratione connexa perseveravit: tutelæ actione totius temporis rationem præstare cogitur. Sin autem post finitam administrationem in iisdem rebus minime se immiscuerit: temporis quod insequitur, periculum ad eum non pertinet. S. Kalend. Decemb. *Anchialo*, CC. Conss. 293.

De successoribus.

XII. Iidem AA. & CC. Quintillæ.

TUtelæ actio tam heredibus quam [etiam] contra successores competit. S. x. Kalend. Decemb. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

---

1 Judex non decernit semper de testatoris mente, sed ejus qui pupilli successor futurus sit. *l. 1. §. 2. in fin. ff. ead.* Sed an ejus rationis ad eum reducit tutela legitima.

2 Hoc referenda est pars pulcherrima epigraphes tituli, an pupillus educari sui morari debeat: & de alimentis ei præstandis.

3 *l. 5. ff. ead. l. 9. ff. de legat. 3. §. 14. ff. de fideicom. libert.*

4 Alimenta pupillo decernuntur, etiamsi de statu bonitate parentis fiat ei controversia.

5 *l. 3. in princ. §. 1. ff. ead.*

6 Et ita sine decreto. *l. 3. ff. de administ. tut.*

7 *l. 1. §. 3.*

8 Interest pupilli secreta patrimonii ejus, atque suspectum alienum non evulgari apud alios. *vers. quid enim. ff. quando & quib. quart. pars. l. 14. ff. de curat. fur. l. 7. ff. de admin. tut. Edict. Justin. 7. aug. 1.* sic, qui locuerint alienum sibi commodum evulgat, injuriis locuntur. *l. 1. §. 38. ff. Depositi.* Eo jure si lis pupillo sit cum aliquo, inventarium integrum pupilli adversario non exhibetur, sed ea tantum capita quæ in controversia posita sunt. facit *l. ult. ff. de precibus imper.* 9 *d. l. 3. l. 2. ff. ead.* 10 Præsumitur in dubio pupillus alimenta à tutore percipisse: non de nihilo vixisse, aut sine sumptibus vixisse. 11 Præsumitur nemo vento vixisse. vid. *Alciat. 1. præsumpt. 30.*

12 Id est, de alimentis tutelæ. Cui refondet cinul. *ff. de testis & testimoniis (ubi alienus, & nil novationis causa sit actum) lib. 27. in. §.* Hanc actionem vocat Arbitrium, quod omnis hujus judicii potestas sit in arbitrio judicantis, qui ex causis tutelæ rationibus ex bona fide finitis, quæ tutorem pupillo præstare aut reputare oportet. Eidem contraria actio appositur, de qua *l. ult. §. 8.*

13 Veritati, & heredibus suis vel extraneis, nihil efficit, quod defunctus nomen patrimonii sui declaraverit. *l. 10. T. communia utriusque judicii. l. 6. T. de probat. l. 6. T. de testament. l. 21. §. 4. ff. de leg. 1. l. 77. §. 30. ff. de leg. 2. l. 37. in fin. ff. ad legem Falc.* nisi defunctus jurraverit. Defunctorum enim defuncti exigunter leges, nisi malint hereditate restituri. dixi ad *Novell. 1. Nov. 48.* Quod de heredibus dictum, etiam ad creditores non pertinet. *d. Novell. 48. l. 1. §. 1.*

14 Non secundum testatoris æstimationem, sed secundum veritatem, tutor reddere rationem tenetur. 15 Vid. *Nov. 48. de eo qui mortuus juravit quantum haberet in bonis.* 16 Voluntates defuncti dispositivæ servantur, non enunciativæ. *l. 6. T. de testament. nihil sic juratum. d. Nov. 48.* 17 Si debitores pupilli solvendo fuerint initio inchoatæ tutelæ, sin inchoante administrationem tutore, postea vero lata tutoris negligentia non solvendo esse cœperint, eorum inopia periculo tutoris est. *Synops. Basil. 37. tit. 11. in fin. 38. tit. 3. cap. 30.* 18 De nominibus paternis. De nominibus contractis à tutore agitur *l. 1. §. 1. 2. T. de admin. tut. l. 7. §. 2. ff. de adm. tut.* adde *l. 35. ff. de reb. cred.* 19 Lata culpa est quæ excusari non potest: quæ potest, minor culpa est. 20 In nominibus paternis exigendis tantæ tenetur tutor de lata culpa. *l. 57. ff. de admin. tut.* 21 Quid? daturne directa tutelæ actio in curatorem universalem ejus pro tutelæ? Duri videtur, quia curatoris vicem sustinet. Tisalenus hic putat *εἶναι δοκεῖ καὶ κατὰ τὴν κυρίαν*, quod Ulpiani sententiæ repugnat. *l. 1. §. 7. ff. de ea qui pro tut.* 22 Depositum apud alium pupillarem pecuniam ad prædiorum comparationem tutor ab ipso depositario invito repetere potest, licet non emat prædia quod fortassis verum est: nisi nominatim ea lege ipsi depositario data pecunia est ut apud eum esset, tantisper dum prædiis pupillo emeretur; quod merito notari potest & deber, adversus tutores qui præteritu tutelæ, privatas injurias ulcisci volunt adversus hujusmodi depositarios. 23 Minoris est electio, utrum rem petat eamdem sua pecunia (licet non suo nomine) an pecuniam ipsam cum usuris contestatis. *Falc.* 24 De usuris pupillaribus, vid. *l. 7. §. 10. ff. de admin. tut. l. 1. T. de usuris pupillaribus.* 25 Abstinens hereditate hereditatis actionibus non tenetur. *l. 4. T. quod cum eo. l. 3. T. de renunt. hæreditate in fraud. cred. l. 18. ff. de tut. & rat. l. 20. §. 4. ff. de adq. hered.* 26 Pro herede non gerit, qui actionem exercet adversus tutores & curatores, quod inconsulte, eorum ductu, patris hereditate abstinuerit. 27 In æstimatione tutelæ venit id quod interest pupilli vel adulti non fuisse abstentum. adde *l. 1. l. 2. T. si ne omissam.* 28 Argumentum recte dicit à contractibus ad delicta hinc colligit Bald. ut in *l. omnes 20. ff. de judic.* 29 Transactionis causa quod quis consequitur à tutore vel curatore, ab inconsultam hereditatis paternæ abstentionem, non videtur consequitus nomine hereditatis, ideoque conveniri à creditoribus paternis non poterit. Baldus: *Quod solum*, inquit, *querit ex contractu, non quod sua facit heredem patris. Filius transigens de patris rebus, non propterea se immiscet.* 30 Cur nulla competit? An hoc ideo quod qui filius patre mortuo, proprio contractu vel quasi adquirit, ea filium heredem patris non efficiunt: quo jure existimant eum qui de patris morte cum adversariis transegerit, pro herede non gerere: pacem denique (sic enim nostri loquuntur) de morte patris facere non esse actum hereditarium. *Bart. Aug. in l. si filius qui patri 22. ff. de conjugi.*

31 Eundem ad judicem iri solet: si plures sint tutores, *ut hic. & l. 6. §. 2. in fin. ff. de admin. tut. l. 2. ff. de edend. l. 2. ff. de quib. rebus ad eundem.* quemadmodum si inter plures agitur familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum. *l. 1. ff. de quib. reb. ad eundem.* si plures correi ejusdem pecuniæ. *Novell. 96. cap. 2. §. 1.* si plures viendi cent servi dominum. *l. 8. §. 1. l. 9. ff. de lib. caus.* si mutuum sint petitiones. dixi ad *l. 1. T. rer. amot.* & breviter ad eundem judicem remittendi sint, qui vel eodem jure, vel ratione ejusdem officii tenentur.

32 Ne cause continentia dividatur. *l. 1. 2. ff. de quib. reb. ad eundem.*

33 *l. 1. ff. de reb. eor.*

34 Tutor fraudem fraude cumulat, qui non tantum prædia pupilli sine decreto distrahit, sed etiam iniquo ac minima pretio ea vendit.

35 Ratum habens venditionem rei alienatæ legibus prohibitæ, non intelligitur ratam habere ejusdem rei iniquam, seu non suo dignove pretio venditionem. ut hinc colligas, Pretium quidem venditionis ratum haberi posse, licet ejus qualitas rata non habeatur. prudente negotium unum, & idem nunquam forma sua partim comprobari, partim non probari, qua nimirum forma non fuerit servata. Hinc constat quoque, Actum qui mei contemplatione nullus sit, ratum haberi & confirmari posse. adde *l. Julianus 13. §. 27. & 29. ff. de act. empt.*

36 Ratum habere contractum tutoris, & ex eo quive nomine experiri pupillus potest.

37 In electione minoris proposita est ratum habere venditionem invalidam à tutore factam.

38 Minor si venditionem tutoris invalidam confirmavit, *De* marit, potest prædium juste petere ab ipso tutore. 39 In his quæ jure communi sunt permissa, Principes scripura si pervacua est: superuacuo & frustra petitur à Principe, quod jure facere conceditur. *l. 1. §. ultim in fin. vers. ut superflumen. ff. de thesaurit. l. 30. ff. de reb. auct. jud. possid.* 40 Tutor qui gessit, ejusque heredes prius conveniendi sunt, quam qui non gesserunt. vid. *l. de devol. tut.* 41 Qui non gesserunt sc. vid. *l. 1. l. 3. si tutor non gesser.* 42 Quemadmodum ut agendum adversus eos qui pariter tutelam administrant, melius explicatur in *l. 1. §. 30. 11. 12. & seq. ff. de tut. & rationib. distrahe.* 43 *Syn. Basil. 37. tit. 11. in lib. 38. tit. 3. c. 30.* 44 *l. 2. T. eod.* 45 *l. 7. ff. de admin. l. 23. ff. de reg. jur.* 46 *l. 21. T. de admin. tut. l. 4. ff. quando ex facto tut.* 47 Damnum, in amissis: in non quæsitis, lucrum considerabit: utrumque tutor pupilla præstat, quantum sc. minori abest quantumque lucrari potuit. *l. 13. ff. rat. rem. habit sc. non illicite. arg. auth. novissime T. de admin. tut. dist. 46. c. sicut non sine 10.* 48 *d. l. 21. l. 15. in fin. l. 16. l. 17. l. 18. ff. locati.* 49 Actio tutelæ non præscribitur, id est, tutelæ actio perpetuatur. *l. 5. in fin. ff. quib. non objicitur. l. 2. in fin. ff. de contr. tut.* Hodie præscribitur annis triginta. *l. 3. in fin. ff. de præscript.* 50 *l. 2. T. de constitutis.* 50 *Quæ paratheseos καὶ ἐπιτροπῆς. libri Basil. apud Cujac. 17. obs. 6. in fin.* Haloander legit *transactione*, atque ab *expeditione. Synops. Basil. tit. 5. c. 1. ἐὰν τὸν ἐπίτροπον χάριν τοῦ ἐπιτροπεύειν.* Liberandi modus interim servatransactionem, novationem & acceptilationem. 51 Minor bus competit in tutores actio ad rationes & reliqua. vid. *l. 82. in fin. ff. de cond. & demonst.* 52 Dixi ad *l. 1. T. si mater in administratione.* 53 Contra tutorem debet pupillus agere; non adversus eum qui *in administratum* promisit. 54 Tutor quod adquirit sibi non pupillo sinque ex industria non ex bonis pupilli adquisitisse præsumitur. 55 Nec hodie nec semper recte pauper fuisse præsumitur qui olim pauper fuit. vide *Alciat. 2. præsumpt. 27. n. 3.* Ideoque licet pauper bona divitis administret, non præsumitur tamen ex ejus bonis adquisisse, sed ex sua potius industria. quod in tutore, & quovis privati administratore locum habet: non tamen in publicæ rei administratore, ut notant in *l. 7. ff. de jure fisci.* An idem dicemus in matre tutrice? Alexander *cons. 2. c. vol. 4.* ita putat, Nam ut hæc non distinguit, ita videtur ad omnes omnino tutores pertinere. Idque evidentius apparet ex his quæ de bonis à viro post mariti mortem quæstis diximus ad *l. 6. in fin. ff. de donat. int. vir.* Corradius 3. *Miscell. 5. n. 7.* negat locum habere in ea matre, cui nulla fuit industria mulierique patrimonium. Hoc enim casu honestissimum esse, turpis quæstus vitandi gratia dicere, eam præsumi ex eorum bonis quorum tutelam administravit, adquisivisse. Nec obstare *l. 1. T. si quis alteri vel sibi.* quæ liberis negat vindicationem rei traditione matri quæstæ, post mortem mariti, cum mater eo casu traditione dominium adquisiverit. Superiorum opinionem confirmari, quod Accursius ad *l. 6. ff. de jure fisci.* & Baldus in *l. 1. T. de bonis l. vel ad. quod.* scribat: Regios officiarios præsumi res suas de bonis fisci quæsivisse. 56 Non idoneum judicium. 57 Sensus est: Quemque præsumi sua potius industria, quam alienis bonis ditari. qua de præsumptione vid. Alciat. 2. *præsumpt. 27. n. 3.* adde quæ scripsi ad *l. 6. T. de donat. int. vir. & ad d. l. 7.* 58 Facit *l. 4. §. 1. ff. de minor.* 59 Administrata post tutelam finitam prioribus connexa, veniunt in æstimatione tutelæ, *ut hic*: adde *l. unic. T. ut cause post pubert. cess. l. 17. ff. de negot. l. 5. §. 5. ff. de adm. tut. l. 13. ff. de tut. & rat. distrah. l. 27. ff. de appell.* 60 Tutor vel curator tenetur perseverare in connexis ante translationem non post. 61 Vid. *l. 6. T. de peric. tut.* 62 *l. 1. §. 17. ff. de tut. & rat. l. 2. T. com. de succeff.* 63 *l. 1. §. 16. l. 7. ff. de tut. & rat. l. 42. §. 3. in fin. T. de appellat. l. 3. T. de hered. tut.* 64 Κατὰ ἀκρίβειαν, curatus heredes. *Syn. Basil. d. tit. 3. c. 35. & 7. Harm. 11. §. 47.*

De confessione tutoris extra inventarium, & de inventario conficiendo.

XIII. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.

VEteris juris dubitationem decidentes [1], sancimus; si quidem tutor, vel curator pro substantia pupilli vel adulti [2] aliquid ubicumque [3] dixerit ad majorem quantitatem eam reducens, sive pro utilitate pupilli, vel adulti, sive per suam simplicitatem, sive per aliam quamcumque causam: nihil veritati præjudicare, sed hoc obtinere quod ipsius rei inducit natura, & mensura pupillaris vel adulti ostendit substantiæ. †. Sin [4] autem inventario publice facto res pupillares vel adulti inscripserit, [5]& ipse per hujusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem [6] substantiæ: non esse aliud inspiciendum, nisi hoc quod inscripserit, & secundum vires ejusdem scripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigi, neque [7] enim sic homo simplex (immo magis stultus) invenitur, ut in publico inventario scribi contra se aliquid [8] patiatur. §. 1. Illo proculdubio observando, ut non audeat tutor, vel curator res pupillares, vel adulti aliter attingere, vel ullam sibi communionem ad eas vindicare, nisi [9] prius inventario publice facto, secundum morem solitum res ei tradantur: nisi testatores qui substantiam transmittunt, specialiter inventarium conscribi vetuerint [10]: Scituris tutoribus & curatoribus, quod si inventarium [11] facere [12] neglexerint: & quasi suspecti [13] [ab] officio removebuntur, & pœnis legitimis [14] quæ contra eos interminatæ sunt, subjacebunt: & postea perpetua macula infamiæ [15] notabuntur [16], neque ab Imperiali beneficio absolutione hujus notæ fruituri. Dat. Idib. August. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

1 Hæc est XII. decisio ex quinquaginta novis Justinianeis, vid. apud Inglos. ANR.

2 Exemplum ponunt in curatore adulti sui facultates commendante, ut eo facilius ditiorem uxorem reperiret.

3 Confessio tutoris professitia (scitra inventarium tamen) majorem quantitatem patrimonii pupilli non præjudicat veritati: non notet denique ipsi confitenti. Quid si in inventario facta hujusmodi confessio fuerit? præjudicat tutori confitenti: adeo ut contrarium probare delicatus non possit. *vers. sin autem.*

4 Confessio rerum pupilli in inventario facta à tutore, adeo tutori præjudicat, ut non possit contrariis probationes uti. 5 Quid si res proprias inventario pupilli tutor adscripsit? Salicetus existimat præsumptionem juris & de jure esse, res eas pupilli esse aut saltem eas tutorem pupillo donasse, adeoque tutorem si in inventario descripserit eum sibi à patre pupilli legatam, videri legato renunciasse, quod Alciato omnimodo non placet: quem vide *part* 2. *præsumpt. num.* 11. 6 Aliud erit, si tutore ignorante tale quid adscriptum fuerit.

7 Adde quæ scripsi ad *l. ult. T. ad Velleian.* 8 Mobile præsertim: id enim occultari facile potuit. *l.* 24. *T. de adm. tut.* Quid si immobile seu prædium aliquod inventario pupillari tutor adscripserit, quod pupilli non esset? Aretinus putat id pupilli non fieri: negat denique ea re veritati præjudicium fieri, *arg. l. cum scitis. 3. T. de jur. & facti ignor.* quod rationi consentaneum videtur Baldo. Quid si in vectario quædam adscripsit tutor, hac protestatione adjecta, ut si pupilli non fiut, pro adscriptis non habeantur? Protestatio hæc tutorem non juvabit: nisi post cauta judicia authoritate res ejusmodi in inventario dispunctæ fuerint. Idem erit si dubius, aut cum ita se credere diceret, aliquid aliud inventario pupillari adjecerit. Nam cum illiusmodi confessio apud acta in ipso judicio fiat, idem præstat ac redditi *Credendi* verbum, quod puto ac pericula enunciatio seu affirmatio. ut *ins. leg.* 2. §. *quod observari.* 2. *T. de jurejur. propt. calumn.* Quid si testibus res ita inventario pupillari adscriptas, suas ac proprias, aut alterius esse probare velit? Raynerius Forlivianus putat testes non admitti adversus hoc genus scripturæ, juris & legis cautione interpositum, non ipsorum contrahentium voluntate. Contra Richardus Salinziensis putat testibus locum esse. *arg. l. testium.* 18. *T. de testibus.* atque ita Venetiis judicatum refert Baldus. facit *gl. l. pupillus.* 4. *T. de usuris pupill.*

9 Tutor antequam inventarium rerum pupillarium faciat, nihil quod pupilli sit, attingere vel administrare potest. & breviter: tutoris administratio tutori decerni non potest, nisi inventario solenniter facto, eoque præcedente. *vers. nisi]. vid. l.* 24. *T. de admin. tut. l.* 7. §. 6. *in fin. T. de curatore furios.* 10 Testator potest tutori inventarii faciendi necessitatem remittere. Idque procedit sive expresse prohibeat, sive tutori remisit. Verbalis etiam tantum differentia est, utrum quis dicat, *Veto fieri inventarium*: Vel, *remitto usufructuarium inventarii. Bart. ad l.* 55. *ff. de legat.* 1. & ita communiter sentiunt interpretes. *Clarus* §. *Testamentum. quæst.* 66. *vers. quod ad tertium. vers. sed hoc quidem.* Quid? voluntate testatoris non obstante: poterit ne judex, si minori id expedire deprehenderit, tutorem ad inventarii confectionem cogere? Potest. *Bart. d. loco.* eamque communem esse opinionem refert Covarruvias *ad Variar. resolut.* 34. *num.* 4. & Clarus *d. loco versic. sed si qui.* ubi notat statuto Genuensium aliter receptum. Quid? usufructuario potestne remitti à testatore onus inventarii conficiendi? dixi ad *l.* 1. *T. de usufructu.* Quid heredi potestne remitti? Posse ait Cujacius ad *Nov.* 1. *in fin.* Clarus paulo aliter distinguit: in prejudicium videlicet creditorum non posse: In legatariorum, fideicommissariorum & coheredum præjudicium, non posse, idque pro communi opinione adversus Baldum Clarus defendit. *d. loco versic. quod ad primum.* Quid? testator potestne cui vis tutori inventarii conficiendi necessitatem remittere? Culvis potest: etiam legitimo & dativo: nisi aliter causa cognita definierit judex. *arg. l. tutores.* 24. *T. de adm. tut. l.* 1. *T. ubi pupilli educar.* Quid si statuto necessitas inventarii faciendi tutori mandetur? vel hoc etiam casu testatorem tutori eam necessitatem posse remittere, censet Baldus. 11 Sive expresse prohibeas fieri inventarium, sive remittas inventarii necessitatem. 12 *l.* 7. *ff. de administr. tut.* 13 Quid si factum quidem inventarium est, ignorantia tamen quadam res tutor non adscripsit? si eum primum earum rerum notitiam tutor habuerit, eas adjecerit, non removebitur. *arg. l. cum ancillæ* 3. *T. de inoffic.* 14 Pœna tutoris non conficientis inventarium, hæc est, ut removeatur tanquam suspectus, *ut hic*: & pœnis legitimis subjaceat & infamiæ.]. *cod.* Juratur etiam adversus eum in litem. *d. l.* 7. *Wormser. 1. pratt.* 38. *n.* 8. 15 Graviori animadversioni. *l.* 1. §. 7. *ff. de off. pref. urb.* adde *l.* 3. §. 15. *in fin. ff. de suspect.* in vincula detrudi posse Wurmserus ait *d. loco.* modo conditionis humilis sit. 16 *d.* §. 7.

TIT. LII.

DE DIVIDENDA [17] TUTELA, ET PRO QUA PARTE QUISQUE TUTORUM CONVENIATUR.

Si tutor qui tenebatur, tempore officii depositi cessavit, collega non tenetur. Bald.

1. Imp. GORDIANUS A. Optato.

SI post finitum administrationis officium, collegæ tui indemnitati præstandæ idonei [18] fuerint, posteaque dum non conveniuntur, minus idonei effecti sunt, vitium alienæ [19] cessationis ad dispendium tuum pertinere, juris ratio non patitur. P.P. VI. Id. Mart. GORD. A. II. & POMPEIANO Conss. 242.

II. Impp. CARINUS & NUMERIANUS. AA. Primigenio.

SI divisio administrationis inter tutores sive curatores in eodem loco, seu provincia constitutos facta necdum [20] fuerit, licentiam habet adolescens, & unum eorum eligere, & totum debitum exigere: cessione [21] videlicet ab eo adversus cæteros tutores seu curatores actionum ei competentium facienda.

†. In divisionem autem administratione deducta, sive [22] à Præside, sive testatoris voluntate: unumquemque pro sua administratione convenire potest: periculum invicem tutoribus [seu curatoribus] non [23] sustinentibus: nisi per dolum aut culpam suspectum non removerunt, vel tarde [24] suspicionis rationem [25] moverunt, cum alter eorum non solvendo effectus sit, vel suspicionis causam agendo sua sponte jura pupilli prodiderunt. Nec prodest eis dicentibus, [eum] contutorem suum non administrasse res pupillares. †. Sin vero ipsi [26] inter se res administrationis diviserunt: non prohibetur adolescens unum ex his in solidum convenire, ita ut actiones quas adversus alios habet ad electum transferat. P. P. emissa XII. Kal. Aprii. CARINO II. & NUMERIANO AA. Conss. 284.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zotico.

LIcet tutorum conventione [27] mutuum periculum minime finiatur: tamen eum qui administravit, si solvendo sit, primo [28] loco, ejusque successores conveniendos esse non ambigitur. S. IV. Kal. Octob. CC. Conss.

17 *l.* 30.]. *de fidejussoribus.*

18 Tutor non tenetur ex facto contutoris qui solvendo tempore finitæ tutelæ fuit. *l.* 3. *T. de probat. l. ult. T. in quibus causis tutor habetur. l.* 39. §. 10. *l.* 53. *ff. de adm. tut. l. ult. ff. rem pupill. salv.*

19 *l. ult. in fin. T. in quibus causis tut. hab. l.* 39. §. 10. *l.* 53. *ff. de admin. tut.*

20 Divisione nondum inter tutores facta, potest pupillus in solidum unum eligere cessa actionibus adversus alios. *l.* 6. *in fin. T. tit. prox.*

21 *l.* 2.]. *de contrar. judicio tutelæ. l.* 1. §. 18. *ff. de tut. & rat.*

22 Si divisa est in partes, seu regiones, vel provincias tutelæ administratio à judice vel testatore pro ea quisque parte tantum convenitur, quæ ei at tributa est, non pro parte collegarum, nisi dolus aut magna culpa arguatur, quod collegam suspectum non fecerit, aut fecerit quidem, sed vel iuscie vel eversis jam facultatibus. *Gail.* Facit *l.* 55. §. *fin. ff. de administr. tutor.* ANR. 23 Tutor de ea re quæ extra suam regionem est, in judicium vocari non potest. *l.* 51. *ff. de admin. tut. l.* 2. *T. de periculo.* 24 Pura eversis tutoris facultatibus. 25 Id est, cur suspectus sit. 26 Si divisa fit tutela, sola tutorum conventione sine judice singuli tenentur in solidum cum hac conditione, ut quem pupillus elegerit, ei cedat actiones suas adversus alios. adde *l.* 5. *ff. de magistratibus conveniendis.* 27 Conventio tutorum non potest in fraudem pupilli dividere officium tutelæ, periculumque commune. *l.* 25. *l.* 26. *T. de pati. l.* 1. §. 8. *ff. de admin. rer.*

28 Pacto tutorum non obstante, prius conveniur gerens, & ejus heredes, quam qui non gessit. *l.* 8. *T. de admin. tut. l.* 1.]. *si tut. vid. c. non gesser. l.* 6. *T. tit. prox. l.* 55. *ff. de adm. tut.*

TIT. LIII.

DE IN [29] LITEM JURANDO.

Contra heredem tutoris ob dolum vel latam culpam substituta non restituentem, juratur in litem. Salic.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Asclepiodoto.

ADversus heredes tutoris ad transferendam tutelam judicem accipiens tempore litis instrumenta [30] ad pubertem pertinentia restitui desiderabis. Quod si dolo non exhibeantur in litem [31] jurandi tibi facultas erit: modo si quandam pupillo debitam adfectionem ad vincula [32] quoque religionis extendere volueris. P. P. Kal. August. ANTONINO II. & GETA II. Conss. 206.

Nemo invitus jurat in litem: & contra heredem tutoris, etiam si sit heres heredis ob dolum vel latam culpam non restituentem juratur in litem. Salic.

II. Imp. ANTONINUS A. Severo.

IS, qui rationem tutelæ seu curæ reposcit, invitus [33] in litem jurare compelli non potest: sed volens ita demum audiendus est, si heres per [34] longam successionem tutoris instrumenta pupillaria dolo vel circumveniendi pupilli gratia exhibere non vult. Sin vero neque dolus [35], neque lata culpa, neque fraus heredis convincitur, omissa jurisjurandi facultate judex de veritate cognoscet: quæ etiam argumentis liquidis [36] investigati potest. P. P. XI. Kal. Octob. DUOBUS & ASPRIS Conss. 213.

Pupillus vel adultus non potest liquidum debitum gratis remittere. Bald.

III. Idem A. Prisciano.

SUmma sententia comprehensa [37], quam cessantibus curatoribus quondam tuis judex secutus jurisjurandi à te prolati religionem, in condemnationem deduxit, minui [38] pacto non potuit. P. P. Kal. Jul. LÆTO II. & CERIALE Conss. 216.

Contra tutorem etiam propter levem culpam juratur in litem: contra vero tutorem heredem propter dolum & latam culpam tantum. Salic.

IV. Imp. GORD. A. Muriano.

ALio [39] jure est tutor, alio heres ejus: Tutor [40] enim inventarium, cæteraque instrumenta [41] si non proferat in litem, jusjurandum adverse se potest admittere: at [42] enim heres ejus ita demum, si reperta in hereditate dolo malo non exhibeat. Sed cum adversus ipsum tutorem litem [43] contestatam esse dicatis: transferentibus vobis in heredes ejus actionem præses provinciæ partes suas exhibebit: non ignorans, nisi exhibeantur instrumenta, quatenus juxta formam constitutionum partes suas debeat moderari. P. P. VII. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO Conss. 239.

Propter dolum defuncti non juratur contra heredes. Bald.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Artemidoro.

LIcet [44] adversus heredes ob non factum inventarium jusjurandum [45] in actione tutelæ prætermitti placuerit, judicem tamen [datum] velut ex dolo tutoris aliis indiciis instructum, adversus eos ferre sententiam convenit. S. VIII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

29 XII. D. tit. hoc loco inducendo 23. *Quæst. Basil.* 6. 30 Adde *l.* 1. §. 3. *T. de int. & rat.*

31 Contra heredem tutoris jurat in litem, qui non restituta instrumenta. *l.* 2. *T. ad. l.* 10. *ff. ad.*

32 Jusjurandi religionis est vinculum.

33 In rem nemo jurat in litem, vel jurare potest ut *l.* 56. *ff. de rei jur.* quæ notavi ad *l.* 56. *ff. de rei jur.*

34 Contra heredem tutoris, etiamsi sit heres heredis jurari potest in litem, si fit in dolo vel lata culpa. *l.* 1. *T. ad.*

35 Adde *l.* 5. §. 3. *ff. cod.*

36 *l.* 4. §. 30. *ff. ad.*

37 Et ita definitum liquidum à pupillo vel adulto remitti non potest.

38 Minor non potest pacto remittere condemnationem latam ex juramento in litem à se præstito.

39 Heres & defuncti successor alio jure (unde notatu, si curatoris heredem, codicem defuncti seu narratorias habere non præsumi. *Glos.* 1. *de reg. iur.*) etsi in contestatione fuit cum defuncto. *l. penult. ff. de procurat.* & *fin. ff. de procurat.*

40 Tutor qui inventarium non fecit, is litem jurejurando tenetur, similiter & is qui instrumenta non profert. Nam hæc ipsum dolo facere videtur, quum respecta in hereditate instrumenta supprimit. Si vero post litis contestationem tutore defuncto heredes judicium actionis tutelæ non impleverint, & ipsi in litem jurejurando tenentur. *Synops. Basil.* 37. *tit.* 5. *ex lib.* 38. *tit.* 15. *c.* 4. 41 *l.* 1. *& ex* 2. *T. ad. l.* 10. *ff. ad. l. Aquil. hendum.* 42 Res ita habet: in tutorem semper, id est, etiam ex levi culpa in litem jurari ob non exhibita instrumenta. In heredem tutoris ob non exhibita instrumenta nunquam jurari in litem, nisi dolo proprio, vel lata culpa. *l.* 1.]. *de hered. tut. l.* 4. §. 1. *ff. de fidejuss. tut.* instrumenta non exhibuit. Ex dolo defuncti non jurari, nisi ita contestata fuerit cum defuncto. An & ex levi culpa tutoris lite cum eodem contestata in heredem jurabitur? Salic. ait. 43 Effectus litis contestatæ. *l.* 1.]. *tit. prox.* 44 Tutoris heres ob non factum inventarium, non tenetur illo quidem, sed alio tamen modo convenitur. Nam quia dolo malo tutoris factum videtur, quod nullum conditorium sit inventarium: velut ex dolo tutoris heres tenetur. *Synops. Basil.* 27. *tit.* 7. *ex lib.* 3. *tit.* 3. *c.* 36. 45 In litem.

TIT. LIV.

DE [46] HEREDIBUS [47] TUTORUM VEL CURATORUM.

Heredes tutoris non tenentur ex levi culpa tutoris. Bald.

1. Impp. SEVER. & ANTONIN. AA. Fusciano [48].

HEredes tutorum ob negligentiam quæ non [49] latæ culpæ comparari possit, condemnari non oportet, si non contra tutorem lis inchoata est, neque ex damno pupilli lucrum captarum, aut gratia præstitum sit. P. P. VI. Id. Mart. LATERANO & RUFINO Conss. 198.

De non gesta à tutore tenetur ejus heres. Salic.

II. Imp. ANTON. A. Valentino & Materno.

PAter vester tutor vel curator datus si se non excusavit, non ideo vos minus heredes ejus tutelæ vel utili [50] judicio conveniri potestis, quod eum tutelam seu curam non administrasse dicitis: nam & cessationis [51] ratio reddenda est. Prius tamen propter actum suum eos conveniendos esse, qui administraverunt, sæpe rescriptum est. P. P. XI. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

Heredes tutoris tenentur de eo, quod defunctus à se vel ab alio non exigit. Salic.

III. Idem A. Vitæ.

ADversus [52] heredes quondam tutoris tui tutelæ actione consiste. In judicium autem veniet etiam id, quod tibi tutor ex [53] causa fidejussionis debuit. P. P. IV. Non. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

Heredes tenentur ad eos perventa restituere, & de neglectis à defuncto rationem reddere. Salic.

IV. Imp. Alexand. A. Frontino.

HEredes eorum, qui tutelam vel curam administraverunt, si quid ad [54] eos ex re pupilli vel adulti pervenerit, restituere coguntur. In eo etiam, quod tutor vel curator administrate debuit [55], nec administraverit, rationem reddere eos debere, non est ambigendum. P. P. VIII. Kal. Novemb. ALEXANDRO A. III. & DIONE Conss. 230.

46 Vid. *l.* 1.]. *tit. prox.*

47 Hoc refer partem tituli *de fidejussoribus & nominatoribus*, & heredibus tutorum vel curatorum 27. *ff.*].

48 *Fusc.* mihi de quo dicam ad Tertull. *lib. ad senatusc.* 7. *d.*

49 Ars *argumentandi* laudatur Baldus. ideoque hanc recentiorum Cujacius expungit, *hic* & 13. *observ.* 39. *ord. juris*, heredem tutoris ex ejusdem levi culpa teneri: & ita communi opinione definitur. Movetur quod heres teneatur ex contractu defuncti: ergo & levi culpa. ad hæc, cum exceptum sit heredem tutoris negligentiæ propriæ non teneri. *l.* 4. §. 1. *ff. de fidejuss. tut. l.* 4. *ff. de magistr. conven.* satis id indicat propter negligentiam defuncti heredem obligari.

50 Utili non directa, teneatur qui non gessit. *l.* 4. §. 3. *ff. rem pupill salvam fore.*

51 De non gesta à tutore vel curatore. *l.* 1. 2. *T. ad. l. ult. T. ad. l.* 1. §. 16. *ff. de tut. & rat. l.* 12. *T. arbit.* 53 Heredes tutoris teneantur ex eo, quod defunctus à se vel ab alio non exegit. 54 Heredes defuncti tenentur id, quod ad eos pervenit, restituere.

55 Heres tutoris tenetur de neglectis à defuncto.

TIT. LV.

SI TUTOR VEL CURATOR NON GESSERIT.

Qui non admittitur ad accusandum potest esse promotor inquisitionis, & potest implorare officium judicis in locum deficientis accusatoris. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Zotico.

CERTUM[2] est non solum eos qui gesserunt, sed [etiam] qui[3] gerere debuerunt, tutelæ teneri etiam in ea quæ à contutoribus servari non potuerunt: si modo cum [eos] suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu[4] autem etsi contra patronum[5] tuum famosam actionem instituere non potuisti: providere[6] tamen ne quid tutelæ deesset, necessariis postulationibus apud eum, cujus de ea re jurisdictio fuit, potuisti. P. P. II. Id. Decembr. MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

Contutor pro possis à contutore idoneo non tenetur in subsidium, pro negletis ab utroque parvter tenetur cum illo. Salic.

II. Idem A. Justo.

QUI se non immiscuerunt tutelæ vel curæ ex persona eorum qui gesserunt, & idonei sunt, non[7] onerantur. Si qua vero sunt, quæ cum geri debuerint, omissa sunt, latæ culpæ ratio [omnes] æqualiter tenet. P. P. VIII. Kal. Maji, JULIANO II. & CRISPINO Conss. 225.

[2] *l. 1. §. ult. ff. de susp. tut.* [3] *l. 2. l. ult. in fin. ff. eod.* [4] Tutor qui tutelam non gessit, & quidem qui non gessit idoneus qui esse debuit, non convenitur: sin ille solvendo non est, convenitur: propterea quod contutorem ut suspectum non removerit. *Bas. 37. tit. 11. sc. 10. sch. 1.* [5] *l. 7. scholiasten graec. l. 3. §. 2. l. 35. §. 11. ff. de adm. tut. l. 4. §. 3. ff. com. prædi.* [6] Accusare aliorum non videtur, qui judicis officium advocat & implorat, ut judex in eum de quo agitur, inquirat. *l. 1. l. 3. ff. de susp. tut. l. 16. ff. de in jus vocando.* [7] Libertum patronus accusare ita non potest ut patronus infametur, potest tamen recte judicis officium implorare, ut in patronum inquirat. Pone tutorem inquirente judice suspectum repertum esse damnatione ac remotum: eritne infamis? negant interpretes infamem fieri: quod nimirum, quisque postulante liberto, infamis fieret, unde notant infamem non fieri, qui inquirente tantum judice officio tutelæ removetur. *Glos. l. ult. ff. de suspect. & l. 3. §. præterea 4. ff. de suspect. adde Bart. in l. infamem. 7. ff. de pub. judic.* 7 Vid. *l. 8. ff. de admin. tut. & seq.*

TIT. LVI.

DE USURIS[8] PUPILLARIBUS[9].

Si tutor pecuniam pupilli in usus suos convertit, ad usuras tenetur. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Crescentino.

TUTOREM vel curatorem pecuniæ, quam[10] in usus suos convertit, legitimas[11] usuras præstare debere, olim placuit. P. P. Non. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

Tutor tenetur ad usuras etiam ejus quod à contutore debetur, vel pro contutore debet. Salic.

II. Imp. ALEXAND. A. Ampliato.

EJus quod ex causa[12] tutelæ debetur usuras[13] præstari oportere dubium non est: quamvis aliis pro participe[14] muneris necessitas solutionis irrogetur: quia non id alias contingit, quam si cessatio contutoris in suspecto faciendo imputari possit. P. P. XIII. Kal. Jul. JULIANO II. & CRISPINO Conss. 225.

Si tutori non potest culpa imputari, ad usuras non tenetur. Salic.

III. Idem A. Vitalio.

SI pecuniam pupillarem, neque idoneis[15] hominibus[16] credere, neque[17] in emptionem possessionum convertere potuisti: non ignorabit judex usuras ejus à[18] te exigi non oportere. P. P. Id. April. MODESTO & PROTO Conss. 229.

IV. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Ditatio & Aurelio.

PUpillus agere vobiscum actione tutelæ compelli non[19] potest. Verum adversus futuram[20] calumniam, ut & si quid ei debetis, cursus inhibeatur usurarum denunciationibus[21] frequenter interpositis, ad judicium cum[22] provocare[23]: ac si rem dissimulatione proferat: actis apud præsidem provinciæ factis voluntatis vestræ rationem declarare: quo facto, tam vobis ipsis, quam securitati filiorum vestrorum consuletis. †. Quod & in curatoribus locum habet. P. P. III. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

[8] *l. 3. T. arbitr. tut. l. 7. §. 10. de adm. tut.* [9] Usuræ pupillares hic sunt, quas tutores pupillis suis præstant, si pecuniam pupillarem suis in usus converterunt. *l. 1. §. ult. l. 38. ff. de usur.* si quam pecuniam pupilli suis debeant. *l. 2. T. eod.* & eam à suis exigunt vel solvunt. *l. 4. T. eod.* si pecuniam pupillarem cum debent idoneis hominibus non crediderint, vel ea non emerint prædia. *l. 3. T. eod. l. 7. §. 4. ff. de admin. tut.* [10] Centesimæ. *Glossæ ad l. 38. ff. de usur.* Isidori vel Isidoro. *Herm. l. de usur. T. Cujac. hic.* Accursii opinionem sequuntur Molinæus *de usur. quæst. 76. num. 188.* hic enim [11] putat de mutuis olim usuras legitimas fuisse centesimas, nunc autem majores esse centesimis, verum author Synops. Basilicum 37. tit. 11. sc. 37. sch. 1. [12] Ἐπιτροπικὰς οὔσας, hoc est, legitimas usuras hic interpretatur *Isaac Arcadius*; semisses centesimæ, ubi in ora quoque hoc præterea observatur, semisses centesimæ præstare eum, qui pecunia pupillari utatur, sed centesimas deberi ostendit *l. 38. ff. de usur.* [13] *l. 34. ff. de usur.* [13] Pro more regionis. [14] Usuras regione conventus tutor debet quoties convenitur ex sua persona vel contutoris. *l. 7. §. 14. ff. de adm. tut.* [15] Ἐκτίσεις κρεωφύλακος, id est, locupletibus. *l. ult. ff. rem pupill.* vid. *Cujac. ff. obs. 30.* & ita legendum apud authorem Synops. Basil. *tit. 37. sc. 11. sc. tit. 27. cap. 3.* ubi perperam legitur ἐκ ἕξεως pro κρεωφύλακος, quod & ibidem in ora notatum est. [16] Alii legunt *nominibus*, utrumque rectum est, *Idonee nominibus & Idonis hominibus.* [17] *l. 42. §. 7. T. de episcopis.* [18] Pecuniæ otiosæ sunt quas vel idoneis hominibus credere, vel in emptionem prædiorum convertere tutor non potuit, earum pecuniarum usuras non debet. vid. *Paul. 2. sent. 14. §. ult. l. 11. in fin. ff. de admin. tut.* [19] *l. un. T. ut nemo invit. agere.* adde *l. 2. T. de in lit. jur.* Ad hanc legem vide Mont. *de usur. cap. 37. num. 82.* & Zanger. *de excep. part. 3. cap. 2. num. 103. 163. 269.* Ans. [20] Tutus ad eruendam rei memoriam recipi & interrogari potest is potest, qui rationes reddere paratus, motum & in eu re fingitum habet adversarium. [21] Duobus modis cursus pupillarium usurarum impeditur, oblatione pecuniæ obligatæ, & depositione. *l. 1. in fin. ff. de usur. l. 28. §. 1. ff. de admin. tut.* & oblatione quidem per denunciationem factæ fiepius, & ad extremum apud acta judicii denuntiatione facta per debitorem, sed & eo dicente se paratum esse parem rationem facere cum pupillo sine denunciatione & depositione. [22] *Mascardus de usur. d. loco 9. 39. & 2. 103. 106.* id intelligit de adulto talium denunciationum capace: capace, inquam, ex more regionis, cum imbecillitatem fuppledam esse existimant propinquorum prætentis. [23] Ageodi tempus adversario constituti à judice recte postulamus. vid. *l. diffamari 5. T. de inoffic.*

TIT. LVII.

DE FIDEJUSSORIBUS[24] TUTORUM VEL CURATORUM.

Si tutor pecuniam pupilli in usus suos convertit, ad usuras tenetur. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Felici.

FELICEM[25] debes utrum cum ipsis tutoribus vel curatoribus, seu heredibus eorum, an cum his qui pro ipsis se obligaverunt, agere debeas: vel (si ita malis) [dividere] actionem. Nam in[26] solidum & in[27] eum reo & cum fidejussoribus agi jure potest. P. P. X. Kal. Februar. JUL. II. & CRISPINO Conss. 225.

Pro ea parte quam tutor solvit, liberatur fidejussor. Ex Salic.

II. Idem A. Prisco.

NON est ambigui juris electo[28] reo & solvente fidejussorem liberari, & ideo si simplicitèr[29] acceptus est fidejussor in id, quod tutor seu curator debituros esset, cum[30] proponas totem seu curatorem condemnatum solvisse, quid dubium est fidejussorem liberatum esse? Plane, si stipulatio rem salvam [pupilli] fore interpolita est, vel cautum est in id[31], quod à tutore vel curatore servari non potest, manet fidejussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem[32]. P. P. VIII. Kal. August. FUSCO II. & DEXTRO Conss. 226.

[24] XXVII. D. XVII. [25] *l. 3. ff. eod.* hodie sublata est electio cum principalis fit conveniendus. *Novell. 4. c. 1.* [26] Cum tutore & cum fidejussore non potest pupillus in solidum agere. [27] Libello cum & eodem reo & fidejussore fidejussori convenire non potest. [28] Nisi prosuscipiat se una solutione cum tutore & curatore. *l. 2. in fin. l. 3. §. quia autem 4. ff. eod. Quod & Justinianus* fidejussori remedio beneficio [29] constituimus: agi adversus eum potest. *Rebuff.* [30] Fidejussor tutoris duobus modis obligari potest, uno modo pure ac simpliciter, *ut dic.* Altero, si non idoneus sit tutor. *vers. plane.* Prior formula pura est: Altera conditionalis: utraque tamen recta est ac legitima. [31] Solvente reo liberatur fidejussor. [32] Duobus modis fidejussor tutoris obligari potest, vel simpliciter, vel in omnem casum,

executio? sic videtur. Num qui fidejubet apud acta judicii, fidejussor est, etiamsi voluntaria justificatione non conventus fidejusserit: Tamen tamen est, ut id recte possit fieri, fidejussorem nominatim obligari non debere modo, sed etiam judicati nomine, *arg. l. ult. T. de usur. rei judic.* [33] Quid si fidejussorem, dum cito citer novum judicium.

TIT. LVIII.

DE CONTRARIO[34] JUDICIO TUTELÆ.

Actio extincta redi non potest. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Stratoni.

SI pro contutore judicato pecuniam solvisti[35]: nullum judicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur[36] tibi adversus liberatum actio. Quod si nomen emisti: in rem tuam procurator datus, heredes judicati poteris convenire. P. P. VII. Kal. Mart. FABIANO & MITIANO. Conss. 202.

Tutor non ex propria, sed contutoris culpa condemnatus solvens, habet beneficium cessionis, & utilis actionis. Salic.

II. Imp. ANTONINUS A. Primitivo.

SI non ex propria[37] culpa solus pupillæ condemnatus es, sed absens & indefensus acquievisti[38]: cum ex causa judicati satisfacere experis, actiones adversus contutores tuos mandari[39] tibi à pupilla desiderabis, vel utili[40] actione uteris. P. P. III. Idib. Octob. DUOBUS & ASPRIS Conss. 213.

Pro illa parte ad quam pupillus succedit tutori, extinguitur actio tutelæ. Ex Salic.

III. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Thesidi.

SI pater tuus, quem privigni[41] sui tutelam administrasse proponis, testamento recte facto: pupillo etiam quodam suo heredi instituto, decessit: quoniam nonnisi[42] pro portione hereditaria tutelæ petitionem confusione constet extingui, pro reliqua parte succedentem patri, tutelæ te convenit apud competentem Judicem reddere rationem, qui secundum bonam fidem, eorum etiam quæ patrem tuum in rem ejus erogasse dicis, admissa compensatione, reliqui (si quid amplius debetur) faciet condemnationem. Quod si sciens amplius in rem suam erogatum, agendum propterea tutelæ non putaverit: cum contrario judicio convenire potes. S. XVIII. Kal. Januar. CC. Conss. 294.

[34] XXVII. D. IV. De contrario judicio, vid. *Cujac. ff. obs. 2.* [35] Ex ita extincta obligatione. hoc insuit: Extinguendam, non jam extinctam actionem, cedi posse. [36] *l. 36. ff. de fidejussor. l. 76. ff. de solut.* [37] Tutor ob curatoris culpam condemnatus si solvens actiones in contutorem, sibi cedi postulare potest. [38] Id est, non appellasti. [39] Id est, cedi sibi. *l. 1. T. de divid. tutelæ. l. 20. in fin. ff. de cur. & l. 4. T. de in lit. dandis.* [40] Tutori adversus contutorem utilis est actio, *ut hic*: & duumviro adversus collegam. *l. 2. §. 9. ff. de admin. rer.* [41] Vitricus privigno tutor esse potest. *l. 2. T. de interdict. matr. l. 32. §. 1. ff. de adopt.* dixi ad *l. 2. T. ubi pupill.* quod verum Bald. existimat, si ei curator adjungatur. Cur? *vide* eundem. [42] *l. 6. T. de bonis. aut.*

TIT. LIX.

DE AUCTORITATE[43] PRÆSTANDA.

Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Antoniano.

NEQUE tutoris, neque curatoris absentia quicquam stipulationi[44] pro pupillo [vel[45] adulto] habitæ nocet. Sine die. AA. Conss.

II. Idem AA. & CC. Serenæ.

NEque actiones sine tutoris auctoritate in ætate pupillari constituta remittendo[46], quicquam amittere poteris. S. XVII. Kal. Maji. CC. Conss. 293.

Emens à pupillo sine tutore, non præscribit. Salic.

III. Idem AA. & CC. Cajo.

EUm qui à pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit[47], longi temporis spatium non defendet. S. III. Kal. Decemb. CC. Conss. 293.

Minor non potest esse in judicio criminali sine tutoris, vel curatoris auctoritate. Salic.

IV. Imp. JUSTIN. A. Joanni P. P.

CLatum posteritati facientes, sancimus, omnino debere, & ægentibus, & pulsatis in criminalibus[48] causis minoribus viginti quinque annis adesse[49] tutores, vel curatores, in quibus[50] casibus [adultos, &] pupillos leges accusari concedunt: cum cautius & melius sit cum suasione[51] perfectissima, & responsa facere minores, litemque inferre, ne ex sua imperitia vel juvenili calore aliquid, vel dicant[52], vel taceant[53], quod si fuisset prolatum, vel non expressum, prodesse eis poterat, & à deteriore calculo eos eripere. Dat. x. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In omnibus actibus sufficit auctoritas unius tutoris, nisi administratio sit divisa. Bald.

V. Idem A. Joanni P. P.

VEterem dubitationem ampurantes, per quam testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris & unius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen divertis regionibus

[43] *De auctoritate tutorum l. Bas. 21. de stipulatione & sanctione tutorum* XXVI. D. VIII. *atque authentic. & consuetudini Constantinop. 37. Rit. 6.* Authoritas approbatio tutoris expressa. [44] Pupillus sine tutore tibi stipulari potest. *l. 9 ff. eod. Inst. eod. in pr. l. 7. T. de contr. stipul.* [45] Hæc negatio deest *l. 101. ff. de verb. sign.* Goth. Vid. *ibi notat. S. L.* [46] Pupillus sine tutore actionem remittere non potest. [47] Emens à pupilla sine tutor non præscribit. [48] Minor non potest esse in judicio criminali sine tutoris auctoritate. *Salic.* pupillus tutore, adultus curatore eo in re indiget. Posis quoque dicere in judicio criminali, & ad litem criminalem curatorem pupillo dari. *arg. l. penor 7. §. ad leg. Jul. de adult.* Quid si in instituta contra minorem viginquinque annis fuerit, nullo prius illi dato curatore? ipso jure nulla fuerit: *Bossius tit. 5. adversus rem judicatam. Rutand. 1. cons. 31. num. 1.* idque receptum in regnis Hispanicis esse, Placa retulit 1. *delict. 32. num. 12.* in Italia diversum. *Ferrarien. in forma inquisitionis, in verbo, & in Gallia. Imbert. in Enchiridio, in verbo, Authoritas. Robuff. in praxim. consult. gl. 5. num. 71.* Moventur Itali & Galli quod in delictis minor viginquinque annis, major tamen quatuordecim habeatur in omnibus pro majore, præcipue si delictum confitetur. *Bos. 1. de confess. num. 69.* adde *l. un. T. si adversus delict. l. 37. §. 1. ff. de minoris.* Potest tamen actus ad elevationem pœnæ ei prodesse. *Clar. 5. fent. §. ult. quæst. 50. in pr.* vide tamen quæ mox dicuntur. *Gaib.* Adde Montan. *de testes. cap. 32. reg. 9. num. 74.* Anx. [49] Id est, auctoritatem interponere. Jure veteri perfecta vel confilium tutoris sufficiebat pupillo volenti accusare. *l. 7. §. de adulter. l. 2. §. 1. ff. de accus. Paul. 5. sent. 12. §. 4.* [50] An hæc sententia est, Accusari non de omni crimine adulti & pupilli possunt? an potius hæc de quocunque possunt, & in eo ab impuberibus differunt? in criminali causa pupillis tutor: adultis, curator: minoribus tutor & curator datur. *Bald.* [51] Suasio perfectissima hic est auctoritas tutoris vel curatoris: nempe quasi suadet pupillo suo tutor. Auctoritas ergo suasio est. [52] Confessio minoris in judicio criminali sine authoritate curatoris non obligat ipsum minorem. Quid si curatorem non habeat? idum explosa Petri opinione: qui putabat eo casu valere minoris confessionem, licet restitui retur. *l. certum 6. §. 6. ff. de confess.* Itaque minor in judicio sine curatoris authoritate confessione sua obligari non poterit, ut qui neque testes producere, neque alios actus sibi præjudiciales sine curatoris authoritate possit in judicio facere. Quid? eademne est ea in re adulti & pupilli ratio? eadem, explosa quoque Dyni sententia: Nam hic pupillus & adultus comparantur, si non idem sunt. Quid si non de judicii solemnitate, sed de veritate perveliganda agit: Nicolaus Matharellus putat hoc posteriore casu citra curatoris authoritatem confessionem sua minorem in criminali judicio obligari. *arg. l. 8 fidejussor. 29. §. quidam 4. ff. mandati.* Quid si confessio minoris qua de agitur, non sit voluntaria, sed tormentis elicita? Confessioni adulti stari præcedentibus judiciis putat Jacob. Butrigarius, quod non alias verum putat Baldus, quam si præsente curatore causa cognita ante quæstionem fuerit interrogatus. In hac enim specie consequentem quæstionem, executionem quandam antecedentis cognitionis videri. *arg. l. si pupillo vendit 27. §. quæstioni. 7. ff. de adult.* Quid si non in se, sed in alium minor in judicio criminali testetur? non est necessaria curatoris authoritas. *argumento. l. ultim. T. ad Silan.* Quid si extra judicium verisimiliter quid in se minor confessus est? in eadem permanere in judicio cogi potest. *l. quare 58. in fin. ff. de adilit. l. cap. 25. ff. de adult. leg. 1. T. si quis imperator, l. minor 8. §. quæstet. T. de quæst.* Quid si confessus sit coram judice loco potenti? Eandem confitetur coram judice competente cogitur, si modo ex tali confessione orta est suspicio vel fama. *c. etsi. 4. extra de judic. 1. Innocent. c. per inquisitionem. 28. extra de elect. c. cum super. de confess.* [53] Confessus aut pro confesso minor ex contumacia non habetur, nisi intervenisset curatoris authoritas, *ut hic.*

1 Tutores testamentarii.
2 Legitimi tutores à lege vocantur.
3 Dantur tutores à judicibus, vel ex inquisitione vel simpliciter.
4 In omnibus causis sufficit unius tutoris vel curatoris auctoritas: nisi anctoritas sit diversa, vel actus sit, quo tutela finitur. *l. 4. ff. eod. Ulp. 11. §. 26. l. 1. & 2. ff. si ex pluribus. l. 3. l. 24. §. 1. ff. de admin. tut. l. 7. in fin. ff. de cur. fur. l. 5. §. 7. ff. fod. Jabol. adde Cujac. 17. obs. 33.*
5 Persona exceptio. 6 Olim erant abſimiles. vid. *Ulp. 11. §. 29.* 7 In magiſtratus municipales.
8 Secunda exceptio. 9 *l. 8. l. 17. §. 1. ff. de adopt. l. 14. ff. de tutel. §. 1. Inſt. quib. mod. tut. finit. §. Gell. 19.* 10 Facit *l. 8. ff. de ag. vel. c. quod munus. 19. de reg. jur. in 6.*

TIT. LX.
QUANDO TUTORES VEL CURATORES ESSE DESINANT 11.

Pubertate finitur officium curatoris adjuncti simul cum officio tutoris cui adjungitur.

1. Imp. ANTONINUS A. Hermiæ.

SI curatores tutoribus adjuncti sunt: pubertate 12 pupilli tam tutorum, quam [curatorum adjunctorum 13] officium finiri: ideoque alios propter ætatis infirmitatem curatores esse dandos, manifestissimum est. P. P. IV. Kal. Auguſt. *Roma*, ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

Voluntate pupilli tutor esse non desinit.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Menippo.

TUtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri certissimum 14 est. S. XIII. Kal. Februar. CC. Conss. 293.

Pubertas non ex inspectione, verum ex ætate æstimanda.

III. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

INdecoram 15 observationem in examinanda marium pubertate resecantes, jubemus quemadmodum fœminæ post [impletos] duodecim 16 annos omnimodo pubescere judicantur, & ita & mares post excessum quatuordecim 17 [annorum] puberes 18 existimentur: indagatione 19 corporis inhonesta cessante. Dat. VIII. Id. April. *Constantinop.* DECIO V. C. Cons. 529.

11 Quibus modis tutela finitur. *l. Inſt. 22.*
12 Tutela pubertate finitur, *ut hic, & Inſt. eod. in pr. l. 2. ff. in quib. caſibus tut. hab. l. 25. ff. de tut. dat. l. 4. ff. de tut. & rat.* Sed tamen consuetudo quædam locorum conſuetudine, præſertim Germaniæ, tutoris & administratoris officium, & per conſequens ejus periculum ad legitimam usque ætatem, adultorum puta, ad annum continuatur, cujus conſuetudinis rationem vid. apud *Gail. 2. pract. 96.*
13 Finito principali officio finitur officium adjuncti. adde *l. quæſitum 12. ff. de tut. l. 10. ff. de off. præconſ.* & inviti tutela continuetur. 15 De qua non dicam. 16 *l. 13. §. 2. ff. de tut. dat.* quod quanquam Juſtinianus ſibi tribuat, videtur tamen aliunde ſumpſiſſe. *Tertullianus lib. de velandis virginibus: Tempus*, inquit, *Ethnici obſervarunt, ut ex lege naturæ jura ſua adultæ virtutis roborant. Nam fœminæ quidem à duodecim annis, maſculos à duodeno ampliùs anno ad negotia admittunt.* 17 Fuit & id quoque deſumptum aliunde ex Proculi ſchola. *Ulp. 11. §. ult.* Hinc *Tertullianus lib. de anima c. 20. Pubertatem*, inquit, *animalem non carnali decimo concurrere*: pariterque & illam ſuggeſtu ſenſuum, & illam proceſſu membrorum excurgere à decimo quarto fere anno, quia Aſclepiades inde ſapientiam ſuſpputat, nec quia jure civilla abſunt agendis rebus obtemperant: ſed quod & hæc de primordio ratio eſt. Hanc etiam definitionem fuiſſe pubertatis jure receptam Macrobius refert *7. Saturn. 7. Idem 1. in ſomnium 6. Poſt annos hic ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit.* Ideo tutela pueris quaſi virile jam robur abſolvitur, de qua tamen fœminæ propter veterum teſtimationem maturius biennio legibus liberantur. 18 Puberes igitur in maſculo quatuordecim, in fœmina duodecim annis definitur, ut hic, & *l. 3. ff. qui teſt. fac. l. 2. ff. de vulg. §. 1. Inſt. de nupt. Nov. 119. Ulp. 11. §. ult. Tertull. lib. de anima c. 20. & lib. de velandis virginib. Macrob. 1. in ſomn. 6. & 7.* hujus definitionis cognitio utilis eſt: quippe impubes neganda contrahere non poteſt, *ut hic.* teſtari *l. 4. ff. qui teſtam.* teſtimonium dicere. *l. 19. in fin. ff. de teſtib. torquent. l. 10. ff. de quæſt.* obligari ſine tutoris authoritate. *l. 3. ff. de auctb.* Plena vero pubertas in maſculo decimo octavo, in fœmina decimo quarto anno finitur. *l. 40. §. 1. ff. de adopt. l. 1. §. 3. ff. de poſt. l. 14. §. 1. ff. de admin. l. 37. ff. de rei vind. §. 3. §. ult. Inſt. quib. ex cauſ. manumitt. Nov. 115. c. 3. in fin. l. 19. C. Theod. de decur.* Plena vero ætas in maſculo viginti annis, in fœmina octodecim. *l. 2. in princ. & §. 1. C. de his qui vend. ætat. Nov. Leon. 28.* 19 Olim pubertas probabatur ex habitu. *Ulp. 11. §. ult. Inſt. eod. in pr.* vel ſpecie. *l. 3. ff. si minor ſe major. l. 32. ff. de minor.* ex aſpectu, ut Cujacius putat. *d. tit. ff. minor.* neceſſitate partis, Ariſtophanes: ὀφθεὶς πώλων ἐπιβατεύειν οὔπω σαφῶς ἐπιβατεύει. Plato 11. legum. τὸν τε τῶν γενέσεων κρᾶσιν ἐκφαίνειν τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστοις. ἐπειδὰν γόνιμον ἡ τὸ σπέρμα ἡ καρπὸν μέλλῃ ἐνίοις ἐκφύσειν. Quintil. *declamat. 279. Poſſet mediari filium atque in conjectu judicis cunctatio hæc controverſiam eſſe ait, pubertate annis, an habitu æſtimetur.* Habitum Dioclet. videtur appellare vigoris veſtigium. *l. 4. ff. qui teſtament.* verum Ravardus 4. *variar.* 10. veteribus Romanis indecoram hanc corporis inſpectionem in uſu non fuiſſe putat: & Juſtinianum illo Platonis loco deceptum, quæ de habitu, hoc eſt, diſpoſitione, figura & forma corporis honeſte dicta erant, ad hanc indecoram inſpectionem inepte tranſtuliſſe. Quo etiam loco notat maſculos anno decimo quarto, etiamſi generare non poſſent, ipſis tamen facto puberes fuiſſe declaratos. Solebant enim maſculis ad annum uſque decimum quartum comæ nutriri. *Martialis 3. epigr. 58. Et pædagogus non jubente parere gaudent villos capillati. Ex claſſe ſtatio, cum inſigne puberitatis præcidebantur.* Porphyrio in Horatium. Martialis 6. Epigr. 32. *Hic jacet in tumulo raptus puerilibus annis Pantagathus: domini cura dolorque ſui. Vix tangente vagos ferro reſecare capillos Dolitur, & hirſutæ conſtituiſſe genæ.* Perſius Satyr. 3. *quidve inhibenſa juventus Barbigeræ ſimulæ, & grandi paſſa pudenda.* Scribit etiam Julius Sabinus in Virgilium, aris aliquos Dei detonſas tempore pubertatis comas fuiſſe conſecratas.

TIT. LXI.
DE ACTORE A TUTORE SEU CURATORE DANDO.

Etiam pater tutor filii non conſtituit procuratorem, ſed alterum ante litem conteſtatam. Bald.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Alphocrationi.

SI ſui juris conſtituti filii tui, matri ſucceſſerunt: licet 20 te tutorem eorum eſſe probetur, tamen non 21 per procuratorem, ſed actorem 22 decreto conſtitutum à te, res eorum te abſente peti convenit. S. Non. Januar. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

20 Tutor propter abſentiam non dat curatorem, ſed actorem. *l. 10. in fin. T. qui dare tut.* qui & adjutor. *l. 13. §. 1. ff. de tut.*
21 Tutor poteſt tantum adminiſtrare per actorem: non per procuratorem: Bart. etiamſi pater tutor filii eſſe proponatur. *hac l. Bald.*
22 Actor appellatur, quia plerumque litis cauſa datur. *l. 20. ff. de appell. l. 31. §. 6. ff. de neceſſ. l. 24. ff. de adm. tut. l. 6. ff. quando ex facto tutoris §. ult. Inſt. de curatorib.*

TIT. LXII.
DE EXCUSATIONIBUS 23 [TUTORUM ET CURATORUM] ET DE TEMPORIBUS EARUM.

Spado à tutela non ideo excuſatur.

1. SEVERUS & ANTONINUS AA. Aviolæ.

FAlsa ſuaſione credis te propterea quod *ſpado* 24 es, immunitatem à tutelis habere. P. P. Kalend. Maji, CILLONE & LIZONE Conss. 205.

De rebus provinciarum.

II. Iidem AA. Habentiano 25 & Coſconio.

SI curatores dati eſtis generaliter 26, nec 27 decreto ſignificatum eſt, *Italicorum tantum rerum* vobis munus injunctum: adire debetis competentem judicem, ut vos à provinciali administratione liberet 28: Quod ſi factum fuerit, petent ſibi in provincia curatores adoleſcentes. P. P. VIII. Kal. Septemb. CILLONE & LIZONE Conss. 205.

Ingenuus *libertino tutor datus excuſatur.*

III. Iidem AA. Criſpino.

EXcuſationis quidem tuæ, ſi ingenuus 29 libertino tutor datus es, certa cauſa eſt. Sed cum te Præſes provinciæ audiendum non putaverit propter præſcriptionem, quaſi traditus adires, nec à decreto provocaveris: intelligis parendum eſſe ſententiæ. P. P. Idib. Mart. ALLINO & ÆLIANO Conss. 207.

Maritus.

IV. Imp. ANTONINUS A. Agatho [Dæmoni.]

AMpliſſimi ordinis conſulto 30, qui 31 pupillam ſuam uxorem ducit, nuptias contrahere non 32 intelligitur, & tamen infamis 33 conſtituitur. Sed ſi tu Demetriæ 34, cum eam in matrimonio haberes, abſens & ignorans curator conſtitutus es: potes eſſe ſecurus, dum tamen alius ſubſtituatur. Non enim [debet] ignorantiæ maritorum, ampliſſimi ordinis conſulto fraus quæri. P. P. II. Kal. Jul. SABINO & ÆLIANO Conss. 207.

Liberti à tutela liberorum patroni unq. excuſ.

V. Imp. ALEXAND. A. Baſilio.

LIbertos 35 à tutela vel cura liberorum patroni ſeu patronæ nullam excuſationem impetrare [poſſe,] ampliſſimus ordo, auctore D. Marco, cenſuit. Et ideo nec illud eis prodeſſe debet, quominus curatores etiam inviti patroni ſeu patronæ liberis deducunt, quod eorundem tutelam adminiſtraverunt.

Terminus, intra quem excuſationes proponi debent.

VI. Idem A. Maximiano.

QUinquaginta 36 dies, qui præfiniti ſunt ad profeſſionem excuſationis iis, qui tutores ſeu curatores dati ſunt, ex eo die cedere, ex quo decretum Prætoris, aut teſtamentum parentis notum 37 factum fuerit ei qui ad munus vocatus fuerit, ipſa conſtitutio, quæ hoc induxit, ſanxit. Sed ſi quis in ejus temporis computatione ab eo, cujus de ea [re] notio fuerit, injuriam paſſus, non provocavit: acquieſcere [rebus] judicatis debet. P. P. III. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO Conss. 225.

Creditor *vel* debitor *non excuſatur.*

VII. Idem A. Antonino.

NEque à tutelâ, neque à cura ideo quis excuſatur, quod creditor 38 ſive debitor ejus eſt, cui tutor ſive curator datus eſt: ſed participem in munere habere debet, ut ſi res exegerit, is qui alieno auxilio eget, defendatur. P. P. III. Id. Jul. JULIANO II. & CRISPINO Conss. 215.

Coloni fiſci *non excuſantur.*

VIII. Idem A. Maximo.

COloni (*id eſt conductores prædiorum ad fiſcum* 39 *pertinentium*) hoc nomine 40 excuſationem à muneribus civilibus non 41 habent: ideoque injunctæ 42 tutelæ munere fungi debent. P. P. IV. Kal. Februar. FUSCO & DEXTRO Conss. 226.

Oculo amiſſo *à tutela ſuſcepta tutor non excuſatur.*

IX. Idem A. Romano.

FRater [tuus] non ideo à tutela, vel cura excuſari debet, quod oculum 43 amiſit: proinde intelligis munus ſuſceptum eum deſerere non poſſe. P. P. Kal. Februar. MODESTO & PROBO Conss. 229.

Exactores tributorum excuſantur.

X. Idem A. Criſpino.

EXactores 44 tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam tractaverint, non ſolum ab oneribus, ſed etiam à tutelis vacationem habere, dubitare non debuiſti. Dat. Id. Auguſt. ALEXANDRO A. III. & DIONE Conss. 230.

De bonis exiſtentibus in alia provincia.

XI. Idem A. Hylæ.

TEſtamento tutor datus, ut à bonis his excuſareris, quæ pupilli tui in alia 45 provincia, quam unde es, ubique mocatis, poſſident: intra quinquageſimum diem poſtulare debuiſti. Quod ſi facere ceſſaſti: excuſatio quidem temporis præſcriptione fuminovetur: ſed propter 46 lare diffuſum patrimonium, an tibi adjungi aliquos curatores oporteat, Præſes provinciæ, ſi te inſufficientem deprehenderit, æſtimabit. P. P. VIII. Id. Decembr. POMPEIANO & PELIGNO Conss. 232.

De tutela voluntaria.

XII. Imp. GORDIANUS A. Valentino.

VOluntariæ 47 tutelæ munera privilegiis 48 nihil derogant 49. P. P. II. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO Conss. 239.

Libertus *unus Senatoris excuſatur.*

XIII. Idem A. Apollinari.

NE Senatorum 50 quidem liberti 51, nedum cæterorum, propterea quia patronorum negotia gerunt 52, à muneribus civilibus habent immunitatem: tantummodo etenim unus 53 Senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, à tutela five cura vacationem habet. PP. X. Kal. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA Conss. 240.

23 Dixi ad XXVII. D. I.
24 *Eunuchus* tutor datus immunitatem non habet. *Syn. Baſil. 38. tit. 1. c. 46. l. 15. ff. eod.*
25 Adventiano. vid. *Cuj. 15. obſ. 3.*
26 Curator generaliter datus intelligitur etiam datus ad bona extra provinciam ſita, ut eorum nomine etiam teneatur, ſed etiam facile ab illis obtinere ſolet libertionem. 27 Atqui videtur nemini poſſe curatorem dare bonis quæ ſita vel poſita ſunt extra provinciam. *l. 3. §. 1. ff. de tut. dat. ubi docemus cum Accurſ. curatorem à Principe datum, vel ab alio extra municipium, in quo ita ab eo qui jurisdictionem quoque in provincia habet? An potius cum Bartolo, provinciales illum bonis extra provinciam ſitis dare ab eo, qui jurisdictionem habet in perſonam pupilli, dixi quoque ſuperius? An ſolum ad adminiſtrationem bonis pupilli in quacunque provincia poſitis, *l. 1. 2. ubi pat. tut. l. 1. ff. de tut. dat.* 28 *l. 19. l. 21. in fin. ff. ad Addit. l. 24. ff. de admin. tut.*
29 Ingenuus excuſatur à tutela libertini. *l. 1. §. 4. l. 46. ff. eod.* quod ſi recipiatur excuſatio, æquitatem debere: aliàs tenetur. *l. 17. in fin. ff. de tut. dat.*
30 *l. 1. T. de incred. matr.* Imo arbitratione D. Marci, *l. 15. ff. de ſponſal. l. 60. §. 5. ff. de ritu. vid. quæ ſcripſi ad l. 7. T. de pactis nuptiarum.*
31 Vid. *T. de incredibil. matrim. inter pupill. & tut.*
32 *l. 7. T. de nuptiis.*
33 *l. 7. T. de nuptiis.*
34 Uxori. Si maritus ignoratus earum datus eſt, à pœna Senatusconſulti excuſatur: ſi tamen aliam ſubſtituat. vid. *l. 1. T. qui dare tut.*
35 Liberos nella à modo excuſatur à tutela vel cura filiorum patroni, adeo ut quamvis eorum tutor fuerit, ab eorum cura gerenda non excuſetur *l. 1. §. 4. l. 14. ff. de tut. dat.* vid. tamen *Paul. 2. ſent. 28. §. 2.*
36 Quinquaginta dies excuſationem incipiunt cedere, poſtquam tutor datorum prætoris, aut teſtamentum quo tutor datus eſt, cognoverit. *Synop. Baſil. d. tit. 1. c. 50.* Igitur ignoranti non currit aut elabitur tempus excuſationibus competentibus à lege, ut hic, & *l. 23. §. 1. ad Trebell.* Eadem ratione Barbatius in *l. 5. §. qui admonet. usque*, ignoranti tempus jurisdictionis currere.
37 Tempus ſi excuſandi à tutela non currit ignoranti.
38 *l. 8. T. qui dare tutores.* Hodie creditores & debitores pupilli excuſantur ab ejus tutela. *Nov. 72. c. 1. 2.*
39 *l. ult. T. qui dare tutor. adde l. unic. T. ne tutor vel curator mutet.*
40 Præſertim ſi profeſſus eam ſtatim immiſit. *De negotiis exercent. l. 8. §. 1. ff. de excuſat. muner.* in aliis liberantur. *l. 5. §. 11. ff. de jure immunit.* Dixi ad *l. 7. T. qui dare tut.* 46 *l. 3. T. in quib. caſibus habent.* 47 *Voluntaria, Italiani.* 48 *l. 30. §. 2. l. 31. in fin. ff. eod.* facit *l. 7. T. de adſer. l. 28. T. de poſt. l. ult. T. ne uxor pro marito. adde quæ ſcripſi ad l. 6. ff. de adſer. l. 2. T. ſi deſponſatrix. Nov. 1. c. 1. l. 19. T. de agricolis.* 49 Privilegium juſtæ excuſandi le ab officio tutelæ vel curæ qui habet: ſi munus ſubiit, exinde non poteſt (quantum ad munus ſuſceptum ſolum) ſe excuſare. An & ab aliis ſimilibus in futurum? poteſt. vid. *Menoch. de præſumpt. 38. obſ. 6.* Per actum uni rei tantum contrarium non amittitur privilegium in alia.
50 Aliud in liberto uxoris ſenatoris. Libertus enim non excuſatur quantumvis res uxoris adminiſtret. *l. 15. §. 8. ff. eod.* 51 Liberti non excuſantur à tutela, quod gerant patronorum ſuorum negotia: niſi patroeus ſit ſenator, & quidem maſculus, & tunc unus tantum excuſat. Quid ſi libertus jus aurorum annulorum impetravit? non excuſabitur, etiamſi patroni gerat negotia, ut eodem jure cenſeatur, quo reliqui ingenui. *l. 43. 44. in fin. ff. eod. l. 27. §. 1. ff. ad municip.*
52 Idem dicendum, ſi filiorum patroni tutelam gerunt. *l. 43. ff. eod.* 53 Eodem ratio eſt, ſi plurium patronorum gerunt negotia.
Aliud in conductore vectigalium civitatis alienius. *l. 15. §. 10. ff. eod.*

De tutore nominato ut injuriam redimat vel litiget.

XIV. Idem A. Heraclidæ.

SVeriter Præses provinciæ exequetur, si animadverterit avunculum tuum properare nominasti tutorem ut metu hujusmodi creationis à [1] Magistratibus injuriam redimat [2]. Quinetiam, si aliqua ei excusatio competit, & non alia causa nominatus est, quam ut [3] lite fatigetur: quod in eam rem absumptum fuerit, is qui cum nominavit, juxta formam constitutionum ei reddere cogetur. P.P.Idib.Septemb. Gordiano A. & Aviola Conss.240.

Si judicio excusationis pendente tutela finiatur.

XV. Idem A. Tauro.

QUanquam in tutela detentus, eo quod excusario, quam objiciebas, non est admissa [4], provocationis auxilium flagitaveris; & in medio tempore hi, quorum meministi, in adulta ætate agere cœperint [5]: tamen non [6] eo minus causa interposita provocationis propter periculum administrationis ejus temporis judiciorum more examinanda est. P. P. VIII. Kalend. Novembr. Ariano & Papo Conss. 244.

Lis de hereditate.

XVI. Imp. Philippus A. Theodoro.

SI (ut allegas) tutor his datus es, cum quibus disceptationem [7] hereditatis tibi esse proponis, & tempora [8] antiquitus excusationibus præfixa etiam nunc opitulantur: adire Præsidem provinciæ pores, formæ super ea [re] statutorum principalium obtemperari pro sua gravitate justurum. P. P. X. Kal. August. Peregrino, & Æmiliano Conss. 245.

De dato curatore nurui suæ.

XVII. Impp. Gallienus & Valerianus AA. Epagatho.

LIcet Orationis sub D. Marco habitæ verba deficiant: is tamen qui post contractas nuptias nurui [9] suæ curator datur, excusare se debet, ne manifestam sententiam [10] ejus offendat, & labem pudoris contrahat. Dat. VI. Id. Januar. Valeriano II. & Luciano [11] Conss. 566.

Non appellari sed excusationem proponi, si pupilli pater usumfructum omnium bonorum uxori suæ reliquerit.

XVIII. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Epagatho & aliis.

TUtores nominatos appellationem [12] interponere necesse non habere, certissimi juris est. Quapropter licet non appellasti: si quam te excusationem habere confidis, intra tempus quod Divi Marci constitutione præscriptum est, hac apud Præsidem provinciæ uti non prohiberis. Nam quod [13] omnium [14] bonorum patrem pupilli usumfructum reliquisse quondam uxori suæ proponis, ad excusandos vos à tutela non est idoneum. Dat. Non. April. CC. Conss.

De eo qui matrem pupilli convenire vult.

XIX. Iidem AA. & CC. Dionysio.

INusitatam rem desideras, de tutela filiæ te dimitti postulans, quod [15] te posse contrario tutelæ judicio matrem [16] ejus convenire contendis. Sine die & Conss.

Si is qui tutor fuit, curator detur.

XX. Iidem AA. & CC. Cratino.

CUrator adultis nominatus, quorum tutor antea fueras, invitus [17] in administratione teneri non potes [18]. Proinde si dies [19] excusationibus præfinitus nondum excessit, uti competenti defensione potes. S. x. Kalend. Decemb. *Nicomedia*, CC. Conss.

De communione.

XXI. Iidem AA. & CC. Parammoni.

QUod res cum uterinis fratribus tibi communes [20] esse profiteris, ad excusationem tutelæ non est idoneum: cum harum divisio curatore dato fieri possit. S. XVIII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De excusatione approbata.

XXII. Iidem AA. & CC. Hermodoro.

SI tutor nominatus decreto Præsidis, habens excusationem absolutus [21] es, ad te non pertinere periculum administrationis, manifestum est. Dat. XIII. Kal. Januar. *Nicomedia*, CC. Conss.

De lite quam soror vel filii fororis tutoris habent cum pupillo.

XXIII. Iidem AA. & CC. Neophyto.

HUmanitatis ac religionis ratio non permittit, ut adversus [22] sororem, vel filios sororis actionum necessitates [23] tutelæ occasione suscipias: cum & ipsius etiam pupilli cui tutor datus es, aliud videatur exigere utilitas: scilicet ut eum tutorem potius habeat, qui ad defensionem ejus non inhibeatur affectu [24]. Juxta formam igitur quam consulti dedimus, prætorem adiri oportet: ut & justo tuo desiderio, & pupilli ipsius commodo consulatur. S. VI. Kal. Februar. *Sirmii*, Tusco & Anulino Conss. 295.

Navicularii excusantur.

XXIV. Impp. Arcad. & Honor. AA. Flaviano P. P.

EXcusationem navicularii [25] tutelæ sive curæ hactenus ipsis tribuimus, ut in hujusmodi officiis minoribus sui tantum corporis obligentur. Datum III. Non. Mart. *Mediolani*, AA. Conss.

Silentiarii excusantur.

XXV. Imp. Anastas. A. Antiocho præposito sacri cubiculi.

VIros clarissimos sacri nostri palatii Silentiarios [26] circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. D. Kal. Januar. Joanne & Asclepione Conss. 500.

1 Inquisitores criminales teneantur, si in inquirendo malo more versati sint. *Basil.* malo more versatur inquisitor, qui ab innocente, ignorante & immerito pœnam exturquat.

2 Nominans aliquem ad munera eo fine, ut se à nominatione redimant, criminaliter punitur. *l. 3. t. 4. ff. de l. Jul. repetundar.*

3 Nominans aliquem ad tutelam, ut ille fatigetur, ei ad expensas tenetur.

4 Appellari potest, si judex non admittit admittendo. *Basil.*

5 Accessoria litis incepta terminanda sunt, etiamsi ipsa principalis interiit.

6 Vid. *l. 20. ff. de admin. tut.*

7 *l. 21. ff. eodem.* § 4. *Instit. eod. l. 7. C. eod.*

8 *l. 6. T. eod.*

9 Curator aurati datus debet se excusare. *l. 5. T. de nuptiis.* alias in lethanam incidit.

10 Eadem observantia est, ibi jus idem esse debet.

11 *Lucilli, Capitonem & omnes fastorum auctores.*

12 A creatione tutoris non appellatur, sed excusatio proponitur. *l. 13. ff. eod. § 16. Instit. eod. l. 2. § 1. ff. quando appellandum.* sed tamen Cujacius ad *l. 4. ff. eod.* à datione tutelæ appellari posse putat. Nomine excusatio comprehenditur, excusatione non recepta. *l. 5. t. 1. C. ff. eod.* appellabatur jure antiquo, hodie excusatio: unde sufficit sine appellatione, aut petitis appellationis generis excusatio proponitur. dixi ad *l. 4. ff. eod.*

13 Inopis pupilli non excusat à tutela. *Bellis.*

14 Ut hoc pacto filius inopis constituatur. Hodie filii legitima usufructus etiam onere gravati non possunt. *Nov. 18. c. 3.*

15 Mater à tutela filii non excusatur, licet filio debeat.

16 Nemo ideo excusatur à tutela, quod matri fuerit pupilli pecuniam creditorit.

17 *§. 18. Instit. eod. Paul. 2. sent. 28. §. 26.*

18 Fallit hoc in liberto. *l. 5. T. eod.*

19 *l. 6. T. eod. l. 16. ff. eod.*

20 Communio non excusat à tutela. facit *l. 7. T. eod. l. 2. T. de in lit. dand. tutor. adde Instit. de auctor. tutor.*

21 Periculum tutele non finitur ad eum, cujus excusatio fuit approbata.

22 Tutelam vel patrocinium miseris suscipere contra fratrem propriam, vel sororis filius nemo cogitur. Ob hanc igitur causam potest quis à tutela & excusare, ne ob tutelæ necessitatem, pro pupillo causam dicere contra personam tanta fide propinquitatis junctam cogatur: *Basil. hoc. Basil. 38. tit. 1. c. 67.* addit hoc jus esse *Hebræorum*, novum & admirabile. Hoc etiam ex locis notant, non præsumi inter fratres odium: imo verosimile esse, alterum ab altero diligi. de qua præsumptione vid. *Cujac. l. 1. præsumpt. 3.*

23 Potest tamen quis ad versus proximos & cognatos pupillum suum defendere. *vers. 5. Gell.* 13. ut & advocatus fisci pupillos eos defendere adversus fiscum potest. *l. 3 consil. ff. de postuland.*

24 Generali sermone nemo præsumitur quidquam in eorum detrimentum, quos habet consanguineos constituere. de qua præsumptione. vid. *Cujac. l. 1. præsumpt. 27.*

25 Navicularii à tutelis extraneis, id est, non naviculariorum excusantur: facit *l. 17. §. 2. l. 41. in fin. ff. eod.*

26 Silentiarii excusantur à tutelis & curationibus. *Hexab. 3. c. 4. l. ult. T. de silent.*

T I T. LXIII.

SI TUTOR VEL CURATOR FALSIS [27] ALLEGATIONIBUS EXCUSATUS SIT.

1. Imp. Alexand. Symmacho & Diotimo.

SI absentibus [28] necessariis personis, vel his, qui sua sponte vos defendere volebant; non [29] competentibus allegationibus, qui vobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse à munere jussi sunt, ne eis circumveniselicet judicis religionem prosit, præses provinciæ audiet vos: & si injustum [30] decretum extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronunciabit, ex quo dati sunt. P. P. XII. Kal. Maji, Maximo II. & Æliano Conss. 214.

Post sumptam administrationem frustra se quis excusat. Salic.

II. Impp. Philippus A. & Philippus C. Aulizano.

TUtores [31] quos postea [32] quam bona pupillorum administraverunt, à præside provinciæ, quasi re integra excusari se impetrasse [33] adseveras, periculum administrationis evitare minime posse manifestum est. P. P. XIV. Kal. Jun. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

III. Iidem A. & C. Octavio.

SI, ut proponis, pars diversa ab administratione tutelæ seu curæ tuæ, itemque fratris tui ambitione [34] potius quam juris ratione se excusavit: periculo injuncti muneris minime liberata est. Sine die & Consule.

27 §. ult. Inst. eod. l. 60. ff. de re jud. & reg. nost.

28 *l. 45. in fin. ff. de re judic.*

29 Falsis allegationibus exensatus tutor pupillo obligari non definit. unde notas Bart. jure singulari sententiam ex falsis allegationibus. latam adversus minores ipso jure nullam esse, cum in aliis valeat, licet per restitutionem rescindatur. adde *l. 1. n. 2. 3. 4. 7. ff. ex quibus int. frem. rest. oriatur. judicio autem fit.*

30 Injusto judicis decreto excusatus tenetur de periculo tutelæ. *l. 37. ff. eod. l. 11. §. 2. ff. minor.*

31 Tutores excusatione prius uti debent, quam res administrent: quod si res administrare cœperint, non amplius se excusare poterunt, nisi certis ex causis: ut cum Reipub. causa abfuerint, *synops. Basil.* 38. *tit. 1. c. 71.*

32 Suscepta jam administratione frustra quis se excusat. *l. 17. §. 5. ff. de excus.* facit *l. 3. tit. prox.* excipe *l. ult. T. l. 30. l. 40. ff. de testam. l. 11. §. 2. ff. de minor. l. 1. instin. ff. eod. §. 19. Inst. eod. l. 2. T. qui dare.* vid. *Hermeneut. 1. grall. 38. obs. 7.*

33 Sententia contra jus minoris læsa minori non præjudicat. *l. 2. T. eod. l. 6. T. tit. prox.*

34 Ambitiosa excusatio non excusat. adde *l. 4. ff. de decr. ab ordine.*

T I T. LXIV.

SI TUTOR VEL CURATOR REIPUBLICÆ [35] CAUSA ABERIT.

1. Imp. Gordianus A. Gurtio.

QUi tutores vel curatores dati Reipub. [36] causa abfuturi sunt, ad tempus se excusare debent à tutela, ne etiam medii [37] temporis periculo obstringantur. Quod quidem si tu feceris, ejus intervalli quo abfuisti, periculum non debes pertimescere. Quod si id prætermiseris, ut priore loco is conveniatur, qui administravit [de] jure postulabis. P. P. Id. Mart. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

II. Idem A. Reginio.

CErtum est eos, qui Reipub. [causa] abesse desierunt ab omni nova [38] tutelâ anno [39] vacare debere. P. P. v. Kal. Mart. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

35 §. 2. *Inst. de excus. l. 3. §. 10. ff. de sacrosanct.*

36 Tutela excusatur, qui Reipubl. causa abest.

37 Abiens reipub. causa periculo medii temporis non obstringitur; si fit excusatio. vid. quæ dixi ad *l. 10. T. qui dare tutor.*

38 Abientes reipub. causa revertis, à nova tutela suscipienda, habent anni vacationem. *l. 10. ff. de excus. tut.*

39 *d. l. 10.*

T I T. LXV.

DE EXCUSATIONIBUS VETERANORUM [40].

1. Imp. Antoninus A. Saturnino.

QUi causaria [41] missione sacramento [42] post viginti 43 [annorum] stipendia solvuntur, & integram famam retinent, ad publica privilegia [44] veteranis concessa pertinent, P. P. VII. Idib. Augusti. Antonino A. VI. & Balbino Conss. 214.

40 *l. 4. T. qui dare tut.* Veterani qui sint, vid. *l. 1. 2. 3. 4. 5. ff. de veteranis.* vid. *l. 8. §. 6. de excusat.* vid. *tit. T. de veteranis. l. 2. quando provoc. non est necesse.*

41 De sacramento militari dixi ad *l. 2. ff. de veteranis.*

42 *l. 2. §. 2. ff. de his qui notant.*

43 Justum tempus militiæ, viginti annorum scil. præstat excusationem. *d. l. 9. l. 8. §. 2. ff. de excusat. l. 3. T. de his qui non sunt. l. 1. C. de professoribus.* vid. quæ scripsi ad *l. 2. T. de re militari.*

44 Vide titulum ff. de veteranis, seu de privilegiis veteranorum.

45 Nota genus privilegii veteranis dati.

46 Nota aliud genus privilegii veteranis dati.

47 Invitum non cogendum ex statuto, ita intelligimus, ut non cogendus sit quoties utitur suis defensionibus: aliàs cogi potest.

48 Probare privilegium suum debet qui eo nititur, atque ita præsumi non solet privilegium nisi probetur.

T I T. LXVI.

QUI NUMERO [49] LIBERORUM SE EXCUSANT.

1. Imp. Severus & Antoninus AA. Herodiano.

QUi ad tutelam vel curam vocantur, Romæ quidem trium [50] liberorum incolumium numero, de quorum etiam statu non ambigitur: in Italia vero quatuor, in provinciis autem, quinque, habent excusationem. P. P. Non. April. Geta & Plautiano Conss. 204.

II. Imp. Antoninus A. Marcello.

NEque filia amissa [51] numero prodest ad declinanda municipalia munera, neque nepotes numerantur, quorum patet superesse: cum suo nomine patri prosint. Dat. Id. Jun. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

49 *l. 2. §. 2. ff. de excus. Inst. de excusat. tut. in pr.* adde quæ notavi ad *l. 7. §. 3. ff. de bon. damn.*

50 *d. §. 2. Inst. eod. d. loco.* adde *l. 3. T. de his qui sunt. liber.*

51 Vid. *l. 2. §. 4. ff. de excus. & Inst. de excusat. tut. vers. filii autem superstites.*

T I T. LXVII.

QUI MORBO [52] SE EXCUSANT.

1. Impp. Philippus A. & Philippus C. Sabino.

LUminibus captus [53], aut surdus [54], aut mutus, aut furiosus [55], aut perpetua [56] valetudine tentus, tutelæ seu curæ excusationem habet. P.P. XIII. Kal. April. Perenne & Albino Conss. 247.

52 §. 7. *Instit. de excusat.*

53 Dixi ad *l. 3. T. qui dare tutores. l. 9. T. de excusat. l. 40. ff. de excusat. l. 16. ff. de auct. præst.*

54 De surdo, adde *l. 7. §. 1. ff. de decurion.*

55 *l. 10. §. ult. vers. si quis autem in insaniam. l. 12. vers. sicut. ff. de excus.*

56 *l. 10. l. 11. & 12. l. pen. §. ult. ff. de excus. §. 7. Inst. de excusat. tut.*

T I T. LXVIII.

QUI ÆTATE [57] SE EXCUSANT.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Severo.

PAter tuus si major est annis septuaginta [58], ad tutelam seu curam vocatus, excusare se solemniter potest. P. P. v. Id. Septemb. Chilone & Libone Conss. 205.

57 §. 13. *Inst. de excus. l. 2. ff. eod. l. 74. §. 1. in fin. ff. ad Trebell.*

58 Anni septuaginta excusant à muneribus civilibus. *d. §. 13. d. l. 2. d. §. 1. l. 10. T. de decurionibus. l. 3. T. qui ætate vel profess. l. 3 §. 6. §. 10. ff. de muneris. l. 3. ff. de jure immunitat. l. 15. §. 11. ff. de excus.*

TIT. LXIX.
QUI NUMERO TUTELARUM.

1. Impp. Sever. & Anton. AA. Pompejano.

Si tres [2] tutelas vel curas eodem tempore non defunctorie [3] susceptas administras: onere [4] quantæ tutelæ, seu cutationis pupillorum, seu adolescentium non gravaberis. †. Finito [5] officio pubertate pupillorum, vel ætate adolescentium, aliæ substituí possunt: licet nondum ratio tutelæ seu curæ administratæ reddita sit. Sed imperfectæ [6] diversæ species vacationis, licet permixta ad excusationem non proficiunt. †. Scite igitur debes cum qui duos filios habet, & duas tutelas administrat, excusationem non mereri. P. P. IV. Id. Octob. Antonino A. II. & Geta II. Conss. 206.

2 *d. §. 3. d. l. 2.*

3 Defunctorie est imaginarie, simulate, affectate, la feaudeus juris.

4 Recte hoc adjectum. Nec enim quælibet tutela onus est.

5 *d. §. 3.*

6 Diverlæ excusationis species imperfectæ nihil proficiunt. *vide l. 25. §. 11. ff. de excus. tut. l. 1. in fin. ff. de var. mun.* nulle notant, imperfectæ plura diversi generis & formæ, unum perfectum non constituere. adde *l. ubi fideiussor 24. ff. de fideiuss.* locus si ad eundem finem tendant & collimant. Tunc enim junctæ & multa juvant, quæ singula & disjuncta non juvant. *l. instrumenta 5. ff. de probation.* Quid cosles singulares duo plurestve, fidemve faciunt? non faciunt, nisi in genere sint contestes. vid. *l. ab earmen. 21. in fin. ff. de testib.* veluti si testis unus dixerit se audivisse Titium dicentem, se in Deum non credere: alius eundem Titium dixisse, se non credere Ecclesiam Catholicam.

TIT. LXX.
DE CURATORE FURIOSI [7] VEL PRODIGI [8].

De ætate prodigi vel furiosi.

1. Imp. Antoninus A. Marinianæ.

Curatores [9] impletæ [10] legitima ætate prodigis [10] vel furiosis [11] solent tribui. P. P. IV. Kal. August. Messala & Sabino Conss. 215.

De rebus sine decreto non alienandis.

II. Imp. Gordianus A. Avitio.

Orationis [12] divi Severi beneficium, quo possessiones rusticas sine decreto præsidis pupillorum seu adolescentium distrahi, vel obligari prohibitum est, non injuria etiam ad agnatum [13] furiosi [14] potrigitur [15]. Si igitur citra decretum Præsidis fundus mente capti etiam ab agnato ejus tibi pignori nexus est, vinculum pignoris in eo non consistit: utilem tamen adversus eum personalem actionem, si ob ejus utilitatem [16] pecunia mutua accepta est, potens habere. P. P. Kal. Januar. Pio & Pontiano Conss. 239.

De patre mente capto.

III. Idem A. Aureliæ.

Si pater [17] tuus mentis compos non est, pete ei curatores, per quos, si quid gestum est, quod revocari oporteat, causa cognita in pristinum iterum restitui possit. P. P. VII. Id. April. Gordiano & Aviola Conss. 240.

De matre furiosa.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Asclepiodoto.

Cum repudiante furiosa [18] sui juris constituta maritum qui solus repudiare potuit, quædam mattem furiosæ, marito quondam ejus instrumenta confecisse significes: intelligis nihil [19] eam contra furiosam disponere [potuisse,] cum ejus ad eam [20] jure non pertinuerit defensio. S. Id. April. *Byzanti*, AA. Conss.

De fratre furioso, vel furiosa.

V. Imp. Anastasius A. ad Populum.

Ne lucrum quidem antea indebitæ successionis emancipato [21], vel emancipatis deputasse, nihil vero de oneribus tutelæ prospexisse videamur: curatores nihilominus eos [22] pro duodecim tabularum lege furiosis fratribus & sororibus utpote legitimos existere, hac legis sanctione decernimus.

De dilucidis intervallis.

VI. Imp. Justinian. A. Juliano P. P.

Cum [23] aliis quidem hominibus continuum [24] furoris infortunium accidat, alios autem morbus non sine laxamento aggrediatur, sed in quibusdam temporibus quædam eis intermissio perveniat, & in hoc ipso multa sit differentia, ut quibusdam breves induciæ, aliis majores ab hujusmodi vitio inducantur: antiquitas disputabat, utrumne in mediis furoris intervallis permaneret eis curatoris interceslio, an cum furore quiescente finita, iterum morbo adveniente tedintegraretur? Nos itaque ejus ambiguitatem decidentes [25], sancimus (cum incertum est in hujusmodi furiosis hominibus, quando resipuerint, sive ex longo, sive ex propinquo spatio, & impossibile est, & in confinio furoris & sanitatis eum septus constitui, & post longum tempus sub eadem esse varietate, ut in quibusdam videatur etiam pene furor esse remotus) curatoris creationem non [26] esse finiendam, sed manere quidem eam donec talis furiosus vivit: quia non [27] est pene tempus in quo hujusmodi morbus desperatur [28]: sed per intervalla quæ perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed [29] ipsum posse [30] furiosum, dum sapit & hereditatem adire, & omnia alia facere quæ sanis hominibus competunt. Sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit: curatorem in contractu suo conjungi, ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit: ne crebra, vel quasi ludibriosa [31] fiat curatoris creatio, & frequenter tam nascatur [32], quam desinere videatur. Dat. Kal. Septemb. Lampadio & Orestis VV. CC. Conss. 530.

De furioso in potestate patris constituto. 1. De hereditate furiosi adquirenda. De curatore dando, & cautione ab eo præstanda & inventario conficiendo.

VII. Idem A. Juliano P. P.

Cum furiosus quem morbus detinet perpetuus [33], in sacris [34] parentis [35] sui constitutus est: indubitate curatorem habere non potest: quia sufficit ei ad gubernationem rerum quæ ex castrensi [36] peculio, vel aliter ad eum pervenerunt, & vel [ante furorem] ei acquisitæ sunt, vel in furore obveniunt, vel in his quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia: Quis enim talis adfectus extraneus inveniatur, ut vincat [37] paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? Licet Tertullianus [38] juris antiqui interpres libro singulari, quem *de castrensi* [39] *peculio* condidit, tali tractatu proposito videatur obscure eandem attingere sententiam, nos tamen hoc apertissime introduximus. §. 1. Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit: nostra constitutio [40], quam promulgavimus de his quæ in testamento furioso [41] relinquenda sunt, vel substitutione [42] eorum in suo robore permaneat. §. 2. Sin vero [43] perpetuo furiosus sui juris sit: tunc in paterna [44] quidem hereditate quæ quasi debita [45] ad posteritatem suam devolvitur, nulla est juri veterum dubitatio: cum illico [46] appareat, & suus [47] heres existat suis parentibus.

§. 3. Sin autem ex alia quacunque causa hereditas ad eum, vel successio perveniat: tunc magna & inextricabilis vetustissimo juri dubitatio exorta est: sive adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere furiosus possit, sive non, & si curator ejus ad bonorum possessionem petendam admitti debeat, & juris auctores ex utroque latere magnum habuere certamen. Nos itaque utramque auctorum aciem certo fœdere compescentes, sancimus [48] furiosum [49] quidem nullo modo posse, vel hereditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere: curatori autem ejus licentiam damus (immo magis necessitatem imponimus) si utilem [ei] esse successionem existimaverit, eam bonorum possessionem agnoscere, quæ antea ex decreto dabatur, & ad similitudinem bonorum possessionis habere: cum [50] petitio bonorum possessionis Constantiniana [51] lege sublata [52] sit, & ab eo introducta observatio [quæ pro] antiqua sufficit petitione.

§. 4. Sed cum antiquitas in curatore furioso multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio, vel satisdatio detur: vel pro quibus rebus, & quibus personis, & si omnis curatos talem præstet cautelam: necessarium nobis visum est, ut humano generi consulentes, omnem quidem obscuritatem & inextricabilem circuitum [53] tollamus, compendioso autem, & dilucido remedio totum complectamur. Et prius de creatione curatoris, qui furiosis utriusque sexus datur, fancientes, tunc & aliis certum finem imponemus. §. 5. Et si quidem parens [54] curatorem furioso, vel furiosæ in ultimo elogio heredibus instituris, vel exheredatis dederit, ubi & fidejussionem [55] cessare necesse est, paterno [56] testimonio pro [ejus] satisdatione sufficiente: ipse qui datus est, ad curationem perveniat: ita [57] tamen, ut in hac florentissima civitate apud Urbicariam Præfecturam deducatur: in provincia autem, apud Præsidem ejus, præsente etiam, tam vito religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, & actis intervenientibus, tactis sacrosanctis Evangeliis: edicat *omnia se recte, & cum utilitate furiosi agere, & neque prætermittere ea, quæ utilia furioso esse putaverit, neque admittere quæ inutilia existimaverit.*

In Authent. ut hi qui obligat. §. pen. col. 6. tit. 1. al. 2. Novell. 72. cap. ultim.

Quod nunc generale est circa omnes curatores, ut fuerint quidem non tamen à ratiociniis sint exempti. †. Idem est in tutore.

[Et] inventario [58] cum omni subtilitate publice scripto, res suscipiat, & eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. §. 6. Sin autem testamentum quidem parens [ejus] non confecerit, lex [59] autem curatorem utpote agnatum vocaverit, vel eo cessante, aut non idoneo forsitan existente, ex judiciali [60] electione curatorem ei dare necesse fuerit: tunc secundum præfatam divisionem in hac quidem florentissima civitate apud gloriosissimum Urbicariam Præfecturam creatio procedat. Sed si quidem nobilis [61] sit furiosi persona: etiam florentissimo Senatu [62] convocando, ut ex inquisitione curator optimus atque integræ opinionis nominetur. Sin vero non talis persona sit: etiam solo viro gloriosissimo Præfecto Urbi præsidente hoc procedat. Et si quidem curator substantiam idoneam [63] possideat,

---

7 Dixi ad XVIII. D. X. §. 3. *Instit. de curatoribus, Ulpian. 12. §. 2. & 3. l. 8. in fin. ff. de curatib. datis.*

8 Prodigus qui censetur, vid. *l. 1. ff. eod. Ulp. 2. §. 2. §. 3. Cujac. 1. Instit. tit.*

9 Id est, etiam post impletam legitimam ætatem licet majores. §. 3. *Instit. eod.*

10 *l. 3. ff. eod.* de furoris speciebus dicam ad *l. 6. ff. eod.*

11 Cui comparant mutum & surdum, quum intellectu careat ob superiora vicia contingente: alias muto, vel surdo curator non datur. *l. 8. in fin. ff. de test. Lot.* vid. *Hieron. 1. praef. 38. observ. 5.*

12 *l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.* vid. *l. 22. ff. de admin. tut.*

13 Adgnatos, *Ital.* & generaliter ad omnes administratores similium personarum, *ut Isic.* ad hospitalarios, & similes. *Castrensis in epitomatoribus 32. ff. de episcopis.*

14 Res furiosi alienari ab ejus adgnato tutore non possunt, sicut nec res pupilli.

15 Argumentum à minore ad furiosum & prodigum observa, & jura in minoribus constituta ad furiosos & prodigos extendi. *l. 8. §. 1. l. 11. in fin. ff. de rebus eorum.* vide Oddum *tract. de restitut. parte 1. quæst. 1. art. 4.* adde *Everardum Topicis loco à minoribus ad furiosos, cap. 73.*

16 Vid. *l. 3. ff. quando ex facto tutor.*

17 Filius potest petere curatorem patri furiosi dari: quia ipse furiosa patri dari curatorem potest. dixi ad *l. 1. in fin. l. 2. in fin. l. 4. ff. eod.* adde *Heroet. 115. c. 3.*

18 Seneca 3. Contr. *Nullum patri curatorem dari, quod insigne pater sit & impius: sed quia furiosus.*

19 Qui tutor non est, res pupilli distrahere non potest. *l. 8. ff. de rebus eor.*

20 Matrem fil. fra. *ff. de fideicom.* Mater jus administrationis bonorum liberis competentium non habet. *l. 88. in*

21 *l. 4. ff. de legit.* Fratres emancipati vocantur ad successionem fratrum sororumve: & ad tutelam, si minores illi sint, *d. l. 4.* sive majores, furiosi tamen & prodigi.

22 Curator furiosi habentia dilucida seu sana intervalla, eo etiam tempore curator esse intelligitur, quo is de quo agitur, dilucida aut sana intervalla habet, hoc est? quo non est in furore. Quid? ut sit tutor eo tempore potestne eodem tempore administrare? non potest. Fuerit igitur in hac specie cura ipsa continua: administratio discontinua. Interest autem hoc casu scire, cura cesset necne: nam si furore cessante, cura statim finiatur: furore redeunte, novo curatore opus esset, aut certe prior ille curator nova excusatione uti posset: posset & novum inventarium fieri, inecro admodum eventu: & sic cum summo furiosi discrimine extingueretur & rustic tuerretur cura.

24 Furor alius est perpetuus, *ut hic. l. 7. in pr. ff. eod. l. 14. ff. de off. præsid. l. 12. §. 2. ff. de judiciis. l. 22. §. 7. ff. solut.* alter habet intervalla. *d. §. 7.* dilucida intervalla. *l. 9. vers. si vero. ff. qui test. fac.* seu intermissionem. *l. 20. §. 4. ff. qui testamenta.* A demente separatur furiosi. *l. 6. ff. eod. l. ult. §. 1. ff. de adm. tut. l. 27. §. 5. ff. de excusat. arbitria. l. 2. ff. de insff. l. 8. §. 1. ff. de tut. dat.* vide quæ de furioso dixi ad *l. 13. §. 1. ff. de offic. præsid.*

25 Hæc lex cum *l. sanciamus. ff. qui testam. fac. poss.* faciunt xx. ex novis Justinian. dilucidorum. vid. Inglos. Ans.

26 Dilucido furiosi pupilli intervallo curatoris administratio suspenditur.

27 Morbus ex antiqua causa renascens furiosus esse non intelligitur. facit *l. Martinus. 59. ff. hered.*

28 Præsumitur semper furiosus qui semel furiosus fuit. vid. *Acciar. 2. præsumpt. 18.*

29 Curatorem hic habet, & tamen omnia perinde agit, ac si non haberet: hoc ideo, quod curatorem sui est hic furiosus habitu tantum habeat, non actu.

30 Tempore dilucidi intervalli, furiosus sanis comparatur: sic interdicti & bonæ suspensi tempore, quo in statu sunt, ea omnia gerere possunt, quæ qui sanæ interdicti.

31 Ludibrio est frequens personæ mutatio.

32 Perpetuus aliquid indicat, quod constituitur, virtualiter nimirum frequentia existit.

33 De furore perpetuo dixi ad *l. 6. ff. eod.*

34 *Sacris parentum, Hal. Villelium.* si socius parentum erant. *l. ult. §. 2. ff. de collat. l. 20. ff. de nuptiis. l. 3. vers. sin vero ff. de bonis matern. l. ult. §. 1. vers. sin vero ff. ad SC. Tertull. l. 1. vers. proinde. ff. de bonis quæ lib. l. 12. ff. de tutor. l. penult. §. 1. ff. de adopt.* ut adoptatus. *ff. Faber. 7.* ut eum emancipari. *l. 31. ff. de fideicom. l. 1. §. 2. ff. de annali except. l. 13. ff. de inspic. bonor.* Sacra parentis, patria potestas. Inst. adde quæ dixi ad *lib. 1. tit. 1. n. 1. ff. de patr. potest.*

35 Castrense hoc peculium filii patet non administrat ut pater, & adsimilitudinem in eo habeat, sed ut curator filii furiosi.

36 Nullus affectus vincit paternum. facit *l. 17. ff. de capt. min. l. 9. ff. de inoff. & alibi. l. 67. §. 1. in fin. ff. de vita. l. quidam, cum sequentibus 46. ff. de hered. inst.*

37 Tertullianus fuit (qui & Septimius Florens Tertullianus) natione Afer, patria Carthaginiensis, qui de religione Christiana completens libros antiquissimos scripsit, quemque & exercitum in legibus Romanis fuisse scribit Eusebius 2. *hist.* 2. cujus ex ejusdem libri laudibus clari sunt, translationibus ex jure sumpta interlucissimi. Vixit autem sub Severo & Antonino: librosque quidem octo compositi, ut ex indice colligere pullemus Typis vulgati. Quatuor nondum *ibidem* invenerit. Citatur *quatuor* ejus liber primus in *l. 27. ff. de hæredit. instit. l. 32. ff. de acquir. hered.* quæ cum in *l. 30. §. 6. ff. de acquir. hered.* Citatur etiam liber ejus *de pudicitia*, unus ut dicitur: Citantur & alii incerti in *l. 3. §. 2. ff. de hered. instit.* putat Tertullianum alii Jurisconsulti Christiani, veluti Licinius Rufinus & Aurelius Arcadius, Charisius. vide Cujacium 7. *observat. 2. in fin. Antonin. August. lib. de nominibus propriis ex tradition. Florentini.*

39 Citatur à noftris Tertulliani liber singularis de castrensi peculio in *l. 23. ff. de testam. milit. l. 4. ff. de castrens. peculi.* 40 *l. 9. ff. de inoffic. & alibi subsificat.* 41 Pater potest furiosi substituere pupillariter eique curatorem relinquere. 42 Substituere exemplariter filio furioso pater potest: fed & curatorem ei relinquere. 43 Hereditas patris ipsi furiosi defertur ad filios quamtumvis furiosos. 44 In extraneo non idem. *l. 62. ff. de acquir. hered.* 45 *l. ult. §. pen. ff. de cadiciliis. l. 1. ff. de emancipat. liberor. descript.* adde *l. 7. ff. de bonis damnat. delict.* 47 Suus heres patre mortuo, filius etiam furiosus censetur, *ut hic:* adeo ut curator ei testamento à patre relictus curam ejus gerat, neque opus sit novum à magistratu petere, ait, ut Baldus notat, substitutum vulgarem, vel coheredem extraneum habere: cum in pupillo ita fit. *l. 1. ff. de testam. tut.* Quid? furiosus filius, ut ita patri suus fit heres, transmittitne, hoc est, potestne mortuum in furore eam hereditatem transmittere? Accursius negat: putat enim filium furiosum in his tum heredem censeri, ut curator ejus possit administrare: sine immixtione: fic ut necesse non habeat bonorum possessionem nomine furiosi petere, verum Baldus putat furiosum recte hereditatem quoque transmittere: *ut in l. apud 8. ff. de frui.* Et tamen idem Baldus in §. infl. ead. differentiam facit hereditatis paternæ furioso delatæ, ab extranei successione. Priorem transmittere putat, non posteriorem. Non posteriorem, inquam, licet legata & fideicommissa transmittantur. Diversitatis in eo rationem constituit, quod hereditas extranei non adquiratur ipsi jure: legata vero, ipso jure adquirantur: ideoque ubicunque hereditas ipso jure adquiritur (ut in suo) ibi transmissionem quoque fieri, & hanc communem interpretum opinionem esse. 48 Hic §. habetur pro XXI. decisione ex quinquaginta Novis Justinianeis. Inglois. Pro intellectu vid. Bellon. *lib. 4. Imputat. cap. 2. Ans.* 49 Si hereditas extranei delata est furiosis, furiosus non potest nomine successionem: sed ejus curator. Idem in pupillo *l. 9. §. 3. l. 11. ff. de acquir. hered.*

50 Formularis fuit. 51 *l. 8. l. ult. ff. qui admitti ad bon. possess. §. ult. Inst. de bon. possess.*

52 Vide *d. l. 8.* 53 Circuitus inextricabiles vitandi: fit enim male per plura, quod potest fieri per pauciora. 54 Parens liberis majoribus viginti quinque annis furiosis testamento curatorem dare potest. 55 Curator testamentarius furiosi non satisdat. *l. 27. ff. de Hispan. aud.* 56 *d. l. 27.* Testimonium paternum pro satisdatione sufficit. *Instit. de satisdat. tut. in pr.* non potest honeste à liberis repeti. *l. ult. ff. de senatuscons. Macedon.* 57 Quorum solemnitates observandæ à curatore testamentario furiosi. 58 Inventarium exactum curator furiosi facere debet. *d. l. 27. l. 7. ff. de admin. tut.* 59 Lege XII. Tabularum furiosi sunt in adgnatorum tutela. *d. l. 27. vers. sin autem. l. 14. ff. de officio præsid.* dixi ad legem XII. Tabul. *lib. 2. tit. de curator. & similib. l. de curatore furiosi 7.* 60 Post testamentarios. §. 5. ff. ead. & legitimos. ff. eod. desint fortasse dunt curatores. 61 Vide *l. un. ff. de tut. vel curat. illustr.* 62 Id ut fiat, vide *d. l. un. in pr.* 63 Idoneus atque locuples non satisdat. *l. 15. ff. qui satisd.*

dest, eo sufficiente ad fidem gubernationis, & sine aliqua satisdatione nominationem ejus procedere. †. Sin autem non talis ejus census [3] inveniatur, & tunc fidejussio [3], in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnimodo sacris scripturis [3] propositis in omni causa celebranda: ipso autem curatore, cujuscunque vel substantiæ, vel dignitatis est, præfatum sacramentum [4] pro utiliter rebus gerendis præstante, & inventarium [5] publice conscribente, quatenus possint undique res furiosi utiliter gubernari. †. In provinciis etiam his omnibus observantes, ut, apud Præsidem cujuscunque provinciæ, & virum [6] religiosissimum Episcopum civitatis, nec non tres primates memorata creatio procedat: eadem observatione & pro jurejurando, & pro inventario, & satisdatione & hypotheca [7] rerum curatoris modis omnibus adhibenda. §. 7. Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum pervenerit, sive ex hereditate [8], vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocunque modo hoc furioso accedat: & cum alia ejus substantia manibus curatoris tradatur, inventario etiam super [9] his omnibus rebus [scilicet] faciendo: & sub ejus cura custodiatur, quatenus si quidem resipuerit furiosus, & acquisitionem admiserit [10], ipsi restituatur. §. 8. Sin autem in furore diem suum finierit, vel ad suam sanitatem perveniens eam repudiaverit [11]: si quidem [12] successio est, ad eos referatur (volentes [13] tamen) id est, vel ad substitutum [14], vel ab intestato heredes, vel ad nostrum ærarium [15]: eo scilicet observando, ut hi veniant ad successionem, qui mortis [16] tempore furiosi propinquiores existant ei, ad cujus bona vocabuntur, si non in medio esset furiosus, omni satisdatione, vel cautione quam per inextricabilem [17] circuitum veteris juris auctores induxerunt, radicitus excisa: legatis [18] autem proculdubio, & fideicommissis, cæterisque acquisitionibus furioso acquirendis, & substantiæ ejus aggregandis. §. 9. Sin autem ipse resipuerit, & ea admittere noluerit, & aperte hæc resipuerit, vel heres [19] ejus hoc fecerit: à substantia ejus illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum devoluta: & per legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque prægravantibus, neque adjuvantibus.

§. 10. Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit: sub eodem modo, eademque [20] observatione alius [21] creabitur: quemadmodum & si suspectus [22] reperiatur, alter surrogetur: quod & veteribus legibus placuit.

§. 11. Hæc autem omnia, quæ de creationibus curatorum per novam definitionem introducta sunt, futuris [23] casibus imponantur: & neque antea facti curatores removeantur, neque aliquid eis novum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos (quantum ad creationem) permaneant terminos: cautione vidélicet, vel satisdatione quæ antiquitus fuerat introducta, super postea venientibus ad furiosos successionibus minime præstanda. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* Lampadio & Orestе VV. CC. Conss. 530.

1 Cautio pro bonis hic accipitur.
2 Fidejubent datores curatores quorum non est idonea seu lucrativa persona.
3 Curator furiosi scripturis propositis.
4 Curatorem juramentum de recta administratione & re pupilli fil. ea.
5 Curator furiosi inventarium curatori furiosi publice conscribere tenetur. *conf. in princip. in fin. l. 27. in fin. l. 28. de admin. tut. l. 13. §. 1. T. arbit. tut. l. 7. §. de admin. tut. Brunn. 94. in fin.*
6 Curatorem furioso sine pretio sive gratuita episcopi & primatum hodie recte dari, notat Bartholo, ex §. *furiosi. §. de curator.* quod liber Institutionum hoc Codice posterior sit, hæc amplius adjicit, hic parte prædictam legem contrariæ non servari. *c. 2. carne de pœnit. & remiss.*
7 Furiosi in bonis curatorum fœrum tacitam habent hypothecam. *l. 1. §. 7. in fin. l. 10. T. de administ. tut.*
8 Curator delatæ furioso hereditatem potest agnoscere.
9 Curator inventario tenetur addere novas hereditates furioso delatas. facit *l. 9. §. ult. §. de admin. tut.*
10 Furiosus si resipuerit agnitam hereditatem à curatore repudiare vel admittere potest. *ut hic, & §. 8. J.* Quid si non utiliter, sed antequam administret in furore decesserit? dic ut §. 8. J. *end.* 11 §. 7. T. *end.* 12. Hereditatem extranei sibi delatam furiosus non transmittit ad heredes. Hic enim heres extranei furioso delata, eo in furore morientis, defertur ad ejus substitutos: vel ad heredes ab intestato extranei defuncti, *ut hic.* Quid legata & fideicommissa? transmittuntur. *vers. legatis J.* Cur tam varie? dixi ad §. 2. *in fin. T. end.* Quid si hereditas patris furioso suo delata est? ibidem dixi. 13 Vide *l. 16. J. de jure dotium.* 14 *l. 31. §. de hered. pet.* 15 Vide *l. 12. in fin. §. de in jus vocand.* 16 Proximus ut quis dicatur, mortis tempus spectatur. *§. 6. Inst. de legitima agnat. dixi ad l. 12. tab. tit. de heredit. ab intest.* 17 Ex ea abrogatur pars *l. 1. §. de bon. poss. &c.* 18 Furiosus legata sibi delata recta via ab intestato transmittit ad heredes: hereditatem nisi aditam non transmittit. Ratio hæc esse potest: recta via dominium legati adquiritur. *l. 64. in fin. §. de furtis: in adunata vero hereditate animo opus est. Inst. de hered. qualit. in fin.* 19 Heres furiosi res ei delatas repudiare potest. 20 In subrogato curatore furiosi constituendo eadem solemnia requiruntur, quæ in eo servata est cui fit substitutio; quod in subrogationum variis generibus (sæpe multa & varia) summe observandum. 21 In locum mortui curatoris furiosi, creatur *Anton. adde l. 3. T. qui petant. tut. l. 4. T. in quibus causis tut. hab.* 22 *l. 2. l. 3. l. 5. §. de suspect.* 23 Dixi ad *l. 7. T. de legibus. adde l. penult. T. mandati. Novell. 118. c. 1.*

TIT. LXXI.

DE [24] PRÆDIIS [25] ET ALIIS [26] REBUS MINORUM SINE [27] DECRETO NON ALIENANDIS [28], VEL OBLIGANDIS [29].

De distractione pignoris.

1. Imp. Antoninus A. Minutiano.

Venditio quidem prædii, quod jure pignoris [30], vel in causa judicati [31] captum & distractum est, ad Senatusconsultum [32] quod de non alienandis prædiis pupillorum, vel adolescentium, nisi auctore Prætore, vel Præside provinciæ factum est, non pertinet: sed [33] si etiamnum in ea æstate ex cui subveniri solet, aditus competens judex, ante in integrum restituere debeat, præsente [34] diversa parte, causa [35] cognita dispiciet. P. P. XIII. Kal. Decemb. Duobus & Aspris Conss. 213.

Sistatur, vel curator suus decreto vendiderit.

11. Imp. Gordianus A. Clearcho, & aliis.

Non est vobis necessaria [36] in integrum restitutio, si tutores [37], vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt [sine decreto.] Quod si creditores [38] id fecerunt: ita demum justa formam Edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta [39] venditione, participante [40] consilio emptoris, damnum tibi inflictum esse docueris. P. P. III. Kal. Februar. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

Pater non potest alienare rem filii decreto. Bald.

111. Impp. Valer. & Galien. AA. Theodosiano, & aliis.

Cum emancipatis vobis prædium acquisitum foret, alienari à patre [41] eodemque curatore sine Præsidis auctoritate non potuit: maxime si tanquam [suum [42] esset non tanquam] pupillare, vendiderit: itaque illibata vobis persecutio [43] ejus manet. P. P. III. Non. Januar. Tusco & Basso Conss. 259.

24 XXII. D. IX.
25 Rusticis, subrubricis *l. 1. J. end.*
26 Pars prædiis adunata *l. 22. T. de adm. tut.* mancipiis urbanis & suffecit, mobilibus pretiosis. dixi ad *l. 1. J. 27. l. 11. J. end. ad l. 4. J. end.*
29 *l. 1. l. 2. J. end.*
30 Contrahi à pœna.
31 Prohibitio alienationis rerum pupillarium, ad venditiones necessarias non pertinet. *l. 1. §. 2. §. 5. J. ff. end. l. 9. §. de minorib. l. 2. T. §. ad. vend. pupp.*
32 Cujus ea mentio in *l. 7. J. end. l. 1. §. 3. J. ff. end.*
33 Minor pubes etiam secundum decretum, licet adversus id restituatur: vide *l. cum & minorem. 4. T. §. adversus. eum pubes.*
34 *l. 13. in fin. §. de minorib.*
35 *l. 11. §. 3. §. de minorib.*
36 Quoties ipso jure venditio nulla est, restitutio non est necessaria. *l. 11. J. eadem.* 37 Rem pupilli creditoribus obligatam tutori vel curatori vendere sine decreto non licet. 38 Creditor rem minoris sibi obligatam jure potest vendere. *l. 1. §. 2. l. 7. §. 1. J. ff. end.* vendere, inquam, sine decreto, quod tamen tutoribus, & curatoribus non licet. Cur tam varie? An quia res de qua hic agitur, manserat in bonis pupilli, ideo sine decreto à tutoribus alienari non potest: ut putat Vasquius *de successf. tit. de testam.* An potius quod tutores & curatores vendunt nomine ipsius minoris: ut quemadmodum ipsi minor sine decreto non potuit alienare, ita nec tutor. *arg. l. minor. 32. §. de pignorat.* Creditor vero rem minoris vendendo, sum jure suo distrahit, ut mirum non sit, decretum aliud non exigi, cum sufficiat finem, tempore obligationis facti. cum res ei obligaretur, decretum interpositum fuisse. Hæc ratio magis probanda est. Nam si vera Vasquii ratio esset, ne quidem creditor sine decreto rem minoris alienaret hac lege: quam tamen recte distrahit. 39 Aut si citra fraudem minorem detrimenti pati fieri minores. *l. 1. T. §. adversus. venditi. pign. l. 4. T. de rebus alien.* 40 Fraudulenta venditio est, quoties venditor cum emptore colludit. *l. 9. §. end. vide l. 46. §. de fidejussoribus.*
41 Curator (etiamsi pater sit) filii prædia alienare sine decreto non potest. *l. 7. §. 2. §. end.*
42 Curator rem pupilli nomine pupillari sine decreto alienare non potest: multo minus proprio nomine. 43 Vindicatio. *l. 2. J. §. quis igitur rem vend.*

De venditione, transactione, permutatione, donatione, & aliis modis alienandi.

IV. Iidem AA. Mithridati.

Non solum [44] per venditionem rustica prædia, vel suburbana pupilli, vel adolescentes alienare prohibentur: sed neque transactionis ratione, neque permutatione, & multo [45] magis donatione [46], vel alio [47] quoquomodo ea transferre sine decreto à dominio suo possunt: Igitur, & tu si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vindicare eum potes: [sed &c] si quid invicem ab eis ex eodem pacto confecturus es, id mutuo [48] restituere debes. P.P. XV. Kal. Maji, Seculari II. & Donato Conss. 261.

De obreptione.

V. Iidem AA. Sereno.

Et si Præses provinciæ decreverit alienandum, vel obligandum pupilli suburbanum [49], vel rusticum prædium: tamen actionem pupillo, si falsis [50] allegationibus circumventam religionem ejus probare possit, Senatus reservavit: quam exercere tu quoque non vetaberis. P. P. III. Kal. Maji, Seculari II. & Donato Conss. 261.

De causa alienationis probanda.

VI. Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus AAA. Varo.

Minorum possessionis venditio per procuratorem delato ad Prætorem, vel Præsidem provinciæ libello [51] fieri non potuit: cum ea res confici recte aliter non possit, nisi [52] apud acta causis probatis [53], quæ venditionis necessitatem inferant, decretum solenniter interponatur. S. Non. Maji, Caro & Carino AA. Conss. 283.

De rescissione donationis.

VII. Iidem AAA. Isidoro.

Si ad resolvendam [54] donationem quam in emancipatum te pater contulerat, minor viginti quinque annis cautionem [55] ei emisisti: cum hujusmodi scriptura contra Senatusconsulti [56] auctoritatem data sit, non obest jure tuo. P. P. VI. Idib. Decemb. Caro & Carino AA. Conss. 283.

De donationis propter nuptias.

VIII. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Theodotæ.

Prædia rustica quæ contra Senatusconsultum data esse ante [57] nuptias sponsaliorum nomine, precum tuarum confessio ostendit: cum proprietas ad te propter juris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est. P.P. III. Non. Novembr. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

Si curator prædium distraxerit, & res suas evictionis nomine obligaverit.

IX. Iidem AA. Mutiano.

Etsi is, quem prædium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit: venditio tamen contra Divi Severi [58] Orationem facta, Præsidis sententia non immerito rescissa est. Pignora sane quæ ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis [59] tibi obligavit, non prohiberis persequi. P. P. Non. Novembr. Diocletiano & Aristobolo Conss. 285.

De rei venditæ vindicatione, & pretii restitutione.

X. Iidem AA. Grato.

Prædiorum, quæ sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti Præses opem ferret: apud quem si illuxerit, non universa pretia quæ curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse [60], pro [61] ea duntaxat pecuniæ parte [te] conveniri permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constitenti [62]. S. vr. Id. August. ipsis AA. Conss.

De decreto & de pretii quantitate.

XI. Iidem AA. Trophimo.

Si quidem sine [63] decreto [64] minor annis patronus tuus rusticum prædium venundedit: supervacuum est de vili pretio tractare, cum Senatusconsulti auctoritas retento dominio alienandi viam obstruxerit. Si vero jure [65] interposito decreto venditionem [66] vili pretio ejus possessionis, cujus vires ignorabat, fecit, juxta perpetui Edicti auctoritatem in integrum restitutio, causa [tamen] cognita, præbetur. S. XII. Kalend. Decembr. ipsis AA. Conss.

44 Alienationis verbo continetur transactio, permutatio, donatio. *l. 1. de fundo dotali. adde l. 28. l. 67. §. de verb. sign.* Goth. Interpretur hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. lib. 3. cap. 3. n. 4.* Anr.
45 Cui non licet de prædio transigere, aut permutare, eidem prædium donare non licet.
46 Etiam propter nuptias, dotem, munus sponsalitium. Ob has etiam causas curator alienare non potest sine decreto. *l. ult. §. major. fact. autor.*
47 Renunciare juri hypothecæ minorem non posse hinc colligitur. 48 *l. unic. T. de Reposcen.*
49 Quid in urbano? dixi ad *l. 22. T. de administ. tut.*
50 *l. 1. T. §. in falsis allegatis.* Falsa allegatio, obreptio. *l. 2. §. 2. in fin. l. 3. §. 15. §. ff. end.*
51 Procurator non potest constituì ad petendum interponi decretum super alienatione rei minoris. Accursius, Baldus *hic*, & Rolandus à Valle *1. cons. 55. n. 21.* facit *l. 9. §. de eff. procurat.* aliud est in petenda restitutione. *l. 25. in fin. §. de minor.* & executione tutoris proponenda. *l. 25 §. de exercit. tut.*
52 Alienationis causas proponi earum judice non sufficit: est enim præterea necesse, ut apud acta causæ alienationis probentur. *l. 3. §. 14. §. end.*
53 Causa cognita. *l. 8. §. 24. l. 11. §. end.*
54 Id est, repudiandam. Quia minor alienare non potest sine decreto, ei nec repudiare sine decreto potest. Sed verisimilius, imo verius est hic agi de pacto resolutorio donationis: hoc sensu: Filiusfamilias non potest ex intervallo se obligare sine consensu patris ad rerum donationem faciendam donatori: quia cum simul jus quæsitum minori fuerit in re immobili, jus aliud à se abdicendi sine decreto amplius non habet. *l. 1. in fin. l. sed si pecunia 3. §. si jus 4. l. major pars 5. §. fin. hic 8. §. end.* Goth. Conciliationem hujus leg. cum *l. 1. §. end.* vid. apud Leonin. *Emendat. lib. 3. cap. 3. num. 2.* Anr.
55 Cautio prædii donati, res immobilis: rei vero mobilis, inter mobilia refertur. Est autem cautio, obligatio & instrumentum, res mobilis, vel immobilis dici potest, ut res est quæ in obligationem, nomen, cautionem vel instrumentum deducta. 56 *l. 1. T. end.* Imo id tribuitur orationi D. Severi. *l. 2. §. end.* Senatus auctoritas etsi ab unius dominatu per Julium Cæsarem oppressa, valde fracta, & imminuta est, à bonis tamen Principibus interdum servata, quod quæ constituerit effluit oratione complexi, de his cæsaredi arbitrium senatui relinquerent: quemadmodum videre possimus in variis Principum orationibus. *l. 8. §. de transact. l. 2. l. 2. §. de feriis, l. 3. §. de fugitivis. l. 16. §. de manumissionibus. l. 32. §. de don. int. vir. l. 1. §. 3. §. ne de statu defunct. l. 4. §. §. libertate ingenuum esse dic.* Eas orationes senatusconsulta sequebantur. dixi ad *l. 16. §. de rescind.* Hinc fit, ut quod quo loco oratione inducitur traditur, id alio loco senatusconsulto introductum dicatur, ne quis fine authoritate prærogativa transigat de alimentis, testamento relictis. *l. 8. §. de transact. l. 23. §. 2. §. de testam. inducitis.* Ne res minorum distrahantur, *ut hic. l. 2. §. non §. 12. §. ff. end.* Ad eum modum orationi constituta, tribunorum senatusconsulto. *Ulpian. 26. §. 7. l. 1. pen. §. ad Treb.* & e contra. *l. 1. C. de interdicto matrimonio. l. 4. T. de excusat. tut. l. senatusconsf. 59. l. liberti. 64. §. 1. l. §. quæ tutor 60. §. quæritur. §. l. non solum 67. §. sed voluerunt 3. §. de ritu.* 57 Improbilis minoris donari non possunt. *l. 4. T. end.* possunt tamen donari propter nuptias cum decreto prætoris. *l. 12. T. de adminis. tut. l. ult. in fin. §. si major. fact. autor.* sine decreto non possunt, *ut hic:* adde quæ dixi ad *l. 3. T. de donat. propter nupt.* Quid? mobilia, possintne donari propter nuptias sine decreto? possunt: moderate tamen. & ita accipe *l. 1. T. §. adversus. donat.* Quippe d. lex cum nostra lege, unius constitutionis duæ sunt partes: quarum hæc est de prædiis: altera de rebus mobilibus. His etiam congruit *l. 1. C. Greg. §. adversus donat. finat. fac.* Potuit & illud addi, Minori viginticinque annis permitti donationem ejus, à quo heres restitutus est ab hostibus redimendi causa. *Novell. 115. cap. 3. §. 13. adde Cujac. 7. obs. 25.* adde quæ scripsi ad *l. 3. in fin. §. si major fuerit.* 58 *l. 1. §. end.* 59 Tutor rem pupilli sine decreto alienans, venditionis nomine res proprias obligat. Pupillus eo casu rem suam recte evincit: tamen curatoris obligatio distrahitur. unde colligunt, Accessorium non sequi suum principale, ubi in accessorio eadem non est ratio. 60 Id est, versam fuisse.
61 Minor vindicans sua prædia non jure alienata, pretium restituere tenetur quatenus in ejus utilitatem versum probatur. *l. 32. §. 4. §. de adm. tut.* 62 Versum fuisse, probare emptor tenetur, non fuisse versum dicere, ipsi minori satis est. adde *l. 16. T. end.* Aperitus dicendum est. Emptori probationis onus incumbere, si tutori vel curatori. *ut hic:* non si ipsi pupillo pecunia est soluta. *l. 16. l. 19. §. 4. §. de negotiis gestis.* Quod de emptore dictum est, locum non habet in creditore, cui sine distinctione probandi onus incumbit. *l. 1. l. 2. T. §. adversus. cred.* Places & illud, Si contractus ipso jure nullus fuit, creditoris esse probationem: si jure valuit, minoris, vide *Mascard. de probat. 38. num. 284.* 63 Venditio quoties solenniter destituitur, pretii dati utilitas non spectatur: sed ipsius tantum venditionis vitium. vide *l. 2. T. end.* Venditorem, priori quam secundo casu restitui utilius est. 64 Solennitate prædii minoris venditio destituitur, quæ sit sine decreto. 65 Aliud est, venditionem jure non fieri: aliud, minore pretio. 66 Minor adversus venditionem restituitur. *l. 27. §. 1. vers. item ex diversis §. de minor. vide l. 1. l. 2. T. §. adversus. venditi.*

1 *l. ult. C. eod. l. 3. §. 14. ff. eod.*

2 *Rub.* & similes casus: de quibus vide Accurs. Nec enim ut nostri loquuntur interpretes, taxativæ dictiones excludunt casus similes, in quibus par aut major sit ratio.

3 Imo non sufficit, ut sit ea tantum alienum, sed etiam requiritur, ut creditores eam effectu, id est, re ipsa solutionem urgeant, ut ulterius ratio id exigat, ut judici constet minori non extare res alias ex quibus possit satisfieri. *d. l. 3. §. 9. in fin.* ut res minus damnose distrahantur, ne res magni momenti pro exiguo debito vendatur. *l. 7. §. 8. ff. de minorib.* tutoris quoque auctoritas requiritur. *l. 2. l. 3. C. de auctor. cautæ* cognitio. *l. 6. C. eod.* decretum judicis. *l. 22. C. de admin. tut.* & ut post decretum intervenient subhastationes. *l. 7. §. 8. ff. de minorib.* legitimo tempore fiendæ. *argum. Auth. Hoc jus porrectum. C. de sacrosanct. eccles. l. 4. §. de side & jure hastæ.* vide *Rol. à Valle 1. consil. 33.*

4 Id est, non modo minorum propria prædia, sed & vectigalia, id est, emphyteutica à civitate, vel à Principe in emphyteusin accepta, vel conducta sine decreto alienari non possunt.

5 Vectigalia prædia emphyteutica quæ quis in emphyteusin à civitate aliqua accepit. *l. 1. ff. si ager vectigalis.*

6 Patrimoniales fundi sunt qui ad Principis patrimonium pertinent. *J. de fund. patr.* quorum alii privatis dantur in emphyteusin, alii locantur. 7 Emphyteuticarii fundi, qui emphyteutico jure privatis dantur à principe, qui tamen patrimoniales sunt & dici possunt, quod ex patrimonio privato principis fiat. *l. 12. J. de fund. patrim.* 8 Doli mali exceptio datur interdum adversus pupillum. *l. 16. in fin. J. eod.* 9 Si tutor ex pretio fundi pupilli creditoribus satisfecit, fundum alienatum pupillus vindicare non potest nisi fortem cum usuris emptori restituat. *l. pen. in fin. ff. eod.* 10 Id est, pupillorum. 11 *l. 13. in fin. ff. eod.* 12 Quod scilicet pupillo profuit.

13 *l. 16. in fin. J. eod.* 14 *l. 4. in fin. C. eod.* 15 Immobilia pro alio debito non possunt in solutum dari sine decreto. *l. 4. C. eod.* 16 Qui solvit alienat. 17 Prædium rusticum ab urbano, non loco, sed qualitate differt. 18 Qualitas prædii quæ hic dicitur, alibi dicitur materia. vide *l. 198. ff. de verb. sign.* fin. 2. *Rebuf. 2. cap. 197.* genus vide *l. 166. ff. de verb. sign.* obiter: dicendum apertius: Qualitas est, qua quales dicimur: id fit autem non ex qualitatibus omnibus, sed his tantum quæ facile non mutantur. 19 Auctoritas interponenda est per judicem, ubi res sita est: interdum sufficit interpositio à judice domicilii. *l. 5. §. 12. ff. eod.* 20 Non tantum dominii pupillaris, sed & juris, puta servitutis vel emphyteuseos alienatio prohibetur. *l. 4. §. 5. ff. eod.* Idque commune fundus pupillaris habet cum dotali. vide *Cujac. 7. obs. 23.* 21 Pupillaris fundus alienatur sine decreto judicis non tantum pecuniæ: sed & fundi fructus. *Goth.* Vid. *Johann. Cup. de fructib. lib. 4. cap. 1. Ant.* 22 Condictio, vindicationis subsidiaria. 23 Dixi ad *l. 16. C. eod.* cui adde, negativam directo probari non posse. *l. 23. C. de prob.* 24 Mobilibus. *l. 5. §. 9. ff. eod.* 25 Adde *l. 1. in fin. C. qui & adversus quos.* 26 *l. 14. C. eod.* 27 *d. l. 1. l. 7. §. 1. ff. de curat. furet.* 28 *d. l. 14.* 29 *l. 1. §. 2. in fin. l. 5. in fin. l. 6. l. 7. ff. eod.* 30 Sine decreto minor commune etiam prædium distrahere non potest: majore socio provocante, sine decreto id videre potest, *ut hic.* Quid si major ad divisionem non provocet, & interim bona sua profudat? Posse etiam minorem immobilia sua dividere (etiamsi non provocetur à socio unius majore) putat post Cuiacum Socinus *reg.* 228. Idem quoque existimat, quoties minor suam conditionem meliorem facit: facere autem meliorem intelligitur, quotiens rixosum, vel pannosum habet socium & cum eo nihil quidquam commercii habere vult. *arg. l. si convenerit 14. ff. pro socio: Bald. in l. 2. C. si adversus transf.* Quid major ipse bonis interdictus, potaverint minorem ad divisionem provocare? non poterit. *l. ex castrensi* 18. *§. 2. ff. de castrens. pecul. Socin. d. loco.* 31 Passive sumitur hoc verbum. 32 *d. l. 2. §. 2. in fin. d. l. 7. l. 20. ff. de auct. tut.* 33 Ad Sever. *Hal.*

34 *Ut & l. 12. C. eod. tantum.* 35 Decreto interveniente res minoris alienari potest propter fiscale debitum, puta propter dacias & collectas. *Bald.* 36 *l. 5. §. 9. in fin. ff. eod.* 37 De pretiis Constantinopolitanis, dixi ad *l. 2. C. de off. præt.* Decretorum interpositio proprie pertinebat ad Constantinianum.

TIT. LXXII.
QUANDO DECRETO OPUS NON EST.

De voluntate patris, vel testatoris.

1. Impp. Severus & Anton. AA. Valentino.

Si probare potes, patrem [38] pupilli, cujus tutores convenisti, consensisse, ut reddito tibi prædio pretium reciperet: id, quod convenit, servabitur. Neque enim in ea re auctoritas Prætoris necessaria est, ut turorum sollicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant. Dat. VI. Kal. Januar. Antonino & Geta Conss. 206.

De concessione Principis.

II. Imp. Aurelianus A. Pulchro.

Illud requirendum est, an adito Principe [39] Saturninus Vir Clarissimus specialiter jus venditionis accepit: Ad instar enim prædialis decreti concessio Principalis accedit. Dat. Id. Januarii *.

De voluntate parentis, vel testatoris.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Stratoniciano.

Prædium rusticum, vel suburbanum à minore viginti quinque annis alienari sine decreto Prætoris, niti parentis [40] voluntas, vel testatoris [41], ex cujus bonis ad minorem pervenit, *super alienando eo* aliquid mandasse deprehendatur, nulla ratione potest. Dat. XII. Kal. April. *Nicomediæ*, AA. Conss.

De vestibus detritis, & animalibus supervacuis.

IV. Imp. Constantinus A. ad Populum.

Et [42] sine interpositione decreti tutores & curatores quarumcumque personarum vestes detritas, & [43] supervacua animalia vendere permittimus. Dat. Id. Mart. Constantino A. VII. & Constantio C. IV. Conss. 326.

TIT. LXXIII.
SI QUIS IGNORANS [44] REM MINORIS ESSE, SINE DECRETO COMPARAVERIT.

De præscriptione.

1. Imp. Gordianus A. Felici.

Si ea quæ in jura tutoris, hereditario, vel honorario titulo successit, possessionem tuam vendiderit: si ut pupillarem distraxit, emptor qui sciens [45] à tutoris herede mercatus est, cum officium [46] morte finiatur, alienam rem comparando, de temporis intervallo nullam potuit acquirere defensionem. Si vero ut suam distraxit, ignoransque tam alienam emptor comparavit, neque statim [47] per traditionem [48] possessionis dominus effectus est, sed tantummodo adversus te statuti [49] temporis (cum [50] te legitimæ ætatis esse non difficeatis) potest uti præscriptione. Dat. V. Idib. Septemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

De vindicatione prædii, & de fructibus.

II. Idem A. Crispinæ.

Si contra amplissimi ordinis decretum possessiones tuæ distractæ sunt, conveni earum possessorem, ut (si ita probaveris gestum) & possessio retrahatur, & fructus [51] universi revocentur, si non bona fide emptorem fuisse, qui emit, contenderit. Dat. XVI. Kal. * Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De secundo emptore, & de præscriptione.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Agathæ.

Possessiones [tuæ] rusticæ, vel suburbanæ sine cognitione causæ & interpositione decreti contra Senatusconsultum alienatæ, nec à secundo [52] emptore rectè tenentur, nisi statutum [53] temporis spatium intercesserit. Dat. Id. Februar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

Si emens à donatario præscripserit.

IV. Idem AA. & CC. Alexandro.

Quoniam [54] adversus emptorem, ad quem ex persona ejus cui contra Senatusconsultum donata [55] res est justo titulo intervenient ea res de qua lis est, translatum fecit: requirere oportebit, an præsente priore domino, & majore [56] effecto, sine controversia bona fide decennio, vel absente viginti annis, qui quæstionem patitur, possessor fuisse monstretur. Quod si apud Gravitatem tuam manifeste contiterit, sine ulla cunctatione, habita longi temporis præscriptione, petitorem oportebit excludi. Dat. VI. Id. Jun. *Deroslali*, CC. Conss.

42 Para legitur *in fin. C. de admin. tut.*

43 *d. l. 22.*

44 Quid G. Glossæ vide ejusdem apud Harmenopulum *l. 5. tit. 11. §. 38.*

45 Qui rem alienam tanquam alienam emit, non præscribit: si tanquam majoris & bona fide, quamvis præscribat.

46 Officium morte finitur *l. 17. ff. de negot. gestis* quatenus tamen heres continuatione ministerii hereditaria facta sunt, veluti pecuniarum, dispensorum & hujusmodi officia.

47 Qui rem alienam ignorans comparat, non fit statim dominus.

48 *l. 20. ff. de adq. rer.*

49 *l. 1. C. de præscr. long. temp.* id est, quinquennii. vide *l. 3. C. eod.*

50 Præsumitur majorem ætatis esse hoc ipso quod minorem se non contendit, ex hoc loco omnes fatebuntur. Et & hoc notandum, veteri etiam jure præscriptiones adversus minores ex non cognitis cœpisse, nisi minores facto: hoc est, ab initio non cognitis: quod & ex hoc loco, & *l. 10. C. de jure dot.* & *l. 3. C. quibus non objicitur longi temporis præscriptio*, probari potest: licet Justinianus hoc

sibi tribuat *in l. ult. C. in quib. casib. in integrum restitutio non est necessaria.* ubi post Placentinum recte Accursius Justinianum ea tum scribentem hallucinatum esse: neque hujus legis recordatum fuisse. vide plura apud Baldum *6. de præscript. 1. num. 29.* 51 Rem suam sine decreto alienatam, minor cum fructibus vindicat, nisi emptor fuerit bonæ fidei. Is enim fructus lucratur etiamsi præscriptionis tempus non impleverit. *l. 48. ff. de adq. rer.* 52 Minus legitime alienata vindicare minor etiam à secundo emptore, nisi secundus emptor sit numitus præscriptione. 53 Quinquennii scil. *l. 1. in fin. C. eod. l. 2. l. 3. in fin. cit. præc.* 54 Minoris res donata est absque sententia judicis: donatarius eam alteri cuidam vendidit? Vult hanc constitutio emptorem rei minoris, cum justum titulum habeat possessionis, eam rem postquam minor major factus fuerit, posse præscribere decennio, si minor ipse sit præsens: vicennio, si absens. *Synops. Basil. 10. tit. 4. cap. 12.*

55 Emens ab eo comparat, cui minor donavit sine decreto, contra minorem præscribit, à die quo major factus est, decennio eo præsente: vicennio, eo absente. *l. 3. in fin. J. tit. præc.* 56 Vide quæ scripsi ad *l. in fin. J. eod.*

TIT. LXXIV.
SI [57] MAJOR FACTUS ALIENATIONEM [58] FACTAM SINE DECRETO [59] RATAM HABUERIT.

Licet minor factus major ratam habeat alienationem prædii intra dimidium justi pretii vendidit, potest nihilominus ipsum vendicare, nisi justum pretium suppleatur, vel in debita compensetur. Salic.

1. Imp. Gordianus A. Liciniæ.

Cum [60] proponas, curatorem patris tui non interposito Præsidis decreto prædium rusticum heredi creditoris, seu tutori ejus destinasse venundare, eamque venditionem [61] deceptum patrem tuum ratam habuisse, si minore pretio distractum est prædium, & inconsulto errore lapsum patrem tuum [62], perperam venditioni consensum dedisse constiterit, non abs re erit superfluum [63] pretii in compensationem deduci, quod Præsidis provisione fieri convenit, cujus solertiæ congruum est, si diversa pars bonam fidem non amplectatur, in [64] arbitrio ejus ponere, an velit possessionem cum fructibus restituere, ita ut ne benefitis pecunia cum competentibus usuris restituatur. Dat. Non. Octobr. Pio & Pontiano Conss. 239.

II. Idem A. Alexandro.

Si [64] sine decreto Præsidis prædia tua à tutore tuo alienata sunt, nec speciali [65] confirmatione, vel (si bona fide [66] possessor fuisset) statuti [67] temporis excursu id quod perperam est actum, fuerat stabilitum, Præses provinciæ possessionem in jus tuum retrahet. Dat. VII. Kal. Januar. Pio & Pontiano Conss. 239.

III. Imp. Justinianus A. Mennæ P. P.

Si quando sine [68] decreto minorum, vel adhuc sub curatoribus constitutorum, vel per veniam ætatis eorum curam excedentium, res alienantur, vel supponuntur, & ad perfectam ætatem iidem minores provecti, longo [69] silentio 70 querelam hujusmodi tradiderint, ut inutilis alienatio, vel suppositio diuturno silentio roboretur, certum tempus ad talem confirmationem præfinitum esse censemus. Ideoque præcipimus, si per quinque continuos annos post impletam minorem ætatem, id est, post [71] viginti quinque annos connumerandos, nihil conquestus [72] est super

57 Adde *tit. 35. tit. 71. C.* Sufficiunt tamen inire se: hic enim titulus est, de causa quæ ipso jure rescindit, de qua nisi cum lætitia possunt, rescindi possunt.

58 Venditionem *Rol.*

59 Et ita hic titulus pertinet ad causas quæ ipso jure nullæ sunt.

60 Venditionis competit beneficium legis 2. *C. de rescind.*

61 Beneficium *Auth. hoc jus.* competit hereditibus.

62 Ea res ita habet. Patris mei curator fundum dignum quadraginta, pauperi creditori, cum ei tantum decem deberentur, in solutum dedit. Facta major factus, venditionem eum iubrit, aut deceptus? posthum ea casu adversus contractorem agitur, vel ad supplementum justi pretii, vel ut fundus cum fructibus restituatur, refutis ei tantum usuris, quoque ille rata, & ita pretio retributio venditionem ipse jure nullam confirmasse videtur.

63 Dixi ad *l. 2. C. de rescind.*

64 Si sine decreto venditio facta est, & ne major quidem factus venditionem ratam habuerit, neque longa ejus *inspic.* proprie, rem comparaverit emptor bonæ fidei, qui emit, cum fructibus eam restituit. *Synops. Basil. cap. 64.* 65 *Ut l. 1. C. eod.* 66 *l. 1. C. cit. præc.* 67 *l. 2. C. cit. præc.* quinquennii. *l. 3. J. eod.* 68 Sine decreto alienata res pupilli vel minoris ea vel curatore est, vel ætatis venia concessa est, rata est, si post viginti unum annum ipse vel minor ejusve heres quinque continuis annis nihil conquestus fuerit, *ut hic. Synops. Basil. 10. tit. 4. cap. 64. & Harm. 11. §. 32.* Goth. Intellectum hujus *l.* vid. apud Menoch. *de Præs. cap. 33. num. 557. & 567. & seqq.* Ant. 69 Longum silentium, quinque anni, *ut hic.* 70 Tacitus consensus supplet defectum decreti. 71 Præscriptio quinquennii minori currit ab anno vigesimo primo impleto. 72 Hinc colligunt, simplicem querelam coram judicis rescindendi impetrandi potuit. Patris confirmatio potestatem mihi adimit agendi jure minoris, jure majoris non dico venditionem omnino nullam, jus illud est minoris. Dico patrem deceptum fuisse ultra dimidium justi pretii: quod etiam majori licet dicere.

Magistratus qui sicut solvendo habent beneficium divisionis.

111. Imp. Gordianus A. Probiano.

SI tu & collega [11] tuus, cum Magistratu fungeremini, minus idoneum tutorem dedistis, cautionemque idoneam non exegistis, nec alias servari pupillo indemnitas potest, & utrique solvendo estis, pro [16] virili parte, in vos actionem dari non injuria postulabis. Dat. VIII. Kal. Novemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

Contra Magistratum agitur in subsidium, id est, excussis tutoribus, collega & fidejussoribus. Salic.

IV. Idem A. Aruntiano.

ADversus nominatorem tutoris, vel curatoris minus idonei non ante pervenit potest, quam [17] si bonis nominati, itemque fidejussoris ejus, necnon collegarum, ad quorum periculum consortium administrationis spectat, excussis, non sit indemnitati pupilli, vel adulti satisfactum. P. P. Id. Martii, Attico & Praetextato Conss. 243.

Sufficit tutores fuisse solvendo tempore depositi officii, ut ad magistratum non possit perveniri.

V. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Eugenio.

IN Magistratus municipales [18] tutorum nominatores, si administrationis [19] finito tempore non fuerint solvendo, nec ex cautione fidejussionis solidum exigi possit, pupillis quondam in subsidium [20] indemnitatis nomine actionem utilem competere ex Senatusconsulto, quod auctore Divo Trajano, Parente nostro, factum est, constitit. Dat. VII. Idib. Decemb. ipsis AA. Conss.

VI. Imp. Zeno A. Æliano P. P.

CUm sit adjecta Prætoris [21] sententia, generalem curatori administrationem mandantis, & quod eam pro more sequitur [22] decretum pariter sit compositum: manifestum est non curatoris dationem fuisse invalidam: sed in æstimanda [23] adultæ substantia, Scribæ [24] vitium, qui tanquam non [25] amplius ducentis libris auri patrimonium valeret, fidejussorem acceperat, intercessisse: in quo casu non [26] curatoris erit ratio reprehendenda, si qua læsio rebus minoris illata fuisse adversus legum ordinem comprobetur: sed super negligentia [27] vel dolo Scribæ, qui veram substantiæ taxationem pallus est occultari, legibus [28] erit agendum. Dat. V. Kal. Januar. Basilio V. C. Conss. 476.

15 Collega quis? vid. *l. 233. ff. de verb. sign.*

16 Simul delinquentes collegæ utiliter tenentur, si modo sint solvendo: *vel ita*, Magistratus qui sunt solvendo, habent beneficium divisionis. adde *l. 1. §. 9. l. 7. in fin. ff. eod.*

17 Contra magistratum igitur in subsidium, id est, excussis tutoribus, collegis & fidejussoribus. *l. 4. §. pen. ff. ad municipalem.*

18 *l. 2. ff. eod.*

19 Sufficit tutores fuisse solvendo tempore depositi officii, ut ad magistratum non possit perveniri: adde *l. 5. in fin. ff. de confirm. tut.*

20 *l. 4. C. eod.*

21 *Sub.* tutelaris, de quo vide quæ scripsi ad *l. 1. C. de tutoribus & curatoribus illustrium.* Goth. Intellect. hujus l. vid. apud Leonin. *emendat. lib. 2. c. 14. n. 18.* Ans.

22 Præposteram dubitationem facere in hac lege quidam putant, inquit Baldus: quasi administratio generalis ante decreta fuerit, quam inventarium factum fuerit, aut datus fidejussor. Verum sciendum est hanc legem pertinere ad magistratus majores, puta prætores & præsides: in quos tamen si à dato tutore, vel curatore satisfactionem non exegerint, rem pupilli salvam fore, non datur tamen hæc subsidiaria actio: sed in scribam qui non idoneus satis exegerat: & in eo itaque Magistratus majores à municipalibus magistratibus differunt. 23 Si scriba (qui inventarium componit) minorum æstimationem fecit, & ex ea fidejussorem recepit tenebitur minori actione in factum, neque eo tamen datio curatoris vitiabitur. facit *l. 1. §. 8. ff. eod.* dixi ad *l. 1. §. 2. C. de jure dot.* 24 Præsidis vel prætoris fit, non cujusvis judicis: clarissimus enim appellatur in *Nov. 94. in epilog.* & evidentius in Novella Constantini Porphyrogennetæ: *καὶ συνέδριον τὸ σκέλλα.* vide Cujac. 16. *obs. 15.* 25 Inventario rerum minoris æstimationem earum adjiciendam esse ex hoc loco notant. *Arg. l. fi. quis contra 7. C. de bonis profer.* Sed tamen Baldus æstimationem prudis non exigit, sed earum designationem tantum tantum, forte quod in rebus minorum æstimandis ipsi tutores possent. 26 Vendens curator rem sui pupilli, vel adulti, uti ea in inventario publica auctoritate (hoc est, à personis publice ad id destinatis, vel à judice datis,) æstimata est, non tenetur, licet eam minoris vendiderit, quam reipsa valeat, *ut hic*: nisi eam æstimationem insuetam esse, & publica vicinis & adjacentibus in locis fama constare ei possit. *arg. l. si tutor. 5. C. de periculo tutor.* 27 Notarius de dolo & imperitia tenetur. 28 Notarius omittens exscribenda describere, vel in inventarium referre, in quod interest parti tenetur.

1 Desine etiam post decretum res minori non posse. Quid si ante venia impetrata rem donavit & post vigesimum quintum ætatis annum decessit, priusquam vicesimo adhuc tacenti donatio constaret. Quid si subsequum id tempus explevisset, devolveretur? intra quod tempus heres ejus heredi donationem revocare: post completum tempus non licet. Quid si ipse minor postea nuptias donaverit? rata vel ab ipso initio donatio est, *hac lege: Synarf. Basil. 10. tit. 25. c. 4. & 5. Novel. 22. §. 33.* adde *l. 26. ff. de minoribus*: adde *C. tit. Si adversus donationem*: vide tamen quæ scripsi ad *l. 8. C. de praedis minorum.* 2 Prima exceptio regulæ, minor donare propter nuptias potest: ut puto, dixi ad *l. 8. C. de praediis.* Aut & dotis causa minor sua prædia donare potest? dixi ad *l. 4. C. de jure dot.* 3 Secunda exceptio, Donatio facta à minore silentio longi temporis firmatur, id est, decennio inter præsentes: vicennio inter absentes, computatione facta à majori ætate. 4 Silentium heredis idem operatur quod silentium defuncti. 5 *Ejusdem donatorem heredes: minoris filiorum, &c.* & ita legit Accursius: quod ita Græci recte hic interpretantur, ἐὰν δὲ τελευτᾷ τὸ τοιοῦτον δῶρον ἔχων ὁ ἀπορώτερος αὐτοῦ ἀναιρέτης. vide Cujacium apud *Paul. 1. fin. 9. §. 4.*

TIT. LXXV.

DE [6] MAGISTRATIBUS [7] CONVENIENDIS [8].

6 Vide XXII. D. viii.

7 *Sub.* municipibus vel dominis viæ qui tutores vel curatores dederunt, aut nominaverunt, aut nominare exegerunt, rata manere satisfiliationem exigunt, rata manere satisfiliam fore: ex hinc constet, hanc actionem pertinere ad tutores & curatores qui satisfiliare tenentur, ut fiunt hodie & dudum fuit: non ad infamentarios, enim qui inquisitione dati sunt. *l. ult. C. de auctor. praestando.* Et hæc in provinciis. Nam in urbe alia ratio est. dixi ad *l. ult. C. eod.*

8 Non est hic titulus usitatus apud Gallos. vide *Bugnon. in legibus abrogat. duodecim locis.*

9 Subsidiaria est hæc actio, quia priusquam detur ad Duumviros, discuti oportet bona tutoris vel curatoris, & revocari actiones Pauliana, si quo tutor vel curator alienavit in fraudem minoris: item etiam bona fidejussorum, & collegas tutorum, qui ipsos tutores suspectos non fecerunt, *ut hic, & l. 4. 15. C. eod.* 10 Judicem non corrumpit, qui indemnitatem ei pollicetur: per contrarium, Judex corruptus non censetur, qui indemnitatem sibi præstari stipulatur. adde *l. si quis severi 52. §. si superiorem 12. ff. de furtis & eum pro quo 17. ff. de in jus vocando.* 11 Utilem actionem legis cautione latam, directas quoque sibi mandari recte potest petere. *l. 1. §. 1. versf. sin autem ab alio. ff. de superfic.*

11 Vide quæ notavi ad *l. 2. l. 4. ff. rem pupill.* 13 *l. 1. §. 7. l. 4. l. 6. ff. eod. §. 2. in fin. ff. de fusti. tut.* 14 Hanc negativam Cujacius 13. *obs. 39.* expungit: ut & in *l. 2. C. de hor. tut.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER SEXTUS.

TITULUS PRIMUS.

DE SERVIS FUGITIVIS [1], ET LIBERTIS [2] MANCIPIISQUE CIVITATUM, ARTIFICIBUS [3], ET AD DIVERSA OPERA [4] DEPUTATIS, ET AD REM PRIVATAM, VEL DOMINICAM [5] PERTINENTIBUS.

De furto, de usucapione, & longi temporis praescriptione.

1. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Æmiliæ.

SERVUM fugitivum sui [6] furtum facere, & ideo non habere locum nec usucapionem [7], nec longi temporis præscriptionem, manifestum est: ne servorum fuga domini suis ex quacunque causa fiat damnosa. S. Id. Decemb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De fugitivis requirendis.

II. Idem AA. & CC. Pompejano.

REquirendi fugitivos potestatem fieri dominis, Præfidalis officii est. Dat. Kal. Maji, CC. Conss.

De servis transeuntibus ad Barbaros.

III. Imp. Constantinus A. ad Probum.

SI [8] fugitivi servi deprehendantur [9] ad [10] Barbaros [11] transeuntes: aut [12] pede [13] amputato [14] debilitentur, aut metallo dentur, aut qualibet alia [15] pœna afficiantur. Sine die & Conss.

In Authent. ut nulli Judicum. §. quia vero nos oportet. col. 9. tit. 17. al. 6. Novell. 134. cap. ult.

SEd [16] nova jura si criminis qualitas membri [17] abscissionem exigat, una sola manus [18] abscindatur, sed pro furto nec moriatur [19], nec aliquod membrum abscindatur, sed aliter castigabatur. Fures autem vocantur, qui occulte & sine armis hujusmodi delinquunt: Qui autem violenter aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, aut in domibus, aut in stratibus, aut in mari, pœnis legalibus subjiciantur.

De servo fugitivo suscepto.

IV. Imp. Constantinus A. ad Valerianum.

QUicunque [20] fugitivum servum in domum, vel in agrum inscio domino ejus suscepit [21], eum [22] cum alio pari vel viginti solidis [23] reddat. Si vero secundo, vel tertio [24] eum susceperit, præter ipsum duos vel tres alios vel prædictam æstimationem pro unoquoque [servo] domino repræsentet. In minorum personis tutoribus vel curatoribus pœna similli imminente. Quod

1 Et D. xi. Fugitivus condemnato comparetur, fisque acculatur dicitur. *l. 15. C. de proditoriis.* Nov. 83. c. 4. *versf. illud vero. l. 7. §. 2. ff. de fugitiv. l. 28. de fur. ff. de bonis libert.* adde *l. ult. ff. de furt.* Goth. Ad hunc titulum & singulas leges vid. Guid. Papon. Ans. Et Cujac. *tom. 7. comment. ad jus civile. l. 1.*

2 *l. 5. versf. liberti. l. nihil. l. 8. l. 9. l. 11. eod.*

3 *l. 9. l. ult. eod.*

4 *l. ult. l. ult. eod.*

5 Id est, ad dominum Principis seu fiscum. *l. 7. l. 8. eod.*

6 *Illos. ff. de furt. l. Qui. Basil. 6. tit. 60. tit. 7. c. 6.* Inter alia in rebus aliud sit fur, aliud res furtiva. Cujac. 17. *obs. 10.*

7 *§. 1. in fin. ff. de usucap.*

8 Capula hanc legem ad naufragia adhuc retrahit, quem vide.

9 Barbari in bello [?] an exteri? *l. 2. C. de commerc. l. 19. §. 8. ff. de captiv. l. ult. l. 28. §. quod §. ff. de explicat.*

10 Et si in Romanorum. *Bafil. l. hunc. 8.* ut & in *l. 2. C. quæ res exportari.* 11 Pœnam deprehensi in delicto non-dum perfecto, etiam patiuntur, *ut hic*: quocies animum voluntas certa, vel conjectura delicti perficiendi est. de qua vide quæ scripsi in *l. cogitationis 18. ff. de pœn.* 12 Alternativæ pœnæ constitui possunt à lege, ut hic: tres pœnæ alternative constituuntur. Quid hoc casu, cujus erit electio an debitoris seu rei, ut minimum possit eligere? an potius judicis? hoc verius. *Cynus: Jacob. de Ravenna. Petr.* Neque differire Bartoli placet exiftimantis judicis esse electionem si ad eam legis verba pœnam imponentia dirigantur: contra rei, si ad reum: si ad neutrum, in corporalibus pœnis judicis: in pecuniariis, rei, esse electionem. *l. 1. §. 1. ff. de effect. l. ult. ff. de major. l. plerumque 20 §. ult. ff. de jure dot. Glos. in l. Lucio. 23. ff. de leg. 2.* Nec Andreas Pisanus placet exiftimans pœnis pluribus imponitis si pœnis in illis servitus pœnæ res constituatur: reum, utpote servum pœnæ, non posse eligere: sicus posse. Capula aliter distinguit, aliquando certam pœnam, licet dura sit imposita à lege, judicem imponere cogi: nisi magna admodum causa suadeat remittendam vel minuendam esse. Quid si incerta pœna est? arbitrio boni viri pœnam judex imponet ex æquo & bono, ex eo quod benignius est non severius: ut non capitalem faciat, quam ex æquo & bono pecuniariam esse sufficit. Quid si pœna sint hinc inde? pecuniariæ? si utrinque pecuniariæ sunt & verba referuntur ad judicem, judicis: si ad reum vel neutrum, rei exit electio: si utrinque, corporales, vel una corporalis, altera pecuniaria, judicis erit electio. 13 Unico non duobus. sic falsario manus amputatur. *Nov. 17. c. 8. Nov. 42. cap. 1. §. 2. in fin.* Nec enim quis ita damnari potest ut utraque manus, vel pes uterque ei abscindatur. *Nov. 134. c. 13.* 14 Qua parte quis peccavit, eadem quoad ejus fieri potest, multari & puniri debet: Fugitivo pes hic ita amputatur: ut alibi, manus falsario, blasphemo lingua.

15 Simili vel extraordinaria: capitali etiam interdum. *l. 3. in fin. ff. de effectis. l. 38. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. §. 10. ff. de re milit.* Cur? in atrocissimis motus ad delictum habetur pro confecto. *l. 5. C. de episc. & cler. l. 7. l. de sicariis.* vide tamen *Novell. Leon. 63.*

16 Vide ad hanc authenticam Bartholomæi Capulæ repetitionem.

17 Membri appellatione manus continetur, *ut hoc loco.*

18 Pœna manus amputationis imposita, quoad fieri potest, ejusdem membri etiam interdum. *l. 3. in fin. ff. de effectis. l. 38. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. §. 10. ff. de re milit.* Cur? in atrocissimis motus ad delictum habetur pro confecto. *l. 5. C. de episc. & cler. l. 7. l. de sicariis.* vide tamen *Novell. Leon. 63.*

19 Vide ad hanc authenticam Bartholomæi Capulæ repetitionem.

20 Membri appellatione manus continetur, *ut hoc loco.*

21 Pœna manus amputationis imposita, quoad fieri potest, ejusdem membri etiam interdum. *l. 3. in fin. ff. de effectis. l. 38. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. §. 10. ff. de re milit.* Cur? in atrocissimis motus ad delictum habetur pro confecto. *l. 5. C. de episc. & cler. l. 7. l. de sicariis.* vide tamen *Novell. Leon. 63.*

22 Vide ad hanc authenticam Bartholomæi Capulæ repetitionem.

23 Membri appellatione manus continetur, *ut hoc loco.*

24 Pœna manus amputationis imposita, quoad fieri potest, ejusdem membri etiam interdum. *l. 3. in fin. ff. de effectis. l. 38. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. §. 10. ff. de re milit.* Cur? in atrocissimis motus ad delictum habetur pro confecto. *l. 5. C. de episc. & cler. l. 7. l. de sicariis.* vide tamen *Novell. Leon. 63.*

Quod si ad prædictam pœnam solvendam is qui susceperit, minime sufficiat, æstimatione competentis Judicis castigatio [1] in eum procedat. Quod si servus fugitivus ingenuum se esse mentitus, sub [2] mercede [3] apud aliquem fuerit: nihil [4] is qui eum habuit, potenit incusari. Sane mancipium torqueri [5] oportet, ut manifestet, utrum propter lucrum capiendum callide [à domino] ad domum, vel ad agrum ejus qui eum suscepit, immissus sit, an non. Quod si maligne factum esse ex servi interrogatione paruerit, servo etiam suo eum qui hoc fecerit, privati oportet, & ad fiscum pertinere mancipium. Dat. v. Kal. Jul. GALLICANO & BASSO Conss. 317.

De mancipiis liberisve artificibus pertinentibus ad Rempub. & ad fugam sollicitatis.

v. Idem A. ad Januarium.

Mancipia [6] diversis artibus prædita, quæ ad Rempublicam pertinent, in iisdem civitatibus placet permanere: ita ut si quis tale mancipium sollicitaverit [7], vel avocandum crediderit, cum servo altero [sollicitatum] restituat, duodecim solidorum summa inferenda Reipublicæ illius civitatis, cujus mancipium abduxerit. Libertis quoque artificibus, si sollicitati fuerint, cum eadem forma civitati reddendis: ita ut pro fugitivo servo, si sollicitudine Defensoris [8] non fuerit requisitus & revocatus, idem Defensor duo vicaria [9] mancipia exigatur: nec beneficio [10] Principali, nec venditione [11] in ejus persona [jam] de cætero valituris. Dat. xvi. Kal. Martii, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. Conss. 319.

Si repetenti servum fugitivum proprietas opponatur.

vi. Idem A. ad Tyberianum Comitem [12] Hispaniarum.

Cum servum quispiam repetit [13] fugitivum, & alius [14] evitandæ legis gratia, quæ in occultantes mancipia certam pœnam statuit, propriietatem opponit, vel in vocem libertatis eum animaverit, illico [15] nequissimus verbero [16], super quo ambigitur, tormentis subjiciatur, ut [17] aperta veritate, dilceptationis terminus fiat: Quod non solum utrilque jurgantibus proderit, sed etiam servorum animos à fuga poterit deterrere. Dat. xv. Kal. Septembr. FACATIANO, & HILARIANO Conss. 332.

De servo fiscali.

vii. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. ad Felicem Consularem.

Si quis servum fiscalem [18] putaverit occultandam, non solum cum restituere, sed etiam duodecim [19] libras argenti pœnæ [nomine] fisci juribus dependere compelliatur. Dat. ii. Idib. April. GRATIANO ii. & PROBO Conss. 371.

Si servum publicis operibus deputatus cumultuum contrahat cum ancilla.

viii. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Albino Præfecto urbi Romæ.

Si qui publicorum [20] servorum fabricis [21], seu aliis operibus [publicis] deputati, tanquam propriæ conditionis immemores, domibus se alienis, & privatarum ancillarum consortiis adjunxerint, tam ipsi, quam uxores [22] eorum, & liberi [23], confestim conditioni pristinæ labotique restituantur. Dat. viii. Kal. August. TIMASIO & PROMOTO Conss. 389.

6 Id est, libertus, ut in *l. ult. ff.* eorum artificio & operis respublica utebatur. 7 Sollicitans ad fugam punitur. 8 *l. 1. ff. de defensorib. civit.* 9 Vicaria mancipia quæ vicem alterius repræsentant. 10 Judex in officio suo negligens, ne quidem Principis rescripto absolvi potest: ut & maxime sit absolutus, regressum tamen in eum, cui favit injuriæ non habet, & merito: ut ne quam proprio nomine pœnam exsolvit, eam ab alio repetat. 11 Hi servi qui sunt in fuga, nec vendi possunt, nec donari. vide Cujac. 18. *obs.* 10. adde *l. 6. ff. de plag.* 12 Comes Hispaniæ.

13 An condictione ex *l. 4. ff. eod.* An officio judicis, ut vult Cynus? An rei vindicatione, ut vult Accursius? prior verior est, nam agitur hic ad pœnam & illico. Rei autem vindicatio neque pœnalis est, neque ita momentaria. 14 Dominii quælibet agenti referri potest: & ut hinc colligitur de jure tertii potest excipi. 15 Illico sibi agitur, summarie agitur. 16 Eadem vox reperitur in *l. ne. ff. de muller. quæ se propr. serv.* 17 *l. 12. ff. de agric.* adde Cujac. 16. *obs.* 10.

18 De pœna servum fiscalem occultantis. 19 Atqui pœna quadruplum excedere non potest. § *omnes.* 21. *Inst. de act.* vid. *Bald. hic.* 20 De servis publicis populi Romani. 21 Vid. *tit. de fabricensib. lib.* 11. 22 Pœna servi publici P. Romani nuptias cum ancilla contrahentis.

23 Partus hic sequitur conditionem patris. Atqui matris conditionem sequi debet. *l. partum 7. ff. de rei vind.* hoc fit mediate per matrem quæ ipsam virum sequitur: virum uxor: liberi matrem sequuntur, atque ideo patrem.

TIT. II.

DE FURTIS [24] ET SERVO CORRUPTO [25].

De concurrentibus actionibus.

i. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Theogeni.

Si pecunia tua mandantibus servis [tuis] quidam prædia comparaverunt: eligere [26] debes, utrum furti actionem [& condictionem,] an mandati potius inferre debeas: neque [27] enim æquitas patitur, ut [&] criminis causam persequaris, & bonæ [28] fidei contractum impleri postules. Dat. ii. Kal. Maji, SEVERO & ALBINO Conss. 195.

Si dominus pretium rei furtivæ non solvat.

ii. Iidem AA. Negotiatoribus.

Incivilem [29] rem desideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis, quam [30] pretium fuerit solutum à dominis. Curate igitur cautius [31] negotiari, ne non tantum in damna hujusmodi,

24 Vid. XLVII. D. II. optime cuharut hic titulus superiori, vix est enim servus ut fugiat, quin secum rem aliquam pecuniamve domini auferat, ut dixi *l. 12. ff. ad l. Fab. de plagiariis &c.*

25 Vide 21. D. III. Inde est *Lex Aquilia*.

26 Agi ex delicto & contractu simul non potest: nam contraria cumulari non possunt: & est iniquum rem & pretium simul consequi. 27 Ex pluribus actionibus contrariis una eligenda est: quæ electa actor variare non potest. *l. 88. ff. eod.* Imo concurrus furti & mandati admittitur. *l. 22. § 7. ff. mandati:* vide Cujac. 17. *obser.* 12. sed & Baldus hic varios casus profert in quibus contraria cumulari posse demonstrat. 28 Mandatum intelligit, & ita dominus actionem *ex servi* mandato agnoscit.

29 Furtiva res fabreptas earum emptor vero domino restituere cogitur, etiam non recepto pretio, *ut hic. 6. Harmenop. 6. § 6.* 30 Possessor rei furtivæ non domino restituere cogitur etiam non recepto pretio. *l. 23. ff. de rei vind.* facit *l. 27. ff. de captivis.* Imo pretium recipit, si quis rem alienam à latronibus emerit. *l. 6. in fin. ff. de captivis.* Idque voluit æquum ex eo esse, quod dominus nulla alia actione suum consequi à latronibus posset. atqui *d. l. 27.* negat servum ita emptum usucapi posse? Ut ita sit, eadem etiam negat pretium emptori restituendum: & ita *d. l. 27.* conciliandi est. Ad hæc, emptori pretium à domino restitui volunt, si emptor tempore venditionis protestatus fuerit se rem ea mente comparasse, ut eam domino redderet. Cæpolla *cautela 10. Wurmser. 2. præll. 31. cap. 1.* à quo tamen Natta dissentit *cons.* 436. Clarus *lib. 5. § furtum 6. conf. sed hinc incidenter.* dubius hæret intur utrumque. Natæ sententiam Alciatus probat: quam & confirmat lex, *id quod naturale.* 11. *ff. de reg. jur.* quia protectatio emptoris nimium diligentiam continens, dolum ejus arguit. *l. 7. ff. de evict. inf.* cui sententiæ liberius accedo. Idem præmeres volunt esse si pretium rei venditæ in rem domini versum fuerit. *l. 19. ff. de procur.* si dominus altro pretium restituerit. *l. 36. ff. de cond. indeb.* si confutatodo contrario exstiter. vid. *Alciat. 3. præsumpt.* 29. Quid si emptor auctorem laudaverit? vid. *l. 5. ff. eod.* Quid si in taberna publica, vel in foro, ubi res ejusmodi vulgo vendi solent, bona fide quis emerit? puto pretium restituendum emptori. *arg. l. 3. ff. de Senatusc. Macedon. l. 52. § 19. ff. de furt.* quin eo casu admittitur ad agendum cum ipso domino, si forte res ei subtractæ sit. & huc refero *l. 74. ff. de furt.* Quid si emtum nitatur emptor, quod imprudens emit, & etiam laudatæ famæ sit? tali exceptione emptorem juvari non puto, ut quem caute negotiari lex velit, *ut hic.* Interea tamen sciendum, ei qui ignorans emit, dari actionem furti, non tamen adversus dominum. *l. 52. § 20. ff. de furt.*

31 *l. 19. ff. de reg. jur.* sed etiam in criminis suspicionem [32] incidatis. P. P. Kal. Decembr. CRISPINO, & LIBONE Conss. 205.

De re nondum dedicata.

iii. Imp. ANTONINUS A. Secundo.

Si nondum [33] rem templo divino dedicatam vitricus tuus furto abstulit: habes [34] adversus eum furti [35] actionem. P. P. vi. Id. Septemb. LÆTO ii. & CERIALE Conss. 216.

De servo sollicitato.

iv. Imp. ALEXAND. A. Aurelio [Hetodi.]

Adversus eum duntaxat, quem servum tuum sollicitasse [36] dicis, si eum deteriotis animi fecerit, servi corrupti agere potes. Quod si sollicitatum [37] occultaverit, etiam furti cum eodem agere potes. Quas actiones etiam per [38] procuratorem exercere minime prohiberis. P. P. Idib. Septemb. ALEX. A. Conss. 223.

De venditore exhibendo.

v. Idem A. Cornelio.

Civile [39] est quod [40] [à te] adversarius tuus exigit: ut rei quam apud te fuisse [41] fateris, exhibeas [42] venditorem: nam à transeunte & ignoto te [43] emisse, dicere non convenit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem [44]. P. P. III. Kal. Maji, MAXIMO ii. & ÆLIANO Conss. 224.

De alienatione, contrectatione, detentione servi alieni.

vi. Idem A. Pythidoro.

Alienum [45] servum sine voluntate domini qui sciens vendiderit [46], seu donaverit [47], vel alio modo alienaverit [48]; nihil domino diminuere potest. Et si contrectet [49], vel apud se detinuerit, etiam furtum [50] facit. P. P. Kal. Maji, JULIANO ii. & CRISPINO Conss. 225.

De eo qui pecuniam perferendam accepit, & in suos usus convertit.

vii. Idem A. Dato.

Si is cui te pecuniam ad matrem tuam perferendam [51] dedisse proponis, parva quantitate numerata reliquam in usus suos [52] convertit, furtum fecit. P. P. Idib. Jun. MODESTO & PROBO Conss. 229.

De exactore tributorum.

viii. Idem A. Valentino.

Etiam furti actione [53] tributorum [54] exactor tenetur, si te non [55] cessante in tributoria exactione, sciens [56] quod nihil debetur, ancillam tui juris abduxit, aut vendidit: quæ res facit, ut nec emptor usucapiat, vendicatioque tibi [ipsius] competat. P. P. x. Kal. Mart. POMPEIANO & PELIGNO Conss. 232.

De re interitu.

ix. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Ædisio.

Subtracto furto, vel vi abrepto mancipio, quamvis rebus humanis [57] non oblatum [58] fuerit exemptum [59]: tam ad raptorem, quam ad furem periculum redundabit, & utenque eorum pœna legitima coercebitur. S. vii. Kal. Februar. *Sirmii* [60].

De usucapione, de successoribus.

x. Iidem AA. & CC. Valerio.

Si abducta mancipia furto vel [60] plagio [61], venundata Præses provinciæ perspexerit, cum nec ab emptore propter cohærens vitium, antequam ad dominum [62] possessio reverratur [63], [hæc] usucapi possint: & te ei cujus fuerint, successisse [64] repererit, restitui tibi providebit [65]. Sine die & Consule.

De noverca, de furto manifesto vel non manifesto.

xi. Iidem AA. & CC. Demostheni.

De his quæ subtraxisse novercam [66] pupilli tui, precibus significas, Rectorem adi provinciæ: qui si eam, postequam [67] dominus rerum is pro quo supplicas, factus est, aliquid furatam cognoverit: non ignorat in quadruplum furti manifesti; nec manifesti [vero,] dupli actione furti constituta, condemnationem formari. Dat. vii. Kal. Septemb. *Viminacii*, CC. Conss.

De partu ancillæ furtivæ, & de concurrentibus actionibus.

xii. Iidem AA. & CC. Quintæ.

Ancillæ subtractæ partus [68] apud furem editi, priusquam à domino possideantur, usucapi nequeunt: matris furem, etiam horum causa furti actione teneri convenit: quapropter furti [69] actione & condictione [70], vel adversus possidentem [tei] vindi-

32 Mala fides. *l. 1. § 3. ff. eod. l. 12. in fin. ff. eod.* Negant tutores interpretes posse restituere rem furtivam pupillum, nisi auctoritate judicis ita id compromissum sit. Ego distinguo, ut furti non teneatur pupillus, nisi locupletior factus sit: quo casu quæstionem habent posse restituere: alioquin dicendum est eo casu quam facit amota, ut reperta fuerit. vid. *Rupperr. de Manzil. act. quæst. quæst. 2. n. 121. & seq. ff. de quæst.* Recte Barrosius monet insciendum esse quo pretio res empta sit, & utrum plus an vili palsus, ut ex hujusmodi indicio dolus appareat. *l. 6. ff. de furt.* Clam emisse videtur, qui ignorantem vendentem nominat. *l. 5. ff. eod.*

33 Dedicatione sola dedicationis, non traditione res privata in publicam, nec fit fisci, eaque temere quæritur actio. Imo sola dedicatione deliberatur. *leg. cum pa-ter. 77. § furis. 3. ff. de leg. 2.*

34 Id est, tibi, non templo, vel pontificibus competit actio. *l. 37. ff. de liberal. l. 2. ff. de public.*

35 Non facilem: ut hinc colligas, in delictis quantitatem rei considerari, quæ tempore delicti est in actu, non quæ est in potentia, aut via ad rectum.

36 *leg. 3. ff. ut. proxim. l. 1. § 3. vers. qui igitur fu-rium. ff. de furt* sacrorum.

37 *leg. 2. in fin. ff. de privat. delict. l. 56. in fin. ff. de furtis.*

38 Per procuratorem delicturum actiones civilium noveri possunt. *leg. 2. in fin. ff. ad l. Fab. de plag.* 39 At non condictum. *Contra. hic. l. 5. § 2. ff. de condict. ob turp.* Imo condictium, si magistratus exhiberi jubeat. *l. 13. ff. de off. proful.*

40 Tenetur sua possessionis in jure dicere quisque cogitur.

41 Confesso pro judicato habetur. *l. 1. ff. de confess.* 42 Et nominet. 43 Furti sufficiens non evitat, qui dicit se ab ignoto emisse. Da notum hominem judicatum fuisse, num pretium exigenti restitui oportebit? restituendum esse non puto nisi patrocinetur aliud. dixi ad *l. 2. ff. eod.*

44 *l. 2. ff. eodem.* de furti indiciis vide Baertium apud Bellovisanum 3. *præl. cap. 5.* 45 § 3. *in fin. Inst. de usucap.* 46 *d. l. 16. ff. eod. l. 1. l. 6. ff. pro emptore.* 47 *l. 2. ff. pro donato.* 48 *l. 54. § 1. ff. eod.* 49 Animo amovendi. *l. 52. § 19. ff. eodem.* 50 Et plagium. *l. 6. de plagiariis.* 51 Furti tenetur qui pecuniam, quam ad alium perferendam acceperat, sua in usus convertit. *l. 14. § 9. l. 43. § 1. ff. eod. l. 38. in fin. ff. de mercatibus. l. 22. § 7. ff. mandat. 11. Ecl. ex lib. 60. tit. 6. cap. 20.* quo nomine furti competit actio mittenti, nisi receperit magis interfit. *l. 14. in fin. ff. eod.* His sequentia conjungamus. Rem certo loco debuisti, tabellarius is itinere eam consumpsit, quid juris? tibi perit. *arg. l. 2. ff. de re quod certo. l. 11. ff. de reb. cred.* Si certo loco non debuisti, sive te monui ut remitteres, sive sine monui, tibi non perit, & idoneo homini vel publico tabellario perferendam dediti. *l. 20. ff. commodati.* Num etiam idoneus is est qui te monuit ut rem ad me mitteres? minime: nisi jussero ut ei rem ad me perferendam dares. *l. 10. in fin. l. 11. & 12. in prine. & fin. ff. commodati.* 52 Quid si cum ibi pecunia data esset, ut sui vellet dares, & pro eam consumpseris? teneris mandati. *l. 22. § 7. ff. mandati.* 53 Nisi conventus sit alia actione, puta in factum. *l. 2. ff. ex quibus causis in fin.* alia furti actione conventus fit inimis. *l. 63. ff. eod.*

54 Tributorum iniquus exactor, tenetur furti. 55 *Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 6. c. 21.* 56 Adde *l. 73. ff. eod.* 56 Aliud si ignorans, aut non vana perfuasione ductus. *l. 2. § 20. ff. ut hic.*

57 Rei furtivæ, vel vi possessæ periculum ad furem & raptorem pertinet. *l. 46. ff. eod. l. 28. ff. de condict. furt.* nisi morum purgaverit obtatione, *ut hic, & l. 27. ff. de cond. furt.* vel novatione. *d. leg. 27.* vel stipulatione. *d. l. 27. l. 29. in fin. ff. de verb. oblig.* vel si intra judicati tempora res furtiva perierit, *sive dolo malo furis condemnati. l. 14. § 11. ff. de re quod mot.* alias quivis rapior ei in mora. *d. l. ult. l. 1. § 34. ff. de rei & ei.* 58 Morum semper admittit, quisquis ex malitiosis tenetur. 59 *l. 50. ff. eodem.* 60 Plagio res exportata usucapi non potest. 61 Hic & male Græci videntur legisse *Fuga pro Plagio*, ut ostendit Cujacius 7. ad *Africanum fil. 137.* alii *l. 60. ff. de furtis.* 62 Vel quali: puta tutoremm. *l. 4. § 21. ff. de usurpat.* 63 Saltem sibi puta si rei æstimationem mali furimus. *l. 4. § 13. ff. de usucap.* si res pro eradita habeantur. *l. 32. ff. de usucap.* 64 Quid? actio furti datur ei successori? vindicatio datur successori etiam singulari. *l. 2. ff. de petit. hered. l. 1. cum. de leg.* Condictio universali tantum successori datur. *l. 14. ff. de condict. furt.* nisi dominium ejus venditum fuit à testatore. *l. 20. § 2. d. tit. sed singulari. l. 11. d. tit.* actio vero furtiva universali datur. *l. 47. ff. eod.* non singulari, nisi ex nova contrectatione. & ita Rolandus à Valle accipit legem 47. 65. *ff. eod. l. 8. ff. de furtis vermeo. l. 31. ff. de usurpat.* eo etiam moveur, quod actio personalis non sequatur singulares successores. Quod si proprietas heredi, alteri ususfructus sit relictus, quis agat? vid. *l. 35. ff. de usurpat.* 67 Atqui furti actio datur ei, qui possidet. *l. 1. § 17. ff. si is qui testamento. tibr. l. 35. ff. de furtis.* nostro autem thesauro successor non possidet. vid. *Bald. hic.* 66 Uxor mortui mariti bona ab heredе apprehensa fabripiana furti teneatur. *ut hic*, si modum apprehensi non tenuerit. *l. 17. l. ult. ff. eod.* multo minus si confiantes matrimonio fabripuerit. *l. 1. ff. rerum amot. eodem.*

67 Num hereditati jacenti, id est, priusquam heres sit pollessior, non dicitur furtum fieri. *l. 2. in fin. l. ult. ff. capiunt. hered. l. 35. ff. de usucap.* nisi tribus colibus. *l. 68. 69. ff. eodem.*

68 Dixi ad *l. 28. § 5. l. 60. ff. eod.* 69 Partus rei furtivæ actione furti peti potest.

70 Furtivæ. *ff. de condict. furt.*

vindicatione [1] de mancipiis uti non prohiberis, cum altera pœnam [2] contienens alterius electione minime tolli possit. Nam extra [3] pœnam rei persecutionem esse, nulla juris quæstio est, cum etiam hi qui aliena mancipia comparaverint [4], si hanc causam non ignorent, furti actione teneantur. Dat. Idib. Octob. *Sirmi*, CC. Conss.

De transactione.

XIII. Iidem AA. & CC. Domno.

POst decisionem [5] furti leges [6] agi prohibent. Quod si non transegisti [7], sed de sublatis partem tantum accepisti, residuum vindicare, vel condicere, & actione furti apud Præsidem [provinciæ] agere potes. Dat. Kal. Decemb. *Sirmi*, CC. Conss.

De suscipienda re ablata.

XIV. Iidem AA. & CC. Dionysio.

EOs qui à servo [8] furtim ablata [9] scientes [10] susceperint [11], non tantum de susceptis convenire, sed etiam pœnali furti actione potes. Dat. VIII. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. Conss.

De successoribus.

XV. Iidem AA. & CC. Socratæ.

FUrti actione [12] minime teneri successores [13], ignorare non debueras. De instrumentis autem ablatis [14] in tem actione tenentes convenire potes. Dat. III. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. Conss.

De servo alieno vendito.

XVI. Iidem AA. & CC. Archemidoro & aliis.

SI servum [15] vestimum nutriendum qui [16] susceperat, venundedit [17] furtum commisit. Dat. Kal. Octob. *Viminacii*, CC. Conss.

De noxæ.

XVII. Iidem AA. & CC. Cononi.

QUamvis [etiam] expilatæ [18] hereditatis criminis promiscuus Cusus exemplo actionis furti ream uxorem [19] fieri non patiatur: tamen heredes, itemque filii super his quæ de patris bonis possidet; adversus eam in rem actione [20] experiri non prohibentur. Dat. Idib. Decembr. CC. Conss.

De naufragio vel incendio.

XVIII. Iidem AA. & CC. Dionysiodoro.

IN eum, qui ex naufragio [21] vel incendio cepisse, vel in his rebus damni quid dedisse dicitur; intra annum utilem [22] ei cui res abest, quadrupli [23]: post [24] annum in simplum actionem proditam præter pœnam olim statuti, edicti forma perpetui declarat. Dat. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

Nova constitutio Friderici Imperatoris de statutis & consuetudinibus contra Ecclesiæ libertatem editis tollendis, col. 10.

Navigia quæcunque locorum pervenerint, si quo casu contingente rupta fuerint, vel alias ad terram pervenerint, tam [25] ipsa navigia, quam navigantium bona illa integra reserventur [26], ad quos spectabunt, antequam navigia hujusmodi periculum incurrissent: sublata penitus [27] omnium locorum consuetudine, quæ huic adversatur sanctioni: nisi [28] talia sint navigia, quæ piraticam [29] exerceant pravitatem, aut sint nobis, sive Christianis nemini inimica. †. *Transgressores autem hujus nostræ constitutionis bonorum suorum publicatione [30] multentur: & si vas exegerit, eorum audacia juxta mandatum nostrum modis aliis coerceatur.*

De falso procuratore.

XIX. Iidem AA. & CC. Nestixo.

FAlsus [31] procurator depositum recipiendo, vel æs alienum exigendo citra domini voluntatem: furtum facit; ac præter rei restitutionem, actione [dupli] nec manifesti furti convenitur. Sine die & Consule.

De eo, qui servum alienum corrumpere conatus est.

XX. Imp. Justin. A. Juliano P. P.

SI quis [32] *servo aliena fugerit, ut aliquam rem domini sui surripere, & ad se deferret*, servus autem hoc domino manifestavit, & domino concedente [33], res ejus ad iniquum hujusmodi suasionis auctorem pertulerit, & ipse inventus fuerit rem detinens: quali teneatur actione is qui res suscepit, utrumne [34] pro occasione furti, an pro servo [corrupto,] quia cum corrumpere voluerit, an non solum furti, sed etiam servi corrupti [is] obligetur, veteres dubitaverunt? Nobis itaque eorum altercationes deciendibus [35] placuit, non solum furti actionem, sed etiam servi corrupti contra eum dari: licet enim servus minime deterior factus est, tamen consilium [36] corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, & quemadmodum [37] secundum juris regulas furtum quidem non est commissum, quia is [38] videtur furtum committere, qui contra domini voluntatem res ejus contrectat, ipse autem furti actione propter dolum suum tenetur: & ita servi corrupti contra eum actio propter suum vitium non abs re extendatur, ut sit ei pœnalis actio imposita tanquam [39] reipsa fuisset servus corruptus, ne ex hujusmodi impunitate, & in alium servum qui [facile] possit corrumpi, hoc facere perrenet. Dat. Kal. August. Lampadio & Orestæ VV. CC. Conss. 530.

Si servus bona fide possessus furtum committat.

XXI. Idem A. Juliano.

APud antiquos quærebatur, si servus quem aliquis bona [40] fide possideat, furtum commiserit alienarum rerum, vel ipsius apud quem constitutus est: an ipse, [qui eum] bona fide detinet, noxalem furti actionem adversus verum dominum habeat, vel ipse ab eo, qui furtum passus est, prædicta conveniatur actione. Cumque generalis regula [41] ab antiqua prudentia exposita est, *hujus hominis gratia, pro [42] quo noxalem furti actionem susceperit quis compellitur, adversus alium furti actionem habere non concedam*, quidam ita eam per [43] conjecturam interpretati sunt, adversus bonæ fidei quidem possessorem nullo modo furti actionem extendi: ipsi autem, si furtum fuerit passus adversus verum dominum furti actionem noxalem recte decerni. Tunc autem bonæ fidei possessorem furti nomine quod passus est, noxalem actionem contra dominum habere posse, quando servus sub domini [sui] fuerit constitutus possessione: & pro his rebus posse eum adversus dominum habere actionem, non solum quas servus subtraxit jam apud eum constitutus, sed & quas furatus est, quando fugit quidem à bonæ fidei possessore, adhuc autem nondum sub manibus domini [sui] fuerat constitutus. Quam interpretationem prisca quidem jura per conjecturam introducebant, non autem altius, & vetius ad eam respicientes, generalem regulam sic ab initio esse prolatam accipimus. Cum igitur bonæ [44] fidei possessor domini [45] cogitatione furem possidet [46], merito, donec apud eum constitutus est, & aliis tenetur noxali actione, si extranei furtum à servo fuerint passi, & ipse adversus verum dominum non habet actionem, secundum regulam [47] dicentem: *Qui habet adversus [48] alienum furti actionem, ipse ea uteris non potest.* Sin autem desinat in servi retentione [49], & ille apud verum dominum fuerit inventus: tunc ipse quidem noxali furti actione minime potest teneri: adversus autem verum dominum habet ipse furti noxalem actionem pro rebus, quas vel tunc furatus est, cum est apud verum dominum, vel antea postquam bonæ fidei possessoris retentionem [50] excessit, necdum apud verum dominum factus [51] est. Sic iterum regulæ generalis casus evenit consentaneus. Qui enim habet tunc furti actionem adversus [52] dominum, ipse aliis teneri furti actione non potest, & sic ex [53] tempore omnibus discretis, vetustissima dubitatio nostro fœdere conquiescat, & bonæ fidei possessor in parte certa [54] temporis habeat actionem, & non teneatur [actione:] & ipse dominus in alio tempore [55] non teneatur actione, & in alio sub actione constituatur. †. De eo [autem] qui liber [56] constitutus ab alio bona fide tenetur, si furtum commiserit, recte & sine aliqua dubitatione dicitur posse eum qui liber est cognitus, & ab ipso qui bona fide eum detinet, pro furto conveniri: & bonæ fidei possessorem, si extraneo furtum liber commiserit, non posse conveniri, sed ipsum pro suo furto respondere: quia generalia regula [de servo] prolata est: & pro [57] eo qui non servus, sed liber, & suæ potestatis est, noxalem moveri actionem, impossibile, nostisque legibus incognitum est. Dat. Kal. Octob. Lampadio & Orestæ VV. CC. Conss. 530.

De re commodata.

XXII. Idem A. Joanni P. P.

MAnifestissimi [58] quidem juris est, perpetrato furto, ei competere furti actionem, cujus [59] interest ne furtum committatur. Sed quærebatur apud antiquos legum interpretes, si quis commodavit alii rem ad se pertinentem, & ipsa subtracta est, an furti actio adversus furem instrui possit ab eo qui rem utendam susceperit, idoneo [60] scilicet constituto: quia & ipse commodati actione à domino pro ea re conveniri possit? Et hoc quidem pene jam fuerat confessum, ut habeat ipse actionem, nisi fidei possessorem esse desiit. Quisque enim habet tunc furti actionem adversus dominum, cum ipse aliis teneri furti actione non potest. Ita emendo & lego hanc vericulam: *Qui enim*, &c. apertissimo sensu, qui hoc usque non perceptus à nostris videtur. Nam si quæseris, cur bonæ fidei possessor, ex furto sibi facto à servo post amissam ejus possessionem agere adversus verum dominum possit? Hæc erit ratio: Bonæ fidei possessor post amissam fervi possessionem, aliis furti actione noxali teneri non potest: igitur ab eo tempore jus furti actionis movendi ei competere in aliquem cœpit, si furtus quæras in quem? nullum aliam reperies, quam verum rei dominum. Atqui si servus manisset apud bonæ fidei possessorem: bonæ fidei possessor furti non potuisset instituere actionem? non potuisset, sic enim (ut loquitur hic *Justinianus*) omnia ex tempore differenda. Jus ex tempore variatur, tempus aliud alias actiones postulat: ita accidet, ut certa tempore parte bonæ fidei possessor, hoc est, cum servum possidet, eam habuerit (addita hac negatione necessario hic locus legendus est ex *vers. cum igitur. T. ead. ibi*, & *ipse adversus verum dominum*) actionem adversus verum dominum: & eadem tamen tempore teneatur (ita affirmative disponenda negatione hic locus legendus videtur) actione extranea. *Quod si igitur.* Jus ex tempore variatur: tempus aliud alias actiones postulat: ita fit, ut cum possessor bonæ fidei servum non possidet, habeat actionem adversus dominum, & non teneatur extraneis actione. *T. ibi. & bonæ fidei possessor.* Contra accidet, *ut ipse dominus*, cum servus apud bonæ fidei possessorem fuerit, non teneatur: cum esse desierit apud eum sub actione constituatur. *ibi*, & *ipse dominus. T. eadem.* nisi quis tenuit ita legere totum hunc locum, & *bonæ fidei possessor in parte certa temporis non habeat actionem, & teneatur actione: & ipse dominus in alio tempore non teneatur actione, & in alio sub actione constituatur*, &c. hoc sensu, cum bonæ fidei possessor servum possidet, ex furto servi non habet actionem adversus dominum, licet eodem tempore extraneis teneatur furti. Hæc videtur sententia manifesta esse. *vers. cum igitur T. ead.* nihil tamen necessario mutandum est. 45 Est hæc possessio civilis, quæ à Græcis dicitur τῆ ἐχούσῃ διὰ τὸ ἔχειν, *Basilic.* 50. *Ecbg.* 2. *cap.* 60. id est, animo domini, opinione domini. *leg.* 22. §. 1. *ff. de usucapione actione.*

46 Apud bonæ fidei possessorem servus si furtum extraneo fecit, tenetur bonæ fidei possessor servi nomine noxali actione: nec tamen adversus verum dominum actionem habet. 47 De qua *T. vers. cumque generalis.* 48 Qui adversus alium furti actionem habet, is ea teneri non potest. Cui autem id receptum fuerit, latis non constat: aut constat imperfectissime: sic Ursinia in non absimili specie eam rationem affert, non fuit in potestate servi, ut uni dominorum serviat. *leg.* 27. §. 1. *ff. ad legem Aquil.* quæ ratio satis est infirma, de qua vide Cujacium 17. *observation.* 13. ubi ostendit regularum juris, quas Justinianus in majoribus per manus acceperunt, rationes neque diligenter omnium conquiri, neque reddi animis bonis. 49 Id est, naturali possessione. 50 Id est, naturalem possessionem amisit. 51 Sic homines sub fidejussione facti dicuntur. *l.* 2. *in fin. ff. de custod. reor.* rem sub custodia effecti factus. *l.* 1. *J. ad Turpillian.* in possessione factus. *leg.* 11. *ff. ut in possess. legat. & Basil.* 17. ὁ τῇ τοῦ ἔχειν ἀνάγκῃ, si aliquem sub verbo fecerit. adde Cujacium 8. *observ.* 30. 52 Qui adversus dominum furti actionem habet, alia ipse teneri furti actione non potest. 53 Tempora inter se cancellanda ut contraria vitentur. 54 Quoties scilicet servum non possidet naturaliter. *versic. sin autem T. ead.*

55 Quoties scilicet, domini cogitatione furem possidet. *versic. cum igitur. T. ead.* 56 Si liber homo, cum esset apud bonæ fidei possessorem extraneo furtum fecit, ipse tenetur, non bonæ fidei possessor. 57 Liberi hominis causa non datur noxalis actio. *l.* 42. *ff. de noxalib. l.* 13. *in fin. ff. de concurrente actionibus.* quod ad mercenarios servos nostri temporis potest extendi. *leg.* 89. *ff. de furtis.* 58 Est XXIII. ex 50. decisionibus. vide §. 16. *vers. sed nisse. Instit. de obligat.* quæ ex delicto. *Gaii.* Adde Inglos. Aux. 59 Furti actio competit ei, cujus interest furtum non commiti. *l.* 10 *ff. de furtis.* et cujus scil. honestas. *l.* 12. *ff. ead.* 60 Vide *Modestinum* 2. *Responsorum apud Rosfinum tit.* 10. *in si cognoris Tychonis.*

1 Simplicitas legibus amica. §. 7. *Inst. de fideicomm. hered.* §. 3. *vers. & hæc. Inst. de legit. agnatorum succ.*

2 Qui rem commodavit, agere potest rei nomine, vel in ipsum furem, vel in commodatarium. *l.* 14. §. 15. 16. *leg.* 68. *ff. de furtis.* §. 16. *Inst. de obligat. ex delict.*

3 Commodator, quoties res commodata apud commodatarium furto ablata est, vel adversus commodatarium commodati, vel furti adversus furem experiri potest: sic ut alterutra actione electa ad aliam redire non possit: sic denique ut alterutro electo adversus alium non possit experiri. Quid commodatarius? convenitus à commodatore rem suam commodatam furto sublatam esse sciente, furti actione adversus furem experiri potest, *ut hic.* Quid si à commodatore, furtum ignorante aut dubitante, commodati actione commodatarius conventus sit? licet commodatori ab Instituta commodati actione discedere, & commodatario prætermisso, furti actionem adversus ipsum furem instituere, nisi à commodatario suum sit jam consecutus: hoc enim casu utrique, & commodatario & fur a commodatore convenitur non possunt: licet fur ipse a commodatario possit eo casu conveniri. §. 2. *vers. nisi dominus.* Quid si à fure solidum non possit exigere? nullam regressum adversus commodatarium etiam locupletem habiturus est. §. 2. *vers. omnimodo.*

4 Commodator furem vel commodatarium eligere potest, eorum uno electo adversus aliam non agit. *d.* §. 16. nisi ignorans egerit. §. 2. *J. eod.*

5 Commodatarius conventus à domino adversus furem potest agere.

6 Vid. §. 2. *J. eod.*

7 Ignorans eligere non potest, nec dubitans.

8 Commodatario res commodata furto subtracta est à fure: is rem furtivam & pœnam à fure consequitur. Commodator post superveniens ex judicio sic exacta à commodatario petit? injuria agit: rem enim suam tantum vindicare possit: pœnam furti commodatario adjudicatam conficere non potest: tametsi occasione rei commodatæ orta sit. Cur ita jus est? periculum commodatæ rei subire potuit commodatarius, lucrum igitur ex ea re natum, ejus esse debet, *ut hic.* 9 Idem in locato. vide *legem novam ff. locat.* aliud in pignore. *leg.* 22. *ff. de pignerat. act.* *ut hic. & l.* 6. §. 2. *ff. de servis exportand.* variarunt & alii Jurisconsulti. vid. quæ scripsi ad *l.* 75. *ff. de reg. jur.* 10 Occasione rei nostræ orta, non semper nostra sunt. 11 Papinianus vidit. 12 Vid. *l.* 10. *ff. de reg. jur.* 13 Confinium dubitationum. 14 Si merito res commodata ab uxore fabricatur, uxor à rei domino furti conveniri potest: à marito, furti non potest: sed in factum actione. 15 *l.* 2. *ff. de rerum amot.* 16 Aliud est post divortium. *l.* 3. *ff. rerum amot.* 17 Atrox actio furti. 18 Atroces actiones in personas conjunctissimas non dantur. 19 Conjuncta persona viro mulier est: quod in accusationibus, atrocioribus actionibus & testimoniis servandum. 20 Commodatam rem marito ab extraneo quodam uxor furto surripuit: quæritur an à domino rei mulier possit conveniri furti actione, an potius maritus ipse commodati conveniendus est? Potest alteruter conveniri: uti rei domino fecerit, seu visum fuerit. Pone maritum conventum esse: poterit ne maritus adversus uxorem, in hac specie furti agere? Non poterit, sed rerum amotarum tantum propter matrimonii pudorem, *ut hic.* Quid si commodator maritum elegit, neque ab eo solidum possit consequi? furti actionem instituere adversus mulierem commodator non poterit. *vers. Dominus J.* 21 §. 2. 3. *J. eod.*

22 Propter matrimonii pudorem uxor constante matrimonio furti à marito non convenitur.

23 *l.* 2. *l.* 3. §. 3. *ff. rerum amotarum.* 24 Commodator si ab uxore commodatarii furtum fuerit rei commodatæ passus, uxorem commodatarii prius convenire non potest, quam marito in idoneo judicato. adde *l.* 28. *ff. rerum amot.*

25 *l.* 38. *ff.* 1.

26 Opera tempore manumissionis impositæ sunt præstandæ. Tempore manumissionis dicuntur imponi quoties, nisi operæ promissæ essent, libertas data non esset. *l.* 77. *ff. de fideicommiss.* 27 *l.* 14. *ff. eod.* 28 Id est, aliquod pretium, *ut J.*

nisi inopia dignoscatur laborare: tunc enim furti actionem domino competere dicebant. Sed ea satis increbuit dubitatio, si tempore, quo furtum committebatur, idoneus erat [is] qui rem commodatam acceperat, postea autem ad inopiam pervenit, antequam moveatur actio quæ [ei] antea competebat: an debeat actio quæ semel ei adquisita est, finnitet apud eum manere, vel ad dominum reverti? Tum & hoc quærebatur, an in casu furti actio ambulatoria sit, necne? Sed omnem talem tractatum alia sequitur subdivisio, si ex parte solvendo sit is qui rem utendam accepit, ut possit non in totum, sed particularem solutionem ei facere: an habeat furti actionem, vel non? §. 1. Tales itaque ambiguitates veterum, imo magis (quod melius dicendum est) ambages nobis decidentibus in tanta rerum difficultate simplicior [1] sententia placuit: ut in [2] domini sit voluntate sive commodati actionem adversus [3] res accipientem movere deliberet, sive furti adversus eum qui rem surripuit: & alterutra earum electa [4] dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem: sed si quidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit, penitus liberari: sin autem quasi commodator veniat adversus eum qui rem commodatam accepit, ipsi [quidem] nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: cum autem qui [5] pro re commodata convenitur, posse adversus furem quidem furti actionem habere: ita tamen, si dominus sciens [6] rem esse surreptam, adversus eum, cui res commodata fuit, perveniat. §. 2. Sin autem nescius [7], & dubitans rem non esse apud eum, commodati actionem instituit, postea autem re comperta voluit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem pervenire: tunc licentia ei concedatur, & adversus furem venire nullo obstaculo ei opponendo, quoniam [jam] incertus constitutus movit adversus eum qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum est: tunc etenim omnimodo furem à domino quidem furti actione liberari, suppositum autem esse ei, qui [pro] re [sibi] commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiamsi ab initio dominus actionem instituit commodati, ignorans [8] rem esse surreptam, postea autem hoc ei cognito adversus furem transivit: omnimodo liberari eum qui rem commodatam suscepit: quemcunque casus exitum adversus furem dominus habuerit: eadem definitione obtinente, sive in partem, sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit.

§. 3. Sed cum in *secundum* dubitationem incidebant, quid statuendum sit, si quis rem commodatam [9] habuerit, quam aliquis furto subripuerit, & lite pulsatus condemnationem passus fuerit, non tantum in rem furtivam, sed etiam in pœnam furti: & postea dominus rei venerit omnem condemnationem accipere desiderans, utpote ex sua rei occasione [10] orta: alia dubitatio incidit veteribus utrumne rem tantum suam, vel ejus æstimationem consequatur, an etiam summam pœnalem? Et licet ab antiquis variatum est, & ab ipso Papiniano in contrarias decidente sententias: tamen nobis hoc decidentibus, Papinianus, licet [11] variaverit, eligendus est, non in prima, sed in secunda ejus definitione, in qua lucrum statuit minime ad dominum rei pervenire: ubi [12] enim periculum, ibi & lucrum collocetur: ne sit damno tantum deditus qui rem commodatam accepit, sed licest ei etiam lucrum sperare. §. 4. Cum autem in [13] confinio earum dubitationum *tertia* [14] exorta est [quæstio:] quare non, & eam decidimus? Cum enim apertissimi jur s sit, non [15] posse maritum constante [16] matrimonio furti actionem contra suam uxorem habere, quia lex [ita] atrocem [17] [actionem] dare in [18] personam ita sibi conjunctam [19] erubuit: ejusmodi incidit veterum sensibus quæstio. Quidam [20] etenim re sibi commodata, hujusmodi rei furtum à sua muliere passus est: & dubitabatur, utrumne domino rei furti actio contra mulierem præstaretur, an propter necessitatem causæ, & maritus ejus, utpote actioni commodati suppositus, possit habere furti actionem? Et auctores quidem juris satis & in hac specie contra se jurgium exercuerunt: ex præsenti autem lege, & anteriorib us nostris decisionibus quæ in ista positæ sunt constitutione, potest & hæc species apertius dirimi. Si enim domino dedimus [21] electionem ad quem voluerit pervenire: sive ad eum qui rem commodatam accepit sive contra eum qui furtum commisit, & in hac specie maritus quidem propter matrimonii [22] pudorem, non furti, sed rerum [23] amotarum actionem habeat, si ipsum dominus elegerit: Dominus autem omnem licentiam possideat, sive adversus maritum commodati, sive adversus mulierem furti actionem extendere: ita tamen, ut si ipse [24] qui rem commodatam accepit, solvendo sit, nullo modo adversus mulierem furti actio extendatur: ne ex hujusmodi occasione inter maritum & uxorem qui non bene secum vivunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente uxor ejus extrahatur, & furti patiatur pœnalem condemnationem. Dat. XV. Kal. Septembr. Lampadio, & Orestе VV. CC. Conss. 530.

TIT. III.

DE OPERIS [25] LIBERTORUM.

De operis tempore manumissionis impositis. De præsto. De alimentis.

1. Impp. Severus & Anton. AA. Romano.

Si tempore [26] manumissionis operæ tibi impositæ sunt, scis te eas præstare debere. Solet [27] autem inter patronos, & libertos convenire, *ut pro operis aliquid* [28] *præstetur*, licet pretium [29] peti non possit, nisi [30] quando propter inopiam pro alimentis id extra ordinem peti necessitas fuaserit: cum etsi operæ non erant impositæ, defectis [31] tamen facultatibus patroni, eum alere [32] cogebatis. P. P. III. Kal. Januar. Chilone & Libone Conss. 205.

De manumissionis causa tradito.

II. Idem AA. Eutycheri.

Manumissionis causa traditus, neque [33] in servitutem reduci à manumissore potest [34], neque impositus operas præstare cogitur [35]. P. P. VI. Kal. Maji, Antonino A. II. & Geta II. Conss. 206.

De eo qui nummis acceptis manumisit.

III. Idem AA. Quintiniano.

Qui nummis acceptis [36] ab extraneo, servum suum manumisit, & pro operis pecuniam ab eo accepit: sive fuerant operæ impositæ, sive non, ut indebitam [37] solutam reddere cogitur. P. P. Kal. Novemb. Atilino & Æmiliano Conss. 207.

De venditione operarum.

IV. Imp. Anton. A. Valeriano.

Si quam tibi pecuniam à liberto tuo ex venditione [38] operarum deberi probaveris: restitui tibi à libertо tuo Præses jubebit: Ex hoc enim liberam [39] testamenti factionem libertus habet, modo fi non onerandæ [40] libertatis gratia emissam [esse] cautionem probabitur. P. P. XIV. Kal. Maji, Duobus & Aspris Conss. 213.

De manumittente ante tempus quo tenetur manumittere.

V. Idem A. Terentio.

Mater tua ab eo, quem ex causa fideicommissi manumisit, operas impositas petere non [41] potest: nisi ejus tantum temporis quo cum ante [42] manumisit [43], quam dies fideicommissæ libertatis exisseret: sed nisi [44] ei honorem patronis debitum exhibuerit: adeat competentem judicem pro modo admissi vindicaturum. P. P. Idib. Maji, Duobus & Aspris Conss. 213.

De pecunia. 1. De duobus filiis.

VI. Imp. Alex. A. Minicio.

Nec patronis pro operis mercedem accipere licet: quamvis si indictæ operæ præstitæ non [45] sint, ad pecuniæ exactionem obsequii non præstiti æstimatio convertatur. §. 1. Qui autem duos [46] filios in potestate, vel diversis temporibus habuit, Lege Julia de maritandis ordinibus obligatione operarum liberatur. Dat. XII. Kal. Jun. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De empto suis nummis.

VII. Idem A. Augustino.

Si tuis [47] nummis emptus es ab eo à quo manumissus es: nec operas ei debes, nec puniri ab eo ut ingratus potes: *patronum* tamen tuum esse [48] cum negari non oportet. Dat. III. Idib. Septembr. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De liberta quæ patrono nupsit.

VIII. Idem A. Victorio.

Libertæ tuæ, ducendo [49] eam uxorem, dignitatem auxisti: & ideo non est cogenda operas tibi præstare, cum possis Legis beneficio contentus esse, quod invito [50] te alii non possit juste nubere. Dat. X. Kal. Mart. Fusco & Dextro Conss. 226.

Si cui relinquatur libertas in diem cum onere aliquid præstandi.

IX. Idem A. Herculiano.

Titius, si [cum] testamentum faceret, servo suo Cajo [51] libertatem cum conditione hac dedit, *Cajum servum meum x die mortis meæ annis tribus proximis manumissi volo: ita [tamen] ut præstet* [52] *heredibus meis, sicut me vivo præstabat:* & cum idem servus testatori diurnum quiddam præstaret, & post mortem ejus usque ad diem præstandæ libertatis etiam heredibus præstiterit: manifestum est, quod adeptus libertatem, ad eandem præstationem compelli non possit. Dat. VII. Id. August. Fusco & Dextro Conss. 226.

De extraneo heredibus, & de marito patronarum.

X. Imp. Alexander A. Cæcilio.

Liberti libertæque defunctorum, operas neque extraneis [53] heredibus patronorum, neque maritis [54] patronarum debent. P. P. Kal. Novemb. Alexandro A. Conss. 227.

De natis ex liberta, si patronus libertæ permiserit nubere.

XI. Imp. Gordianus A. Africano.

Quod [55] ex liberta muliere nascitur, ingenuum est. §. 1. Is autem, qui libertæ suæ nubendi commodavit adsensum [56], quamvis [57] operas ab ea exigere non possit, jura [tamen] patronatus non amittit. P. P. III. Non. August. Pio & Ponziano Conss. 239.

Ubi morandum. De ingratis libertis.

XII. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Venetiæ.

Qui manumittuntur, liberum [58], ubi voluerint, commorandi arbitrium habent: nec à patronorum filiis, quibus solam [59] reverentiam debent, ad serviendi necessitatem redigi possunt: nisi ingrati probentur: cum neque cum [60] patrono habitare libertos jura compellant [61]. S. IX. Kalend. Jun. ipsis AA. Conss.

29 Pro facultatibus operis pretium non potest exigi? si patronus, nisi conventus fit, rei necessitas id exigat. *l.* 14. *ff. eod.*

30 Charitatis non fidelium sic sensim sedit ingenium, ut ingrata interpretatio passim sua subditis inseruerit: ut ubi tempore dominum imponere posse hinc colligunt: & quidem personalium servitutum loco, & ad eorum tantum æstimationem. *arg. l. si libertus.* 27. *ff. eod.*

31 Id est, denuntiis aut mentionibus.

32 Alere patronum inopem libertus cogitur. *l.* 5. §. 18. *ff. de agnosc. liber.* 25. *Cod.* 3. 2. 51.

33 *l.* 32. *ff. eod. l.* 1. §. 5. *ff. quæ res vi vel clam.*

34 Cur ita? non gratiæ beneficium, qui debitum reddit. *l.* 13. *ff. eod.* Operæ potest imponere, qui eltro tantum non ex necessitate manumisit.

35 Errorem promissio operarum non valet.

36 Qui manumisit, accepta ab extraneo nummis, operas imponere non potest.

37 Operarum indebita præstatio emendatur.

38 Id est, dum ei remittendarum operarum tibi debitas. *l.* 37. *ff. de bonis libert.*

39 Dixi ad *diff. l.* 37.

40 *l.* 5. §. 1. Hinc colligit Baldus Rutilius & validas in libertatis fant præjudicium obligari eas posse. adde *l.* 6. *ff. de off. præsid.*

41 *l.* 95. *in fin. ff. de leg.* 1.

42 Manumittens ante tempus quo manumittere tenetur, temporis anticipati rationem operas imponere potest, non ultra. *Salic.*

43 *l.* 32. *ff. de lib.* atqui videmur manumittere non posse. *l.* 31. §. 1. *ff. ad SC. Trebell.*

44 Vid. *l.* ult. *J. de obsequiis.*

45 Pro præstitis operis mercedem accipere licet. *l.* 13. §. 2. *l.* 14. *ff. eod.*

46 Duo filii ab operarum præstatione liberant. *l.* 37. *ff. de oper. libert.* de jure liberorum, vide plura in *l.* 1. *l.* 2. *J. de jure liberorum.*

47 *l.* 4. *ff. de manumissionib.*

48 Imo non est. *l.* 10. *ff. de in jus vocando.*

49 Libertæ suæ patroni sui facta, non tenetur ad operas. *l.* 46. *ff. eod.*

50 *l.* 41. *ff. de rito nuptiarum.*

51 Alicuius 6. *paveg.* 9. aliquando potuit hanc *De* conditionem adulterinam esse, non Latinis notionibus servos appellare. 52 An in infinitum? an potius triennii tantum spatio? posterius verius est, & ita tempus triennii adjectum libertatis præstationi intelligitur restringere ratio infinitum servo impositum. 53 Liberti operas non debent extraneis patroni heredibus. 54 Patrona mortua, liberti ejus marito operas non debent: honorem tamen debent. dixi ad *l.* 2. *J. de in jus vocando.* 55 Ingenui sunt libertorum liberi. *Instit. de ingenuis. l.* 9. *J. de jure nuis manumiss.* 56 *l.* 2. *J. de obsequiis.* 57 Matrimoniorum potentius est, quam jus patronatus. 58 Libertus ubi voluerit, morari potest, dum tamen operæ præstet quas debet.

59 Patroni liberis libertis solum reverentiam debent, non operas. 60 Imo cum patrono morari cogi possunt. *l.* 38. *in fin ff. eodem.* & ex provincia Romam venire cogi, ut operas reddant. *l.* 20. *in fin. ff. eodem.* quia peregre cum eo proficifci. *d. l.* 38. si modo per urbem terrarum transmere non vagetur. *d. l.* 20. quod ex longinquis & brevibus excursionibus definitur. *l.* 17. *in fin. ff. de annuis legat.* Quid si certo loco morari jussi sint servi libertate donati? voluntati defuncti obtemperandum est. *l.* 28. *in fin. ff. de alimentis. l.* 44. *ff. de manumiss. testam.* Quid si extraneo plane sub ejusmodi conditione sit relictum, ut certo loco habitet? jus libertatis ejus tali juri non potest infringi. *l.* 17. §. 2. *ff. de condit. & demonstrat.* Ad certam domicilium & locum adstringi servitutis species est. Hoc constat, sententia judicis, certum adsignari posse eis domicilium, *l.* 7. §. 1. *ff. de interdict. & relegat.* An subdito licet patriam mutare? vide Papin. 3. *Resp.* 6. *fol.* 462. de addictis glebæ colonis & censitis alibi dictum est. 61 Imo compellunt. *l.* 71. §. 2. *ff. de cond. & demonstrat.* Resp. quod ibi tempore manumissionis illam legem imposuerit, hic ex intervallo. Ans.

De eo qui libertum alienum recepit.

XIII. Imppp. VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

IN redhibitione [1] operarum manet pœna in eum qui libertum alienum recipiendum esse duxerit. Dat. III. Idib. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

TIT. IV.

DE BONIS [1] LIBERTORUM, ET JURE [2] PATRONATUS.

Si servus à domino data pecunia mercatur libertatem, omnia jura patronatus dominus retinet: idemque si bona illius fisco vindicata sint, fisco ea in jura liberti succedit.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Secundæ.

MULTUM [4] interest, utrum quis suis nummis emptus ac manumissus sit ab emptore, an à domino suo data pecunia mercatur libertatem? Priore [5] enim casu ad [bona] ejus contra tabulas admitti patronum non placet, posteriore [6] [vero] omnia jura patronatus retinet. Et ideo cum Sabiniani patroni filii qui plenum [jus] habuit, ut hostis [7] publici bona fisco vindicata sint: secundum ea quæ divo Pertinaci placuerunt, & nos secuti sumus, in [8] jura libertorum ejus fiscus [noster] successit [9]. P. P. V. Nonas Jul. FAUSTINO & RUFINO CONSS. 211.

2. Impp. VALENS & VALENT. AA. ad Florianum Comitem rerum privatarum.

SI liberti convenientibus [10] patronis consortium cum ancillis colonisve nostris [11] elegerint: sciant [illi] se deinceps commoda patronatus amissuros. [12]. Dat. III. Idib. Octob. *Treviris*, LUPICINO & JOVINO VV. CC. CONSS. 367.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

SI quis patronorum in posterum hujusmodi narrationem conceperit, vel in libertatibus quæ inter vivos actitantur, vel in his quæ ex testamento, vel codicillis scriptis [vel sine scriptis] habitis proficiscuntur, *Ut* [13] *liberti eorum à jure patronatus liberentur*: antiqua interpretatione semota, non dubiter etiam patronatus jus ex sola tali verborum conceptione libertis esse remittendum: nec [eorum] successionibus quæ ab intestato descendunt, quas veteres etiam post hujusmodi actus servati in libertorum bonis decreverunt, à nobis patronis integris reservandis. Sed quemadmodum in natalium [14] restitutione omne jus tollitur patronatus, ita & in hujusmodi verbis eandem vim esse observandam omnes non ignorant. Idemque [15] juris est, si inter vivos manumissione imposita, in ultimis voluntatibus concessio [16] data fuerit patronatus [17]: ita tamen, ut in omnibus natalium restitutiones, ex quibus pene solis ingenuitas mera [18] libertis competit, tam obtineant, quam in nostra Republica polleant: cum nobis cordi est, ingenuis [19] magis hominibus quam à libertis eam frequentari. Reverentia [20] tamen quæ à libertis [patronis] debetur, & jure quod adversus ingratos [21] libertos patronis competit, integris reservandis, & si per verborum conceptionem secundum à nobis inductum modum jus patronatus fuerit amissum: cum etiam hæc ingenuitatis præmio tollantur, quam pene [22] sola natalium restitutio inducit: his videlicet casibus per quos pœnalibus modis jus patronatus quasi ab indignis patronis eripitur, in suo robore duraturis. Recitata septies [23] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. III. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

4. Αὐτοκράτωρ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΣ. decst.

Varia capita Græca constitutionis Justiniani de jure patronatus ex variis locis in unum congesta, per Aut. Contuma.

§. 1. Multi modi in ea numerabantur, quibus cessat jus patronatus: ut passim ajunt Græci interpretes. §. 2. Volens patronus remittit ei qui manumittitur, jura patronatus, lib. 42. *Basilic.* tit. ult. §. 3. Qui suis nummis est emptus liber fit, & solutus omni jure patronatus etiam jure veteri, lib. 42. Βασιλικ. ὁ κλίψας ἀλλοίᾳ σπουδῇ, ἢ ὑπὲρ τοῦ τοῦτο κλοπιμαῖον σπουδαίου τοῦ ΙΙ. σπουδαζόντος, ἢ ὑπὲρ τοῦ τοῦτο ὠνησαμένου ἐλεύθερος γίνεται. ὁ δὲ ΙΙ. κλίψας, ἢ ἄλλως δοῦλος τοῦτο ἢ ἐλευθερωθῆναι, ἀλλὰ δοῦλος μένει, καὶ τούτου ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Id est,

Qui alienas res furatus est, & ex earum distractione decem pura redegit, eaque dedit pro sua libertate, liber fit: qui vero decem furatus est, non potest ipsa dare, & liber fieri, sed servus manet etiam iisdem decem ei ablatis. §. 4. Ὁ ἀναγνώστης ἐλεύθερος γίνεται, ἀναγνώστης ὢν ἢ ἐὰν ᾖ ὁ μαθητὴς τοῦ ἀναγνώστου ὄντος αὐτοῦ ἢ ὁ μὴ ἀναγνώστης ἐκκλησιαστικὸς ὁποιοσδήποτε ὢν ὁ ἀπελεύθερος καὶ ὁ μοναχὸς ὁμοίως. §. 5. Servus ægrotus [25], nisi ejus curam dominus gerat, fit liber, & dominus amittit in eo jus patronatus. Item ne filii adoptivi patroni liberos patris adoptivi habeant.

§. 6. Δοῦλος ἐγκαταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ κυρίου αὐτοῦ ἐλεύθερος γίνεται. Servus sciente domino militiam adeptus, potestate domini liberatur, & ingenuus fit cessante jure patronatus.

†. Idem cautum fuisse videtur de servo Episcopatum vel clericatum, vel aliquam dignitatem sciente domino adepto, ita ut concipi debeat hæc epitome:

Δοῦλος ἐγκαταλειφθεὶς ὑπὸ ἀξιωματικῆς χειρὸς ὑπὸ τοῦ κυρίου, &c.

§. 7. Ancillas nostras in concubinatu habere possumus. Qui habet uxorem legitimam, non potest habere concubinam. Si quis sine uxore constitutus ancillam suam sub nomine habeat concubinæ, & in eadem usque ad mortem suam consuetudine perseveraverit: illa cum liberis suis in ingenuitatem rapietur, & supra legitimam portionem peculium quod dominus cum moreretur, habebat, capiet: neque liberi aut heredes, aut cognati defuncti in illam jus patronatus habebunt. §. 8. Intestato liberto mortuo ad ejus successionem primum vocentur descendentes, id est, veteri [26] quidem jure liberi post libertatem parentum concepti, ex hac vero lege etiam liberi in servitute parentum concepti, & postea manumissi, & post liberos hujusmodi vocantur deinde exteri ascendentes, & parentes liberti, & fratres si modo sint liberi, id est, manumissi patronatus jure in hac parte sopito. §. 9. Placebat [27] in eo genere percipiendarum hereditatum (loquitur *de legitimis hereditatibus*) successionem non esse, id est, ut quamvis proximus quis secundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut prævenit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit, nihilomagis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis jure eis recluso. Sed nos nihil perfectissimo juri deesse cupientes, nostra constitutione quam de jure patronatus humanitate suggerente protulimus; sancimus successionem in agnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis à Prætore apertum est, hoc agnatis esse reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum, & primo gradu deficiente sequens succedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. §. 10. Illud certum est [28], ad serviles cognationes illam partem Edicti qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum, & undique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus consortio, liberum [29] vel liberos habuerit, sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscunque sexus, & ad libertatem his pervenientibus, & ii qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem pervenerint, ut hi omnes ad successionem patris, vel matris veniant, patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam [30] vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur, qui in servitute nati, & postea manumissi sunt: sive una cum aliis qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex eodem patre, vel eadem matre, sive ex aliis qualicunque copulatione nati sunt, ad similitudinem eorum qui ex justis nuptiis procreati sunt. §. 11. Sed [31] nostra constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita hujusmodi causam definivit, ut si quidem libertus, vel libertæ minores centenariis sint, id est, minus centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione, si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint nullo liberorum relicto, tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes, vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum, sive plures cujuscunque sexus, vel gradus, ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus. Si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem, & patronas prætererint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel matrem sive avum maternum eos prætererint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam ut antea, sed tertiam partem bonorum liberti consequantur, vel quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit, ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata, vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet: multis aliis casibus à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perpeximus, ut tam patroni patronæque quam liberi eorum, necnon qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumque vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est, & si ejusdem patroni, vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximiores est, ad liberti, vel libertæ vocetur successionem: & in capita non in stirpes dividatur successio: eodem modo, & in iis qui ex transverso latere veniunt, servando. Pene enim consonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus. Cumque [32] antea fuerat septimo loco bonorum possessio, *Tum quem ex familia*, & octavo, *unde patroni, patronaque, & parentes eorum*: utramque per constitutionem nostram quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum gradum tantummodo coartavimus, ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia, sufficit eis, tam contra tabulas bonorum possessio, quam *Unde legitimi*, & *unde cognati*: ex quibus possunt sua jura vindicare omni scrupulositate & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta.

Cautum. Videri possit, & hac lege constitutum fuisse id, quod ait Justinianus Inst. quibus manumit. non licet, *ne masculus ante quartumdecimum annum, & fœmina ante duodecimum alienare possit, nisi decimum septimum implesset annum, & decimumoctavum attigisset: & vice versa ne fœmina testamento manumitteret, nisi decimumsextum implevisset, & decimumseptimum attigisset: ut utroque casu, tam in masculo quam in fœmina media via electa sit inter annos pubertatis, & viginti annorum ætatem. Sed quia Græci numeri hac in re depravati sunt, nec hanc constitutionem diserte exprimunt, nihil hic de ea re affirmare audemus. Sequatur quisque quod probabile videtur, donec certiore confirmatione, vel refutatione certior fiat, quid necessario sequi debeat.*

TIT. V.

SI IN [33] FRAUDEM PATRONI A LIBERTIS ALIENATIO [34] FACTA SIT.

Alienata in fraudem patroni revocantur usque ad legitimam partionem. Bald.

1. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Claudio.

SI in fraudem patroni libertus aliquid alienaverit [35], quatenus legitima pars deminuta est, revocandi tributum convenit esse potestatem. Dat. Kal. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

11. Idem AA. & CC. Juliæ.

DEfuncto quidem liberto patronus intestato [36] succedens, per actionem Calvisianam in ejus fraudem alienata revocare potest. Verum cum patronum post liberti sui mortem ab eo fundi collatam donationem habuisse ratam [37] adseveras, manumissoris factum infirmare successores ejus minime possunt. Dat. VIII. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS.

1 Qui alienum libertum occupat, hoc ipsum tenetur ad spectatum præstationem. *l. un. C. de bon. libert.* 11.

2 Dixi ad XXXVIII. D. 11.

3 Dixi ad XXXVII. D. XIV. Juris patronatus hæc præcipua species sunt: Ne à libertis in patronum proponatur turpis actio. *l. 2. l. 6. ff. de obseq. vel ab. parent. l. 4. §. 16. ff. de extraord. dict. ut reverentia & effectus. l. 26. §. 12. ff. de manumiss. testam.* & alimenta præstentur. *l. 5. §. 18. ff. de agnosc. & alend. lib.* ut ingratus libertus revocetur in servitutem. *l. 3. cod. Remotis.* ut patronus libertæ succedat. *l. 4. cod.*

4 *l. 14. ff. de obseq.*

5 Qui servum cujusdam generis à me redemit & manumisit, is ejus bona secundum eum non habet.

6 Etiamsi à fervo meo pecuniam manumissionis causa accepero, nihilominus tamen ei succedo.

7 Hostis publici bona fisco cedunt. *l. 1. §. 9. ff. ad leg. Jul. majest.*

8 Vid. quæ dixi ad *l. 1. §. 9.*

9 Ex Scholiasta qui consentiente Balsamone, infelice servum retinere intelligitur.

10 Id est, fiscalibus.

11 Et ita jus patronatus à patrono libertis remitti potest, ut hic, & *l. 3. ff. cod.*

12 Remittens jus patronatus, jus omne in libertum, reverentia excepta, amittit. *Nov. 78. cap. 2.*

13 Natalium restitutione jus omne patronatus tollitur, ita ut libertus ne ex obsequium nec honorem patronus debeat, nec ingratus accusari possit. *vers. Cum autem Aut. ff. cod. l. 10. §. 3. ff. de in jus vocand.*

14 Remittentes facta in ultima voluntate, & inter vivos inter se comparantur.

15 Hoc est remittens jus patronatus.

16 Et libera testamenti factio. *l. 47. §. 2. ff. de her. inst.* & ita abrogat *l. 8. §. 2.*

17 Mera ingenuitas.

18 Ingenuis potius quam libertis honoribus reipubl. frequentari interest.

19 Remittens generali quadam facie exhibendi.

20 Ingrati adhuc datur adversus eum qui jus patronatus remisisse. *l. 2. ff. de libert. Nov. 78. c. 2.* non datur adversus restitutum natalibus. *dict. ff. cod.* Plus est ergo natalibus restituti, quam jura patronatus remissa habere. Quod ad actionem tamen ingrati attinet, datur adversus donatarium.

21 Natalium restitutio pene indicio ingenuitatem. *l. 2. l. 3. ff. de natalibus restitut.*

22 Septimo, dixi ad *l. 30. ff. de jure dot.* 24 Hanc constitutionem Cujac. 20. *observ.* 34. refellit, partim ex Latina quadam & veteri translatione, partim ex Basilicis. 25 *l. unic. §. 3. ff. de Latinis libert. Nov. cit. 153. cap. 2. l. 2. ff. qui fine manumiss.* 26 Id est, Leg. XII. Tabul. 27 *Inst. de legitima agnat. success.*

28 *Inst. de servili cognatione.*

29 Id est, filium, ut *l. 34. ff. de pact.*

30 An jure veteri libertorum liberi jus mortui successionis excluso suo patrono? Robertus videtur hoc voluisse 2. *recept.* 24. quo nomine reprehensus à Cujacio 17. *observ.* 13. defenditur à ipso 3. *animadvers.* 2. reprehenditur iterum ab Antonio Mercatore 3. *Notar.* 25. adde *Cujac.* 20. *observ.* 34.

31 *Inst. de success. libert.*

32 §. 4. *vers. Cumque. Inst. de bon. poss.*

33 Dixi ad XXXVIII. D. V.

34 Quid si manumissio facta sit? Ipso jure nulla est.

35 Alienata in fraudem patroni revocantur usque ad legitimam. *l. 1. ff. eod.*

36 Patronus alienata à liberto intestato mortuo revocat per Calvisianam. *l. 3. §. 3. ff. eod. l. 16. §. 6. ff. de pet. hered.* tollata una per Fabianam.

37 Patronus alienationem factam à liberto, si ratam habuerit, ipse ejusque heredes eam revocare non possunt.

TIT. VI.

DE OBSEQUIIS[1] PATRONO PRÆSTANDIS.

De actione famosa.

1. Imp. Alexand. A. Zotico.

CONTRA patronum tuum famosam [2] actionem instituere non potes. P. P. 11. Idus Maji, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De nuptiis.

11. Idem A. Leontogono.

Libertæ quæ voluntate patroni, aut jure nuptæ [3] sunt, non coguntur officium patronis suis præstare. Dat. XIV. Kal. August. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De his qui pactione data manumittuntur.

111. Idem A. Xantho.

ETiam qui pactione [4] data à dominis manumittuntur, meto [5] jure omne eis obsequium debent.

De ære.

IV. Idem A. Victorino.

SI manumissori tuo vim, & audaciam objecisti, ei, qui te beneficio suo ex servitute liberando, ut adversarium [te] haberet, fecit: Præses provinciæ, quatenus coërcere ejusmodi temerariam licentiam debeat, æstimabit. Nam si qua tibi pecunia debebatur, sive de rebus adversus patronum disceptatio fuerat: non protinus ad litigandum [6] currere debueras: maxime autem [7] atrocitate [certe] verborum æquitatem petitionis tuæ commendare Judici potuisti, omni honore patrono debito reservato. P. P. 11. Kal. Octob. Juliano 11. & Crispino Conss. 225.

De liberis damnatorum.

V. Imp. Gordianus A. Sulpitiæ.

ETiam liberis [8] damnatorum consuetum obsequium libertos paternos præstare debere [9], in dubium non venit. Proinde si non agnoscunt reverentiæ debitæ munus: non immerito videntur ipsi adversus se provocare severitatem. P. P. Non. Septemb. Sabin. II. & Venusto Conss. 241.

Quale obsequium præstandum, & de vinculis.

VI. Idem A. Cornelio.

LIbertos, sive libertas maxime quibus impositæ operæ non sunt, consuetum [10] potius obsequium quam servile ministerium manumissoribus exhibere debere, neque vincula [11] perperi, non est opinionis incertæ. Dat. III. Kal. April. Attico & Prætextato Conss. 243.

De privignis, & filiis patroni.

VII. Impp. Diocl. & Maxim. AA. Metrodoro.

NEque libertis novercæ, injuriæ inferendæ privignis [12] ejus libera facultas esse debet, paternos etiam libertos (sicut dicis) injuriosos tibi fuisse, ferendum non est. Præses igitur provinciæ vindictam tibi personarum conditioni congruentem impertiri non dubitabit. Dat. V. Id. Maji, Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De patrona.

VIII. Iidem AA. Hermiæ.

NEque patronæ [13] tuæ obsequiis refragari te fas est. Dat. XII. Kal. Februar. Diocletian. & Maxim. AA. Conss. 287.

TIT. VII.

DE LIBERTIS[14] ET EORUM LIBERIS.

1. Imp. Anton. A. Daphno.

NON est ignotum, quod ea quæ ex causa fideicommissi manumisit, ut ingratum [15] libertum accusare non potest: cum id judicium extra [16] ordinem præbeatur ei qui [voluntate] servo suo libertatem gratuitam præstitit, non qui debitam restituit. P. P. V. Kalend. Maji, Messala & Sabino Conss. 215.

11. Imp. Constant. A. ad Maximum Præfectum urbi.

SI manumissus ingratus circa patronum suum extiterit, & quadam jactantia [17], vel contumacia cervicem adversus eum erexit, aut levis [18] offensæ contraxerit culpam: à patrono rursus [19] sub imperium ditionemque mittatur, si in judicio, vel apud pedaneos [20] judices patroni querela exorta ingratum eum ostendat: filiis [21] etiam qui postea [22] nati fuerint, servituris: quoniam illis delicta [23] parentum non nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi potirentur. †. Sane si is, qui in nostro consilio vindicta liberatus est, post coërcitionem [ex] pœnitentia dignum se præstiterit [24], ut ei civitas Romana reddatur: non prius fruetur beneficio libertatis, quam si hoc patronus ejus oblatis precibus impetraverit. Dat. Idib. [25] April. *Romæ*, Constant. [26] A. V. & Constante C. Conss. 319.

111. Impp. Honor. & Theodos. AA. ad Senatum.

LIberti non modo adversus patronos non audiantur, verum etiam eandem quam patronis ipsis [debent,] reverentiam præstent heredibus [27] patronorum: quibus ingrati actio, sicut ipsis manumissoribus deferetur, si illi datæ sibi libertatis immemores, nequitiam receperint [28] servilis ingenii. Dat. VII. Id. August. *Ravennæ*, Mariniano & Asclepiodoto Conss.

IV. Impp. Honor. & Theod. AA. Basso P. P.

LIbertinæ conditionis homines, vel eorum filii, etiamsi militantes [29] [docebuntur] ingrati: ad servitutis nexum procul dubio reducentur [30]. Dat. Kal. April. *Ravennæ*, Theodos. XI. & Valent. AA. Conss. 425.

[1] Dixi ad XXXVII. D. XV. — [2] *l. 1. in fin. C. si inter non gesser. 49. Ecog. 2. & 3.* — [3] *l. 11. in fin. C. de oper. lib. l. 48. ff. de oper. lib.* — [4] Id est, canone. Pactum enim hic sumitur pro canone, ut *Novell.* 120. *cap.* 8. — [5] Jus morum. — [6] Libertus patronum in jus non vocat sine venia. *l. 4. §. 1. l. 8. §. 1. l. 9. & seq. ff. de in jus vocand.* — [7] Libertus adversus patronum litigare sine atrocitate verborum debet. vid. *l. 11. §. 1. ff. de dolo.* Goth. Adde *l. 6. Cod. de postulando. S. L.* — [8] *l. 5. §. 20. ff. de agnosc. liberis. Nov. 78. c. 2. §. 1. in fin. l. 4. l. 10. in fin. ff. de jure patronat.* etiam privignis. *l. 7. ff. de bonis damnat. l. 3. ff. tit. prox.* — [9] Imo non debent. *l. 3. ff. de in ter dictis. l. 1. C. de bon. libert.* — [10] Obsequio contrariæ sunt operæ non impositæ, durum servitium, & similia. — [11] Vincula filii libertis imponere patronus non potest, *ut hic*: nec parens liberis, nec maritus uxori. Baldus, adde quæ dixi ad *l. 12. C. de oper. libert.* — [12] Liberti debent reverentiam privignis patroni. *l. 5. cod.* adde quæ notavi de noverca. *l. 4. ff. de inoff.* multa magis liberis patroni. *l. 7. in fin. ff. de oper. lib.* — [13] Ut patrono, ita patronæ debetur obsequium. *l. 5. C. de oper. libert. l. ult. ff. de obsequiis. l. 7. in fin. ff. de oper. libert.* — [14] Et eorum moribus. *4. Cod. Theod. 11.* — [15] De actione ingrati, vid. *l. 2. C. de bon. libert. Novell. 78. cap. 2.* — [16] Ingrati enim actio legibus non est prodita: aut si prodita est, veluti lege Ælia Sentia, in desuetudinem abiit, præt illam legem senatusconsultis, & constitutionibus de ingratitudine libertorum agi extra ordinem cœpit, *ut hic.* — [17] *l. un. C. Theod. eod.* — [18] Ob levem offensam inviolato obsequio, non deserto commissam non revocantur in servitutem liberti. — [19] Liberti revocantur in servitutem ob visum ingrati. *l. pen. C. de oper. libert. l. 6. ff. de agnosc. l. 70. ff. de verb. sign. §. 1. Inst. de exp. Actionum. Novell. 78. cap. 2. Tacit. 13. 2. Valer. 1. Ambrosf. de Jacob & beata vita.* — [20] Vid. *l. 2. C. de pedaneis judicibus.* — [21] Ingratitudo patris non nocet liberis ante ingratitudinem natis: post ingratitudinem natis nocet: ideoque qui ita nascuntur, cum parentibus in servitutem revocantur. — [22] Natos *ex ingrato*, ut ingratus in servitutem redicitur. — [23] Delicta parentum regulariter liberis non nocent. vide tamen *l. quisquis 5. §. 1. ff. ad leg. Jul. majestat.* — [24] Cornelius Tacitus tamen lib. 13. ait (Neronis tempore) vindicta libertos non potuisse in servitutem retrahi. — [25] Dat. 12. Kalend. August. Colonia Agrippina. *Cod. Theod. eod.* — [26] Pacaciano & Hilariano Consulibus. — [27] Liberis sc. *l. 1. §. 1. tit. prox.* Novella Valentiniani de libertis: *etiam filiis actionem ingrati adimit.* vid. *Cujac. ad Novell. 78.* Puto tamen id etiam ad extraneos heredes pertinere. *l. 2. C. de in jus vocand.* — [28] Servus ergo nequam est & fur. vid. *Bald. hic.* Ita solunt libertini ad nequitiam servilis ingenii redire. Plautus in Persa Act. 5. *Ita pars libertinorum est, nisi patronæ, qui adversatus est, Nec satis bene sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honestus. Ni id efficit, ni id maledicit, ni gratia ingeniæ reperture est.* — [29] Facit *l. 1. §. 3. ff. de obsequiis.* — [30] Hinc anno 1542. Tholosino Senatusconsulto cautum fuisse refert Paponius, Literas status in criminibus & delictis non concedi. *Lettres d'estat: ne s'allongent en delict, & en crimes. 2. Not ar. 8. cap. des lettres d'estat.* Idem 10. *Arrest. 8. nouv. ed.* de literis status & utilitate aliis diximus.

TIT. VIII.

DE JURE AUREORUM[31] ANNULORUM[32] ET DE NATALIBUS[34] RESTITUENDIS.

1. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Philadelpho.

NATALES antiquos, & jus ingenuitatis non ordo præstare Decurionum, sed à nobis [35] peti potuit. Dat. XV. Kal. April. *Ravennæ*, ipsis AA. Conss.

11. Iidem AA. & CC. Eumeni.

AUreorum usus annulorum beneficio Principali tributus [36], libertinatis [37] quoad vivunt imaginem [38], non statum ingenuitatis præstat [39]. Natalibus autem antiquis restituti liberti, ingenui [40] nostro constituuntur beneficio. Dat. XIII. Kal. * *Sirmi*, CC. Conss.

In Authent. ut liberti de cætero. §. 1. & §. illud coll. 6. tit. 7. al. 6. Novell. 78. cap. 1. & 2.

SEd hodie quia manumittentes servos suos, cives demonstrant Romanos (non enim aliter licet) ex ipsa manumissione aureorum annulorum & regenerationis jus habent: ut sint quidem liberi & ingenui, sed jure patronatus astricto, mille quadringentos, qui census erat equestris. Sueton. *in Julio, cap.* 37. sic Aurelius 24. Pecunia donat annulos aureos, passim Plinii socero, *lib.* 33. *cap.* 3. parcissime sub Vitellio. Suetonius. *cap.* 12. Numquam aut rarissime sub Alexandro Severo jus aureorum annulorum dabatur. *Lamprid.* 37 *Libertatis*, quidam ita legunt. Cujac. ad *l. 1. ff. si servus ante libertum.* legit *libertis.* — [31] Dixi ad XL. D. — [32] Annulorum aureorum jus quid? dixi in *l. 1. C. ad. tit. ff. eod.* — [33] De annulis, de quos scripsit ad *l. Septimius* annulus *ff. de verb. sig.* — [34] Dixi ad XXV. D. XII. — [35] *l. 1. ff. eod.* Hodie beneficium hoc datur libertis ultro datum ad legem *Mer. ff. l. 1.* Huc adde Paponium tractatum de manumissione *l. Accept. 4. & 5. Notar. 7. C. de manumissionis.* — [36] Annulorum jus tribuebatur ingenuis in bona libertinis *l. Accept. 4. Papinian. 11. Pecunia. Suetonius. cap. 12. Lamprid.* 37 *Libertatis*, quidam ita legunt. Cujac. ad *l. 1. ff. si servus ante libertum.* legit *libertis.* — [37] Libertinitatis minus est, quam ingenuitatis status. — [38] Imo præstat. *l. 1. l. 5. ff. de jure aurear.* Annulus enim aureis donatus vivit ut ingenuus, moritur ut libertus. *l. 3. ff. de bonis liberti*, restituens sit ingenuus, *ut hic. & l. 2. §. 3. ff. de natalib.* Qui jus aureorum impetrabat, ingenuus. *T. cod.* ut dete rioris sint conditionis hi quam illi. *Novell. 74. cap. 1. l. 4. §. 6. ff. de bon. liberti. l. 6. ff. de bon. libert. l. 6. ff. de statu & legitim. l. 3. ff. de bon. libert.* horum bonor augetur, condicio non mutatur. *l. 33. §. 2. ff. de cond. & demonstr.* Hodie juris utriusque fabrata ridetur differentia, Glossa videtur confusio, dum utramque libertinis omnibus à lege tribuitur. *Novell. 78.* Cæterum licet sic in libertis aboleretur omnimodo servitutis nota, nisi continuo ramen in tribus erant relati. *l. 35. ff. de leg. 3.*

TIT. IX.

QUI[41] ADMITTI AD BONORUM POSSESSIONEM[42] POSSUNT: ET INTRA[43] QUOD TEMPUS.

De filiofamilias.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Macrinæ.

BONORUM possessio filiofamilias delata, cum ignorante [44] quoque patre possit peti emolumentum etiam patri allaturæ, si ratam [45] petitionem pater habuerit, amittitur [46] transacto tempore [47]. Sine die & consule.

De bonorum possessione quæ defertur proximitatis nomine.

11. Iidem AA. Crispino.

SI bonorum possessio tibi duntaxat competit proximitatis nomine, habuisti spatium centum [48] dierum utilium, ex quo defunctum [49] sciisti [50], ad bonorum possessionem amplectendam. Dat. III. Non. Novemb. Gaza Conss.

De infante.

111. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Crescentio.

INfantis [51] nomine agnitam bonorum possessionem, & antequam [52] loqueretur diem functi, recte competere [53] nulla dubitatio est. S. Kal. Januar. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De emancipata.

IV. Iidem AA. & CC. Marcello.

EMancipata [54] si non agnovit intra [55] annum, *Unde liberi bonorum possessionem*, nullam [56] ad heredes vindicationem successionis transmittere potuit. Dat. III. Kal. Maji, *Heraclea*, CC. Conss.

De ignorantia facti.

V. Iidem AA. & CC. Maximo.

QUamdiu per facti [57] quæstionem incertum [58] est, utrumne secundum tabulas, an ab intestato, & ex quo capite possessio sit delata, ne tibi tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfinitum cedat, superstitiosam geris solicitudinem.

De ignorantia juris.

VI. Iidem AA. & CC. Frontinæ.

IUris [59] ignorantiam, nec mulieribus prodesse in Edicti perpetui cui [60] agnoscenda bonorum possessione, manifestum est. Dat. III. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. Conss.

De pupillo & tutore.

VII. Pars epistolæ Constantii & Maximiani AA. & Severi & Maximiani Nobilissimorum CC.

BOnorum quidem possessionem pupilli nomine agnoscere [61] turorem [62] potuisse, aperte declaratur: ipse autem pupillus

[41] Pars prima tituli. — [42] De bonorum possessoribus dixi ad XXXVII. D. — An hodie bonorum possessionem fieri in usu, dixi ad *l. ult. C. eod.* — [43] Pars altera tituli. — [44] Et invita. *l. ultim. §. 1. C. de bon. quæ libert.* — [45] *l. ult. ff. de bon. possess. l. 6. §. 1. ff. de adq. hered. l. ult. §. 1. ff. quis ordo sit bon. poss.* Imo potuit justum præcedere, nec sufficit ratihabitio. *l. 17. §. 4. ff. de adquir. hered.* nihil falsum operari ratihabitio dicitur. *l. 6. §. 6. ff. de negot. gestis* in hereditate: aliqui in bonorum possessione. Cur aliter? Ne dicas cum Accursio, hereditatis aditionem juris esse civilis, quæ patris potestas maxime attendatur. Bonorum possessiones, juris esse Prætorii, neque patriam potestatem negligi. Nam ratihabitione, bonorum possessio adquiritur patri, jure prætorio, *ut hic.* Potuit commodius dici, jure civili perpetuam & liberam esse potestatem absentii. *l. 8. ff. de jure delib.* In bonorum possessione petenda tempus augetur, & in eo potest filium privari: ut filio non sit nocitum patris justum præcedere. quomodocumque modum in pluribus aliis cernitur, ut ubi lis tempore peritura sit, à regulis discedamus: & habiles fiant personæ, quæ antea idoneæ non erant. — [46] Renunciatio tacita facta per filium patri nocet, *ut hic.* Immo nocere non potest. *l. 13. in fin. l. 14. ff. de adq. hered. l. 8. §. 1. ff. de bon. quæ lib.* An cum Jasone dicemus id ita fieri, quod expressa renunciatio plus noceat quam tacita? vel, quod ex silentio, lapsu temporis intercedente, pater filio confestine præsumatur. *arg. cap. illud 8. x. de præscript. cap. ut qui tacet 42. de reg. in 6.* (de quo tamen vide *l. 10. T. de pat. hered.*) An potius jus esse diversum, hereditati, an vero bonorum possessioni renunciet filius: ut leges contrariæ (de quibus paulo ante) loquantur de repudianda hereditate: hanc nostra de bonorum possessione intelligenda sit? Hujus autem differentiæ hanc esse rationem, videlicet, ut hereditatem injussu patris repudiare non possit, quod eam patris injussu non possit adire. *l. 6. ff. de adquir. hered.* Injussu patris, eoque invito bonorum possessionem potest petere, proinde & repudiare: & ita patri abesse, *hac lege.* — [47] Legitimo. de quo vide *l. 2. C. eod.* — [48] Centum dies utiles dantur extraneo, puta cognato & adfini tis ad petendam bonorum possessionem, *ut hic. l. 3. ff. unde cognati. & l. 1. §. 8. & 9. ff. de successoriis. §. 4. in fin. Inst. de bon. poss.* liberis annus datur. *l. 1. §. 12. & 15. ff. de suis et legit. §. 4. in fin. Inst. de bon. poss.* liberis annus datur. *l. 1. §. 12. & 15. ff. de suis et legit. ordin. in bon. poss. §. 4. in fin. Inst. de bon. poss. Ulp. 28. §. 10.* Eodem centum dierum spatio plerumque adeunda hereditas erat ex solenni testatoris lege. *Ulpian. 22. §. 27. l. 3. §. 8. ff. de minorib. l. 22. §. 1. ff. quando dies legati:* quod spatium, dies additionis dicitur in *l. 9. §. 1. ff. de jur. & facti. ignor. l. 26. ff. de jure delib.* in casu singulari dantur ad versus exheredatum præscriptum sex menses: absentem decem. *l. 36. in fin. T. de inoff.* Inventario vero confecisendo tres menses. *l. ult. §. 2. l. de jure delib.* — [49] De transfusionis jure, vide quæ scripsi ad *l. un. §. 3. C. de caducis tollendis.* — [50] Tempora bonorum possessionis, scientibus tantum morte alterius debitam sibi hereditatem, currunt. *l. ult. ff. de bon. poss. l. 2. §. 5. ff. quis ordo.* Quid si tutor scivit? silentia tutoris nocet impuberi. *l. ult. ff. de jur. & facti. ignor.* ut & aliis casibus. *l. 3. in fin. ff. de tributoria. l. 22. §. 5. ff. de libertis. l. 14. ff. de dol. mali.* Quid si actor vel syndicus reipub. nocet reipublicæ. *l. 14. ff. ad municip.* Quid si pupillorum? non nocet filio. *l. 1. navf. Nam & ff. de bon. poss. furiof. l. 3. ff. quis ordo.* Major ergo erit in re tutoris auctoritas quam patris? sic fane. Cur? ille quasi dominus est. *l. 27. ff. de admin. tut.* potuit etiam bonorum possessionem petere pupillo majori infante. *l. 3. T. eod. l. 7. §. 1. ff. de bon. poss.* potest infanti tantum. *l. 8. §. 2. l. 28. T. de jure delib.* Femina restituentur facere potest tutore auctore. *Ulp. 20. §. pen.* at non pare auctore. *l. 6. ff. qui testam.* Pupilli obligantur tutore, non patre auctore. *Inst. §. 2. ff. de verb. oblig. adde Cujac. 14. obs. 8.* — [51] *l. 7. §. 2. in fin. ff. de bon. poss.* — [52] Nondum loquitur. vid. *l. si infanti 28. T. de jure delib.* — [53] Heredi infanti. — [54] Emancipati debent agnoscere intra annum bonorum possessionem *unde liberi.* — [55] Id est, intra tempus legitimum. *l. 69. in fin. ff. de adq. her.* — [56] Nisi liberi bonorum possessionem intra annum petierint, eam non transmittunt ad heredes. *l. ult. §. 13. in fin. T. de jure delib. Ulp. 28. §. 10.* — [57] De facti ignorantia, adde *l. 8. T. eod. l. 2. ff. quis ordo.* — [58] Ignoranti tempus petendæ bonorum possessionis non cedit. *l. 2. T. eod.* — [59] *l. 11. l. ult. T. de jur. & facti. ignor. l. 8. ff. de jur. & facti. ignor.* — [60] Id est, in lucro mulieribus non fabenitur ignorantia lapsus: in damno fabenitur. vid. Cujac. 14. *obs. 38. 39.* — [61] At non repudiare. *l. 8. ff. de bon. poss.* — [62] *l. 7. §. 1. ff. de bon. poss.*

1 *L. 7. ff. de jure deliberandi.*
2 Impubes, cauſa cognita, bonorum poſſeſſionem ſine tutoris auctoritate petere poſſunt. & ita reſtringe §. 1. *Inſt. de auct. tut.*
3 Impuberis cuſtodiendum ſc. *l. 7. ff. de bon. poſſ.* & ita volunt, judicem ex ſua conſcientia judicare poſſe. *l. 3. in fin. ff. de off. curator.* & hic tam judicis, quam tutoris auctoritatem probat. *l. 7. §. 2. vers. quid tamen. ff. de minor.*
4 Conſtantinus. *l. 7. §. 3. ff. de curat. furioſ.*
5 Id eſt, jeritje imperitiam. *l. 3. §. 12. ff. de ſtatulib.*
6 Vid. *l. 5. ff. eod.* hæc verba *fatui vel abſentiæ*, Cujac. expungit 17. *obſ. 19.* Græci ita legunt, *ἢ ἀπόντος ἢ ἀνοήτου*, *ſive non adeſſet, ſive non haberet mentem.*
7 Hoc innuit nullum excludi commodo bonorum poſſeſſionis id falſum, quod intra tempora bonorum poſſeſſionem ſolenniter non petierit à prætore, modo eam interim agnoverit.
8 Conſtantinus Scil. *l. 7. §. 3. ff. de curat. furioſ.* 9 In bonorum poſſeſſionibus petendis: idem in erectionibus. *l. 17. ff. de jure delib.* Goth. Ad hanc leg. vid. Guid. Pap. Aliat. & Bellon. *lib. 4. Suppotat. cap. 1. & 3.* Ant. Adde Cujac. *lib. 17. obſerv. 19.* S. L.
10 Bonorum poſſeſſio factum requirit. 11 Olim apud municipales magiſtratus peti bonorum poſſeſſio non poterat: municipalis mixtum imperium non habuit: datio bonorum poſſeſſionis mixti eſt imperii. Dare bonorum poſſeſſionem erat prætorium vel præſidale, non duumvirale. vid. Cujacium *17. obſ. 19.* 12 Olim ſufficiebat petitio dationique requirebatur. *l. 1. §. unic. de ſuccef. l. 20. in fin. ff. de excuſat.* 13 Poſt Conſtantinum Theodoſius & Valentinianus, etiam circa teſtationem exiſtimant ſufficere qualecunque judicium admittendæ bonorum poſſeſſionis. *l. unic. C. Theod. de extraordinar. vel bon. poſſ.* ſive ut Græci interpretes ajunt, *ἐπὶ τῶν ἐκ τοῦ ἐπαρχικοῦ καὶ ἐξουσίας*, quod & Julianus probat, §. 6. *Inſt. de bon. poſſ.* 14 Olim prænatura ætatis, id eſt, facta intra tempus datum propinquiori cognato, eo deficiente, recte facta non intelligebatur. *l. 42. §. 2. ff. de bon. libert.*

TIT. X.

QUANDO NON PETENTIUM [15] PARTES PETENTIBUS ADCRESCANT [16].

In ſucceſſionibus non petentium partiones accreſcunt petentibus. Alex.

1. Imp. Gordianus A. Matthanæ.

QUOTIENS pluribus liberis, ceſſante legitima ſucceſſione, bonorum poſſeſſione defertur [beneficium] Edicti perpetui quibuſdam [17] omittentibus, his ſolis qui bonorum poſſeſſionem agnoverunt, portionem non petentium accreſcere, in dubium non venit. Dat. Idib. Januar. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

15 Bonorum poſſeſſionem Gall. 40. Scleg. 7.
16 Jura adcreſcendi portio deficientis alteri accreſcit, id eſt, adjungitur. *l. 3. in fin. ff. de bon. poſſ. vid. ff. de vulgaribus adcreſcendi. l. 20. ff. de leg. 2. l. fin. ff. de leg. 3. l. 142. ff. de verb. ſig. l. 67. ff. de acquir. hered. l. un. §. 10. ff. de caduc.* vid. *Duarenum lib. 30. 1. & 2. de jure adcreſcend. 1. Matthæum Gravetum lib. ſing. §. jus adcreſcendi.* 17 Id eſt, non petentibus. Omittere bonorum poſſeſſionem & beneficium, eſt ab ea tempore excludi, id eſt, intra tempora conſtituta eam non acquirere. Amittere, genus: Omittere ſpecies. & hoc ſenſu ſemper hereditas, aut bonorum poſſeſſio omni dicitur, non alio. vid. *Anton. Merenderum 3. Not. 20. in fin.* Græci ita legunt, *καὶ τὰς τῶν ἀφιεμένων*. *Eidg. Diſſ. loco, cap. 2.*

TIT. XI.

DE BONORUM POSSESSIONE SECUNDUM [18] TABULAS [19].

Donec cauſa falſi per appellationem diſcutitur, bonorum poſſeſſio agnoſci non poteſt. Bald.

1. Imp. Alexand. A. Vitali.

PENDENTE [20] appellatione à ſententia, qua falſum [21] teſtamentum pronuntiatum eſt: incerto [22] adhuc, an defunctus inteſtatus deceſſerit: proximitatis nomine bonorum poſſeſſioni locus non eſt. Dat. III. Kal. Maji, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

11. Imp. Gordian. A. Cornelio.

BONORUM quidem poſſeſſionem ex Edicto Prætoris nonniſi ſecundum eas [23] tabulas, quæ ſeptem [24] teſtium ſignis ſignatæ ſunt, peti poſſe, in dubium non venit. Verum ſi eundem numerum adfuiſſe ſine [25] ſcriptis teſtamento condito, docceri poteſt: jure civili teſtamentum [factum] videri, ac ſecundum nuncupationem [26] bonorum poſſeſſionem deferri, explorati juris eſt. P. P. XII. Kal. Mart. Attico & Præſentato Conss. 243.

18 Dixi ad XXXVII. D. XI. De bonorum poſſeſſionibus, hoc paſſim intendum eſt. Dari vel teſtamento facto vel ab inteſtato: Prioris caſu, duplicitur, vel ſcriptis hæredibus, *ut hic*; vel prætoriis libertis, quæ & contra tabulas. cit. pro. 12. his adde Cuiacium *ad tit. 17.* quæ datur liberis impuberibus præteritis, quibus ſi controverſia ſtatus & bonorum paternorum, adde & cum quo componit patronis, quibus liberis. 12. 13. Ab inteſtato, *ut unde liberi* 14. *unde legitimi & unde cognati* 15. *unde vir & uxor* 18. 19 Quid? ſecundum nuncupationem poteſne dari bonorum poſſeſſio utilis? poteſt. vid. *l. 2. ff. eod.* 20 Quoties de jure teſtamenti quæſtio eſt, toties bonorum poſſeſſio ab inteſtato peti non poteſt. 21 *l. 46. ff. de adq. hered.* 22 *l. 84. de adq. hered.* 23 Quibus ex tabulis bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas detur. 24 *l. 7. ff. eod. l. 12.* de teſtam. adde quæ dixi *l. 20. ff. de fide inſtrum.* 25 Bonorum poſſeſſio ſecundum tabb. non tantum datur ex teſtamento ſcripto, ſed & ex non ſcripto, *ut hic*: Cauſam dubitandi faciebat vox *tabulæ*. vix enim, aut certe impropriè videtur dici tabulas teſtamentum ſine ſcripto ſeu nuncupativum, at hinc conſtet tabularum appellatione nuncupativum teſtamentum contineri. 26 Utilis bonorum poſſeſſio datur nuncupatis hæredibus. *l. ult. in fin. ff. de edicto.*

TIT. XII.

DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA [27] TABULAS, QUAM PRÆTOR LIBERIS [28] POLLICETUR.

1. Imp. Alexand. A. Ruſo.

LIBERI, contra tabulas parentum bonorum poſſeſſione admiſſa, ſolis [29] parentibus & liberis legata præſtare ſecundum Edictum debent. P. P. IV. Idib. Octobr. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

11. Idem A. Clarx.

POSTHUMO [30] nato, qui [31] neque heres inſtitutus à patre neque nominatim exheredatus eſt, teſtamentum rumpitur. Et ſi contra [32] tabulas bonorum poſſeſſio infantis nomine à tutore petita eſt: ſecundum tabulas [bonorum] poſſeſſio locum habere non poteſt. Dat. Kal. Mart. Juliano II. & Criſpino Conss. 225.

27 Dixi ad XXXVII. D. IV. adde 45. Scleg. 17.
28 Prætoris fidei.
29 Patris bonorum poſſeſſione contra tabulas, emancipati certis perſonis præſtante legata, *ut hic*: ſui, nullis. *l. 20. §. 3. ff. eod. l. 1. ff. de legat. præſtand. contrad.*
30 Poſthumi adgnatione teſtamentum rumpitur. *l. 1. ff. de poſth. hæred. l. 1. l. 3. pr. & §. 3. ff. de injuſt. §. 1. Inſt. de exhær. lib.* 31 Id eſt, præteritus, eaque præteritionis eſt definitio. Sic apud Feſtum *Præteriti ſenatores* dicuntur neglecti à Cenſoribus, quod erat ignominioſum: ſic ipſa quoque patris præteritio ignominioſa. *l. 31. ff. de fideicommiſſar.*
32 Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur præterito, *ut hic*. Atqui teſtamentum in quo præteritus eſt filius ipſo jure nullum eſt? Nullum ſane: ſed ſtricto jure. *l. 1. in fin. ff. ſi tabula teſtamenti nulla exſtet. §. 1. Inſt. de exhæred. liber.* ex æquo tamen non eſt nullum: cum per filium probari poſſit. *l. 17. ff. de inoffic.*

TIT. XIII.

DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS LIBERTI [33], QUÆ PATRONIS LIBERISQUE [34] EORUM DATUR.

1. Imp. Gordianus A. Herculiano.

LICET ex cauſa fideicommiſſi [35] manumiſſus ſit [is,] quem ex voluntate patris cum ſorore [tua] te manumiſiſſe proponis: tamen, ſi extraneos ſcripſit heredes, partis [36] legitimæ contra tabulas ejus bonorum poſſeſſionem petendo, vel contra nuncupationem, ſi teſtamentum ſine ſcriptis conditum eſt, intra tempora Edicto præſtituta eam partem poteris obtinere. P. P. VI. Kal. Decemb. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

11. Imp. Anastasius [37] A. Aſclepiodoto.

PATRONUS, liberti muneribus [38] electis [39], & operis [40], à contra tabulas bonorum poſſeſſione repellitur. Dat. XIII. Kal. Mart. Viatore [41], & Æmiliano Conss.

33 *l. 6. ff. de bon. poſſ. l. 23. ff. de bon. lib.*
34 Nam liberi patronorum ſunt patroni.
35 *l. 29. ff. de teſtam. tutel. l. 3. §. 1. ff. de jure.* & ita neceſſitate.
36 *d. l. 6.* Interdum totorum bonorum poſſeſſio petitur: ſcripto ſcil. herede omittente.
37 *Theodoſio* tamen hæc lex tribuitur. *l. ult. Cod. Theod. Receſſum.* & *Theod. & Collicii.* Theodoſium aſſeribitur. 38 *l. 37. ff. de bon. libert.* 39 Illectus. *l. ult. C. Theod. de teſtib. & Collicii.*
40 Quondam impoſitis. *l. 20. ff. de jure patron.* 41 *Vilibere V. C. conſule.* ita ſcriptum in *l. ult. C. de collicii. & d. l. ult. C. Theod.* ut ſit annus 424. non 495.

collicii. nam & eadem lex ultima exstat interpolata in *l. ult. C. de collicitat.* & ibid. Theodoſium aſſeribitur.

TIT. XIV.

UNDE [42] LIBERI [43].

1. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Sarpedoni.

SI avus tuus relictis tribus emancipatis [44] filiis deceſſerit, hique bonorum poſſeſſionem *unde liberi* acceperint: pro ea portione heredes [45] eos extitiſſe palameſt. Dat. IV. Non. * Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

11. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

EX teſtamento [46], vel ab inteſtato exiſtente filio, vel nepote ſuo [47] herede, nemo [48] poteſt ab inteſtato heres exiſtere. Dat. III. Id. Mart. ipſis AA. & Conss.

111. Imp. Constantin. [49] A. ad Leontium Comitem R. P. Orientis.

QUI [50] ſe patris poſt avum inteſtatum [51] defuncti negat heredem: mortui avi paterni ſuſcipere facultates non poteſt: maxime [52] emancipatus, niſi [53] per bonorum poſſeſſionem ad hujuſmodi beneficium pervenerit. Dat. VIII. Id. April. Limenio & Catulino Conss. 349.

42 Dixi ad XXXVIII. D. VI. adde 4. *Cod. Theod. 2.* Incipit nunc tractare de bonorum poſſeſſionibus ab inteſtato.
43 Bonorum poſſeſſio *unde liberi*, directe ac propriè ſua ex verbis legis, parentibus non datur, ſed impropriè atque utiliter: nam propriè ſolis liberis datur. *l. 8. §. 12. ff. de bon. poſſ. contra. tab.*
44 *l. 2. §. 1. ff. de legitim. hæred. l. 7. ff. de inoffic.*
45 Julian putat, heredem jure prætorio propriè & directo haredem eſſe: quod falſum eſt. Nam tametſi ubi nemo eſt heres, nec re, nec ipſe prætor directas actiones, & dominium directum transferat: Prætor tamen non facit heredem directo, ſed potius vice heredis. 46 *l. 39. ff. de adq. hered.* 47 Idem eſt jure prætoris, exiſtente filio, vel nepote non ſuo. 48 Id eſt, potior eſt cauſa ſui heredis. *l. 5. in fin. ff. unde legitimi.*
49 *Conſtantius Cod. Theod.* 50 Videtur hanc *l.* Cujacium *14. obſ. 6. de Cod. Theod. de bonis maternis.* 51 Inteſtato, *Hal.* Quid ſi ex teſtamento? vid. *l. ult. ff. ſi minor. ad hered.* 52 Hoc ideo dixit, quod de eo qui in poteſtate erat magis dubitabatur: verum idem in utroque. *Accurſ. hic.* 53 Id eſt, niſi jure civili. Nepos repudiata patris hereditate avitum poterit agnoſcere, ſed jure tantum prætorio. Cur? Jus abſtinendi datum nepoti à Prætore ejus favore inducitum eſt. *§. 2. Inſtit. de hered. qualit.* Ideoque avitam ampliecti poteſt, ne alioquin abſtinendi beneficium fraudi ac damno ei ſit. Jure vero civili hereditas utriuſque eſt confuſa: ut merito pro una parte adire, pro altera non adire nequeat. *l. 2. ff. de adq. hered.*

TIT. XV.

UNDE LEGITIMI [54], ET UNDE COGNATI [55].

De conſobrino.

1. Imp. Alexand. A. Ulpio.

CONSOBRINORUM [56] tuorum inteſtatorum bona, ſi ad prioris neceſſitudinis neminem jure pertinuerint: tu, qui eorum poſſeſſionem agnoviſti, perſequi non prohiberis. Dat. III. Idus Auguſt. Juliano II. & Criſpino Conss. 225.

De prætu ſobrino.

11. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Zenoni.

CUM propiorem [57] ſobrinum (id eſt, natum [à] conſobrina) rebus humanis inteſtatum defunctum proponas: intelligis ſine [58] auxilio bonorum poſſeſſionis ejus te ſucceſſionem vindicare non poſſe. Dat. VII. Kal. Jun. *Laodicex*, AA. Conss.

De nepotibus avi materni.

111. Iidem AA. & CC. Felici.

NEPOTIBUS [59] avi materni pro virili [60] portione etiam jure honorario ſucceſſio defertur. Dat. Idib. Octobr. *Sirmii*, CC. Conss.

Probatio debet eſſe de neceſſariis concludentibus.

IV. Iidem AA. Syriſtæ.

NON [61] hoc, an tenuerit quis res hereditarias, necne, [ſine voluntate adquirendæ ſibi hereditatis,] quærendum eſt: ſed an admiſerit [62] hereditatem, vel bonorum poſſeſſionem. Dat. II. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. Conss.

De cognatis.

V. Iidem AA. Platoni.

CERTUM quidem eſt, cognationis jure citra [63] admiſſionem bonorum poſſeſſionis neminem poſſe ſuccedere: defuncti veto cognati ſuccedere nolentes, bonorum poſſeſſionem petere non [64] urgentur. Dat. XII. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. Conss.

54 Dixi ad XXXVIII. D. VII.
55 Dixi ad 38. *ff. 8.*
56 Conſobrinis datur bonorum poſſeſſio. *l. 6. ff. comm. de ſucceſſionib.* Goth. Qui ſint conſobrini vid. *l. 10. §. 2. vers. eodem gradu. ff. de gradib.* Ant.
57 Propiori conſobrino, id eſt, nato à conſobrina datur bonorum poſſeſſio. Propior ſobrino quis? Citra ad *l. 10. §. 16. ff. de gradib.*
58 *l. ult. l. eod.*
59 *§. 6. Inſt. de hereditat. inſtit. §. 2. Inſtit. de ſenatuſ. Nov. 118. cap. 1. in fin.*
60 *l. 12. ff. famil. ercis. eund.*
61 Heres non continuo deemdus eſt, qui bona hereditaria poſſidet, dixi ad *l. 1. ff. de acquir. hered. l. 20. ff. de adq. hered.*
62 *l. 1. §. ult. eod.* Admittimus hereditatem, & bonorum poſſeſſionem ſola animi demonſtratione. *l. 6. ff. de bon. poſſeſſ.*
63 *l. 2. l. 4. ff. eod.* 64 Invitis bonorum poſſeſſio non defertur. *l. 3. §. 3. ff. de bon. poſſeſſ.*

TIT. XVI.

DE SUCCESSORIO [65] EDICTO.

1. Imp. Alexand. A. Juliano.

SI mater [66] tua propter furorem ſuum patrui [67] fui bonorum poſſeſſionem non accepit: tu filius ejus ad eorumdem bonorum patrui magni poſſeſſionem ex Edicto, quo prioribus [68] non petentibus, ſequentibus [69] permittitur, admiſſus es. P. P. V. Id. Decemb. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

11. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Firmo.

SI aviæ eorum frater, de quorum ſucceſſione agitur, velut [70] ex teſtamento adiit hereditatem, quos inteſtatos deceſſiſſe, ac falſum teſtamentum prolatum contendis, & ab inteſtato non petita bonorum poſſeſſione, vita functus eſt: ac tu, licet quinto [71] gradu conſtitutus, ex ſucceſſorio capite petiſti bonorum poſſeſſionem, vel necdum excluſus petas: eorum ſucceſſionem poſſe vindicare. Nam ſi [72] is quem quarto gradu conſtiturum [eſſe] non ambigitur, ex Edicto petiit, nec hoc te latuit: fruſtra nobis ſupplicaſti. Dat. VI. Id. April. *Sirmii*, CC. Conss.

65 Dixi ad XXXVIII. D. IX.
66 *l. 2. in fin. ff. ad Tertull.*
67 Ex ita recte legitur in vulgata Haloandri editione, & à veteribus, ut Accurſio & Baldo: perperam in nova editione Pariſienſi legitur *Patrie*; nam qui matri patruus, nullo patruus magnus eſt. *l. 10. §. 15. vers. patruum. ff. de ſtatulib.*
68 Vis hanc eſt ſucceſſoria edicti. *l. 2. ff. eod.*
69 Filius locum matris furioſæ repræſentat.

TIT.

70 Si primus non agnovit bonorum poſſeſſionem ut debuit, ſequens admittitur edictum. 71 In quinto etiam gradu ſucceſſorio edicto locus eſt. 72 Quartus gradus quintum excludit.

Tit. XVII.

DE [1] CARBONIANO [2] EDICTO.

1. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI tibi ac filio tuo ab his contra quos supplicas, status movetur quæstio: perspicis præmature rerum quas velut de patris successione filius tuus vindicat, restitutionem postulari: cum si in pupillari [3] permaneat ætate, secundum formam Edicti Carboniani data bonorum possessione [4], satisdatione impleta, tunc demum in possessionem cum constitui conveniat: vel hac non [5] oblata, portionem ab omnibus, quam vindicat, possideri: servatis [6] vero quæstionem in tempus pubertatis differri. Dat. XII. Kal. Novemb. *Sirmi*, CC. Conss.

Ex summaria cognitione pervenitur ad Carbonianum. Bald.

11. Imppp. Theod. [7] Arcad. & Honor. AAA. ad Rufinum P. P.

CArbonianum edictum sub [8] personis legitimis [ex] inducibitato matrimonio custodito [9] partu, & probata legitima successione, defertur: scilicet ut in possessione novus heres constitutus [10], usque [11] ad pubertatis annos, fine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Dat. III. Kal. Octob. Theod. A. III. & Hasundantio Conss. 393.

1 Dixi ad l. xxvi. D. h. adde l. 4. *Cod. Theod.* 3.

2 Carbonianus is impubes juvatur cui status quæstio movetur.

3 Ex Carboniano edicto differtur status quæstio impuberi mota.

4 Impubes præstita cautione constituitur bonorum possessor.

5 Si impubes non datidat, falsa non possidet.

6 *l. 1. §. 11. ff. eod.*

7 Valentinianus, Theodosius & Arcadius AAA. Rufino P. P. P. *l. un. Cod. Theod. eod.*

8 Locus est corruptus, quem ita restituo, *sub personis legitimis custoditæ partu, & inducibitato matrimonio probata legitima successione*, &c. Hac restitutione admissa, facilia sunt omnia: legitimas porro personas intelligo, de quibus *hic* 1. §. 10. *ff. de vener. inspic.* Ex indubitato autem matrimonio legitimam successionem deferri, *argumento est lex* 9. *T. de nupt. lex* 6. *ff. de his qui sunt sui.* 9 *l.* 2. *ff. de inspiciendo ventre.* 10 Vocatus, *Cod. Theod. eod.* 11 *l.* 1. §. 11. *l.* 3. §. 2. *ff. eod.*

Tit. XVIII.

UNDE [12] VIR ET UXOR.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio P. P.

MAritus & uxor ab intestato invicem sibi in solidum [13] pro antiquo jure [14] succedant, quoties [15] defecit omnis parentum, liberorumve, seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco [16] excluso. Dat. XII. Kal. Matt. Hierio & Ardaburio Conss. 427.

In Authent. de exhibend. & introduc. reis. §. quoniam vero in fin. col. 5. tit. 8. al. 6. & col. 8. tit. 18. al. 13. ut li. matri & aviæ. §. quia vero 2. Novell. 117. cap. 5.

PRæterea si matrimonium sit absque dote, conjunx autem præmoriens decesserit sine [a] suspectis vero laborat impia: succedat non cum liberis communibus alterius matrimonii in quartam, si tres sint, vel pauciores. Quod si plures sint, in virilem portionem: ut tamen ejusdem matrimonii liberis propriæ tatem servet, si existerunt: hæc vero non extantibus, vel si nullas habuerit, portetur etiam dominio, & imputabitur legatum in tali portionem.

[a] Sola testamenti præcia revocatio nihil præstat, necesse est enim ut qui revocat testamentum aliud faciat. l. 36. §. 3. ff. de testam. milit. id etiam locum habere in testamento inter extraneos facto Paponius refert 20. Arrestorum 1. §. 3. [b] 24 Testamentum συγχρωτικὸν citra scripturam fit, Qui vult ita testari coram libera testibus uno, eodemque tempore, audientibus testamentum facere debet, ut hic. Synopsis Basilicor. 35. tit. 12. cap. 27. [c] 25 Per nuncupationem testamentum, sine scriptura testamentum. [d] 26 Nuncupativum testamentum quemadmodum fiat. §. sit. Institut. 23. Exod. 2. cap. 17. adde l. 20. T. eodem. [e] 27 Abrogatur per l. 20. T. eodem. [f] 28 Posterius testamento, solemni tamen (tres causas excipe de quibus in hac lege T. eodem) prius testamentum revocari potest. §. 2. Institut. quibus modis testament. solemni ex secundo testamento non fuerit adita hereditas. vide Clar. 3. sentent. §. testamentum, quæst. 94. etiamsi testamentis priori omnis bona sua heredi donaverit testator, quo casu prius testamentum revocaverit. Clarus dicto loco, quæst. 95. etiamsi coram Imperatore prius factum fuerit. l. 29. T. eodem. Quid si clausula derogatoria, vel quod ei respondet juramentum, priori fuerit adjectum? quidam volunt non tantum expresse prius testamentum revocari oportere, sed & subrogandam præterea clausulam derogatoriam, ejusque expressam mentionem faciendam. Argentræus. l. 22. ff. de leg. 3. Bartol. Dynus cap. quod semel placuit de reg. in fin. Clarus ex communi opinione 3. sentent. §. testamentum, quæst. 94. num. 3. nisi forte juxtam ignorantiam clausulæ derogatoriæ priori testamento inserta testator habuerit. vide Papinium 20. Arrestorum 1. §. 4. Capellam 14. observat. 7. potat illa verba, Si specialiter dixerit priorie voluntatis sibi penitus esse, &c. dicta lege 22. Tribonianus non Hermogenianus esse. Tribonianum enim ipso sermone satis prodit: quidquid illudum posse omnia: familiare esse Triboniano desiderare specialem voluntatem, ubi omnia sufficiat. l. ult. T. de novat. emendan. Novell. 90. cap. 3. Nimis etiam liberaler subnudiri in l. 6. §. 7. ff. de jure codicill. l. ult. ff. de leg. 2. specialiter defunctum derogasse priori voluntati. qua de re plenius vide Clar. 3. sentent. §. testamentum, quæst. 99. Testamentum vero inter liberos, posteriore simpliciter non revocatur, neque revocatum intelligitur, nisi factum fuerit coram septem testibus &c. in eo pater expressam revocationis mentionem fecerit. Novell. 107. cap. 2. vid. Clarum d. loco, quæst. 98. Quid si duo profecto jure testamenta eadem die confecta? si non apparet quodnam eorum prius aut posterius fuerit, neutrum valere intelligitur. gl. in l. ult. in verbo, missus. T. de adopt. D. Andreas: Communis opinio apud Clar. d. loco, quæst. 100. sin minus, posteriori solemni standum. [g] 29 Testamentum prius secundo testamento infirmari potest, non quovis, sed jure scripto, ut hic: Quid si extraneus præcipue priore testamento scripti sint, in posteriore vero, impubes tamen, heredes ab intestato heredes scripti fuerint? posteriore hoc testamento, licet imperfecto, prius jure perfectum infirmatur. vers. nisi. Quid? posterius hoc testamentum quomodo valet? non quasi testamentum, sed quasi voluntas intestati. vers. eadem enim causa. Quid? adhuc quæ, quodcunque in eo adhibitos fuisse sufficiat, ita judicatum. vers. ita quoque. [h] ut quinque in eo adhibitos fuisse sufficiat, ita judicatum. vers. in una voluntate. Pone in posteriore testamento heredes ab intestato, quinque alios instituisse defuncto succedisse eranl, scriptos esse, & superiorem non fuisse servata: hoc posterius testamentum coram quinque testibus non juratis factum? Prius testamentum revocatum? etiamsi in eo scripti sint extranei. vers. quo non facto. Synop. Basil. 35. tit. 2. capite 27. §. 1. §. 40.

[a] Prius testamentum posterius, solemne tamen, revocatur: nisi priore testamento extranei instituti fuerint, ut hic. & l. 2. ff. de inspic. possessione vero heredes venientes ab intestato: & posteriora illud testamentum quinque testibus juratis probari possit, T. eodem. quæ ut concurrant, posterior tamen illa testatio non valebit ut testamentum, sed ut voluntas intestati. T. eodem. Quid si in posteriore illa testatione liberorum aliquis sit præteritus? non valebit. Clarus 3. sentent. §. testam. quæst. 97. [b] l. 2. [c] Observa casum specialem, in quo causa intestati trahit ad se causam testati. vide Clar. d. loc. [d] Testamentum imperfectum dicitur, quod eorum quinque tantum testibus etiam juratis, factum est: si tamen in eo successores ab intestato scripti heredes fuerint prius, in quo mere extranei scripti fuerint, infirmatur hoc posteriore, licet alias imperfecto, & ita hic casus est, quo perfectum testamentum imperfectum tollitur. [e] 34 Synopsis Basil. tit. Ratio dubitandi esse potuit, quod ea, quæ juris gentium sunt, quavis lingua posse expediri videantur: quæ vero juris civilis sunt (ut testamenta nuncupativa Latine, & ita olim Græce fideicommitti potuit, legari non potuit. Dig. 25. §. 9. Inde potest. l. 14. T. de testam. mil. testam. [f] 35 Quovis sermone testator potest. l. 15. ibid. sed in quibus locis quærendi contro. T. eodem. l. ult. T. de testam. mil. quovis sermone fideicommissum.

In Authent. de testam. imperfectis. §. & siquidem. coll. 8. const. 3.

Hoc inter liberos testamentum ita confirmatur [a], si parens septem testibus adhibitis declarat se nolle tale testamentum valere, & aliam [b] dissonant voluntatem, vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate.

[a] Perfectum quid effet, dictum est T. eodem. [b] Etiam nuncupatis quibusdam verbis, vel scriptis expressis, inter liberos valet. l. 10. l. 16. in fin. l. 22. in fin. T. familiæ. l. 2. T. de confirmando tut. An & non subsignatum ab omnibus septem testibus subscriptis? valet, ut ius. Dixi etiam ad Leg. T. famil. An & simplex patris schedula, idemque ab authenticum proximum? [c] An & oratio scripsum valet? olim valuit. d. l. 28. hodie non valet. Nov. 107. c. 1. An & corpus tantum nudum perfectum? non valet. Imperfectum testamentum ratione voluntatis inter liberos etiam non subsistet. veluti, si cum aliquid legare quis cupierit, morte præventus sit. vide Clarum 3. sent. §. testam. quæst. 9. ne ad pias causas quidem. Mynsing. 5. obs. 28. imperfectum hoc casu non esse nulla epistola. l. 17. ff. de jure codicill. An testibus deficientibus valet? non valet. Cujac. 1. Consult. dam sibi interesse opes tes. Clarus d. loco, quæst. 8. vers. hinc infer. Speculator de testa. §. 11. num. 3. Papon. 20. Arrest. 1. §. 2. Harum. cons. 15. ac multo quidem magis si cæcus pater inter liberos testabitur: tum in ejus testamento odio alias testes requirantur. l. 8. T. qui testam. Clar. d. loco, quæst. 17. Quis tamen eo casu testem esse posse communiter putant interpretes. Clarus d. loco, quæst. 8. vers. secundo infertur: ad hæc, non requiri testes ut sint rogati. Clarus ibid. vers. fid quæro. quin tempore in eo dubitalum codicillarem subintelligi. Clarus ibid. vers. nunc tamen. Aliud esse si liberorum causa in eo fit præscriptus. Clarus ibid. vers. fid quæro. aut jure institutionis sui filiorum pars legitima non sit relicta. Idem ibid. vers. fid pone. vel si testamentum nata caudicum. Idem ibid. vers. simili. & quis is eo liberorum exheredatus fuerit. vide Harum. cons. 15. fol. 140. [d] 15 Ex imperfecto testamento nemo succedit, nisi descendentes utriusque sexus ascendentibus. Quid si extraneus persona nulla sit? quantum ad eam perficiunt attinet, testamentum nullius est momenti. ut hic. quantum ad liberos, ratum est testamentum. ut hic: Synesius 55. tit. 2. 16. Quid? inter succedentes ab intestato qui ex liberis non sint, testamentum imperfectum rutum non haberi oportet? Harmenop. scribit 5. tit. 10. §. 27. 28. 29. legata in hujusmodi testamento ab heredibus ab intestato esse præstanda: quod ex §. 2. hujus legis intercipolatum est. [e] 16 Forte pias ad causas valebit? dicam ad Auth. Sacrilegi. T. ad l. Falcid. [f] 17 Legitimos scilicet, vel legitimatos: alias imperfectum testamentum non valet inter liberos naturales tantum & spurios. Papon. 10. Arrest. 1. num. 2. Clarus 3. sent. §. testam. quæst. 22. nisi à matre inter liberos factum. Liberos cum dicimus, in infinitum intelligo liberos: quin & filias fratres ab intestati successione excludas. Clarus d. loco. Quid? inter parentes imperfectum filii testamentum non valebit? Clarus ex eadem communi opinione valere negat. d. loco. non quod extra communes regulas constitutum est ad consequentias trahi non oportet. l. 141. de Reg. Jur. [g] 18 Testamentum imperfectum inter liberos, favore personæ extraneæ non subsistet. vide omnino Clar. 3. sent. §. testam. quæst. 10. Extranea est autem quæ non est ex liberis. Novell. 117. c. 1. [h] 19 Hinc colligunt, Schedulam à patre scriptam nullis adhibitis testibus valere inter liberos. Bellon. tract. vide Mynsing. 4. obs. 28. Quid si tantum subscripsit? Clarus 3. sent. §. testam. quæst. 14. idem esse putat si tamen pater in subscriptione mentionem faciat testamentum esse cui subscripsit. Quid si talis schedula ab quo liberorum subscripta? valet. vide Novell. 107. c. 1. Quid si aeque à testatore vel liberis scripta subscriptave? non valet. Clarus d. loco. Quid si à solo notario? non valet. Clarus d. loco, vers. præterea. quemadmodum si dies defit, aut notis scripta sit. T. ad. Clarus d. loco, vers. sed nunquid. Quid si liberi ex partibus inæqualibus ibidem instituti? valet. Clarus d. loco, num. 3. Quid? hujusmodi schedula locumne habet in legatis ad pias causas? non habet: ut ita favor liberorum plam causam superet. Clarus d. loco quæst. 7. num. 2. His adde Honomanum cons. 15. ubi tractat de testamento patris inter liberos. [i] 20 Testamentum signis regulariter scribi non potest, ut hic: ad pias tamen causas. scribi ita posse eodem suadet. Tiraq. 12. privil. pia causa. adde quæ scripsi ad l. 8. §. 4. ff. de hæred. inst. [k] 21 Testamenti substantia est, diem & tempus ei adjici, ut hic: quod in testamento pias ad causas requiri negat Tiraquell. 11. privilegio pia causa.

In Authent. de testam. imperfectis. §. nos igitur omnia. coll. 8. tit. 8. al. 3. Novell. 107. cap. 1.

Quod sine subscriptione ita procedit, si parens literas edoctus, manu [a] propria, non signis [b], sed literarum consequentia declaret & tempus [c], & liberorum nomina, item, & unciarum numerum, seu signa rerum specialium: in quo & aliis legari, & fideicommitti, & libertas relinqui potest.

[a] Imperfectum quid effet, dictum est T. eodem. [b] Etiam nuncupatis quibusdam verbis, vel scriptis expressis, inter liberos valet. l. 10. l. 16. in fin. l. 22. in fin. T. familiæ. l. 2. T. de confirmando tut. An & non subsignatum ab omnibus septem testibus subscriptis? valet, ut ius. Dixi etiam ad Leg. T. famil. An & simplex patris schedula, idemque ab authenticum proximum? [c] An & oratio scripsum valet? olim valuit. d. l. 28. hodie non valet. Nov. 107. c. 1. An & corpus tantum nudum perfectum? non valet. Imperfectum testamentum ratione voluntatis inter liberos etiam non subsistet. veluti, si cum aliquid legare quis cupierit, morte præventus sit. vide Clarum 3. sent. §. testam. quæst. 9. ne ad pias causas quidem. Mynsing. 5. obs. 28. imperfectum hoc casu non esse nulla epistola. l. 17. ff. de jure codicill. An testibus deficientibus valet? non valet. Cujac. 1. Consult. dam sibi interesse opes tes. Clarus d. loco, quæst. 8. vers. hinc infer. Speculator de testa. §. 11. num. 3. Papon. 20. Arrest. 1. §. 2. Harum. cons. 15. ac multo quidem magis si cæcus pater inter liberos testabitur: tum in ejus testamento odio alias testes requirantur. l. 8. T. qui testam. Clar. d. loco, quæst. 17. Quis tamen eo casu testem esse posse communiter putant interpretes. Clarus d. loco, quæst. 8. vers. secundo infertur: ad hæc, non requiri testes ut sint rogati. Clarus ibid. vers. fid quæro. quin tempore in eo dubitalum codicillarem subintelligi. Clarus ibid. vers. nunc tamen. Aliud esse si liberorum causa in eo fit præscriptus. Clarus ibid. vers. fid quæro. aut jure institutionis sui filiorum pars legitima non sit relicta. Idem ibid. vers. fid pone. vel si testamentum nata caudicum. Idem ibid. vers. simili. & quis is eo liberorum exheredatus fuerit. vide Harum. cons. 15. fol. 140. [d] 15 Ex imperfecto testamento nemo succedit, nisi descendentes utriusque sexus ascendentibus. Quid si extraneus persona nulla sit? quantum ad eam perficiunt attinet, testamentum nullius est momenti. ut hic. quantum ad liberos, ratum est testamentum. ut hic: Synesius 55. tit. 2. 16. Quid? inter succedentes ab intestato qui ex liberis non sint, testamentum imperfectum rutum non haberi oportet? Harmenop. scribit 5. tit. 10. §. 27. 28. 29. legata in hujusmodi testamento ab heredibus ab intestato esse præstanda: quod ex §. 2. hujus legis intercipolatum est. [e] 16 Forte pias ad causas valebit? dicam ad Auth. Sacrilegi. T. ad l. Falcid. [f] 17 Legitimos scilicet, vel legitimatos: alias imperfectum testamentum non valet inter liberos naturales tantum & spurios. Papon. 10. Arrest. 1. num. 2. Clarus 3. sent. §. testam. quæst. 22. nisi à matre inter liberos factum. Liberos cum dicimus, in infinitum intelligo liberos: quin & filias fratres ab intestati successione excludas. Clarus d. loco. Quid? inter parentes imperfectum filii testamentum non valebit? Clarus ex eadem communi opinione valere negat. d. loco. non quod extra communes regulas constitutum est ad consequentias trahi non oportet. l. 141. de Reg. Jur. [g] 18 Testamentum imperfectum inter liberos, favore personæ extraneæ non subsistet. vide omnino Clar. 3. sent. §. testam. quæst. 10. Extranea est autem quæ non est ex liberis. Novell. 117. c. 1. [h] 19 Hinc colligunt, Schedulam à patre scriptam nullis adhibitis testibus valere inter liberos. Bellon. tract. vide Mynsing. 4. obs. 28. Quid si tantum subscripsit? Clarus 3. sent. §. testam. quæst. 14. idem esse putat si tamen pater in subscriptione mentionem faciat testamentum esse cui subscripsit. Quid si talis schedula ab quo liberorum subscripta? valet. vide Novell. 107. c. 1. Quid si aeque à testatore vel liberis scripta subscriptave? non valet. Clarus d. loco. Quid si à solo notario? non valet. Clarus d. loco, vers. præterea. quemadmodum si dies defit, aut notis scripta sit. T. ad. Clarus d. loco, vers. sed nunquid. Quid si liberi ex partibus inæqualibus ibidem instituti? valet. Clarus d. loco, num. 3. Quid? hujusmodi schedula locumne habet in legatis ad pias causas? non habet: ut ita favor liberorum plam causam superet. Clarus d. loco quæst. 7. num. 2. His adde Honomanum cons. 15. ubi tractat de testamento patris inter liberos. [i] 20 Testamentum signis regulariter scribi non potest, ut hic: ad pias tamen causas. scribi ita posse eodem suadet. Tiraq. 12. privil. pia causa. adde quæ scripsi ad l. 8. §. 4. ff. de hæred. inst. [k] 21 Testamenti substantia est, diem & tempus ei adjici, ut hic: quod in testamento pias ad causas requiri negat Tiraquell. 11. privilegio pia causa.

[a] Sola testamenti præcia revocatio nihil præstat, necesse est enim ut qui revocat testamentum aliud faciat. l. 36. §. 3. ff. de testam. milit. id etiam locum habere in testamento inter extraneos facto Paponius refert 20. Arrestorum 1. §. 3. [b] 24 Testamentum συγχρωτικὸν citra scripturam fit, Qui vult ita testari coram libera testibus uno, eodemque tempore, audientibus testamentum facere debet, ut hic. Synopsis Basilicor. 35. tit. 12. cap. 27. [c] 25 Per nuncupationem testamentum, sine scriptura testamentum. [d] 26 Nuncupativum testamentum quemadmodum fiat. §. sit. Institut. 23. Exod. 2. cap. 17. adde l. 20. T. eodem. [e] 27 Abrogatur per l. 20. T. eodem. [f] 28 Posterius testamento, solemni tamen (tres causas excipe de quibus in hac lege T. eodem) prius testamentum revocari potest. §. 2. Institut. quibus modis testament. solemni ex secundo testamento non fuerit adita hereditas. vide Clar. 3. sentent. §. testamentum, quæst. 94. etiamsi testamentis priori omnis bona sua heredi donaverit testator, quo casu prius testamentum revocaverit. Clarus dicto loco, quæst. 95. etiamsi coram Imperatore prius factum fuerit. l. 29. T. eodem. Quid si clausula derogatoria, vel quod ei respondet juramentum, priori fuerit adjectum? quidam volunt non tantum expresse prius testamentum revocari oportere, sed & subrogandam præterea clausulam derogatoriam, ejusque expressam mentionem faciendam. Argentræus. l. 22. ff. de leg. 3. Bartol. Dynus cap. quod semel placuit de reg. in fin. Clarus ex communi opinione 3. sentent. §. testamentum, quæst. 94. num. 3. nisi forte juxtam ignorantiam clausulæ derogatoriæ priori testamento inserta testator habuerit. vide Papinium 20. Arrestorum 1. §. 4. Capellam 14. observat. 7. potat illa verba, Si specialiter dixerit priorie voluntatis sibi penitus esse, &c. d

aliis quoque omnibus tam contractibus [1], quam testamentis [8] tollimus: ut tali exceptione [9] cessante, & stipulatio [4], & alii contractus, & testatoris voluntas indubitate valeant: exactione videlicet post [5] conditionem, vel diem competente. S. Dat. VIII. Id. Decembr. DN. JUSTINIANO A. P.P. II. Cons. 528.

De forma testandi sine scriptis.

XXVI. Idem A. Menne P. P.

IN testamentis sine [6] scriptis faciendis omnem formalem [7] observationem [8] penitus amputamus, ut postquam septem testes convenerint, latis sit voluntatem testatoris, vel testatricis simul omnibus manifestari [9], significantis, *ad quos substantiam* [suam] *pervenire velit*, vel *quibus legata* [dari,] *vel fideicommissa, vel libertates dispensare*: etiam [10] si non ante hujusmodi dispositionem prædixerit testator, vel testatrix illa formalia [11] verba, *Ideo eosdem testes convenisse* [12], *quod sine scriptis suam voluntatem, vel testamentum componere censuit*. S. D. IV. Id. Decemb. DN. JUSTINIANO A. P.P. II. Cons. 528.

Quibus modo testamenta infirmantur: non decennii lapsu.

XXVII. Idem A. Juliano P. P.

SAncimus, si quis legitimo modo condidit testamentum, & post ejus confectionem decennium [13] profluxerit, siquidem nulla innovatio, vel contraria voluntas [testatoris] apparuerit, hoc esse firmum. Quod enim non mutatur [14], quare stare prohibetur? quemadmodum enim, qui testamentum fecit, & nihil voluit contrarium, *instituta* [15] efficitur? Sin autem in medio [16] tempore contraria testatoris voluntas ostenditur: siquidem perfectissima [17] est secundi testamenti confectio: ipso [18] jure prius tollitur testamentum: sin autem testator tantummodo dixerit, *non voluisse prius stare testamentum*, vel aliis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per testes idoneos, non minus tribus [19], vel inter acta manifestaverit, & decennium fuerit emensum: tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quam ex cursu temporali. Aliter etenim testamenta mortuorum per decennii transcursionem evanescere nullo patimus modo: prioribus [20] constitutionibus quæ super hujusmodi testamentis evacuandis latæ fuerant, penitus antiquandis. Dat. XV. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. Cons. 530.

De uno contextu, & de uno actu intervenisse. 1. De subscriptione.

XXVIII. Idem A. Juliano P. P.

CUm antiquitas testamenta fieri voluerit nullo actu [21] interveniente, & hujusmodi verborum compositio non rite interpretata pene in periculum, & testantium, & testamentorum processerit: sancimus in tempore quo testamentum conditur, vel codicillus nascitur, vel ultima quædam dispositio secundum priorum observationem celebratur (nihil enim ex ea penitus immutandum esse censemus) ea quidem, quæ minime necessaria sunt, nullo procedere modo: quippe causa subtilissima proposita, ea quæ superflua [22] sunt, minime debent intercedere. Si quid autem necessarium [23] evenerit; & ipsum corpus laborantis respiciens contigerit; id est, [24] vel victus necessarii, vel portionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si qui necessarius naturæ usus ad depositionem superflui ponderis immineat, vel testatori, vel testibus: non esse ex hac causa testamentum subvertendum, licet morbus comitialis, (quod & factum esse comperimus) uni ex testibus contigerit, sed eo quod urget, & imminet, repleto, vel deposito, iterum solita per testamenti factionem adimpleri.

†. Et si quidem à testatore aliquid fiat testibus paulisper separatis, *cum coram his favere aliquid naturale testator erubescat*: iterum introductis testibus consequencia factionis testamenti procedere. Si ramen in quendam, vel quosdam testium aliquid tale contingat: si quidem ex brevi [25] temporis intervallo necessitas potest transire: iterum eorundem testium reversum expectari [26], & solennia peragi [sancimus.] Sin autem longiore ipatio refectio fortuiti casus indigear, [&] maxime si salus testatoris periclitantis immineat: tunc illo, vel illis testibus circa quos aliquid tale eveniet, separatis aliis surrogari [27] & ab eo, vel ab eis, tam testatorem, quam alios testes lciscitari, si ea, quæ eorum præsentiam antecedunt, [omnia] coram his processissent. Et si hoc fuerit undique manifestum: jubemus, tunc eos, vel cum una cum aliis testibus ea quæ oportet facere, etsi [28] in medio subscriptiones testium jam fuerant subsecutæ. Sic enim, & naturæ [29] medemur, & mortuorum elogia in suo statu facimus permanere. §. 1. Cum autem constitutione [30], quæ de testamentis ordinandis processit, cavetur, quatenus septem testium præsentia in testamentis requiratur, & subscriptio à testatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & constitutio sic edixit, *Octavo subscriptore adhibito*: & quidam testamentum suum omne [31] manu propria conscripsit, & post ejus litteras testes adhibiti [suas] subscriptiones suppposuerunt, aliaque omnia solemniter in testamento peracta sunt, & testamentum ex hoc dubitabatur, an irritum factum esset: eandem constitutionem corrigentes [32] sancimus, *si quis sua manu totum* [33] *testamentum, vel codicillum conscripserit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod hæc sua manu confecit: sufficiat ei totius testamenti scriptura*, & non [34] alia subscriptio requiratur [neque [35] ab eo,] neque pro eo ab alio: sed sequantur hujusmodi scripturam, & litteræ testium, & omnis quæ expectatur observatio: & sic testamentum validum, & codicillus [36], & quinque [37] testium litteræ testatoris scripturæ coadunentur, in sua firmitate remanent, & nemo callidus machinator hujusmodi iniquitatis in posterum inveniatur. Dat. VI. Kal. April. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Cons. 530.

Ut heredis nomen à testatore scribatur, vel nuncupetur.

XXIX. Idem A. Joanni P.P.

IUbemus, omnino testatorem, si [38] vires habeat ad scribendum, nomen *heredis*, vel *heredum* in sua subscriptione, vel in quacunque parte testamenti ponere: ut sit manifestum, secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam. Sin autem forsitan ex morbi acerbitate, vel litterarum imperitia [39] hoc facere minime potuerit: testibus testamenti præsentibus, nomen, vel nomina heredis, vel heredum ab eo nuncupari, ut omnimodo sciant testes, qui sint scripti heredes: & ita certo heredis nomine successio procedat. Si enim talis est testator, qui neque scribere, neque articulate [40] loqui potest: mortuo [41] similis est, & falsitas in elogiis committitur. Quam, ut exul sit à Repub. nostra, maxime in testamentorum confectione, capiendes, hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus. Quod si non fuerit observatum, & nomen heredis, vel heredum [42], non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce coram testibus nuncupatum: hoc testamentum [sane] minime patimur [43], vel in totum, si tota heredum nomina fuerint prætermissa: vel in ejus heredis institutionem, cujus nomen neque lingua, neque manus testatoris significavit. †. Sed ne aliqua forsitan oblivio testium animis incumbat, pluribus interdum nominibus [heredum] expressis: ipsi testes in suis subscriptionibus (cum testator hæc non scripserit, sed nuncupaverit) eorum nomina subscribere non differant ad [44] æternam rei memoriam. Sin vero ipse testator in qualicunque parte testamenti nomina heredum (sicut dictum est) scripserit: supervacuum est [postea] testes in sua subscriptione hæc exprimere: cum forsitan nec eos scire testator suos heredes voluerit, & semel causa ex ipsius testatoris scriptura appareat. Oportet enim omnimodo, vel ex literis testatoris, vel ex voce quidem testatoris, literis [45] autem testium qui ad elogium conficiendum fuerint convocati, nomina manifestari heredum. Quemadmodum enim in elogio [46] quod sine scriptura conficitur, necesse est testatorem voce exprimere nomen, vel nomina heredum: ita, & in testamentis per scripturam conficiendis, cum ipse testator manu sua scribere heredes, vel noluerit, vel minime potuerit, voce tamen ejus eos manifestari oportet. Quæ in posterum tantummodo observari censemus: ut quæ testamenta post [47] hanc Novellam nostri numinis legem conficiuntur, hæc cum tali observatione procedant. Quid [48] enim antiquitas peccavit, quæ præsentis legis inscia, prithinam secuta est observationem? Scituris, & tabellionibus, & his, qui conficienda testamenta procurant, quod si aliter facere [49] sibi fuerint, pœnam falsitatis [50] non evitabunt, quasi dolose in tam necessaria causa versati. Dat. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

In Authent. ut sponsa larg. §. quia vero. coll. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 9.

ET [50] *non observato eo, subvertitur testamentum, sive per se, sive per alium quis inscribat nomen* heredis.

Si testator testamentum jure factum inciderit, vel signa ruperit.

XXX. Idem A. Joanni P. P.

NOstram provisionem [51], maxime circa ultima elogia defunctorum, nunc [etiam] extendi properamus. Unde cum invenerimus quasdam controversias veteribus juris interpretatoribus exortas, propter testamentum, quod legitimo modo conditum, septemque testium signa habens, postea fortuito casu, vel [per] ipsius testatoris operam lino toto, vel plurima ejus parte incisa, in ambiguitatem incidit: solitum ei præbemus remedium, sancientes, si quidem testator linum [52], vel signacula inciderit, [vel abstulerit,] utpote ejus voluntate [53] mutata [54], testamentum non valere [55]. Sin autem ex alia quacunque causa hoc contigerit: durante testamento scripto [heredes] ad hereditatem vocati, maxime cum nostra constitutio, quam pro tuitione testamentorum promulgamus, testatorem disposuerit, vel sua [56] manu nomen heredis scribere, vel si imperitia litterarum, vel adversa valetudine, seu alio modo hoc facere non possit: testes ipsos audito nomine heredis, sub præsentia ipsius testatoris nomen heredis suis subscriptionibus declarare. Dat. XV. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De rusticis.

XXXI. Idem A. Joanni P. P.

ET ab antiquis legibus, & à diversis retro Principibus [57] semper rusticitati [58] consulrum est, & in multis legum subtilitatibus stricta observatio eis remissa, quod ex ipsis rerum inventis documentis. Cum enim testamentorum ordinatio sub certa definitione legum instituta sit: homines rustici [59], & quibus non est litterarum peritia, quomodo possunt tantam legum subtilitatem custodire in ultimis suis voluntatibus? Idcoque ad Dei humanitatem respicientes, necessitas maximus per hanc legem eorum simplicitati subvenire. Sanctimus itaque, in omnibus [60] quidem civitatibus, & in castris Orbis Romani, ubi & leges nostræ manifestæ sunt, & litteratum viget scientia: omnia quæ in libris nostrorum Digestorum seu Institutionum, & imperialibus sanctionibus, nostrisque dispositionibus in condendis testamentis cauta sunt, observari, nullamque ex præsenti lege fieri innovatio-

---

1 De præposterationibus in contractibus.

2 De præposterationibus in testamento. facit *l. 14. de peculiis legat.*

3 De exceptione præposterationis, vid. *l. 5. T. de hered. aff.*

4 Vitium præposterationis non vitiat stipulationem. *d. §. 13. l. 64. ff. de verb. oblig.*

5 Præpostera est stipulatio quoties stipulantur nobis dari sub eventum conditionis aut *diei. dixi ad l. 64.* Hujusmodi præposterato actum non vitiat, ideoque post conditionem & diem ex ea agi potest, *ut hic.*

6 Sine scriptis quemadmodum testemur. adde *l. 21. §. 2. T. eod.*

7 Formalis observatio hic est cum in testamentis scriptis exigebatur olim. vid. *hanc rem in fin.*

8 Vid. *l. 15. T. eod.*

9 *l. 8. T. qui testam.*

10 XXXV. *Eccl. 2. 20.* absque per nuncupationem. *l. 21. §. 1. T. eod.* id in testamento ejeci locum non habet. *l. 8. T. ut pro.*

11 Formalia verba. sic formale pretium. *l. 63. in fin. ff. ad leg. Falc.* Eadem formalia verba de quibus hic agitur in testamento scripto erant etiam adjungenda, ut adstruit lex 3. *C. de testam.*

12 Puto legendum *convenisse*, eam apud authorem Synops. *55. tit. 1. c. 20.* legitur *pervenisse.*

13 XXXV. *Eccl. 2. c. 21.* olim decennio infirmabatur testamentum. *l. 6. C. Theod. de testam.* hodie non infirmatur, nisi testator aperte declaraverit se in eo non perseverare, *ut hic*: Nuda voluntate infirmatur, *concurrente* decennio. Nuda voluntas non est silentium, sed confusa quovis modo expressa, vel revocatio expressa, minus tamen solennis, quemadmodum legata & fideicommissa revocari possunt, *vid. l. 3. ff. de admod. leg.* Goth. *Vid.* Vasq. *de successionibus. creat. §. 17. num. 75.* Gibert. *l. 1. num. 13.* Ant. Merand. *controv. lib. 3. cap. 45.* & comment. nostra ad edictum perpetuum 12. *Jul. 2011. art. 11. 12. & seq. §. 90.* Aus.

14 Stat, quod non mutatur. firmissim intelligitur quod non prohibetur. *l. 5. l. 7. T. de relig.* 15 Testamento posteriore solenni, prius quasi ad casum istorum redit. 16 Papon. *lib. Arrest. 1. num. 3.* Hottomanum secutus & Arcesium quoddam Gratianopolitanum perst, intermedio etiam decennii tempore, testamentum revocatum minus solenniter, completo decennio omnino revocatum. 17 Hoc est, non nuda. adde §. 7. *Inst. quib. mod. testam. infirm.* 18 Posteriore testamento prius testamentum jure tollitur.

19 Quæ sit tribus tantum præsentibus testibus revocatio minus sit solennis: si tamen tali revocationi decennium accesserit, habebitur pro solenni, tres aliqui testes non sufficiunt, sed tempore etiam decennii antiquatum fuerit testamentum. 20 Et ita abrogatur. *l. 6. C. Th. de Testam.*

21 Nullus actus alienus testamento intermiscendus. *l. 21. in fin. ff. de testam.* alio tempore testes adhiberi non possunt, alio subscriptores. *§. 3. Inst. eod.* 22 Superflua dicuntur quæ minime sunt necessaria. 23 Necessarius actus testamento alienus asseritur, testamenti consequentiam non vitiat, sic Umbro apud Macrob. *1. Saturn. 16.* negat eum pallui, qui servis opus vel ad duos pertinens, sacrorum re causa fecisset, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem respiciens accitasset: unde Scævola consultus quid feriis agi liceret, respondit, quod præterminimum necesset. Quapropter si bos in specum decidisset, eumque pater familias adhibitis operis liberasset: non eit vitius feriis polluisse: nec ille qui trabem tecti fractam fulciendo ob imminenti ruinæ vitavit ruina. Qua ratione Virgilius Georg. 1. necessa licuisse festis diebus ovem non lanæ parcandæ, sed scabiei curandæ gratia, furio martiæ salubri, ubi salubri dixit, avertendi morbi gratia tantummodo, non etiam ob lucrum, purgandæ lanæ causa. 24 Necessarii actus qui. 25 Necessarius actus qui intermittetur, brevis esse debet, non longi spatii. 26 Exspectari possunt testes necessitate aliqua naturali impediti. 27 Testes alii subrogantur in locum testium qui longiore spatio ob actum necessarium detinentur. 28 Quinque ex septem testibus subsignatis, duo necessitatis causa absentes exguntur, alii duo eorum loco subrogantur: etiam ab integro testamentum inchoandum? non est: subrogati inter multas subscriptionibus præcedentium signa sua possunt adjicere. 29 Id est, necessaria impedimenta. 30 *l. 21. conf. quod si litteræ. T. eod.* 31 Testamentum holographum est quod testator omne manu propria conscripsit, *ut hic, & l. ult. ff. de his quæ in test. delent.* Quod elegantes Græci vocant, μυστικὸν διαθήκην, quia secretum testatoris testibus non enunciatur. 32 *Eclog. 2. sequi διάθεσις μυστικὴ*, 4. *Harm. 1. cap. περὶ μυστικῆς διαθήκης. Leo Novell. 69. novis* 2 *μυστικαῖς διαθήκαις & μυστικοῖς διατάγμασι. & διατάξεσι τὰ μυστήρια ἀναδούσαις.* 34 Emendatur *l. 8. l. 21. T. eod.* 33 Testamenti holographi descriptio.

34 Holographi descriptio. Testatoris scriptio testamento non exigitur. In scriptura prima testatoris manu reperiuntur duo requisita. *Basil. adde* 37 *Eclog. 2. cap. 13.* non exigebatur testibus ex Nov. Valentiniani, quæ tamen non obtinuit. 35 In testamento holographo non requiritur subscriptio testatoris aut alterius ejus loco. 36 Codicillus dictus in fragmento ut. *l. 4. T. eod.* 37 Codicillus quinque testibus munitur. 38 Heredis nomen olim manu testatoris scribi potuit. *§. 4. Inst. ad.* manu testatoris, litterarum tamen periti, scribi nec jubetur, ut & *Novell. 66. cap. 1. §. 1.* Hodie per quascunque personas possunt subscribi heredis nomina. *Novell. 119. cap. 9. Authen. quæ.* 39 Heredis nomen ab imperito testatore nuncupari debet. *l. 21. §. qui testam.* 40 Articulate loqui quid sit vide in *l. 7. §. de Senatusc. §. 2.* dicit quædam ad *l. 15. T. eod.* 41 Mortuo similis, qui corpus scribere, neque articulate loqui potest. Talis est mutus & surdus natura, de quo dixi ad *l. 10. T. qui testamenta* Index etiam colligunt, testandam nata institui non possit. De muto dixi ad *l. 18. §. 10. ff. de adq. & amit.*

42 Vide *l. 15. ff. qui testam.*

43 Hoc abrogatum. *d. Novell. 119. cap. 9.*

44 Testamenti scriptura in æternum probat.

45 Id est, scriptura.

46 Testamento.

47 Vide *l. 7. de legibus.*

48 *Novell. 66. 1. & 70. conf. Cujacium.*

49 Testamentum non solenne fabricasse, juris & de jure præfectione colligitur, Malumbem Rittershusium in *l. 5. ff. de l. Jul. repet. & Salt. quæst. Bald. in Speculat. §. ff. de transl. Dot. & Angel. in fin.* Salvianum negat fieri tabellio ab emolumento silentiarios fuisse, panitis posse, ut sit. An idem in quovisalio instrumento non solenniter facto? non idem. Alex. Rimin. ad. *Jul. hoc. Imola in 2. l. quæstio 3. Raf. 7. cons. 144.* Quod non solenne videamentum aliis in omnibus calleat effore fallum vel pro falso habetur? vide apud Mantic. *2. de conjectur. 3.* ubi refert fallsum de quo in, intelligi eum testibus nomen heredis scripsit, quod testator non vovit, sed manu indicavit: quod ut mendacium hic & verum, locum non habere caute in testamento ad pias causas.

---

causas & codicillis, quod legata nata possint relinqui. *cap. cum tibi. 13. 2. de testamentis. l. unic. §. ff. de leg. 3. l. & in epistola 12. §. de fideicomm.* 50 Hoc est, non cogitat hodie testator suæ heredis nomen scribere. 51 Hæc lex est 24. decilis ex 50. novis Justinianeis vid. Inglois. Aus. 52 Testamentum à testatore consulto incisum, cujus signacula abierunt, valet, *ut hic. l. 28. §. 1. ff. de liberal. l. 1. §. 8. ff. mode lib.* 53 Aliud est si casu, vel à malo bus linum corrumpi fit. *l. 1. §. ult. ff. fiumod. test.* 54 Quod ex ipsa cancellatione præsumitur. *Bald.* præsumitur etiam facta in continenti cancellatio. *Bald. hic.* 55 Ut eo casu heredum ab intestato deferatur: hoc enim velle videatur qui testamenti tabulas incidit. *Barbos hic.* Quid, ipsime jure an ope exceptionis testamentum nullitur? ope exceptionis. *l. 11. §. 2. ff. quod test. adde l. 35. §. 3. ff. de testam. milit.* Quid, unicum tantum exemplar testamenti incisum? falsitatem non perit: nisi probetur ex mente testatoris incidisse, ut interdum movetur. *d. l. ult. ff. de his quæ in test. delent.* 56 *leg. 29. T. de dom.* 57 *l. 3. T. de Silen.* quemadmodum rustici scripto & per nuncupationem testari possint. Testamentis quæ rari sunt, diligens observatio remittitur. 59 *Rustici*, Halouand. 60 *Ly. Eclog. cap. ult.*

vationem. †. In illis vero locis [1], in quibus raro inveniuntur homines litterati [2], per præsentem legem rusticanis [3] concedimus antiquam eorum consuetudinem [4] legis vicem obtinere: ita tamen, ut ubi scientes litteras inventi fuerint: septem testes (quos ad testimonium convocari necesse est) adhibeantur, ut unusquisque pro sua persona subscribat. Ubi [5] autem non inveniuntur litterati, septem [6] testes etiam sine scriptura testimonium adhibentes admitti. Sin autem in illo loco minime inventi fuerint septem testes: usque ad quinque [7] modis omnibus testes adhiberi jubemus: minus autem nullo modo concedimus [8]. Si vero unus, aut duo, vel plures fuerint litterati, licet eis pro [9] ignorantibus litteras, præsentibus tamen subscriptionem [10] suam interponere: sic [11] tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem: & maxime quem, vel quos heredes sibi relinquere voluerit: & hoc post mortem testatoris jurati deponant. Quod igitur quisque rusticorum (sicut prædictum est) pro suis rebus disposuerit, hoc omnimodo, legum subtilitate remissa, firmum, validumque consistat. Dat. III. Non. Jul. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. IV. & PAULINO V. C. Conss. 534. * [12].

[1] In agris vel in urbibus. Leg. Nov. tit. 21. Nov. 43. [2] Rusticani scripto testari possunt quinque tantum testibus præsentibus, si plures luberi non poterunt. [3] Idem numerus requiritur contagionis tempore. *l. 1. C. eod.* [4] Ex constitutione Leonis 42. [5] Septem testes sufficere ait. [6] In testamento rusticani nuncupativo septem testes requiruntur. [7] Rusticani scripto testari possunt quinque tantum testibus præsentibus, si plures luberi non poterunt. [8] Idem numerus requiritur contagionis tempore. *l. 1. C. eod.* [9] Ex per scribendi ignaros testamenta confirmari possunt. [10] Subscriptionis necessitas remissa est constitutione Leonis 42. [11] XXXV. *Evleg. 2. cap. ult.* [12] In quibusdam notatur hic deesse Græcam constitutionem.

TIT. XXIV.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS [1], ET QUÆ PERSONÆ HEREDES INSTITUI NON POSSUNT.

Deportati *heredes institui non possunt.*

1. Imp. Titius Ælius Anton. A. Antesliano.

Qui deportantur [2], si heredes scribantur, tanquam peregrini [3] capere non possunt, sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti non fuissent. Sine die, & consule.

Ex Residua *parte instituto, ex asse quandoque heres existit.*

11. Imp. Antoninus A. Cælitio.

Pater tuus, si ex residua parte heres institutus est, quam alter heres scriptus capere [4] non poterat, ipsique ad nullam partem hereditatis per conditionem suam admitti potuit [5] ex asse heres extitit: Nam *residua* commemoratio etiam totum admittit. P. P. XV. Kal. Julii, *Romæ*, Duobus & Aspris Conss. 213.

De errore testatoris in personis heredis.

111. Imp. Alexand. A. Vitali militi.

Cum [6] proponas Alexandrum equitem testamento primo loco Julianum, *ut* [7] *libertum suum* heredem instituisse, eique substituisse his verbis, *Quod si ex aliqua causa primus heres heredi meo minime adire voluerit* [8], *vel* [9] *non potuerit: tunc in* [10] *locum ejus secundum heredem substituo Vitalem:* post mortem autem testatoris Julianum servum communem [11] fuisse defuncti militis, & Zoili fratris ejus apparuerit: an tu ex substitutione admittaris, voluntatis [12] est quæstio. Nam si credens eum proprium, & suum libertum heredem instituit, nec per eum ad alium quemquam hereditatem pertinere voluit, extitit conditio substitutionis: tibique hereditas delata est [13]. Quod si verba substitutionis subscriptæ ad jus retulit, ut si nec per semet ipsum alium feciſſet heredem (potuit [14] enim, quamvis jubente domino, nolle adire) ita demum substitutus vocaretur, si tamen pauperit domino, & adierit, substitutioni locus non est. P. P. VI. Kal. Maji, Maximo II. & ÆlIano Conss. 224.

IV. Imp. Gordianus A. Ulpio.

Si pater tuus eum quasi [15] *filium* [*seorum*] heredem instituit, quem falsa opinione ductus suum esse credebat, non institutus, si alienum [16] nosset, ipse postea subditus esse ostensus est: auferendam [17] ei successionem, Divorum Severi, & Antonini placitis continetur. P. P. Pridie Non. Octob. Pio, & Pontiano Conss. 239.

Si uxor nominetur affinis.

v. Idem A. Cassiano.

Non ideo minus uxor tua jure heres videtur instituta, quod non uxor, sed *affinis* [18] testamento nominata est. P. P. v. Kal. Octob. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

[1] Dixi ad XXVIII. *ff.* v. [2] Deportati institutio habetur pro non scripta. [3] Peregrinus heres institui non potest, *ut hic*, & *l. 6. §. 2. ff. ad l. Jul. de ambit. §. 6. ff. de his qui ut.* *l. 1. §. 2. & §. ff. de reg. Jur. l. 17. §. 1. & 22. §. 2.* adde quæ scripsi *de peregrino ad Ulp. §. §. 8.* Tollatur, uxor & heredes, cives effe oportet. *l. 36. C. Th. de haret. l. 31. §. ff. de test.* Peregrinus quoque inhumanum datum in loco peregrino non potest, quod bona in eo loco sita, *l. 1. de worb. qui direct. §. ad leg. Falc.* per fideicommissum tamen institui potest. vide Theoph. *§. 1. Inst. de fideic. hered.* Addatur & hoc, Peregrinos habere posse qui non cives Romani essent. vide *l. 6. §. 2. ff. ad l.* qui de fideicommissis universi erant. *Ulp. tit. 22. §. 2.* qui apud te agni interdicti. *Ulp. tit. 10. §. 3.* in certum locum deportati & deportatio. *l. Inst. quidam. 17. §. 1. ff. de pen. l. 1. §. in quib. a. ff. de legat. 3.* Atque his quidem omnibus jus redditum a prætore, qui peregrinus iderit, non datur. *l. 2. §. ff. de orig. jur.* Ceterum peregrini in his quæ sequuntur differebant a civibus. Inter hos cives capitedi jus ex testamento civium erat: unde peregrinus nihil ex testamento civis Romani capere poterat, *ut hic.* civium duntaxat testamenta ruta Romæ habebantur, *arg. l. 2. ff. ad l. Falc. Ulp. 22.* inter solos cives justæ nuptiæ. *pr. Instit. de nupt.* conubium. *Ulp. tit. 5. Boët. in Topic. Cic. Senec. de benef. 35.* Jus patriæ potestatis. *pr. Inst. de pat. potest.* Jus patronatus. *l. 10. §. 6. ff. de in jus voc.* solennis per nexum abalienatio. *Cic. in Topic.* præscriptio ante Justinianum tamen, & quidem ex veteri illa sententia ac regula. *Adversus hostem* (is erat peregrinus) *æternam auctoritas esto. Cic. offic.* soli cives militabant. *l. 6. l. 7. ff. qui milit. poss.* verberibus cædi non poterant & in crucem agi. *Act. Apost. 22. vers. 25. Cic. 5. Ver.* honores Romæ gerebant soli cives. *l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor.* suffragia ferebant, toga utebantur. *dixi ad l. 32 ff. de pœn. fin.* ac præterea. *l. Macrob. 6.* Prænominibus etiam carebant peregrini, quæ tum domum, tum in civitatem adsciscebantur, assumebant. *Cic. 13. epist. ad Attic.* unde gentilitia quoque Romanorum nomina peregrinos usurpare vetuit Claudius, & civitatem Romanam usurpantes in

1 Antiqua regula.

2 Heres heredis mei, mihi et heres. *l. 7. in fin. ff. de adq. hered.* vid. *c. 194. ff. de reg. jur.*

3 Secunda fuperioris formulæ interpretatio. Plotium heredem inftituit: nunc adjecit, *Sempronium Plotii heredes eſſe*: ea ratione Sempronius Plotio ſubſtitutus intelligitur.

4 Ex conſequentia verborum ducitur interpretatio. milæ in ſuum nomen mittuntur. *l. ult. ff. quod metus cauſa.*

tit: manifeſtum eſt ſibi Sempronium heredem inſtituiſſe, ut per mediam ipſius teſtatoris perſonam Plotii heres efficiatur. Et hoc argumentamur ex antiqua [1] regula, quæ voluit *heredem* [2] *heredis*, [*teſtatoris*] *eſſe heredem*. Sin autem nihil tale factum eſt, ſupervacuam & inanem hujuſmodi inſtitutionem eſſe: niſi [3] prius heredem Plotio ſibi inſtituto, ſic adjecerit, *Sempronium Plotii heredes eſſe*: tunc etenim exiſtimandum eſt eum dixiſſe, *ſi non Plotius heres ſibi fuerit, tunc Sempronium in totum patrimonii Plotii ex ſubſtitutione vocari*; ita ut ex [4] conſequentia verborum Plotius quidem inſtitutus, Sempronius autem ſubſtitutus inveniatur. Sin autem, neque ipſe teſtator Plotio heres extitit, neque [5] Plotium heredem antea ſcripſit, & ſic Sempronium Plotio heredem eſſe voluit: nullius eſſe momenti talem inſtitutionem, cum non [6] eſt veriſimile, in ſuum nomen [quemquam] erraſſe. Dat. III. Kal. Auguſt. poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

5 Ubi non eſt inſtitutio, ibi nulla eſt ſubſtitutio. 6 Non eſt veriſimile quemquam errare. *T. ed.* veriſimilia quæ non ſunt, non attenduntur, nec admittuntur.

TIT. XXV.

7 Id eſt, de conditionibus inſtitutionis & ſubſtitutioni adjectis. *J. vid. 28. ff. 7.*

8 Vid. Cujac. 17. *obſ. 21.* hujuſmodi conditio mixta eſt: *ſi Anthylli filio nupſerit.*

9 *l. 1. T. de his quæ ſub modo. l. 31. ff. de cond. & demonſt.* Conditio habetur pro impleta, quoties per eum cujus intereſt ſtipleri, ſtatur quominus impleatur. *l. 161. ff. de reg. jur.*

10 Conditio hæc fuit, *ſi Titius ſororis meæ filio nupſerit.*

11 Adde *l. 3. §. 1. ff. de hered. inſt.*

12 Honeſtas conditioni heredi paruerit, ſubſtitutus admittitur.

13 Videtur autem indicere videtur, qui ſub conditione turpium nuptiarum legat aliquid. *l. 63. §. 1. ff. de cond. & demonſt.*

14 Nuptiæ inter conſobrinos permiſſæ, *ut hic. & l. 19. T. de nupt.* Sobrini filius vel neptis. Quæ [7] matre ſcripti eſt heres ſub hac conditione, ſi conſobrino nupſerit, omnino conditionem implere debet. (Non enim turpes hi nuptiæ ſunt) niſi forte per ipſum ſteterit, quominus fiat. *Synopſ. Baſil. 35. tit. 12. c. 30.*

15 Vide *l. 2. in fin. T. eod.*

16 Conditio hæc fuit, *Liberos meos heredes inſtituo, ſi pater eos emancipaverit, vel cum filii erunt per emancipationem, vel in tempus emancipationis. T. ult. T. de dion. quæ ſub modo. l. 70. ff. de cond. & demonſt. Paul. 4. ſent. 1. §. 12.*

17 Emancipationis conditio locum habet patre deportato, vel mortuo, *ut hic, & l. 44. ff. de jure dot.* & è contra, Conditio emancipationis per mortem patris locum habet, filio à patre emancipato. *l. 11. §. 11. ff. de leg. 3. l. 15. ff. quando dies legat. Paul. 4. ſent. 1. §. 12.* Conditioni ſatisfit per æquipollens, adde *l. 22. verſus. Breſſadus. ff. ad Trebell.* Mortis patris qui emancipant. vide *l. 29. §. 3. ff. de lib. & poſth.* 18 Filius inſtitui non poteſt ſub alia conditione quam poteſtativa. *l. 4. ff. de hered. inſt. l. 83. ff. de cond. & demonſt. l. 20. §. 4. verſ. exiſtimo. ff. de bon. libert.* Igitur filius non poteſt heres inſtitui ſub conditione caſuali vel mixta, niſi ſub contraria exheredetur: alioquin teſtamentum eſt nullum. *ut hic.* adde *l. 1. ff. de injuſto. l. Lucius 83. in verbo, nullius eſt momenti. ff. de cond. & demonſt.* Verum hanc legem hodie corrigi, ut talis conditio rejiciatur ad legitimam uſque filii & valeat teſtamentum, Gloſſa & Bart. hic notant. *argum. l. quotiens 32. leg. ſeptimæ 36. §. cum autem. T. de inoffic. teſt. Gloſſ. in l. ſunt 4. in verbo conſtat. ff. de hered. inſt.* & hanc ſententiam Bartolus ait eſſe communem, ut & Alexander Jacobinus de S. Georgio ter ita judicatam fuiſſe refert. Idem tenet Riga. *in rub. ff. de vulgari, Benedict. in cap. Raynutius. vers. in verbo, reliquit. num. 25. x. de teſtam.* Bernardus de Lucca *reg. 727.* Rodericus Suarez in Repetit. *d. l. quotiens in priorione 32.* Montalvus in Gloſſa *l. 9. tit. 4. part. 6.* Contrarium tenet Decius *hic* & Carrafius *in rub. C. de impub.* Sed tamen Dorenius *reg. 368.* refert Gloſſæ & Bartoli opinionem communiorem eſſe. 19 De inſtitutione his verbis facta, *ſi in patrimonium regreſſa fuerit. ut. ff. de reg. 3. l. 15. ff. quando dies legat. Paul. 4. ſent. 1. §. 12.* Conditioni ſatisfit per æquipollens, adde *l. 22. verſus. Breſſadus. ff. ad Trebell.* Mortis patris qui emancipant. vide *l. 29. §. 3. ff. de lib. & poſth.* 18 Filius inſtitui non poteſt ſub alia conditione quam poteſtativa. *l. 4. ff. de hered. inſt. l. 83. ff. de cond. & demonſt. l. 20. §. 4. verſ. exiſtimo. ff. de bon. libert.* Igitur filius non poteſt heres inſtitui ſub conditione caſuali vel mixta, niſi ſub contraria exheredetur: alioquin teſtamentum eſt nullum. *ut hic.* adde *l. 1. ff. de injuſto. l. Lucius 83. in verbo, nullius eſt momenti. ff. de cond. & demonſt.* Verum hanc legem hodie corrigi, ut talis conditio rejiciatur ad legitimam uſque filii & valeat teſtamentum, Gloſſa & Bart. hic notant. *argum. l. quotiens 32. leg. ſeptimæ 36. §. cum autem. T. de inoffic. teſt. Gloſſ. in l. ſunt 4. in verbo conſtat. ff. de hered. inſt.* & hanc ſententiam Bartolus ait eſſe communem, ut & Alexander Jacobinus de S. Georgio ter ita judicatam fuiſſe refert. Idem tenet Riga. *in rub. ff. de vulgari, Benedict. in cap. Raynutius. vers. in verbo, reliquit. num. 25. x. de teſtam.* Bernardus de Lucca *reg. 727.* Rodericus Suarez in Repetit. *d. l. quotiens in priorione 32.* Montalvus in Gloſſa *l. 9. tit. 4. part. 6.* Contrarium tenet Decius *hic* & Carrafius *in rub. C. de impub.* Sed tamen Dorenius *reg. 368.* refert Gloſſæ & Bartoli opinionem communiorem eſſe. 19 De inſtitutione his verbis facta, *ſi in patrimonium regreſſa fuerit.* 20 Nam & hoc ubique potuit, *ſi in hunc locum redierit, tuberes eſſe.* 21 Poteſtativa conditio, voluntaria: Caſualis extra voluntatem poſita, pendet ex eventu, vel fortuna. Mixta, quæ partim ex voluntate, partim ex caſu. *l. ult. ff. de manumiſſ. l. ult. §. 2. T. de caduc.* 22 Qui facit, gravius peccat quam qui jubet. 23 De conditione, *Si à marito diverterit.* Conditio divortii, à lege remittitur, *ut hic, & l. 8. in fin. ff. de uſu & habit.* repugnat enim utilitati publicæ. *l. 2. §. 44. ff. ad Trebell. Nov. 117. c. 10.* ei contraria eſt, Si à marito non diverterit. vid. *l. 2. T. de cond. inſtit.* 24 Lucro pecuniario concordia maritalis præfertur. 25 Et honeſtatem. *l. 26. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt.* 26 Præceptum teſtatoris contra bonos mores non obligat. 27 Id eſt, matrimonium. 28 Honeſte. 29 Qui parat turpi conditioni, non propterea perdit teſtibus. 30 Sempronius filius mihi heres eſto, quod ſi inteſtatus, vel ſine liberis, vel ſi ſine nuptiis deceſſerit, ſubſtitutus ei ſit Titius: Sempronius nuptias contraxit, liberos ſuſtulit, teſtamentum etiam fecit, liberis ſubſtitutus, etſine locus ſubſtitutioni? locus non eſt Titii ſubſtitutioni: omnes enim conditiones defecerunt. Quid ſi tantum nuptias Sempronius contraxit? non eſt etiam locus ſubſtitutioni: quia disjunctiva particula *vel*, inter conditiones negativas poſita, reſolvitur in conjunctivam *Et*, idque favore liberorum. Ideoque hujuſmodi ſubſtitutioni locus non erit, niſi omnes conditiones defecerint. *Faber. l. 83. ff. de her. inſt. l. 4. T. de verbor. ſignif.*

31 Incluſa ſuperſunt.

rum, vel reſtitutioni. Si enim nihil ex his fuerit ſubſecutum tunc valere conditionem, & res ſecundum verba teſtamenti reſtitui, ut incertus ſucceſſionis morientis exitus videatur certo ſubſtitutionis, vel reſtitutionis fine concludi. Cui enim ferendus eſt intellectus, ſi fortaſſan teſtamentum quidem non fecerit, poſteritatem autem habuerit: propter hujuſmodi voluntatem anguſtias liberos ejus omni pene fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obſtruentes, ut ne quis alius deviet, hujuſmodi facimus ſanctionem: & hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam parribus quam liberis gratam: quo exemplo etiam aliis perſonis, licet extraneæ [32] ſint, de quibus hujuſmodi aliquid ſcriptum fuerit, medemur. †. Cum autem invenimus exceſſi ingenii Papinianum in hujuſmodi caſu, in quo pater filiis ſuis ſubſtituit, [nulla] liberorum ex his procreandorum [adjectione] habita optimo intellectu diſpoſuiſſe, evaneſcere [33] ſubſtitutionem, ſi is qui ſubſtitutione prægravatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit, intelligentem non [34] eſſe veriſimile, patrem, ſi de nepotibus cogitaverit, talem feciſſe ſubſtitutionem: humanitatis intuitu hoc, & latius & pinguius interpretandum eſſe credidimus, [ut] & ſi quis naturales [35] filios habeat, & partem eis reliquerit: vel dederit uſque ad modum quem nos ſtatuimus, & ſubſtitutioni eos ſubjugaverit, nulla liberorum eorum mentione facta, & hic intelligi evaneſcere ſubſtitutionem, liberis eam excludentibus, & intellectu optimo his, qui ad ſubſtitutionem vocantur, obſiſtente, & non concedente ad eos eam partem venire: ſed [36] ad filios, vel filias, nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes morientis tranſmittente, & non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi fine juſta [37] ſobole deceſſerint: ut [38] quod inter juſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. †. Quæ omnia & in legatis [39], & fideicommiſſis ſpecialibus locum habere ſancimus. Dat. XI. Kal. Auguſti, *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

32 Hæc conſtitutio extenſa eſt, ad extraneos.

33 Subſtitutio evaneſcit, ſi is qui ſubſtitutione prægravatus eſt, liberos ſuſtulit. *l. 39. T. de ſtatu homin. l. 85. in fin. ff. de hered. inſt.*

34 Qui extraneos patrem præſtare, ejus quoque liberis præſtare intelligitur.

35 Cujus Titius naturali filio Sempronium ſubſtituit: Titius liberos legitimos ſuſcepit? non eſt locus ſubſtitutioni. Ergo in ſubſtitutione facta naturalibus liberis poſt eorum mortem tacita intelligitur conditio, ſi deceſſerint ſine legitimis liberis. *ut hic. l. 43. ff. de vulgari.* ut ea caſu mutata ſcriptum quaſi dictum videatur. *l. 101. ff. de cond. & demonſt.*

36 Liberi patris fideicommiſſo gravati, excludunt ſubſtitutum.

37 Et ita naturales tantum liberi non excludunt ſubſtitutum. Quid & legitimi? excludunt. vid. *Novell. Patricium apud Papon. 20. Arreſt. 3. §. 3.* nec enim differt a legitimis. *Nov. 31. c. 3.* adde *l. 77. §. 13. ff. de leg. 2. l. 17. §. 4. ff. ad Treb.*

38 Jus conditionum in liberis jubo matrimonio procreatis, interdum ad naturales tantum extendi potest.

39 Hæc conſtitutio in legatis & fideicommiſſis etiam locum habet.

40 *l. 31. ff. quando dies leg.*

41 Sufficit conditionem cauſalem, vel mixtam impleram fuiſſe vivo teſtatore, ſi non impleta non duraverit. *l. 91. in fin. ff. de cond. & demonſt.*

42 *l. 1. 91. l. 18. ff. de manum. teſt.*

43 Subſtitutæ judicia teſtantium non ſunt defraudanda.

44 Hæc clauſula conditionem facit, ſi conditiones poſitæ exprimatur & adjiciantur. *Gorh. Conciliat. locus leg. cum l. quotiens. §. ſecundum hoc ff. de hered. inſtit. vid. apud Kirchner. reſponſ. 26. num. 9.* Adde Everhard. *conſil. 203. num. 8. Conſil. Gand. Pap. l. 1. Arr.*

45 Etiamſi deſcriptæ adjectio conditionis teſtamento inſeratur, teſtamentum non vitiatur. *l. 77. in fin. ff. de legat. 2.* Sufficientia omiſſa in teſtamento non inſtituta. *l. 9. §. 1. ff. de hered. inſt.* 47 *Ita l. 1. 77. in fin.* 48 Nihil intereſt inſtitutioni immediate conditio adjiciatur in quavis parte teſtamenti poſta inferiore: ita ut conditio in fine teſtamenti adjecta reſpiciat inſtitutionem primæ conditionalem, ac ſi ab initio fuiſſet appoſita. 49 Dixi ad *l. 12. T. de inoff. teſt. §. 2. Inſt. de SC. Tertull. l. 7. in fin. ff. unde liberi. l. 26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 21. T. comm. de ſucceſſ. l. 72. ff. de cond. & demonſt.* Inde etiam colligitur, Præſumi ſanam mentem in venem mori. vid. *Alciat. 2. præſumpt. 43.* 50 Voluntatis quæſtio. 51 Titium. §. 2. *de SC. Tertull.* Inſtantiam legitimam portionem, *l. 28. T. de inoff. teſt.* incrim. *l. ult. T. comm. de ſucceſſ.* 52 Uxorem ex una parte inſtitui, ventrem ex altera, & ſi poſthumus natus non ſit Titium in ejus partem ſubſtitui. Naſcitur poſthumus, idem moritur impubes vivæ matre: mater ei ſuccedit non ſubſtitutus: & ita Titius tacite non intelligitur poſthumo impuberi ſubſtitutus. Vulgari quidem ſubſtitutioni tacite ineſt propilaris: ſed effectum non habet adverſa matrem, ſi ſit cohæres ipſi adjecta filio, *ut hic*, ſive non ſit. *l. 8. T. ut. præmiſſ.* adde *Cujac. 11. obſ. 27.*

DE INSTITUTIONIBUS [7] ET SUBSTITUTIONIBUS, ET RESTITUTIONIBUS SUB CONDITIONE FACTIS.

De conditione nuptiarum.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Alexandro.

CUm avum maternum ea conditione filiam tuam heredem inſtituiſſe proponas, *ſi* [8] *Anthylli filio nupſiſſet*, non prius eam heredem exiſtere, quam conditioni paruerit, aut Anthylli filio recuſante [9], matrimonium impeditum fuerit, manifeſtum eſt. P.P. Kal. Octob. ANULINO, & FRONTONE CONSS. 200.

11. Imp. ANTONINUS A. Caſſiæ.

COnditioni [10] ſub qua teſtamento matris tuæ [11] heres inſtituta es, ſi non paruiſti: locum habet ſubſtitutio. Nec enim videri poteſt ſub ſpecie turpium [12] nuptiarum viduitatem [13] tibi indixiſſe, cum te *filio* [14] *ſororis ſuæ conſobrino tuo* probabili conſilio *matrimonio jungere* voluerit. Nec extraordinario auxilio indiges: cum ex his [precibus,] quas libello complexa es, declaretur, non [15] per eum ſtetiſſe, quominus ſupremæ voluntati matris tuæ teſtatricis ſatisfieret. P.P. VIII. Id. Mart. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De conditione emancipationis.

III. Idem A. Maxentio & aliis.

SI mater vos ſub conditione [16] *emancipationis* heredes inſtituit, & prius quam voluntati defunctæ pareretur, ſententiam [depportationis [17]] pater meruit, vel aliter defunctus eſt: morte ejus, vel alio modo patria poteſtate liberati jus adeundæ hereditatis cum ſua cauſa quæſitis. S. Prid. Kal. Maji, SABINO & ANULINO CONSS. 217.

De filiofamilias, inſtitutæ à patre ſub conditione caſuali, *vel* poteſtativa.

IV. Imp. ALEXANDER A. Æmiliano.

SI patet filium, quem in poteſtate habebat, ſub conditione, *qua* [18] *in ipſius poteſtate non erat*, heredem ſcripſit; nec in defectum ejus exheredavit, jure teſtatus non videtur. †. Cum autem trans mare & longe te agentem ſub hac conditione heredem ſcriptum eſſe dicas, *ſi* [19] *in patriam, quæ in provincia Mauritania erat, regreſſus fuiſſet*; nec exheredatum te alleges, ſi [20] in eum locum non rediſſes: manifeſtum eſt multis caſibus non voluntatis [21], ſed fortuitis evenire potuiſſe, ut eam implere non poſſes: & ideo adire hereditatem non prohiberis. P. P. Kal. April. JULIANO II, & CRISPINO CONSS. 225.

De conditione divortii.

V. Impp. VALER. & GALLIEN. Maximo.

REprehendenda tu magis [22] es, quam mater tua: Illa enim ſi heredem te ſibi eſſe vellet, id, quod eſt inutile, *matrimonium te diremere* [23] *cum viro*, non juberet: tu porro voluntatem ejus divortio comprobaſti. Oportuerat autem, etſi conditio hujuſmodi admitteretur, præferre [24] lucro concordiam [25] maritalem. Enimvero cum boni [26] mores hæc obſervari vetent: ſine ullo damno conjunctionem [27] retinere potuiſti. Redi [28] igitur ad maritum ſciens hereditatem matris, etiamſi redieris, retenturam [29]: quippe quam retineres, licet prorſus ab eo non receſſiſſes. P.P. XII. Kal. Decemb. VALERIANO IV. & GALLIENO III. AA. CONSS. 258.

De conditione disjuncta. *De tacita conditione*, ſi ſine liberis deceſſerit.

Græca conſtitutio Juſtiniani.

VI. Idem A. ad Senatum.

GEneraliter ſancimus, ſi quis ita verba ſua compoſuerit, ut dicat, *Si filius, vel filia inteſtatus* [30], *vel inteſtata, vel ſine liberis* [aut ſine teſtamento [31],] *vel ſine nuptiis deceſſerit*, & ipſe, vel ipſa liberos ſuſtulerit, ſive nuptias contraxerit, ſive teſtamentum fecerit, firmiter res poſſideri, & non eſſe locum ſubſtitutioni eorum, vel reſtitutioni. Si enim nihil ex his fuerit ſubſecutum tunc valere conditionem, & res ſecundum verba teſtamenti reſtitui, ut incertus ſucceſſionis morientis exitus videatur certo ſubſtitutionis, vel reſtitutionis fine concludi. Cui enim ferendus eſt intellectus, ſi fortaſſan teſtamentum quidem non fecerit, poſteritatem autem habuerit: propter hujuſmodi voluntatem anguſtias liberos ejus omni pene fructu paterno defraudari? Viam itaque impiam obſtruentes, ut ne quis alius deviet, hujuſmodi facimus ſanctionem: & hanc legem in perpetuum valituram inducimus, tam parribus quam liberis gratam: quo exemplo etiam aliis perſonis, licet extraneæ [32] ſint, de quibus hujuſmodi aliquid ſcriptum fuerit, medemur. †. Cum autem invenimus exceſſi ingenii Papinianum in hujuſmodi caſu, in quo pater filiis ſuis ſubſtituit, [nulla] liberorum ex his procreandorum [adjectione] habita optimo intellectu diſpoſuiſſe, evaneſcere [33] ſubſtitutionem, ſi is qui ſubſtitutione prægravatus eſt, pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit, intelligentem non [34] eſſe veriſimile, patrem, ſi de nepotibus cogitaverit, talem feciſſe ſubſtitutionem: humanitatis intuitu hoc, & latius & pinguius interpretandum eſſe credidimus, [ut] & ſi quis naturales [35] filios habeat, & partem eis reliquerit: vel dederit uſque ad modum quem nos ſtatuimus, & ſubſtitutioni eos ſubjugaverit, nulla liberorum eorum mentione facta, & hic intelligi evaneſcere ſubſtitutionem, liberis eam excludentibus, & intellectu optimo his, qui ad ſubſtitutionem vocantur, obſiſtente, & non concedente ad eos eam partem venire: ſed [36] ad filios, vel filias, nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes morientis tranſmittente, & non aliter ſubſtitutione locum accipiente, niſi ipſi liberi fine juſta [37] ſobole deceſſerint: ut [38] quod inter juſtos liberos ſancitum eſt, hoc & in naturales filios extendatur. †. Quæ omnia & in legatis [39], & fideicommiſſis ſpecialibus locum habere ſancimus. Dat. XI. Kal. Auguſti, *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De conditione vivo teſtatore, vel poſt mortem ejus impleta.

VII. Idem A. Joanni P. P.

SI quis heredem ſcripſerit ſub tali conditione, *ſi ille Conſul factus fuerit, vel Prætor* [40]: vel ita filiam ſuam inſtituerit heredem, *ſi nupta fuerit*: vivo [41] autem teſtatore vel ille Conſul proceſſerit, vel Prætor fuerit factus, vel filia ejus nupta fuerit, vel adhuc vivo teſtatore Conſulatum quidem, vel Prætaram ille depoſuerit, filia autem ejus [à marito] diverterit, omni vetetum dubitatione explofa, ſancimus, quandocunque impleta fuerit conditio, ſive [42] vivo eo, ſive mortis tempore, ſive poſt mortem; conditionem videri eſſe completam. Quod & in legatis, & fideicommiſſis & libertatibus obtinendum eſſe cenſemus, ne, dum nimia utimur circa hujuſmodi ſenſus ſubtilitate [43], judicia teſtantium defraudentur. Dat. IX. Kal. Auguſt. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPAD. & ORESTIS VV. CC. 531.

De inſtitutione, ſecundum conditiones infra ſcriptas.

VIII. Idem A. Joanni P.P.

SI teſtamentum ita ſcriptum inveniatur, *ille heres eſto ſecundum* [44] *conditiones* [45] *infra ſcriptas*, ſi quidem nihil eſt adjectum, neque aliqua conditio in teſtamento poſita eſt: ſupervacuam [46] eſſe conditionum pollicitationem ſancimus, & teſtamentum puram habere inſtituitionem. Et argumento utimur, quod Papinianus reſpondit [47]: *Vocos Reipublicæ reliquos, qui proprios ſuos inhabeant, non aco ex fideicommiſſo minus deberi, quod teſtator ſines eorum, & certamina formam, quod celebrari ſingulis annis voluit, alia ſcriptura ſe declaraturum promiſit, ac poſtea mortis præventus non fecit.* Sin autem conditiones quaſdam in quavis parte teſtamenti poſuit: tunc videri ab initio conditionalem eſſe inſtitutionem, & ſic omnia completi tanquam ſi [48] teſtator ipſas inſtituiones eiſdem conditionibus copulaſſet, quæ infra conſcriptæ ſunt. Dat. VI. Kal. Auguſt. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

An in vulgari ſubſtitutione contineatur tacita pupillaris.

IX. Idem A. Joanni P.P.

CUm quidam prægnantem habens conjugem, ſcripſit heredem ipſam quidem ſuam uxorem ex parte, ventrem vero ex alia parte, & adjecit, *ſi non poſthumus natus fuerit aliumve ſibi heredem eſſe*: poſthumus autem natus impubes [49] deceſſit: dubitabatur, quid juris ſit, tam Ulpiano, quam Papiniano viris diſertiſſimis voluntatis [50] eſſe quæſtionem ſcribentibus: cum opinabatur Papinianus eundem teſtatorem voluiſſe poſthumo nato, & impubere defuncto, matrem magis ad ejus venire ſucceſſionem, quam ſubſtitutum. Si enim ſuæ ſubſtantiæ panem uxori detexiſſet: multo magis, & luctuoſam [51] hereditatem ad matrem venire curavit. Nos itaque in hac ſpecie Papinianum dubitationem reſecantes, ſubſtitutionem quidem in hujuſmodi [52] caſu, ubi poſthumus natus adhuc impubes viva matre deceſſerit, reſpuendam eſſe cenſemus. Tunc autem tantummodo ſubſtitutionem admittimus, cum poſthumus minime editus fuerit, vel poſt ejus partum mater prior deceſſerit. Dat. III. Kal. Auguſt. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS, VV. CC. 531.

TIT. XXVI.

DE IMPUBERUM [53] ET ALIIS [54] SUBSTITUTIONIBUS.

De partibus inſtitutionis tacitis repetitis in ſubſtitutione.

1. Impp. M. ÆLIUS & ANTONINUS AA. Secundo.

CUm [55] heredes ex diſparibus partibus inſtituti, & invicem ſubſtituti ſunt, nec in ſubſtitutionem facta eſt ullarum par-

infirmant. 46 Imo non eſt ſupervenus eum ita inſtitutus habeatur pro non inſtituto. *l. 9. §. 1. ff. de hered. inſt.* 47 *Ita l. 1. 77. in fin.* 48 Nihil intereſt inſtitutioni immediate conditio adjiciatur in quavis parte teſtamenti poſta inferiore: ita ut conditio in fine teſtamenti adjecta reſpiciat inſtitutionem primæ conditionalem, ac ſi ab initio fuiſſet appoſita. 49 Dixi ad *l. 12. T. de inoff. teſt. §. 2. Inſt. de SC. Tertull. l. 7. in fin. ff. unde liberi. l. 26. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 21. T. comm. de ſucceſſ. l. 72. ff. de cond. & demonſt.* Inde etiam colligitur, Præſumi ſanam mentem in venem mori. vid. *Alciat. 2. præſumpt. 43.* 50 Voluntatis quæſtio. 51 Titium. §. 2. *de SC. Tertull.* Inſtantiam legitimam portionem, *l. 28. T. de inoff. teſt.* incrim. *l. ult. T. comm. de ſucceſſ.* 52 Uxorem ex una parte inſtitui, ventrem ex altera, & ſi poſthumus natus non ſit Titium in ejus partem ſubſtitui. Naſcitur poſthumus, idem moritur impubes viva matre: mater ei ſuccedit non ſubſtitutus: & ita Titius tacite non intelligitur poſthumo impuberi ſubſtitutus. Vulgari quidem ſubſtitutioni tacite ineſt propilaris: ſed effectum non habet adverſa matrem, ſi ſit cohæres ipſi adjecta filio, *ut hic*, ſive non ſit. *l. 8. T. ut. præmiſſ.* adde *Cujac. 11. obſ. 27.*

53 Impuberes ſubſtitutio, quæ pupillaris, de qua etiam dixi ad *l. 28. T. de inoff. teſt.* 54 Hæc ſubſtitutio eſt vulgaris, de qua etiam dixi ad *l. 8. T. de vulgari.*

Inſt. 25. 55 Heredes ex diverſis partibus inſtitui & invicem eos ſubſtitui, ne partes expreſſi? Ad ſubſtitutionem ita vocantur, ſicut in inſtitutione vocati ſunt, *ut hic.* Sic in ſubſtitutione partes repetitæ tacite intelliguntur quæ expreſſæ in inſtitutione commemoratæ ſunt, *ut hic. Synopſ. Baſil. 35. tit. 13. cap. 23.*

partiam mentio: verum est, non [1] aliàs partes testatorem substitutioni tacitè inseruisse, quam quæ manifestè [in] institutione expressæ sint. Dat. Claro II. & Severo Conss. 171.

De substitutione reciproca.

11. Impp. Severus, & A[illegible]inus AA. Frontiniæ.

Hereditatem quidem defuncti intestati filii delatam tibi, dubitari non oportet: substitutio enim testamento patris facta, ad pubertatis tempora porrigi non potest: quia ipso, & aliis non [2] ejusdem conditionis heredibus institutis, & invicem substitutis, propter eorum personam, quibus in unum casum duntaxat substitui potest, etiam in filio idem debere servari, & ratio suadet, & Divus Marcus pater [3] constituit. P. P. VI. Kal. August. Cilone, & Libone Conss. 205.

De vulgari.

III. Imp. Alexander A. Achillæ.

Heres institutus matris testamento, si successionem ex testamento omiserit, & ab intestato bonorum possessionis jus habere voluisti: substituto [4] locum quin feceris, in dubium non venit. Proinde, si substitutus hereditatem amplexus est, actionibus quæ [tibi] adversus matrem competebant, ipsum convenire, non successionem ab intestato potes vindicare. P. P. XI. Kal. Septemb. Maximo II. & Ælliano Conss. 224.

An vulgaris expressa contineat tacitam pupillarem.

IV. Idem A. Firmiano.

Quamvis placuerit, substitutionem impuberi, qui in potestate testatoris fuerit, à parente factam ita, *si heres non erit* [5], porrigi [6] ad eum casum, quo posteaquam heres extitit, impubes decessit, si modo non contrariam [7] defuncti voluntatem extitisse probetur: cum tamen proponas ita substitutionem factam [8] esse, *Si miles Firmianus filius, & Aelia uxor mea (quod [9] absit) heredes non erunt, in locum eorum Publium Firmianum heres esto*: manifestum est, in eum casum factam substitutionem, quo utrique [10] heredum substitui potuit. P. P. IV. Kal. Jul. Fusco II. & Dextro Conss. 226.

Quomodo substitutio expiret.

V. Impp. Diocletianus & Maxim. AA. Hadrianæ.

Post aditam [11] hereditatem directæ substitutiones non [12] impuberibus filiis factæ, expirare solent. P. P. X. Kal. Jun. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De jure accrescendi.

VI. Iidem AA. & CC. Quintiano.

Testamento [jure] facto, multis [13] institutis heredibus, & invicem substitutis: adeuntibus suam portionem, etiam invitis [14] coheredum repudiantium accrescit [15] portio. Sine die & consule.

Per substitutionem pupillarem succeditur pupillo ex testamento, & venientes ab intestato repelluntur. Alex.

VII. Iidem AA. & CC. Feliciano.

Si testamento [jure] facto intra pupillarem ætatem & in sua potestate constitutæ filiæ [16], *si intra pubertatem decesserit*, directis verbis patet substituit: heredem te factum eo testamento [17] post eventum conditionis, intestati successionem exclusisse constat. V. S. Kal. Januar. *Sirmi*, AA. Conss.

Si miles filio heredi instituto substituerit.

VIII. Iidem AA. & CC. Patronæ.

Recibus tuis manifestius exprimere debueras, maritus quondam tuus miles [18] defunctus, quem testamento facto heredem communem filium vestrum instituisse proponis, & secundum heredem scripsisse: utrumne in primum casum, an [in] secundum filio suo, quem habuit in potestate mortis tempore, si intra decimum quartum suæ ætatis annum, aut postea [19] decesserit, substituerit. Nam non est incerti juris, quod si quidem in patris militis positus potestate: primo tantum casu habuit substitutum, & patri heres extitit: eo defuncto ad te omnimodo [ejus] pertineat successio. Si vero substitutio in secundum [20] casum, vel expressa, vel compendio [21], non usque ad certam ætatem facta reperiatur: si quidem intra pubertatem decesserit, eos habeat heredes, quos pater ei constituit, & adierint hereditatem. Si vero post [22] pubertatem [23], [tunc] ejus te successionem obtinente, veluti ex causa [24] fideicommissi, bona, quæ cum moreretur, patris ejus fuerint, à te peti possunt. S. V. Id. April. AA. Conss. 293.

De substitutione facta monte capto.

IX. [25] Imp. Justinian. A. Mennæ P. P.

Humanitatis [26] intuitu parentibus [27] indulgemus, ut si filium, nepotem, vel pronepotem cujuscunque sexus habeant, nec alia proles descendentium eis sit, iste tamen filius vel filia, nepos, vel neptis, pronepos vel proneptis mente [28] captus, vel mente capta perpetuo sit: vel si duo vel plures isti fuerint, nullus vero eorum sapiat, liceat [29] isdem parentibus legitima [30] portione ei, vel eis relicta, quos voluerint his substituere: ut occasione hujusmodi substitutionis ad [31] exemplum [32] pupillaris, querela [33] nulla contra testamentum eorum oriatur: ita tamen, ut si postea [respuerit [34], vel] respuerint, talis substitutio cesset. Vel si filia, aut alii descendentes ex hujusmodi mente capta persona sapientes sint: non liceat parenti, qui, vel quæ [35] testatur, alios, quam ex eo descendentes, unum vel certos, vel omnes substituere. †. Sin vero etiam liberi testatori, vel testatrici sint sapientes, ex his vero personis, quæ mente captæ sunt, nullus descendat, ad fratres eorum unum, vel certos, vel omnes eandem fieri substitutionem oportet. Dat. III. Idib. Decemb. *Constantinop.* DN. Justiniano A. P. P. II. Cons. 528.

De substitutione facta duobus impuberibus filiis.

X. Idem A. Joanni P. P.

Cum quidam duobus [36] impuberibus filiis suis heredibus institutis adjecit, *si uterque impubes decesserit, illum filio heredem esse*? dubitabatur apud antiquos legum auctores, utrumne tunc voluerit substitutum admitti, cum uterque filius ejus in prima ætate decesserit: an alterutro decedente, illico substitutum in ejus partem succedere. [Et] placuit Sabino, substitutionem tunc locum habere, cum [37] uterque decesserit: cogitasse enim patrem primo [filio] decedente, fratrem suum in ejus portionem succedere. Nos ejusdem Sabini veriorem sententiam existimantes [38] non aliter substitutionem admittendam esse censemus, nisi uterque eorum [in] prima ætate decesserit. Dat. VI. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

Interpretatio verborum, quisquis mihi heres erit, & Titius filio meo heres esto: & verborum: Titius una cum filiis suis, & Sempronius heredes mihi sunto.

XI. Idem A. Joanni P. P.

Si quis duobus heredibus institutis filio suo impuberi eos una cum alio tertio substituerit, & verba testamenti ita composuerit: *Quisquis mihi heres erit, & Titium filium meum heres esto*, secundum quod apud Ulpianum invenimus, mortuo impubere filio, quærebatur, quomodo ad substitutionem vocentur tres substituti: utrumne duo priores, qui & patri heredes fuerant scripti, in dimidiam vocentur, tertius in reliquam dimidiam? an tres substituti, unusquisque ex triente, ad substitutionem vocentur? Alia applicata dubitatione, si quis heredem ita scripserit, *Titium unà* [39] *cum filiis* [suis] *& Sempronio heredes mihi sunto*: & in præsenti [enim] specie quærebatur secundum Ulpianum voluntas testantis utrumne Titium una cum filiis suis in dimidiam vocet, & Sempronium in aliam dimidiam: an omnes [in] virilem [40] portionem? Nobis autem in prima quidem specie videtur tres substitutos, unumquemque in trientem [41] vocari: in secunda autem specie, cum & natura pater [42] & filius eadem esse persona pene intelligantur, dimidiam quidem partem [Titio] cum filiis suis, alteram autem partem Sempronio adsignari. Dat. VII. Kal. August. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

---

cum adjectione nominis distributivi, quilibet vocatur in virilem, ac si essent singulariter nominati. *Bart.* 40 Instituto patre una cum liberis suis, *ut hic*, vel simul cum liberis, una cum parente liberi vocantur seu admittuntur. *vers. in secunda. J. eod.* Quid si ita? *Filium & liberos ejus instituo*? liberi ordine successionis (quem charitatis ordinem interpreta vocant) admittuntur. *l. 5. C. de institut. l. 69. §. 3. l. 77. §. 32. ff. de legat. 2.* Quid si ita? *filium meum & heredes ejus instituo*? ordinata successio hoc casu facta seu imperata intelligitur: quia virum filius heredem non habet, ut hinc constet in formula superiore filii instituti heredes, una cum ipso filio non admitti. *Bart. in l. Gallus. 29. §. quidam scribit 1. ff. de liberis.* Quid si ita instituo: *Nepotem meum & patrem ejus instituo*? Ordo necessitatis hic astringitur, non scripturæ: hoc est, Nepoti meo prætuliste patrem ejus videor, filium non videor nepoti meo postposuisse *argum. l. 31. ff. de hered. instit.* Quid si ita rem alicujus emi: *mihi, filio, & nepoti*? cum heredes mei erunt, pactus intelligor: nam qui filio pacificitur, ei ut heredi, non ut socio pacisci videtur. *l. si tibi 17. §. 4. ff. de pact.* 41 Adde *l. 17. §. 3. ff. de hered. instit.* Imo in familiam. *l. 9. ff. de vulg.* 42 Pater & filius eadem pene persona. adde *l. 22. J. de agricol. & censit.*

TIT. XXVII.

DE NECESSARIIS 43 [SERVIS] HEREDIBUS INSTITUENDIS, VEL SUBSTITUENDIS.

Si servus relinquatur sub appellatione libertorum.

I. Imp. Antonius Ausidio & aliis.

Cum servi constituti, sub [44] appellatione *libertorum* heredes scripti esseris, ea scriptura benigna interpretatione perinde habenda est, ac si liberi, & heredes instituti fuisseris. †. Quod in legato locum non habet [45]. Accepta VII. Kal. Mart. Prisco & Apollinare Conss. 170.

De instituendo in fraudem creditorum: de servo pignorato.

II. Imp. Pertinax A. Lucretio.

Is, qui solvendo non est, heredem necessarium etiam in fraudem creditorum relinquere potest [46]. Sed si pignori [47] datus fuisti, & in eadem causa permansisti: ne ab eo quidem debitore, qui solvendo non fuit, liber & heres necessarius existere potuisti. P. P. XI. Kal. April. Falcone, & Claro Conss. 194.

De ancilla pupilli heredi à tutore instituta.

III. Impp. Diocletianus & Maxim. AA. & CC. Felici.

Si tutor [48] ancillam tuam contubernio suo conjunxit, ac post heredem eam instituit: neque dominium ex hujusmodi facto tibi auferri potuit [49] & ut ejus aditione jussu tuo tibi per hanc successio quæratur [jure] concessum habes facultatem. S. XVI. Kal. Januar. *Sirmi*, AA. Conss. 293.

Si servus in primo gradu manumissus substituatur pupillo.

IV. Imp. Justinian. A. Juliano P. P.

Cum quidam suum pupillum heredem instituit, & servo directis verbis libertatem reliquit, & in secundo gradu, in quo pupillarem substitutionem faciebat, ipsum servum sine libertate pupillo suo substituit: *Quærebatur* inter prudentes, si [50] ex hujusmodi substitutione heres necessarius pupillo existeret? Causa enim altercationis ex veteri [51] regula orta est, qua omnibus placuerat hunc servum necessarium heredem domino fieri, cui in eodem [52] gradu & hereditas & libertas relinquebatur. In præsenti autem non in unum tam libertas, quam substitutio congregata est, sed in alium [53], & alium gradum. Nobis itaque eandem altercationem [54] decidentibus [55] mirabile visum est, si quis patet ex hujusmodi scrupulositate impedire testatoris voluntatem, maxime domini, & existimet non fieri servum heredem necessarium, sed ei licentiam præstet, & libertatem consequi, & hereditatem respuere, & domini voluntati reclamare. Qui ab

---

tatem consequi & pupillo necessarius heres existere. 53 Id est, jurgationem. Est enim altercatio jurgatio Festo. 54 Hæc est 26. decisio Justinianea. vid. Inglois. Anz.

---

43 Et servis. *Hahand.* 44 *l. 7. ff. de testam. mil. l. 5. C. de test.* 45 Nisi in mil. *l. 7. C. de test. mil. Hier. 78. c. 4.* Cur autem legatum servo proprio relictum sub appellatione liberti non valet, institutio valet, *ut hic, & l. 5. §. 2. J. eod.* causa hanc esse potest, quod hereditates plerique honore tribuuntur, *l. 5. §. 6. ff. de leg. præst. adde l. pen. J. eod.* 46 Imo non potuit. *l. 31. ff. de pig. §. 6. Inst. de action.* 47 Valet libertas data vivo fœnore in fraudem creditorum, creditoribus non obligato specialiter, *ut hic. l. 83. ff. eod.* 48 Tutor non potest ancillam pupillarem necessarium heredem instituere: seu, Tutor non potest tollari de bonis pupilli, facit *l. 7. §. 3. ff. pro emptore. l. 56. §. 4. ff. de furtis.* 49 Id est, an hæc Julianodi. *ut l. 19. ff. de pact.* 50 Varia regula. 51 Servus necessarius est cui in eodem gradu & hereditas & libertas relicta est. 52 Servus potest ab instituto liberari. Est enim alter-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

2 Omnis testator adfectat heredem ex testamento.

2 Servus eo ipso quod heres à domino scribitur, liber censetur: licet expressa libertas data non sit, *ut hic.* Quid si scriptum à se heredem servum, incontinenti alii legaverit testator? inutiliter legat, neque hereditatem servo relictam aufert. Quid igitur servo fiet? & liber & heres efficietur, *ut in pr. hujus leg.* Quid si dominus heredem servum scripsit, & codicillis libertatem ei reliquit? Libertatis adjectio codicillis ita facta nihil ei adjicit, cum ipsa institutione, ante tacite libertatem adepcus fuerit. §. 1. *eadem.* Quid si neque heredem scripsit in testamento, neque libertatem ei codicillis reliquit, sed vel legatum vel fideicommissum ei taetum reliquit? tacite cum legato libertas servo data non intelligitur. §. 2. *Synopsis Basil. 35. tit. 23. cap. 39.* Quid? num saltem legatum ab heredibus testatoris servo praestandum erit? praestabitur. *d. §. 2. ita, non tamen ita simp.*

3 Haec *l. 5. jun. l. 6. Cod. h. t. & l. fin. Cod. de emendat. libert.* Faciunt 27. decis. ex 30. novis Justinian. vid. Ingolis. Asea.

4 Parendum testatoris voluntati. *l. 9. §. de fideicomm. libert. circa §. 1. Inst. qui teſt. manumitt. liber. poſſunt. l. 30. in fin. l. 32. in fin. ff. de teſt. tut.*

5 Ipsa tutelae datione servi consequuntur libertatem puta, si à domino dati ejus liberis tutores fuerint. *d. §. 2. l. 32. in fin.*

6 *§. 2. Inſt. quibus modum. non licet: pr. Inſt. de hered. inſt.* adde *Ulpian. 22. §. 11.*

8 Et ita abrogatur *Ulpian 22. §. 7. §. 12.*

9 Nemo ingenio supino esse praesumitur. Ut natura nihil frustra facit, ita homines subtili & sani, qui naturam quasi ducem sequuntur, nihil unquam frustra facere existimandi sunt.

10 De servo cui hereditas in testamento, libertas in codicillis relicta est: hinc colligunt, Utiliter datum ex lauriti confirmatione non infirmat.

11 Codicillis hereditas dari non potest directo: obliquè potest. vide *l. 2. C. de codic. l. 14. C. de testamentis.*

12 Hereditate servis relicta, quasi injuncta libertas eis videtur: nec enim heredes esse possunt, nisi & liberi sint. 13 Vid. *l. 2. in fin. C. eod.* militem excipe. *l. 40. §. 1. ff. de teſtam. milit. l. 7. in fin. C. de teſtam. milit.* 14 Heres servo defuncti legatum, vel fideicommissum jure non debet, quia sine libertate nihil ei legari potest. *l. 76. in fin. ff. hered. inſt.* impius est tamen nisi praestet: Interdum aliquid praestandum ex urbanitate, quod non debetur obligationis necessitate. *Bald.* consentaneus in hujusmodi rebus servis nostris. *l. 17.* bona habent proprias. *l. 4. ff. de manum.* dant enim dominis suis munus (Seneca 7. *de benef. Nunquid dubium eſt quin servus cum peculio damni ſit: dat tamen domino ſuo munus. adde l. 107. in fin. ff. de leg. 1.* adde quae dixi ad *Ulp. 5. §. 5.*) quasi dotem dat quoque. *l. 39. ff. de jure dotium.* 15 Institui impuberem filium meum, servum meum legati, eundem servum filio meo sine libertate substituo? Qui ita substitutus est, non est legatarii, liber est: ut eo loco habeatur, ac si impuberi morienti substitutus esset: ut liber sit sub conditione. Impubere in eo statu moriente, servus ita substitutus fit liber & heres. Quid si heres post pubertatem moriatur? substitutio deficit: sistque legatarii servus ille, *ut hic. Synopſ. Basil. 10. tit. 35. cap. 40.* 16 Sit & haec hypothesis, *Titius Pamphilum do, lego: Si filium impubes moriatur, Pamphilum ei ſubſtituo.* vid. *l. 28. ff. de hered. inſtit. l. 18. in fin. ff. de vulg.* pendente conditione Pamphilus legatarii est. 17 Putesi servus legatus impuberi substituti. 18 Conditio expectanda. 19 Alii legunt, *ſtatim liber*, alii *non ſtatim liber*: dividm tamen *ſtatim liber* legas, nihil interest. 20 Decisiones quinquaginta Justinianeae inter Codici additas hoc verbo vel simili deprehendimus. 21 Conditio potestativa. 22 Conditio casualis. 23 Casualis conditio fortunae insidiis obnoxia. 24 Haec lex faquitur de hereditate quae solvendo est. vide *Cujac. 7. obſerv. whim.* 25 Servo praetertur fideicommissus. vide *Cujac. ad hunc. Eben in l. 3. in verbis, ſi ſervum. ff. de hered. inſtit.* legit hic, *inſtituatur.* adde *l. 27. in fin. C. de inoff.*

Qui si hoc facere tentaverit, etiam puniendus est. Sit itaque, & vivo pupillo liber, quia testator hoc voluit, & mortuo pupillo necessarius heres, quia 1, & hoc voluit testator. Dat. xv. Kalend. Decemb. *Conſtantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De servo teſtatoris.

v. Idem A. Joanni P. P.

QUidam cum testamentum conderet, duobus heredibus scriptis, unum quidem ex parte instituit, servum 2 autem suum, cujus & nomen addidit, ex reliqua parte sine libertate scripsit heredem, & postea eundem servum alii legavit, vel post institutionem heredis servum per legatum alii adsignavit, & tunc heredem cum sine libertate instituit: *Dubitabatur*, si hujusmodi legatum, vel institutio aliquas vires posset habere, & cui acquiratur legatum, vel institutio? Dubitationis autem materia erat, quod adhuc servum suum constitutum heredem sine libertate scripserat: & tanta inter veteres exorta est contentio, ut vix possibile sit videti eandem decidere. Sed antiquitatem quidem haec altercantem relinquendo, nobis alius modus hujus decisionis 3 inventus est: quia semper vestigia 4 voluntatis sequimur testatorum. Cum igitur invenimus nostro jure hoc esse inductum, ut 5 si quis servum suum tutorem filiis suis reliquerit sine libertate, ex ipsa 6 tutelae datione praesumatur, etiam libertatem ei favore pupillorum imposuisse: quare non hoc etiam in hereditate & humanius, & favore libertatis inducimus, ut si 7 qui servum suum scripsit heredem sine 8 libertate, omnino civis Romanus efficiatur: quo inducto neque acquisitio, neque tam effusus veterum atque inextricabilis tractatus locum habeat? Neque enim ferendum est supponere quosdam esse ita supinos 9, ut eundem servum & heredem instituant sine libertate, & iterum alii per legatum eundem servum adfignent. §. 1. Sed cum veteres, & aliam proposuerunt ambiguitatem, dicentes, si quis servum suum in testamento quidem heredem ex parte sine libertate scripserit, in 10 codicillis autem libertatem ei reliquerit: si possit institutio valere, & ille tam heres, quam liber fieri, ne videatur per codicillos hereditas confirmari, in 11 quibus [hereditas] dari secundum veteres regulas non potest. Nos [itaque] in tali dispositione, licet in codicillis fuerit scripta, & libertatem [&] hereditatem simul servis per nostram liberalitatem & benignam interpretationem indulgemus, ut gratulentur, cum non servi remaneant, sed & liberi & heredes efficiantur: cum tanta in eos nostri numinis benevolentia effusa est, ut [&] si libertas eis neque testamento neque codicillis data sit: tamen hereditate 12 servis relicta, quasi injunctam esse libertatem videri [possit.]

§. 2. Illo videlicet observando, ut si legatum 13, vel fideicommissum eis sine libertate relinquatur, maneant in servitute: non tamen ita impii 14 heredes existant, ut liberalitatem testatoris, & serviles labores debita remuneratione defraudare cogantur, & non derelictum, licet adhuc servis constitutis, donentur, & non derelictum, licet adhuc servis constitutis, donentur, & non derelictum, licet adhuc servis constitutis, donentur. §. 3. Quae juris nostri definitio etiam ad aliam speciem dubitatam benigne extendatur. Si 15 quis etenim testamento principali servum suum cuidam legaverit 16, in 17 pupillari autem substitutione eundem servum filio suo sine libertate substituerit: *Quaerebatur*, sive utilis esset talis substitutio, & per servum legatum substitutio post mortem pupilli legatario acquiratur: sive inutilis esset hujusmodi substitutio, quia sine libertate in servum proprium facta est? Melius itaque nobis videtur legatario eum non statim acquiri sancire, sed expectandum 18 esse substitutionis eventum, & si quidem pupillo mortuo, locus fuerit substitutioni, & liber & heres efficiatur: sin autem substitutio minime locum habuerit, fortitan pupillo jam in pubertatem perveniente: tunc ad legatarii dominium transeat. Quemadmodum etenim veteres, si cum libertate substitutio fuisset, hoc inducebant, quatenus in suspenso fiat libertas, & statuliber 19 intelligatur: ita & ex nostra interpretatione, & sine adjectione libertatis in substitutione, & liber, & heres pupillo existat. Dat. 11. Kal. Maji, *Conſtantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De servo pure inſtituto à domino, cui relinquitur libertas ſub conditione.

VI. Idem A. Joanni P. P.

DEcisione 20 nostra, quam fecimus, sancientes eum, qui à domino suo sine libertate heres instituitur, videri libertatem accepisse, in propria firmitate durante: si quis servum suum pure quidem heredem instituerit, libertatem autem sub conditione ei donaverit: siquidem conditio talis sit, quae in *pendente* 21 servi posita est, ille autem eam neglexerit, minimeque compleverit: & libertate eum, & hereditate sua culpa defraudari. †. Sin autem *caſualis* 22 conditio est, & ex fortunae 23 indisidiis defecerit, tunc humanitatis intuitu libertatem quidem ei omnimodo competere: hereditatem autem, siquidem solvendo 24 sit, ad alios venire, quos leges vocant, si non aliquis fuisset substitutus 25. †. Sin autem solvendo non sit: ut necessarius heres institutus, simul libertatem & hereditatem obtineat. Tunc enim secundum definitionem tam veteris, quam nostrae decisionis, & liber, & heres necessarius existat. Dat. 11. Kal. August. *Conſtantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. XXVIII.

DE LIBERIS PRAETERITIS, VEL EXHEREDATIS 26.

De exheredatione poſt omnes heredum gradus.

I. Imp. ANTONINUS A. Faviano.

CUm post 27 omnes heredum gradus exheredatio scribitur, si adjiciat testator *ab omnibus* 28 *ſe gradibus exheredare*: non dubitatur juri satisfactum [esse.] Et ideo etiamsi [id] non adjiciatur, appareat tamen eum id eo consilio scripsisse, ut ab omnibus exheredaret, recte factum testamentum videtur. Proinde cum paterfamilias filiis institutis & invicem substitutis, filium exheredaverit, intelligendus 29 est, exheredationem ab utroque gradu feciſſe. Nam cum iidem heredes instituti sunt, nulla ratio reddi potest, quare videatur in posteriore tantum casu exheredare voluisse. P.P. VI. Kal. Jun. CHILONE & LEONE CONSS. 205.

De nepote praetorio.

II. Imp. ALEXAND. A. Heraclidae.

SI avus tuus, qui patrem tuum & novercam aequis portionibus heredes instituit, cum te 30 quoque haberet in potestate, testamento nominatim non exheredavit: mortuo patre tuo vivo avo, sine impedimento legis Velleiae succedendo in patris tui locum rupisti avi testamentum, & ad te hereditas ejus tota pertinuit. P.P. VI. Id. April. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De verbis, Ille filius meus alienus meae ſubſtantiae fiat.

III. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P. P.

SI quis filium proprium ita exheredaverit, *Ille filius meus alienus* 31 *meae ſubſtantiae* 32 *fiat*, talis filius ex hujusmodi verborum conceptione non praeteritus, sed exheredatus intelligitur. Cum enim manifestissimus est sensus 33 testatoris: verborum interpretatio nusquam tantum valeat, ut melior sensu existat. Dat. x. Kal. Martii, *Conſtantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De differentia inter mares & foeminas ſubiata.

IV. Idem A. Joanni P. P.

[MAximum] vitium antiquae subtilitatis praesenti lege cottigimus 34, quae putavit alia 35 esse jura observanda in successione parentum, si ex testamento veniant, in masculis, & [alia] in foeminis, cum ab intestato simile [jus] utrique sexui servavetint. Et aliis 36 verbis exheredari filium debere sanxerunt, & aliis filiam: & inter nepotes exheredandos alia jura civilia, alia praetoria introduxerunt: & si praeteritus fuerat filius, vel ipso jure testamentum evertebat, vel contra tabulas bonorum possessionem in totum accipiebat: filia autem praeterita 37 jus accrescendi ex jure vetere accipiebat, ut eodem momento, & testamentum patris quodammodo ex parte jure accrescendi everteret, & ipsa quasi scripta legatis supponeretur: ex praetore autem habebat contra tabulas bonorum possessionem in totum. †. Constitutio autem Magni Antonini eam in tantum coarctabat, in quantum jus accrescendi competebat. Qui enim tales differentias inducunt, quasi naturae 38 accusatores existunt 39, cur non totos 40 masculos generavit, ut unde generentur non fiant 41. Nam hoc corrigentes, majorum nostrorum sequimur vestigia, qui eandem observationem colere manifestissime visi sunt. Scimus etenim antea 42 simili modo, & filium [& filiam,] & [alios] omnes inter exheredatos 43 exheredatos scribere esse concessum. [Tum etiam] centumviri 44 aliam differentiam introduxerunt: & ex hac iniquitate vitium emersit, quale ex libris Ulpiani, quos ad edictum praetoris fecit, inventum à Triboniano viro gloriosissimo nostro quaestore caeterisque viris facundissimis compositoribus juris enucleati ad nostras aures relatum est. Nam cum ultimum 45 adjutorium de inofficioso querela positum esset, & nemo ex alio ortus praesidio ad hanc decurrere posset: inventa fuerat filia praeterita minus habens, quam filia exheredata. Cum enim per 46 contra tabulas bonorum possessionem, vel jus accrescendi semissem substantiae filia praeterita accipiebat, & omnibus legata praestare compellebatur 47, scilicet usque ad dodrantem fuae portionis, remanebat ei sescuncia [tantummodo] in sua successione. Quod si fuisset exheredata, quarta pars omnimodo totius substantiae ei relinqui debebat: & quam injuria dignam pater existimabat, amplius habebat: ea quam taciturnitate in institutione praeteriit, & si secundum nostrae constitutionis 48 definitionem quam de supplemento 49 quadrantis disposuimus, repletio fuerat introducta: simili modo exheredatae in quartam partem repletio accedebat, & ita vitium permansit, ut nec ex nostra constitutione emendationem aliquam sentiret. †. Sancimus itaque quemadmodum in successionibus parentum, quae ab intestato 50 deferuntur, aequa lance & mares & foeminae vocantur, ita 51 & in scriptura testamentorum eas honorari, & similibus 52 verbis exheredationes nominatim procedere, & contra 53 tabulas bonorum possessionem talem habere, qualem filius, vel suus, vel emancipatus haberet: ut, & ipsa si fuerit praterita 54, ad instar filii emancipati, vel sui, vel testamentum ipso jure evertat, vel per contra tabulas bonorum possessionem stare hoc non patiatur. Et haec non solum in filiabus obtinere, sed etiam in nepotibus 55, & nepetibus & deinceps observari censemus, si tamen ex masculis progeniti sunt. †. Sed quia & aliud vitium fuerat sub obtentu differentiae introductum, & alia 56 jura exheredationis in posthumis, alia in jam natis observabantur: cum necesse fuerat posthumam inter 57 ceteros exheredatam etiam legato bono-

1 Dig. ad XXVIII. D. tit. Cujacius in Rom. (idem docet ab initio. *l. 3. §. 3. ff. eod.* vel in fine. *d. l. 3. §. 4. Bart.* hic, potius, refertur ad omnia antecedentia, si nulla ratione ad unum magis pertineat quam ad aliud.

28 Exheredatio debet fieri ab omni gradu.

29 Qui filios instituit & invicem substituit, unum filiorum exheredat, ab institutione & substitutione eum exheredasse intelligitur.

30 Nepotem filicet. Nepos praeteritus adgnatione rumpit testamentum avi. *l. 13. ff. de injuſto. §. 1. Inſtit. de author. §9.* aliud si post mortem avi. *l. 9. §. 2. ff. de libet. de poſth. l. 34. ff. de legat.*

31 Formulam exheredationis observa. addiscere de illo, *filium meum exheredo. l. 2. §. de lib. & poſtum. Filium exheredo ſi, exheredo eum. l. 17. Cod. tit.* Te exheredavi, *quoniam te exheredem eſſe hoc codice. l. 6. ff. de heredib. inſtit. Titium filium meum exheredo. vide. conſt. nominatim, Inſtit. de exhered. liber.*

32 Dubitandi ratio cuilibet in hac voce videtur: *ſubſtantia* enim appellationis videtur poenitia figulcari, non hereditas. *l. unic. §. ff. ad Trebell.*

33 Sensi reperta verba negligentur. Interpretatio nos fit ad literam, sed ad finem qui verba praevalet. hinc adde *l. 15. ff. de teſtam.* melius est sensum quam verba amplecti. *l. 20. §. in fin. ff. de reg. l. 3. §. 9. in fin. ff. de adimendis.*

34 §. *1. Inſt. de exheredat. liber. Novell. 115. cap. 3.* hoc innuit, Haloander & Faustus aequaliter ab instituto exheredari oportere. *Goth.* Pro intellectu hujus l. vid. Barbat. *conſ. 4. conſ. Et. minor. 9.*

Asea.

35 Olim alia jura foeminarum fuerant & masculorum in successionibus testamentariis & ab intestato. vide *Inſt. §. de legitimis liberis.*

36 Olim verba aliis exheredabantur filii, aliis filiae.

37 Olim masculi praeteriti testamentum rumpebant: foeminae non rumpebant, sed ita dabatur jus accrescendi. *vet. Cons. inter J. ad.*

38 Naturam accusare non licet. *l. 14. §. de legitimis heredib.*

39 Atqui jure divino videntur foeminae masculis deteriores. *Mosaic. 25.*

40 Id est, *omnes.*

41 Non fiat.

42 Forte lex XII. *tab. §. 3. Inſt. de exhered. lib.* 43 Inter ceteros liberi testatoris exheredati hodie non possunt. vide *in fin. J. eod.* 44 De centumviris & centumviralibus judiciis dixi ad *l. 13. ff. de inoffic.* 45 Querela inofficios, ultimum adjutorium. §. 2. *Inſt. de inoff.*

46 *Ut J. eod. verſ. filia autem.* 47 *l. 6. §. pen. ff. ſi quis auctore conſule.* 48 *l. 30. C. de inoffic.* 49 De supplemento legitimae alias dixi. 50 Firmiane ab intestato cum masculis aequaliter succedunt. 51 Argumentum à successione legitima intestati ad testamentariam. 52 Non hoc ait, Testatorem cogi totidem unciis foeminis relinquere, quot masculis: sufficit si animo habuerit foeminas exheredare, iisdem verbis ac exheredandis quibus & masculos.

53 Quae masculis defuncti bonorum possessio, eadem foeminis etiam datur. 54 Quae competit masculis a patre praeteritis competunt, eadem & foeminis competunt. 55 Haec conditio exheredandorum filiorum & nepotum, ut & pronepotes exheredentur, extenditur ad nepetes, neptes & deinceps ex masculis progenitos. 56 Exheredandae filiae aliter posthumae, aliter filiae jam natae. Posthumae inter ceteros exheredatae legati titulo aliquid relinqui oportebat: jam natae aliquid relinqui necesse non erat. Hodie ut jam natae, natisve in potestate exheredari debent, hoc est, similibus verbis nominatim, non inter ceteros.

57 Inter ceteros exheredatur posthumus cujus mentio non fit, contra non exheredatos ceteros, cujus posthumi nominatim fit mentio: *ut ceteris exheredatis*, posthumus exheredatus esto: sentiri qui alius non censetur exheredatus, nisi *poſthumi* appellatione specialiter designatus sit, quamquam novo jure posthumus exheredari non possit, *ut J. dicitur.* cum exheredati liberi non possint, nisi ingrati: vitium autem ingrati in posthumum non cadit.

honorari, filiam autem jam progenitam etiam sine datione legati: & hoc brevissimo incremento verborum ad plenissimam definitionem deduximus, sancientes eadem jura obtinere, & in posthumis [1] exheredandis [2] sive masculini, sive fœmini sexus sint, quæ in filiis, & filiabus jam statuimus: ut etiam ipsi, vel ipsæ nominatim exheredentur, id est, posthumi, vel posthumæ facta mentione. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

[1] Quæ remedia liberis masculis & fœminis competunt contra tabulas parentum, eadem competunt posthumis.

[2] Hodie posthumi exheredari non possunt. *Auth. non licet. J. ord. Nov. 115. c. 3. l. 33. §. 1. ff. de inoff.*

In Authent. ut cum de app. cog. §. aliud quoque capitulum. cum sequentibus §§. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 3.

NOn licet parenti aliquem ex liberis exheredare, vel præterire, nisi is probetur ingratus, & ingratitudinis causas nominatim inseras testamento. Causæ vero ingratitudinis novæ constitutione expressæ sunt quatuordecim.

[3] Testamentum in quo liberi injuste vel exheredati, vel præteriti sunt, non rescindit irritum, sed efficit ut omnia non irritum sint, quod ad inscriptos, non quod ad ingratos. An & quod ad fideicommissa attinet? *mox dicitur.*

In Authent. ut cum de appell. cog. §. aliud & sequenti. & §. sive igitur. & §. hæc autem. in fin. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 3.

EX causa [1] exheredationis, vel præteritionis irritum est testamentum, quantum ad inscriptiones: cætera [2] namque firma permanent.

[4] Fideicommissum universale etiam deberi, hoc est, restitui debere ex testamento, in quo filius fuerit injuste exheredatus, vel præteritus, hinc colligitur. Nam cæterorum appellatione fideicommissi continentur. *L. ita tamen 27. §. quatuor 6. ff. ad Treb. Nov. 115. c. 3.* unde Auth. desumpta, ut si mutio non legatorum tantum, sed & fideicommissorum. Cum itaque generatim loquitur lex illa, generaliter intelligenda est: ut ne quis putet verbum *fideicommissi* antecendum ulle ad finalem fideicommissum: nam ut paulo ante dictum est, lex in genere loquitur, ut merito in genere legum eam interpretari debeas. Deinde effectu nihil adjiceretur: cum fideicommissa singularia exequi sint legatis. *L. 1. ff. de leg. 1.* facit quoque ad hanc sententiam similis casus. *L. si fervum 28. §. 2. ff. si quis omissa causa: Gaii, in l. 1. tam quam 14. J. de fideic.* Ad hæc universale fideicommissum fatebitur esse singulare. Idem quoque probat Bart. in *l. peculium 65. in fin. ff. de leg. 2.* licet Angelus in contrarium sentiat. vid. Capell. Tholosan. *decis. 474.* Quid si in hujusmodi testamento præteritionis causa rupta, clausula codicillaris adjecta est? Idem quod in fideicommisso universali diximus, obtinere vult Bart. *l. 1. ff. de jure codic.* Sed & puto esse recurrendum ab intellecta veniendibus, & hac formula uti, *si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, ut voluerat in l. ex testamento 29. J. de fideic. Idem tenet Angel. Imol. de codicill. Bart. & Bald. hic, & in l. 2. ff. de leg. 3. Fabr hic, Salic. Castr. cons. 60. Rom. 127.* Quod si testamentum nullum non est ob præteritionem filii jam nati, sed posthumi? Bart. *in dict. loc.* in distinguit: classulam codicillarem vim & effectum fideicommissi fortiri, si de posthumo intelligi cogitaverit: secus si nihil cogitaverit. *arg. l. pen. ff. de jur. codicill. l. veteri jure 8. ff. de test. mil. l. si mutum 8. J. de exhered. lib.* Verum Dynus, Jacobus, Bald. Paulus, Ludovicus verba testamenti inficiendo existimant: ut si testator dixerit simpliciter tempore instanti, *si non valet testamentum, nunc ex testamento agnatione posthumi*: nihil quidquam præibet superior clausula. *arg. l. si 27. ff. de aur. l. cum filiæmilium 125. ff. de verb. obl.* secus si ita dixerit in futuro, *si non valet aut valuit, jure testamenti valeat, jure codicillorum*, & hanc communem esse opinionem ex ipso Bartolo, Angelo, Salicetto, Imola, Raphaele, Fulgosio, Castrensi, refert Capella Tholosanus *dec. 455.*

[1] Hac usus parte tituli 11. D. 28111.

[2] Adgnatione posthumi præteriti rumpitur testamentum. *l. 1. J. eod.* quæstio nunc illa decernit. *l. 2. 13. J. eod. vid. l. 2. C. de inst. posth. contrariorum.*

[3] Ex nudo testamento nihil olim debebatur, neque peti poterat, ut hic, puta hereditas. *l. 17. in fin. ff. de legib. fideicommissum l. 81. ff. de l. 2.* vel legatum. huius ex causa præteritionis irritum facile testimonio, sive institutio non pereunte, exercitia firma permanent. *Nov. 115. c. 3. Auth. ex causa C. de inoff. test.* & consequens fideicommissa.

[4] Vid. *Ferrarienses in formu. libelli pro petitione hereditatis ex testamento 58. in verbo, si etiam, num. 11. 12. 13. & seq.*

[5] Abortivi adfectione non rumpitur testamentum, *ut hic & l. 3. J. eod.* & merito. Abortivus enim vel abortus vocatur partum effusus non videat. *Paul. d. sent. 9. §. 6. adde l. 129. ff. de verb. sign.* Hinc fit etiam, ut aperta facto in posthumo missio fuerit. *l. 1. §. 27. ff. de ventre in poss. mit.* Non idem est in eo qui ex fluxu ventre materia, si tamen aliquando vixerit, natus est. *l. 6. ex decem mensibus proximos mortis meæ nascentur, heredes sunto: jungium ff. de verb. sign.* His adde quæ scripsi ad *Novell. 39. c. 2.* vid. *Renatum Chopinum 3. de privilegiis rustic. 8. num. 5.*

[6] Agit hic de posthumis præteritis, quos tantum rumpere ait testamentum. Sed & exheredatos rumpere, ex *l. 2. C. de inoff. test.* & *l. 1. §. 1. ff. ad Treb.* ut singulare valeat, multo magis valere debet universale. Idem quoque probat Bart. in *l. peculium 65. in fin. ff. de leg. 2.* licet Angelus in contrarium sentiat. vid. Capell. Tholosan. *decis. 474.* Quid si in hujusmodi testamento præteritionis causa rupta, clausula codicillaris adjecta est? Idem quod in fideicommisso universali diximus, obtinere vult Bart. *l. 1. ff. de jure codic.* Sed & puto esse recurrendum ab intellecta veniendibus, & hac formula uti, *si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum, ut voluerat in l. ex testamento 29. J. de fideic. Idem tenet Angel. Imol. de codicill. Bart. & Bald. hic, & in l. 2. ff. de leg. 3. Fabr hic, Salic. Castr. cons. 60. Rom. 127.* Quod si testamentum nullum non est ob præteritionem filii jam nati, sed posthumi? Bart. *in dict. loc.* in distinguit: classulam codicillarem vim & effectum fideicommissi fortiri, si de posthumo intelligi cogitaverit: secus si nihil cogitaverit. *arg. l. pen. ff. de jur. codicill. l. veteri jure 8. ff. de test. mil. l. si mutum 8. J. de exhered. lib.* Verum Dynus, Jacobus, Bald. Paulus, Ludovicus verba testamenti inficiendo existimant: ut si testator dixerit simpliciter tempore instanti, *si non valet testamentum, nunc ex testamento agnatione posthumi*: nihil quidquam præibet superior clausula. *arg. l. si 27. ff. de aur. l. cum filiæmilium 125. ff. de verb. obl.* secus si ita dixerit in futuro, *si non valet aut valuit, jure testamenti valeat, jure codicillorum*, & hanc communem esse opinionem ex ipso Bartolo, Angelo, Salicetto, Imola, Raphaele, Fulgosio, Castrensi, refert Capella Tholosanus *dec. 455.*

[1] Exheredatio filii, vel præteritio irritum facit testamentum, quantum ad inscriptiones. *Auth. ex causa C. de inoff. test. Nov. 115. c. 3.* Quæ exheredationis causæ sint, vide *Nov. 115. c. 3. l. 33.* Præteritio quando irritum faciat testamentum. *l. 1. §. 1. ff. de inoff. test.*

[2] Cæterum præteritio filii non rumpit testamentum, si ipse ante testatorem decesserit. *l. 1. §. 1. ff. de his qui ante tabulas.* Quid si filius ante testatorem civiliter mortuus fuerit? *l. 1. §. 2. ff. de his qui ante tabulas.* Quid si filius præteritus ante testatorem decesserit, nepotes ex eo relicti testamentum rumpunt? *l. 2. §. 1. ff. de his qui ante tabulas.* Quid si filius præteritus ante testatorem decesserit, nepotes ex eo relicti testamentum rumpunt? *l. 2. §. 1. ff. de his qui ante tabulas.*

TIT. XXIX.

DE POSTHUMIS HEREDIBUS INSTITUENDIS [1], VEL EXHEREDANDIS, VEL PRÆTERITIS.

Per nativitatem posthumi præteriti testamentum rumpitur, & legata non debentur. Alexand.

1. Imp. ANTONINUS A. Brutatio.

SI post testamentum factum, quo posthumorum suorum nullam mentionem testator fecit: filium filiamve suscepit, intestato vita functus est: cum agnatione [6] posthumi, vel posthumæ, cujus non meminit, testamentum ruptum sit: Ex 7 tupto autem testamento nihil deberi, neque peti posse exploratis juris est. Dat. & P.P. IV. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

[6] Agnatione posthumi præteriti rumpitur testamentum. *l. 1. J. eod.* quæstio nunc illa decernit. *l. 2. 13. J. eod. vid. l. 2. C. de inst. post. contrariorum.*

[7] Ex nudo testamento nihil olim debebatur, neque peti poterat, *ut hic*, puta hereditas. *l. 17. in fin. ff. de legib. fideicommissum l. 81. ff. de l. 2.* vel legatum. huius ex causa præteritionis irritum facile testimonio, sive institutio non pereunte, exercitia firma permanent. *Nov. 115. c. 3. Auth. ex causa C. de inoff. test.* & consequens fideicommissa.

[8] Vid. *Ferrarienses in formu. libelli pro petitione hereditatis ex testamento 58. in verbo, si etiam, num. 11. 12. 13. & seq.*

[9] Abortivi adfectione non rumpitur testamentum, *ut hic & l. 3. J. eod.* & merito. Abortivus enim vel abortus vocatur partum effusus non videat. *Paul. d. sent. 9. §. 6. adde l. 129. ff. de verb. sign.* Hinc fit etiam, ut aperta facto in posthumo missio fuerit. *l. 1. §. 27. ff. de ventre in poss. mit.* Non idem est in eo qui ex fluxu ventre materia, si tamen aliquando vixerit, natus est. *l. 6. ex decem mensibus proximos mortis meæ nascentur, heredes sunto: jungium ff. de verb. sign.* His adde quæ scripsi ad *Novell. 39. c. 2.* vid. *Renatum Chopinum 3. de privilegiis rustic. 8. num. 5.*

[10] *L. 8. in fin. J. eod.*

[11] Hinc est *28.* decimus illius delatam potest adire.

[12] *Veteres animi*, quidam ita legunt: dixi ad *l. 9. J. qui vel non.* adde *Cujac. 18. obs 9.*

[13] *Vix in partu adita, vita indicium.*

[14] Posthumus, si vivus nascitur, rumpit testamentum, etiamsi illico decedat. Vivus fuisse intelligitur, si vocem emisit. *T. eod.* vel si cum spiritu fuisse visus est. *l. 12. in fin. ff. de liber. & posth.* In mortuis non idem, quæ mortui nascuntur, neque nati, neque procreati, neque liberi. *l. 129. ff. de verb. sign. Synesius Epist. 57. tit. 10. ex tit. 8. c. 36. 5. Harm. 5. §. 27.*

[15] In more positum fuit priscis fecunda nascentes protinus in terram statuere. *Statius lib. 2. Sylv. ---telluri cadentem accepit, feriuque sinit. Silius lib. 5. ---tellure cadentem Excipe:* & lib. 2. *Natum protinus atque humum ipsam prime. Statius Thebaid. lib. 6. Tellurique cadentem accepit, feriuque sinit. Claudianus de nuptiis Honorii & Mariæ Virgilius Maro Culloque sinu recepit. Tertull. lib. de anima: Prima constitutio infantis terram statim adhuc* (legendum Statium dem) *sacer est.* Scribonius Varro deum facit puerilis præsidem, quam inde nomen traxisse existimat a. *de vita populi Romani*, quod natus puer simul ac filiabus erat ab obstetrice, statuebatur in terra, ut auspicaretur ructus esse. vide *Cujac. 11. obs 30. Ferrar. 23. Capod. in fin.*

[16] Obstetrices, quasi a Græcis hic, de quibus alias dixi.

[17] Mundus partus testamentum non rumpit. *l. 14. ff. de statu. l. 135. ff. de verb. sign.*

[18] Vide quæ dixi de mortuum ad *Nov. 39. c. 2.* fuit hæc juris antiqui formula qua partus legitimus significabatur. *l. 29. ff. de liber. l. 3. in fin. ff. de suis & legitimis.* Goth. Vid. in hanc leg. Berengar. Ang.

antiquis interpretatoribus legum exortum est, an [19] videantur non contineri testamento, & hoc ruptum facere? Nobis itaque eorum sententiam decidentibus [20], cum frequentissimas leges posuimus testatorum voluntates adjuvantes: ex neutra hujusmodi verborum compositione ruptum fieri testamentum videtur: sed vivo [21] testatore, sive post mortem ejus intra decem menses a morte testatoris numerandos filius, vel filiæ fuerint progeniti, manet testatoris voluntas immutilata, ne pœnam patiatur præteritionis, qui suos [filios] non præterit. Dat. XII. Kalend. Decembr. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

[19] *De filii & filiæ nati, hinc nepotes videntur hic considerari. Const. au l. qui vero testatore sui sent. Cujac. in l. 1. ff. de liber. & posth. in fin.* Qui mortuo testatore nascitur, ex jure antiquo instituendus erat, vel exheredandus: Qui vivo testatore nascitur, ex jure antiquo instituendus erat, vel exheredandus:

[20] Hæc est 29. decisio ex 50.

[21] *Post. 3. sent. §. 9.*

TIT. XXX.

DE JURE DELIBERANDI [22], ET DE ADEUNDA [23], VEL ACQUIRENDA [24] HEREDITATE.

De emancipata qua manumisit, & quadam ab funeris impensam distraxit.

1. Imp. ANTONINUS A. Titiæ.

SI à patre emancipata, eo defuncto bonorum possessionem non agnovisti: frustra veteris, ne hereditati paternæ fis obligata, quod [25] servum ejus nullo jure manumisisti, res quoque, & mancipia quædam propter funeris [26] impensas distraxisti. PP. Kal. Jul. MESSALA & SABINO Conss. 215.

[22] Dixi ad 28. D. 8. concessa heredibus, intra certum tempus ut apud se deliberarent, utrum velint hereditatem adire vel non.

[23] Hæc voce satis intelligitur hunc titulum ad volentarios heredes pertinere, quibus sola additio necessaria est: suis enim non est necessaria. Cæterum, Adire hereditatem is etiam videtur, qui debitam paternum exsolvit. *l. 2. J. eod.* qui de hereditate sibi delata testatur. *l. 6. J. eod. 84. ff. ad l. 29 ff. 2.* Acquirendi verbum generaliter comprehendit cretionem, additionem, immissionem, gestionem pro herede, existentiam, quæ Græcis ἐπιδικασία & animi destinationem solam.

[24] Emancipatus servum peculiarem manumittendo, hereditati se immiscuisse non creditur, *ut hic.* aliud in filio non emancipato. *l. 42. §. 2. ff. de adquir. hered.* similiter tamen excepto. *l. 142. §. 10. ff.* Hodie sic immiscetur, substata differentia omnis emancipationis. *Bart. hic.*

[25] Filius solvens simpliciter debitum patris defuncti, præsumitur solvere velut heres. *l. 8. in fin. ff. de inoff. test.* hoc est, pro tota parte, patris hereditatem agnovisse videtur. *Synops. Basilic. 33. tit. 24. c. 75.*

[26] *L. 14. §. 7. ff. de religios. l. 20. §. 1. ff. de adquir. hered.* adde *l. 1. J. de repudianda vel abstinenda.*

[27] Filius solvens simpliciter debitum patris defuncti, præsumitur solvere velut heres. *l. 8. in fin. ff. de inoff. test.* hoc est, pro tota parte, patris hereditatem agnovisse videtur. *Synops. Basilic. 33. tit. 24. c. 75.*

[28] Tempus, seu non emancipatus patris heres efficitur ipso jure, & hereditatem transmittit, licet ipse paternis bonis se non immiscuerit: facit *l. 30. ff. quib. ex caus. major. l. 11. ff. de jure d. l. 14. ff. de minor. attendatur.* Et hoc quidem est quod a veteribus docebatur: *Existentiam sui heredis operari transmissionem hereditatis paternæ etiam non agniti, ad successionem.* Bart. *Bald. hic, num. 2.*

[29] Id est, ante apertas tabulas.

[30] *l. 8. J. eod. l. un. §. 5. J. de caducis.*

[31] Id est, ante apertas tabulas.

[32] *d. §. 5.*

[33] Emancipatus non agnitam patris hereditatem non transmittit ad suos, *ut hic.* non emancipatus transmittit. *T. eod.* quod etiam hodie servari *Bald. potest, hic, num. 6.*

[34] *l. 2. T. qui admitti ad bon. poss.*

[35] *l. 28. J. eod.* Pater hereditatem filio familias delatam potest adire.

[36] Nihil interest ipse per me faciam, an per alium meo voluntate quid fiat. *l. 5. §. 3. ff. de admin. tut.*

[37] Hereditatem sibi delatam patris justis adisse videtur, quo volente pace pro herede gessit, *ut hic. Synops. Basil. d. tit. 24. c. 74.* Quid enim interest ipse filius adeat delatam sibi hereditatem, an ejus pater eo volente?

[38] *l. 18. in fin. J. eod.*

[39] *l. 7. T. qui admitti.*

[40] Pupillus adit, tutore auctore, alter sine altero adire non potest.

[41] Hereditas sola animi destinatione aditur, *ut hic, & l. 14. J. eod. l. 4. T. modo legitimi. l. un. l. 88. ff. de adq. her.*

[42] De hereditate nobis relicta possimus testari, ut eo ipso actu quod de ea testamur delati hereditatem adisse videamur.

[43] Festris hereditas non adita non transmittitur.

[44] Vide *l. unic. §. 5. J. de caducis. l. 2. J. ad Orphitianum.*

[45] *l. 5. T. eod.*

[46] *§. 3. Inst. de hered. quæ ab intest. l. 6. ff. de adq. hered. l. 21. ff. de lib. & post.*

[47] Jus adeundi, vel immittendi longi temporis spatio non tollitur, longo silentio nemo renunciat hereditati paternæ (De legitima dixi ad *l. 34. in fin. T. de inoff.*) Longissimo namque, id est, 30. annis præscribitur. *l. 3. J. de præscript. 30. ann.* De tempore bonorum possess. vide quæ scripsi ad *l. 2. T. qui admitt.*

[48] Interrogari potest instantibus creditoribus in cui delata est hereditas, heres velit esse necne. adde *l. 12. T. de hered. petit. l. de statu §. 11. §. 2. ff. de interrog. actions.* plura vide apud Mevium de his interrogationibus *prægr. auris in præf. parte 6. membr. 7.*

1 Deliberatum spatium moderatum concedi solet. *C. infr. §. 13. J. eod. l. 22. C. eod. l. 5. ff. de interr. l. 34. ff. de jurejur. l. 9. §. 1. ff. ad Trebl.*

2 Sub. ut satisfiat creditoribus, non ut tollatur jus successoria. vide quæ scripsi ad l. 1. §. 12. ff. de successorio edicto.

3 Impia testatoris non liberat heredem.

4 Licet ab alio quis patiatur injuriam: non tamen eo nomine alii injuriosus esse debet. Non ideo quis à suis creditoribus liberatur, quod propria bona spoliatus sit. Vis à tertio illata non excusat debitorem.

5 Hoc est, non idem minus à creditoribus defuncti, quinque hereditatem majoriquinquagesimæ annis adisti; conveniri potes quod vim à fratre tuo tibi factam proponas, & ab eodem portionem tuam, paternum denique testamentum eripi. *ut hic. Synops. Basil. 35. tit. 14. c. 79. & 5. Harmen. 8. §. 25.*

6 Leg. XII. Tab. *l. ult. ff. de her. act. l. 25. §. 13. ff. ad milit.*

7 Pater repudiare hereditatem filio delatam eo invito non potest. *l. 26. in fin. ff. de fideicommiss. l. ult. cum sim. ff. de bonis quæ lib. adde l. 10. ff. de adq. her. l. 8. ff. de bon. possess.*

8 *l. 1. ff. de his, qui à non dom.*

9 Agnoscens bonorum possessionem, pro hærede gerit. Qui agnoscit jure prætorio, videtur adire jure civili.

10 Omisso prætoris beneficio, jure civili beneficium suis heredibus est paratum. *facit l. 30. ff. quib. ex caus. major l. 17. §. 1. de adq. her. l. quoties duplici 91. ff. de reg. jur.*

11 Adeuntis non est necessaria rerum hereditariarum apprehensio. Aditio facit heredem, non possessio.

12 Qui adit dominium adquirit, etiamsi non possideat. *l. 6. C. eod.*

13 Emancipatus aditam hereditatem patri non quærit, etiamsi ei, cum filiusfamilias esset, fuerit delata. Tempus adire hereditatis non delatæ inspicitur.

14 Dixi ad *l. 7. C. de ædif. l. 11. C. de emancipand. empt.*

15 Invito non fit donatio. *l. 69. ff. de reg. jur.* vide exceptiones variis ad hunc locum apud Socinum *reg. 453.*

16 Invitus nemo fit heres, *ut hic & l. 6. in fin. l. 85. ff. de adq. her.* vel bonorum possessor. *l. ult. C. unde legit. l. 3. §. 3. ff. de bon. poss.* Cæterum hanc legem ad extraneos heredes, non ad necessarios referre nos oportet, id etiam confitabit ex *l. 149. C. Theod. de decur.* ex qua lex nostra desumpta est, facit *l. 21. J. inst. L. Iuli. C. eod. §. 1. Inst. de heredum qualitate. l. sed & plures 10. §. filio 2. ff. de vulg.* 17 Si tamen fuerit compulsus, restituit. *l. 21. in fin. ff. quod met. caus. adde l. 4. l. 13. §. 4. ff. ad Trebl.* 18 Id est, commendat hereditatis. facit *hic tit. C. qui admitt. §. ult. Inst. de bon. poss.* De cretionibus & earum solemnitate dixi ad *l. 7. n. 22. §. 27. 28. 29. 30. 31. 32.* adde *C. Th. de cretionib. vel bon. poss.* adde *Varr. 5. & 6. de lingua: Plin. 10. epist. Ind. l. 5. Cicer. 13. ad Attic 46. & 1. de Orat.* 19 Dixi ad *l. 2. & 3. C. qui admitti: Novell. 118.* Filio infanti tantum pater bonorum possessionem petit *l. 7. in fin. ff. de bon. poss. l. 2. C. Theod. de cretionib. vel bon.* tutor majori infante. *l. 6. l. 7. ff. de bon. poss.* dixi ad *l. 2. l. 3. C. qui admitti.* vide *Cujac. 14. obs. 8.* 20 Infans, id est, minor septem annis. *l. 14. ff. de pœnis.* qui fari non potest. *l. 3. C. qui admitti. l. 1. §. 2. ff. de adm. tut.* 21 Ascendentes paterni descendentis infantis nomine hereditatem adire possunt, sive eo vivo, sive mortuo. 22 *l. 4. C. eod. l. 6. §. 3. ff. de adq. her.*

23 Post annum, sc. alias heres post delatam hereditatem annum habet ad deliberandum. *l. 19. J. eod.*

24 Tutor adire potest pupilli infantis hereditatem, tutorio nomine. 25 Tutor, maxime infante pupillo, hereditatem pupilli defuncti adire non potest. 26 Transmittit quoque ad extraneos hereditatem licet non adtam filius in potestate: de quo plenius dixi ad *l. unic. §. 3. C. de caducis.*

27 Delatam majori infanti hereditatem, nec filius tutor adire potest. Quis igitur adibit? Pupillus: patris tamen vel tutoris consilio. *l. 5. C. eod. l. 9. ff. de adq. her.* Quid si neque patrem neque tutorem habeat? judicis authoritate adire potest. *in fin. J. eod.* 28 Major septennio decreto Prætoris adire potest. 29 Hujus l. fit mentio in *pr. l. fin. h. t.* vid. ejusdem intellectum apud Johann. Dacher. *lib. 1. dissert. 14. num. 42.* & Joann. à Sande *decis. Frisic. lib. 4. tit. 9. defin. 2.* Anz.

terrogare debebit: ac si tempus ad 1 deliberandum petierint, moderatum statuet 2. S. XVI. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. Conss.

De inopia defuncti & de rebus heredi vi ablatis.

X. Iidem AA. & CC. Sabinæ.

SI te bonis paternis major [quinque & viginti] annis immiscuisti: neque inopia 3 patris te excusat, neque vis 4 fratris portionem tuam, vel testamentum eripientis arcere 5 de exactione creditorum, qui jure civili 6 pro hereditaria portione te conveniunt, potest. S. XVI. Kal. Januar. *Sirmii*, CC. Conss.

De filiofamilias, & ejus patre.

XI. Iidem AA. & CC. Philumenæ.

RElinente 7 te pater tuus, in cujus fuisti potestate, neque spem delatæ tibi legitimæ quærendæ successionis abjecisse, neque hereditarios 8 manumittendo servos, his præstare libertatem potuit. S. VI. Id. Februar. *Sirmii*, CC. Conss.

De bonorum possessione agnita.

XII. Iidem AA. & CC. Antonino.

PUberem agnoscentem 9 bonorum possessionem, postea quam fuerit ei hereditas delata, pro hærede gerere non ambigitur. S. III. Kal. Decemb. CC. Conss.

De suis heredibus.

XIII. Iidem AA. & CC. Sclepolidi.

SUum heredem omissa 10 bonorum possessione, paternam successionem obtinere potuisse, certi juris est. S. III. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss.

Si heres nondum possiderit.

XIV. Iidem AA. & CC. Flaviæ.

SI soroti suæ frater tuus civili, vel honorario successit jure: licet 11 res ex ejus bonis descendentes, non probetur tenuisse, heres tamen effectus, contra 12 possidentes experiri potest. S. XII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De filiofamilias sui juris effecto.

XV. Imp. Constant. A. ad Leontium Comitem Orientis.

NOn est dubium, si priusquam 13 filius jussu patris adierit hereditatem, propriæ potestatis effectus sit, arbitrio suo eundem hanc sibi potuisse quærere. Dat. XVII. Kal. April. Limenio & Catulino Conss. 349.

De liberis arbitris.

XVI. Impp. Arcad. & Honor. AA. Annodio.

NEc emere 14, nec donatum 15 adsequi, nec damnosam quisquam hereditatem 16 adire compellitur 17. Dat. VII. Kal. Januar. Olybrio & Probino Conss. 395.

De cretionibus.

XVII. Iidem & Theod. AAA. Anthemio P.P.

CRetionum 18 scrupulosam solennitatem hac lege penitus amputari decernimus. Dat. V. Kal. April. *Constantinop.* Honorio VII. & Theod. AA. Conss. 407.

De infante.

XVIII. Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatum.

SI infanti 19 (id 20 est minori septem annis) in potestate patris, vel 21 avi, vel proavi constituto, vel constitutæ, hereditas sit derelicta, vel ab intestato delata a matre, vel linea, ex qua mater descendit, vel aliis quibuscunque personis: licebit 22 parentibus ejus, sub quorum potestate est, adire ejus nomine hereditatem, vel bonorum possessionem petere. §. 1. Sed si hoc patens neglexerit. & in memorata ætate 23 infans decesserit: tunc patentem quidem superstitem omnia ex quacunque successione ad eundem infantem devoluta, jure partio quasi jam infanti quæsita capere. §. 2. Parente vero non subsistente, si quidem post ejus obitum tutor 24 infanti sit, vel datus fuerit: posse [eum] etiam adhuc infante pupillo constituto, ejus nomine adire hereditatem, sive vivo parente, sive post mortem ejus ad eum devolutam: vel bonorum possessionem petere, & eo modo eidem infanti hereditatem quærere. §. 3. Sin vero vel non sit tutor, vel cum sit, ea facere neglexerit, tunc eodem infante in ea ætate defuncto 25, omnes hereditates ad eum devolutas, & non agnitas ita intelligi, quasi ab initio non essent ad eum delatæ: & eo 26 modo ad illas personas perveniant, quæ vocabantur, si minime hereditas infanti fuisset delata. Ea vero, quæ de infante in potestate parentum constituto statuimus, locum habebunt, & si quacunque causa sui juris [idem] infans inveniatur.

§. 4. Si autem septem 27 annos ætatis pupillus excesserit, & priore parente mortuo, in pupillari ætate fati munus impleverit, ea obtinere præcipimus, quæ veteribus continentur legibus: nulla dubitate relicta, quin pupillus post implctos septem annos suæ ætatis ipse adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere, consentiente parente, si sub ejus potestate sit, vel cum tutoris auctoritate, si sui juris sit, possit: vel si non habeat tutorem, adire Prætorem, & ejus decreto 28 hoc jus consequi. Dat. VI. Id. Novemb. *Ravennæ*, Theodosio XII. & Valentiniano II. AA. Conss. 426.

De jure deliberandi.

XIX. Imp. Justinian. A. Demostheni P.P.

CUm in antiquioribus 29 legibus, & præcipue in Quæstionibus Julii Pauli invenimus, filiosfamilias paternam hereditatem deliberantes posse & in suam posteritatem hanc transmittere: & aliis [etiam] quibusdam adjectis, quæ in hujusmodi personis præcipua sunt: eam deliberationem & in omnes 30 successores, sive cognatos, sive extraneos 31, duximus esse protelandam 32. Ideoque sancimus, si quis vel ex testamento, vel ab intestato vocatus, deliberationem meruerit: vel si hoc quidem non fecerit, non tamen successioni renunciaverit, ut ex hac causa deliberare videatur: sed nec 33 aliquid gesserit, quod additionem, vel pro herede gestionem inducat: prædictum arbitrium in successionem suam transmittat: ita tamen, ut unius 34 anni spatio eadem transmissio fuerit conclusa. Et si quidem is, qui sciens 35 hereditatem vel ab intestato, vel ex testamento sibi esse delatam, deliberatione minime petita, [intra annale tempus] decesserit: hoc jus ad suam successionem intra annale tempus extendat. Si enim ipse, postquam testamentum fuerit insinuatum, vel ab intestato, vel ex testamento, vel aliter ei cognitum sit heredem eum vocatum fuisse, annali tempore translapso nihil fecerit, ex quo vel adeundam, vel renunciandam hereditatem manifestaverit: is cum successione sua ab hujusmodi beneficio excludatur. Sin autem instante annali tempore decesserit, reliquum tempus pro adeunda hereditate suis successoribus sine aliqua dubitatione relinquat: quo completo nec heredibus ejus alius regressus in hereditatem habendam servabitur. Recitata septimo 36 in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. III. Kal. Novembr. Decio V. C. Conss.

De Instituto ex diversis portionibus, vel Institute & pupillariter substituto.

XX. Idem A. Joanni P.P.

QUidam elogio condito heredem scripsit in centas uncias, & post centa verba testamenti eundem in alias uncias, vel tantas, vel quantascunque, & tertio, vel in aliam partem hereditatis, vel in quendam unciarum modum: ille autem unam institutionem 37, vel duas admittens, unam vel duas, vel quantascunque respuendas esse censuit: quærebatur apud veteres, si hoc ei facere permittatur. †. Similique modo dubitabatur, si impubere m quis filium suum heredem ex parte instituit, & quendam extraneum in aliam partem, quem pupillariter substituit 38: & postquam testator decessit, pupillus quidem patri [ejus] heres extitit, extraneus autem hereditatem adiit: & postea adhuc in prima ætate pupillus constitutus ab hac luce subtractus est, & pupillaris substitutio locum sibi vindicavit: Cumque substitutus eandem partem admittere noluit, *quæsitum* est, si potest jam heres ex principali testamento factus, pupillarem substitutionem repudiare? Utramque igitur dubitationem simul decidendam 39 esse censemus. Placuit enim nobis, sive in institutione, sive in pupillari substitutione, ut vel 40 omnia admittantur, vel omnia 41 repudientur, & necessitas imponatur heredi particulari facto, vel aliam, aut alias partes hereditatis admittere, vel etiam substitutionem pupillarem. Dat. Prid. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

Si is, qui de statu suo litigat, heres instituatur.

XXI. Idem A. Joanni P.P.

CUm aliquis scripsit heredem eum 42, qui de sua conditione ei, qui dominium ejus vindicabat, in judicio adversabatur: is autem, qui dominum se esse dicebat, adire eum hereditatem imperabat, ut acquisitio hereditatis per eum celebraretur, indignatus 43 est, quasi domino ei parere: *dubitatur* veteribus exorta est, si qua pœna imponatur hujusmodi insolentiæ? Veteres in multas trahuntur sententias, sed nos eorum discordiam sic esse decidendam censemus, ut distinctio subtilis causæ [ei] imponatur, ut si quidem ita scripta est institutio, *illum servum illum* 44 *heredem instituo*: quia apertissimum est, intuitu 45 domini institutionem esse conscriptam, necesse sit omnimodo per competentem Judicem eum compelli 46 adire quidem hereditatem, & eam acquirere: nulli autem ex postfacto subjici gravamini, si liber pronuncietur: sed omne sive lucrum, sive damnum ad eum redundare, qui in serviturem eum trahebat, & denegari 47 ei & adversus 48 eum omnes hereditarias actiones, nullo ei ex hoc præjudicio generando. †. Sin autem quasi 49 liber institutus est, nulla domini, vel servi mentione in institutione habita, tunc nullo compelli modo eum adire hereditatem: nec denegari ei liberale judicium: sed [&] hereditatem per suum jus decurrere, & liberale judicium suam expectare sententiam, sive agente eo, sive pulsato: ut siquidem servus pronuncietur, tunc domino suo hereditatem acquirat: sin autem liber, eam adipiscatur: si adire maluerit. Dat. II. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

De tempore adeundæ, vel repudiandæ hereditatis, de jure deliberandi, & de inventario.

XXII. Idem A. ad Senatum.

SCimus 50 jam duas esse promulgatas a nostra clementia constitutiones: unam 51 quidem de his, qui deliberandum pro hereditate sibi delata existimaverint: aliam 52 autem de improvisis debitis, & incerto exitu per diversas species eis impositis. Sed & veterem constitutionem 53 non ignoramus, quam Divus Gordianus 54 ad Platonem scripsit, de militibus, qui per ignorantiam hereditatem adierunt: quatenus pro his tantummodo 55 rebus conveniantur, quas in hereditate defuncti invenerint: ipsorum autem bona à creditoribus hereditariis non inquietentur. Cujus sensus ad unam præfatarum constitutionum à nobis redactus est. *Arma etenim magis, quam* 56 *jura sunt militares* factatissimus legislator existimavit. Ex omnibus itaque istis unam legem colligere, nobis apparuit esse humanum: & non solum milites adjuvare hujusmodi beneficio, sed etiam ad omnes hoc extendere: non tantum si improvisum emerserit debitum, sed etiam si onerosam quis invenerit esse, quam adit hereditatem: ita enim, nec satis necessitatem deliberationis erit auxilium, nisi hominibus formidolosis, qui 57 & ea timent, quæ nulla digna sunt suspicione. §. 1. Cum igitur hereditas ad quendam, sive 58 ex testamento, sive ab intestato sit delata, sive ex asse, sive ex parte: si quidem recta via adire maluerit hereditatem, & spe 59 certissima hoc fecerit, vel sese immiscuerit, ut non postea eam repudiet: nullo indiget inventario, cum 60 omnibus

1 Deliberandi ad summa successores transmittit. Novell 118. Si tamen is decesserit intra annum computandum à die scientiæ, ne elapso heredes jure adeundi excludantur. Quid extraneis? transmittit, *ut hic* 2 *§. 5. Inst. de hered. qualit.* An & in fiscum transmittit? dixi ad *l. 6. ff. de jure fisc.* adde quæ scripsi ad *l. un. §. 3. C. de caducis.*

3 Id est, extendendam.

4 Qui quid in refutatum pactis renuncias deliberationi: idem jus eo casu deliberandi ad successorem non transfertur. *§. 1. I. eod.*

5 Idem infitiatus & pupillariter substitutus, non potest instituto in ampliori, & substitutionem repudiare. *J. eod.*

6 Hæc est 30. decis. ex 50. notis Justinian. vid. Inginet. Anz.

7 Vide *l. 1. ff. de adq. hered.*

8 *Vide l. 54. ff. de adq. hered.*

9 Qui de statu filium litiget, tibi res instituitur, tanquam servus filius cum quo litigat, per judicem cogitur sine præjudicio litis adire hereditatem justi ejus, quicum litigat, & ei adquirere.

10 Non sine indignatione servi inviti alienis dominis parent.

11 Quod servo domino suo immemoranti facto relinquitur, domino adquiritur.

12 Quod invito domini relinquitur, domino adquiritur, non tibi vo.

13 Vide *l. 3. in fin. C. de bonis lib.*

14 *l. 93. ff. de jurisd. infra.*

15 *l. 76. §. 2. ff. de adq. hered.*

16 Qui de statu suo litigat & tanquam liber ab aliquo instituitur, ibi adquirit, nisi servus pronunciatur. adde *Cuj. 17. obs. 21.*

17 *Novell. 18. §. 3. & 4. Novell. 19. cap. 1. & 2. & nov. 22. cap. 43. & 44.*

18 Quæ huic non extat.

19 Cujus meminit Justinian. *§. 1. in fin. de inut. stipul.*

20 *l. 4. §. 1.*

21 Miles pro his tantum rebus quas in hereditate invenit, convenitur. *l. 12. C. de inoffic. testam.* & sic non in solidum.

22 *l. 9. §. 1. ff. de jurisd. & fori competentia. l. 2. C. de jurisd. omn. judic. l. 3. C. de fori competentia. l. ult. C. de jurisd. omn. judic. l. pen. C. de fisci advocat. Scilicet arma magis quam jura Romanis militibus visum est.*

23 Hereditatem ultro adeuntis, spreto jure deliberandi & inventarii potestatem defuncti qui adit nullo facto inventario, omnibus creditoribus obnoxius est. Puta hic & inventarium non facientis, ut ultra vires hereditarias teneatur: cujus sententiæ variæ exceptiones videndas apud Socinum *reg. 770.*

omnibus creditoribus suppositus sit: utpote hereditate ei ex [sua] voluntate infixa. †. Similique modo, si non [1] tituhante animo respuendam, vel abstinendam esse crediderit hereditatem, & aperti[ssi]me intra [2] trium mensium spatium ex quo ei cognitum fuerit scripsum se esse, vel vocatum heredem, [ei] renunciet: nullo [3] nec inventario faciendo, nec alio circuitu expectando, sit alienus [ab] hujusmodi hereditate, sive onerosa, sive lucrosa sit. §. 2. Sin autem [4] dubius [5] est, utrumne admittenda sit necne defuncti hereditas, non putet sibi esse necessariam deliberationem, sed adeat hereditatem, vel esse immisceat: omni tamen modo inventarium [6] ab ipso conficiatur: ut intra triginta [7] dies post apertas tabulas, vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam sibi ab intestato hereditatem cognoverit, numerandos, exordium capiat inventarium super his rebus, quas defuncti[us] mortis tempore habebat: & hoc inventarium intra [8] alios sexaginta dies modis omnibus impleatur sub [9] præsentia tabularionum, cæterorumque qui ad hujusmodi confectionem necessarii sunt: subscriptionem [10] tamen supponere heredem necesse est, significantem, & quantitatem [11] rerum, *& quod nulla malignitate circa eas ab eo facta, vel faciendo res apud eum remanebunt*: vel si ignarus sit litterarum, vel scribere præpediatur, speciali tabulario ad hoc solum adhibendo, ut pro eo litteras supponat, venerabili [12] signo [13] antea manu heredis præpositi, testibus videlicet adsumendis, qui heredem cognoscant [14], & jubente eo tabularium pro [15] se subscribere, interfuerint. §. 3. Sin autem [à] locis, in quibus res hereditariæ, vel maxima pars earum posita est, heredes abesse [16] contigerit: tunc eis unius anni spatium à morte testatoris numerandum damus ad hujusmodi inventarii consummationem: sufficit enim præfatum tempus, etsi longissimis spatiis distant: tamen placuit dare eis facultatem inventarii conscribendi, vel per se, vel per [17] instructos procuratores in [17] loca, ubi res positæ sunt, mittendos. §. 4. Et si præfatam [18] observationem inventarii faciendi solidaverint: hereditatem sine [19] periculo habeant, & legis [20] Falcidiæ adversus [21] legatarios utantur beneficio: ut in tantum hereditariis creditoribus [22] teneantur, in [23] quantum res subst[an]tiæ ad eos devolutæ valeant: & eis satisfaciant qui primi [24] veniant creditores: & si nihil reliquum est, posteriores [25] venientes repellantur: & nihil ex sua substantia penitus heredes amittant: ne [26] dum lucrum facere sperant, in damnum incidant. Sed & si legatarii interea venerint: eis satisfaciant ex [27] hereditate defuncti, vel ex ipsis [28] rebus, vel ex earum forsitan venditione [29]. §. 5. Sin vero creditores, qui post emensum patrimonium necdum completi sunt [30], superveniant: neque ipsum heredem [31] inquietare concedantur, neque eos qui ab eo comparaverint [32] res [33], quarum pretia in legata, vel fideicommissa, vel alios [34] creditores processerunt. Licentia creditoribus [35] non deneganda adversus legatarios venire, vel hypothecis [36], vel indebiti [37] condictione uti, & hæc quæ acceperint, recuperare: cum satis absurdum sit, creditoribus quidem jus suum [38] persequentibus legitimum auxilium denegari, legatariis vero qui pro lucro [39] certant, suas partes leges accommodare. §. 6. Sin vero heredes res hereditarias creditoribus hereditariis pro debito dederint in solutum: vel per dationem pecuniarum satis eis fecerint: liceat aliis creditoribus qui ex anterioribus [40] veniunt hypothecis, adversus eos venire, & [à] posterioribus [creditoribus] secundum leges eas abstrahere, vel per hypothecariam actionem, vel per condictionem ex lege, nisi voluerint debitum [41] eis offerre. §. 7. Contra ipsum tamen heredem (secundum quod sæpius [42] dictum est) qui quantitatem rerum hereditariarum expendit, nulla actio extendatur.

§. 8. Sed nec adversus [43] emptores rerum hereditariarum, quas ipse [heres] pro solvendis debitis, vel legatis vendidit, venire alii concedatur: cum satis anterioribus creditoribus à nobis provisum est, vel ad posteriores [44] creditores, vel ad [45] legatarios pervenientibus, & suum jus persequentibus. §. 9. In computatione autem patrimonii damus [licentiam] excipere & retinere quicquid in [46] funus [47] expendit, vel in testamenti insinuationem [48], vel inventarii confectionem [49], vel in alias necessarias causas hereditatis approbaverit sese persolvisse. Si vero, & ipse aliquas contra defunctum habebat actiones: non hæc confundentur [50], sed similem [sum] aliis creditoribus per omnia habeat fortunam: temporum [51] tamen prærogativa inter creditores servanda. §. 10. Licentia danda creditoribus, seu legatariis, vel fideicommissariis, si majorem putaverint esse subsistantiam à defuncto derelictam, quam heres [in] inventario scripsit, quibus voluerint legitimis modis quod superfluum est, approbare [52], vel per tormenta [53] forsitan servorum hereditariorum [54] secundum anteriorem nostram legem quæ de quæstione servorum loquitur, vel per sacramentum illius, si [55] aliæ probationes defecerint: ut undique veritate exquisita, neque lucrum neque damnum aliquod heres ex hujusmodi sentiat hereditate: illo videlicet observando, ut si ex hereditate aliquid heredes surripuerint [56], vel celaverint, vel amovendum curaverint, postquam fuerint convicti, in duplum [57] hoc restituere, vel hereditatis quantitati computare compellantur. §. 11. Donec [58] tamen inventarium conscribitur: vel si res præsto sint, intra tres menses [59]: vel si abfuerint [60], intra annale spatium secundum anteriorem [61] distinctionem, nulla [62] erit licentia neque creditoribus neque legatariis vel fideicommissariis eos vel inquietare, vel ad judicium vocare, vel res hereditarias quasi ex hypothecarum autoritate vindicare: sed sit hoc spatium ipso jure pro [63] deliberatione heredibus concessum: nullo scilicet ex hoc intervallo creditoribus hereditariis circa temporalem præscriptionem [64] præjudicio generando. §. 12. Sin vero postquam adierint, vel sese immiscuerint, præsentes [65] vel absentes inventarium facere distulerint [66], & datum jam à nobis tempus ad inventarii confectionem effluxerit: tunc ex eo ipso quod inventarium secundum [67] formam præsentis constitutionis non fecerint, & heredes esse omnimodo intelligantur: & debitis hereditariis in solidum teneantur, nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam contemnendam esse censuerint. §. 13. Et hæc quidem de his sancimus, qui deliberationem nullam petendam [esse] curaverint: quam putamus quidem penitus post hanc legem esse supervacuam, & debere ei derogari. Cum enim liceat eis & adire hereditatem, & sine damno ab ea discedere ex præsentis legis auctoritate: quis locus deliberationi relinquitur? †. Sed quia quidam vel vana formidine, vel callida machinatione, pro deliberando nobis supplicandum necessarium esse existimant, quatenus eis liceat annale tempus tergiversari, & hereditatem inspicere, & alias contra eam machinationes excogitare, & eandem deliberationem flebilibus [68] adtestationibus repetita prece sæpius accipere: ne quis nos putaverit antiquitatis [69] penitus esse contemptores, indulgemus quidem eis petere deliberationem, vel [70] à nobis vel à nostris judicibus: non tamen amplius ab imperiali quidem culmine uno [71] anno, à nostris vero judicibus novem mensibus: ut neque [72] ex imperiali largitate aliud tempus eis indulgeatur: sed & si fuerit datum, pro [73] nihilo habeatur. Semel [74] enim & non sæpius [75] eam peti concedimus. §. 14. Sin autem hoc aliquis fecerit, & inventarium conscripserit (necesse est enim omnimodo deliberantem inventarium cum [76] omni subtilitate facere) non licebit ei post tempus præstitutum, si [77] non recusaverit hereditatem, sed adire maluerit, nostræ legis uti beneficio: sed in solidum secundum antiqua jura omnibus creditoribus teneatur. Cum enim gemini tramites inventi sint, unus quidem ex anterioribus qui deliberationem dedit, alter autem nudis, & novus à nostro numine repertus, per quem adeuntes sine damno conservantur: electionem ei damus, vel nostram constitutionem eligere & beneficium ejus sentire: vel si eam aspernandam existimaverit, & ad deliberationis auxilium convolaverit, ejus effectum habere: & si non intra datum tempus recusaverit hereditatem, omnibus in solidum debitis hereditariis teneatur: & non secundum modum patrimonii, sed etiam si exiguus sit census [78] hereditatis, tamen quasi heredem eum in totum obligari: & sibi imputet [79], qui pro novo beneficio vetus elegerit gravamen: & idco ad ipsam deliberationis dationem, & divinum rescriptum super hac promulgatum, hoc adjici volumus, ut sciant omnes [80], quod omnimodo [81] post petitam deliberationem, si adierint, vel pro herede gesserint, vel non recusaverint hereditatem, omnibus [82] in solidum hereditariis oneribus teneantur. Si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inventarium autem minime conscripserit, & vel adierit hereditatem, vel minime eam repudiaverit: non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minime utatur. Quod si post deliberationem recusaverit inventario minime conscripto: tunc res hereditarias creditoribus, vel his qui ad hereditatem vocantur, legibus reddere compelletur: quantitate earum sacramento res [83] accipientium manifestanda, cum taxatione tamen à judice statuenda.

§. 15. Notissimum autem est hac constitutione, quæ omnes casus continet, nostris constitutionibus jam pro eisdem capitulis promulgatis esse derogatum, quarum altera etiam Gordianæ [84] constitutionis sensus continebatur. Cum enim ampliore tractatu habito, melior exitus inventus sit, & tribus constitutionibus in unum congregatis unus apparear, & in milites & in alios omnes juris probabilis articulus; ea propter ex anterioribus inquietari nostro subjectos imperio non patimur: scilicet ut milites [85] etsi propter simplicitatem præsentis legis subtilitatem non observarint, dum inventarium facit, ut neque à creditoribus, nec à legatariis possit eo tempore conveniri. Tricesimo ab adita hereditate die, inventarium inchoare: sexagesimo post primum illum mensem die, perfecte debet, si res hereditariæ sint præsentes, si difficile, anni spatium habet inventario perficiendo. Illo temporis spatio invitis creditoribus & legatariis perfruetur, ut ab illa neque conveniri, neque in jus trahi, aut hypothecaria actione conveniri possit, *ut hic*. Quid si ante id spatium inventarium perfecerit? conveniri poterit, quod heredibus summe notandum est. 59 De mensium computatione vid. Macrob. *lib. 1. cap. 4.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cas. 50.* Ans.

60 Inventarium in urbe, intra tres menses; in provinciis intra annum fieri oportet, Græci apud *Cujac. 14. observ. 39.* 61 §. 2. 3. *T. eod.* 62 Quidam piam causam excipiunt. Volunt enim etiam nondum confecto inventario heredem conveniri posse prædandi legati causa. vide *Tiraq. 24. privilegiorum causa.* 63 Tempus deliberandi & inventarii faciendi datur: est tamen hoc ille contractius, dixi §. 2. *T. eod.* 64 Intra tempus inventarii conficiendi creditoribus tempus agendi non currit. Cur ita? quia intra id tempus iidem heredes conveniri non possunt. *T. eod.* 65 §. 11. *T. eod.*

66 Poena heredis, inventarium non conficientis intra tempus legitimum, teneri in solidum.

67 Lege non juvantur, qui in legem committunt. 68 Lachrymæ supplicantibus communes.

69 Principes non est antiquitatis contemptor. 70 Tempus deliberandi petitur, vel à Principe, vel à judice. *l. 9. T. eod.* 71 Tempus deliberandi annuum à Principe, novem mensium à magistratibus conceditur. 72 Injusta dilatio à Principe concedi non solet. 73 Injusta dilatio pro nulla habetur. 74 Semel quod dari potest, frustra sæpius postulatur.

75 Imo sæpius. *l. 3. ff. eodem.* 76 Id est, nullis rebus omissis. *Novell. 1. cap. 2. §. 2.*

77 Perens tempus ad deliberandum, nisi repudiat, tacite adisse videtur: olim ita non fuit. *l. 19. T. eod. l. 69. ff. de adq. hered.* 78 Id est, exigua æstimatio. 79 Electio imputatur eligenti.

80 Nota regulam. 81 Post deliberationem adire vel repudiare heres cogitur. 82 Post deliberationem qui non repudiat hereditatem adisse videtur, & ut heres in solidum creditoribus hereditariis tenetur. 83 In hypothecariis, & petitione hereditatis juratur in litem. *l. 3. ff. de in litem.*

84 Vid. *principia hujus legis §. 3. Inst. de hered. qualit.* 85 Inventarii omissio non obligat militem solvendo ære alieno. dixi ad *Novell. 1. c. 2.*

rint, in tantum tamen teneantur, quantum in hereditate invenerint. Quam patres conscripti, in hujusmodi casibus in posterum obtinere sancimus. Dat. v. Kal. Decemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

TIT. XXXI.

DE REPUDIANDA [1], VEL ABSTINENDA HEREDITATE.

De eo qui habitavit in domo hereditaria.

1. Imp. Antoninus A. Mutatio.

SI [2] paterna hereditate te abstinuisse constiterit, & non [4] ut heredem in domo, sed ut inquilinum, vel custodem, vel ex alia justa ratione habitasse [5] liquido fuerit probatum [6]: ex persona patris conveniri te Procurator meus prohibebit. P. P. Id. Jul. Messala, & Sabino Conss. 215.

De eo, qui fundos à creditoribus comparavit.

11. Idem A. Severo.

SI paterna hereditate [te] abstinuisti: non ideo quod à [7] creditoribus fundos comparasti, (si modo id bona fide [8] fecisti) à posterioribus, qui sub eisdem [9] obligationibus pecuniam patri crediderunt, jure conveniris [10]. S. PP. v. Kal. Julii, Laeto II. & Cerrale Conss. 216.

De transactione inutili super hereditate quæsita.

111. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Theodosiano.

SUus heres exceptione pacti, qui testamentum injustum adseverans, postea *nihil se de paterna successione petiturum* non ex causa donationis, sed transigendi animo in jure [11] professus est: cum respuere [12] quæsitam [13] nequiret [14] hereditatem, & transactio [15] nullo [16] dato, vel retento, seu promisso [17] minime [18] procedat, submoveri non potest. Sine die. CC. Conss.

Nec repudiatam hereditatem posse quari, nec quæsitam repudiari: de confessione in jure.

IV. Idem AA. & CC. Modestino militi.

SIcut [19] major [20] viginti quinque annis, antequam adeat, delatam repudians [21] successionem, post quærere non potest: ita quæsitam [22] renunciando nihil agit, sed jus quod habuit, retinet: nec quod confessos [23] in jure pro judicatis haberi placuit, ad vocem repudiantis hereditatem, sed ad certam quantitatem deberi confitentem [24] pertinet. S. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. Conss.

De pupillo.

v. Idem AA. & CC. Claudianæ.

PUpillorum repudiatio delatæ hereditatis sine [25] tutore auctore facta, nihil eis nocet. S. 11. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. Conss.

De suis heredibus.

VI. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

SI quis suus [26] recusaverit patrem [27] hereditatem, deinde maluerit eam adire: cum fuerat *indistincte ei remissum*, donec res paternæ in eodem statu [28] permanent, hoc facere, & post multum [29] temporis licebat ei ad eandem hereditatem redire: hoc corrigentes, sancimus [30], siquidem res jam venditæ [31] sunt, ut nullus aditus ei ad hereditatem reservetur: quod & antiquitas observabat. Sin autem [res] alienatæ non sunt: siquidem major annis constitutus est, & tempora restitutionis nulla ei superfunt, intra trium annorum spatium tantummodo hujusmodi ei detur licentia. † Sin autem, vel minor est, vel in utili tempore constitutus, tunc post impletum quadriennium [32] (quod spatium pro utili anno qui restitutionibus dabatur, præstitutum est) aliud triennium ei indulgeti intra quod potest rebus in suo statu manentibus adire hereditatem, & suam abdicationem [33] revocare. Quo tempore transacto, nullus aditus penitus ad paternam [hereditatem] ei reservetur: nisi forte [adhuc] eo in minore ætate constituto, res venditæ sint. Tunc etenim per in integrum restitutionem non denegatur ei adire hereditatem, & res recuperare, & creditoribus paternis satisfacere. Dat. xv. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. anno secundo. 532.

1 *Paul. 4. sent. 4. Pars tit. 11. D. Bb. xxix. tit. de omitt. hor.* Repudiatio fit in jure. Recusatio quovis modo. Solus heres repudiat non fideicommissarius.

2 Abstinent sui, repudiant extranei. *l. 2. 2. §. ult. d. t. ult. §. 1. C. tit. prox. ibi, refragandum sui abstinendum.*

3 Adde *l. 3. §. de evincend. hic quæ in simil.*

4 Qui velut heres in domo paterna habitat, abstentionem revocare, immiscere se & gerere pro herede præsumitur. Cæterum an quis ut heres, aut extraneus gerat, ex indiciis potest colligi. vid. *d. l. 20. §. de legitimi, l. 1. §. de jure delib. l. 20. §. de adq. hered. §. ult. Inst. de hereditam qualit. Utpian. 22. §. 26.*

5 Præsumitur heres esse velle, qui in domo paterna habitat.

6 Protestatione facilicet contraria.

7 Possidens ut emptor, non obligatur ut heres.

8 Habet enim causam à creditoribus paternis, non à patre: non patri, sed creditoribus succedit.

9 Quid si à posterioribus creditoribus emit? Creditoribus prioribus tempore tenetur hypothecaria. *arg. l. ult. §. 6. C. ubi. prox.* at non legatariis & fideicommissariis. *l. ult. ff. si quis omiss. caus. test.*

10 Cui contrarium est, per suppositam personam emere: vel omnia bona paterna emere. *l. 91. ff. codem. l. 21. ff. de peculio. l. 34. ff. de admin. tut. l. 17. §. 1. ff. quæ in fraudem credit.* in cautionem post abstentionem. *l. 24. in fin. ff. de reb. auth. jud.* vicinitatis enim ratione præsumitur dolus.

11 Confessio, oblatio, actus denique quicunque sit, judiciarius præsente adversario, audiente ac tacente, interpositus consentiente, asserenti & agenti nocet, *ut hic. Accurs. Bald.* Quid si judex in judicio quid præstet quod uni parti obesse possit? protestatione jus suum tueri, is cujus interest, debebit, ne videatur judici consentire. *l. 1. §. de relat.* Quid sententias, quo silentio tandem comprobare intelligimus? decenni silentio. *l. ab eod. 3. §. quamdiu & quando judex. l. ad solutionem §. §. de re judicata.* 12 *l. 4. §. ead.*

13 Adire videtur, qui adversus testamentum patris movet querelam falsi. *l. 14. ff. de bon. possess.*

14 Adde *l. 55. ff. ead. l. 14. §. 1. ff. ad Treb.* 15 Vid. *l. 39. C. de transact.* 16 Tranigens donare velle non intelligitur. adde *l. 38. C. de transact.* 17 Aliud foret, si utilas fuisset transactio. *l. 4. C. de pact.* 18 Inutilis transactio vim pacti, vel repudiationis non habet, atqui inutilis acceptilatio utile pactum continet, nisi expresse dictum sit ne haberet. *l. 8. ff. de acceptilat.* vid. *Bald. hic. num. 5.* 19 Semel heres, semper heres est. Nam ut semel repudiatam adire amplius non potest, ita aditam postea repudiare non potest. 20 Aliud in minore. *§. 5. Inst. de hered. qualit.* 21 Repudiatione hereditas amittitur. *l. 13. ff. ead.* 22 Major viginti quinque annis semel heres, semper heres esse cogitur, etiamsi damnosa appareat hereditas. *Paul. 3. sent. 5. §. ult.* vide *Dynum ad cap. 21. de reg. in 6.* adde *l. 75. ff. de reg. jur.* 23 Confessus (id est qui confitetur debitum) in jure pro judicato habetur. *l. 29. ff. de donat. l. 36. ff. de re jud. l. 1. §. 7. ff. si quid in fr. aud. patron. l. 6. ff. de confess. l. 4. in prine. ff. ad l. Jul. Majest.* & tamen agnitam hereditatem in judicio repudians, non habetur pro judicato. Cur ita fit? Actus invalidus, licet fiat in judicio, semper est invalidus. Agnita semel hereditas repudiari nunquam potest: ab annis viginti quinque majore ne quidem in judicio. 24 Legendum videtur *componitur* hac sententia. Confessus in jure, pro judicato licet habeatur: si quis tamen in jure repudiaverit hereditatem, confiteri non videtur, superior enim sententia quæ de confesso in jure est, pertinet seu referenda est ad vocem confitentis certam quantitatem deberi, non ad vocem repudiantis hereditatem. Confessio in jure non pertinet ad repudiationes, quibus non liberamur ab aliis: sed ad eas confessiones potius, quibus alteri possumus obligari, quibus certam denique nos quantitatem debere confitemur. & hc confiteri in jure, & recusare in jure different. 25 Adde *l. 1. §. 4. ff. de sportellis.* 26 Quod si emancipatus? Idem *l. 8. ff. de collat.* & sublata est hodie differentia emancipationis. 27 Vel avitam. *arg. l. 8. ff. de collat. ibi, cum de bona paternis inter fratres disputetur. Accursius, Bartol. hic.* Quid si maternam? potest intra annum admitti. *l. 6. in fin. ff. ad Tertullian.* Imo sullo modo potest. *l. 2. C. de jure & fact. ignor.* Potest intra annum, ut dixi ad *d. l. 2.* 28 Id est, dum non sint venditæ. *l. 8. ff. de jure delib.* 29 Imo non post annum. *l. 8. in fin. ff. de collat.* 30 Suus abstentionem nunquam revocat, ubi res sunt alienatæ: minor vero revocare potest, usque ad triennium, quod ei currit, post vigesimum nonum annum. adde *l. 24. §. 2. ff. de minorib.* 31 *l. 8. ff. de jur. delib.*

32 Quadriennium loco utilis anni miscebas datum. *l. ult. C. de temp. in integ. rest.* 33 Minor emissam hereditatem revocare potest. *C. si ut omiss. hered. l. 7. §. 7. ff. de minoribus.*

TIT. XXXII.

QUEMADMODUM [34] TESTAMENTA [35] APERIANTUR [36], INSPICIANTUR, ET DESCRIBANTUR.

1. Imp. Alexander A. Proculæ.

UT testamentum quod dicis factum, proferatur, & publice recitetur, competens Judex [37] jubebit. P P. 11. Kal. April. Maximo II. & ÆlIano Conss. 224.

Testamenta debent aperiri secundum consuetudinem loci, ubi sit apertio. Alex.

11. Impp. Valer. & Gallien. AA. Alexandro.

TEstamenti tabulas ad hoc tibi à patre datas, ut in patriam perferantur, affirmans: potes illuc perferre, ut secundum [38] leges, moresque locorum intimentur [39]: ita scilicet, ut testibus non præsentibus [40] adire prius vel pro tribunali [41], vel per libellum Rectorem provinciæ procures, ac permittente eo, honestos viros [42] adesse facias, quibus præsentibus aperiantur, & ab his [43] rursum obsignentur. P.P. xii. Kal. Januar. Maximo II. & Glabrione Conss. 257.

111. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Aristoteli.

EJus [44], quod ad causam novissimi patris vestri judicii pertinet, de calumnia [45] tibi juranti, præter partem quam aperiri defunctus vetuit [46], vel ad ignominiam [47] alicujus pertinere dicitur, inspiciendi, describendi, præter diem [48], & consilium [49], Rector provinciæ facultatem fieri jubebit. Dat. Kal. Maji, CC. Conss.

Eodem modo publicantur, & aperiuntur codicilli, quo & testamentum. Bald.

IV. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Hesperium P. P.

COdicillos [50], seu scripturam quolibet tenore formatam [51], ea oportebit observatione in publicum proferri, qua testamenta panduntur. Dat. III. Kal. August. *Mediolani*, Auxonio & Olybrio Conss. 379.

sentibus testibus, vel honestis personis, ut hic. facit l. 2. §. 36. ff. depos. à præsentibus intra triduum, vel quinque dies: ab absentibus intra ena dies, cum superveniunt. *Paul. 4. sent. 6. §. 1.* Hoc autem modo aperiebantur: Testes (vel maxima pars eorum) adhibebantur qui testamentum signaverant. Agnitis signis, rupto filo, aperiebatur & recitabatur testamentum, deliberandi exempli fiebat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archivum redigebatur, an si quando exemplum ejus intercidisset, foret unde peteretur. *Paul. 4. sent. 6. §. 1.* Coram pulris recitabatur præsentibus iisdem honestis viris in foro, vel Basilica, inter horam secundam & decimam diei. *Paul. ibid. §. 2.* Hinc illud Augustini in *Psalm. 21. Tamdiu*, inquit, *contradictor de testatore mentiretur, quamdiu testamentum proferatur in publicum & cum testamentum fuerit prolatum in publicum, tacent omnes, ut tabulæ aperiantur & recitentur. Judex latens audit, adversari silent, præsentes silentium faciunt, universæ populus suspensus est, ut legantur verba mortui.* 43 Honestus vir scilicet. *Paul. 4. sentent. 6. §. 2.* hoc ad magistratus videtur rectulisse his verbis, *exemplo siebant ab ipsis magistratibus testamenta obsignari, quorum præsentia constat asserta. Idque §. 1. aute observatum fuisse publicum.* 44 Verba hæc fuerunt prætoris tam in interdictis de tabulis exhibendis, quam in extraordinarii auxilii pollicitatione. *Cujacius hic.* 45 Qui testamentum aperiri seu publicari postulat, jurare de calumnia cogitur. *l. 1. C. de juram. propter calumn.* 46 Aut vetustate interligitur, quod ex parte sit substitutio pupillaris. *l. 8. §. ead. §. 3. Instit. de pupill. §. 2. C. de testament. 2. Cujac 4. §. 3.* 47 Veluti exheredationem, vel præteritionem, & ita testamentum non vitiatur, licet in eo quid famosum sit descriptum. adde *l. 54. ff. de legat. 1.* 48 Diem & consilium testamenti Prætor non patitur describi. *l. 2. §. 6. ff. ead.* 49 Hinc constat, diem & consilium testamentis adjici moris fuisse. de quo re alias dixi. *d. §. 6.* 50 *l. 1. 2. ff. de tabul. exhibend.* 51 Puta epistolam fideicommissariam, & omne omnino scriptum testamenti, etiam imperfectum. *l. 2. §. 1. ff. ead. l. 3. §. 3. & 5. ff. de tabul. exhibend.* principales & secundæ tabulas. *d. l. 2. §. 2.*

TIT. XXXIII.

DE EDICTO DIVI ADRIANI [52] TOLLENDO, ET QUEMADMODUM SCRIPTUS HERES IN POSSESSIONEM MITTATUR.

1. Impp. Severus, & Antoninus AA. Lucillo.

CUm [53] inter institutum, & substitutum controversia movetur: eum qui primo loco institutus est, induci in possessionem oportet. P. P. xii. Kalend. Decemb. Dextro & Presto Conss. 197.

Vitium testamenti invisibile non impedit heredem mitti in possessionem. Alex.

11. Imp. Alexander A. Eutacto.

QUamvis quis se filium defuncti prætentum esse alleget, aut falsum [54], vel inofficiosum testamentum, seu alio vitio subjectum, vel servus [55] defunctus esse dicatur, tamen [56] scriptus heres in possessionem mitti solet. P. P. VI. Kal. Novemb. Maximo II. & ÆlIano Conss. 224.

111. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

EDicto divi Hadriani quod sub occasione [57] Vicesimæ [58] [partis] hereditatis introductum est, cum multis ambagibus, & difficultatibus, & indiscretis narrationibus penitus quiescente, quia & vicesima [59] hereditatis ex nostra recessit republica: antiquaris nihilominus & aliis omnibus quæ circa repletionem vel interpretationem ejusdem Edicti promulgata sunt, sancimus, ut si quis ex asse vel ex parte institutus [60], competenti judici testamentum ostenderit non [61] cancellatum, neque abolitum, neque ex quacunque suæ formæ parte vitiatum, sed quod [in] prima figura sine omni vituperatione appareat, & depositionibus testium legitimi numeri vallatum [62] sit: mittatur quidem in possessionem earum rerum quæ testatoris mortis [63] tempore fuerunt, non autem legitimo modo ab alio detinentur, & eam testificatione publicarum personarum accipiat. Sin autem aliquis contradictor extiterit [64]: tunc in judicio competenti [65], causa in possessionem missionis, & subsecutæ contradictionis ventilentur: & [ei] possessio acquiratur, qui potiora [66] ex legitimis modis jura ostenderit [67], sive qui missus est, sive qui antea detinens contradicendum putavit, nullis angustiis temporum hujusmodi missione coarctanda, sed sive tardius, sive præmature aliquis

34 Aperies hoc Gaio Seio testamentum est tabulas testamenti patefactione naturaliter, ut in Senatusconsulto Silaniano: sed etiam civiliter, ad est, secundum leges & mores civitatis in qua fit apertura testamenti.

39 Testamenta vel vivo testatore aperiuntur & publice insinuantur apud acta, ut major eis fides tribuatur, ut hic. aut post mortem testatoris ut insinuentur hereditates, legatarius, fideicommissarius, fervis manumissis & filio, cui dabatur vicesima, & aliis quibus interest.

40 Id est, absentibus. *l. 7. ff. ead.*

41 Id est, vice voce.

42 Testamenta aperiebantur præsentibus probis & honestis personis. *Paul. 4. sent. 6. §. 1.* & in Senatusconsulto Silaniano. *l. 8. §. 4. ff. de bon. lib. 2.*

43 Vid. *Paul. 3. sentent. 5. §. 11.* Visum testamenti invisibile heredem mitti in possessionem non impedit, nisi de vitio in contumeli dicatur. *Accurs. adde l. 10. §. de accusat.* non si ab eo provocatum sit. *l. 6. §. quæsitum est. pen. l. ult. §. ff. de appellat. recip. Novell. Valentiniani de testament.* Aliud erit, si de pernicioso hereditario agatur. Tunc enim de fide prius cognoscitur. *l. 1. §. 1. ff. de ventr. poss.* 44 *l. 1. §. 2. ff. de Carbonian.*

46 Præsumitur falsum testamentum, seu voluntas testatoris, falsum esse, perfecte, absolute, & solum, formamque suam continere: quod ejus fieri potest & ex verbis postea colligi, non in eo quod omisum, vel silentio præterimissum. *Gosf. Bart. Bald. Jason. in l. si quis divisionem. 4. ff. de testam. Bart. in l. si scripserit. 21. ff. de testament. quod scripserat quod probat.* 47 Occasione vicesimæ hereditatis. *Haloand. Cujac. 18. observ. 9. Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Leonin. Consil. 68. num. 9. Wesenbec. 1. consil. 86. num. 3.* & quando locum habeat Card. Tusc. *lit. I. con. 80.* 288. Joann. Fanel. *quæstl. lib. 2. cap. 3.* Asin. 48 Lex de vicesima hereditatum, legendi ærario gratia, lege Falcidia primum irrogata est extraneis heredibus nec inopibus *Dion. 55.* deinde Neervæ, Trajani, Adriani, Marci, & aliorum constitutionibus, vel recisa, vel reducta: ad postremum, quin cum Alciato potes à Gratiano sublatam. Ad hanc vicesimam Macer, libro dum scripsit. Eodem etiam lex de aperiendis tabulis testamenti cavit. *l. 7. ff. de appellationibus recipiendis. Paul. 4. sentent. 6. §. ult. ibi, necessario colligali.* adde *Plin. in Panegyrico.* de legibus vicesimæ, adde *l. 2. §. 44. ff. de orig. juris.* 59 Vicesima hereditatis sublata, *ut hic.* 60 Vel scripti, vel per nuncupationem, sive id in scriptum redigatur. Quo tamen ultimo casu heres petere potest, ut testium depositiones audiantur à judice & in scriptum redigantur. *Accursius hic, in verbo depositionibus, Tiraquell. de retract. gentil. §. 2. glos. 1. num. 14.* Quid? hoc edictum non dabitur heredibus ab intestato? Rolandus à Valle 1. *consil. num. 5.* negat duri, nisi successionibus ex testamento in totam hereditatem, vel quotam: at non veniunibus ab intestato. 61 Testamenti vitia. 62 Non sit missio ex edicto D. Hadriani, nisi testamentum, ut aperuerit, fuerit obtatum vel publice recitatum. *Paul. 3. sent. 5. §. 14.* 63 *Paul. 3. sent. 5. §. ult.* 64 Hinc colligunt, pro legato consequendo via executiva agi non posse ubi contradictor reperitur. vid. *Myning. 5. obs. 60. Ner. 1. cap. 4.* 65 Competens judicium hereditatis ubi res sunt hereditariæ. *l. 1. C. ubi de hered.* vide *Ferrarien. in formu libelli quo petitur hereditas ex testam.* vide *Harmen. 2. observ. 1. c. 7.* 66 *l. 1. C. ead.* 67 Probari debibus missionem in possessionem, ut & cætera acta judiciaria hinc colligunt.

UAB Biblioteca de Humanitats

aliquis missus est, legis tantummodo arbitrium requiratur, & causa unde vel missio vel contradictio exoritur. Sive enim post [1] annale tempus, sive post majoris ævi curricula aliquis fuerit missus, si tamen ex legitime formato testamento missio procedat, nullum ei temporis obstaculum obiciatur: nisi [2] tantum tempus effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem super [3] dominio præstare, vel ipsi qui missus est, omnem inventionem excludere. Si enim vel ex una parte, vel ex utroque latere temporis prolixitas occurrerit, manifestissimum est non solum missionem, sed etiam ipsam principalem causam esse sopitam. Dat. XII. Kal. April. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

[1] Ex edicto Divi Hadriani post annum scripti heredes in possessionem rerum hereditariarum non admittuntur. *Paul. 3. sent. 5. §. 13.*

[2] Divi ad XXIII. D. VI.

[3] Tempus igitur dominii transferendi causa est.

TIT. XXXIV.

SI QUIS ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT [4], VEL COEGERIT.

1. Imp. Alexand. A. Severæ.

[4] L. XXIX. D. XLVI. [5] Crimen est aliquem testari prohibere vel cogere. [6] Si quis quem testari coegerit. XL. *tit. 4. c. 4.* [7] Si quis quem testari prohibuerit. *L. 21. 22. ff. ad. edict. l. 23. ff. de testibus. l. 19. ff. de his quæ ut indign. Nov. 18. c. 3. §. 3. & 32. Reiz. 4. c. 1. 8 Paul. 5 sent. 12. §. 2.*

[9] Maritus per errorem potest heredem instituere. *Novell. 5. præfat. 39. c. 18.*

[10] Ac non suggerere testamentum.

[11] Blandiris liberum permovere testamentum, ut aliquid nobis testamento tuo relinquas. Vis sola hæc constitutione prohibetur, non blandiæ. Institutio facta blando sermone non est vitiosa. *L. ult. ff. eod. vid. l. 11. ff. testam. milit. l. 70. ff. de hæred. inst.*

TIT. XXXV.

DE HIS [12] QUIBUS UT INDIGNIS [13], HEREDITATES AUFERUNTUR [14], ET AD SENATUSCONSULTUM SILANIANUM [15].

De nece testatoris inulta.

1. Impp. Severus, & Antoninus AA. Celeri.

Heredes [16], quos necem testatoris inultam [17] omisisse [18] constiterit, fructus [19] integros cogantur reddere. Neque enim bonæ fidei possessores ante controversiam illatam videntur fuisse, qui debitum officium pietatis scientes omiserunt. Ex hereditate autem rerum distractarum, vel à debitoribus acceptæ pecuniæ post motam litem bonorum usuras [20] inferant. Quod in fructibus [21] quoque locum habere, quos in prædiis hereditariis inventos, aut exinde perceptos vendiderint, proculdubio est. Usuras autem semisses [22] dependere, satis est. Dat. XV. Kal. April. Chilone, & Libone Conss. 205.

De pupillo herede, & si testamentum à tutore falsum dicatur.

II. Idem AA. Veto.

Polla quidem liberam habuit administrandi patrimonii sui potestatem: nec [23] idcirco, quod pupillus illi heres exstitit, ea quæ ab ipsa finita sunt, revocari in disceptationem oportet. Sed si pupilli [24] nomine falsum dicere vis testamentum, de quo per Pollam transactum [25] est, potes experiri: dum memineris, si in causa non obtinueris, & portionem quam ex eo testamento pupillus habet, te ei salvam facturam, (quam [26] adimi pupillo necesse erit [26] secundum juris formam,) & de calumnia [27] tua Præsidem deliberaturum, quamvis pupilli nomine agere videaris, cum retractas ea quæ finita sunt per coheredem. P.P. Kal. Maji, Antonino A. & Geta III. Conss. 209.

De tabulis ante quæstionem de servis habitam apertis.

III. Imp. Alexand. A. Antiochiano.

Si ea quæstio infertur filiis ejus, quam consobrinam tuam dicis, quod [28] tabulæ testamenti patris eorum, qui à familia interfectus dicebatur, priusquam quæstio de servis haberetur, apertæ & recitatæ sunt: propter amplissimi ordinis consultum hereditas à fisco vindicatur: & ideo agi causa apud Procuratorem meum debet: quia non eo tempore pupilli fuerunt. P.P. II. Non. April. Alexandro A. Conss. 223.

De epistola, vel codicillis, de eo, quem testator voluntatem suam non mereri declaravit.

IV. Idem A. Philomuso.

Hereditas in testamento data per epistolam [29], vel codicillos, adimi [verbis directis] non potuit. Quia tamen testatrix *voluntatem suam* [30] *mereri* unum ex heredibus suis declaravit [31], merito ejus portio non jure ad alium translata, fisco [32] vindicata est. Libertates autem in [33] eadem epistola datæ peti poterunt [34]. P.P. II. Kal. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De sepultura.

V. Idem A. Tyranno.

Non oportet ut indignis heredibus successiones auferri prætextu, quod [35] in sepultura supremis [judiciis, vel voluntatibus] defunctorum obtemperatum non fuisset. P.P. Id. Mart. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De nece vindicanda.

VI. Idem A. Venusto, & Clementino.

Minoribus [36] viginti quinque annis heredibus non obesse crimen [37] inultæ [38] mortis placuit. Cum vos autem etiam accusationem pertulisse, & quosdam ex reis punitos proponatis: licet [39], qui mandasse eædem dicitur provocaverit, vereri non debetis, ne quam hereditatis paternæ quæstionem à fisco meo patiamini. Convenit [40] enim pietati veritæ respondere causam appellationis reddenti. Quod si [41] majoris ætatis fuisse tis, etiam ex necessitate provocationis certamen implere deberetis, ut posse tis adire hereditatem. P.P. XV. Kal. Jul. Alexandro A. III. & Dione Conss.

Qui non est in culpa, non debet esse in pœna. Bald.

VII. Idem A. Vitaliæ.

Si ideo ultio [42] necis testatoris non est desiderata, quia eædis auctores reperiri [43] non potuerint: obesse heredibus, ex quo nulla [44] eorum culpa detegitur, non oportet. P.P. Id. Martii, Lupo & Maximo Conss. 233.

De falsi accusatione.

VIII. Imp. Gordianus A. Tatiæ.

Alia causa est ejus qui falsi instituta accusatione, ad finem usque, quod infimulabat, perduxit, & contrariam [45] sententiam meruit: alia ejus qui inchoatam accusationem non [46] pertulit: cum in illius [quidem] partem succedat fiscus, hic autem, qui contrariam Judicis sententiam non sustinuit, suæ partis non perdat persecutionem. P.P. XV. Kal. Februar. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

Si occisores ignorantur, potest hereditas adiri impune. Alex.

IX. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Ælianæ.

Cum fratrem tuum veneno [46] peremptum esse adseveres, ut effectus successionis ejus tibi non auferatur, mortem ejus ulcisci [47] te necesse est. Licet enim hereditatem eorum, qui clandestinis insidiis perimuntur, hi, qui jure vocantur, adire non vetantur, tamen si interitum non fuerint ulti, successionem obtinere non possunt. P.P. * Tyberiano & Dione Conss. 291.

Heredi scripto à legitimis prævento non auferetur hereditas à fisco, si mora, vel culpa non possit ei imputari. Salic.

X. Idem AA. & CC. Sylvanæ.

Sororem [48] fratris necem jure licito vindicantem [49], evincere ab uxore [recte] scripta successionem non convenit, secundum quæ si fiduciam innocentiæ geris, & neque dolo malo tuo maritum necatum, neque alias indignam te successione probari [posse] confidis: adversus omnem calumniam maximam habes securitatem. Dat. XII. Kal. Maji, *Sirmi*, CC. Conss.

Dilatio ad vindicandam necem defuncti non nocet heredi interim morienti, nec servo libertate donato, nec alio legatario. Salic.

XI. Imp. Justinianus A. Joanni P.P.

Cum Silanianum Senatusconsultum à nobis, tam laudandum, quam corroborandum est: necnon D. Marci Oratio, quæ circa [50] id facta est, invenimus autem nullam in ea mentionem *libertatis* factam, & veteres movit quædam de libertatibus [51] relictis in testamento necati testatoris quæstio: necessarium nobis visum est, & hanc dirimere. Hi enim qui libertate fuerant in hoc testamento donati, si eam accepissent, lucrum quod eis in medio [tempore] accidit, poterant sibi acquirere: Interea autem procrastinatione propter necis vindictam habita, hoc minime ad eos pervenit, & postea in libertatem deducti periclitabantur. [Sed] ne medium tempus fieret eis damnosum, & maxime si ancillæ in medio peperierint, & postea hereditas adita sit: bellissimum nobis videtur, divi Marci prudentissimi Principis Orationem, & in libertatibus producere, ne princeps [52] philosophiæ plenus aliquod videatur imperfectum sanxisse: sed ita in hereditatibus [53], & legatis, & fideicommissis, & maxime in libertatibus quas semper philosophia [54] amplectitur, extendatur ejus ratio, ut lucrum quod in medio accidit, eis post libertatem acceptam restituatur: & partus liber, & ingenuus esse intelligatur: nullaque machinatione hujusmodi præpeditio damnum aliquod irrogate concedatur, [ut] & libera eorum posteritas, si in medio fuerint ab hac luce subtracti, suorum genitorum commodum consequatur. Merito enim nobis sacratissimi Marci per omnia constitutionem repellere placuit: *nihil* etenim [55] *actum esse credimus: dum aliquid addendum superesset.* Dat. XI. Kal. Maji, *Constantinop.* post Consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

De servis, qui auxilium domino occiso non præbuerunt.

XII. Idem A. Joanni P.P.

Talis de antiquo jure dubietas nostræ Serenitati suggesta est propter Senatusconsultum Silanianum, & servos qui supplicio afficiuntur, sub eodem tecto commorantes, & non suum auxilium domino per insidias occiso præbentes. Veteres enim cerrum non faciunt, quis intellectus [56] de verbis, *sub eodem tecto* [57], significatur: sive in eodem cubiculo, sive in triclinio, vel porticu, vel in aula hæc appellatio accipi debeat: adjicientes, si dominus in via [58], vel in agro fuerit interfectus, eos servos puniri qui præsto erant, & non auxilium ad prohibendum periculum præbuerunt, nulla distinctione super qualitate præsentiæ utentes. Nos igitur omnem eis occasionem ad declinanda supplicia super negligentia salutis domini sui amputantes, sancimus [59], omnes servos, ex quocunque loco, sive in domo, sive in via, [sive in agro,] positos clamorem exaudire, vel insidias sentire, & non auxilium tulerunt: supplicio Senatusconsulti subjacere. †. Oportet enim eos ubicunque senserint dominum periclitantem, ad prohibendas insidias concurrere. Datum XV. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. anno secundo. 532.

[12] Heredes qui testatorem occiderunt, vel occidisse dicuntur, ab hereditate repelluntur. *Paul. 5. sent. 4. §. 6.* Qui testatorem occidisse dicuntur, ab hereditate repelluntur. *Ulp. 19. 14.* Qui testatorem occidisse dicuntur, ab hereditate repelluntur. *Ulp. 19. 14.* Qui testatorem occidisse dicuntur, ab hereditate repelluntur. *Ulp. 19. 14.*

[13] Lex quædam exstat apud auctores Synopseos Basilicorum. *tit. 4. c. 7.* quæ ad hunc locum videtur referenda, hoc modo: Si quis aliquem ordari prohiberit, vel quam ordari compulerit, testamentum prohiberit perficere: mittitur quidem bello ex causa prohibitionis: si quid autem superfuerit, filio applicatur & ipse ninguntur.

[14] Vid. XXXIV. D. IX.

[15] A Silio Sili. fol hoc in Gallia non. Senatus. *Bynkersh. in legib. adjudic.*

[16] Vid. XXIX. D. V. *Paul. 3. sentent. 6.* quanta fuerit *ff. eod.* Illud adjicimus, Fuisse & aliud Senatusconsultum de quæstionis familiæ fidem. Neronem. & Pisone Coss. *Tacit. 13. 14.* quod idem Pithoeanus. *l. 8. ff. eodem.* & Neronianum à *Paul. 3. sentent. 6. §. 5.* Idem Claudianum dicitur. *ff. de senatusconsultis Silanian. & Claudian.* Eorum autem unum est ut Norbanus latrocinalia dicatur Claudiana. v. *Cujac. 2. obs. 18.* de Senatusconsultis & edictis Claudianis, vide plura apud Fr. Fabr. 1. *Semestrium 25.*

[17] *L. 17. ff. de his quæ ut indign.*

[18] Quod tempus requiritur, ut inultum necem occisi dicantur? certum enim temporis spatium constitutum ad eam rem fuisse videtur ex *l. 1. 2. ff. in quibus caus. in integrum restitutio necessaria non est.* 18 *d. l. 17. & 36. §. 7. ff. de legat. 2.* 19 *l. 18. ff. de his quæ ut indign.* 20 Vid. *Cujac. 21. obs. 27.* 21 Ut *l. 17. §. 6. ff. de usur.* vid. *Cujac. ad l. 3. ff. de pœnis scholis.* 22 Heres quantus sit pupillus, authoris facto arbitrabitur. 23 Tutor pupilli nomine de falso testamentum accusare potest. Jure non potest. *l. 2. ff. De his qui accusare. dicti illi.* 24 Ergo de falso hic transactum fuit? non ita est. *l. 17. ff. de falsis. l. 18. ff. de transact.* Nam Polla in hac hypothesi transegit de testamento non-dum suspecto. vid. *Ritter. 22. Illustr.* vid. tamen *Cujac. 6. obs. 11.* ubi notat & evincit de falso posse transigi. 25 Dolus tutoris agentis nocet pupillo. Imo non nocet. *l. 6. §. 1. ff. unde vi.*

[26] Imo necesse non est, cum minori eodem casu ignoscatur. *l. 5. §. 9. ff. de his quæ indign.*

[27] Tutor de calumnia proprio nomine teneri potest. Si tamen citra calumniam bona fide egerit, tenori ignoscitur. *l. 22. in fin. ff. eod.* 28 *l. 6. 19. l. pen. l. ult. ff. l. 1. & toto tit. ff. de SC. Silaniano. Paul. 3. sent. 5. §. 5.* 29 Epistola vel codicillis hereditas adimi non potest. Injuste tamen non adimitur quod adimitur indigno, adde quæ scripsi ad *l. 1. ff. de codicill.* 30 Epistola indigno heredem adimi potest. vide *Papon. 1. Notar. 7. cap. de Nullitate.* 31 Pone testatorem coram notario, vel duobus tribus ve testibus contestatum esse, metum sibi illatum à Titio de quo conqueritur: nam ab eo illato testamentum se fecisse, testamentum se jubenti animo mutaturum fuisse, nisi metus eum terruisset Titii inductus. Hæc contestatione defuncti potest, Titio heredi scripto tanquam indigno, hereditatem auferri, & fisco applicari. vid. *Mantic. 2. de conject. 7.* 32 Quod indigno adimitur, pertinere quidem fisco. vid. *Rol. à Valle 1. cons. 56. n. 3.* 33 Libertas per epistolam conferri potest. 34 Cur sic? colligo ex *l. 19. in fin. ff. de reg. jur.* 35 Heres ineptus defuncti voluntatem circa sepulturam sine pœna negligendo, indignus non intelligitur. *l. 5. §. de relig.* adde *l. 12. §. 5. ff. de relig. l. 111. §. 5. ff. de legatis. 1. leg 7. ff. de annuis. leg. 27. ff. de cond. instit. leg. 16. ff. de usu & usufruct. leg. 4. ff. de ædilitio. vet. ad erud.* alias notatur qui non ineptem defuncti voluntatem negligit. facit *l. 33. §. 1. ff. de ritu.* Hodie negligenti eripitur hereditas, non tamen quasi indigno. *Novell. 1.*

[36] Minori non objicitur crimen inultæ mortis defuncti. *l. 1. ff. in quibus caus. in integr. restit. Guth.* Declarationem hujus leg. vid. apud Hartmann. *Pistor. quæst. 47. num. 13. Ans.*

[37] Crimen inultæ mortis, *ut hic, & l. 1. ff. eod. l. 7. §. 10. ff. eod.* crimen ingrati heredis. *l. 22. in fin. ff. de Silaniano.* Pertinet hæc constitutio ad Silanianum ut & 9. & 10. *ff. eod.*

[38] Non vindicatæ. *l. 10. ff. eod.*

[39] Non tamen est necessarium.

[40] Major XXV. annis non potest adire hereditatem defuncti, nisi & reo cædis postulato, rem perduxerit ad finem usque, atque alterum: interposita appellatione à priori. *l. 9. ff. eod.* vid. *Cujac. 18. obs. 6.*

[41] Dixi ad *l. 6. ff.*

[42] Nomini imputatur, qui quod potuit, præstitit. *l. 16. in fin. ff. de testam.*

[43] Pœna sine culpa non infligitur.

[44] *l. 47. ff. de hæred. pet.*

[45] Accusam testamentum falsi, ita demum quod in eo relictum est, amittit, si in accusatione usque ad sententiam definitivam perseveraverit superstesque fuerit, secus si desistit. *l. 8. §. 14. ff. de inoffic.* in quem pœnitet ejus quod per errorem fecit venia dignus est. *l. 38. §. 7. ff. de adult.*

[46] Heres veneno interempti hereditatem adire potest antequam mortem ulciscatur atque vindicet, *ut hic*, aliud est, si occisus sit vi aperta. *l. 6. ff. eodem. l. 2. §. 21. l. 5. in fin. l. 21. ff. de Silaniano. Paul. 3. sentent. 6. §. 2.* ut hinc colligas, hanc constitutionem ad Silanianum pertinere, ut & 6. *ff. eod.*

[47] Dixi ad *l. 6. 7. ff. eod.*

[48] Soror fratris necem potest vindicare, *ut hic.* Potestne frater illatam fratri injuriam vindicare, peta crimen adulterii in defuncti fratris uxorem persequi atque vindicare? Paponius, Alexandrum secutus adversus Castrensem, negat posse & ita judicatum apud Burdegalenses refert *22. Arrest. 9. num. 16.*

[49] *l. 6. 7. & 9. ff. eod.* adde *l. 47. in fin. ff. de test. liberis.*

[50] Fuit igitur Marci oratio post SC. Silanianum. Quando Silanianum factum fuerit, dixi in epigraphe *hujus tit. ad tit. ff. de SC. Silaniano.* Fuit quoque hujusce quæstionis cura Adrianus, ut Spartianus author est, adeo curæ fuit Imperatoribus dominorum securitas.

[51] Mora heredis non vindicantis necem defuncti, non officit libertatibus in testamento datis.

[52] Marcus Princeps Philosophiæ plenus.

[53] Mora heredis necem defuncti non vindicantis, non nocet legatariis.

[54] Philosophia libertates amplectitur.

[55] Nihil actum credimus, dum aliquid addendum superest. *l. 1. ff. de orig. jur.* adde *l. 139. in fin. ff. de verb. sign.* ex Lucani *lib. 2.* —— *Sed Cæsar in omnia præceps, Nil actum credens, dum quid superesset agendum.* —— *l. 1. §. 26. §. 27. ff. eod.* 57 *Paul. 3. sent. 6. §. 3.* 58 *Paul. d. loco.*

[56] *l. 1. §. 28. ff. eod. G. Harm. 12.*

1 Dixi ad XXIX. D. VII. adde *Graffum libro sententiarum* §. *Codicillor.*

2 Codicilli rumpuntur rupto testamento, *ut hic*, nisi veniantur ab intestato, gratuiti sine restituere id quod eis relictum est codicillis, tunc enim valent codicilli, licet testamentum effectum non habeat. *l.* 14. *l.* 29. *ff. de fideicommiss. l. ex ea scriptura* 29. *ff. de testamentis.* Idem dicendum, quoties heredes tacite, non expresse rogati sunt de eo restituendo quod in codicillis continetur, tunc enim valent codicilli, licet non testamentum. *l. qui filio* 38. §. 1. *ff. de heredit. inft.* idem est quoque si testamentum ab initio nullum fuit: ut puta, si præteritus in eo filius fuit. *Donat. & Barat. in l. legata* 19. *ff. de legat. 1.* vide *Tertullian. reg. Sab.*

3 Posthumi adgnatione rumpitur testamentum, ergo & codicilli ex testamento dependentes.

4 Ruptum testamentum confirmari potest à testatore coram quinque testibus, valebitque eo casu testamentum jure codicillorum. adde *l.* 18. *ff. de cond. & demonstr.*

5 Hereditas per fideicommissum dari vel adimi codicillis potest, *ut hic*, & *l.* 22. *ff. de fideicommiss. l.* 75. *ff. de legat. 2.* directo non potest. *l.* 2. *in fin. l.* 10. *ff. vul. §.* 2. *Inst. eodem. l.* 4. *C. tit. proxim. l.* 5. §. 1. *C. de necess. ſerv.* 77. *ff. de heredib. inſt. l.* 27. *in fin. ff. de cond. & demonſtr. l.* 76. *ff. ad Trebell. l.* 14. *C. de teſtament.* 2. *Cujac* 7. §. *ult.* nisi à milite. *l.* 19. *ff. de teſtament. milit.* An idem inter liberos & venientes ab intestato? *l.* 36. *ff. de hered. inſt.* in ad pias causas voluntate? *l.* 2. *C. de ſacroſ. eccleſ.* in institutione, *l.* 14. *C. de teſtam.* facta rei certæ, vel si declarationis modo testamentum fecit testator? *l. eſſe.* 77. *ff. de heredib. inſtit.* ita eandem Socinus *regula* 269. His adde, hereditatem literis non dari. *l.* 17. *ff. de jure codicill.* nec adimi. *l.* 4. *C. de his quib. ut indign.* vide præterea Hippolitum Marsillum *ſing.* 49.

6 Cur ita? ne jus testamentorum & codicillorum confundatur. adde *l.* 7. *C. ſed. l. non codicillus.* 14. *C. de teſtam.* §. *pen. Inſt. de jure codicill. l. Scævola.* 76. *ff. ad Trebell.*

7 Quæ & ἐξαγγελτικὰ dicuntur ausquam obliqua. Fideicommittere his verbis possumus. *Fideicommitto, peto, volo dari. Ulpian.* 25. §. *ult. Inſt. de fregulis vet. per fideicommiſſ. Paul.* 4. *ſent.* 1. §. 6. *Vide hereditatem meam Titii eſſe. l.* 118. *ff. de legat. 1. rogo, mando. Inſtit. dicto loco: Paul. dicto loco. deprecor, injungo, impero. Paul.* 4. *ſent.* 1. §. 6. *cupio. Paul. d. loco. cupio dari. l.* 115. *ff. de leg. 1. opto, credo te daturum.* 243. *d. l.* 115. *exigo. l.* 118. *de leg. 1. deſidero. Paulus dicto loco. deſidero ut des. d. l.* 118. *ſcio hereditatem meam te reſtituturum Titio. d. l.* 118. *Jubeo. l.* 28. §. *penultim. ff. de libert. legata.* Quid *Relinquo*? Paulus *dicto loco* negat esse precarium. Scævola precarium facere videtur. *lege* 78. §. 8. *ff. ad Trebellianum.* Quid *Commendo*? Paulus etiam *dicto loco* negat precarium verbum esse: quod & alibi confirmatur. *l.* 12. *C. de fideicommiſſ. libertatibus. l.* 11. §. 2. *ff. de legatis.* 3. nisi forte probetur, testatorem eo verbo fideicommittere voluisse. Et hæc quidem jurisconsulti. Interpretes vero ita: Verborum alia sunt directa, alia obliqua, alia communia seu mixta ex utrisque. Directis non ab alio quis capit, sed à seipso: obliquis, ab alio. Mixta seu communia quæ utrique institutioni possunt adaptari. vide *Graſſium ex communi opinione libr. ſententiarum, §. ſubſtituitis, quæſtion.* 4. Directa sunt, *ut inſtituo, heres eſto, accipiat, accreſcat, capiat, deminuat eſt, revocatur, moritur.* Obliqua, *detur, lego, reſtituat.* Communia, *competat, deveniat, derelictum, habeat, partiendi, petat, relinquo, remaneat, ſubſtituo, ſuccedat, veniat. Graſſ. ibid. ex communi opinione quæſt.* 3.

8 Codicillus, novissimi judicii ordinatio est, hoc est, species ultimæ voluntatis.

9 Codicillis hereditas directo dari non potest, precariis verbis dari potest, *ut hic.* eadem ratione codicillis declarari potest: quia, aut quis ex pluribus heres sit instructus testamento. *l. eſſe toto* 77. *ff. de hered. inſt.* Potest & codicillis substitutio, dubia alioqui declarari, ut directa sit, non obliqua, aut fideicommissaria. *Bald. 2. conſ.* 249. Hoc amplius notandum est, codicillis tamesti imperfectis, ambigua verba testamenti posse declarari. *arg. l. ult. fin. de reb. eor. qui ſub tut.* Pone, testator decem filio reliquit codicillis: post declarat, ea se filio reliquisse jure institutionis: quæritur, utrum ea declaratio codicillis facta valeat? *Bald. in l. non codicillum* 14. *C. de teſtam.* Salic. & Jason negant *in Authent. noviſſima, C. de inoff.* Roncanus contra valere putat. *conſil.* 279. *num.* 7. Pone, rursus testamento nuncupativum factum, postea vero testatorem codicillis adscripsisse se testamentum scriptum fecisse? Hujusmodi codicillaris adscriptio vim testamenti nuncupativi non subvertit. *Caſtrenſ. 1. conſ.* 93. Singulare est hoc, codicillis testamentarium heredem, indignum hereditate declarari posse, ut eo elogio codicillari, hereditas tanquam indigno ei auferatur, & ad fiscum, non ad alios coheredes ea pervenisse, *l. heredi* 15. *ff. de his, quæ ut indign. Decian conſ.* 361. cujusmodi tamen adscriptio, seu constitutio fieri potest favore ab intestato heredum. *Cravaſius in l. ſi filium. ff. de liberis & poſtum.* Pone derogatorium clausulam priori testamento adjectam esse, posteriore vero non esse revocatam testamento, codicillis tamen postea revocatam esse. Quæro an secundum testamentum specialiter factum, sine speciali revocatione valeat? valet, quia hoc casu hereditas neque datur, neque adimitur; quod cum non sit prohibitum, permissum esse intelligendum est. *l. nemo.* 28. §. *quod ejus* 2. *ff. quib. ex cauſis majores.* & ita Salicetus & Alexander hic. Angelus §. *penult. Inſt. de codicillis. Jaſon in leg. ſanctimus.* 27. *C. de teſtament.* 10 Plures codicillos facere possumus. *l.* 6. §. 1. *ff. vul.* §. *ult. Inſt. eod.* Quid si plures eadem die facti reperiantur: & in una tandem Tusculanus legetur Titio, altero eidem non legetur? Codicillus cui legatum fuit adscriptum, prior fuisse existimabitur. Nam præsumimus id semper prius fuisse, quod jure prius esse debuit. Jure, priore loco legamus, posteriore adimimus: nec adimi quicquam potest, nisi antea jam legatum. vide *Alciatum* 3. *præſumpt.* 42. 11 *l.* 70. *ff. de heredib. inſtituendis.* vide quæ dixi ad *l.* 11. *C. de teſtamento militari.* 12 Codicillus posterior codicillo contrario tollitur. Posterior codicillus priori præfertur. *l.* 19. *C. de fideicommiſſis.* & hoc quidem naturale est etiam in legibus. *l. ult. ff. de conſt. prince.* & testamentis §. 2. *Inſt. quib. modo teſtam.* 2. *Cujac* 3. §. 5. 13 Codicillus codicillo mutatur, *ut hic*: ergo & suppleri etiam & emendari poterit. *l.* 8. *in fin. ff. eod.* 14 Confiteatur codicilli etiam intestato. *l.* 8. *pr. & §.* 1. *l.* 16. *ff. eodem.* §. 1. *Inſt. eod. l.* 5. §. *de Senatuſconſulto Trebell. l.* 88. *in fin. ff. de legat.* 2. imo non debentur fideicommissa ab intestato. *l.* 13. *in fin. ff. de inofficioſ.* Videtur dicta lex 13. abrogari. 15 Absente herede ab intestato, codicillos facere possumus: Absentia heredis non impedit codicillos fieri. 16 Furiosus codicillos facere non potest. *l.* 2. §. 3. *ff. eod.* 17 Alias quilibet fanæ mentis fuisse præsumitur, nisi contrarium probetur & merito. Quilibet enim talis esse præsumitur, qualis natura esse debuit. *Bald.* 18 Qui negat fanæ mentis hominem, probare debet. & ita negatio probanda est: *plerumque*, inquam. Nam mera negatio probari non potest. *l.* 23. *in fin. C. de probationibus.* 19 Codicillos ante vel post testamentum facere possumus: utrovis tempore confirmentur, valent. Imo, ut neutro confirmentur, valent. §. 1. *in fin. Inſt. eod.* cum & alioquin nullo penitus facto testamento valeant, id est, cum valeant ab intestato. *l.* 4. *C. eodem.* Potest etiam codicillus nuncupativi testamenti appendix esse. *l. ult. ff. de jure codicillorum.*

Differentia testamenti, & codicillorum.

VII. Imp. Constantinus A. ad Maximum P. P.

SI idem [20] codicilli, quod testamenta possent, cur diversum [21] his instrumentis vocabulum mandaretur [22], quæ vis, ac potestas una sociasset? Igitur specialiter codicillis instituendi [23], ac substituendi potestas juris authoritate data non est. Dat. [24] III. Jun. Pacatiano, & Hilariano Conss. 332.

Si quis ex eadem ſcriptura primum hereditatem ex teſtamento, deinde fideicommiſſum petat: & de teſtamento imperfecto. 3. De teſtibus.

VIII. Imp. Theodosius A. Asclepiodoto P. P.

SI [24] quis agere ex testamento quolibet modo, sive scripto, sive sine [25] scriptura confecto, de hereditate voluerit: ad fideicommissi persecutionem adspirare cupiens minime permittatur. Tantum enim abest, ut aditum cuiquam pro suo migrandi desiderio concedamus: ut etiam illud sancimus, Si testator faciens testamentum, in eodem [26] *pro codicillis etiam id valere* complexus sit: qui hereditatem petit ab ipsis intentionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens se unius [27] electione alterius sibi aditum præclusisse: ita ut sive bonorum possessionem secundum tabulas, sive secundum munuscupationem, cæterasque similes postulaverit, aut esse missi se in possessionem ex more petierit, statim inter ipsa hujus juris auspicia propositum suæ intentionis explanet. §. 1. Illud quoque pari ratione servandum est, ut testator, qui decrevit facere testamentum, si id adimplere [28] nequiverit, intestato videatur esse defunctus, nec [29] transfudere liceat ad fideicommissi interpretationem, velut ex codicillis ultimam voluntatem: nisi [30] id ille complexus sit, *ut* [31] *vim etiam codicillorum ſcripturæ debeat obtinere*: illo electionis videlicet jure perdurante, ut qui ex testamento agere voluerit, ad fideicommissum migrare non possit. §. 2. Si quis vero ex parentibus utriusque sexus, ac liberis [32] usque ad quartum gradum agnationis [33] vinculis alligatus, vel cognationis nexu constrictus usque ad tertium, scriptus heres fuerit, vel nuncupatus, in eo videlicet testamento, quod testator vicem quoque codicillorum voluit obtinere: licebit ei, si de hereditate ex testamento secundum mortui voluntatem agens fuerit saperatus, vel certe ipse sponte voluerit, ad fideicommissi subsidium convolare: non enim par eademque ratio videtur, admittere debita [34], & incerta non capere. §. 3. In omni autem ultima voluntate, excepto [35] testamento, quinque [36] testes, vel rogati [37], vel qui forsitan [38] venerint, in uno eodemque tempore debent adhiberi: sive in scriptis, sive sine [39] scriptis voluntas conficiatur: testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, subnotationem suam accommodantibus. Dat. XV. Kal. Mart. *Conſtantinop.* Victore V. C. Conſ. 424.

20 Nam idem efficiunt; pollunt quod testamenta, ut Bassianus ait, diversa habent, diversus etiam effectus eorum habentur.

21 Differunt, *Cujac. 18. obſerv. 37.* & ita legendum nisi apud Ulpianum 22. §. 27. *in fin.* monet.

22 Codicillis instituere aut substituere heredem non possumus. Institutiones tantum fiunt in testamentis. *l.* 2. *C. ad l.* 13. *de jure. ff. vul. l.* 14. *C. de teſtam.*

23 Codicilli ex testamento pendent. *l.* 7. *C. Theod. de teſtamen. & codicill.* Ex eadem scriptura non potest quis heredem, ut hic, & legatum petere ex testamento directo & ex fideicommisso codicillis adscripto. *Gail.* Singularem decisionem vide apud *Math. de Afflict. deciſ.* 134. *Anat.*

24 Codicilli etiam sine scriptura fieri possunt, *ut hic.* adde *l.* & *pr.* 27. *ad Trebell. Graſſ. in l. ait prætor.* 5. *in fin. in verſic. pen. numitatem. ff. de in jus vocando.* Item tamen conjunctis personis variare. §. 2. *Inſt. vul.*

25 Unius electione plerumque alterius adimus nobis præclusimus. *l.* 11. *in fin. ff. de leg.* 2. adde *l.* 22. *in fin. ff. de damno.* Item tamen conjunctis personis variare. §. 2. *Inſt. vul.*

26 De hac clausula vid. §. 1. *Inſt. eod.*

27 Unius electione plerumque alterius adimus nobis præclusimus. *l.* 11. *in fin. ff. de leg.* 2. adde *l.* 22. *in fin. ff. de damno.* Item tamen conjunctis personis variare. §. 2. *Inſt. vul.*

28 Imperfectum testamentum. *l.* 1. *ff. de hered. petit. l.* 4. *l.* 29. *ff. qui teſtam. non ſunt. l.* 21. §. 1. *C. de teſtam.* ubi codicillus non sustinetur, *ut hic*, & *l.* 1. *ff. eod. l.* 29. *ff. qui teſtam. l.* 11. §. 2. *ff. de legat.* 3. nisi testator pro codicillis valere jusserit. 29 Codicillis tamen directa verba adjecta, obliquæ accipienda esse notant: ut codicillis filio impuberi in possessione sub directis pupillaris substitutio trahatur ad fideicommissum, ut in *l. Scævola* 96. *ff. ad Trebell. Accurſ. Alexander, Aretinus in l. verbis civilib. 7. ff. de vulgar.* sic codicillis facta institutio trahitur ad fideicommissum. *Imol. in l.* 1. *ff. de injuſto. Alex. 7. conſ.* 194. Quid: vulgaris & compendiaria institutio directis verbis facta, vi codicillaris clausulæ trahiturne ad fideicommissum? Hanc, non illam trahi notant, *Dec. conſ.* 205. *Bartol. l.* 1. *ff. de jure codicill.* 30 Codicillaris clausula non subintelligitur, nisi fuerit expressa; sic itaque testamentum, cui hæc clausula non fuerit adjecta, jure codicillorum non valebit, *ut hic. & l.* 1. *ff. eod. l. coheredi.* 41. §. *cum filio.* 2. *ff. de vulgari. l.* 3. *ff. ſoet* 11. *ff. de teſtam. manumiſſ. Bart. conſ.* 33. Imo tacite intelligitur hæc clausula intelligitur. *l.* 38. *ff. de fideicomm. libert.* sic sine: sed ducta tantum conjectura ex affectione testatoris. Quin subintelligitur in testamento militis. *l.* 3. *ff. de milit. teſtam.* ut in testamento inter liberos. *gl. in* §. *cum filio.* in causis pii testamento. *Bald. in d. l. ſi pure* 11. favore libertatis, *ibid. Baldus.* ob vim summam juris honestique amoris. *text. ex gl. in l. in teſtamentis. ff. de fideic. libert.* (quod ultimum verum in legatis & fideicommissis, non in institutione) si adjecta sit à notario clausula, &c. si testator dixit, velle se testamentum haberi pro legitimo, vel valeat omni meliori modo, vel jure cujuslibet ultimæ voluntatis: vel si testator in eo actu duravit. Quæ omnia vera censenda sunt, modo deficiat ille actus tamen in substantiate, at non in substantia: dum etiam actus ille solemnitatem habeat saltem in codicillis necessariam. Sed pone heredem jurare jussum, si prætiturum legata ex minus solenni testamento? Subintelligetur superior clausula codicillaris. *l.* 2. *C. comm. de legatis*: adde *Mantic. 1. de inſpect.* 9. His adjiciendum codicillarem clausulam quibuslam videri quoque subintelligi, si adjecto discrimine, *quiſquis mihi heres erit*, heres ita nuncupatus dare damnatus fuerit. *Bald. in l. duab.* 19. *ff. de cond. & demonſtr.* licet contrarium videatur ex *l. qui liberis* 8. §. *hæc verba. ff. de vulgari.* Idem traditur, si testator voluerit legata deberi, etiamsi hereditas non adeatur ex testamento. vid. *Bald. in l.* 1. *ff. ſi per omiſſa cauſa teſtam.* aut si in testamento vim & affectum testamenti prohiberit, tunc enim videntur venientes ab intestato dare damnati. *Imol. in l.* 1. *ff. de cond. inſt.* Idem quoque, si testator dixerit, ut actus quem agit omni solemnitate remota valeat: ut perinde sit, ac si codicillarem clausulam adjecisset. *Bald. in l. pen. in fin. ff. de legat.* 2. vide Socin. *reg.* 198. Imo ut expresse adjiciatur hæc clausula, testamentum inofficiosum non valet. *l.* 13. *ff. de inoffic.* Clausula codicillaris minus potest adjecta inofficioso, quam imperfecto testamento. Cur? Cujus testamentum quasi inofficiosum condemnatur, pro demente habetur. Demens autem testamenti factionem non habet. *l.* 16. *ff. de legat.* 3. 31 Hæc est clausula quæ vulgo codicillaris dicitur: cujus formulam vid. in *l.* 29. *in fin. ff. de teſtam.* sit etiam ejus mentio in *l.* 41. §. 3. *ff. de vulgari. l.* 3. *ff. de teſtam. milit. l.* 11. *C. de teſtament. manumiſſ.* 32 Persuis conjunctis licet variare: aliis non licet, ut supius dixi *T. vul.*

33 Id est, usque ad abnepotes. vide *Cujac. 14. obſerv.* 11. 34 Proximis personis hereditam quasi debentur. adde *l.* 7. §. 2. *ff. de curat. fur.* 35 Pota codicillis, *ut hic.* & mortis causa donatione, in qua requiri volunt ideo quinque testes, cum in donatione inter vivos duo sufficiant. *Ludov. de donationib. cauſa mortis.* vid. *Roland. à Valle 1. conſ.* 8. *num.* 22. 36 In omni ultima voluntate, excepto testamento, quinque testes sufficiunt. *l.* 28. §. 1. *C. de teſtam.* ergo tot idem testes in epistola fideicommissaria & mortis causa donatione intercedere oportebit. vide Mantican. *1. de conjecturis* 1. & 12. 37 In testamento rogati esse debent testes: in codicillo possunt esse non rogati. 38 Fortuiti esse esse possunt in codicillis. 39 Datur etiam curatelis bonorum possessio secundum nuncupationem, *ut hic.* & *l.* 2. *C. ſecundum tabulas. l.* 3. *l.* 8. *ff. ſecundum tabulas.*

TIT. XXXVI.
DE CODICILLIS [1].

De agnatione poſthumi.

I. Imp. Alexander A. Mocimo, & aliis.

RUFFO [2] quidem testamento posthumi agnatione, codicillos [3] quoque ad testamentum pertinentes non valere, in dubium non venit. Sed cum post ruptum testamentum patrem pupillorum vestrorum literas [4] emisisse proponatis, quibus præcedens judicium confirmavit, Præterea nihil contra jus fecit, si novissimam ejus voluntatem secutus, relictum testamento Reipublicæ fideicommissum, ut ex codicillis relictum, præstandum esse pronunciavit. P. P. III. Kal. Jul. Maximo III. & Paterno Conss. 234.

De hereditate.

II. Impp. Philippus A. & Philippus C. Asclepiodoto.

HEreditatem [5] quidem neque dari, neque adimi codicillis posse manifestum est [6]. Verbis tamen precariis [7] per hujusmodi etiam novissimi [8] judicii ordinationem jura non faciunt irritas voluntates. Unde [9] ineficaciter te codicillis togatam esse, *ut quibuſdam rebus contenta, portionem, quam teſtamento ſuorum conſequuta, alio reſtitueres*, falso tibi persuasum est. P. P. Id. Octobr. Peregrino, & Æmiliano Conss. 243.

De codicillis contrariis.

III. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Hyacintho, & aliis.

CUm proponatis, pupillorum vestrorum matrem diversis temporibus ac dissonis voluntatibus duos [10] codicillos ordinasse: in dubium non venit id, quod priori codicillo inscripserat, per eum, in quem postea secreta [11] voluntatis suæ contulerat, si à prioris tenore discrepat, & contrariam [12] voluntatem continet, revocatum [13] esse. P. P. VI. Idib. Septemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De abſentia cuerati.

IV. Idem AA. & CC. Stratonico.

NOn idcirco minus, quod intestato [14] te absente [15] codicillos mater tua fecit, hi, quibus precariis verbis adscripta sunt, relicta capiunt. Sine die & consule.

De furioſo.

V. Idem AA. & CC. Flaviæ.

NE codicillos quidem furentem [16] posse facere, certissimi juris est. Si igitur scriptura velut codicillorum patris tui fuit prolata, ut aliquid ex hac peti possit: adseverationi tuæ mentis eum compotem fuisse negantis, fidem adesse [17] probari [18] convenit. Dat. VI. Kal. Decemb. *Diveſis*, CC. Conss. 293.

De confirmatione codicillorum.

VI. Idem AA. & CC. Demostheni.

SIve [19] initio, quæ fuerat codicillis relicturus generaliter, sive novissime relicta servari mandaverit, confirmatione munitus, nullam justam gerere solicitudinem potes. Dat. III. Idus Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 294.

TIT. XXXVII.
DE LEGATIS [40].

De alimentis, & veſtiario.

I. Imp. Antonius Pius A. liberis Sextiliæ.

QUAMVIS verbis his, *quoad* [41] *cum Claudio Juſto marito eſtis*, alimenta vobis, & vestiarium legatum sit: tamen hanc fuisse defuncti cogitationem interpretor, ut & [42] post mortem Justi [Claudii] eadem vobis præstari voluerit. Sine die & consule.

De venditione hereditatis.

II. Impp. Severus & Antonius AA. Sabiniano.

QUamvis heres institutus hereditatem vendiderit [43], tamen legata, & fideicommissa ab eo [44] peti possunt: & quod eo nomine datum fuerit, venditor ab emptore vel fidejussoribus ejus petere poterit. P. P. X. Kal. Septemb. Laterano & Rufino Conss. 198.

40 Dixi ad IX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. D. VI. *Inſt.* XX. adde 3. *Paul. ſentent.* 7. *Ulpian.* 24. & 2. *Cujac* 5. *vel. Graſſ. jun. lib. ſentent.* §. *legatum.*

41 Debuit alimenta quod cum Claudio mortuo. Claudius mortuus est? Debet alimenta etiam post mortem Claudii? Num simpliciter alimenta relicta perpetuo relinqui intelligentur? *l.* 15. *ff. de annuis. l.* 15. §. 1. *l.* 20. *in fin. ff. de alimentis.* ut hinc constet, legatum post mortem Claudii remanere, non tamen remanere conditionem: neminem ita fatuum esse, ut alicui imperet cum aliquo pacisci tem habitare. Ideoque cum aliquo maronali conditio intelligitur eo vivo, videlicet ut ad tempus vitæ conditio restringatur: post mortem vero expiret ex tacita testatoris voluntate, non tamen expiret legatum. 42 Imo non debetur post mortem. *l.* 3. *l.* 4. *C. de cond. inſer. l.* 6. *in fin. ff. de cond. & demonſt.* non debetur, si legatum factum fuit ejus contemplatione quorum habitare legatarius jussus est. 43 Venditio hereditatis facta ab herede jura suo legatario non eripit.

44 Non ab emptore. *l.* 2. *C. de hered. venditi.*

De oppignoratione rei legatæ.

III. Idem[1] AA. Victorino.

QUi post testamentum factum prædia, quæ legavit, pignori[2], vel hypothecæ dedit, mutasse voluntatem circa legatarium personam non videtur[3]. Et ideo, [etiam] si in personam actio[4] electa est: recte placuit ab herede prædia liberari. P. P. VI. Kal. Maji, GENTIANO & BASSO Conss. 212.

De relicto servo propter fine libertate.

IV. Imp. ANTONINUS A. Sulpitio.

SErvis[5] testamento dominorum non[6] data libertate, legatum seu fideicommissum[7] relictum non[8] valet: nec convalescere potest, licet post[9] mortem testatoris libertatem alioqua ratione consecuti sint. P. P. V. Kal. Jul. ANTONINO A. IV. & BASSINO Conss. 214.

Si legatarius rem legatam subtraxerit.

V. Idem A. Donato.

NOn[10] est dubium denegari actionem legatorum ei pro portione competenti[11] in his rebus, quas subtraxisse[12] cum de hereditate apparuerit. P. P. V. Id. Septemb. ANTONINO A. IV. & BASSINO Conss. 214.

De substitutione.

VI. Idem A. Juliano.

SI legata relicta primus[13] legatarius agnovit, substitutio eorum in persona Fontianæ facta evanuit. P. P. VIII. Kal. Maji, *Romæ*, LÆTO II. & CERIALE Conss. 216.

De conjunctis re. I. *De errore scripturæ.*

VII. Idem A. Fausto.

SI[14] Fortidianum fundum primo patet tuus fratribus per præceptionem, ac[15] mox[16] tibi legavit, concursu[17] dominium ejus tibi[18] quoque quæritur. §. 1. Error[19] autem nominum in scriptura factus, si modo de mancipiis, vel possessionibus legatis non ambigitur, jus legati dari non minuit. P. P. V. Id. Jul. LÆTO II. & CERIALE Conss. 216.

Si legatarius, quem testator tutorem dederat, tutor esse non possit.

VIII. Idem A. Demetrio.

AB administratione tutelæ religio sacramenti[20] Marcellum, quem vobis à patre tutorem datum [testamento] proponitis, eripit. Quæ res, quominus legatum consequatur, non impedit. Nec enim juste ab ea petitione repellitur: cum etiamsi[21] vellet tutelam administrare, prohibeatur. P. P. VIII. Idus Martii, *Romæ*, SABINO II. & ANULINO Conss. 217.

De falsi accusatione.

IX. Imp. ALEXAND. A. Antiocho.

SI[22] in fraudem eorum quæ testamento relicta sunt, admissus est accusator, qui testamentum falsum diceret: Præses provinciæ secundum jurisdictionis formam solvi[23] legata jubebit, interposita cautione[24], *si evicta fuerit hereditas, ea restituturum*[25]: quamvis alias tunc cautioni locus sit, cum sine controversia legata solvantur. P. P. VII. Id. Februar. MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

De re legata aliena.

X. Idem A. Ingenuæ.

CUm[26] alienam[27] rem quis reliquerit, si quidem sciens: tam ex legato, quam ex fideicommisso ab eo qui legatum, seu fideicommissum metuit, peti potest. Quod si suam esse putavit: non aliter valet relictum, nisi[28] proximæ[29] personæ, vel uxori, vel alii tali personæ datum sit, cui legatum esset, & si scisset rem alienam esse. P. P. V. Kal. Februar. ALBINO, & MAXIMO Conss. 228.

De rebus legatis in datam datis.

XI. Idem A. Albiniano.

FIlia[30] legatorum non habet actionem, si[31] ea, quæ ei [in] testamento reliquit [vivus[32]] pater, postea in dotem dedetit. P. P. V. Non. Mart. POMPEIANO & PELIGNO Conss. 232.

Si heres, cui prælegatum est, repudiet hereditatem.

XII. Imp. GORDIAN. A. Mutiano.

CUm responso viri prudentissimi Papiniani[33], quod præcibus[34] inseritum est, præceptionis[35] legatum & omissa[36] parte hereditatis vindicari posse declaretur: intelligis desiderio tuo juxta juris formam esse consultum. † Verba vero responsi hæc sunt: Filiæ mater prædium ita legavit; *Præcipito, sumito extra partem hereditatis.* Cum heredirati matris filia renunciasset, nihilominus eam recte legatum vindicare visum est. P. P. Constitutio V. Idus Jul. SABINO II. & VENUSTO Conss. 241.

Si cui res propria relinquatur.

XIII. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Severæ.

PRoptias[38] tuas res legari, vel fideicommitti tibi non[39] potuisse certum est. P. P. XV. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO Conss. 286.

De monumentis, & de jure inferendi mortuum.

XIV. Iidem AA. Tatiano.

MOnumenta quidem legari[40] non posse manifestum est: jus[41] autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur. P. P. Kal. Septemb. MAXIMO II. & AQUILINO Conss. 286.

De ære alieno.

XV. Iidem AA. Terentio & aliis.

SI universæ facultates, quas pater vester reliquit, debito[42] fiscali, aut privato absumuntur: nihil ex his, quæ testamento ejus adscripta sunt, valere potest. Quod si deducto debito, in relictis bonis superfluum est, libertates impediri juris ratio non permittit: quin etiam legata necnon fideicommissa, salva lege Falcidia, præstanda sunt. P. P. III. Kal. Octob. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De pignore.

XVI. Iidem AA. & CC. Syllæ.

CReditor si à debitore suo rem, quam pignoris[43] nomine susceperat, legatam sibi contendit: etiam debito ab heredibus ejus oblato, quominus restituat, defendi potest. S. XVIII. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. Conss.

Quibus modis legata adimuntur.

XVII. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

DAtum legatum adimi[44] tam pure, quam sub conditione, non libertis tantum, sed etiam ingenuis placuit. Dat. III. Non. Mart. CC. Conss. 293.

De legato nominis.

XVIII. Iidem AA. & CC. Justino.

EX legato nominis[45] actionibus ab his, [qui] successerunt, non mandatis, directas quidem actiones legatarius habere non potest: utilibus[46] autem suo nomine experietur. Dat. VI. Id. Dec. CC. Conss.

De viro & uxore.

XIX. Iidem AA. & CC. Niconi.

NOn tantum duorum[47] mensium, sed & minoris[48] temporis maritus uxoris testamento scriptus succedit: nec legata, vel fideicommissa, seu donationes temporis hujus angustia capi prohibet. Dat. V. Id. Decemb. *Nicomediæ*, CC. Conss. 293.

De usufructuario.

XX. Iidem AA. Eutychiano.

UXor patrui tui si testata decesserit, res tuas[49], tantum[50] usumfructum earum habens, legare non potuit. Dat. VII. Kal. Januar. CC. Conss. 293.

De verbis.

XXI. Imppp. CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS, AAA. ad populum.

IN legatis, vel fideicommissis necessaria non sit verborum[51] observantia: ita ut nihil prorsus intersit, quis talem voluntatem verborum casus exceperit, aut quis loquendi usus effuderit. Dat. Kal. Februar. CONSTANTIO II. & CONSTANTE Conss. 339.

De annalibus legatis.

XXII. Imp. JUSTINIANUS A. Menæ P. P.

IN annalibus legatis, vel fideicommissis, quæ testator non solum certæ personæ, sed & ejus heredibus præstari voluit, eorum exactionem omnibus heredibus, & eorum heredum[52] heredibus servari pro voluntate testatoris præcipimus. Dat. III. Id. Decemb. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. P. P. II. Conss. 528.

Si cui totum, alteri pars relinquatur. 1. Si eadem res eidem sæpius relinquatur.

XXIII. Idem A. Juliano P. P.

CUm quæstio talis de significatione verborum [animos] veterum[53] movit, si quis cuidam *agrum Cornelianum* puta, vel alium quempiam in solidum legaverit, deinde[54] alii partem ejus dimidiam, quantam pottionem primus, quantam secundus legatarius consequitur? Simili dubitatione & in hereditate, & in fideicommissis habita. Cumque computationes multæ introducebantur, & multis ratiocinationibus dignæ: nos hujusmodi computationes quasi superfluas, & contrarias voluntati testatoris, omnes esse sopiendas censemus. Cum enim manifestum est, eum, qui ab initio duodecim uncias rei cuidam reliquit, alii autem postea sex, necessitate[55] quidem à priore voluntate, voluisse[56] autem minui eam sex unciis, cum alii eas obtulit: & præsens casus exitum apertissimum inveniet. †. Si quis itaque vel agnum, vel hereditatem reliquerit, primo[57] quidem in totum, secundo autem in partem dimidiam: utrumque in sex uncias esse, vel dominum rei legatæ, vel heredem. Et si tota re primo relicta, tertiam partem secundo reliquerit: secundum prædictum modum octo quidem uncias vel agri, vel hereditatis apud primum remanere, tertiam autem partem vel quatuor uncias ad secundum migrare. Et sic in omnibus statuendum est, id est, in hereditatibus, vel legatis, vel fideicommissis, vestigia enim voluntatis testatoris non aliter nisi per hujusmodi viam

---

1 Severi nomen hic expungendum putat Pantmerius in vita Tertullian. Nam Severus deside Notas Pantmerii periit: hæc autem 6 Kal. Maji. dia post ejus obitum. adde quæ *Interpr. in fin. I. 1. ff. de his qui sui vel alien.*

2 Testator rem à se legatam postea obligans, non revocat legatum, *arg. hic, & §. 12. I. ult. ad.* quamadmodum si urgente necessitate alienavit. *l. 11. §. 12. ff. de leg. 2.* donata revocat. *l. 18. ff. de adim.* Quid si rem suam alteri jam obligatam legat? & hæret obligatam, luetur ab herede: si nec solvat, à legatario. *vid. l. fin. ff. de distract.*

3 Imo videtur. *l. 12. ff. de donat. inter vir. l. 32. §. 15. ff. de don. int. vir.* Dulle leges abrogare sunt per *Novell. 162. c. 2. §. 1.*

4 Quem author *Sententiæ 44. tit. 4.* appellat vocabulo *dictionem*, fidejussum ex testamento: hoc enim legatum verbum, licet id testatoris patris pignori, vel hypothecæ dederit. Idemque si adversus heredem legatum actionem personalem exercuit, hoc est, fidejussum ex testamento, legatum heres à creditore liberare cogitur. *l. simpl. 44. tit. 4. l. 31. & 5. Harmen. 10. §. 12.*

5 Imo libertate servis nihil legari potest. *l. 38. ff. de fideic. lib. l. 76. in fin. l. 28. ff. de hered. inst. l. 15. ff. de oper. l. 20. ff. de admin. l. 30. §. 13. ff. de fideicommiss. lib.*

7 Servus inscriptus, nulla libertate facta mentione, liber intelligitur. vide *l. 3. ff. de manumiss. aliud autem, si res ei tantum legata, vel fideicommissi, ut hic, l. 28. ff. de fideicom. l. 88. §. 13. ff. de leg. 2.*

8 Imo valet. *l. 2. §. 3. l. 19. l. 17. ff. de alimentis.* Valet ex nuno & hoc: valet quoque ipse jure, si à petitore revictum, *l. 7. ff. de reg. milit.* vel si servus alteri legetur. *l. 49. ff. ad leg. Falcid.*

9 Aliud si vivo testatore. 10 Si cui pars aliqua bonorum legata sit, & is res ex hereditate distrahi aliquas, excidit ea quæ sibi competebat rerum legatarum exactione, in iis rebus quas eum rationalis apparuerit: harum liquidem partem exigere non potest. *f. Harmenop. 10. §. 19.*

11 Id est, tantæ rei ei legato. 12 Merito, nam legatarius accipere debet. *l. 2. §. 2. ff. quod legat.* alioquin si abstinentiæ propria, legatum amittit. *l. 9. §. ult. ff. de his quæ ut indign. 68.* Aliud erit, si testatoris justis. *l. 55. ff. de legat. 1. l. 34. §. 2. ff. de legat. 2.* vel testamenti fuerit executor. *arg. l. 78. §. 1. ff. de condit. & demonst.* Quid si heres polliceat? negant interpretes propria auctoritate capere posse, & ita intelligo quod scripsi ad *l. 55.* adde *Clarum dicta loc.*

13 Legatariorum alii primi, alii secundi esse possunt, id est, in legatis fieri potest substitutio. *l. 8. §. 4. ff. de legat. 2.* Primo legatario agnoscente, secundus petere non potest. vide *l. 5. ff. de suspect.*

14 Si quis cum prædium suo[1] legaverit, id est, per præceptionem fratribus suis legati nomine reliquisse, idem postea prædium alii cuipiam legaverit, omnes simul concurrentes legatarii prædium accipient. *f. Marcian. 10. §. 8.* 15 Codicillis duobus eadem die factis, si res in uno legetur Titio, in altera res eadem legetur Cajo, ambo simul ex voluntate defuncti concurrunt, & admittentur & per consequens faciunt sibi partes, quia præsumuntur ex conjunctis. *Accurs. in l. cum prægnante. 3. in verbo, testatrium. ff. de collatio. arg. l. Balea. §. Hæ ita 10. vers. Sin autem. f. de calumn. Sofen in d. l. cum prægnante. ff. de collatio. Divi Hadriani.* 16 Citra ademendi animum. *§. 1. Inst. de adempt. leg.*

17 Res conjuncti faciunt sibi partes per concursum. 18 Ita ut in hac hypothesi legatarius semissem sibi habeat: instituti vero, idemque legatarii alium semissem. 19 Ut *l. 4. §. de testam.*

20 Militaria. Qui propter militiam. *l. 4. ff. qui dare tutores.* mandatum testatoris exequi non potest, non proprerea legatum amittit. facit *l. 11. in fin. ff. de adulter. l. 2. ff. de vocat. uxor.* Condicio impossibilis de jure, non vitiat, sed vitiatur tantum. 21 *d. l. 4.* 22 Legata quoties heres solvere, & legatarius ejusmodi cautionem exigere debeo, ut, si ea vicita fuerit hereditas, legata mihi restituantur. 23 Heres tenetur solvere legata, licet quæstio de hereditate moveatur, præsitta tamen ei cautione à legatario. *l. 9. ff. de heredit. petit. l. 8. ff. si non plus quam per l. Falcid.* 24 Quæ? an amplius quam per legem Falcidiam, ut volunt fere omnes? an evicta hereditate redditum iri, ut vult *Cujac. 9. observ. 21.* 25 *Ea restituturi. Cujac. 18. obs. 9.* hoc innuit, non quod interdum illa cautio præstetur nulla mota controversia hereditatis. *l. ult. ff. de petit. her. l. 3. §. 6. l. 4. ff. si cui plus quam per l. Falcid. l. 8. §. 4. ff. ad exhib.* ideo minus, imo magis mota controversia & perlata sententiarum falsi testamenti est præstanda. 26 Legare rem alienam scientes, non ignorantes pulchrum, nisi proximæ personæ: quæ exceptio notanda: dixi ad *Theophilum §. 4. Instit. de legatis.*

27 Legatum rei alienæ scienter factum valet. *§. 4. Inst. eod.* adde *Paul. 4. sent. 1. §. 8. & 2. Inst. de fideicom. rebus per fideic. l. 67. §. 8. ff. de leg. 2. l. 10. in fin. ff. de aurro.* 28 *Syn. Basil. 44. tit. 4. c. 34.*

29 Proxima persona est non quam cema asteceslit: sed quæ jure sanguinis, licet remoto gradu, attingit. *Vivian. de reprob. gradu, §. 21. ff. l. unum 4.* 30 Si quis testamento res filiæ legaverit, & superstites adhuc post testamentum suum res ea in dotem pro filia dederit, posteaque mortuus fuerit, amplius filia legatum petere non potest. *Ayncof. ibid. c. 35.* 31 Filiæ centum legavi, eidem post testamentum centum in dotem dedi, me mortuo duncita non habet, sed centum, *ut hic.* Idem facit, si prius centum in dotem dedi, postea eadem eidem legavi. *l. 84. §. 5. ff. de legat. 1.* nisi si ita proposuerit patrem voluisse legatum duplicare. *l. 29. ff. de jur. dot.* 32 Legata vivo testatore præstari possunt. *l. 12. ff. de leg. 2. l. 6. ff. de aur.* 33 non herolitas. vid. *l. 1. ff. pro herod.*

34 Quædam familia extant in *l. 87. ff. de leg. 1.* 34 Antiquum morem observa: consultum fuisse principem supplicantis responsa prudentum inserere. 35 Omittunt hereditatem, prælegati portio est. *l. 17. §. 2. l. 18. l. 91. §. 2. ff. de legat. 1. l. 77. §. 31. ff. de leg. 2. l. 4. §. 21. ff. de adim. legat.*

36 Quidam tale extat in *d. l. 87. ff. de leg. 1.*

si 37 hæc sunt: Filiæ mater prædium ita legavit; *Præcipito, sumito extra partem hereditatis.* Cum heredirati matris filia renunciasset, nihilominus eam recte legatum vindicare visum est. P. P. Constitutio V. Idus Jul. SABINO II. & VENUSTO Conss. 241.

37 Quodsi heres in testamento extra vitiam legatum habet quod extra hereditatem præcipiat: potest & omissa parte sua hereditatis, legatum sibi relictum exposcere. *Syn. Basil. 44. tit. 4. c. 36.*

38 Legari res mihi propria non potest, *ut hic*, nisi sub conditione. *l. 89. ff. de cond. & demonst.* nisi commodatum aliquam mihi id legatum adjecerit. *Cynus & Dulaurel. in l. si tibi homo. 85. §. 1. ff. de legat. 1.* nisi res mea quæ mihi legata est, alii debetur actione, vel officio judicis. *l. 39. §. 2. ff. de legat. 1. l. cum mancipium 82. §. si ex bonis 3. ff. de leg. 1.* 39 *l. 41. §. 2. ff. de leg. 1. l. 66. §. 3. ff. de leg. 2. §. 10. Inst. eod.*

40 Sed nec alienari, nec obligari. *l. 2. in fin. ff. de religios.* permutari quoque monumentorum usus non potest. *l. 12. §. 1. ff. de religios.*

41 Jus inferendi mortui legati potest, monumentum non potest. Religiosa res legare non possumus, jus in ipsis possimus.

42 Testator qui solvendo non est, legat inutiliter: liquidem nemo potest relinquere quod non habet, & legata aliter præstari non possunt, quam deducto ære alieno. *l. 12. ff. de testam. milit. l. 16. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. 18. ff. ad Trebell.*

43 Creditori meo pignus lego, heres debitum ei offert: pignus sibi restitui desiderans? heres non auditur, *ut hic.* ut ita pignoris legatum valeat. Quid si creditor petat pignus, debitum petas? justa petitio est, nisi testatori animo compensandi pignus legaverit. *l. 82. ff. de leg. 2.*

44 Vid. *tit. ff. de adimend. legat. & fideic. de adimpl. legat.*

45 Nomen debitoris cui legatur, suo nomine utilem habet actionem: directam non habet, nisi sit mandatu vel cessa. Directa, ex verbis legis est: utilis ex mente. *l. 47. §. 1. ff. de negotiis.*

46 Sex casibus utilis actio datur sine cessione, puta is legato, *ut hic, ff. de his dotat. l. 2. ff. de obl.* si nomen insolutum datum sit. *l. ult. ff. quando ff. cos. emptori hereditatis. l. 5. ff. de hær. vend.* vel nominis. *l. 7. ff. tit. de hæred. pensionis. l. 22. ff. de pignorib.* adde *l. 1. ff. de donat.*

47 Decem menses. *Hahnec. ff. eodem* prisco sermone utitur. *l. 2. C. Theod. de diversis.* Ideo Cujacius 18. *obs. 9.* putat hæc verba defumpta fuisse ex aliqua lege prisca.

48 Brevitas temporis quo matrimonium duravit, non impedit quo minus alter conjugum alteri legare possit. facit *l. 12. §. 1. in fin. ff. de leg. 1.* vid. *l. 2. ff. de secund. nupt.* 49 Legata rem communem cum alio, partem tantum legare intelligitur, *ut hic.* adde *l. servi 5. §. 1. ff. de leg. 1.* interdum solidam rem legat, ut si testator potavit rem suam esse in solidum quam legavit: si dixerit verbis communem sibi cum herede suo fundum legavit: si fundum simpliciter legavit? si proprietarius ipse fundum legavit, tum enim usumfructum legasse quoque intelligitur. *Dulaurel in l. Hæc consultissima. 21. ff. de testament. l. qui se patris. 3. ff. unde liberi. Socin. reg. 224.* 50 Usufructuarius usumfructum legare non potest. vid. *l. 24. §. 1. ff. de legat. 1.* 51 Vid. *l. 2. J. Comm. de legat. pars legis 15. ff. de testament. l. ult. ff. qui admitt.* 52 Heredis appellatione veniunt heredes in infinitum. *l. 4. ff. de jure immun. l. 67. ff. de verb. signif.* nisi legetur ususfructus. *l. 13. ff. de usufruct.* 53 *Animos veterum, Cujac. 19. obs. 9. ut antiquos animos. l. 9. ff. qui testam. Goth.* Hæc est 32. decisio ex 70. novis decisionibus Justinianeis. vid. Inglos. Adde Bellapert. *b. l.* & Vigl. *de hæred. instituend. §. si pervenerit. num. 6. Ans.* 54 Totam si uni legatur, alteri pars totius, confertur pars illi de qua adempta. *l. 6. ff. de adimendis.* 55 Tacita voluntatis revocatio. 56 *l. 13. §. 4. ff. de hæred. instit.*

57 *Adde §. 7. Instit. de hæredib. instit.*

viam æstimanda sunt. §. 1. Sed & aliam disceptationem juris antiqui non absimilem constitutam decidere nobis humanum esse apparuit. Agitabatur enim, si quis *agrum Cornelianum*, vel forte alium, vel quandam rem cuidam legaverit: & postea iterum, vel sæpius [2] ei eandem rem per legatum, vel fideicommissum dederit, post talia autem verba testamenti, Sempronio eundem agrum, vel aliam rem legaverit, ut sæpius quidem fuisset Titii mentio, semel autem Sempronii: quid statuendum est? & quid juris sit, si conjunctim, aut separatim eis relinquatur, sive in legato hoc consistat, sive in hereditate? Hujusmodi igitur decidentes antiquam controversiam sancimus, cuicunque sit hereditas, vel ager in memoratis casibus, sive conjunctim, sive soli, sive sæpius eidem relictus, æqua [3] lance & hereditatem, & agrum, & aliam quamcunque rem dividi, & ad dimidiam partem unumquemque vocari: nisi specialiter expresserit, & dixerit testator, tantas quidem partes velle unum, tantas autem alterum habere. In omnibus etenim testatoris [4] voluntatem, quæ legitima est, dominari censemus. Dat. xv. Kal. Decembr. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De eo, qui exheredato substitutus est.

XXIV. Idem A. Joanni P.P.

CUm quidam suum filiumfamilias impuberem exheredatum fecit, aliis heredibus scriptis, eidem autem pupillo alium substitutum reliquit, maximam scilicet [4] ostendens ad filium suum affectionem, cui nihil quidem emolumenti reliquit, sed post exheredationis [5] injutiam etiam substitutionem ei addidit, & [à] substituto legatum reliquit. *Quærebatur*, si hujusmodi legatum, vel fideicommissum posset valere? Sed & si legatum eidem exheredato filio pater reliquerit, & substituerit ei exheredato facto aliquem extrancum: iterum certabatur, si saltem per eundem modum fideicommissum posset relinquere? Cum igitur antiquitas quidem hoc diverse tractare maluerit, nobis autem hujusmodi jurgia supervacua esse videantur: sancimus [6] nullo legato, nullo fideicommisso hujusmodi substitutum, qui [7] exheredato pupillo datus est, prægravari, nec si ipsam rem, quam pupillo legavit, à substituto ejus vel legare, vel fideicommittere voluit. Dat. II. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC.

Legatarius celans testamentum, privatur legato & remanet heredi scripto. Salic.

XXV. Idem A. Joanni P.P.

SI legatarius [vel fideicommissarius] celaverit [8] testamentum, & postea hoc in lucem emerserit, an posset legatum sibi relictum is, qui celaverit, ex [eo] testamento vindicare, dubitabatur? Quod omnimodo inhibendum esse censemus, ut non accipiat fructum [9] suæ calliditatis, qui voluit heredem hereditate sua defraudare: sed hujusmodi legatum illi quidem auferatur, maneat autem quasi pro non scripto apud [10] heredem, ut qui alii nocendum esse existimavit, ipse suam sentiat jactutam: quemadmodum si legatarius, cui propter tutelam gerendam aliquid relictum sit, non [11] subierit tutelam: ei quidem legatum aufertur, pupillo autem adsignatur, cui ille utilis esse noluit. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De legatis, vel fideicommissis temporalibus.

XXVI. Idem A. Joanni P.P.

ILlud quod de legatis, vel fideicommissis temporalibus [12], utpote irritis, à legum conditoribus definitum est, emendare prospeximus: sancientes etiam talem legatorum, vel fideicommissorum speciem valere, & firmitatem habere. Cum enim jam constitutum sit, fieri posse temporales donationes [13], & contractus: consequens [14] est etiam legata, & fideicommissa, quæ [15] ad tempus relicta sunt, ad eandem similitudinem confirmari: post completum videlicet tempus ad heredem iisdem legatis, vel fideicommissis remeantibus [16], necessitatem habente legatario, vel fideicommissario cautionem in personam heredis exponere, ut [ei] post transactum tempus res non culpa ejus deterior facta restituatur. Dat. xv. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. ANNO II. 532.

TIT. XXXVIII.

DE VERBORUM [17] ET RERUM SIGNIFICATIONE.

De prædiis instructis legatis.

1. Imp. ANTONINUS A. Antipatræ.

PRÆDIIS *instructis* [18] legatis, quamvis ex fructibus vinum & oleum in eodem fundo habuit: tamen si id venale [19] fuit: item ea, quæ ad tempus propter incursionem latronum tutelæ [20] causa in prædium translata sunt, legato non cedere, juris auctoritas placuit. †. Vinum vero quod in apotheciis fuit, si ideo [21] illic habuit, ut cum in prædium venisset, materfamilias eo uteretur [22], legato cedere, ignotare non debes. P.P.VI. Id. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De fundo instructo.

II. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Rufino.

FUndo, *sicut* [23] *instructus* [24] *est*, legato, sive per fideicommissum relicto, villicum quidem, hominesque, & omnia, quæ vel ipse paterfamilias, cum ibi ageret, vel ut fundus esset instructus, non temporis causa, in eo habuit, relicta esse, juris auctoritate definitum est: ea etiam, quæ tam fructuum colligendorum [25], quam servandorum, item pecora [26] stercorandi, vel pascendi causa ibi constituta, ut de his fructus capiantur, vel ut fundus sit instructus: fideicommisso cedere, certi juris est. Dat. Non. Octobr. *Sirmi*, AA. Consulibus.

De cautione pro expensis.

III. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SAncimus *cautionem* [27] nomine, vel ἀσφαλείας, id est, *securitatis*, non [28] esse fidejussoris donationem interpretandam [29]: nisi hoc specialiter, vel in Græcis, vel in Latinis verbis scriptum fuerit: nisi enim, vel generaliter de satisdatione, vel fidejussione specialiter sit [30] nominatum, cautione, vel ἀσφαλείᾳ minime fidejussionem, sed nudam promissionem significari. Dat. Kalend. Mart. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De verbo Aut.

IV. Idem A. Joanni P.P.

CUm quidam sic vel institutionem, vel legatum, vel fideicommissum, vel libertatem, vel tutelam scripsisset, *Ille, aut* [31] *ille mihi heres esto*: vel, *Illi, aut illi do lego*: vel *dari volo*: vel *illum, aut illum liberum*: aut *tutorem* [32] *esse volo*, vel *jubeo*: dubitabatur, utrumne inutilis sit hujusmodi institutio, & legatum, & fideicommissum, & libertas, & tutoris datio? an occupantis melior conditio sit? an ambo in hujusmodi lucra, vel munera vocentur? & an secundum aliquem ordinem admittantur? an utroque omnimodo? cum alii in institutionibus primum quasi institutum admitti, secundum quasi substitutum, alii in fideicommissis posteriorem solum acceptrum fideicommissum existimaverint, quasi recentiore voluntate testatoris utentem. Et si quis eorum altercationes sigillatim exponere maluerit, nihil prohibet non leve libri volumen extendere, ut sic explicati possit tanta auctorum varietas: cum non solum juris auctores, sed etiam ipsæ principales constitutiones, quas ipsi auctores retulerunt, inter se variasse videntur. Melius itaque nobis visum est [33], omni hujusmodi verbositate explosa, conjunctionem *Aut* [34], pro *Et* accipi: ut videatur copulativo modo esse prolata, & magis fit διαδοχικῶς [35], ut & primam personam inducat, & secundam non repellat. Quemadmodum enim (verbi gratia) in interdicto [36], *Quod vi, aut clam*, aut conjunctio pro & apertissime posita est: ita & in omnibus hujusmodi casibus, sive institutionum, sive legatorum, sive fideicommissorum, vel libertatum, seu tutelarum hoc est intelligendum, ut ambo veniant æqua lance ad hereditatem, ambo legata similiter accipiant: fideicommissum in utrumque dividatur: libertas utrumque capiat: tutoris ambo fungantur officio: [ut] sic nemo defraudetur à commodo testatoris, & major providentia pupillis inferatur: ne dum dubitatur, apud quem debeat esse tutela, in medio res pupillorum depereant. Sed hæc quidem sancimus, cum in personas hujusmodi proferatur scriptura. Sin autem una quidem est persona, res [37] autem ita derelictæ sunt, *Illam, aut illam rem tibi do lego, per fideicommissum relinquo*: tunc secundum veteres regulas & antiquas definitiones, vetustatis jura manent incorrupta, nulla innovatione eis ex hac constitutione introducenda. Quod etiam in contractibus locum habere censemus. Dat. Prid. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De familia.

V. Idem A. Joanni P.P.

SUggestioni Illyricianæ [38] advocationis respondentes, decernimus, *familiæ* [39] nomen talem habere vigorem, parentes & liberos, omnesque propinquos, & substantiam: libertos [40] etiam & patronos, nec non servos per hanc appellationem significari: & si quis per suum elogium fideicommissum *familiæ* [41] *suæ* reliquerit, nulla speciali adjectione super quibusdam certis personis facta: non solum propinquos, sed etiam his deficientibus, generum [42] & nutum. Eos enim nobis humanum esse videtur ad fideicommissum vocari: ita videlicet, si matrimonium morte [43] filii, vel filiæ fuerit dissolutum: nullo etenim modo possunt gener, vel nurus filiis viventibus ad tale fideicommissum vocari: cum hi proculdubio eos antecedant: & hoc videlicet gradatim fieri, ut post eos liberti veniant. †. Hoc eodem valente & si quis rem immobilem cuidam legaverit, vel fideicommiserit, eamque alienare prohibuerit [44] adjiciens, *ne si hoc fideicommissarius prætermerit, familiæ* [45] *suæ res acquirantur*.

†. In aliis autem casibus nomen *familiæ* [46] pro substantia oportet intelligi: quia & servi & aliæ res in patrimonio uniuscujusque esse putantur. Dat. xv. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

TIT.

---

1 Vid. *l.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 1.

2 *l.* 19. in *fin. ff.* 34. §. 12. *de legat.* 1.

3 Vid. *l.* 16. *ff. de fideicommiss.*

4 Ironia, ut in *l.* 97. *ff. de leg.* 3.

5 Exheredatio injuriosa.

6 Hæc est 33. decisio ex 50. novis Justiniani. ut videre est apud Inglos. ANT.

7 A substituto impuberis exheredati non potest legari, vel fideicommitti: etiamsi exheredato pater aliquid legaverit.

8 Legatarius celans testamentum, privatur legato, idque heredi cedit, non quasi scriptum. 5. *Harmenop.* 10. §. 36. *Synopsis Basil.* 44. *tit.* 4. *cap.* 48.

9 Fructum suæ calliditatis jure nemo percipit. Dolus suus nemini prodest.

10 Vid. quæ dixi ad *l. unicam.* §. 13. *ff. de caducis.* Cur ita? quoties indignitas respicis favorem certæ personæ, quod res auferatur, injuriam passo defertur.

11 *l.* 32. *ff. de manumiss. test. l.* 5. §. 2. *ff. de his quæ ut indign. l.* 12. §. 4. *ff. de relig.* nisi tutor non idoneus sit, puta minor: & ita per eum non stet. *l.* 36. §. 6. *ff. de legat.* 2.

12 Valet legatum factum ad certum tempus, vel incertum: contra, Hereditas ex die, vel in diem non datur. *l.* 34. *ff. de hered. instit.* nisi à milite. vid. *l.* 8. *ff. de testament. milit.* adde *l.* 9. *ff. de hered. instit.*

13 *l.* 1. 2. 3. *ff. de donationib. quæ sub modo.*

14 Argumentum valet à contractibus ad ultimas voluntates. dixi ad *l.* 20. *ff. de verb. sign.* vid. *Mantic.* 3. *de Conjectur. vir. ultim. voluntatum* 28. *& Everardum Topicis loco à contractibus ad ultimas voluntates* 37. Goth.

Vid. *l.* 44. §. 5. *& l.* 46. *ff. de legat.* 1. ANT.

15 Ad tempus legari potest, *ut hic*, ut & vendi, donari. *l.* 1. *ff. de in diem addict. l.* 2. *ff. de lege commissoria. l.* 1. 2. 3. *de dam. quæ sub modo.* deo relinqui. *l. in rebus* 30. *ff. de jure dot. l.* 1. *ff. solut.* emphyteusis dari. *l.* 2. *ff. de jure emphyteut.* vid. *Bertrand. 4. consil.* 1. *num.* 4.

16 Finito legati tempore, legatum ad heredem revertitur.

17 Dixi ad L. D. *pos.*

18 Instructis prædiis legatis, ea tantum cedunt, quæ fuerunt ibi perpetui usus causa: ad tempus ibi repositi, venalia non cedunt.

19 *l.* 12. §. 30. *ff. de instructo.*

20 Id est, custodiæ. *l.* 12. §. 29. *ff. de instructo.* vid. *Paul.* 3. *sentent.* 6. §. 39.

21 Vinum in apotheciis duplici causa habetur: vel ut ea utantur, *in hac*: vel ut in horreo, ut postea vendamus. vid. in *l.* 12. *d.* §. 29.

22 Illudque absumeret. *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 42. *l.* 1. *ff. eodem.*

23 *l.* 8. *l.* 12. §. 37. *l.* 16. §. 2. *l.* 20. §. 8. *ff. de instructo.*

24 Fundi instructi legato instrumenta eam fundi quam patrisfamilias veniunt, veluti pecora, instrumenta fructuum colligendorum, villici, homines.

25 *l.* 8. *l.* 9. *ff. de instructo. Paul.* 3. *sent.* 7. §. 38.

26 *l.* 188. *in fin. ff. eod.*

27 *l.* 188. *in fin. ff. eod.*

28 Cautionis verbum a legum conditoribus vel à tabellionum, vel statuta, consuetudine, aut ordinatione prolatum nullam promissionem continet, nec fidejussionem, ut ibi: nisi qui cavere debet, se suspectus: aliis tamen cautio condemori non prodest, nisi is qui promisit, cautionem antea erat obligatus (alias secundo promissio primi nihil adferret utilitatis): nisi agatur de cautione pro usufructuaria, *arg. l.* 7. *ff. de prætoria.* nisi fructuaria esset nuda cautio: nisi cautio fungatur (ut Galli dicunt) id est, sufficiens, & competens. ANT. *ff. de judiciis.* Maranta. *l.* 42. *ff. de pact. dotal. l.* 6. *ff. de pignor. act. l.* 1. §. 36. *ff. de mandat. l.* 4. *ff. de precibus imp. l.* 30. *in fin. ff. de minor.* (Quoniam enim cavere est facilius, & captis pignoribus. *l.* 4. §. 8. *ff. de fidejuss. libert.*) bona & plena censetur. Joannes Fab. §. 43. nisi res caveri queant. *l.* 2. *ff. de usufruct. eorum rerum. l.* 1. §. 9. *ff. de mort. inter. l.* 73. *ff. de verb. sign.* cautio magis, si contingat eius beneficium consequi. Capitulorum namque via hæc est, ut utrumque majoritate & geminata qualitas cautionis ejusdem naturam asquet. Ad hæc, Fulgos. sive mortua, vel non salvendo facto, alius peti potest. Superiorius casibus, idoneus cautio non est simplex quorumvis hominis dictis juramentum. Legis enim & fori præceptum in forma specifica implendum est. Sufficiens etiam non est quivis ex plebe: religiosus, quantumvis vir probus: quia nihil habet: *Abb. inprim. T. de jurejur. notig.* ulterius, licet dives: infamia manifestus: *l.* 20. *T. de pub. caus. in fin.* igit de re dubitari nemen potest) advocatus, procurator rixarum plenus,

notarius fraudulentus, mulier: *l.* 2. *& passim ff. ad Velleian.* minor, furiosus, prodigus & similes, qui obligari non possunt: *Inst. de inutilib. stipul. l.* 1. *ff. de verb. obl.* milites & nobiles in eundem ordinem referunt. mobilium tantum possessor etiam idoneus cautio non est: sed nec is qui se non obligat nisi principalis, pura non personaliter: si pignus nullum offertur (si tamen de Prætoris cautione agatur, *l.* 7. *ff. de prætorio*,) qui instrumento publico cavere non vult. Sufficiens vero dici potest, qui suarum opum laudatores, seu certificatores apud judicem arbitrum, vel commissarium in id delectum parte præsente, vel citata. *l.* 47. *ff. de re judic.* profert. Solent enim judices idoneos probare etiam parte invita. Tenetur quoque laudator in subsidium, principali non solvente. *l.* 4. *in fin. ff. de fidejuss. tut.* idoneus quoque intelligitur, qui non idoneus quidem est, sed tamen probatus à creditore est. *l.* 3. *in fin. ff. de fidejuss.* Quid si quis fidejussorem non reperit, est enim difficile fidejussorem reperire? decurritur ad juspectum: vid. *l.* 7. §. 1. *ff. ut legat.* XIV. 88. *c.* 2. §. 1. 2. 3. *T. de appell. & cautel.* Quid si reus eo loci ubi petitur cautio, juret se finibus non posse, aliis posse? auditur. *l.* 8. §. 3. *ff. qui satisdare.* His adde *Rebuf. tom.* 2. *constit. de fianc. caveat. art.* 1. *glos.* 16. in verbo, *Bonne & suffisante caution.* 29 Imo interpretanda est *l.* 59. *in fin. mandati.* Aliud est ad mandatarium, aliud ad idoneam cautionem teneri. 30 Puta in testamento, ut *l.* 84. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. *ff. ad SC. Trebell.* 31 Disjunctiva posita inter personas honoratas, vel gravatas, eam in ultima voluntatibus quam contractibus pro conjuncta capitur: non si inter res sit apposita.

32 Adde *l.* 23. *ff. de testam. tut.* 33 Hæc est 34. decisio ex novis 50. Justinian. ANT.

34 *Aut* pro *Et* accipitur, & ita disjunctiva pro conjunctiva sumitur. *l.* 53. *ff. ad SC. Trebell. & l.* 13. *& 29. ff. usuf. l.* 11. §. 5. *in fin. ff. quod ut.* 35 Alciatus 5. *Parerg.* 18. legit ἀναλυτικῶς, & male. vid. Cujac. ad *l.* 27. *ff. de pactis*: & ad *l.* 133. *ff. de verb. oblig.* διαδοχικῶς fallo disjunctivo quoties quid ita disjungitur, ut tamen conjunctim intelligatur, quæ loquendi forma etiam ἀναλυτικῶς dicitur, cum quid ita resolvimus, ut tamen tacitis nobis intelligatur. διαζευκτικῶς, disjunctive: ἐναντιοφανῶς, alterutio. 36 *l.* 11. §. 5. *in fin. quod vi aut clam.* 37 Disjunctiva inter res diversas posita, pro conjunctiva non habetur: inter personas posita, interdum habetur. *T. ad.*

38 Illyriciana advocatio est eorum advocatorum, qui munere isto fungebantur apud Prætorium Prætorio Illyrici, cujus alibi quoque fit mentio. 39 Familiæ relictum generaliter debetur personis appellatione familiæ comprehensis. De familia adde *l.* 195. §. 2. *l.* 196. *ff. ad l.* 35. §. 6. *ff. de leg.* 2. *l.* 14. *ff. ad Trebell. Tiraquell. libello De retractu lignagier* §. 1. *glos.* 9. *num.* 195. *Simon de Pratis* 3. *de interpret. ultimarum voluntat.* 3. *dubitatione* 1. *solutione* 11. *num.* 25. 40 *Vid. quæ scripsi ad l.* 108. *ff. de cond. & demonstr.* 41 De relicto familiæ. *Familiæ relictum, ut hic, & l.* 32. §. 6. *ff. de leg.* 2. *familiæ vel adquirit. in fin. T. eod.* addatur & illud, *ne de nomine familiæ mea constet. l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2. 42 Gener & nurus numerantur in familia. 43 Gener & nurus hi cuntur etiam dissoluto matrimonio, & sic affinitas dicitur durare dissoluto quoque matrimonio. In edicto *de pastulanda*, præsentes affinitates intelligantur, non quæ fuerunt. *l.* 3. §. 1. *ff. de publicanis.* in nuptiis etiam non præsentes intelligantur. §. 8. *ibi, si fuit uxor. Inst. de nupt.* Res servos subsequi non potest pro iis dominis quorum antea fuerit. *l.* 14. *T. de quæst.* Quare quod à Gallis dicitur, *Meuble n'a fille, meuble ne gendre*: referitur ad amorem potius quam ad pudorem & honestatem, marita filia deminuitur quasi necessitudo, ut soceo honestius & reverentia. 44 Plerumque relictorum vetant, res extero venali, vel in externum alienari. *l. ult. T. de reb. alien. non alienand.* 45 De relicto familiæ dixi *T. eod.* 46 Familiæ nomen pro substantia, ut eo loco: Adgnatus proximus familiam habeto, *l.* 195. §. 1. *ff. ad.*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

TIT. XXXIX.

SI OMISSA [1] SIT CAUSA [2] TESTAMENTI.

1. Imp. Severus & Antoninus AA. Januario.

Si in fraudem legatorum transmissam hereditatem ad substitutum [3] probatura es: utilis actio adversus eum, cum quo fraudis consilium participatum est, [tibi] competit. Plane, si pecunia [4] accepta omisit [5] additionem, legata & fideicommissa praestare cogitur. Accept. Kalend. Octobr. Fusco & Dextro Conss. 226.

Si hereditas, qua adiri poterat, repudietur in fraudem legatarum, habet locum hac Edictum. Baldus.

11. Impp. Philippus A. & Philippus C. Victorix.

Eum, qui cum testamento posset obtinere hereditatem, ab intestato jus successionis voluit amplecti, libertatibus [6] eodem testamento datis obesse non posse, jampridem placuit. Quod si cum jam neque aditi ex testamento hereditas, neque bonorum possessio peti possit, judicium defuncti non [7] usurpabitur, sed ad irritum juris ratione revocatum est, petitio relictorum nullo jure procedit. Si vero jure facto testamento: cessante herede scripto alter ab intestato adiit hereditatem, neque libertates [8], neque legata ex testamento posse praestari, manifestum est. P. P. Kal. Januar. Philippo A. & Titiano Conss. 246.

111. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Apro & Pix.

Si Proculiana parti vestro, cujus estis heredes, testamento quid reliquit, & scripti jure secundum ejus judicium vel omissa causa testamenti successerunt ab intestato, adiras competens Judex, quatenus legis Falcidiæ [9] modus paritur, vobis relicta restitui jubebit. Dat. xv. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. Conss.

[1] xxxix. D. iv. adde 44. *Inst.* 28. Omittere est colligere judicium defuncti: repudiasse, abstinere, vel cetera. [2] Causa testamenti ipsius testamentum, seu heredum testamento debita. [3] *l.* 1. *J. de fideic. libert.* Substituitur ei defertur hereditas, legata solvit. [4] *l.* 3. 4. *ff. eod.* [5] Tenetur, qui omisit additionem, haec non postea. [6] *l.* 22. *ff. eod.* [7] Non infertur habitum, &c. Cujac. 3. *obs.* 22. *in fin.* alii lectionem vertebat, *insuper habere*, explicat, *insuper habere*, ut idem sentire meret 11. *obser.* 21. ait *insuper habere* pro vili aestimabile. Sic Hieronymus interpretatur, *insuper habebit*: & eadem fimilis Augustus 1. Eam confidentiam non *insuper habendam* intelligit, & Symmachus, scribendi munus non *insuper habitum*. his adde quæ dixi ad *l.* 43. *in fin. ff. de religios.* *l.* 17. *ff. de his quæ ut indign.* adde alia ex Alberico 11. *variar.* 17. [8] Vide *l.* 27. *ff. eod.* adde *l.* 6. *ff. eodem.* [9] Falcidia detrahitur, etiam quando legata ex hoc edicto debentur.

TIT. XL.

DE INDICTA VIDUITATE [10], ET LEGE JULIA MISCELLA [11] TOLLENDA [12].

Conditio viduitatis non offertur, si legatum non adscribatur mulieri, sed alteri. Bald.

1. Imp. Gordianus A. Bono.

Legatum alii [13] sub conditione sic relictum, *si uxor* [14] *nuptui se post mortem mariti non collocaverit* [15], contractis nuptiis conditione deficit, ideoque peti nequaquam potest. P. P. xiii. Kal. August. Gordiano A. ii. & Pompeiano Conss. 242.

Lex Julia Miscella in juramento & cautione Mutiana, quæ praestabatur, cessat. Salic.

11. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

Ambiguitates legis Juliæ [16] Miscellæ generali lege tollentes, nullum concedimus fieri juramentum secundum praedictam legem, sed penitus ea una cum Mutiana [17] cautione super hac causa quiescente, licere *mulieribus* etiam maritorum [18] suorum [19] intermissatione spreta, quæ viduitatem eis indicit, & non dato sacramento, procreandæ sobolis gratia tantum ad secundas migrare nuptias, poena hujusmodi cessante, sive habeat liberos, sive non: & ea percipere [20], quæ maritus dereliquit: quorum omnium manifestissimum est, dominium minime eas liberis existentibus habere, usufructu [21] tantummodo apud eas remanente, & ad liberos prioris tori proprietate eorum deferenda, secundum ea quæ de secundis nuptiis, & lucris quæ ex his mulieribus [obveniunt] statuta sunt, ne ex necessitate legis, & sacramento colorato [22] perjurium committatur. Cum enim mulieres ad [23] hoc natura progenuerit, ut partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta sit: quare scientes prudentesque perjurium committi patimur? Tale igitur juramentum conquiescat, & lex Julia Miscella cedat cum Mutiana [24] cautione super hoc introducta: & à [nostra] republica separata. Augeri [25] etenim magis nostram Rempublicam, & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis perjuriis affici volumus: cum satis esse inhumanum videatur, per leges [26], quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri. Dat. x. Kal. Mart. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

In Authent. de nupt. §. quæ vero nunc sequitur. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 43.

Civi *relictum quid fuerit à conjuge, vel à qualibet persona*, ne secundas ineat nuptias: *intra annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum vero capiat, praestita cautione* rei cum fructibus restituendæ, si contra fecerit. *Pro re immobili juratoria cautio fiat cum hypotheca; pro mobili (si persona sit idonea) eadem sit cautio: alioqui & fidejussor exigitur, si praestari potest. Contractus nuptiis res data vindicari potest: quod sic admittitur, ac si ei relictum, vel ordinatum non esset.*

Lex Julia Miscella corrella in muliere est corrella in viro, & condicio in viduitate apposita, si perseverantium non requirit, erit exspectanda. Bald.

111. Idem A. Joanni P. P.

Legem Juliam Miscellam quemadmodum in fœminis sustulimus, ita & in [27] *masculis* esse sublatam, pertinere quidem ad sensum nostræ legis, quam super hoc promulgavimus, non est incertum: Ne tamen quædam ambiguitas simplices [28] animos moveat, etiam expressim sancimus, legem Juliam Miscellam, & Senatusconsultum [29], quod circa eam factum est, nec non Mutianam [30] cautionem, quæ super talibus nuptiis introducta est, non solum in fœminis, sed etiam in masculis cessare.

†. Sed quia apud Ulpianum in libris Sabinianis invenimus quædam verba, quæ effugiunt legis Miscellæ observationem: ne quis & ea sublata esse putaverit, sancimus, cum hujusmodi verbis mulieribus aliquid relinquatur, *Si vidua* [31] *erit*, vel *quamdiu vidua erit*, vel *cum vidua erit*, vel è contrario maribus, *Si amiserint uxores*, vel *quando ad cubitum pervenerint*: non vetari ea vindicare, vel legitimo modo sumere, quæ eis derelicta sunt. Neque enim ut permaneant, vel fœminæ in viduitate, vel masculi in cœlibatu, videtur esse relictum, ut locum ante nostram legem habeat lex Julia Miscella, quæ jam perempta est: sed cum primum hoc evenerit, illico competat talibus personis ejus quod relictum est, persecutio: quia sub conditione relictum esse videtur, sive semel, sive in annos singulos hæc liberalitas fuerit conscripta, quasi pro solatio fuæ tristitiæ [32]. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

[10] Id est, de legatis viro mulieri sub conditione viduitatis & cælibatus relictis. [11] De qua dixi ad Novellas. c. 43. Cur ita dicitur, vide *l.* 3. *J. eod.* [12] Id est, de remittenda conditione viduitatis à testatore indicta. Hadia non remittitur. Novell. 22. *cap.* 44. Horum itaque omnia interpretatio defumenda de eo est dicto capite 43. & 44. [13] Eutrapelo scil. [14] Meo. [15] Id est, si unam vitam permanserit: hinc igitur manet: Si extraneo legavero sub conditione, *si unus meus heres permanserit*, conditionem non remitti: quia nulla viduitas injungitur. *l.* 72. *ff. de conditionibus & demonstrationibus.* aliud erit si uxori vel alii mulieri legavero sub hac conditione, *si vidua permanserit*. Ea enim casu conditio remittitur. *l.* 2. *J. de inst. & instit.* [16] Lege Julia Miscella cavebatur, ut mulieres, quibus vir ut mos vidualem indiscrimen, etiam si nuptias secundas contrahissent, nulla sibi legata conquirerentur, penitus prius jusjurando se prosecundo fobolis gratia secundas nuptias contrahere. Cui legi, quod ad juramentum attinet, Justinianus derogat hac lege de Nov. 22. c. 43. [17] Vid. *l.* 3. *J. eod.* [18] Quibus hinc colligunt, Legem Juliam Miscellam pertinuisse ad conditiones adscriptas fidei mariti testamento. Sed Mutatur 1. *Matur.* 2. ait pertinere etiam ad virgines: eo fenfu conlibatus, aut viduitatis conditionem multo magis virginibus quam viduis remittendam esse. [19] Hodie mulieres non possunt legatum accipere si nupserint. Novell. 22. c. 44. [20] *l.* 3. *versic. nec quicquam. ff. de jurament. nupt.* [21] Ex colorato sacramento perjurium committitur. [22] Mulieres ad id natura progenitæ, ut partus edant. [23] Vide *l.* 3. *J. eod.* [24] Rempublicam multis hominibus augeri interest. [25] Legibus via perjuriis non aperitur, cum perjuria legibus ipsis pueniantur. [26] Loco lex Julia Miscella dici exiliimatur, quod pertineat tam ad mares, quam ad fœminas quibus viduitas injungitur. *l.* 79. *in fin. ff. de cond. & demonstr. dixi plenius ad Novell.* 22. c. 43. [27] Ut alibi *veteres animas & antiquas*. *l.* 23. *J. de legatis.* [28] Qui facile fecti. Cujac. Rav. ut intelligas Persicianum & Calvisianum, de quibus vide Ulpianum. [29] Senatusconsulta quæ circa eam facta sunt. [30] De qua *l.* 2. *J. eod. c.* 72. §. 1. *ff. de cond. & demonst.* [31] Caelibe, lego *Marcian. si ut deo vidua erit*. Cum celebs erit, vel, *legato sic scorum amisero*. Cum celebs erit, non remittitur: nec enim viduitatem indicit, sed solutionem viduitati praebet. [32] Solatium tristitiæ.

TIT. XLI.

DE HIS, QUÆ POENÆ [33] NOMINE IN TESTAMENTO, VEL CODICILLIS [SCRIBUNTUR, VEL] RELINQUUNTUR.

Relictum, vel in alium transfatum poena nomine valet, nisi ob turpem causam, vel impossibilem conditionem relinquatur.

1. Imp. Justinianus A. Mennæ P. P.

Supervacuam observationem veterum [legum,] per quam testatorum voluntates ad effectum duci impediebantur, amputamus: præcipientes, nullum valere dicendo poenæ nomine quædam esse relicta [34], vel adempta in suprema testantium voluntatibus, eas infirmare: sed licere testanti pro impleuda sua voluntate, vel pecunias dari præcipere, vel aliam pecuniariam poenam inferre quibus voluerit, tam in adimendis hereditatibus, vel legatis, vel fideicommissis, vel libertatibus, quam in præcipiendo ad alias personas eas transferri ab eo, cui relicta ab initio sunt, vel aliquid ab eo dari, si minus dispositionibus suis heres, vel legatarius, vel libertate donatus paruerit. Quod [35] si aliquid facere, vel legibus [36] interdictum, vel alias probrosum, vel etiam impossibile [37] jussus aliquis eorum fuerit: tunc sine ullo damno, etiam neglecto testatoris præcepto servabitur. Dat. Kal. Januar. *Constantinop.* Domino nostro Justin. A. P. P. Conss. 528.

[33] xxx. xxxi. xxxii. D. eodem, adde 2. *Inst.* 23. [34] Testamento, fcil. minus solenni. [35] Multum temporis, triennium. [36] 2. *Fund.* 2. §. 2. Triennio salutem annuum legatum, in futurum perpetuo debetur. vide quæ dixi ad *l.* 28. *ff. de pact. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de usuris. l.* 6. *ff. de usuris. adde l.* 88. §. 5. *ff. de leg.* 2. [37] Vid. *d. l.* 28.

gligi quæ vel spe præmii, vel metu pœnæ impedire potest liberam testandi facultatem, nisi forte testator justa ac legitima de causa heredem testari prohibuerit: veluti prodigum, vel similem. *Alex.* 1. *cons.* 155. *Inf.* 2. *cons.* 189. 3. *cons.* 142. 4. *cons.* 164. *Curt. cons.* 160. *Ghis. in l.* 32 71. *ff. de her. instit.*

36 Legibus interdicta, non natura, sed jure impossibilia censentur. 37 §. *ult. in fin. Inst. de leg.*

TIT. XLII.

DE FIDEICOMMISSIS [38].

De alimentis, & vestiario.

1. Imp. Antoninus A.

Si probaveris Demetrium petiisse [39] de matre heredeque sua, ut tibi alimenta mensiua, & vestiarium annuum praestaret, eamque secutam voluntatem filii sui per multum [40] temporis, id est, non minus in tali causa triennio [41], ea praestitisse, ut in [42] futurum quoque ea praestentur, & si qua in praeterimum praestita non sunt, ut exolvantur, impetrabis. P. P. xvii. Kalend. Septemb. Duobus & Aspre Conss. 213.

De salutione fideicommissi inutiliter relicti.

11. Idem A. Eupatrio.

Et [43] si inutiliter [44] fideicommissum relictum sit: tamen si heredes comperta [45] voluntate defuncti, prædia ex causa fideicommissi avo tuo praestiterunt [46]: frustra ab heredibus ejus de ea re quæstio tibi movetur, cum non ex ea sola scriptura, sed ex conscientia [47] relicti fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur. P. P. vi. Kal. August. Læto ii. & Cerealе Conss. 216.

De morte manumissa ex causa fideicommissi, cui hereditas quoque fideicommissa debebatur.

111. Idem A. Rufino.

Cum secundum voluntatem defunctæ, Chrysidem puellam ab heredibus manumissam, eamque, priusquam ei restitueretur hereditas [48], intestato vita functam proponas: ad manumissores [49] ejus successio pertinet. Qui si adierint ejus hereditatem, confusis [50] actionibus, fideicommisso sunt liberati. P. P. v. Id. Decemb. Læto ii. & Cerealе Conss. 216.

De alienatione & oppignoratione extra familiam prohibita.

IV. Imp. Alexand. A. Victorino.

Voluntas [51] patris prohibentis [52] *liberos fundos extra* [53] *familiam* [54] *vendere, vel pignori dare*, fratrem sorori [55] donare [56] prohibuisse non videtur. P. P. v. Kal. Jul. Maximo ii. & Aeliano Conss. 224.

Differentia substitutionis pupillaris, & fideicommissaria.

V. Idem A. Reginæ.

Si frater tuus, postquam patri heres extitit, pubes [57] jam [factus,] sine liberis decessit: ex pupillari substitutione tibi hereditas ejus delata non est. Sed [58] si verbis fideicommissi aliqua parte testamenti confirmata est: fideicommissum ab heredibus petere non prohiberis. P. P. xv. Kal. Februar. Juliano ii. & Crispino Conss. 225.

Si res obligata relinquatur.

VI. Idem A. Nilo.

Prædia obligata [59] per legatum, vel fideicommissum relicta,

[38] xxx. xxxi. xxxii. D. eodem, adde 2. *Inst.* 23. [39] Testamento, fcil. minus solenni. [40] Multum temporis, triennium. [41] 2. *Fund.* 2. §. 2. Triennio salutem annuum legatum, in futurum perpetuo debetur. vide quæ dixi ad *l.* 28. *ff. de pact. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de usuris. l.* 6. *ff. de usuris. adde l.* 88. §. 5. *ff. de leg.* 2. [42] Vid. *d. l.* 28. [43] Licet inutiliter legatum relictum sit, & heredes scientes praestiterint: non amplius id repetere possunt. *Tryphon. Basil.* 44. *tit.* 1. *c.* 112. [44] Agnoscens minus solemnem voluntatem, & ex ea salvens non repetit. [45] *Comparata.* Hal. [46] Ultro ac voluntarie *l.* 23 *J. eod. l.* 26. §. 1. *ff. de testam. l.* 33. *ff. de fideic. libert. l.* 9. §. 5. *ff. de jur. & facti ign.* [47] Conscientia relicti. [48] Fideicommissum universale transmittitur, licet non facta sit restitutio: ut hinc constet pertinere eiusmodi fideicommissa universalia, adde *l.* 5. 12. 14. 15. 16. 30. *ff. ad. l.* Falc. [49] *l.* 17. *ff. de manumiss. Inst. de succ. lib.* [50] Debitori succedente creditore, confunditur actio. *l.* 7. *ff. de pactis. l.* 67. *J. ad l. Falc. l.* 95. §. 12. *ff. de solut.* [51] Vid. *l. ult. ff. de reb. al. non alien.* [52] *Simonius de Praetis* 3. *de interpr.* 3. *dubit.* 1. *sobr.* 2. Quid si nupta est futur? vid. *l. ult. ff. de verb. sign.* Quid liberi alienare prohiberi extra familiam, an in infinitum alienare vetantur? hujusmodi prohibitio quartum gradum, seu quartam generationem, non egreditur. *Nov. de restit. fidei.* 39. §. 3. in verb. *post quatuor demum generationes. Socin. reg.* 284. [53] Facit *l. ult. ff. de verb. & rer. sig. l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2. [54] Familiæ appellatione continetur fratres & sorores hinc colligitur: sed tamen verius est hic agi de familia testatoris, hoc sensu: Extra familiam alienare prohibitum non videri extra familiam testatoris alienare, si forsan donaverit. vide *Simonium de Praetis* 3. *de interpr.* 3. *dubit.* 1. *sobr.* 2. Quid si nupta est futur? vid. *l. ult. ff. de verb. sign.* Quid liberi alienare prohiberi extra familiam, an in infinitum alienare vetantur? hujusmodi prohibitio quartum gradum, seu quartam generationem, non egreditur. *Nov. de restit. fidei.* 39. §. 3. in verb. *post quatuor demum generationes. Socin. reg.* 284. [55] Sorori quod donatur, non alienetur extra familiam. *d. l. ult. in fin.* [56] Si ita est: prohibitus alienare, poterit donare? non ita est. Nam de nuda donatione hic non agitur, sed de donatione facta sorori. Persona, non genus contractus huic constitutioni privilegium facit: alias non quemadmodum donare licet quod vendi potest. *l.* 163. *ff. de reg. jur.* ita donare possimus, quod vendere prohibemur. [57] Directa pupillaris expirat pubertate. adde *l.* 8. *J. de impub. & aliis.* [58] Fideicommissaria substitutio non expirat pubertate. [59] Hic agitur de re obligata postea legata, vel fideicommissa, ut & alibi *l.* 77. *ff. de l.* 1. §. 5. *Inst. de leg.* ut & in *l.* 3. *J. de leg.* de re legata postea obligata hoc tandem inquit, Res obligata si à scientе testatore relinquatur, ut heres teneatur eam luere, vel ejus loco pretium solvere.

1 Legatum (si forte res legata alicui obligata sit) heres huius debet, ut id legatario praestet, ut hic. Fallit, si facto ipsius legatarii res ipsa obligata est, ut hic. & l. si res obligata. 37. ff. de leg. 2. arg. l. sicut placuit 25. ff. de dote praelegata. si legatum ipsum universale fit. (Hujus enim legati huitio ad legatarium pertinet, quod cum suo onere transit. arg. d. l. 13. l. cum pater. 77. ff. de leg. 2.) si res ipsa legata obligata sit nomine extranei, hoc est, alterius quam ipsius testatoris, vel heredis ejus. Mart. hic. Socin. reg. 171. adde quae scripsi apud Theophil. §. 5. Inst. de legat.

2 Praelia obligata, si legantur, ea cogitur heres huere. Quod si jam à creditore distracta sunt, compellitur heres horum aestimationem legatario praestare. Gymnas. Basil. 44. tit. 1. c. 116. 5. Marem. 10. §. 34.

3 l. 15. l. eodem. l. 95. ff. de leg. 2. neque ita servandae voluntatis defuncti causa à verborum propria significatione recedere licet: quod quoties aut quibus casibus permittatur, vid. apud Socinum reg. verborum propriae significationi fratur, hoc ab ea recedendum est. 44.

4 l. 12. in fin. l. 29. in fin. ff. de leg. 3. l. 168. in fin. ff. de reg. jur.

5 Fideicommissum relictum servo, cui libertas est legata, eodit eo tempore quo libertas: ut ita legatum non sit inutile. l. 91. §. 2. ff. de leg. 1. l. 9. l. 19. ff. de manumiss. testamentor.

6 Quem non honoro, gravare non possum. l. 1. §. 17. ff. ad Trebi.

7 A legatariis, fideicommissariis, donatariis mortis causa legare & fideicommittere possumus: iisdem possumus substituere. l. 50. l. 77. §. 32. ff. de leg. 2. l. 36. §. 1. l. 77. ff. de cond. & demonstr. l. 12. ff. de mort. caus. don.

8 l. 8. §. 5. in fin. ff. de transact. l. 77. §. 1. ff. de leg. 2.

9 Dixi ad l. 4. §. 6. ff. de arbitr.

10 Legendum fortasse videtur (tamen) additum perfectum sensum facit, pro adjecto habendum est. 11 Scribis intellectus orationis defectum suppleri. 12 Si alienationi consentiunt hi, quorum interest rem alienari, alienatio revocari non potest. l. 120. §. 1. ff. de leg. 1. l. 77. §. 27. ff. de l. 2. Novell. 159. c. 3. 13 Alienandi prohibitio sine causa facta non valet: causa adjecta, vel subintellecta valet, ut eo casu alienatione facta, sequentes admittantur, sequente alienante, alii rursus sequentes, at non antecedens qui alienavit: ut hinc colligatur, Fideicommissum ex probabilitate alienandi subintelligi. vid. Simonem de Pret. 3. de interpret. ult. volunt. 3. dub. 1. solut. 10. ubi notat, rationem hujusmodi prohibitionum subintelligi ex re ipsa, vel persona, puta quod res sit familiae omnino utilis: vel quod prohibitio facta sit infanti, prodigo, furioso, pupillo & similibus. 14 Pacto vel consensu fideicommissum remitti potest. 15 Quod in diem debetur, ante diem solvi potest. l. 137. §. 2. in fin. ff. de verb. obl. 16 Vid. l. 9. §. ad l. Falc. 17 Principe loco, ita legitur in vetustis. Cujac. 18. obs. 9. ut ita illo verba, Lubrica per vacuum posui vestigia principes. 18 Instituto adeunte, relicta à substituto non debentur, l. 20. ff. si quis omissa. 19 Ἐξοδικῶς: de qua dixi ad l. 17. de jure dot. vel Canonem debentur, l. 20. ff. si quis omissa. 20 Id est, generaliter, his verbis, si intra pubertatem decedat. Gor. 2. Lect. 1. 21 Sic hanc hypothesin: Sive quaesita, sive non quaesita hereditate, adeuntia mea intra pubertatem decesserit, hereditatem Titio & Caio restitui volo. Quid juris est? Quaesitam adoptivi filii hereditatem restituunt adoptivum heredes: non quaesitam legitimi testatoris heredes, atque ita legitimi heredes rogari possunt. alias interpretationes vide apud Alciatum 1. disjunct. 9. Duar. 2. disp. 5. Gomesium 1. variar. 1. Goth. & omnino Rainald. vers. cap. 97. Guilhelm. Oncialem. lib. 2. de adeuntior. quaestion. cap. 29. & omnino Rainald. Carf. indagat. jur. lib. 3. cap. 19. Ans. 22 Adoptivus liberis subditos potest pupillariter. 23 Legatarius legatum propria auctoritate capere non debet, sed id ab herede petere, ut hic glos. in verbo, id est, petendo, in c. Raimaldus 18. x. de testam. unde adversus occupantem competit interdictum quorum legatorum. J. quor. legat. nisi cum potestatem fecit testator legatario, ut legatum propria auctoritate caperet. text. & gl. in l. Titia cum testi 34. §. 1. ff. de leg. 2. 24 Si adoptivum propria auctoritate caperet. text. & gl. in l. Titia cum testi 34. §. 1. ff. de leg. 2. 25 Si adoptivae quaesita fuit hereditas. 26 Non adita hereditate relicta non valent. vid. l. 12. §. 5. ff. de bon. lib. l. 1. ff. de injust. nisi testator voluerit relicta solvi per heredes sua ab intestato. 27 Jure non adoptata, ut adoptata adire non potest. adde l. 1. ff. de haered. inst. 28 Si mulier filiis suis institutis, patrem ipsorum rogaverit, ut eos manumittat, hoc dicere videtur, debere patrem liberis emancipatis hereditatem restituere: ac propterea quandocunque fuerint emancipati, restituere tenetur. Gymnas. Basil. 44. tit. 6. cap. 125.

29 Fideicommissum inducitur ratione agnitionis conservandae. vid. Simonem de Pretis 3. de interpret. ult. volunt. 3. dubitat. 1. solut. 11. 30 Vide quae scripsi ad l. 44. in fin. ff. de manumiss. testam.

31 *Filium tuum heredem institue, si eum emancipaverit.* ut l. 70. l. 93. ff. de cond. & demonstr. cuinam debeatur hereditas? An filio tuo, qui heres institutus est: an tibi conditionem implenti? Simo. Idemque rogatus de emancipando filio, rogatus quoque intelligitur de restituenda ei hereditate. Socin. ut qui antecedens voluerit, consequens voluisse intelligitur. Bald.

De herede rogato, quidquid ex hereditate ad eum pervenerit, post mortem suam restituere.

XVI. Imppp. Carus, Carinus, & Numerian. AAA. Isidoro.

CUm 32 vitium prudentissimum Papinianum respondisse non ignoremus, etiam legata hujusmodi fideicommisso contineri, id est, ubi 33 heres rogatus fuerit, *quidquid ex hereditate ad eum pervenerit, post mortem restituere*: animadvertimus etiam praeceptionis 34 compendium testatoris verbis comprehensum esse 35. †. Sane quoniam in fideicommissis voluntas 36 magis, quam verba plerumque 37 intuenda est, si quas pro rei veritate praeterea probationes habes, ad commendandam hanc patris voluntatem quam fuisse adseverat, apud praesidem [provinciae] experiri non vetaris. P. P. Prid. Id. Novemb. Caro & Carino AA. Conss. 283.

De liberatione legata.

XVII. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Fortunato.

SI creditoris voluntas jure 38 subnixa liberari 39 te debito volentis doceri potest: etiam antequam solenniter tibi liberatio à successore praestetur 40, exceptionem 41 tibi ex 42 voluntate defuncti descendentem competere manifestum est. P. P. xii. Kal. Maji, Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De necessitate reddenda rationis remissa.

XVIII. Iidem AA. Apolausto.

CUm necessitatem reddendae 43 rationis defunctus remittendam tibi esse petierit, manifesti juris est, voluntatem defuncti immutatam 44 esse debere. P. P. Id. Mart. ipsis iv. & iii. AA. Conss. 290.

De priore & posteriori voluntate.

XIX. Iidem AA. Ampliato.

CLari & aperti juris est, in fideicommissis posteriores 45 voluntates esse firmiores. P. P. viii. Id. Septemb. ipsis AA. iv. & iii. Conss. 290.

De relicto à tutore.

XX. Iidem AA. Juliano.

ETiam 46 à pupillorum tutoribus, velut ab ipsis 47 relicta fideicommissa debentur. P. P. iii. Non. Decemb. ipsis iv. & iii. Conss. 290.

De transmissione ad heredem.

XXI. Iidem AA. & CC. Tiberio.

SI in personam patris tui, cui te successisse proponis, fideicommissi dies utiliter 48 cessit: licet tempore, quo fuerat datum, necdum 49 te natum [fuisse] probetur, uxorem patrui [tui,] quem contendis rogatum fuisse patri tuo, *si filius liberis decesserit*, ab avo [tuo] relicta restituere: si ei successerit, de fideicommisso convenire debes. Nam si patrui etiam hereditas tibi quaesita est, non de fideicommisso quaerendum, sed hereditas ab ea vindicanda est. Dat. vi. Id. Februar. AA. Conss. 291.

De epistola, libello, scriptura, nuru, testibus.

XXII. Iidem AA. & CC. Plautiano.

ET 50 in epistola 51, vel 52 libello, vel sine 53 scriptura, imo etiam nuru 54 fideicommissum relinqui posse adhibitis testibus, nulla dubitatio est. Dat. Id. April. Byzantii, AA. Conss. 293.

Si veritas, vel solennitas juris desit.

XXIII. Iidem AA. & CC. Stratonico.

SI 55 veritas, vel solennitas 56 juris deest, nec 57 amplexus parentis voluntatem relicta dedisti, vel transactionis causa filiis pulantibus 58 promisisti, negotiumque integrum est: ad solutionem urgeri non potes. Dat. v. Kal. Februar. AA. Conss. 293.

De instrumentis relictorum praediorum.

XXIV. Iidem AA. & CC. Menostrato.

INstrumenta 59 praediorum per fideicommissum relictorum, quae ad probationem originis eorum pertinent, heredes praestare necesse non habent: cautionem 60 tamen praestare debent: quod si opus fuerit, legatario seu fideicommissario ipsa, si habeant, proferant 61. Dat. Kal. Decemb. *Sirmii*, Conss. 291.

De re herede.

XXV. Iidem AA. & CC. Juliano.

HEredum 62 etiam res proprias per fideicommissum relinqui posse, non ambigitur. Dat. ii. Kal. Mart. CC. Conss. 293.

32 Quaestio dubia, jus constitutionis non est. An praelegata veniant in fideicommissa hereditatibus.

33 Nota regulam.

34 Hic verba, *quidquid ex hereditate ad eum pervenerit*, restituere, continetur quoque praeceptionis compendium seu legatum: seu id quod onerata fideicommisso percepit, à coheredibus: nisi contraria decernat testatoris voluntas, idque ita faciatur propter verbum, *quidquid*, ac his. Hoc itaque casu, Praelegata veniunt in fideicommissum. Idem accidit, si heredi indefinite pecuniam fuam (non hereditariam tantum) restituere jussus sit. l. 3. §. 4. ff. ad Trebil. dixi non hereditarium: cum hereditaria appellatione legatum non contineatur. l. 96. in fin. ff. de leg. 3. l. 91. ad l. Falc. Ergo praelata perperam ad substitutum deferuntur? Minime: deferuntur enim in substitutione fideicommissaria, ut hic, non tamen in vulgari. l. 32. in fin. ff. de leg. 3. dominione inter vivos. l. 68. ff. de leg. 2. jure accrescendi. l. 18. ff. de leg. 1. l. 75. in fin. ff. de leg. 3. l. 91. in. His verbis, *Quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, restituas*: omnia quae legatorum nomine à tuo coheredibus praestanda, restituere debes. Idem dicendum, si ita scriptum fuerit: *Eam à coheredibus praelatis, & praemortuo portionem adcrescit restituas*; quia eo casu praeceptionis legatum portioni hereditariae instituto inest. l. 3. §. 6. ff. ad Trebi. Quid si ita pactum sit? *Cautum à coheredibus praelatis: portionem hereditariam si praemortuo, nihil restituito.* aliud dicendum. l. 5. §. 4. quemadmodum si hereditatem jussus sit restituere. l. 96. ff. de leg. 3. Quid si ita? *Titio heredi datorum restituito, quarta parte retenta, & cautum à Caio coheredi ne tibi legata sint*: Titius eo casu praelegata consequetur. l. 86. ff. ad l. Falc. Interest igitur damnetur quia restituere indefinite portionem, aut quicquid ex hereditate ad eum pervenerit, vel hereditatem, aut portionem hereditariam. l. 91. ff. ad l. Falc. l. 96. ff. de leg. 3. 35 Imo non est: hereditatis enim appellatione non continentur legata. l. 96. in fin. ff. de leg. 3. l. 91. ff. ad l. Falc. 36 l. 7. ff. ead. l. 23. in fin. pr. ff. de leg. 1. l. 7. in fin. ff. de supellect. 37 Hoc recte additum est. Nam plerumque sola verba spectantur. l. 19. in fin. ff. de usufr. leg. nonnunquam etiam utrumque conferatur. l. 67. in fin. ff. de leg. 2. l. 52. §. 4. ff. de leg. 3. 38 Legata seu relicta in testamento solenni possunt retineri ope exceptionis adversus heredem, ut hic. An & relicta in testamento minus solenni? Covarruvias adversus communem interpretum opinionem aliud existimat. vid. Gratianum 1. 5. 5. quaest. 1. num. 13. 39 Liberatione legata, debitori competit actio & exceptio. 40 In agente scil. l. 7. in fin. ff. de lib. leg. §. 13. Inst. de legat. 41 l. 3. §. 1. l. 22. ff. de liberat. 42 l. 4. §. 10. ff. de doli mali. 43 Rationis reddendae testatus testamento remitti potest, ut hic. si tamen legatarius dolo quid administraverit, non prodest ei liberatio. l. 5. §. 7. ff. de administr. tut. l. 9. l. 10. in fin. l. 28. §. 9. ff. de liberat. 44 Immutatum. Cujac. 18. obs. 1. 45 Vid. l. 3. ff. de codicill. l. 87. ff. de cond. & demonstr. 46 Tutores à pupillo relictum à pupillo capere non debent. l. 1. §. 6. ff. de leg. 2. l. 4. ff. de his in fin. ff. de leg. 2. 47 Relictum à tutore intelligitur relictum à pupillo. l. 1. §. 6. ff. de leg. 2. l. 5. §. 2. de reb. cred. 48 Aliud si non ei cessisset. l. 67. l. 75. §. 1. §. 8. ff. de leg. 2. l. 4. ff. de his. 49 Dies fideicommissi vivente fideicommissario si cedit, fideicommissum transit ad ejus heredem, ut mox in rerum natura non existentem. 50 3. Haym. 10. §. 23. l. 75. ff. de leg. 2. 51 l. 1. ff. de codicill. l. 75. ff. de leg. 2. aliud in hereditate. l. 17. ff. de jure codicill. 52 Epistola, de qua hic, species est ultimae voluntatis: parum differt, aut certe effectu non differt à codicillis: est enim nihil aliud quam dicillus, quam brevis epistola. At praeterea, ut codicillis, sic epistolis fideicommissum relinqui potest. ut hic, l. epist. 73. ff. ad Trebi. & si de fide ejus constat, debentur ea, quae in ea scripta sunt. Unde & à quasi. ff. de leg. 2. Hinc epistola fideicommissaria dicitur in l. cum heredes 7. §. qui testam. Unde & à quibusque testibus subscripta esse oportet: aliisque nullius est momenti. Accurtius in l. 1. ff. de codicill. Nam in qualibet specie ultimae voluntatis quinque testes sunt necessarii, ut dixi ad §. 3. ff. de codicill. ubi dixi. Alicubi tamen epistola speciem ultimae voluntatis constituitur differens à codicillis. l. 1. ff. de his quae ut indign. l. 75. l. ult. ff. de leg. 2. Nam epistola sine scriptura non perficitur: codicilli etiam sine scriptura possunt perfici. l. ult. in fin. ff. de codic. l. & sine §. 3. ad Trebi. Accurs. in l. ult. prater §. in fin. ff. de his quae ut indign. Cetterum litterae quibus animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. l. 3. ff. de codicill. Cetterum litterae quibus animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent. l. 3. ff. de codicill. de jure codicill. adde Mantic. 1. conjectur. 11. 53 l. 32. §. ead. l. 5. §. de fid. Trebi. l. 4. §. 1. ff. de adim. legat. 54 Vid. l. 21. ff. de leg. 3. Ubi. 25. §. 3. Nutu tamen posse jubere hereditatem adiri. l. 29. §. 1. ff. de adq. haered. l. 67. §. 3. cum. ff. ad Trebi. & si heres nutu jussus non potest. l. 29. §. 1. ff. de adq. haered. Quae nuru constituit alias retuli. ad l. 52. in fin. ff. de obsig. 55 Ex minus solenni voluntate non semper debentur fideicommissa: nisi per heredem fuerint praestita fuerint, vel transcriptionis causa promissa. 56 Vid. l. 29. §. ead. 57 Amplexus voluntatem defuncti videtur qui bona tradidit, qui transactionis causa promisit. l. 32. Trebi. 58 Fideicommissum in dispositionem dedicit potest. l. 62. ff. de cond. Indeb. 59 Instrumenta emptionis praedii per fideicommissum relicti apud heredem testatoris remanent, praestita cautione de illis exhibendis, quoties necessitas fuerit. 60 Nota genus cautionis de quo dicam §. ead. 61 Id est, exhibeant. l. 4. ff. familiae. l. 52. in fin. pr. ff. de adil. inspect. Apud quem instrumenta emptionis esse debeant. vid. l. 7. §. 2. ff. de adim. legat. l. ult. ff. de fide instrum. l. 14. ff. de reb. auctor. jud. 62 Res heredum per fideicommissum relictae quae possimus petitude ac propriae. §. 4. Inst. de leg. §. 1. Inst. de fideic. vel. per fideic.

De repudiatione.

XXVI. Iidem AA. & CC. Julianæ.

EX repudiatione [1] fideicommissi, doli [2] mali exceptio justa causa intercedente tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. Unde cum [3] hoc non se, sed [4] partem feciſſe adseveres, qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obesse poteſt. Dat. 11. Id. April. *Sirmii*, CC. Conss. 293.

De pœnitentia.

XXVII. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

FIdeicommissum ejus, qui reliquerat, [5] pœnitentia [6] probata, successores nunquam præstare compelluntur. Dat. v. Kalend. Octob. *Viminaci*, CC. Conss. 294.

De fideicommisso servis propriis relicto.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Tiberio.

EX fideicommisso sub conditione sine [7] libertate servis propriis inutiliter dato libertas peti non poteſt. Dat. XV. Kal. Novemb. *Trans mare*, CC. Conss. 293.

De testamento, quod jure non valet.

XXIX. Iidem AA. & CC. Achilleo.

EX testamento, quod jure [7] non valet, nec fideicommissum quidem, si non ab intestato [8] quoque succedentes rogati probentur, peti poteſt. Dat. VIII. Kal. Decemb. CC. Conss. 293.

De tacita conditione, si sine liberis decesserit.

XXX. Imp. Justinianus A. Demostheni P. P.

CUm acutissimi ingenii vir, & merito ante alios excellens Papinianus in suis statuerit responsis [9], *si quis filium* [10] *suum heredem instituit, & restitutionis post mortem oneri subjecit, non aliter hoc videri disposuisse, nisi* [11] *cum filius ejus sine fabole vitam suam reliquerit*: nos hujus sensum merito mirati, plenissimum ei donamus eventum: ut [12] si quis hæc disposuerit, non tantum filium heredem instituens, sed etiam filiam, vel ab initio nepotem, vel nepeem, pronepotem, vel pronepteem, vel aliam deinceps posteritatem, & eam restitutionis post obitum gravamini subjugaverit: non aliter hoc sensisse videatur, nisi ii, qui restitutione onerati sunt, sine filiis, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel pronepotibus fuerint defuncti: ne [13] videatur testator alienas successiones propriis anteponere. Recitata septimo [14] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. III. Kal. Novemb. Decio V. C. Conss. 529.

De relictis à filio præterito.

XXXI. Idem A. Joanni P. P.

QUidam filium suum à sacris [15] paternis remisit, & postea testamento condito eum præteriit [16], nullo ei penitus relicto, aliis heredibus relictis: ipsum autem, quem neque heredem, neque exheredatum fecit, fideicommisso prægravavit: *Quæreba*tur, si utile esset hujusmodi fideicommissum? Tota igitur antiqua dubietate super hoc exposita, nobis in hoc casu placuit [17], ut emancipatus (utpote injuria [18] à patre adfectus [19]) non compellatur fideicommissum à sua persona relictum præstare. †. Quod etiam in aliis personis, quas exheredari necesse est, locum habere censemus. Dat. Prid. Kal. Mart. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

De herede jurare, vel solvere cogendo.

XXXII. Idem A. Joanni P. P.

QUæstionem ex facto emergentem resecantes, & voluntati mortuorum prospicientes, sancimus, si sine [20] scriptura, & præsentia testium fideicommisso derelicto fideicommissarius elegerit heredis juramentum [21], vel forsitan legatarii, vel fideicommissarii, quotiens ab eo relictum est fideicommissum, sive universitatis, sive speciale: necesse [22] habere heredem vel legatarium, seu fideicommissarium, prius jurejurando de calumnia [23] præstito, vel sacramentum subire, & omni inquietudine sese relaxare: vel si recusandum existimaverit sacramentum, aut certam [partem, vel] quantitatem manifestare fideicommissario derelictam noluerit, si forsitan majorem fideicommissarius exspetat: omnimodo exactioni fideicommissi subjacere, & cum ad satisfactionem compelli: cum ipse [24] sibi judex, & testis inveniatur, cujus religio, & fides à fideicommissario electa est, nullis testibus, nullisque aliis adventitiis probationibus requisitis. Sed sive quinque sint testes, sive minores, vel nemo: causam per illius sacramentum, vel dandum, vel recusandum suam habere tam firmitatem, quam exactionem, sive pater sit, qui fideicommissum dederit, sive extraneus: ut æquitatis ratio communiter in omnes procedat. Cum enim res per testium [25] solennitatem ostenditur: tunc & numerus [26] testium, & nimia subtilitas requirenda est. Lex etenim, ne quid falsitatis [27] incurrat per duos [28] forte testes compositum testamentum [29], majorem numerum testium expostulat: ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur. Cum autem is, qui aliquid ex voluntate defuncti luctatur, (& maxime ipse heres [30]: cui summa auctoritas totius causæ commissa est) dicere compellitur veritatem per sacramenti religionem: qualis locus testibus relinquatur, vel quemadmodum ad extraneam fidem decurratur, propria, & indubitata [fide] relicta? cum & in leges respeximus, quæ justis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obedire [31] compellunt: & sic strictius causam exigunt, ut etiam amittere [32] lucrum hereditatis sanciant, cos, qui testatoribus suis minime paruerint.

Si heres relictum solvere noluerit.

In Authent. de heredib. & falcid. §. si quis autem non implens. col. 1. tit. 1. Novell. 1.

HOc amplius qui defuncti judicium lege non repræsentatum manitus à judice intra annum non implet, excluditur eo, quod præter debitum naturale perceperit ex eadem judicio. †. Hoc autem cum omne suo, danda super hoc cautione, defertur primo substituto, mox ordine servato coheredibus adcrescitivis, vel generali fideicommissario, vel legatario soli, vel ex pluribus in parte potiori, vel specialis fideicommissario, vel legatario majoris emolumenti, vel omnibus, vel volentibus, vel libertate in testamento donatis, prout quisque eorum prius nominatus est: exheredatis ne hic quidem respectus: Postremo defertur extraneo, vel fisco.

TIT. XLIII.

COMMUNIA DE LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS, ET DE IN REM MISSIONE TOLLENDA.

Quæ actiones legatario, vel fideicommissario competant, & de legatorum differentiis sublatis.

1. Imp. Justinianus A. Demoſt. P. P.

CUm hi, qui legatis, vel fideicommissis honorati sunt, personalem actionem plerumque habere noscantur: quis vel vindicationis [33], vel finendi [34] modo, aliisque [35] generum legatorum subtilitatem prono animo admittat, quam posteritas optimis rationibus usa nec facile suscepit, nec inextricabiles circuitus laudavit? quis in rem [36] missionis scrupulosis utatur ambagibus? Rectius igitur esse censemus, in rem quidem missionem penitus aboleri: omnibus vero tam legatariis quam fideicommissariis unam [37] naturam imponere, & non [38] solum personalem actionem præstare, sed & in rem, quatenus eis liceat easdem res sive perquodcunque genus legati, sive per fideicommissum fuerint derelictæ, vindicare in rem actione instituenda, & insuper utilem Serwianam, id est hypothecariam super his quæ fuerint derelicta, in res mortui præstare. Cum enim jam hoc jure nostro increbuit, licere [39] testatori hypothecam rerum [suarum] in testamento quibus voluerit dare, & iteram novellæ [40] constitutiones in multis casibus, & tacitas [41] hypothecas introduxerunt: non ab re est etiam nos in præsenti [42] casu hypothecariam donare [actionem,] quæ [etiam] nullo verbo præcedente possit ab ipsa lege induci. Si enim testator ideo legata, vel fideicommissa reliquit, ut omnimodo personæ ab eo honoratæ ea percipiant, apparet ex ejus voluntate etiam præfatas actiones contra res testatoris esse restituendas: ut omnibus modis voluntati ejus satisfiat, & præcipue cum talia sint legata vel fideicommissa, quæ piis [43] actibus sunt deputata. Et hæc dispositimus, non tantum si ab herede fuerit legatum derelictum vel fideicommissum, sed & si à [44] legatario vel fideicommissario vel alia [45] persona quam gravare fideicommisso possimus, fideicommissum caidam relinquatur. Cum enim non aliter valeat, nisi [46] aliquid lucri adferat ei à quo derelictum est, nihil est grave, etiam adversus eum non tantum personalem, sed etiam in rem & hypothecariam extendere actionem in rebus quas à testatore conlecutus est. †. In omnibus autem hujusmodi casibus in tantum, & hypothecaria unumquemque convenire volumus; in quantum pervenientia actio adversus eum competit: & hypothecam esse non [47] ipsius heredis, vel alterius personæ quæ gravata est fideicommisso, rerum, sed tantummodo earum quæ à testatore ad eam pervenerint. Dat. XV. Kal. Octob. *Chalcedone*, Decio V. C. Conss. 529.

Exæquatio legatorum & fideicommissorum.

11. Idem A. Juliano P. P.

OMne [48] verbum significans testatoris legitimum sensum, legare vel fideicommittere volentis, utile atque validum est, sive directis [49] verbis, quale est *Jubeo* [50] forte: sive [51] precariis utatur testator, quale [52] est *rogo, volo, mando, fideicommitto*: sive juramentum interposuerit: cum & hoc nobis audientibus ventilatum est, testatore quidem dicente *ipsum* [53], partibus autem hujusmodi verbum huc atque illuc lacerantibus. Sit igitur (secundum quod diximus) ex omni parte verborum non ineficax voluntas secundum verba legantis, vel fideicommittentis, & omnia [54] quæ naturaliter insunt legatis, & fideicommissis inhærere intelligantur: & contra quidquid fideicommittitur, hoc intelligatur esse legatum, & si quid tale est, quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommissis accommodetur: & sit omnibus perfectus eventus, & ex omnibus nascantur in rem actiones, & ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus personales. Ubi autem aliquid contrarium in legatis & fideicommissis eveniet, hoc fideicommisso quasi humaniori aggregetur, & secundum ejus ditimatur naturam. Et nemo moriens putet legitimam voluntatem reprobari, sed nostro semper utetur adjutorio: & quemadmodum viventibus providimus, ita & morientibus prospiciatur, & si specialiter legati tantum faciat testator mentionem, hoc & legatum & fideicommissum intelligatur, & si fidei heredis, vel legatarii [55] aliquid committatur, hoc & legatum esse videatur. Nos enim *non verbis, sed ipsis rebus leges imponimus*. Dat. X. Kal. Mart. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

De apte-

cum jurisjurandi religione heredes adcerse legati, vel fideicommissi prestationoe. *l. 77. §. 23. ff. de leg. 2. ss in l. 3. ff. de jure fisci. per Dnum rege ex.* J. *de §. 2. Institt. de fideic. lib. Tertull. de postoriora. Ees sum heres Apollonium: sinat exercent testamento sua, sinat fideicommissorum, sinat adjurarentur. Per sabarum Priscipio*: ut male Alciat. 4. *disputat.* 12. exemplum ponat hoc modo, *Juro me* datorum centum. Nam ex hac scriptura neque legati, neque fideicommissi petitio est. Et hoc quoque perperam Accursius. Si heres juraverit se daturum. Nam hæc conditio jure remittitur. vid. *Cujac. 16. obser. 25.* Neque ex adjuratio, per deos, in testamentis tantum, sed & aliis negotiis inter vivos veteribus fieri solita. Cicero 13. *de 24. ad Brutum: jubroni per deos: prospera per deos. & 26. ad Atticum 6. per deos expedi.* Author ad Herennium 4. *per deos amplexare.* Terentius *Andria act. 5. scena 1. per vos te Deos oro.* 54. *l. 1. ff. de leg. 1. §. 3. Inst. de leg.* 55 Olim à legatario legari non potest, à fideicommissario potuit. *Cujac 2. tit. 7. §. 4. Dig. 24. §. 20.*

30 Herculi summa authoritas totius causæ commissa.

31 *Novell. 2. c. 1. Novell. 48. c. 1.*

32 Tanquam indignos. *Paul. 3. sent. 6. §. 20.* adde quæ dixi ad *l. 4. C. de his quæ ut indig.* Hodie quidem remittit non tamen quasi indignus. *Nov. 1.*

33 *Dig. 24. §. 3. §. 7.*

34 *Dig. 24. §. 5.* Goth. In hanc legem vid. Antonium Mercurial. *lib. 3. controvers. cap. 48. 49.* Ans.

35 Puta ex damnatione, per præceptionem. *Dig. 24. §. 2. §. 4. §. 6. §. 8. 11.*

36 In rem missionis solennitas sublata. *l. ult. §. 2. J. eod.*

37 Legata fideicommissis exæquantur. *l. 1. ff. de leg. 3.*

38 Legatario tres competunt actiones, ex testamento, rei vindicatio, hypothecaria. *l. 2. J. eod. §. 2. Inst. de leg. Lauk §. 2. J. eod.*

39 Testator res suas potest hypothecæ subjicere.

40 *l. 1. §. 1. J. de rei uxor. act.*

41 *tit. J. in quib. caus. pig. tacite.*

42 Tacita hypotheca in bonis testatoris legatariis competit.

43 Legata piis actibus deputata, favorabilia.

44 Ab herede, legatario, fideicommissario fideicommissum præstare possumus. vid. *l. 9. J. de fideic.*

45 Puta donatario mortis causa, dixi ad *l. 9. de l. unic. §. 7. J. de caducis.*

46 Inutile legatum est quod legatario non prodest. vid. *l. 1. §. 9.*

47 *l. 4. ff. de separationibus.*

48 *l. 21. J. de legat.* adde *l. 11. ff. de leg. 3.*

49 De directis & precariis dixi ad *l. 2. J. de codicill.* ubi de *Cujac. 11. obs. 25.*

50 *Jubeo* est verbum directum: non omnino tamen. *J. eod. lib. per eos* quasi dicerent, de hoc verbo dubitari posse. *l. 28. §. pen. ff. de lib. leg.* vide *Cujac. 11. obs. 25.*

51 Jurans aut jurare jussus à testatore heres in præstationem legata ex testamento minus solemni, obligatur ut hinc colligas, clausulæ codicillaris vim habere cujusvis juramenti: non deberi quasi ex testamento, sed quasi ex codicillis. Vid. Mantic. 2. *de conjectl. 9.* Porro quibus casibus subintelligatur clausula superior dictum est in *l. ult. J. de codicillis.*

52 Verba precaria. *§. ult. Inst. de singul. reb. per fideicomm. Dig. 25. §. 2. Paul. 4. sent. 1. §. 6.*

53 Leve, *ipsum*, unica dictione, quod interpretari possumus, *adjuro, vel juro per omnia convenia*, eadem ferme quæ *ipsum*, id est, *hanc ipsa juro*, & ita quoque Glossæ Græcorum exponunt. Et enim frequens testatori

54 *l. 1. ff. de leg. 1. §. 3. Inst. de leg.* 55 Olim à legatario legari non potest, à fideicommissario potuit. *Cujac 2. tit. 7. §. 4. Dig. 24. §. 20.*

1 Vid. *l. 38. in fin. ff. de leg. 1.*

2 Dolo facit qui legatum petit quod jam repudiavit. *l. 1. §. 6. ff. ad l. Aquil.*

3 Si legatum fideiussit, factum suum, & patet ad repudiavit, id ipse filius petere possit. *l. 44. §. ult. ff. ad l. 2. §. 3.*

4 Repudiatio patris filio non nocet. vid. *l. 11. J. de jur. delib.* vid. *Mant. 1. eod.*

5 Pœnitentia fideicommissum revocari potest. vid. *l. 3. in fin. ff. de adim.*

6 Servis propriis citra libertatis donationem frustra fideicommittimus. vid. *l. 4. J. de leg. 2. §. 8. §. 13. ff. de leg. 1.*

7 *l. 13. J. eodem. l. 8. §. 1. J. de excusat. l. 1. in fin. ff. de bonor. pos. l. 4. §. 1. ff. qui testam. fac. l. 11. §. 1. ff. de legat. 1.*

8 Legata in testamento inutilia non debentur, nisi repetita ab intestato fuerint. *Sabin. l. 13. ff. de testam.* ab intestato dicimus, si testamento clausula codicillaris sit adjecta. vid. *l. 11. J. de testam. militi. l. 41. §. 1. ff. de adquir. vide ad hunc locum Papinian. 20. Arrest. 1. num. 1.*

9 Id est, libro 9. responsorum: ut notabat *l. 102. ff. de cond. & demonstr.*

10 Fideicommissi relictarii post mortem suam filios obnoxios, intelligitur fideicommissum sub hac conditione restituere gravatus, si sine liberis decesserit, ut hic. ut hinc notabit, huic sententiæ locum non esse: quoties extraneus fideicommissi restitutione onerantur. *Graff. in l. ex facto. 17. §. 3. qui ex quibus ca. ff. ad Trebel. Anton. reg. 167.*

11 Liberi gravati hereditatem post mortem restituere, intelliguntur gravati si decesserint sine liberis. *l. Lucius. 11. §. 6. J. de lib. vid. Papinian. 20. Arrest. 1. num. 1.*

12 Nota regulam.

13 Filius quoties de restituenda hereditate gravatur, subintelligitur clausula, *Si decesserit sine liberis*, ut eo casu testator plus dixisse, minus scripsisse præsumatur, ne videatur aliquin scimus & extraneos fuccessores sua præposuisse. vid. *Alciat. 1. præsumpt. 9.* Quid si filius restituere piæ causæ sit rogatus, & liberos ipse reliquerit? Quidam putant eum cogi restituere, quod iniquissimum puto. Impius enim videtur pater qui filiorum curam non habet, ut Apostolus testatur. Hoc etiam aureum dictum Augustini pertinet, quod in jus Canonicum relatum est 17. *quæst. 4. c. nil.* vide plura apud *Tiraquel. perillustr. 17. pia causa.*

14 Vid. quæ dixi ad *l. 30. J. de jure dot.*

15 Vid. *l. ult. in fin. J. ad Tertull.*

16 Legata & fideicommissa relicta à filio præterito non debentur. *l. 2. ff. de leg. 3.* dic idem à patruo præterito. *l. 31. §. ff. de fideicomm. libert.*

17 Hæc est 35. decisio ex 50. novis Justinian. vid. Inglois. Ans.

18 Præteritio patris ignominiosa. Sic præteriti à censore Senatores ignominiæ.

19 *Pudum in præteriti in fin.*

20 Potest enim sine scriptura relinqui *l. 22. J. eod.* Goth. Declarationem hujus legis vid. apud Inglois *decis. 9. quæst. 1. num. 4.* Vaud. *lib. 2. var. quæst. 14.* Guid. Pap. *decis. 331.* facit §. *ult. Inst. de fideicommiss. hereditat.* & quomodo in praxi intelligenda vid. Joann. à Sande *decis. Frisiacar. lib. 4. tit. 5. defin. 18.* Ans.

21 Jurans heres relictum à defuncto aliquid esse, tenetur ex minus etiam solenni voluntate relictum præstare. vid. *Mantican 1. de conjectl. 9.*

22 Negans fideicommissum cogitur jurare vel solvere. §. 12. *Inst. de fideicomm.*

23 Juramentum defertes jurare prius de calumnia cogitur. vid. *l. 1. J. de jurejur. propter calum. l. 9. J. de reb. cred. l. 34. §. 4. J. 37. ff. de jurejur. l. 11. §. 1. §. 2. ff. rer. amot.*

24 Quoties de judicandi manere agitur, nemo simul testis & judex esse debet. Hæc tamen duo in ejus persona, cujus jurisjurando res ab adversario committitur, cuire posse videntur. adde *Cujac. 12. obs. 19.* verbi gratia in causa propria poteſt quis esse testis & judex confessis adversarii. *Rutil. hic.*

25 Testes ad solennitatem testamenti pertinent, *ut hic.* Quid numerus testium? ad solennitatem testamenti extrinsecam pertinere possis dicere. numerus enim testium forma est testamenti accidentalis, non substantialis, hanc nulla lex, vel consuetudine mutari potest. *l. ult. J. de testi.* Illa, nimirum accidentalis, potest. Nam vel lege, vel statuto testium numerus potest augeri, vel minui. *l. ult. J. de testi. l. duos 24. ff. de testi. milit. l. milites 15. J. de testi. milit.*

26 In his quæ testibus necessario probari oportet, certus numerus & solennitas exigitur. adde *l. nihil 12. ff. de testib.*

27 Testium solennitas inducta est, ne quid in testamentis falsi induceretur. unde colligunt, testamentum non solenne injustum esse, & falso admittendo obnoxium, & ne quidem in foro conscientiæ absolvendum esse. Quid si falsitatis suspicio cesset & confessum sit seu indubitatum testamentum ita factum, licet non solenniter? vid. apud Mantic. 2. *de conjectur. 14.*

28 Testamentum duobus tantum testibus præsentibus compositum quasi falsum. 29 Hanc vocem interpungit editio Halmandri, probatur tamen interpunctio à *Cujac. 28. obs. 9.* ut hic sit sensus, Ne quid falsi testes fabricent & committant, quod facilius ex composito fieri fuat duo testes quam plures, idem plures testes desiderari in fideicommissis: puta quinque, ut plures rem communicent, sui loquitur lex 32. §. 1. *ff. de furtis.* ut efficiant voluntatem, *l. 22. J. de testamentis.*

De optione legata. 2. *De non alienando rebus restitutioni subjectis.*

111. Idem A. Joanni P. P.

SI duobus vel tribus hominibus, vel pluribus forte optio servi vel alterius rei fuerit relicta, vel [si] uni quidem legatario optio servi, vel alterius rei relicta est, ipse autem moriens plures sibi reliquerit heredes: *dubitabatur* inter veteres, si inter legatarios, vel heredes legatarii fuerit certatum, & alter alterum fervum, vel alterum rem eligere velit, quid sit statuendum?

†. Sancimus itaque in omnibus hujusmodi casibus rei judicem fortunam esse, & sortem [1] inter altercantes adhibendam: ut [2] quem sors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, cæteris autem æstimationem præstet contingentium eis partium, id est, servis quidem & ancillis majoribus decem annis, si sine arte [3] sint, viginti [4] solidis æstimandis: minoribus vero decem annis, non amplius quam in decem solidos computandis: sin autem artifices sint, usque ad triginta solidos æstimatione eorum procedente, sive masculi, sive fœminæ sint: exceptis notariis, & medicis utriusque sexus: cum notarios quinquaginta solidis æstimari velimus, medicos [5] autem & obstetrices [6] sexaginta. Eunuchis [7] minoribus quidem decem annis usque ad triginta solidos valentibus, majoribus vero usque ad quinquaginta: sin autem artifices sint, usque ad septuaginta.

§. 1. Sed & si quis optionem servi vel alterius rei reliquerit non ipsi legatario, sed [8] quem Titius forte elegerit, Titius autem vel noluerit eligere, [vel non potuerit,] vel morte fuerit præventus, & in hac specie *dubitabatur* apud veteres quid statuendum sit: utrumne legatum exspiret, an aliquod ei inducatur adjutorium, ut viri boni arbitratu procedat electio? Censemus itaque, si intra annale tempus ille qui eligere jussus est, hoc facere supersederit, vel minime potuerit, vel quandocunque decesserit: ipsi legatario videri esse delatam electionem: ita tamen, ut [9] non optimum ex servis, vel aliis rebus quidquam eligat, sed mediæ æstimationis, ne dum legatarium satis esse fovendum existimamus, heredis commoda defraudentur. §. 2. Sed quia nostra majestas per multos casus legatariis, & fideicommissariis prospexit, actionesque tam [10] personales, quam in rem & hypothecarias dedimus, & in [11] rem missionis tenebrosissimus error abolitus est: & ad hanc legem pervenimus. Nemo [12] itaque [heres] ea quæ per legatum vel pure vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita, secundum veterem dispositionem putet in posterum alienanda [13], vel pignoris, vel hypothecæ titulo adsignanda, vel mancipia manumittenda: sed sciat [hoc] quod alienum [14] est, non ei licere, utpote sui patrimonii existens, alieno juri applicare: quia satis absurdum est, & irrationabile, rem quam in suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, vel hypothecæ, pignorisve nomine obligare vel manumittere, & alienam spem decipere. §. 3. Sin autem sub [15] conditione, vel sub incerta die fuerit relictum legatum vel fideicommissum universitatis, vel speciale, vel substitutione, vel restitutione: melius quidem faciet, si & in his casibus caveat ab omni venditione, vel hypotheca, ne se gravioribus oneribus evictionis nomine supponat. †. Si autem avaritiæ cupidine propter spem conditionis minime implendæ, ad venditionem, vel hypothecam profiteatur: sciat quod conditione impleta ab initio causa in irritum devocetur: & sic intelligenda est quasi nec scripta, nec penitus fuerit celebrata: ut nec usucapio, nec longi temporis præscriptio contra legatarium, vel fideicommissarium procedat. †. Quod similiter [obtinere] censemus in hujusmodi legatis sive pure, sive sub die certo, sive sub conditione, sive sub incerta die relicta sint. Sed in his omnibus casibus legatario quidem, vel fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare, & sibi adsignare, nullo obstaculo ei à detentatoribus opponendo.

In Authent. de restit. & ea, quæ part. §. quamobrem præsentem. col. 4. tit. 12. al. 6. Novell. 39. cap. 1.

RES, *quæ subjacent restitutioni, prohibentur alienari quidem, vel obligari. Sed si* [16] *liberis pertio legitima non sufficit ad datis* [17], *sive donationis* [18] *propter nuptias obligationem: permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo. Ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, hæ quæ specialiter quibusdam utilia sunt, proponimus.*

§. 4. Emptor autem sciens [19] rei gravamen, adversus venditorem actionem habeat tantum ad [20] restitutionem pretii, neque duplæ stipulatione: neque meliorationē [21] locum habente: cum sufficiat [22] ei saltem pro pretio, quod sciens dedit pro aliena re, sibi satisfieri. Creditori nihilominus pignoratitia contraria actione adversus debitorem competente: ut ex omni parte omnisque studio id, quod semper properamus ad effectum perducatur, & ultima [23] elogia defunctorum legitimum finem sortiantur, bonæ [24] fidei proculdubio emptoribus integra jura, & nullo modo ex hac constitutione deminuta contra venditores habentibus. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

1 Non verbis, sed rebus leges imponuntur. *l. 3. C. de lib. præt. l. 1. §. de bonis libertor. l. 3. §. 9. ff. de admin. & transf. l. 9. §. quæ res figur. Cic. 2. de invectione.*

2 Sorte quædam privata finiuntur. *Cic. 1. offic. in princ.* Quoties plures, quibus optio est relicta, dissentiunt in eligendo, sorte res dirimitur; *ut hic & §. 23. Inst. de leg.* ut & aliis casibus: puta, si de deponendis apud aliquem instrumentis. *l. 3. ff. familiæ.* de divisione bonorum inter coheredes faciendæ agitetur. *l. 1. §. quæsitum & quæstor quarere part. lib. 10.* si dubitatur quinam priores cautum dicere debeant. *l. 14. ff. de jud.* si de servis manumittendis. *l. 24. §. 17. ff. de fideic. libert.* aut de liberis dividendis quæstio sit. *Novell. 107. c. 3. in fin.* Olim quoque sortitione dabantur judices. Contra, episcopus sortibus eligi prohibetur. *l. 27. C. de episc. & clericis.* His adde Mynsing. 4. *obs. 37.* ubi quæritur, quemadmodum divisionem inter fratres fieri oporteat. An sorte, An potius divisio finiori fratri committenda sit, electione juniori data.

3 Qui sine arte sunt servi majores decem annis, viginti solidis æstimantur: minores decem annis, decem solidis: Notarii, quinquaginta: Medici & obstetrices, sexaginta: reliqui artifices triginta: Eunuchi minores decem annis, triginta; majores annis decem sine artificio, quinquaginta, cum artificio, septuaginta.

4 De pretio communi servorum dicam ad *l. 1. §. 5. ff. de comm. serv. manum.*

5 Medicorum ad commendationem hic locus pertinet, quod plurimum æstimentur: Num quod minus hic æstimentur quam Eunuchi, vitium, temporis fuit, non artis. adde *Plin. 2. hist. 8.* Pollis & hinc obiter etiam colligere: Servos medicinam exercuisse, de quo dixi ad *l. 1. §. 1. ff. de comm. serv. manum.* qui tamen testes, *l. 20. §. 7. ff. qui testam. & tabularii, l. 3. ff. de tabular.* patroni causarum, *arg. l. 1. ff. de postulando:* & judices esse non poterant. *l. 3. ff. de offic. præt. l. 12. §. 2. ff. de judiciis.* Puto usui medicinæ permeccatario id datum fuisse, cum & aliæ mulieres medicæ esse possint. *l. 1. §. 1. verf. Sin autem. ff. de comm. serv.* An servi episcopi, clerici & monachi esse potuerint, vid. *Novell. Leon. 9. 10. 11.* De servis plura dixi ad *l. 3. in fin. ff. de cap. minut. l. 32. l. 209. ff. de reg. jur.* 6 De obstetricibus, medicis adde *l. pen. C. de postliminio. hered. l. 9. ff. ad l. Aquil.* 7 Eunuchorum pretia. adde *tit. C. de Eunuchis.* 8 Optio rei legatæ quoties committitur tertio: illis non eligentibus intra annum [9] vel morte prævento, electio transfertur in legatarium. ut *l. 28. ff. de cond. & demonstr.* 9 Legatarius non rem optimam, sed mediæ æstimationis eligere debet. *l. 37. ff. de leg. 1.* 10 *Sc. l. 1. l. 2. C. ead. l. 1. l. Novell. 39. in pr. Paul. 4. sent. 1. §. 15.* In rem missio fiebat fideicommissorum nomine herede non existente solvendo adversus extraneos rerum hereditariarum possessores. 12 Rei restitutioni subjectæ pure, vel certa die alienatio, pignoratio & manumissio non tenet ipso jure, *ut hic:* nisi certis casibus jure novo. *Auth. proxima. C. ead. Nov. 39. c. 1.* 13 *Adde l. 15. ff. de reb. dub. l. 70. ff. ad Trebell.*

14 Vid. *C. de rebus alienis.* 15 Res sub conditione, vel sub die incerta restitutioni obnoxiæ, possunt interim alienari, vel obligari: [sed tamen ad eventum casûs restitutionis, fingitur retro nulla alienatio, vel obligatio. *d. l. 15. l. 17. ff. quib. mod. usufr.* 16 Restitutioni res obnoxiæ possunt hodie certis casibus perpetuo alienari. vid. *in hanc authen. Roland. à Vall. 1. cons. 87. num. 5. & seq. & 4. cons. 27.* 17 Doti seu in dotem dari possunt etiam quæ alienari prohibita, *ut hic.* quod non tantum locum in dote de novo constituta habet, sed & in dote cum filius accepit vivo patre restituendam: sive filia pro se sive pro liberis (quos certis casibus dotare cogitur) dotem dare velit: sive inter vivos pater sive testamento dotem velit filiæ constituere, sive filia eloquia sit nulla, vel exigua dote: si mulier maritum sit dignum reperiat, nisi omnia bona restitutioni obnoxia in dotem daret; sive tale fideicommissum universale sive particulare & purum, sive alienatio expresse prohibita à testatore, vel statuto per juramentum firmato, sive private sive Ecclesiæ restituatio hujusmodi bonorum facienda sit: sive mulier de cujus dote agitur fœcunda sit, sive sterilis. Quin beneficium id transire ad filii & filiæ heredes potat. ut ad eum cui mulier cessit jura dotalia: sed & in dote in qua mulier habet fideijussorem obligatum: & in re emphyteutica restitutioni obnoxia, nimirum ut dotis & similium causa alienari possit etiam sine consensu domini. Perpetuum quoque hujus beneficii causam esse existimant, ut res dotis, vel similis causæ nomine detracta ex fideicommissa, nunquam ad fideicommissarium revertatur. *Azeved. Rect. Bald. Castrensis, Jason hic.* Aliud censent, si alia bona extent in quibus dos aut donatio propter nuptias dari possit: si domicili alienatio prohibita, si fœmina jussa sit restituere, si extraneus, aut qui liberorum numero non sit, restituere sit jussus: ut ex *Dyno, Jacobo de Arena, Salycet. Bald. Caravagi, Nicolao de Neapoli* refert Socin. *regul. 12. si res sibi natura alienari non possit, veluti feudum. vid. Ruchenum regul. 324.* 18 Alienari prohibita in dotem & propter nuptias dari possunt, *ut hic:* sed & pro alimentis, redemptione sua vel aliorum captivorum, causa pia. *Socin. regul. 3. & 324. exceptiones vid. T. eod.* 19 Sciunter omnia res restitutioni subjectam re evicta, habet actionem qui pretium tantum, non ad duplum, etiam si duplum promissum fuerit.

20 *l. 27. ff. de evict.*

21 Qui res dotales, quibus constante matrimonio parari, meliorarive non facilè animadvertit, quod *ff. de fundo dot. l. 38. ff. de pecul. legat.*

22 Quasi dicat, pretium summo jure præstum ipsius quoque æstimationi.

23 Ultima elogia legitimum finem sortiri debent. 24 Bonæ fidei ius pur 25 vrilita non modo duplam promissam, sed ipsius quoque meliorationem recipit.

TIT. XLIV.

DE FALSA [25] CAUSA [26] ADJECTA LEGATO, VEL FIDEICOMMISSO.

1. Imp. Antoninus A. Septimo.

VERBA testamenti, quæ inseruisti, aut solutam [27] pecuniam debitam testatori declarant, aut voluntatem ejus liberare volentis debitorem manifeste ostendunt. Et ideo, aut peti quod [28] solutum est: non potest, aut ex causa fideicommissi, ut debitor liberetur, agendum est: nisi [29] liquido probari possit eum non liberari debitorem voluisse, sed errore [30] lapsum solutam sibi pecuniam existimasse. P. P. Kal. Martii, Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

11. Imp. Alexand. A. Faustinæ.

ETiamsi veritas debiti [31] non subest, falsa tamen demonstratio [32] non perimit legatum, & ex testamento ejus quoque nomine competit actio. P. P. VII. Id. Novemb. Alexandro A. Cons. 223.

Si maritus legat dotem uxori certa quantitate non expressa, oportet uxorem probare numerationem. Salic.

111. Idem A. Vetinæ.

SI non [33] designata certa quantitate dotem tibi legavit maritus, sed *quodcunque ad eum dotis nomine pervenisset, perventurumve esset*, & id ex testamento petis: necessaria probatio est numeratæ pecuniæ. Quod si quantitatem [34] expresserit, debetur [35], & si in dotem darum non [36] est: quasi aliud legatum, non ex jure, quo dos fungitur. P. P. Non. Maji, Maximo II. & Æliano CC. Conss. 224.

IV. Imp. Gordian. A. Alexandro.

SI dotem (ut proponis) defuncta [37] in matrimonio uxore tua patri [38] ejus reddidisti, vel etiam ea non reddita, testamenti verbis [39] (ut adseveras) munitus es, quibus se recepisse [40] dotem universam quondam socer tuus significavit: ne hoc nomine conveniatis, solicite agere non debes: cum aut soluta dote, nulla supersit actio, aut non reddita, adversus petentem juxta defuncti voluntatem parata sit exceptio. P. P. XV. Kal. Jun. Sabino II. & Venusto CC. Conss. 241.

Si legatur dos facta relatione ad instrumentum dotis, nihil aliud requiritur, nisi quod instrumentum loquatur. Bald.

V. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Severæ.

REfert [41] largiter, [an] *dotem tibi reddi* maritus, an *quæ* [42] *instrumento dotali conscripta sunt*, legari, seu precariis verbis statuit: quippe [cum] superiore quidem casu datum probanti repeti tantum, posteriore vero nihil [43] nocente falsa demonstratione [quod] significatum [est] instrumento, postulari possit. S. XIV. Kal. Decembr. CC. Conss. 293.

25 Falsa causa legandi, legata non vitiat. *l. 12. l. 17. §. 2. leg. 72. §. 6. ff. de cond. & demonstr. §. 31. Inst. de leg. Leg. 24. §. 19.* nisi probetur testatorem, si cognisset causam falsam, non fuisse relicturum. vid. *Novell. 22. praf. 39. obs. 20.*

26 Adde xxxv. D. 1. Causa est ratio legandi præteritum aliquid præsupponens, sive demonstrans. *l. 12. in fin. ff. de cond. & demonstr.* Quatuor hanc fingunt, Conditio, Demonstratio, Causa, Modus, *Ripa, Menoch. & alii ad rubricam.*

27 *Leg. 29.*

28 His verbis, *Debeo ex mille pecuniis*, liberatio relinquitur. *l. 47. ff. ad l. Falcid. l. 31. ff. de leg. 3. Leg. Greek.* Adde intellectum hujus legis vid. Ant. Mercurial. *contr. jur. lib. 2. c. 27.* Azo.

29 Quod falsum est pro non posito.

29 Alius præsumitur pro quærente depositum. vid. *Alciat. 3. præsumpt. 21.*

30 Errorem testatoris confitetur hoc rescr.

31 Demonstratio hæc fuit: *Decem quæ Titio debeo.*

32 *l. 3. l. 7. ff. ad l. 17. l. 13. ff. de inoff. & demonst. §. 30. ff. de leg. Dig. 32. §. 30. & quæst. accurrius. Bajol. 44. tit. 18. cap. 62.* hac Sabinianorum opinione, tanquam ex numeratione. Harmenopulus 5. *tit. 20. §. 24.* hanc legem ita reddit, Falsa numeratio legata non perimit. unde & si quis legans ita dixerit, *Do huic tot nummos quos ipsi debeo:* etiamsi non debeat, sed falso id dixerit, valet tamen legatum. 33 Dos incerta simpliciter uxori si prælegatur, ex re dotis quantitatem probare debet: alias legatum est inutile et: certa, non aliter: essque remisso probationis onere, legatum utile, *ut hic. & §. 15. Inst. de legat. l. 5. ff. de stip. prælig.*

34 Demonstratio hæc fuit, *Decem quæ in dotem accepi.* 35 Imo non debetur. *l. 5. §. 7. ff. de dot. prælig.* 36 Falsa demonstratio his verbis inmittur, de qua vid. *l. 2. T. eodem.*

37 Mortua filia in matrimonio dos patri ejus & heredibus reddi debet. 38 Pater liberationem dotis legare potest. 39 His verbis liberatio relinquitur, *ut l. 1. T. eod.* instrumentum dotis relatione facta, legatur, statur instrumento: si ad datem, veritas inquirimur.

40 Dos fi, ad instrumentum dotis relationem facta, legatur, statur instrumento: si ad datem, veritas inquirimur.

41 Demonstratio hæc fuit: *Quæ instrumento dotali conscripta sunt, &c. lege. l. 75. §. 1. ff. de leg. 2. l. 33. ff. de cond. & demonstr.*

42 *l. 2. T. eodem.*

TIT. XLV.

DE HIS QUÆ SUB MODO [43] LEGATA, VEL FIDEICOMMISSA RELINQUUNTUR.

1. Imp. Antoninus A. Saturninæ.

IN [44] legatis quidem, & fideicommissis etiam modus [45] adscriptus pro [46] conditione observatur. Sed si per te non stat, quominus voluntati testatoris pareas, sed per eum, cui [47] *nubere* [48] jussa es, quo minus id, quod tibi relictum est, obtineas, non oberit. P. P. V. Kalend. Januar. [49] Gentiano, & Basso Conss. 212.

11. Imp. Gordianus A. Ammonio P. P.

EX [50] his verbis, *Titio decem millia, vel insulam relinquo, ita ut* [51] *quinque millia ex his, vel eandem insulam Mævio restituat:* licet antea [52] neque legati, neque fideicommissi petitio nascebatur, tamen in libertate [53] à D. Severo hoc admissum est. Sed & in pecuniariis causis [54] voluntatis tuendæ gratia non immerito recipiendum est, ut etiam ex hujusmodi verbis, sive [55] ad conditionem, sive ad modum respiciant, sive ad dandum, vel faciendum aliquid: fideicommissi actio omnifariam nascatur, videlicet in [56] conditionibus post exitum earum. Sin vero legato, aut fideicommisso relicto, testator legatarium, seu fideicommissarium prohibuerit, vel heredem suum, vel alium quendam debitum exigere, habet debitor adversus legatarium, seu fideicommissarium agentem, usque ad quantitatem [relicti, sive] fideicommissi, sive legati exceptionem [57]. P. P. VI. Id. August. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

TIT. XLV.

43 Adde xxxv. D. 1. Modus est finis propter quem legatur, vel causa legandi cessans in futurum, vertit gratia lege Titia centum ut quinquagiesta Mævio relinquat. *l. 2. T. eodem.*

44 Quoties sicut sub modo legatum relinquatur, puta, ut hoc *facias*, cupit ille quidem legatum: verum si modus defecerit, legatum amittit. Modus enim est conditionis eventus in legatis & fideicommissis: si vivo testatum mulieri relictum fuerit, si Petro nuberet, ac legatum quidem acceperit, sed Petrum eam docere nolit, legatum reddere non cogitur. Nec enim per eam fecit, quo minus impleatur conditio. *Synops. Bas. 44. tit. 28. c. 1.* 47 Modus est quasi conditio, & ita tempus appellatur. *l. 3. §. 1. ff. de cond. & dem. l. 4. ff. de donat.* Non est tamen propria conditio. *l. 17. §. 2. l. 44. in fin. ff. de manum. test. l. 108. ff. de cond. & demonstr.* 48 Modus sic, ut ejus impleti ita legatum ut aliquid fiat. *l. 2. T. eod. l. 17. in fin. ff. de cond. & demonstr.* 49 Id est, implendi debet, quemadmodum & conditio. 47 *l. 31. ff. de cond. & demonstr.* 48 Modus hic fuit, ut Saturnina nuberet Titio. 49 *Al.* Februario. *Pamelius in vita Tertull.* Nam priscis annis Februarii Severus perit: adde quæ scripsi ad *l. 1. C. Cujac. 14. obs. 15.*

50 Vid. ad hanc *l. Cujac. 14. obs. 15.* 51 Nota genus modi. 52 Olim ex modo non oriebatur actio, hodie oritur. 53 Finge ita legatum fuisse ut servum manumitteres, ut *l. 48. ff. de fideic. lib.* 54 Quod olim non fuit. 55 *l. 21. §. 3. ff. de manum.* 56 Vid. *Cujac. d. l.* 57 Pro legatis sub modo relictis, competit actio & exceptio.

TIT. XLVI.

DE CONDITIONIBUS [1] INSERTIS [2] TAM LEGATIS, QUAM FIDEICOMMISSIS, ET LIBERTATIBUS.

De conditione, si sine liberis decesserit.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Claudiæ.

Cum [3] testatorem fideicommissum Tralliano [4] ab eo, quem pro parte heredem instituerat, ita reliquisse proponas, *si* [5] *sine liberis intestatus diem obisset*: isque nepotem quem ex filia susceperat, heredem instituerit, conditionem adscriptam fideicommisso defecisse, manifestum est: nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur. P.P. Non. Decemb. Latrano, & Rufino Conss.

De conditione divortii.

11. Iidem AA. Galliano.

Cum patremfamilias fideicommissi nomine, quod in diem certam reliquit, ita cavete præcepisse proponas [6], *si a marito non* [7] *divertisset*, jurisdictionis [8] originem periode servari æquum est, ac si nihil super ea re scriptum fuisset. Nec [9] exemplum legati, vel hereditatis, in quibus conditio divortii nonnunquam remitti solet, huic rei comparandum est: cum [10] absurdum sit, ideo perpetui Edicti negligi formam, quia patris sui voluntati non obtemperatur. P. P. *Antiochiæ*, XI. Kal. Augst. Antonino A. II. & Geta II. Conss. 206.

De conditione, si cum focaria sua, matrequæ ejus moretur.

III. Imp. Antonius A. Aurelio militi.

Si ex conditione Aulazanus [11] legata testamento præstari voluit, *si cum focaria sua* [12] *matrequæ ejus moraretur*, & per eum stetit, quominus voluntati testatoris pareret: cum [sua] sponte scripturæ testamenti non [13] obtemperaverit, ad petitionem non admittitur. P.P. Id. Jul. Læto II. & Cerialе Conss. 216.

De conditione nuptiarum.

IV. Imp. Alexand. A. Luciniæ.

Legatum, sive fideicommissum à patruo tuo relictum tibi sub conditione, *si* [14] *filia, ejus nupsisset*: cum mortuo [15] filio, priusquam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit, nulla ratione debeti tibi existimas. P.P. Kal. Decemb. Alex. A. II. & Marcello Conss. 227.

V. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Faustino.

Si uxorem tuam tempore [16] nuptiarum in [17] patria potestate fuisse monstretur, fideicommissi commodum ei relictum, *cum* [18] *nupsisset*, nullo alio diem ejus cedere prohibente, patri quæsitum non ambigitur. †. Quod si à patre ante nuptias emancipata fuerit, ac postea decesserit, superstite patre, & marito, ac liberis: actionem fideicommissi sibi competentem ad heredes suos transmisit. S. VI. Kal. Februar. *Sirmi*, CC. Conss. 293.

De conditione pluribus personis *injuncta*.

VI. Imp. Justinianus A. Joanni P.P.

Si plures personæ unam conditionem implere fuerint jussæ, apud Ulpianum *dubitabatur*, utrumne omnes simul eandem facere debeant, an singuli quasi soli implere eam compellantur? Videtur autem nobis unumquemque [19] necessitatem habere conditionem implere, & pro portione sibi contingente accipere quicquid ex hoc commodi est: ut hi quidem, qui compleverint jussa, ad lucrum vocentur, qui autem neglexerint, sibi imputent, si ab hujusmodi commodo repellantur. Dat. III. Kal. Augst. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

De eo, qui jussus est liber esse, si certum quid heredi dederit.

VII. Idem A. Joanni P. P.

Cum quidam [20] testamento condito libertatem servo suo dereliquit sub conditione, *si suo heredi certum numeratum solidorum præstaret*, vel *alium quandam speciem*, vel *vicarium servum*: Ille autem servus non in eodem [21] loco constitutus, ubi etiam heres fuerat, herili testamento cognito properabat ad heredem cum ipso, quod jussus erat dare heredi; sed in medio latronum, vel hostium incursione, [vel alio fortuito casu] peremptum est, quod pomabat: *Quærebatur* inter antiquos, si prædiderit libertas, quia hoc dare servus non potest propter memoratum fortuitum casum? Itaque veterum dubietate quiescente, nobis placuit, ut & libertas omnimodo competat, & commodum, quod heredi, vel extraneo relinquitur, non [22] abstrahatur. Ex quacunque igitur causa impediatur, sive per heredem, sive per eum, cui dare [aliquid] jussus est, sive per fortuitos casus, in libertatem quidem ipse omnimodo perveniat, nisi ipse servus noluerit adimplere conditionem: obnoxius tamen constituatur post libertatem heredi, vel ei, cui dare aliquid jussus est, (nisi [23] & ipse obiatas pecunias *non* susceperit: quod enim semel [24] repudiatum ab eo est, redintegrari minime concedimus) quatenus hoc, quod dare jussus est, omnimodo implere compellatur: vel ipso mancipio [præstando] si exstat: vel [25] in æstimatione ejus, non amplius, quam in quindecim [26] solidos computanda: vel in alia re, si & ipsa appareat: vel si non exstat, vera ejus æstimatione præstanda. Dat. Frid. Kal. Maji, *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. Anno II. 532.

TIT. XLVII.

DE USURIS [27] ET FRUCTIBUS LEGATORUM, SEU FIDEICOMMISSORUM.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Maximo.

Legatorum [28], seu fideicommissorum usuras ex eo tempore quo lis [29] contestata est, exigi posse manifestum est: Sed & fructus rerum, & mercedes servorum, qui ex testamento debentur, similiter præstari solent. Proposita Prid. Kal. August. Æmiliano [30] & Frontone Conss. 200.

II. Imp. Antoninus A. libertis Casliani.

Adversus eos [31], qui sub obtentu legis Falcidiæ legata [32] amorantur, notissimum est juris auxilium. Si igitur proposita stipulatione cavere [33] cum satisdatione potestis *vos restituturos, quanto amplius quam per eam legem licet*, acceperitis: Judex, qui de fideicommissis jus dicit, solido vobis legata præstari jubebit. Quod si satisdationem implere non potueritis: arbitrio [34] dato certum diem vobis præfiniet, intra quem ultra portæ cessante partibus suis fungetur. Et si [35] constiterit legi Falcidiæ locum non esse, & usuras & fructus post litem contestatam percipietis. P.P. XVI. Kal. Jun. Duobus & Aspris Conss. 213.

III. Imp. Alexand. A. Paterno.

Si homines certi per fideicommissum tibi relicti fuerint, post moram periculo [36] debitoris fideicommissi sunt. Proposita XII. Kal. April. Juliano II. & Crispino Conss. 213.

IV. Imp. Gordian. A. Dionysio.

In legatis & fideicommissis fructus [37] post [38] litis contestationem, non ex die mortis consequuntur [39], sive in rem, sive in personam agatur. P. P. Non. Septemb. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

[1] Vide Hal. [2] Inserta quis dicatur quis sub hac conditione relinquatur, *si sine liberis decesserit*, *si filius sine liberis decesserit*, *si sine liberis obierit*, idque sequentibus ex filia decesserit: deficit conditio. Nam quem relictis liberis mortuum fisse etiam legatum inutile est, nisi alia defuncti voluntas evidenter probetur. *Scævol. Resp. lib. 22. tit. 29. l. 1.* [3] *Tralliano*, Hal. [4] *Tullio*, Hal. [5] *Si Thiner heres meus ita certe dixerit, certam partem bonorum Attiæ Tralliano reliquit.* Titius nepotem ex filia heredem instituit: an debeant Tralliano fideicommissi dari, an debeant? Hinc enim decedit sine liberis, qui nepotem ex filio reliquit heredem: facit *l. 48. ff. eod.* [6] Hanc legatario fit fideicommissi conditionem, vel si liberi relicti nupserint. *l. 1. ff. ut in possess. leg.* Hic ita testatoris cautionem rescindit, *l. 7. ff. ut in possess. leg.* Hic ita testatoris, ita testatus est: *Filiæ post expletum annum Sempronio fundum dato.* ejusdemque Sempronio cavet sibi hac conditione, *Si non divortat.* Sempronio sibi caveri petit. Cautio denegatur Sempronio. *Mutatur filia*, quid figeriori conditione à patre ad divertendum provocata videatur, quam divortii conditio turpissima esse fit. Sempronio turpem quidem esse conditionem admittit, sed hoc adjicit turpis conditiones pro non adjectis haberi, cavendum igitur. [7] Cui contraria est, si à marito divorterit. *l. 3. ff. de institor.* [8] Id est, edicti quo heredes legatorum nomine cavere jubentur: ne aliaquin relictum aliquod novum jus quo relicta sub conditione ita demum capiantur, *si conditio conservata fit*, quale antequam scriptum fuit. [9] Ratio dubitandi, & qua vid. *Cujac. 9. obs. 9.* [10] Argumentum à contrario sensu in legibus, statutis & ultimis voluntatibus est valitudine, *ut hic*: nisi disputandi interpretandique indulgeat legis, rhetori, vel juris consulti mandatæ: vel sententiæ juri civili vel rationi contrariæ, si contrarium ille juris jure decisus fit: si qui fuerunt, en interpretatione incideret in pœnam. Id quoque in statuto emendante non obtinere potest: si interpretatio subintellecta statuto ipso prohibita sit: si in statuto dicitur, ut vocant inclusiva (*sui maxime*, & similia) adjecta fit: si alia mens esset contrahentium, aut testantium si hæc genus argumenti à verbis narrativis legis vel canonis, vel à causa impulsiva, non finali, vel non tantum causa finali sumitur: ut notat Socinus *reg. 28. addo Mantic. 3. de conject. 15. 16. 17. Everhard. in Topica loco 82. argumento à contrario sensu.* [11] Puto legendum *Aulazanus*, eo sensu: *Cæsianus centum de lege, si cum sua aria ejusque matre moraretur.* Per Aulazanum sterit, quo minus voluntati testatoris fieret latis: Aulazanus frustra legatum petit. [12] De focaria, vid. *l. 2. ff. de donat. int. vir. l. 12. §. 5. l. 25. ff. de instruct. Paul. 3. sent. 7. §. 37.* [13] Legatarius faciendi debitor, si cum facit, legatum non accipit. *l. 1. ff. de instit. l. un. §. 2. versf. vel ipsum. ff. de caducis.* [14] *Licinio centum de lege, si filio suo nupserit.* filius moritur: Licinius non debetur legatum. vid. *Cujac. 17. obs. 22.* [15] *l. 31. ff. de cond. & demonstr.* [16] *Titio centum de lege sua nupserit.* Nuptiæ Titiæ in patris potestate adhuc positæ. Cui sum legatum quæritur est, Titiæne an ejus patri? *Paul. l. 24. in fin. ff. quando dies leg. l. 78. ff. de cond. & dem.* Titia nondum fuit emancipata. In legatis conditionalibus tempus conditionis inspicimus. *l. 28. ff. de pignor. in hypothecariis* facit à filiofamil. tempus contractus, non conditionis. *l. 78. ff. de verb. oblig.* [17] Nuptæ etiam filiæ in parentum potestate esse possunt. *l. 12. ff. de cond.* An & in matris? fieri etiam in ejusdem potestate, quod ad servitia. vid. *Wesenb. 1. prælit. 36. obs. 9.* [18] De legatis cum nupserit. [19] Pluribus injecta conditione, impleta conditio non prodest, *l. 44. in fin. ff. de hered. inst.* Faciendo quisque sibi conditionem implet, non alteri. *l. 13. ff. de manumiss. testam.* Interdum necesse est ab omnibus conditionem impleri, puta quoties hæredibus factum est. *l. 13. §. 2. ff. de statuliber.* [20] Vid. Joann. Zanger. *de Except. part. 3. cap. 3. num. 150. Andr.* [21] Hinc colligitur, Eum qui quid deferre creditoris ad domum tenetur, propriis sumptu & periculo deferre tenori suo creditoris. vid. *Molin. de usur. quæst. 9. num. 138.* [22] Et ita constat casu fortuito non excusari debitorem. Res interita nemini eam liberari ab imperante conditione, adde *l. 11. ff. si cert. petat. l. 3. l. 20. ff. de statulib.* [23] *d. l. 3. §. 1. Ulp. 2. §. 5. Paul. sent. recipitur non potest.* [24] *Repudiatum* rei loco est. [25] *Æstimatio* rei loco est. [26] *l. 37. §. 3. de donat. de vulgari servorum pretio*, vid. *l. 1. J. de comm. serv.*

[27] *l. 3. in fin. ff. de usur. Paul. 3. sentent. 9. §. ult. Cujac. 2. obs. 7. in fin.* De usuris testamentariis vid. Molin. 9. 73. *de usur. Hotomanum 2. de usur. 4.* [28] *Syn. Basil. 44. tit. 2. c. 84.* [29] Usuræ legatorum debentur à lite contestata, *ut hic: & l. 4. J. eod. l. 91. in fin. ff. de leg. 1.* Mora fit ex die litis contestatæ. Mora fit cum postulanti non datur. *Paulus 3. sentent. 9. §. ult.* atque ita, Quoties ex testamento actione legatum petitur, fructus post litem contestatam capti & partus editi, & servo legato quæsiti legatariis restituuntur. *Harmenop. 5. tit. 10. § 33.* [30] Anulino. [31] Heredes fili. [32] Id est, legatorum præstationem [33] *Paul. 3. sentent. 9. § 2.* [34] Arbitrio datur creditoribus alibi ne creditoribus alibi, ne eo casu legatariis dabit arbitrium ad incundam rationem legis Falcidiæ, & diem intra quem locatur, partibus præsentibus & secundum eam de fideicommissis pronunciabit, vel hæredem vel vicinetur ad diem, damnabit eum, ut solidum legatum præstet cum cessare alterutros & fructuum à die litis contestatæ. *l. 3. ff. de usur. l. 78. ff. de leg. 2. l. 6. in fin. ff. si cert. petat. quam per leg. Falcid. l. fin. ff. de usur. l. 88. in fin. ad leg. Falcid.* [35] Mutam qui adinitiæ alias forteitos præstitur. *l. 39. §. 1. l. 47. in fin. ff. de leg. 1.* [36] Vid. *l. 1. ff. eod.* [37] De fructibus legatorum. [38] Legatari fil. Quæstio est utilis: Cui scilicet fructus ex legato cedant. Alii hunc locum ita interpretantur: Rei alienæ legatæ fructus non pertinere ad legatarium, nisi à lite contestata: rei testatoris, pertinere. *Accurs. hic.* Alii (Galli scilicet) heredem non de percipiendis teneri, sed de percepta. vid. *Bero. his.* Ulpianus de percipiendis etiam teneri heredem ait *l. 39. §. 1. ff. de leg. 1. Paul. 3. sent. 6. §. 46.* aliter distinguit, Fructus qui solo cohærebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinere: ante perceptos, non pertinere. Alii æquus fructus perceptos ante aditam hereditatem deberi, alii deberi ajunt. vid. *Graffium 1. 1. cent. 5. Quæstion quæst. 71.* Conjectus *c. 18. de præscriptionibus*, putat fructus deberi à tempore moræ, si per dammationem: à tempore additionis, si per vindicationem eos legata sit. Subtiliter dici posse non lucrum de ulteriis certæ pecuniæ legatæ, ad eum pertinere qui rei sit dominus. *l. 42. ff. de usuris. l. 87. §. 2. ff. de leg. 2.* ergo ad legatarium, cum recta via dominium rei legatæ transeat ad legatarium. *l. 64. in fin. ff. de furtis.* Verum est autem, fructus rei legatæ deberi tantum ex mora, *ut hic*: cum singulari jure fructus rei ad pias causas legatæ, à tempore mortis deberi. *l. 46. §. 4. ff. de Episcop. & Cleric. Nov. 131. c. 12. versf. Et autem legatum.* Interea ex Harmenopulo *5. tit. 10. §. 46. distimus, Mendum, si post judicii sententiam quadrimestre tempus in solvendo legato fuerit*, commoda ad sententiam usque præstare legatario.

TIT. XLVIII.

DE INCERTIS [40] PERSONIS.

1. Antecessor Ismaëlis.

Hujus constitutionis meminit Justinianus Instit. de legatis. §. postumo & Instit. De bon. possess. in princ. *ex quibus loco hoc argumentum confecr. A. Cont.*

Cum olim incertis personis nec legata [41] nec fideicommissa relinqui possent, nec libertas, nec posthumo [42] alieno, qui nec institui poterat, hæc omnia correxit Justinianus: ita tamen, ut incertus [43] tutor nec hodie dari possit.

Photius quoque, & Balsamon in Nomocanone *non sum in loco ejus meminerunt, ejusque esse tit. 42. lib. 6. constitutionem unam. Ex his igitur & sequentes quoque epitomas confeci.*

Numerat hæc constitutio varia themata, variasque species, quibus docet id quod illicito [44] collegio relictum est, non valere, nisi singulis è collegio legatum sit: contra autem quidquid licito collegio legatur, valere. *Nomocanone tit. 12. cap. 9.*

Item aliud argumentum.

Dicit constitutio valere quod relinquitur licito collegio, aut corpori [45], vel clericis, vel collegiis, vel curiæ, vel cohorti præsidis, vel medicis, vel doctoribus, vel advocatis, vel militibus, vel ejusdem artificii opificibus seu artificibus, vel sacerdotibus, vel cuipiam alii corpori: & ait, relictum dividi viritim, & ex æquis partibus inter eos, qui tempore mortis testatoris fuerunt descripti in albo, præterquam si certam quantitatem testator unicuique attribuerit. †. Dicit quoque ad extremum ea constitutio, quod si semel, aut annuum quid in pios usus relictum sit, aut ecclesiis, aut xenonibus, aut ptochiis, aut venerabilibus domibus, aut communi clericorum, aut ad captivorum redemptionem, aut ipsis pauperibus, vel captivis, valeat defuncti voluntas. *Nomocanone Tit. 2. cap. 1.*

Hæc excerpsi ex utraque Nomocanonis Latina translatione, in quibus editionibus, & cæteris ejusdem farina sunt permulta nobis valde suspecta. Itaque possime mihi videntur de nobis omnibus interes, benevole lector, qui cum Græca habeant, vel βασιλικῶν, vel Nomocanonis (hic jam prodit) exemplaria, & cætera ad jus pertinentia, suppresso Græco suos studies, & indocti ac transfationes duntaxat edunt, quamvis earum fœdissima plerisque peccata ex Græcorum collationibus exarguis possint.

TIT. XLIX.

AD SENATUSCONSULTUM [46] TREBELLIANUM [47].

De emerilius hereditariis.

1. Impp. Severus, & Antoninus AA. Probo.

Si ex senatusconsulto quartam partem hereditatis [48] retinuisti, & dodrantem fideicommissario restituisti: quod creditoribus hereditariis pro [49] novem unciis præstiteris, à fideicommissario petere potes. P. P. XV. Kal. April. Latrano & Rufino Conss. 198.

[40] Tripl. ἀσαφῶν, *incertorum. 37. Bas. 28. §. 25. §. 27. Inst. de legat. Ulpian 22. §. 4. & 24. §. 28. Paul. 3. sentent. 7. §. 13.* Incertæ personæ sunt, quas ne quidem testator novit, veluti si dixerit, *Et qui filiam meam duxerit*, vel, *qui primus Consul factus fuerit centum de lege. d. §. 25. 26.* [41] *Inst. de leg. ubi Theophilus.* Inter incertas etiam personas existunt posthumi alieni. Inter incertas etiam personas videntur paulo post referri collegia, & sic adde *l. 4. ff. de reb. dub.* [42] *d. §. 25. §. 28.* [43] *d. §. 27. l. 20. de testib. inst.* [44] Illicito collegio legari non potest, ergo licito collegio legari potest. *l. 1. §. 1. de sepulcr. violat. l. 8. §. 1. de hær. inst.* vid. *l. 38. §. 6. ff. de leg. 3. l. 20. ff. de reb. dub.* [45] *d. l. 20.*

[46] Quo tempore factum fuerit, vid. *l. 1. §. 1. ff. eod. §. 4. Inst. eod.* Varia senatusconsulta, vid. *ibid. §. 2.* Trebelliano recentius est Pegasianum. *§. 5. Inst. eodem.* Trebelliano transferuntur actiones in fideicommissarium. Pegasiano deducendo quarta ex fideicommisso jus datum est. Auctore Justiniano hodie Pegasianum in Trebellianum transfusum est. [47] Dicit ad *l. 36. ff. 1. 2. Inst. 23.*

[48] Trebellianicum locus deducit ex hereditate, id est, ex fideicommisso universalis hereditatis, *ut hic*, nisi institutus sit eo; templatione fideicommissarii ipsius: tunc enim nullam quartam retinere notat Accurs. in *l. 18. in fin. ff. eod.* & Ibid. Bald. & Roman. Imola in *l. 11. ff. de leg. 1. l. 5. §. ult. ff. de usur.* [49] Deducta quarta ab herede, onera creditorum dividuntur inter heredem & fideicommissarium pro quadrante & dodrante, *ex his non deducta, omnia transferuntur in fideicommissarium.*

De emtione, & legatis.

11. Imp. Philippus [A.] & Philipp. C. Juliano.

AD cum, cui ex Trebelliano SC. pars hereditatis restituitur, successionis onera, seu legatorum [1] præstationem pro competenti portione spectare, indubitati juris est. P.P. xviii. Kal. Novemb. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De republica.

111. Imppp. Carus, Carin. & Numerian. AAA. Zotico, & aliis.

SI per fideicommissum hereditas Reipublicæ [2] relicta est ex Trebelliano SC. (quod ab intestato [3] quoque locum habet) quartæ partis, & fructus [4] ejus vobis restitutio [5] competit. Sine die, & consule.

De tacita repetitione fideicommissi.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Quintianæ.

NOn [6] justum te gerere sollicitudinem per fideicommissum relictæ portionis hereditatis percipiemus, verentem ne fructum amittas relicti fideicommissi, quoniam avia testatoris ex parte heres scripta, & ubi rogata restituere, calliditate, ac fraude de [7] repudiavit, ut ad alium nepotem eundemque coheredem devolvatur portio, à quo tibi nominatim non fuerat fideicommissum relictum, & coacta [8] suspectam hereditatem adire, prius quam pro [9] herede gereret, rebus sit humanis exempta. Cum divo Antonino parenti nostro deberi etiam à [10] substitutis fideicommissum contemplatione judicii testatoris, quasi tacite ab his repetitum, jamdudum placuerit. Neque enim quartæ retentionem, quam illa, quæ repudiavit, hereditatem adire coacta [11], ut suspectam retinere non potuit, timere debes. S. vi. Id. Jul. *Philippopul.* AA. Conss.

De scriptura. De succedentibus ab intestato.

V. Idem AA. & CC. Verissimo.

ET [12] sine scriptura per fideicommissum hereditas recte relinquitur. Igitur si uxor tua te, & privignum suum in discrimine mortis constituta designavit, velle successionem obtinere usque ad dodrantem; ejus voluntatem ratam servari convenit: cum [ab] intestato [13] ei succedentes, de restituendo fideicommisso conventos, ultra quartam, ære alieno [14] deducto, quantum penes eos sententia SC. relinqui præcepit, tantum [15] obtinere [16] posse præsiteris. S. v. Kal Maji, *Sirmio*, C. Conss.

De filiis, vel filiabus emancipatis fideicommisso.

VI. Imp. Zeno A. Diocletio P.P.

IUbemus, quotiens pater, vel mater filio, seu filiæ, filiis vel filiabus ex æquis, vel inæquis partibus heredibus institutis, invicem seu simpliciter quosdam ex his [17] aut quendam rogaverit, *Quo prior sine liberis decesserit, portionem hereditatis sine superstiti seu superstitibus restituere:* ut omnibus modis retenta [18] quarta pro auctoritate Trebelliani SC. non [19] per [20] imputationem redituum (licet [21] hoc testator rogaverit vel jusserit) sed de ipsis rebus hereditariis, dodrans [22] restituatur. †. Idemque in retinenda legis Falcidiæ portione obtinere jubemus: & si pater vel mater filio seu filia institutis (sicut supra dictum est) heredibus, rogaverit *eos casibus nepotibus vel neptibus, pronepotibus vel pronepotibus suis, ac deinceps restituere hereditatem.* S. i. In supradictis autem casibus fideicommissorum servandorum satisdationem [23] cessare jubemus, si non specialiter eandem satisdationem testator exigi dispositione testamenti voluerit, vel cum secundis se pater vel mater specialiter satisdari voluerit, nec cum secundis [24] existimant nuptiis non abstinendum. In his enim duobus casibus, id est, cum testator specialiter satisdari voluerit, vel cum secundis se pater vel mater matrimoniis junxerit, necesse est, ut eadem satisdatio pro legum ordine præbeatur. S. 2. Sin autem is qui fideicommissaria restitutione gravatus est, uno [25] filio superstite, vel nepote ex filio seu filia nato, vel pronepote, vel posthumo relicto decesserit: non [26] videtur extitisse conditio, & ideo deficit fideicommissi petitio. S. 3. Illud etiam admonemus ea quæ de Falcidiæ portione non [27] per reditus [28], sed per ipsas res hereditarias retinenda, & de satisdatione fideicommissorum (sicut supra dictum est) concedenda diximus; non [29] ulterius quam in his personis & casibus, quorum superius mentio facta est, oportere produci. P.P. Kal. Septemb. *Constantinop.* Probino & Eusebio Conss. 489.

In Authent. de sanct. Episc. §. sed & hoc præsenti. al. §. si quis sub conditione. col. 9. tit. 6. al. 15. Novell. 123. cap. 37.

NIsi rogati, restituere datum dotis causa, vel propter nuptias donationis, vel relictum sub constitutione nuptiarum vel liberorum, mansionem [1], *sterium* [2], *vel alium locum venerabilem ingrediantur: sive restituto, aut substitutio fiat sub prædictis conditionibus sive in redemptionem captivorum, seu in egentium alimenta.*

In Authent. de restit. §. nobis ergo recte. col. 2. tit 9. al. 4. Novell. 108. cap. 2.

COntra eum rogatus fuerit quis, ut sine liberis decedens, quod tunc ex hereditate supereset, restituat, *vel alio transmittendi fideicommissi verbis gravatus, quartam* [3] *institutionis fideicommissaria restituere cogitur. Super hoc igitur, & cautionem* [4], *nisi* [5] *à defuncto remissa sit, exponet. Quod si contingat eam diminui, aut ex ipsius substantia suppleturi, aut ea deficiente, in rem actione & hypothecaria fideicommissario uti permittitur adversus rerum acceptores. Et* [6] *causa tamen detur, seu propter nuptias donationis, seu captivorum redemptionis, vel si non habeat, unde faciat expensas, hujus quarta permittitur diminutio.*

De fideicommisso relicto pupillo vel furioso. 1. Quibus casibus ipse jure utiles actiones transferuntur in fideicommissarium.

VII. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

SAncimus, licentiam esse etiam soli tutori [7] recte fieri fideicommissi nomine universitatis restitutionem, quod pupillo relictum est, & sine onere fidejussionis: ubi tamen pupillus fari non possit, vel abesse noscitur: ne dum nimia [8] subtilitate utimur circa res pupillares, ipsa subtilitas [9] ad perniciem eorum reverttatur. †. Idemque juris esse oportet, & si furioso [10] fideicommissaria debeatur hereditas: ut restitutio curatori ejus soli nomine scilicet furiosi celebretur. Quis enim sensus [11], quæ vox certa furioso esse intelligitur, cum [in] utroque casu restituentes [12] plenissimam consequantur ex nostra lege securitatem? Hoc eodem observando, & si ipsi pupilli vel furiosi restitutione gravati [13] sunt. §. 1. Cum autem aliquis hereditatem restituere jussus est, & dolo malo vel post litem contestatam vel antea sese contumaciter celaverit: vel si suppositus fideicommissarius restitutioni, antequam restitueret hereditatem ab hac luce subtractus est, nullo herede, vel successore [ei] existente: vel fideicommissarius cui restituta est ex Trebelliano SC. hereditas, alii per fideicommissum restituere jussus fuerit res hereditarias: quemadmodan actionum translatio celebretur in tribus istis casibus apud veteres *dubitabatur* [14]? & Domitius Ulpianus constituendum esse super his putavit. Sancimus itaque, ut sive per contumaciam [15] abfuerit is, cui restitutio imposita est, sive morte [16] præventus nullo relicto successore fuerit, sive à primo fideicommissario in secundum translatio celebrari jussa est, ipso [17] jure utiles actiones [18] transferantur. Dat. x. Kal. Novemb. *Constantinop.* Lampadio & Orestе VV. CC. Conss. 530.

A qua solvendum sit species fideicommissum.

VIII. Idem A. Joanni P.P.

QUidam testamento condito, jussit heredem *omnem* [19] *hereditatem, quam ei derelinquet, alii restituere:* speciale etiam fideicommissum alteri adscripsit: & *quæreba*tur, specialis fideicommissarius id, quod ei relictum est, à quo consequi debeat: utrumne ab herede, ut post restitutionem ejus alias res universitatis fideicommissarius accipiat? an una cum aliis rebus oporteat, & hoc generali fideicommissario aggregari, ut ipse speciali fideicommissario hoc tradat, sive in rebus, sive in pecuniis fideicommissum [relictum sit?] Sancimus [20] itaque totam quidem substantiam secundum Senatusconsulti Trebelliani auctoritatem restitui generali fideicommissario: illum autem speciali fideicommissario id, quod ei derelictum est, dependere. Dat. xv. Kal. Novembr. *Constantinop.* post consulatum Lampad. & Orestis VV. CC. Anno secundo. 532.

46 *l.* 44. *ff. ead. l.* 1. *T. de obligat.* 47 Cujacius monet, Justinianum hâc prohibitione detinhendæ Falcidiæ veratæ testatore parturire, quod biennio post hanc legem ediderit, constitutione emissa ad eundem præfectum prætorio. 48 *Illine omnem meam hereditatem Cajo restituat:* & post, *Sempronio centum dari vult.* Quæritur à quo Sempronium centum recipere debeat? An à Titio herede: an à Cajo fideicommissario universali? Responsum est, à Cajo.

Tit. L.

AD LEGEM FALCIDIAM [1].

De repetitione.

1. Impp. Severus, & Antoninus AA. Prisco.

SCIRE debes, omissa Falcidia, quo pleniorem [2] fidem restituendæ portionis exhiberes, non videri plus debito solutam esse. P.P. iii. Id. Maji, Laterano & Rufino Conss. 198.

Adversus quos, & pro qua portione locum habet Falcidia.

11. Idem A. Sactiano.

FAlcidiæ rationem adversus omnes [3] pro modo legatorum & fideicommissorum locum habere, certi & explorati juris est. P.P. Kal. Jul. Laterano, & Rufino Conss. 198.

De tacito fideicommisso.

111. Imp. Alexander A. Hermagoræ.

ETiamsi tacitum [4] fideicommissum heredem administrasse apparuerit, legata tamen, seu fideicommissa, quæ testamento relicta sunt, præstanda esse, ambigi non oportet: ad eum videlicet modum, quem lex Falcidia patitur; cum quartam, quæ aufertur [5] heredi, qui contra [6] legem fidem suam obtulit, legatariis proficere non placuit. P. P. Id. Octob. Alexandro A. Conss. 223.

1 Divi ad xxiv. D. 11.

2 Lex Falcidia lata ab Augusto, *Suida recte*, Trebellianum sub Nerone, *l.* 1. §. 1. *ff. ad Treb.* Pegasianum sub Vespasiano. §. 5. *Inst. de fideicomm. hered.* Hujus primum caput vide, in *l.* 1. *ff. ad.* aliud in *l.* 81. *ff. ead.* aliud in *l.* 16. *ff. ead.* aliud quod 2 Duareno adfertur. 1. *difficult.* 58. non admittendum, ut quod secundi expiris ambitu consecutur.

3 Idcirco non solvit, qui plenam fidem defuncto præstare nolvit. *l.* 19. *ff. ad l. Pomp. de parric.* & *l. ult.* vel, Solvere videtur quod postea repetit.

4 Secutus quod jure tuit per Falcidiam retinere, non dicitur plus debito solvere. *l.* 9. *ff. ead. l.* 5. §. 15. *ff. donat. inter vir.* Falcidiam igitur non detrahens sequi voluntatem testatoris videtur, *ut hic, & l. ult. ff. ead.* Nam contra sententiam testatoris Falcidia deducitur. *l. Titia* 86. *ff. ead.* sententiam, inquam, tacitam & generalem: alias non deducitur contra expressam ejus prohibitionem. *Auth. sed cum testator. ff. ad l. Falc.* Expressum non tantum apertissimam prohibitionem intelligimus, sed & ex verbis testamento adectis collectam: veluti si prohibuerit alienationem rei legatæ, & eam voluerit manere apud fiorem ejus cui relicta est: his enim verbis intelligitur Falcidiam prohibuisse: quia legatarius videtur alienare, si permittit quartam detrahi. Gloss. Aretinus, Galesius in *l. centuria.* 15. *ff. de verborum.* Idem dicendum si testator voluit tota & integra, vel sine diminutione legata præstari: vel integram solutionem legatorum fieri à suis executoribus: aut si noluerit heredem plus petere hereve, quam ei relictum sit? vel si legatario rei legatæ propria auctoritate accipiendæ potestatem fecerit. An idem si plenos jure legata præstari jusserit? vid. Tiraq. ad *legem connub. Glos. 5.* n. 93. & 188. Quid? superioribus casibus heres num ab aliis legatariis Falcidiam sum deducet, & quidem jure gram? deducet: ut superiores clausulæ in aliorum legatariorum non heredis ipsius præjudicium aditæ censeantur. vid. *Mantic. 9. de conjectl. ult.* 5 Falcidia minuentur omnia legata proportionabiliter, *ut hic: & l. ult. ff. ead.* Nam si quis duobus fundum legaverit, & alteri totum, ille pro parte dimidia, hic pro reliqua parte fundum habebit. *l.* 32. §. 3. *l.* 89. *ff. ead.* §. ult. *Inst. ead.* §. 5. *Inst. de fideic. hered.* excipe quosdam casus in quibus dixi ad *Nov.* 119. *c. ult.* 53 Heres qui solem suam tacite, id est, clam dat testatori de restituendo sibi relicto personæ jure incapaci, pro rata omni commodo hereditario, sibi applicando. *l.* 59. *in fin. ff. ead.* Fiscus eo casu tenetur ad legata, Falcidiamque detrahit ad instar heredis. *Zoes.*

54 Heres ex tacito fideicommisso nihil retinens; solidum eum fisco vindicatur. vide ad hanc locum quendam apud *Cujac. 7. obs.* 31. *in fin. ubi & Gervasium perstringit.* 55 In tacito fideicommisso heres contra legem fidem suam offert.

De Principe.

IV. Idem A. Philetiano.

ET in legatis Principi [1] datis legem Falcidiam locum habere emerito Divo Hadriano placuit. P. P. v. Kal. Jan. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De mortis causâ donationibus.

V. Idem A. Damasatæ.

SI mortis [2] causâ immodicas donationes in sororem tuam matrem contuliſſe probare potes, legis Falcidiæ ratione secundum conſtitutionem Divi Severi avi mei uti [merito] potes. P.P. XV. Kal. Novemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De ære alieno. 1. Ex quibus legata Falcidia deducitur. 2. Si quid ultra ſolidum heres præſtiterit, aut fecerit.

VI. Idem A. Secundinæ.

IN imponenda ratione legis Falcidiæ omne æs alienum deducitur, etiam [3] quod ipſi heredi mortis tempore debitum fuerit, quamvis additione hereditatis confuſæ [4] ſint actiones.

§. 1. Omnia autem legata, quamvis [5] in operibus publicis conficiendis ſtatuiſque ponendis data ſint, ad contributionem dodrantis pro rata ſuæ cujuſque quantitatis revocantur.

§. 2. Nec [6] ſi quid ultra [7] ſolidum heres præſtiterit, aut perfecerit, legitimæ computationi præjudicatur. S. v. Kal. Januar. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De teſtamento militis.

VII. Idem A. [Primo, &] P. Pomponio.

IN teſtamento quidem militis [8] jus legis Falcidiæ ceſſat. Sed ſi ea, quæ ad [9] vos pertinent, defunctus tenuit, bonorum ejus videri minime poſſunt: & ideo recte rationem eorum, ut æris alieni, haberi deſiderabitis. P. P. Kal. Maji, ALEXANDRO II. & MARCELLO CONSS. 227.

Quibus caſibus Falcidia ceſſat.

In AUTHENT. de hered. & Falcidia. §. hinc nobis, & §. ſequ. col. 1. tit. 1. Novell. 1. cap. 2. & 3.

SED [10] *cum teſtator hoc expreſſim* [11] *vetuit, non ignarus quis modus ſit ſui patrimonii, ceſſat Falcidia* [12]: *& ſi heres in hoc defunctis non* [13] *pareat, deſertur hereditas perſonis enumeratis ſub titulo de legatis, & fideicommiſſis.* †. *Item ſi heres quædam legata, ſubſtantiæ ſuæ menſuram ſubeſſe ignoſcens, præſtat ea ſolidum: neque* [14] *ex his repetitio, nec ex his aliis permittitur retentio, noſſe ſe putantium quid emerget.* †. *His ceſſantibus locus eſt Falcidiæ, ſi ſint inventarium* [15] *ſecundum modum, tempuſque ſtatutum in aditione: Hæc quoque additura obſervatione, ut in præſentia omnium ipſius* [16] *civitatis, in qua ſint, legatariorum, aut ejus agentium, ſi perſona ratio ſit habenda, perficiatur: vel ſi quis abſit ex ipſis, aut intereſſe voluerit, ſuccedat præſentia trium teſtium, itidem ipſius civitatis locupletium, & bona opinionis, abſque præjudicio tamen veritatis inquirendæ per ſervorum quæſtionem, & heredis, teſtimoniique juramentum. Quæ non* [17] *obſervata, ſolida legata præſtet, etſi ſines hereditarios excedant. Nulla autem quæſtionum taliarum, vel latium excedat annum. Anno enim culpa heredis tranſacta cadet à calumnia.*

In AUTHENT. ut ſponſal. laic. §. ſi quando. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 11.

SED *& in eo re ceſſat Falcidia, quæ ita relicta eſt*, ne [18] alienetur, ſed permaneat apud ſucceſſores ejus, cui relicta eſt.

In AUTHENT. de eccl. tit. §. ſi autem heres. col. 9. tit. 14. al. 6. Novell. 131. cap. 12.

Similiter Falcidia ceſſat [19] *in his, quæ ad pias* [20] *cauſas relicta ſunt.*

Si heres fideicommiſſarium heredem inſtituat.

VIII. Idem A. Aurelio.

IRritum quidem propterea [21] teſtamentum fratris tui eſſe non poteſt, quod ex cauſa fideicommiſſi obligatus fuit, *ut ſi ſine liberis prius deceſſeret, paternam tibi hereditatem redderet*: Sed licet te heredem ſcripſerit, in imponenda tamen legatorum ratione, quibus te oneratum eſſe ſuggeris, fideicommiſſum debitum aris [22] alieni loco [23] deduci oportet: inſuperque in reſiduo legis Falcidiæ beneficium vindicabis. P. P. Id. Septemb. MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De conditione indebiti.

IX. Imp. GORDIANUS A. Meſtriano.

ERror facti [24], quartæ ex cauſa fideicommiſſi non retentæ repetitionem non impedit. Is autem qui ſciens [25] ſe poſſe retinere, [univerſum reſtituit,] conditionem non habet: Quin etiamſi jus [26] ignoraverit, ceſſat repetitio. P. P. XV. Kal. Novemb. PIO, & FONTANO CONSS.

An retentio Falcidia tranſmittatur ad heredem.

X. Idem A. Diogenio.

QUanquam pater tuus fratrem tuum rogaverit, *ut ſi ſine liberis diem ſuum fungeretur, portionem hereditatis tibi reſtitueret*; tamen inteſtato eo diem ſuum functo, quod beneficio legis Falcidiæ [27] habere potuit, ad [28] ſucceſſorem inteſtati pertinere: ideoque non immerito ſororem tuam, quæ ſimul tecum ab inteſtato ei ſucceſſit, emolumenti, quod retinere potuit, portionem ſibi vindicare, manifeſtum eſt. P. P. v. Id. Novemb. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

Si teſtator filium certis rebus pro Falcidia juſſit eſſe contentum.

XI. Idem A. Maximæ.

SI (ut allegas) pater tuus eam portionem, ex qua te fecit heredem, fratribus tuis reſtituere juſſit, certiſque ſpeciebus pro Falcidia præcepit [29] eſſe contentam: auxilium legis Falcidiæ, quod imploras, apud ſuum Judicem non [30] prohiberis flagitare. P.P. VII. Kal. Novemb. ADRIANO, & PAPPO CONSS. 244.

De donationibus inter virum & uxorem.

XII. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Juſtino.

IN donationibus inter [31] virum, & uxorem factis [legem] Falcidiam habere locum, quando fideicommiſſi partibus funguntur, nonnullis juris placitis comprehenſum eſt. P. P. XVI. Kal. Jul. ipſis AA. IV. & III. CONSS. 290.

De fideicommiſſaria libertate.

XIII. Idem AA. & CC. Zetho.

SI ea, cujus filium tuum ſervum ſignificas, ex judicio defuncti, quem dicis fideicommiſſariam libertatem ei reliquiſſe, aliquid conſecuta [32] eſt: ad reſtituendam fideicommiſſariam libertatem non immerito obnoxia conſtituta debet urgeri. Nam fideicommiſſum ei relictum uſque ad eum modum poteſt petere, quem deducto pretio ſervorum, quos fuerat rogata manumittere, relictorum ſubſtantia patitur. S. Kal. Maji, *Heraclie*, AA. CONSS. 293.

Si creditor debitori ſucceſſerit ex parte.

XIV. Idem AA. & CC. Fauſtinæ.

LIcet adieris patris hereditatem, & confuſione [33] pro parte, qua eidem ſucceſſeris, extinguatur actio, quam tibi [adſe-tis] competere, eo quod ex adminiſtratione tutelæ [34] multa eum debuiſſe [35] contendis, pro reſiduis tamen partibus coheredes convenire non prohiberis: & fundum à [36] te relictum eatenus, quoad deducta quarta reſidui ſubſtantia patitur, præſtare neceſſe habes. Dat. VI. Kal. Octob. *Viminacii*, AA. CONSS. 293.

De inſtrumentis prædiorum.

Nec de dote prædiorum, nec de inſtrumentis Falcidia detrahitur. Bald.

XV. Idem AA. & CC. Pomponio.

SI prædiorum [37] dotis apud te jure remanentis inſtrumenta verbis precariis, vel teſtamento, vel codicillis uxor tibi dari mandavit, ejus liberum ſucceſſores impleri compellentur: cum inſtrumentis [38] prædiorum domino relictis Falcidiæ nulla poſſit intervenire quæſtio. Suppoſita XVI. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

Si teſtator non ſit ſolvendo.

XVI. Idem AA. & CC. Diomedi.

SUccеſſores legata, vel fideicommiſſa, ſi ea alienum hereditarium defuncti ſubſtantiæ [39] fines occupaverit, legis Falcidiæ juſſio peti, item Trebelliani Senatuſconſulti præceptum exigi non concedit. S. XVI. Kal. Februar. *Sirmii*, AA. CONSS. 299.

XVII. Idem AA. & CC. Cajo.

ACoheredibus [40] relicta legata, quatenus modus legis Falcidiæ præſtitutus patitur, poſſe peti, certiſſimi juris eſt. Suppoſ. V. Kal. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS. 300.

De eo, quod heres juſſus eſt dare, antequam adeat.

XVIII. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI quis quadringentorum forte ſolidorum habens ſubſtantiam, juſſerit, *heredem non* [41] *aliter adire hereditatem, niſi prius centenos aliquos ſolidos cuidam perſolvat*, vel *aliam quantitatem*, quæ diminuere Falcidiæ rationem poteſt: ſancimus, heredem, ſi adierit, legis Falcidiæ beneficio ſuſtentarum, repiere [42] quidem, quod ad Falcidiam deeſt: & prius eo dato vel retento, ſive una datio eſt, quæ celebrari diſpoſita fuerit, ſive in multas dividitur perſonas, præfata legis immunitatem habere beneficium. Si [43] enim cum mortis [44] cauſa donatio procedat, & hæc modum legis Falcidiæ excedat, heres poſt additionem repetit eam pecuniam, quæ ultra modum legis Falcidiæ corporaliter [45] quidem data eſt, lege autem in patrimonio teſtatoris permanſit: quare non in præſenti caſu & viventibus & morientibus providemus, & eorum ultima elogia conſervantes, & commodum hereditarium non minuentes? Dat. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

Si heres legata ſalverit, vel ſalvere promiſerit.

XIX. Idem A. Joanni P. P.

CUm certum ſit, heredem, qui plenam [46] fidem teſtatori exhibet, in ſolidum legata dependentem, non poſſe poſtea rationem legis Falcidiæ prætendentem repetitione uti, quia videtur voluntatem teſtatoris ſequi: jubemus hoc ſimili modo firmum haberi, & ſi cautionem [47] ſuper [48] integra legatorum ſolutione fecerit: quod veteribus legibus [49] in ambiguitatem deductum eſt. In utroque etenim caſu; id eſt, ſive ſolverit, ſive ſuper hoc cautionem fecerit, æquitatis ratio ſimilia ſuadere videtur. Dat. XV. Kal. Novemb. *Conſtantinop.* poſt conſulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno ſecundo. 532.

TIT. LI.

30 Nec illum cum Accursio, Nepotes ex filio justa de causa possunt exheredari ab avia. Nam agitur hic de successionibus ab intestato, non vero exheredatur ab intestato, sed nepotes exheredantes a patre, vel matre non nepotibus ratione filii parentis in successione avi, vel aviae. adde *Cuj. 18. obs. 17.*

31 *Defunctus. l. 14. C. Theod.*

32 Nepotes ex filia praeteriti rumpunt testamentum aut ipsi exheredati quo ea inofficiosi querela inofficiosi testamenti.

33 Haec vox deest in C. Theod. *d. loc.* 34 De hereditatis petitione. 35 Querela inofficiosi. 36 Imp. Honorius & Theodosius AA. Cod. Theod. 37 *Maximo praefecto urbi, l. 5. C. Theod. de legit. her.* 38 Adde *l. 2. §. 4. ff. de suis.* 39 Materna ita extat C. Theod. *d. l. 5.* & ita legi in Basilicis lib. 46. Cujac. 18. *obs. 1.* notat. & rectius, ut & sensus. Natum post emancipationem matris jam civilium materno succedere, aviae paternae, vel maternae non succedere. ad haec frustra quaeri, *mater ex Senatusconsulto praeferitur, longe tempore. Leon. Nov. 25.* De emancipatione adde *l. 7. C. de emancipat. Rav.* Theod. A. 12. & Constantino III. coll. C. Theod. 41 In successione ab intestato descendentes ascendentibus praeferuntur, *ut hic, & 45. Eclog. 2. c. 32. l. 2. §. 6. ff. ad Senatusc. Tertull. Nov. 118. c. 1. Leg 8. in fin. C. Theod. de legit.* atque haec lex pars legis 5. *C. ad Tertull.*

42 Liberi ipso jure parentibus succedunt. 43 Abrogatur pars *leg. 5. C. ad Tertull.* & similes, de quibus *ibi dixi.* 44 Descendentium appellatione in infinitum descendentes intelliguntur: ut haec vox fideicommissi progressum in infinitum intelligimus. *IV. Simon. de Praeto. §. de emptor. §. debitor. 1. solutione* 10. veluti si dixero: *Bona mea ad descendentes meos pervenire volo: ea sine dubio ad omnes usque longissimo etiam gradu descendentes eo fideicommisso continebuntur. Rebuffus tit. de institut. §. nos igitur. Alex. 1. Consil. 36. Natta Consil. 437.* 45 Ἴδιον. 18. c. 4. *Nov. 118. c. 1.* 46 *l. 7. §. 1. C. de suis. l. 2. §. 3. C. eod.* 47 In successione defuncti liberi omnibus praferuntur. 48 Primo gradu liberi inter se aequaliter succedunt. 49 Nepotes inter se vel cum patruis vel cum amitis succedunt in stirpes. *l. 2. §. 3. C. eod.* 50 Confirmatur lex ult. *C. eod. l. 5. C. eod.* & similibus legibus abrogatis.

51 Id adjectum videtur propter legem 10. *C. eod.*

TIT. LVI.

AD SENATUSCONSULTUM TERTULLIANUM [52].

De infantibus.

I. Impp. Diocletianus & [53] Maximian. AA. & CC. Vivianae.

Licet liberi matribus ab intestato ita demum per se heredes esistant, si fati [54] possint: tamen matres liberis, etiamsi infantes [55] naturae concesserint, posse succedere, nulla dubitatio est. P. P. X. Kal. April. Tiberiano & Dione Conss. 291.

Patrem matris praeferri.

II. Iidem AA. & CC. Rheae.

In successione filii, vel filiae communis, sine liberis & fratribus [56] & sororibus morientis, pater [57] manumissori [58], quia ei jus vetus jus servatum, matri praefertur. S. VI. Id. Dec. CC. Conss. 293.

De praescriptione tutorum non petiti.

III. Imp. Constantius A. Catulino proconsuli Africae.

Matres, quae puberes amiserunt filios, licet impuberibus [eis] tutores [59] non petierunt, praescriptione [60] [tamen] non petiti tutoris ad excludendam eorum successionem minime debere praescribi, certum est. Dat. VI. Kal. August. Constantio A. VII. & Constante Conss. 354.

De secundo nubentibus.

IV. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Eutropio P. P.

Si qua mulier nequaquam religionem [61] priori viro, ex quo filios,

52 Dixi ad XXXVIII. D. XVI. quo matres succedant liberis ab intestato mortuis, nulla relicta gradu.

53 Theodosio videtur haec lex debui. *Nov. 118.*

54 Major intestate per se suum hereditatem possit petere. *vide l. 18. C. de jur. delib.*

55 Hoc intelligas, Etiamsi filius infans SC. Orfitiano matri non succedebat, neque patrem aut eorum: ex Tertulliano tamen, matrem cujusque infantis filio succedere.

56 Parentes, filiis sine liberis & fratribus mortuis succedunt, *ut hic*: Verum legitimae, non patronae successionis praeferuntur. *Auth. Intestati. Nov. 118. c. 1.*

57 In successione filii pater praefertur matri. *ut hic, & l. 2. §. 15. ff. ad leg. Falcid. l. 10. ff. de suis. l. 1. ult. §. 1. C. eod.* 58 *l. 10. ff. de suis.* manumissis filiorum, qui emancipat. filia tutorem non petit, filio non succedit; si quidem is impubes decessit; si pubes, succedit. *l. 6. §. ult. C. eod. 41. Eclog. 2. c. 32.* adde *l. 2. §. 1. l. 4. §. 2. ff. qui petan. tutor. l. 2. C. si adver. delict. & Harm. 2. §. 3.*

59 De praescriptione, id est, exceptione, non petiti tutoris: Praescriptio enim exceptio: sunt haec Tertulliani *de praescript. adversus haeret.* id est, de defensionibus & exceptionibus adversus haereticos.

60 De praescriptione, id est, exceptione, non petiti tutoris: Praescriptio enim exceptio: sunt haec Tertulliani *de praescript. adversus haeret.* id est, de defensionibus & exceptionibus adversus haereticos.

61 Religionem viro mortuo uxor debet, hoc est, intra annum luctus alteri nubere non debet.

filios, seu filias non habet, nuptiarum festinatione [1] præstiterit, ex jure quidem notissimo infamis sit, nisi [2] hujusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: sin autem ei filii erunt, seu filiæ, & impetraverit indulgentiam, infamiæ [3] abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem, si facultatum omnium, quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio, vel filiæ, filiis, seu filiabus donarit, quos habebat ex viro priore susceptos, pure scilicet & omni donationis solennitate completa, nec retento quidem usufructu. Quem quidem semissem si duobus filiis, seu filiabus, pluribusve donaverit, & sorte fatali [4] unus, vel una, seu alius, vel alia ex iisdem intestatus, vel intestata obierit: semper ad [5] superstites fratres, vel sorores volumus pertinere. †. Sin autem universi, vel universæ intestati diem obierint, duræ [6] fortunæ ad matrem solatia ex integro revertantur: ita scilicet ut hunc semissem, quem filiis, vel filiabus donaverit: intestato diem obeuntibus, rursus ipsa separatim ab ultimi filii, vel filiæ hereditate præsumat. P. P. XV. Kal. Januar. GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 380.

1 Intra annum luctus. vid. l. 1. de fil. nupt. Nuptiarum festinatarum hanc esse mentem, ut fiat infamia, ipsi principes remittat; quia ut principes remittat, similiter bonarum quæ compere reparatum habuerit amittit, liberis aliquin tam, ut tamen quidem adjudicatis & eo quidem amplius, ut si unus liberorum decedat, fraternis superstites ei defuncto succedant, quod si omnes intestato mortui sint, dura fortuna ad matrem solatia revertantur, hoc est, successio liberorum ad matrem reverttatur. Synopsis Basil. 45. tit. 1. c. 33.

2 Moveat. 22. c. 22. vers. sed neque. able quos dixi ad l. 15. T. de quibus cum. infam.

3 Principis notam infamiæ potest remittere.

4 Mortem intelligit, quam pœnitentiam non fatum, sed Dei providentiæ ascribunt.

5 Et ita fratres matres excludunt, ut hic, & §. 2. vers. Sane Inst. ad. hodie non exclu. dunt. l. 7. T. ead.

6 Vid. l. 12. T. de pactis. l. ult. T. de Inst. l. 15. ff. de testam. l. 7. in fin. ff. ad tit. liberi. l. 26. in fin. ff. si quis omiss. caus. test. l. 8. ff. de cond. & dem.

7 Synopsis Basil. 45. tit. 1. c. 34.

8 Quæ habeas in literarum deductis, &c. l. 8. C. Theod. de bonis lib.

9 Quid si anne mortem filii? olim in omnibus bonis filii, cum professionis cum adventitiis solum habebat usufructum. l. 7. in fin. T. de Scto. mac. Hodie id innovatum est, ut mox dicemus.

10 Mater nubens post mortem filii, pro sua parte adventitia filii bona plene jure capiebat, professitia à pure usufructus tantum jure, ut hic. Hodie mater cum fratribus & sororibus defuncti succedit in virilem plane jure in bona adventitia & professitia, sive in viduitate permaneret, sive ad secundas nuptias veniret ante vel post mortem filii. Nov. 22. c. 47.

11 Id est, adventitia filii.

12 Nov. 22. c. 47. l. 10. T. de legit. her.

13 Vocf fratribus, desti in C. Theod. quod a Tribonianis mutatum, plenius cum Justinianeo, ut & cum sororibus mater veniret in virilem.

14 Si mater non literatum se nupsit, promiserit, legitimaque filii tuerla subjecta, secundum prima matrimonium contraxerit, filio qui decedit impubes, non succedet, ne quidem à patre usufructus ad patrem & matrem defuncti, ut hic: altera dimidia ad fratres defuncti deferebatur, ut hic. Paulo post integer usufructus patri attributus fuit. l. 13. T. ead. Mater utrix filii privatur ejus hereditate, si nuptiis iterum antequam ei tutorem petierit, & ita cessat Tertullianum, ut hic & Novell. 22. c. 40. & d. l. 10. adde l. 6. T. in quib. caus. pign.

15 Olim frater defuncti ejus matrem excludebat. l. 4. vers. quem quidem. T. ead. §. 3. vers. frater. ead. hodie non excludit, ut hic & Nov. 22. c. 47. §. 2. Nov. 118. c. 2. 3. 17 Vid. Cujac. 12. obs. 17.

18 Si defuncti matur & filiæ sorores extabant, mater in semissem succedebat, reliquæ sorores in alium semissem, ut hic: hodie in virilem. Nov. 22. c. 47. Auth. & cum solit. §. ead. 19 Si defuncto matur & fratres, vel mater, fratres, & sorores fuerint, mater virilem obtinet. 20 Si defuncto pater, mater, fratres, & sorores extiterint, quomodo succeditur? Si defunctus sui juris fuit, integra proprietas ad fratres, dimidia usufructus ad patrem & matrem defuncti, ut hic: altera dimidia ad reliquos fratres defuncti deferebatur, ut hic. Paulo post integer usufructus patri attributus fuit. l. 13. T. de legit. Tandem usus, loco virilis proprietatis, patri datus est. Nov. 118. c. 2. Si vero defunctus sui juris non fuit, usufructus integer patri soli adquirebatur, ut hic: quod tamen immutatum est, ut mox dicam. Proprietas vero adquirebatur matri & dimidia usufructus, si solis sororibus defuncti concurrebat; virilis vi cum fratribus solis aut cum fratribus simul & sororibus defuncti concurrebat. l. 11. T. de suis. exhib. 22. Al. Wissenbachius rationem succedendi explicat, quæ lectio est sincera.

23 Olim pater matri præferebatur, & ita abrogatur l. 2. §. 15. T. ead. §. 3. vers. pater. Inst. ead. l. 2. T. ad. l. 10. T. de suis & legit. 24 Sacra paterna quid, dixi plenissime in l. 10. §. 1. T. de adoption. adde l. ult. T. de curat. furios. l. 3. T. de succ. l. 5. T. de bonis maternis. l. 31. T. de fideic. l. 1. §. ult T. de annuis reorum. l. 13. T. de collat. Habebant veteres sacra propria & privata, Cic. 2. de leg. 7. Val. 7. 24 In diversis Hal. hodie in virilem Auth. & cum solit. §. ead. 26 i.e. si matri concurrent fratres simul & sorores defuncti.

27 Olim cum solis sororibus vocabatur, & ita abrogatur pars legis superioris. tribuitur: alioquin rescinditur testamentum circa substitutionem: nam in cæteris 28 perseverat 29.

De parentibus, fratribus, sororibus defuncti.

IN AUTHENT. de haered. ab intestat. venient. §. consequens & §. sequenti col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2.

DEfuncto sine liberis filio, parentes, si soli sunt, succedunt salva gradus 30 sui prærogativa: si pari 31 gradu sunt, pariter succedunt: paternus 32 quidem dimidia, maternus vero alia dimidia delata, licet sit dispar earum numerus. †. Sed si cum parentibus fratres & sorores utrinque defuncti conjuncti supersint: vocantur cum ascendentibus gradu proximus, ita ut viriles portiones fiant, exclusa prorsus omni differentia sexus & patria potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum sit mentio.

28 Id est, legatis & fideicommissis dixi ad Nov. 119. c. 3. in fin.

29 Olim ita non fuit, dixi ad l. 2. §.

30 Ut qui prior gradu fuerit, prior succedat.

31 Pares gradu pariter succedunt.

32 Filio filiave defunctis, una dimidia paternis parentibus, altera materna cedit. Miram quod non dizerit: Paterna paternis, materna maternis cedere, ut l. 13. §. de legit. her. Gothofred. de successionibus lib. 3. cap. 11. num. 6. & 7. Auct. Vid. Valentin.

TIT. LVII.
AD SENATUSCONSULTUM ORFITIANUM 33.

De consanguineis, & matre & filia defuncta.

1. Imp. ALEXANDER A. Euangelo.

SI intestatæ mulieri consanguinei existant, & mater 34, & filia, ad solam filiam ex Senatusconsulto Orfitiano hereditas pertinet. P. P. XV. Kalend. Februar. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De partionibus.

11. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero superstitum mortis matris tempore: sed successientium materna scinditur hereditas. Quapropter si mater vestra te, & uno fratre emancipatis: duobus autem aliis in patria positis potestate superstitibus, diem functa est: & hi, qui in potestate patris fuerant, prius quam 35 maternam hereditatem sibi quærerent, rebus humanis exempti sunt 36: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. S. VII. Kal. Aprill. Sirmii, AA. CONSS.

33 Dixi ad XXXVIII. D. XVII. adde Paul. 4. sentent. 10. quo filii & filiæ succedunt matri intestatæ.

34 In successione matris filia matris consanguineis fratribus, & agnatis ex transverso omnibus defunctis præferetur, adde l. 1. ff. ad. Tert. ead. in primis. Id est, Descendentes præferuntur adscendentibus. l. 4. T. ead. successio magis descendit, quam adscendit si mulier extantibus matre & filia decedit, ad filiam defunctæ hereditas pertinet. Synopsis. Basil. 45. tit. 1. c. 36.

35 l. 7. T. de jur. delib.

36 Deficientis portio adcrescit, reliquis adcrescentibus.

Pro herede gestio.

111. Iidem AA. & CC. Julianæ.

MAtri intestato defunctæ secundum Orfitianum Senatusconsultum, citra 37 bonorum possessionem filia pro herede 38 gerendo, succedere non prohibetur. S. XII. Kal. Novemb. AA. CONSS.

37 Liberi citra bonorum possessionem matri succedunt. facit l. 4. T. tit. prox. Cur ita? quia non prætoris, sed Senatusconsulti beneficio admittuntur ad successionem. l. 1. C. Th. de legit. haered. l. 1. C. Theod. de extraord. vel honor. l. 3. ff. unde legitim.

38 Sola adistione. Paul. 4. sent. §. 10. adde.

De liberis & parentibus defuncti, defunctave.

IV. Imppp. GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. ad Hilarianum 39 P. V.

QUotiens 40 de emancipati filii, filiæve successione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro solido successio; neque 41 ulla [defuncti] defunctæve patri, matrive concedatur intestatæ successionis hereditas. Dat. XV. Kal. Mart. Mediolani, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS.

39 Ad Hilarium P. P. l. 3. C. Theod. de legitim. haered.

40 l. 3. C. Theod. eadem.

41 Descendentes præferuntur ascendentibus. l. 1. T. eadem.

De muliere illustri.

V. Imp. JUSTINIANUS A. Demosthenæ P. P.

SI qua illustris 42 mulier filium ex justis nuptiis procreaverit, & alterum spurium habuerit, cui 43 pater incertus sit: quemadmodum res maternæ ad eos perveniant, sive tantummodo ad liberos justos, sive etiam [ad] spurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut 44 neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, justis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perveniat: cum in mulieribus ingenuis 45, & illustribus (quibus castitatis 46 observatio præcipuum debitum est) nominari spurios, satis injuriosum 47, satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse judicemus. Et hanc legem ipsi pudicitiæ 48, quam semper colendam censemus, merito dedicamus. †. Sin autem concubina liberæ conditionis constituta filium, vel filiam ex licita 49 consuetudine ab homine libero 50 habita procreaverit, eos 51 etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ jure legitimo in suo patrimonio possidet, nulla dubitatio est. Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedi. DECIO V. C. CONS.

42 Illustri, cui legitimi sunt liberi, non succedit spurius, ut hic: non illustri, succedit. Nov. 89. c. 15.

43 Spurius, cui pater incertus. dixi ad Nov. 89. c. 15.

44 Matri illustri, cui legitimi sunt liberi, non succedit spurius, ut hic: non illustri, succedit. Nov. 89. c. 15.

45 Spurius nullo in partu matri illustri, cui legitimi sunt, ab intestato succedit: quin ne quidem inter vivos donatione quidquam ab ea accipere potest: matri vero concubinæ liberæ condemnatione una cum ejus aliis liberis ex nuptiis legitimis procreatis succedit, qui ex ea concubina natus. ut hic. Synops. Basil. 45. tit. 1. c. 36. l. 3. T. subsec.

De mora in libertate præstanda.

VI. Idem A. Juliano P. P.

QUidam ancillæ suæ per fideicommissum libertatem reliquit, eo autem, à quo libertas relicta est, moram 52 in libertate præstanda faciente, peperit ancilla; & esse [eum] quidem ingenuum puerum, vel puellam qui post moram nati sunt, omnes veteris juris auctores consentiunt: dubitabatur autem inter eos, si matri motienti posset succedere: hujusmodi itaque dubitationem eorum decidentes 53, ulteriùs eam procedere non patimur: sed sancimus eandem 54 matris progeniem heredem ab intestato ei posse existere: salvo jure legitimo ex auctoritate Senatusconsulti Orfitiani proli servando, & tam matre ex Senatusconsulto Tertulliano, quam prole ex Orfitiano Senatusconsulto invicem ad suas hereditates venientibus. Dat. Kal. Octob. Constantinopol. LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS.

45 Spurius, cui pater incertus. dixi ad Nov. 89. c. 15.

46 Quo mulier illustrior, eo cæteris esse debet. 47 Injuriosum satis est illustri mulieri, spurios habere. 48 Pudicitiæ cultus. 49 Concubinatus Romanus licita fuit consuetudo atque conjunctio. dixi ad l. 3. ff. de concubin. 50 Aliud si ab homine servilis conditionis, aut libero quidem, sed axorem habente. dixi ad Nov. 89. c. 15. quod tamen Rolandus à Valle non admittit l. cons. 74. num. 32. 51 Quid: vulgo quæsito filio potestne mater donare? posse ex hoc loco notatur. Capella Tholosana quæst. 192. 52 Qui post mortem fideicommissarius matris libertatis factus nascitur, ingenui sunt, ut hic. l. 2. §. 3. l. 2. §. 3. vers. Et in. ff. ad Tertull. l. 1. §. 1. ff. de stat. liberor. ideoque matri succedunt. vers. fin. T. & l. 2. §. 3. ff. ad Tertull. 53 Hæc est XXXVIII. decisio ex quinquaginta novis Justiniani. vid. Inglosa. Auct. 54 Id est ita natum, ita susceptum post mortem fideicommissariæ libertatis matri factum.

TIT. LVIII.
DE 55 LEGITIMIS 56 HEREDIBUS.

De sororibus & sororibus.

1. Imp. ALEXANDER A. Cassio & Hermionæ.

IN successione, quæ titulo consanguinitatis vel in bonorum possessione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres 57, quam sorores pari jure esse, licet 58 non [ex] eadem matre suscepti sunt, jus certum est. Nec huic derogatur, quod amitas 59 vestras ab avo vestro dotatas 60 fuisse proponitis. P. P. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

55 Pars secunda. tit. 16. ff. lib. 38. Nov. 118. c. 3.

56 Id est agnatis, quo nomine primo intelligit fratres consanguineos.

57 Fratres & sorores ad successionem pariter admittuntur.

58 Hodie consanguinei & uterini simul potiores sunt aliis qui solummodo consanguinei, vel solummodo uterini. Nov. 84. c. 1. §. 1. 59 Vid. Cujac. 18. observ. ult. 60 Dotem non conferunt sorores, cum agitur de hereditate fratris, sed cum de hereditate patris.

De separationibus bonorum.

11. Imp. Gordianus A. Tatianæ, & aliis.

SI ejus, quæ vos heredes instituit, patri hereditatem non quæsitis, postea quæ mortuo patre, ac repudiata [1] ejus hereditate, defunctæ successionem agnovistis: ea, quæ bonorum sunt defunctæ, ab his separari, quæ patris vestri fuerunt, præses provinciæ non ignorabit. P.P. VI. Id. April. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De sorore consanguinea & filio fratris.

Soror fratris filio antefertur civili ac prætoria jure ex gradus prioritate. Bald.

111. Imp. Decius A. Asclepiodotæ.

CONsanguinitatis jure, & fœminas [2] ad intestatorum successionem admitti posse, explorati [3] juris est. Proinde cum fratris tui intestato [4] mortui ad te consanguinitatis jure hereditas pertineat: nulla ratione alterius [5] fratris tui filii ad eandem successionem adspirare desiderant: nam & cessante jure agnationis in persona omnium, prætorii juris beneficio ad te potius, quæ secundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu constituti sunt. P.P. Non. Decemb. Decio C. & Grato Conss. 251.

De fratribus, & filiis fratrum, & his qui post eos vocantur.

In Authent. de hered. ab intestato. venient. §. reliquum. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2. & ut fratres fin. §. 1. col. 9. tit. 1o&1. 7. Novell. 127. cap. 1.

CESSante [6] successione linea descendentu, & ejus quæ solo sit ascendentiu, vocantur primo [7] fratres, fratrisque prænatus filii in stirpes. *Dico autem de fratre, ejusque fratris filio, qui ex utroque parente coeunt cum, de cujus hereditate nunc agitur: quæ persona venunt, & [8] sine defunctæ nunc persona patruibus, & cum proximis gradu ascendentibus. Et quidem præditi fratris filius, & si [9] tertio gradu sit, præfertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus, & emancipatium cessat.*

In Authent. de hered. ab intest. §. his autem non. & §. illud. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 3.

POST *fratres autem ex utroque parente, & eorum filios admittuntur ex uno [10] latere fratres, sororesve: cum quibus & filii eorum, si qui ex eis jam decesserint.* †. *Hi autem patruum filii cum patre sint defuncti fratribus, præferuntur [11] proculdubio ejusdem defuncti avunculo, & alii similibus: & in his successionibus omnino cessat sexus, & agnationis ratio.*

In Authent. de hered. ab intest. venient. §. Si vero neque. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 3.

POST *fratres, fratrumve filios vocantur quicumque gradu sunt proximiores [12]: ut patres [13] in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum, & [14] fœminarum. Sola namque cognatio spectatur in tabula. Fiet autem divisio [15] in capita [16], & non in stirpes [17].*

Si testamentum non valet.

IV. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Cæcilio.

SI aut nullum [18] testamentum nepos patrui tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, & agnationis jure successio ejus tibi delata est, etiam citra [19] bonorum possessionis subsidium legitimo jure subnixus es. P.P. Idib. Jul. ipsis AA. iv. & iii. Conss. 290.

De agnatione, & cognatione.

v. Iidem AA. & CC. Cupillæ.

AD intestati successionem agnationis [20] quam proximitatis jure venientes haberi potiores, certum est. Supp. xvi. Kal. Jul. *Sirmi*, AA. Conss.

Si suus heres abstineat, vel repudiet.

VI. Iidem AA. & CC. Claudianæ.

DEfunctis suis extantibus heredibus, & abstinentibus, vel repudiantibus hereditatem, frater [21] jure consanguinitatis succedere potest. Suppof. Kal. Januar. AA. Conss.

De patruo, & matertera.

VII. Iidem AA. & CC. Amiano.

PATruo, ac materteræ tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris [22] frater agnationis jure sorori matris antecponitur. S. xvii. Kal. *Sirmi*, CC. Conss.

De defuncto apud hostes.

VIII. Iidem AA. & CC. Silano.

SI his, de quorum successione agitur, apud [23] hostes defunctis, secundum legis Corneliæ beneficium jure agnationis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successisti, eorum substantiam vindicare non prohiberis. S. Non. Jul. *Sirmi*, AA. Conss.

De sorore, & avia.

IX. Iidem AA. & CC. Demagoræ.

IN successione intestatæ sororem [24] quam aviam, vel avum maternum, haberi potiorem non ambigitur. S. VI. Kal. Jul. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De tutore non petito.

X. Impp. Theod. & Valent. AA. ad Florentium P.P.

SCiant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto ejus patre, tutorem [25] ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, sive ab intestato, sive jure substitutionis, successionem ejus, si impubes moritur, denegandam esse. Dat. v. Id. Jul. *Constantinop.* Theodosio A. xvii. & Festo Conss. 439.

De emancipatis.

XI. Imp. Anastasius A. Constantino P.P.

SI ab eo, qui ex [26] sacro rescripto secundum nostram constitutionem [27] fieri postulaverit emancipationem libertorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima jura per emancipationem extinguantur: eadem jura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi conjunctas, quam [28] aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnon ceteris serventur intacta [29]: Collationibus [30] tamen ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quoticns talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione, faciendis. Dat. xv. Kal. August. Probo & Avieno Jun. Conss. 503.

De nato ex matre quinquagenaria.

XII. Imp. Justin. A. Joanni P.P.

SI major quinquagenaria [31] partum ediderit, si [32] debet hujusmodi soboles suo patri succedere, & hereditatem ejus nancisci, à Cæsariana [33] advocatione interrogati fumus. Et sancimus, licet mirabilis [34] hujusmodi partus inveniatur, & raro [35] contingat; nihil tamen eorum, quæ probabiliter [36] à natura noscuntur esse producta, respui: sed omne jus quod ex quacunque lege liberis præstitum est, hoc merum atque immutilatum hujusmodi [37] filiis, vel filiabus servari in omnibus successionibus: sive ex testamento, sive ab intestato, & summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit: maxime cum & anteriore [38] nostra lege hujusmodi nuptias permisimus, imparcs [39] eas videri minime concedentes. Dat. ix. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis vv. cc. Anno secundo. 532.

Qui succedunt emancipato.

XIII. Idem A. Joanni P.P.

DE emancipatis filiis, qui [ex] sacro [40] rescripto partibus imperito hoc à suis genitoribus meruerunt, dubitatum est.

§. 1. Cum [enim] Anastasiana lex [41] jura fratribus legitima nolcitur servare: si quis ex his sine testamento & libcris decesserit, utrumne ad fratrem, vel ad sororem ejus successio devolvatur, an ad superstitem patrem, [dubitabatur,] hujusmodi dubitationem compendioso responso duximus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus jam à nobis lex [42] posita est, etiam hujusmodi hereditatem jure quidem dominii ad fratres, vel sorores in totum pervenire, usumfructum [43] autem [ejus] patri totum [44], sive priorem totum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, adquiri: sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo à sacris [45] paternis fuerint absolati.

§. 2. Cum enim & pater utitur usufructu, & votum [46] ejus est, ad alios filios suas res pervenire: ea propter cum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc à nobis in hac specie plenius [eis] subvenitur: ut pater habeat usumfructum [47], fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis [48] rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos [49] vocari oportet. Sin autem non supersint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum, vel rerum vacillare noscatur. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis vv. cc. Anno secundo. 532.

De differentia inter masculos, & fœminas sublatas. De filiis sororis.

XIV. Idem A. Joanni P.P.

LEge [50] duodecim [51] tabularum bene humano generi prospectum est, quæ unam consonantiam tam in maribus quam in fœminis legitimis, & in eorum successionibus, necnon & in liberis observandam esse existimavit: nullo [52] discrimine in successionibus habito, cum natura [53] utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale [54], & alterum [55] alterius auxilio egeat, & uno femoto, & alterum corrumpatur. Sed posteritas dum nimia utitur subtilitate [56], non piam induxit indifferentiam, sicut Julius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertullianum fecit, aperitissime docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculæ sobolis in parentis vocari successionem, & iterum [57] germanas jure consanguinitatis eandem sibi vindicare prærogativam, deinceps autem legitimas fœminarum personas, si jura consanguinitatis non possident [à] successione legitima repelli, cum maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filii fratris sui una cum masculis vocatur, sed aliud jus in amitis, aliud in patruis obtervatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem ejus ab eadem successione reeloditur? Hujusmodi itaque legis antiquæ reverentia & nos anteponi [58] novitati legis censemus, & sancimus [59], omnes legitimas personas (id est

---

[1] Post repudiatam hereditatem patris, filius cum ibi vivente patre delatam adire potest: & separationem bonorum petere, *ut hic & l. 2. ff. de adq. her.*

[2] Non tamen ultra consanguineorum gradum, idque lege Voconia. *vide Cujac. hic.*

[3] Et quidem lege xii. tabularum dixi ad *l. xii. tab. lib. 2. tit. 20. §. 13.*

[4] Intestato fratri soror potest succedere.

[5] Olim fratres, vel sorores defuncti præferebantur alterius fratris, aut sororis liberis, *ut hic, & l. 14.*] *end.* Hodie repræsentationis beneficium fratris filiis concessum est. *Novell. Justin.* 127.

[6] Id est, si nulli sint defuncto descendentes aut ascendentes, quemadmodum succederetur.

[7] Frater (quo vocabulo sororem intelligo) fratri succedit. Fratres defuncti fratrumque præmortuorum filii in stirpes concurrunt: fratres intelligo ex utroque parente conjunctos: fratrum vero filios ex utroque parente conjunctorum liberos.

[8] Id est, sive non concurrant absendantibus, sive concurrant.

[9] Fratris ex utroque parente mihi conjuncti filius fratri meo uterino, vel paterno tantum meam evincit hereditatem, id est, Fratri uterino, vel paterno potior est, quod ad jus mihi succedendi, ut hoc casu qui tertio gradu fuerit, eo sit potior qui secundo fuerit. Tanta vis est repræsentationis, ut cujus parens uterinum mihi fratrem semel antecesserit, eundem filium antecedat. Non absimiliter plerisque in locis fieri solet inter nobiles præsertim illustres, apud quos primogenito natus in linea collaterali patruos etiam proximiores defuncto excludit.

[10] Post liberos, post ascendentes, post fratres ex utroque latere conjunctos, post nepotes ex fratre utroque latere conjunctos, fratres sororesve ex uno tantum parente *fratris sororisve uterinorum*, vel ex patre tantum liberi, succedunt, sumpque potiores patruis defuncti, quod & jure fit. Descendit enim successio magis quam ascendit.

[11] *Nepos ex fratre meo licet uterino tantum, vel paterno tantum, mihi succedit, & patruo meo præfertur, eumque excludit.*

[12] Ut sint patrui, amitæ, materteræ, & ab his patrueles, consobrini, amitini: Exempli gratia, si mihi patruus sit Titius, patruelis vero Mævius, patruus patruelis potior, nec immerito, cum patruus patruelis sit proximior. Patrui enim filios, patruelis, nec ad patruelem, nisi per patruum perveniur.

[13] Gradu pares, jure pares.

[14] Id est, agnationis, & cognationis.

[15] Plures patrui, avunculi, amitæ, materteræ, patruelis, amitini, consobrini, patrui magni, & deinceps inter se vel alii eum aliis concurrentes succedunt in capita non in stirpes.

[16] Ut quot sint personæ, tot partiones.

[17] *l. 1. ff. de suis.*

[18] Paria sunt, nullum, & inutile.

[19] Hereditas agnati jure civili delata adiri potest sine bonorum possessione. adde *l. 3. T. ad SC. Orphitian. l. 3. ff. de legit.*

[20] Hodie agnati non sunt potiores, *Authen. post. fratres fratrumque filios T. cod. Nov. 118. c. 3. 4.*

[21] Filiis se abdicantibus vel repudiantibus fratres succedunt.

[22] Patruus anteponitur materteræ, *ut hic.* hodie non anteponitur vide *Nov. 118.*

[23] Adgnati veniunt ad successionem defuncti apud hostes, beneficio legis Corneliæ. *adde l. 2. ff. de testam.*

[24] Hodie sorores non anteponuntur avo & aviæ maternis. *Nov. 118. c. 2. Authen. defuncto T. ad Tertull.*

[25] Pœna hæc est cognati intra annum cognato pupillo tutorem non petenti, ut ei impuberi morienti sive ab intestato, sive jure substitutionis non succedat. *Synops. Basil. 46. tit. 1. c. 42. 5. Harmenop. 5. 5. 92.* sumpenus autem hoc est ex Nov. Theodos. *de cur. 1. 16. in fin. T. ad Nov. l. 6. T. in quibus cauf. pignor. l. 1. T. quando mul. cur.* adde *Nov. 22. c. 40.*

[26] De emancipatione ex sacro rescripto dixi ad *l. 11. T. de collat.* adde *l. 13. T. eod.*

[27] *l. 5. T. de emancipation.*

[28] Rescriptum principis emancipatus filio adgnationis jure succedendi, intelligitur reservare tam active quam passive. *Zoës.*

[29] *Lab.*] *adem. §. sed. Inst. de legit. adgnat. succes. l. 4. T. de legit. tut. l. 3. T. de curat. fur.*

[30] Hæc verba ad finem usque legis Accursius non agnoscit ac absurdæ quoque ab interpretatione: vide eundem. *Cujac. 18. observ. 28.*

[31] De parta quinquagenaria adde exemplum Constantiæ uxoris Henrici V. Imperatoris, quæ ex Constantia peperit. vide Fazellum, 8. rerum Sicularum ad. de *l. 15. §. 2. ff. de adop. 15. Ulp. ad. l. 27. T. de nuptiis. Gorl. Vid. Jovisius. Aphr. supr. lib. 2. num. 17. Mynsch. de author. jud. lib. 2. cap. 89. Tholosan. de Repub. lib. 7. cap. 18. num. 7. Merill. ad Cathalan. Parif. in. dec. post. num. 91. Anz.*

[32] Ratio dubitandi fortasse videbatur, quod hujusmodi partus infirmus & quasi exsors naturæ, & idem de eo credendum videretur, quod de mulis contra naturam. Quibusdam etiam videbantur ex contractu nupt. mihus justo ac legitimo. *l. 17. T. de nupt.* præsertim & ex ea conjunctione nati injusti liberi & a familiæ matrum alieni.

[33] De Cæsarina advocatione, ad quam Justinianus nonnulla addit institutiones confirgit. adde *l. 28. T. de patriis*, sive qui Cappadoces Cæsareum hic accipiunt, quæ Charondæ legum primum illum doctissimæ interpretes habeit. de qua Strabo 12. fed hæc mihi videtur Pelasticæ fuisse urb. *l. penult. T. de fabr.*

[34] Nam mulier eo tempore prolifica habetur. *l. 21. ff. de stat. emptor.*

[35] De his quæ raro fiunt, communiter jus aut lex constituit non fingit. *l. 3. ff. de stipul. l. 64. ff. de reg. jur.* fit tamen interdum. *l. 12. ff. de senatusconsult. l. 3. §. 3. ff. de adop. cor.*

[36] Probabilis Jurisconsultus admittit. [37] Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria, adeo ad successionem admittitur. [38] *l. 27. T. de nuptiis*: dixi ad *Ulp. 16. §. 3.* par matrimonium. *Ulp. d. loc.* [39] Sed impar matrimonium. [40] Vide *l. 11. T. eod.* [41] *l. 3. §. de emancipationib. & l. 11.* [42] *l. ult. T. comm. de succession.* [43] Hodie pater virilem proprietatis cum fratribus defuncti concurrens obtinet. *Novell. 118. cap. 2. verf. Si vero.* [44] Olim femis adquirebatur. *l. 7. T. ad Treb.* [45] De factis paternis dixi plenius ad *l. 10. §. 1. T. de adoptionib.* [46] *l. 2. §. 2. in fin. ff. de bon. libor.* [47] Hodie virilem proprietatis, *d. c. 2.* dixi ad *l. ult. T. de suis.* [48] In mammis rebus uterini præferuntur. [49] Hinc illa regula, Paterna paternis, materna maternis. *Nov. 84. c. 1. §. 2.* quam immutat *Novell. 118. c. 2.* valt enim fratres conjunctos ex utroque latere uterinis, vel paternis tantum præferri. Extantibus uterinis tantum, & paternis tantum dividi hereditatem defuncti in semissem, nulla habita ratione originis bonorum: quin cognatus, si proximior fuerit, excludit adgnatum. *Novell. 118. c. 3. Authen. Post fratres. §. sed.* quod & in Gallia regionibus juri scripto subjectis servatur. *Bar. conf. 23.* In aliis regionibus Gallix, paterna paternis, materna materniis deferuntur. vide *Bar. ibi.* Pone igitur, patruelis meus filio bona quædam paterna fuisse: eidem Francisco nepotem ex fratre uterino susceptum fuisse: uter potior in illius paternis? Egone, an vero nepos ex defuncti fratre uterino Franciscus? Paponius 21. *Arrest. num. 17.* & Lucius 8. *Arrest. 10. num. 4.* referunt contra nepotem judicatum fuisse, cum hic agnatur de bonis paternis, idque ita judicant Galli ex hac lege. Quod ut plenius intelligamus, rem paucis explicemus: Titius ex Mævia susceptæ AB. Mævia ex Sempronio CD. Sempronius ex Caia EF. Quod ad hujusmodi personas attinet AB. funt inter se consanguinei; CD. inter se quoque consanguinei: EF. inter se quoque consanguinei. AB. ad CD. uterini, ad EF. nihil. CD. ad EF. paterni. Pone C. mortuum, relictis bonis paternis, materniis, & adventitiis, D. ut frater consanguineus excludet AB. uterinos tantum. Finge D. postmodum mori relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis: AB. colligerent materna ex hac lege: EF. paterna. Hodie res aliter simplicius. Tota hereditas defuncti D. inter paternos, & uterinos æqualiter dividitur, ut unam medietas ferant paterni, alterum materni. *Novell. 118. c. 2.* [50] Lex xii. tabularum nulla discretione sexus successionem defert. *Paul. 4. sent. 8. §. 4. adde §. 3. verf. & hoc probat. Inst. de leg. agnat.* dixi ad *l. xii. tab. lib. 2. tit. 20. §. 6. & 21. l. 4. T. de lib. præterit.* [51] Huic legi contraria est lex Salica Francica *tit. de Allodr.* qua cautum fuit, ut nulla portio terræ Salicæ ad fœminas deferretur, de qua vide quæ in utramque partem disputat Pyrrhus *disp. 2. de leg. Salica*, & regni successione. [52] *Nov. 18. c. 4. Nov. 21. Nov. 118. c. 4. & c. 5. 3. Inst. de legitima agnat.* [53] Paria natura jus idem exigunt. [54] Laus utpiam, fuit Nov. *vell. 22.* adde *Novell. 33. in fin. pr. l. 123. in fin. ff. de verb. obl.* vide Augustin. de bono conjugali. Martialem epistola ad Tholosanum: & Columellam lib. 12. Mufonium apud Stobæum sermone 67.

[55] Vir uxoris auxilio indiget Genesios 2. vers. 18. [56] Nimia subtilitas impia. [57] Hæc inveit, in re vetari filias successibile parentibus: sorores etiam fratribus, ac non confidentes contrariis ut fœminæ ad hereditates legitimas ultra consanguineas ad successionem non admittendas. *Paul. 4. sent. 8. §. 4.* dixi ad *leges xii. tab.* [58] Antiquitas reducta novitati antecedit.

[59] Fœminæ jure adgnationis pariter ut masculi admittuntur.

est per virilem sexum descendentes) sive masculini, sive fœminini generis sint, simili modo ad jura legitimæ successionis ab intestato vocari secundum gradus [8] sui prærogativam: non ideo excludendas, quia consanguinitatis jura secundum germanæ observationem non habeat. Cum enim unius sanguinis jura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam [2] offendimus, & legitimo juri derogamus? cum & aliam maximam injuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Cum enim, & ad [3] ipsarum mulierum successionem masculi jure agnationis vocantur: quis patruus earum quidem hereditatem ad eos legitimo jure deferri, ipsas vero nec invicem sibi, nec masculis eodem jure succedere, sed propter hoc solum puniri, quod [4] fœminæ natæ sunt, & paterno [5] vitio (si [6] hoc vitium est) prolem innocentem gravari?

§. 1. In his igitur casibus legem [7] duodecim tabularum sequentes, & novum [8] jus [9] novissimo jure corrigentes, etiam unum [10] gradum pietatis intuitu transferri à jure cognationis in legitimum volumus successionem: ut non solum fratris filius, & filia (secundum quod jam definimus) ad successionem patrui sui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis uterinæ filius, & filia soli, & non deinceps personæ una cum his ad jura avunculi sui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis [11], avunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ex utroque latere succedant, tanquam [si] omnes legitimo jure veniant: scilicet ubi frater, & soror superstites non sunt. His enim personis præcedentibus, & hereditatem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus semoti [12]. †. Illo procul dubio observando, ut successio non in stirpes, sed [13] in capita dividatur, & is gradus in ordinem legitimum transferatur: cæteris omnibus successionibus secundum jus usque ad præsens tempus obtervarum in suo statu manentibus. Si qui autem casus jam evenerunt, secundum quod pristina jura volebant, eorum fiat distributio. Dat. v. Kal. Decemb. post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 532.

Præfatio, & confirmatio superioris constitutionis. 1. De filiis emancipatorum. 2. De fratribus, & sororibus uterinis. 3. De tertio gradu. 4. De tutela. 5. De casibus præteritis.

xv. Idem A. Joanni P. P.

MEminimus antea [14] divinam [nos] promulgasse constitutionem, per quam ad vestigia legis [15] duodecim tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentem, sive masculinam, sive fœmininam legitimo jure hereditatem adipisci sanximus: ut quemadmodum [16] ipsis à legitimis personis succeditur, ita & ipsæ legitimarum personarum amplectantur successionem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in jus legitimum reduximus [17], id est, germanæ [consanguineæ] filios, & filias, & sororis uterinæ filios, ac filias. Quam constitutionem [18] in suo robore permanere censemus, cum & in nostris [19] constitutionibus [20] tenor ejus à nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessariam duximus, & si quid ex pertoria jurisdictione [21] frugi inventum est, & hoc cum perfectissima definitione disposito nostras leges ampliari.

§. 1. Cum igitur prætorem [22] filium emancipatum, licet subtili [23] jure capite fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine ulla demissione vocare manifestum est: non eodem autem jure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, sed nec filii ejus jure legitimo suis patruis succedebant: necessarium duximus hoc primum corrigere, & legem Anastasianam justo incremento perfectam offendere: ut emancipati [24] filius, & filia, non solum in paternis [bonis] ad suorum similitudinem succedant: sed etiam in fratrum, vel sororum suarum successione (sive omnes sui, sive omnes emancipati sint, sive mixti) æquo [25] jure invicem sibi succedant, & non secundum legem Anastasianam [26] parte aliqua deminuta. Et hæc quidem de filiis emancipatis sancire bellissimum nobis visum est. §. 2. Sed nec fratrem, vel sororem uterinos [27] concedimus in cognationis loco relinqui [28]: cum enim tam proximo gradu sint, merito eos sine ulla differentia, tanquam si consanguinei fuerant, cum legitimis fratribus & sororibus vocandos esse sancimus: ut secundo gradu constituti, & legitima successione digni reperti, aliis omnibus, qui sunt ulterioris gradus, licet legitimi sint, præcellant. Et hæc quidem de secundi gradus successione satis abundeque à nobis cum summa utilitate disposita sunt. §. 3. Cum autem tertio gradui ex transversa linea fuerit locus, ubi patruis, & filiis fratrum, & sororum [locum] antiquitas dedicavit: una cum illis tam emancipati [29] fratris, quam emancipatæ sororis filium tantummodo, & filiam, sive emancipatos, sive suos patribus [suis] constitutos, & neminem aliam ulteriùs: necnon fratris uterini & sororis germanæ, vel uterinæ filium & filiam tantummodo ex legitima linea invicem vocari censemus, sicut jam sanximus: ut omnes, qui vel ab antiquo [30] jure, vel à nostra liberalitate in legitimorum quidem positi sunt prærogativa, & eodem tertio gradu sunt, simili jure vocentur. Successionis videlicet jure & in hac parte servando: ut si [31] qui ex secundo gradu vocati renunciaverint hereditati, & noluerint eam adire, nullusque alius sit in secundo gradu, qui succedere poterit, & vult: tunc hi, quos præsenti lege enumeravimus ex tertio gradu, in locum recusantium succedant. †. Illo etiam observando, ut successio non in stirpes, sed in [32] capita dividatur: cæteris omnibus successionibus secundum jus usque ad præsens tempus observatum procedentibus, & nullo ex cognatis supra memoratos gradus ad juris agnatitii [33] formam redigendo, sed suum ordinem suumque proximitatem retinente incorruptum. §. 4. Quas autem personas ex jure cognationis in legitimas successiones transveximus, eas [34] etiam tutelæ gravamini vicissim supponimus, scilicet si masculi sint, & perfectæ ætatis, secundum nostræ constitutionis [35] tenorem: ut non solum lucrum [36] sentiant, sed etiam gravamini subjugentur.

§. 5. Si qui autem casus jam evenerunt, & per judicialem sententiam [37], vel amicabilem [38] transactionem sopiti sunt, nullam seminent ex hac lege retractionem. Dat. Idib. Octobr. Constantinop. DN. Justiniano A. P. P. iv. & Paulino v. CC. Conss. 534.

1 Ut qui proximior sit, semper præferatur.
2 Naturam, id est, jus naturæ adimere: naturam efficidere non licet. *l. ult. T. de libert.*
3 Masculi succedunt fœminis, *ut Inst. & h. t.*
4 Non ideo inutiles præsumendæ, quod fœminæ.
5 Paternum vitium (sic hunc Stoicorum sententia) ipsi proli non nocet.
6 Nullum vitium est in femina, quod sit fœmineum.
7 Stat ad *l. 211. tabul. 2. tit. 19.* §. 13. adde §. 4. *Inst. de legitim. adgnat. succes.*
8 Novissimis sæpe vera corrigantur.
9 Jus videtur hic bona pro certo * aut certa legem Voconium intelligit, quam hic tollit, de qua vide *Paul. 4. Sentent. tit.* §. 4.
10 *L. 15. T. ad.*
11 Olim fratris filium & filia ad successionem patrui sui vocabantur, si tamen defuncto fratre & sorore superstites non erant, *ut hic. tit. 3. T. ad.* Hodie succedunt etiam defuncto * soli fratre. *Novell. 12. c. 2.*
12 Hodie non sunt femoti fratris filii. *d. c. 2.*
13 Plures fratris filii in patrui successione intra se concurrentes succedant in capita. *Nov. 118. c. 3. in fin.* cum reliquis patruis concurrentes in stirpes, ut dixi ad *l. 13.* adde *Rebuff. in prax. constit. glos. 5. num. 81.*
14 Id est, *l. 14. T. ad.*
15 *L. 14. vers. cum enim.*
16 *L. 14. in pr.*
17 *d. l. 14. in pr.*
18 *d. l. 14.*
19 Observa hunc Codicem editum multis post institutionum libros.
20 *§. 4. Inst. de rep. adgnat. succes.*
21 Ex prætoria Edictio.
22 *l. 1. T. de bonis damn. lib. 6. §. 1. vers. Sequitur. ff. de bonor. poss. l. 1. in fin. ff. quor. appell.*
23 Jus subtile.
24 Emancipatus non suis patri, fratri, sorori succedit.
25 *L. 3. T. ut præt.*
26 *§. 1. Inst. de success. agnat. l. 4. T. de legit. hær.*
27 Uterini fratris succedunt. *Inst. T. ad Tertull.* si tamen defuncto fratri non fuerint fratres utroque parente consanguinei: vel hujusmodi fratrum filii: hi enim præferuntur & sororibus excludunt. *Novell. 118. c. 3.*
28 Ut succedat tanquam cognati.
29 Filii fratrum emancipatorum succedunt omnino cum filiis fratrum relictarum in familia, *ut hic. &* §. 1. *vers. sed ne. Inst. de success. agnat.*
30 Legibus 12 tabularum, scil.
31 Primis repudiantibus, aut non extantibus, proximiores succedunt.
32 Dixi ad *l. 14. in fin. T. ad. Novell. 118. cap. 3. in fin. l. 2. T. de suis.*
33 Agnatici. *Novell. 118.* quæ ita inscripta est, de æqualitate agnatici juris.
34 Ubi hereditas, ibi tutela, nisi aliæ vel sexus impedias: adde *l. 23. ff. de reg. jur.*
35 *l. ult. T. de legitim. tut.*
36 Hic gravamen ubi lucrum, vide *l. 23. §. 3. T. de tutelis l. 149. ff. de reg. jur.*
37 Legis virtus non extenditur ad lites finitas vel transactione definitas.
38 Amicabilis transactio.

TIT. LIX.

COMMUNIA DE SUCCESSIONIBUS [39].

De his, qui succedunt fratri emancipato.

I. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. & CC. Varianæ.

SCIRE debuisti, fratre emancipato potiorem eam, quæ in familia mansit, in [40] alterius emancipati bonis non haberi: sed eos pariter, si [41] solenniter petierint bonorum possessionem, succedere. S. xv. Kal. Jun. *Sirmii*, CC. Conss.

De tutela adhuc, & hærede heredis.

II. Iidem AA. & CC. Apollinari.

SI pater tuus propius [42] fobrino tuo agnato constituto, & intestato defuncto, civili jure adita hereditate; vel hoc ab initio non interveniente, seu capitis deminutione peremptо, solenniter [43] bonorum possessione [44] admissa, successit; ac tibi patris tui quæsita hereditas est: adire præsidem provinciæ debes, ac tutorem [45] ejus de tutela convenire. Dat. xiv. Kal. Jun. *Veronæ*, AA. & Conss.

An vitricus privigno succedat.

III. Iidem AA. & CC. Ulpianæ.

VItrico [46] privigni successionem intestato civili, vel honorario jure non deberi, certissimum est. S. xv. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. Conss.

De servis.

IV. Iidem AA. & CC. Asterio.

SErvus successores habere [47] non potest [48]. Dat. Non. Aprii. CC. Conss.

Privignum noverca non per se, sed per fratres succedere.

V. Iidem AA. & CC. Justinæ.

AMitæ, cui successisse filios suos proponis, hereditatem tuo nomine non recte petis. Sed quoniam hos [etiam] intestatos diem functos adseveras: liquidem hi, quos privignos [49] ejusdem amitæ dicis, eorum consanguinei [50] fuerint, fratres tam agnationis, quam cognationis jure secundo [51] gradu constitutos tibi præferri non ambigitur. Nam [52] si amitinis [53] tuis alio etiam patre natis, nunquam [54] eorum matris [55] privigni sunt: admittisse te bonorum possessionem probans, eorum vindica successionem. S. xii. Kal. Mart. CC. Conss.

De avunculo, & consobrino.

VI. Iidem AA. & CC. Publicano.

AVunculo [56] priori, qui est [in] tertio gradu, quam consobrino [57], qui sequentem occupat, deferri successionem intestati, certis juris est. Supposita Kal. Octobr. CC. Conss.

De affinibus.

VII. Iidem AA. & CC. Nicolao.

ADfinitatis [58] jure nulla successio permittitur [59]. S. Idib. Octob. CC. Conss.

Si spes testamentariæ successionis duret.

VIII. Iidem AA. & CC. Justæ.

ANtequam scriptus [heres] cujuscunque portionis capax repudiet hereditatem, vel alia ratione quærendæ facultatem amittat: ei [60], qui testamentum reliquit, intestato nemo succedit. Igitur perspicis, quod testamentariæ [61] successionis spe durante, intestato bona defuncti non recte vindicentur. S. vi. Idib. Mart. *Ravennæ*, CC. Conss.

De domino ancillæ, quæ cum defuncto contubernium habuit.

IX. Iidem AA. & CC. Sopatro.

ANcillæ [62] dominus liberi hominis, cum quo contubernium hæc habuit, per hanc conjunctionem successionem vindicare non potest. S. xv. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De nutritoribus.

X. Iidem AA. & CC. Danubio.

NUtritoribus [63] hoc nomine, nec civili, nec honorario jure defertur hereditas. S. vi. Kal. Januar. CC. Conss.

De peregrinis & advenis.

In Authent. De statu & consuet. §. omnes peregrini. col. 10. const. fin.

OMnes peregrini & advenæ libere [64] inhabitent, ubi voluerint. Et hospitati si tutiora voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem, quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem [65] nihil [66] pertineat; sed, bona ipsorum per manus Episcopi, suos, si fuerit, potestí hæredibus [67] tradantur, vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid ex talium bonis contra hanc constitutionem nostram habuerit: Episcopo triplum restituat, quibus rebus ei fuerit, adjudicandum, non obstante statuta aliqua, aut consuetudine, seu privilegio, quæ huic nostræ contrariam videbuntur. Si qui autem contra hanc nostram constitutionem venire præsumpserint, ea de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur, in quo deliquerunt: alteri, prout culpa quisque exegerit, puniendi.

De lucris nuptialibus & de bonis maternis.

XI. Imp. Justinianus A. Demostheni P. P.

SAncimus, quemadmodum de his rebus, quæ liberis in sacris constitutis ex occasione maritali acquisitæ fiunt, certus destinatus [68] est ordo; ut si quis ex his ab hac luce fuerit subtractus, pars ejus, quam lucratus fuerat, ad liberos ejus, vel nepotes concedatur; quibus non extantibus, ad fratres suos ex eodem matrimonio progenitos, vel si etiam non superstint, ad fratres ex aliis nuptiis procreatos: cumque nemo eorum fuerit relictus, tunc ad patrem perveniet, ita & de his, quæ materna [69] linea per quamcunque occasionem, vel inter vivos, vel per ultimas dispo-

39 Intestati scilicet quæ deferuntur, vel jure civili, vel prætorio.
40 Emancipati fui & emancipati fratres simul succedunt. adde *l. ult.* §. 1. *T. ead.*
41 Id remissum est. *l. ult. T. qui admitt. ad bon.*
42 *Propior* quidam ita legunt.
43 Solennitas ea remissa est. *d. l. ult.*
44 Sicut hereditas per bonorum possessionem quæsita transmittitur, ita & adita. Jure nostro quod ad transmissionem attinet, illud interest inter jus civile & prætorium.
45 Hereditibus pupilli datur actio tutelæ. *l. 12. T. arbitr. tut.*
46 Vitricus privigno est adfinis. *arg. §. 6. Inst. de nupt.* Adfinitatis autem jure nulla successio ei defertur. *l. 7. T. ead.* hoc est, vitricus privigno ab intestato non succedit. *Syr. Basil. 42. tit. 2. c. 46.* ergo nec vitrico privignus, *ut hic.*
47 Aut alteri succedere, vel dominus per eum cognatis servi. *l. 9. T. ead. & Inst. de serv. agnat.*
48 Nisi certis casibus servus successorem habet. *l. fun. T. de his, quibus ut indign. l. 8. T. de suis. l. ult. T. ad Orphitian. l. 8. T. ut. proc. l. 1. de pr. & §. 3. de suc. quemadmodum & in Gallia hæc lex locum non obtinet, ut in qua nulli sint proprii servi. Quibus enim modis utimur liberi sunt. Est etiam plurium consuetudo, ut filiis relinquatur peculium quod pater habuit. Cujac. in cap. illud 13. quæst. 2. in fin.*
49 Causa constitutionem ad hanc legem difficilem vide apud Cujacium 12. *obs. 7. & Hotom. 6. obs. 9.*
50 *l. 1. ff. de suis. Nov. 118. c. 3.*
51 Utpote in, &c.
52 Ac si.
53 Id est, filiis amitæ.
54 Non consanguinei eorum, &c. *Cujac. 12. observ. 7.* Lego, *nil quam. l. 6.* id est, modi privigni matris, non etiam emittuntur consanguinei.
55 Matri, *Hotom. 5. observ. 30. in fine*, Si nunquam eorum matri ex novo matrimonio communes liberi nati, sed privigni tantum quæsita sunt.
56 Mihi avunculus est consobrinus, quia eorum potior ut mihi succedat? avunculus.
57 Vide *l. 2. T. unde legitim.*
58 Vide *l. 3. T. ead.* excipe casum *legis 5. T. ead.*
59 *Prohibitur*, *Cujac. 17. obs. 6.*
60 Dic ut *T. ead.*
61 Quando ex testamento succedi potest, non succeditur ab intestato.
62 Ancilla cum Titio libero homine contubernium habuit? ancillæ dominus Titio non succedet. Nam ut bonorum potestio per ea posset, justum matrimonium esse oportet. *l. 1. ff. unde vir & uxor.* 63 Nutritor non succedit ab intestato ei quem nutrivit, hoc videlicet solo quod eum nutrixerit. facit *hæc ult. T. de inofficioso testamento. l. 24. T. de appell. audientia.* vide etiam de alumno qui dicam ad *l. 1. T. quæ res pignor. hoc nec hospes hospiti. c. Authentica ut omnes. T. ead.* nec socius socio. *l. 4. T. pro socio. l. 1. T. qui testam.* 64 Liberi hominis ire & habitare possunt, quo voluerint. *l. 12. T. de spect. liberti. l. 71. §. 2. ff. de cond. & demonstr.* adeo ut mutatæ habitationis causa Princeps bona confiscare non possit. 65 Peregrini pellari quovis loco possunt, & heredem suum etiam ab intestato habent. Olim quibusdam in locis jus successionis hospites sibi vindicabant hospitii jure, quod hæc Authentica collit. Non etiam probetur à Bartolo hic Accursius in *l. quo tutela 73. de reg. jur.* existimans, omnibus deficientibus tatorem pupillo fas succedere. 66 Ut quibusdam locis fiebat. 67 Peregrini intestati bona hæredibus ab intestato conservantur. In Gallia Rex jure albinagii peregrinorum bona occupat, nisi feloadiei fuerint: vel albinagii jure privilegio quodam exempti, ut Scoti, Helvetii & similes. vide *Rebuff. in prax. constit. glos. 5. n. 82.* vide *Papon. 5. Arrest. 1. de hæredit. & §. Mutat. 6. des lettres de nature artic.* 68 Leone scil. *l. 4. T. de bonis quæ liber.* 69 Matri succedunt liberi.

dispositiones, vel ab intestato descendunt, similis ordo servetur: primo in filii, vel filiæ successionem posteritate ejus vocanda: eaque non inventa, fraterno [1] consortio ejusdem, vel alieni matrimonii secundum prædictum ordinem accessito: tunc ad ultrimonii secundum prædictum ordinem accessito: tunc ad ultimum [2] locum pater à legibus conclametur, & sui filii non gratam hereditatem relictam, sed triste [3] lucrum sibi lugeat acquisitum. In omnibus videlicet [casibus] in superstite sobole liberorum & fratribus adhuc viventibus, qui ad hereditatem defunctorum pertinent antecedunt, usufructu [4] rerum, quarum dominium ad eos pervenit, apud parentes remanuturo. Dat. xv. Kal. Octob. *Chalced.* Decio V. C. Cons. 529.

De fratribus & sororibus.

In Authent. de consang. & uter. frat. §. 1. col. 6. tit. 13. al. 12. Novell. 84. cap. 1.

Itaque mortuo patrefamilias, si filius decedat intestatus sine liberis, relictis fratribus & sororibus, alius consanguineis, alius uterinis, & quibuslam ex utroque parente conjunctis: in eos solos transeantis hereditatem, qui ex utroque [5] latere coniuncti sunt.

Tit. LX.

DE BONIS MATERNIS [6], ET MATERNI [7] GENERIS [8].

In rebus maternis delatis filio in potestate constituto pater habet hodie solum usumfructum. Salic.

1. Imp. Constantinus A. Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, & Senatui S.

Res, quæ [ex] matris [9] successione, sive ex testamento, sive ab intestato fuerint ad filios devolutæ, ita sint in patrum potestate, ut [utendi] fruendi [10] [duntaxat] habeant in diem vitæ facultatem, dominio [11] videlicet earum ad liberos pertinente. †. Parentes autem, penes quos maternarum rerum utendi, fruendique [tantum] potestas est, omnem debent tuendæ rei diligentiam [12] adhibere: & quod jure filiis debetur, in [13] examine [perise, vel per procuratorem [14]] poscere: & sumptus ex fructibus impigre facere, & litem inferentibus resistere: atque ita omnia agere [15], tanquam solidum percipiendi usufructus tribuimus portiones. Sin vero mulier moriens alios ex filiis emancipatos à patre, alios in patria potestate dimiserit, in [hoc] casu dispari utetur maritus defunctæ beneficio. Quo casu utrique præscripsimus, id est, circa eorum quidem portionem, qui adhuc in sacris retinentur, usumfructum ex legum authoritate retinebit [pater:] & præmium [25] delatæ emancipationis [26], cum volet, accipiet: in eorum vero parte, quos exisse de potestate viva matre constiterit, usumfructum virilis inter eos portionis secundum præscripta percipiet. †. In nepotibus etiam, vel neptibus hoc observandum esse censemus, ut matitus qui uxore mortua non extantibus filiis cum solis nepotibus, vel neptibus ex hac lege ad emolumentum [27] vocandus est: si unus, vel una, pluresve nepotes ex filio uno, vel pluribus qui in potestate defecerunt, procreati sunt, hoc jure utatur, quod de filiis constitutum est. Nam licet hoc novum præsens lex constituat in nepotes: non tamen abs re est, ut in hoc casu deteriores esse nepotibus filii non sinantur. Habeat igitur avus veniens cum nepotibus in potestate durantibus usumfructum bonorum omnium quæ ex defunctæ aviæ successione delata sunt. Cum vero his quoque libertatem emancipatione largitur: similiter & ab ipsis (sicut de filiis constitutum est [28]) præmium [29] manumissionis accipiat, vel si ex pluribus alteros manumittit, alteros retinet, ex parte manumissorum legitimum præmium; ex parte vero in potestate manentium retinebit usumfructum. †. Quod si nepotes sint neptesve aut ex emancipato filio aut ex filia procreati, aut ab ipso avia vivente sacris [30] dimissi, idem avus virilis cum ipsis portionis habeat usumfructum. Si vero ex nepotibus neptibusve tempore quo in aviæ successionem vocantur, alii in avi sunt potestate, id est, mariti defunctæ, alii sui juris sunt: circa personas quidem eorum qui in potestate consistunt, & in usufructu consequendo, & in emancipationis præmio conquitendo ratio supradicta servetur. In his vero qui sui juris sunt, facultas capiendi usufructus virilis inter eos portionis habeatur.

†. Eadem [31] autem & de pronepotibus utriusque sexus [32] sancimus: manente definitione quæ de singulis sancita est, si filii sint patiter ac nepotes. Dat. vii. Id. Novemb. Theod. xiii. & Valent. iii. AA. Conss. 430.

Pater per transitum ad secunda vota non perdit usumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum. Salic.

iv. Imp. Leo A. Callistrato P. P. per Illyricum.

Omnem [33] ambiguitatis confusionem amputantes, hac liquida, & compendiosa lege sancimus, circa usumfructum maternarum rerum nullam esse differentiam, sive in priore matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, sive [34] novercam filiis superinduxerit: legibus quæ de maternis bonis latæ sunt, suam habentibus firmitatem. Patres igitur usumfructum [35] maternarum rerum, etiamsi ad secundas migraverint nuptias, sine dubio habere debebunt, nec ullam filiis, vel quibuslibet ex persona eorum contra patris improbam vocem accusationemque posse competere. Dat. Kalend. Septemb. Anthemio A. ii. Cons. 468.

Tit. LXI.

DE BONIS, QUÆ LIBERIS [36] IN POTESTATE PATRIS CONSTITUTIS EX MATRIMONIO [37], VEL ALIAS ADQUIRUNTUR, ET EORUM ADMINISTRATIONE.

De bonis materni & de lucris nuptialibus.

1. Impp. Theodos. & Valent. AA. ad Senatum urbis Romæ, post alia.

Cum [38] venerandæ leges [39] veruerint patribus jure potestatis acquiri quidquid eorum filiis avus, avia, proavus, proavia à linea [40] materna venientes quocunque titulo contulissent, hoc [41] quoque convenit observari, ut quicquid [42] vel uxor marito non emancipato, vel maritus uxori in [43] potestate positæ, quocunque titulo vel jure contulerit, sive transmiserit, hoc patri nullatenus [44] acquiratur: atque ideo in ejus tantum cui delatum est, jure durabit. Dat. iii. Id. Novemb. *Ravennæ*, Theodosio xii. & Valentiniano ii. AA. Conss. 426.

De professitiis.

ii. Idem AA. Hierio P. P.

Constitutionis [45] novæ [46] capitulum clariore interpretatione sancimus, ut quæ per filios, nepotes, pronepotes, itemque filias, neptes, proneptes, quamvis in potestate sint, minime acquiri [patri] decrevimus à marito, vel uxore quocunque titulo collata, sive ultima transmissa voluntate: nullus ad id quoque pertinere existimet, quod [46] ab ipso parente datum, [vel dotis] vel ante nuptias donationis causa, pro una ex memoratis personis præstitum fuerat, ut minime ad eum, si casus tulerit, revertatur. Prospiciendum est enim, ne hac injecta formidine, parentum circa liberos munificentia retardetur: sed ut [47] his potestatis jure ad parentes reversis, exterarum rerum, quæ ex substantia speciali conjugis ad superstitem devenerant, quamvis idem in sacris [48] sit, fructu [49] tamen solo atque usu parentibus deputato, dominium ei, qui à conjuge, vel quæ à marito meruit, reservetur: parente propter emancipationis beneficium, si voluerit, sicut in maternis rebus, vel quæ per eandem lineam veniunt, præmium [50] habituro. Dat. x. Kalend. Mart. Felice & Tauro Conss. 428.

Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes. Bald.

iii. Idem AA. Florentio P. P.

Quod [51] scitis prioribus continetur, nec à filia, quæ in potestate est, donationem ante nuptias patri, nec à filio dotem acquiri, eo addito confirmamus, ut [52] defunctis his adhuc in potestate patris, si liberis extantibus moriantur, ad [53] liberos eorum eadem res jure hereditatis, non ad patres jure peculii transmittantur, nec per nepotes avo videlicet adquirendæ.

†. Sin autem idem nepos superstitibus tam patre quam avo paterno diem suum fine liberis obierit: eorum dominium quæ ad ipsum ex [54] matre, vel ab ejus linea pervenerint, non ad avum, sed ad patrem ejus perveniat: usufructu [55] videlicet in hujusmodi casibus avo (dum supererit) reservando. Dat. vii. Idus Septemb. *Constantinop.* Theodosio A. xvii. & Fausto Conss. 439.

De bonis ex matrimonio quæsitis.

iv. Impp. Leo & Anthemius AA. Erythrio P. P.

Quæcunque res ad filium vel filiam, nepotes sive pronepotes utriusque sexus in potestate constitutos, ex priore vel

---

1 In maternis rebus frater fratri succedit.

2 Nov. 84. c. 1. Hodie fratres defuncti non præferuntur ejusdem parentibus.

3 Patri filii heredibus tristis lucrum. vide *l. ult. C. de inoffic. & subdit.*

4 *l. 13. C. de legitimis heredibus.* Hodie immutatum. *d. c. & c. 3.*

5 Utroque latere conjuncti præferuntur solis consanguineis & uterinis.

6 xlv. *Eclog.* 4. qui parentum in exigua. Materna bona, quæ à matre accipimus, ut *hic.* dicuntur & matrimonium Senecæ, Suetonio, Valerio, & D. Augustino: ut & paterna, patrimonium: & fraterna fratrimonium, ut in notis ad Senecam rerull.

7 Materni generis bona quæ à materna cognatione veniunt. *Eclog. d. loc.* ejusmodi sunt ea quæ avus vel proavus maternus, avia vel proavia materna, & deinceps nobis dedit, contulit, reliquit.

8 Additur in Theodosiano Codice *lib. 8. tit. 18.* cretione sublata.

9 De bonis maternis vide *l. 1. C. Theod. l. 8. tit. 18. & ediction. Cujac. Eclog. d. loc. c. 1.* Goth. Explicationem *hujus legis 1.* & conciliationem *l. ult.* vid. apud Joann. à Sande *decis. Frisicar. lib. 2. tit. 7. decis. 4.* Alia.

10 In rebus maternis delatis filio in potestate constituto pater habet nudum usumfructum. Olim bona materna filiofamilias pleno jure acquirebantur. *l. 6. §. 2. l. 52. ff. de adq. hered. l. 1. §. 6. ff. ad Tertullianum. l. 3. §. 4. ff. de donationib. int. vir. l. 1. §. ult. ff. de liber. exhib. Accurs. hic.* vide *Cujac. hic.*

11 *l. 1. C. de bon. quæ liber.*

12 In quolibet administratore exigitur asperitas summa. Juvenalis, *sane severus & asper, Procuratorem vultus qui præferat ipse.*

13 Hoc est, parentes qui usumfructum in bonis maternis liberorum habent, omnem tuendæ rei diligentiam adhibere debent ac præterea lites liberorum in judicio persequi, tam per se quam per procuratores: & sumptus ex fructibus facere. *Synopsis Basil. 45. tit. 4. c. 1.*

14 *l. 8. C. de bonis quæ liberis.*

15 *l. 6. §. 6. vers. non autem. C. de bonis quæ liberis.*

16 Res maternas liberorum in quibus usumfructum ipse pater habet, non potest ipse pater alienare in fraudem ipsorum liberorum: ut eo casu cautissimum sit, emptori hujusmodi rerum fidejussorem ab ipso patre res ex vendente accipere.

17 Præscriptio nulla liberis opponitur res suas maternas vindicantibus ab earum emptore. hoc est, ab eo cui pater ipsorum liberorum eas vel donavit, vel vendidit: quandocunque enim voluerint ipsi liberi, res suas vindicare poterunt.

18 Possessor dicitur domus competenti præsumptione.

19 De bonis materni generis. *l. 7. C. Theod. de bon. matern.* Bona materni generis filio delata patri adquiruntur audo usufructu: ideoque patre alienare non potest.

20 *l. 1. C. eod.*

21 Filius mortuo patre bona materna, aut materni generis reliquis fratribus non confert, qui ex patre sint coheredes, id est, fratris consortes. vid. *Cujac. 18. obs. 9.*

22 Ex ita legitur in *d. l. 7. C. Theod.* & in Basilicis, ἐκ τῆς ἀπὸ μητρὸς. Nam extraneis heredibus certissimum est filios defuncti propria non conferre.

23 xlv. *Ecl. 4. c. 3. l. 8. C. Theod. 8.*

24 Viva matre Titius & Caius à patre emancipantes est: mater decessit: Proprietas bonorum mortuæ deferatur ad ejus liberos: ususfructus vero eorum bonorum dividitur inter liberos & patrem viriliter. Quid si mater mortua duobus liberis relictis uno emancipato, alterò in potestate patris posito? Hic casus illo, id est, cum emancipato fratre pariter faccedit, ut proprietatem sibi acquirat, usumfructum patri. Imo quotiescunque hunc emancipabit pater, dimidiam partem pro emancipationis præmio, vel pretio retinere poterit. *ut hic. Syn. Basil. 45. tit. 4. c. 3.*

25 *Synops. ibid.*

26 Bonorum maternorum & materni generis ususfructus filiofamilias delatus patri adquiritur. *l. 1. 2. C. eod.* Quid si filius emancipetur? patria usufructus extinguitur. Pro præmio tamen emancipationis partem olim potuit retinere triennio pleno jure. *d. l. 2. C. 3.* hodie familiem ususfructus. *l. 6. §. 5. l. ult. C. de emanc. lib. §. 2. Inst. per quas personas.* ad remunerandum beneficium emancipationis: quod & beneficium bonorum quæremdorum dicitur in *l. 1. ff. si quis à parente emanc.* Quid si hujusmodi bona filia jam emancipato adquirantur? pater virilem in usufructu consequitur, *ut hic.*

27 Præmium emancipationis collatæ liberis, id est, ut in bonis maternis liberorum parentes ipsi qui liberos ita emancipaverant dimidium ususfructus retinere possint, *ut hic.* Præmium idem & eadem præmii ratio est in lucris nuptialibus liberorum. *l. 2. C. tit. proc.*

28 *l. 17. C. de lat. lib.*

29 Latini, vide *l. 2. tit. 4. §. 1. C. §. 3. C. tit. proc. adde Cant. 1. lib. 7. fin. pr. tium. §. 2. fere. per quas personas matur* quæ dicuntur, virilem illam portionem usufructus, de quo hic agitur, patri cadere, non jure adquisitionis (nec enim per liberam personam quidquam adquiritur) sed tantummodo munus legum, obtatum reverentiæ ponunt.

30 Sacra paterna. Quid, dixi plenius in *l. 10. §. 1. C. de adopt.* vide *l. ultim. fin. C. ad Tertull.*

31 *Synops. Basil. ibid.*

32 Extenso hujus legis ad pronepotes utriusque sexus.

33 *Synops. ibid. c. 4.*

34 Pater superadita nuptias usumfructum sibi quæsitum in rebus filiorum non amittit, *ut hic.* & *Novell. 22. c. 34.*

35 *l. 4. C. tit. proc.*

36 Quæ Glossemata, *C. Theod. l. 8. tit. 19.*

37 Puta ex causa dotis, vel donationis propter nuptias, hereditate, legato uxoris, vel mariti. *l. 1. 2. C. eod.*

38 *Leo 2. C. tit. proc.*

39 *d. l. 1. & 2.*

40 Ut illius sit in lucris nuptialibus quæ liberis in potestate positis adquirantur, quod in bonis externis materniis; utrinque namque generis bonorum proprietas liberis ipsis adquiritur, non patri.

41 Lucra nuptialia liberorum non quærentur patri. *Eclog. 4. cap. 5.* An usufructus matri adquiratur? *l. 2. in fin. C. eod.*

42 Patris potestate nuptias non militat, nunc sed matrimonium non est modus tollendæ patriæ potestatis.

43 Si proprietatem spectes: filium, si usumfructum. vid. *l. 12. C. de collat.*

44 Videtur esse pars legis alicujus *C. de fundis.*

45 Id est, prædecessoris.

46 Restrictio legis superioris qua dictum fuit donationem propter nuptias filii filiæve patri non quæri: hic excipitur dos, & donatio propter nuptias à patre profecta, nam & eramque, hoc est, & donatio propter nuptias, & dos profectitia, id est, à parente filio, & filiæ constituta, soluto matrimonio ad ipsum parentem, qui dedit reverttitur, *ut hic.* Miror ab auctore Synopseos *tit. 4. cap. 6.* hoc *cap. 7.*

47 Quid si filium, vel filiam, soluto matrimonio, patri non adquirantur, nisi usufructus tantum. Lucra nuptialia liberorum cui hujusmodi lucri proprietas obvenit, patre emancipare velit, & pro emancipationis præmio, dimidiam ejus proprietatis retinere? non poterit, sed dimidiam tantum usufructus, ut & in bonis maternis liberorum dimidium usufructus retinere potest. *l. 5. C. tit. proc.*

48 Sacra paterna quid, dixi plenius in *l. 10. §. 1. C. de adoptionib.*

49 Hinc colligunt lucri nuptialis filio vel filiæfamilias delati usumfructum ad patrem deferri.

50 *l. 3. C. tit. præmiis.*

51 Ex Novella de paternis, & maternis bonis. *tit. 7. Eclog. d. l. c. 7.*

52 Lucra nuptialia mortuo eorum proprietario deferuntur hoc ordine: liberis primum defunctis: deinde patri: deinde avo. Sic tamen, ut cum patri adquirantur, avus in illis usumfructum habeat. *Synops. Basil. cap. 7.*

53 Filiifamilias in lucris nuptialibus liberos suos habent heredes, id est, ad liberos eorum eadem ordine deferuntur liberis, patri & avo, quo lucra nuptialia, paulo ante dictum: hoc est, liberis primum, deinde patri, post avo, sic ut avus in illis usumfructum habeat, quoties ea bona patri defuncti adquirantur.

54 Bona materna transferunt ejusmodi bona jure hereditatis petitas, quam ad patrem jure peculii. Sic & bona materna proprietatem, paterna usum fructum habet, quoties ea bona ad filiumfamilias delati usumfructus ad patrem deferri.

55 Avus paternus lucri nuptialis filiifamilias suo defuncto

vel [1] secundo, aut tertio, seu numerosiore [2] conjugio [3] pervenerint, ex [4] dote, vel quacunque donatione, seu hereditate, vel legato vel fideicommisso: earum [5] rerum usque in diem vitæ suæ pater, vel avus, vel proavus usumfructum habeant, easdem res quocunque [6] modo alienandi [7], vel pignoris seu hypothecæ jure obligandi, facultate eis penitus interdicta: dominio videlicet earum apud filios & nepotes sive pronepotes utriusque sexus permanente, etiamsi ex eodem matrimonio procreati non sint, ex quo eadem res ad parentes eorum, qui quæve in potestate fuerint, fuerint devolutæ: Eo videlicet observando, ut mobilium fratrum sororumve portiones, qui quæve ex eodem matrimonio progeniti vel progenitæ sunt, primo [8] quidem ad liberos [9] eorum (ut dictum est) si tamen fuerint, deinde his non extantibus, ad superstites tantummodo fratres [10] vel sorores eorum perveniant, aut ad superstitem, si ex illis eum fratribus aut sororibus unus unave remanserit. Omnibus autem qui ex eodem conjugio fuerint procreati, defunctis: tunc demum ad eos qui ex alio [11] sunt matrimonio editi, easdem res pro virili portione pervenire statuimus: nulla autem ex memoratis personis existente, parentes [12] eorum eas percipere. Parentibus vero quorum sub potestate sunt, usumfructum duntaxat habituris, memoratas res jure potestatis alienandi vel obligandi hoc tantum denegamus: non prohibendis iisdem liberis quandocunque sui juris fuerint, nulla temporali præscriptione obstante, eisdem res omnibus modis vindicare: nisi [13] forte postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantum [14] temporis effluxerit, ut ex continua & inconcussa tenentis possessione eorum intentio excludatur. Dat. v. Kalend. Mart. Martiano & Zenone Conss. 469.

De bonis ex sponsalibus quæsitis.

Sicut quæsita à marito uxor non adquirit patri, nisi quoad usumfructum, sic nec quæsita à sponso. Salic.

v. Idem AA. Nepotiano Magistro militum Dalmatiæ.

Non [1] sine ratione de negotio quod inter matremfamilias, cujus vestra suggestio meminit, & germanum ejus vertitur, magnitudo tua diversis legibus ex utraque parte prolatis, nostram credidit consulendam esse clementiam; cum mulier diversis juris lectionibus idem intelligi maritum, & sponsum [16] nitentur probare: germanus [autem] mariti nomen illi soli, qui nuptias contraxisset, ex recitatione constitutionis [17] divorum retro Principum Theodosii & Valentiniani (qua cavetur, quicquid [18] maritus, vel uxor in potestate constituti invicem sibi reliquerint, non patri acquiri; sed ad eorum jus pertinere) imponere. Quamvis ergo significatione [19] nominis maritus vel uxor post coptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducta est dubietas: attamen quia consequens est ambiguas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne [20] atque naturalis juris moderamine temperare: non piget nos in præsenti quoque negotio, de quo sublimitas tua suggessit, æquitati convenientem Juliani tantæ existimationis viri atque disertissimi jurisperiti opinionem sequi: qui quidem de dotali prædio tractatu proposito; idem jus tam de uxore quam [21] de sponsa observari arbitratus est: licet lex Julia de uxore tantum loquatur. Qua ratione tam sponsalitiam [22] donationem, quam hereditatem, quam memoratus sponsus suam sponsam lucrati voluit, non acquiri patri, sed ad eam pervenire, benignus esse perspicimus. Datum Kalend. Jun. Leone A. v. Conss. 471.

De bonis, quæ extrinsecus ad filiosfamilias veniunt.

vi. Imp. Justinianus A. Demosth. P.P.

Cum oportet [23] similem providentiam tam patribus, quam liberis deferri: invenimus autem in veteris juris observatione multas esse res quæ extrinsecus [24] ad filiosfamilias veniunt, & minime patribus acquiruntur: quemadmodum in maternis [25] bonis, vel quæ ex maritali [26] lucro ad eos perveniunt, ita & in his, quæ ex aliis causis filiisfamilias acquiruntur, certam introducimus definitionem. Si quis itaque filiusfamilias, vel patris sui, vel avi, vel proavi in potestate constituti, aliquid sibi acquisierit [27], non ex ejus substantia, cujus in potestate sit, sed ab aliis quibuscunque causis, quæ ex liberalitate fortunæ, vel laboribus suis ad eum perveniant: eas suis parentibus non [28] in plenum sicut antea fuerat sancitum, sed usque ad usumfructum solum [29] acquirat, & eorum ususfructus quidem apud patrem, vel avum, vel proavum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat: dominium autem filiisfamilias inhæreat, ad exemplum, tam maternarum, quam ex nuptialibus causis filiisfamilias adquisitarum rerum. Sic etenim & parenti nihil derogabitur, usumfructum rerum possidenti: & filii non lugebunt, quæ ex suis laboribus sibi possessa sunt, ad alios transferenda alpicientes, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, quod etiam gravius multis esse videtur: excepris [30] castrensibus peculiis, quorum nec usumfructum patrem, vel avum, vel proavum habere veteres leges concedunt: in his enim nihil innovamus, sed vetera jura intacta servamus: eodem observando etiam in his peculiis, quæ quasi [31] castrensia peculia ad instar castrensis peculii acceserunt.

In Authent. ut lic. mat. & aviæ. in princ. col. 8. tit. 12. al. 13.

Excipitur, *quod ea datur, vel relinquitur ab aliquo parentum, constitutione hac adjecta, ut* [32] *ad patrem perveniat ususfructus.*

In Authent. de heredibus ab intest. ven. §. si vero cum. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2.

Item *hereditas fratris, sororisve, ad quam una* [33] *cum patre admissi-tur, & forsan si aliunde quæratur lege prædicta.*

In Authent. ut nulli jud. §. quia vero. col. 9. tit. 17. al. 9. cap. 12.

Idem est in his, quæ ex lege deferuntur liberis, parentibus præsumentibus salvere matrimonium sine causis lege definitis.

§. 1. Sub hac tamen definitione hunc legis articulum inducimus, [ut] in successione quidem eamndem rerum, quæ extrinsecus [34] filiisfamilias acquiruntur, jura eadem observentur, quæ in maternis [35], & nuptialibus [36] rebus statuta sunt. §. 2. Non autem hypothecam [37] filiisfamilias adversus res patris viventis adhuc, seu jam mortui sperare audeant [38], nec [39] ratiocinia ei super administratione inferre: sed tantummodo alienatione, vel hypotheca suo [40] nomine partibus denegata, rerum habeat patrens plenissimam potestatem, uti fruique his rebus, quæ per filiosfamilias secundum prædictum modum adquiruntur, & gubernatio [rerum] earum sit penitus impunita [41]: & nullo modo audeat filiusfamilias, vel filia, vel deinceps personæ vetare eum, in cujus potestate sunt, eisdem res tenere, aut quomodo voluerit gubernare: vel si hoc fecerint, patria [42] potestas in eos exercenda est: sed habeat pater, vel aliæ personæ, quæ superius enumeratæ sunt, plenissimam potestatem uti frui, gubernareque res prædicto modo acquisitas. †. Et si quid [ex] usu earum pater, avus vel proavus collegerit: [43] habeat licentiam, quemadmodum cupit, hoc disponere, & in alios heredes transmittere, vel si ex earum [rerum] fructibus res mobiles [44], vel immobiles, vel se moventes comparavetit: eas etiam quomodo voluerit, habeat, & transmittat, & in alios transferat, sive extraneos, sive liberos suos, seu quamlibet personam. †. Sin [45] autem res sibi memorato modo acquisitas parens noluerit retinere, sed [46] apud filium, aut filiam, vel deinceps personas reliquerit: nullam post [47] obitum ejus licentiam habeant heredes alii patris, vel avi, vel proavi eundem usumfructum, vel quod ex hoc ad filiosfamilias pervenit (utpote [48] patri debitum) sibi vindicare: sed quasi diuturna [49] donatione in filium celebranda, qui usumfructum detinuit, quem patrem ejus habere oportuerat, ita causa intelligatur, ut eundem usumfructum post obitum patris ipse lucretur: parente jus exactionis, quasi sibi debitæ à filio, qui usumfructum consensu ejus possidebat, suæ posteritati, vel successioni minime transmittente: quatenus in omni [50] pace inter se successio ejus permaneat, nec altercationis cujusdam (maxime [51] inter fratres) otiatur occasio. §. 3. Cum autem Constantiniana lege [52] cautum erat, si filiifamilias ab his, qui eos in potestate habent, nexu paterno per emancipationem [53] liberentur, debere [54] patrem tertiam [55] partem bonorum, quæ acquiri non solent, quasi [56] remunerationis [57] gratia à filio accipere, vel retinere, & ex hac causa iterum pars non minima [58] substantiæ liberorum adimebatur: sanximus hujusmodi casu interveniente, & emancipatione liberis imposita, non tertiam [59] partem dominii rerum minime acquisitarum, sed dimidiam [60] ususfructus apud majores, qui emancipationem donant, residere: exceptis & in hoc casu castrensibus, & quasi castrensibus tantummodo peculiis, quibus nihil ex hac causa diminuitur. Sic enim nec liberis cujuscunque sexus aliquid dominii auferetur, & partibus amplioris patrimonii ususfructus adsignabitur. Hoc obtinente [61], & si in emancipatione sibi parentes hoc minime servaverint [62]: sed nisi specialiter, vel in emancipatione hujus prænio renuntiaverint, vel donatione facta sese & ab hujusmodi beneficio alienaverint, & in liberos hoc transtulerint: manere apud eos etiam tacentes jus, & beneficium ususfructus retinendi: ut post obitum [63] eorum ususfructus in omnibus memoratis causis ad eos perveniat, quomum dominium est: scilicet, secundum quod jam dximus: in successionibus eorum omnibus servandis, quæ [de] maternis, & nuptialibus bonis consultissimis legibus definita sunt.

§. 4. Sed cum tacitas hypothecas tam veteres leges in quibusdam certis casibus introduxerunt, quam nos in maternis [64], cæterisque donationibus, quas servare necesse [65] est, & dubitabatur: ex quo tempore hypothecas competere oportet, utrumne [66] ab initio, an ex eo [tempore,] ex quo male aliquid gestum est? compendiosa narratione interpretamur, initium [67] gerendæ, vel deferendæ administrationis, vel observationis esse spectandum, & non tempus, ex quo male aliquid gestum fuerit. Recitata in [68] novo consistorio palatii DN. Justiniani. Dat. iii. Kal. Novemb. Decio V. C. Conss. 529.

De donatis à Principe, vel ab Augusta.

vii. Idem A. Juliano P.P.

Cum multa privilegia Imperialibus donationibus jam præstita sunt, dignum incrementum & his conferre nostra dignata est clementia. Si quis igitur à [69] serenissimo Principe, vel à pistissima Augusta, sive masculus, sive fœmina donationes sit consecutus, vel consecuta, sive mobilium [70], sive immobilium, sive se moventium rerum, filiusfamilias tamen constitutus, vel con-

46 Pater usumfructum sibi debitum filiofamilias potest remittere, *ut hic.* 47 Usumfructum alienationi rum sibi à patre donatum filius non consert. 48 Id est, quasi debitum. 49 Baldus *hic memor. 4. videtur legisse diurna.* eo sensu, Patrem filiofamilias suum donationum & diuturnam donare posse: & hic quidem secundum est casus de priore paulo antea dictum est T. *eodem.*) quo pater filiofamilias donare potest. Tertius est de dote & donatione propter nuptias. *l. 35. ff. famulæ.* Quartus, quando donat filio id quod donaturus esset extraneo. *Novell. 92. cap. 1.* Quintus si studiorum causa. *Bald. hic.* 50 Ea parentis est voluntas, ut liberi post mortem vivam unanimes. 51 Concordia inter fratres servanda. vide *l. 4. T. comm. divid.* 52 Cujus pars extat *l. 1. T. ut. proxim.* 53 Emancipatio libertatis species. 54 Usumfructum earum matremanum, T. *ut. proxim.* locorum nuptialium, *l. 4. T. eodem.* specolatitiorum. *l. 5. T. eod.* quæstiorum denique cast. vel labore ullo quam in castris, vel quasi castris liberis in potestate positis, petres obtinent. Quid si eos liberos vellet emancipare? ususfructus ille liberos ita emancipatione tacite sequitur. *versf. hoc obtinente:* potest tamen pater pro præmio emancipationis liberis ita collato, non tertiam partem bonorum, ut olim, retinere, sed dimidium ususfructus, hoc est, præmium emancipationis quod pater eo casu retinere sibi potest, *ut hic, ibi, non tertiam.* 55 Vide *l. 1. T. de bon. matern. §. 2. Inst. per quas personas cuiq.* 56 *l. 1. l. 2. C. Theod. de bonis maternis:* non enim potuit adhiberi emancipatio, unde quasi pro præmio emancipationis dicitur id dari. §. 2. *Inst. per quas personas.* 57 Vide *l. 2. T. de bonis maternis.* 58 Tertia scilicet, unde colligunt, tertiam partem minimam non esse, & quidem eo magis, quo dividi possit. 59 Vi olim. *l. 2. C. Theod. de bon. matern.* 60 Hodie præmium emancipationis patri debitum, est semis ususfructus bonorum filii: olim tricus erat pleno jure. *l. 1. l. 2. C. Theod. de bon. matern.* 61 Supervacue id protestatione quæri nobis putamus, quod jure fieri queritur. 62 Id est, excepertur. 63 Omnino, ita ut pater revocare non possit, id quod semel donaverit. 64 *l. 12. §. 1. versf. exceptis. J. qui patiuntur.* 65 Imo necesse non videtur: cum nulla hypotheca in patria bonis liberis competat. §. 2. T. *eod.* 66 Hypothecam tacitam in bonis patrum liberi habent. Patrum, inquam, à quibus res ipsorum liberorum materna & similes administrantur. 67 Hypotheca in bonis patris liberis competentis initium est, non à male gesta administratione, sed ab ipso initio gestionis. *l. 6. §. 2. ibi, ex eo die quo eadem res ad eum pervenerit. T. de secund. nupt.* 68 Vide quæ dixi ad *l. 30. T. de jure dot.* 69 Donata à Principe vel Augusta, non queruntur patri, etiam quod ad usumfructum. adde *l. 20. T. de donationibus inter. vir. uxor. Basil. eod. cap. 13.* Goth. Vid. Gomez. ad *leg. Tauri 30. num. 72.* Ant. 70 Quid nomine mobilium contineatur, vid. Mantic. de Conject. lib. 9. tit. 3. Merces tamen negotiationis causa comparatæ mobilium nomine non continentur. *l. periculo. §. 4. ff. de dote & arg. Mascard. de præsumpt. lib. 4. quæst. 1237.* Ant.

1 Adde *l. 4. T. ut. proxim.*

2 Nuptiæ, secundæ, tertiæ, & quartæ, numerosiores denique permittit. *ut hic.*

3 De bonis quæ ex matrimonio filiofamilias adquiruntur. *l. 11. T. com. de spons.*

4 Lucra capienda, vel aliunde liberis adquisita proprietati liberis ipsi adquirantur: usufructus eorum patri, avo, proavo.

5 Usufructuarius dominium rei alienam, pignori, aut hypothecæ dare non potest.

6 Vide Paranitl. *l. ult. leg. 6. §. 2. l. ult. l. 5. T. de donat. maternis.* Novell. 22. c. 24.

7 Ad quos, & quo ordine deferantur lucra nuptialia. *l. 7. in fin. leg. 8. T. de secund. nupt. Novella 22. cap. 26.*

8 De liberis.

9 De fratribus & sororibus consanguineis tantum & uterinis simul.

10 De fratribus consanguineis tantum & uterinis.

11 De parentibus.

12 *l. 1. §. ult. T. de consuli præsertpt.*

13 *Novell. 22. c. 24.*

14 Spec. Rosil. 4. tit. 22. §. 7.

15 De bonis quæ ex sponsalitiis filii adquirantur.

16 *l. 1. T. eod.*

17 Lucra nuptialia liberi in potestate patri non adquirit.

18 Mariti propria significatione fponsus: uxoris sponsa nonnisi sponsalitia non æstimantur.

19 In ambiguis pro re quod benignius est judicandum. *l. 1. T. de leget. Rodd. ff. de reg. jur.*

20 Dotis comendationem extendimus ad sponsalitia donata. *l. 14. T. de donat. ibi. l. 8. 12. ff. de leg. l. 11. ff. de furt. ves. fic. l.* in lis *ff. de rei. indic. l. 3. ff. de his quæ in testamento. l. 42. ff. de pœnis. l. 155. §. 2. l. 192. §. 1. ff. de reg. jur.*

21 Quemadmodum res quæsita à marito uxor non adquirit patri nisi usumfructum tantum in his quæsita sponsa. adde *l. 4. ff. de sponsalibus.* hoc est, ut lucra nuptialia filia patri non adquirit, ita nec lucra sponsalitia.

23 Hæc lex est ampliativa. *l. 1. T. de bon. matern. Inglosis decis. 7. 9. 6. num. 1.* Ant.

24 Lucra non ex patris substantia, sed vel fortuito vel labore quæsita liberi in potestate positi sibi adquirunt proprietate: patri usufructu: ut de rerum ita quæsitarum eadem ratio quæ rerum maternarum, & lucrorum nuptialium, *ut hic. ibi, quemadmodum, ibi, ad exemplum, & §. 1. T. eod.* Quid si filiusfamilias in castris bona quæsiverit aliqua? ea ne quidem usufructu patri adquirit, *ibi, excepto castrensibus.* Quid si in quasi castris? idem, ut sit eadem ratio quasi castrensis peculii & vere castrensis, *ibi, eodem observando.* Quid? quæ vis ac potestas sit ususfructus ita parenti competentis? nempe ut plenissimam potestatem in eo habeat pater: ut eo uti, frui, res eas tenere & quo voluerit modo gubernare possit, & earum ut liberi eo nomine nullam hypothecam in bonis patris hypothecaria, vel mortui habeant, nullas rationes ab eo possint exigere, non eam prohibere res eas tenere, vel administrare: denique ut earum rerum administratio patri impunita sit: nisi ea bona vel alienet, vel hypotheca subjiciat. §. 2. Quid si quid ex fructu talium rerum parens adquisierit? potest ita quæsita parens pro animi sui arbitrio dispensare, & absolvere: in alios denique heredes transmittere, sed & res mobiles, immobiles, se moventes, ex iis quæsitas, in quascunque voluerit personas liberorum, vel extraneas transferre. §. 2. *versf. & si quid.* 25 *l. 1. T. eod.* 26 *l. 1. in fin. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. T. eod.*

27 Filiifamilias adventitiorum usumfructum patri adquirunt: adventitiorum, inquam exceptis castrensibus & quasi sibi; namque dominii & patrimonii res eas faciunt. §. 1. *versf. quod notat. versf. sive enim servitia est? Inst. per quas personas cuiquæ.* 28 Jus regium abrogatur, de quo in *l. 2. J. de pupill.* 29 §. 2. *Inst. de adq. per adrog.* 30 Excepio regulæ superioris de castrensibus. *l. 7. J. eod.* 31 Secunda exceptio de quasi castrensibus. 32 Filiusfamilias relictum ne ad eum perveniret, patri non quæritur. 33 Quoties pater consortium proprietatis cum filiofamilias habet, toties usumfructum in filii portionem habet.

34 Id est, adventitiorum. 35 *l. 1. T. eod.* 36 *l. 1. §. 2. §. 3. §. 5. T. eod.*

37 Pro rebus filii quas pater velut fructuarius administrabat, filius hypotheam non habet.

38 Imo sperare audent, ut diserta verbis ponitur in §. ult. hujus legis.

39 Hinc colligunt, Patrem habere plenam administrationem actu & habitu: habitu, quia administrat, actu quia rationem non reddit. Nisi pater rationes, seu inventarium bonorum filii facere teneatur, vide *Gloss. 2. observ. 39.*

40 Parentes bona liberorum non possunt alienare suo nomine: filiorum nomine possunt.

42 Quid si bona, liberorum evertat? si altro dissipet? videntur subtrahenda. *arg. l. 22. §. 8. versf. sed vero dicem. ff. soluto. l. 10. ff. ad Trebell.* & in negligentia, non nisi magna ex causa, patri administratio adimenda.

42 Patria potestas exercenda.

43 Adquisita per patrem ex usufructu bonorum filii ad eumdem debita, filio non adquiruntur: ideoque pater potest res ita adquisitas pront voluerit in quascunque alienare.

44 Graecis Κίνητα, *Latinis* Semoventia dicuntur. *Synops. Basil. 44. tit. 4. c. 10.*

45 Sententia hujus loci admodum turbata & perplexa est: scripsi dixiens in rebus maternis in lucris nuptialibus & sponsalitiis, in quæstu casu, vel labore, præterquam in castris vel quasi castris, à liberis in potestate usumfructum patri competere. Quid si eum usumfructum pater filii non retinuit: sed eum superiles apud filium (cujus ea bona fuerint) esse passus fuerit? Pater diuturno illo lucutio usumfructum filio donasse videtur: ut à coheredibus suis, mortuo patre, eo nomine filius conveniri non possit. Petitio talis, usufructus à patre in vita omissi ad ejus heredes minime transmittitur.

47 Usumfructum pater filii non retinuit: sed eum superiles apud filium (cujus ea bona fuerint) esse passus fuerit? Pater diuturno illo lucutio usumfructum filio donasse videtur: ut à coheredibus suis, mortuo patre, eo nomine filius conveniri non possit. Petitio talis, usufructus à patre in vita omissi ad ejus heredes minime transmittitur.

1 Filiusfamilias quod à Principe accepit, quasi castrense est.
2 *l. 6. T. ead.*
3 Imperialis fortuna ut omnes alias superemineat, ita donationes à Principe, vel Augusta factæ privilegium merentur.
4 Omnium ferè rerum, quarum usufructus patri adquiritur, liberi proprietatem habent: exceptis iis rebus, quæ *ex* rebus patris provenisset. *Synopf. Basil. 45. tit. 4. c. 14. Goth.* Materiam *hujus l.* vid. apud Bellon. *Separatar. lib. 3. cap. 8.* Ans.
5 *l. 6. T. ead.*
6 Si filius res sibi delatas non vult adquirere, pater plano jure eas adquirere potest, *ut hic*, & è contra *vers. sive à contrario. T. ead.*
7 Cur ita? vide *l. 1. §. 1. ff. de successorio. l. 11. T. de jure deliber. l. 2. T. de repudiando.*
8 Derogatæ *T. 6. l. 13. in fin. l. 14. ff. de adq. hered.*
9 Adventitiorum nomine agere, vel convenire filius non potest: sive pro eo agat, sive conveniatur, *ut hic.* An & ea adquirere potest sine Justa patris? potest, nam & patre etiam invito, & contradicente adire potest. *vers. sive ff. ead.*
10 Filiusfamilias in judicio sine consensu patris esse non potest, *ut hic.* Quid? num hoc perpetuo verum est? fallit in causa criminali. *l. 6. §. 3. ff. de excusat.* ut & spirituali, seu divina, vel religionis: sed & in iis, quæ voluntariæ jurisdictionis sunt: ut & quoties pater legitimus non est administrator rerum filii. Potest quoque filius coram arbitratore litigare. In causa beneficiorum Ecclesiasticorum idem esse censent: ut & quoties judicis officium implorat: fallit quoque in reconventionis & appellationis causa, vel quoties rescriptum impetrat, ut & iis casibus quibus minor in judicio esse potest sine auctoritate tutoris, vel si alieno nomine comparat, aut in Judicio certam pecuniam confessus, à judice damnatus est. vide Socin. *reg. 152.*
11 Pater officio Judicis cogitur consentire causa cognita.
12 Justa magistratus quod fit in judicio, mota fieri non dicitur. *l. 13. §. 1. l. 33. ff. de injuriis.*
13 Judicium redditur in invitum etiam actorem.
14 Filiusfamilias non habet integram personam standi in judicio sine consensu patris *ut hic.* vide *l. 9. l. 13. l. 39. ff. de obligat.* ut nec pupillus, vel adultus. *l. 6. §. 2. ff. de adulter.* sine tutoris vel curatoris authoritate. *l. 1. l. 2. T. qui testimonium perhibere possunt in judicio.*
15 Plena ætas, non impubes.
16 Prima ætas, impuberis. *§. 3. J. ead.* Secunda minoris XXV. annis. *Thalelæus hic.*
17 Vid. Ant. Mercad. *controvers. lib. 4. cap. 8. & 22.* Ans.
18 *l. 8. versic. ad procuratorium. ff. de procuratoribus.*
19 Etiam absente patre.
20 Nota de curatore hereditati dato.
21 Castrensem hereditatem à filio, repudiatam pater adire potest.
22 In his rebus in quibus pater usumfructum habet, filius proprietatis filio competentis administrationem habet. *l. 1. vers. parentes. T. de bon. matern.*
23 Explicationem hujus §. 3. & cuncillationem *l. 1. T. de bon. matern.* vid. apud Joann. à Sand. *decis. Frisic. lib. 2. tit. 7. defin. 4.*
24 Ans.
25 Prima ætas cui secunda subponitur. *§. 1. T. eodem.*
26 Absit quis maxime, cum longissime absit.
27 Pater usufructuarius proprietatis bonorum filio competentis, actiones sustinere & excipere suis sumptibus tenetur.
28 In particulari usufructuario id locum non habet, quemadmodum in universali, de quo hæc constitutione agitur.
29 Usufructuarius universalis, qui de quo hæc constitutione agitur.
30 Subsantiæ vocabulo hic bona intelligite, alias pro hereditate. *l. 4. vers. Cum enim per. ff. de lib. & post.* alias pro pecunia non pro hereditate sumitur. *l. 16. ff. in princ. ad Trebellian.* 30 Bona intelliguntur, detracto ære alieno. *l. 39. §. 1. ff. de verb. signific.*
31 Ordinem rerum alienarum distrahendarum observa.
32 Immobilia à mobilibus distrahenda.
33 Usufructuarius universalis, ex usuris proprietatem liberare cogitur.
34 Usufructuarius universalis legata præstare cogitur ex reditibus.
35 A sterilium rerum alienatione inchoamus.
36 Quæ damnosa sint, explicari: licentia dabitur patri sufficientem partem eorum similiter filii 37 nomine vendere, & satisfacere legatis.

†. Hoc proculdubio observando, ut & mancipia 38 ipse usufructuarius alere debeat, & omnia circa usumfructum facere, quæ nullo modo proprietatem possint deteriorem 39 facere: paterna reverentia 40 cum exequante, & à rationibus, & à cautionibus, & ab aliis omnibus, quæ ab usufructuariis extraneis 41 à legibus exiguntur secundum Constitutionis tenorem, quam super hujusmodi casibus rulimus. §. 5. Ipsum autem filium, vel filiam, filios, vel filias, & deinceps alere 42 patri necesse est, non 43 propter hereditates, sed propter ipsam naturam, & leges quæ & à parentibus alendos esse liberos imperaverunt, & ab 44 ipsis liberis parentes, si inopia ex utraque 45 parte vertitur. Sed pater quidem in prædictis tantummodo casibus habeat licentiam [rite 46] res filiorumfamilias vendere filii nomine: vel si emptorem non invenerit, [rite pignori] supponere, nullo modo licentia concedenda filiis easdem venditiones, vel hypothecas retractare. Non autem licentia parentibus danda extra 47 memoratas causas, res, quarum dominium apud eorum posteritatem est, alienare, vel pignori vel hypothecæ titulo dare: sed si hoc fecerint, sciturus, quod necesse est eos in legum laqueos incidere, quibus hujusmodi venditiones, vel hypothecæ sunt interdictæ: exceptis 48 videlicet [rebus] mobilibus, vel immobilibus illis, quæ onerosæ hereditati sunt, vel quocunque [modo] damnosæ, quas sine periculo vendere patri cum paterna 49 pietate licet: ut pretium earum vel in res 50, vel in causas hereditarias procedat, vel filio servetur. †. Filiis autem familias in his [duntaxat] casibus, in quibus ususfructus apud parentes constitutus est, donec parentes vivunt, nec de iisdem rebus testari 51 permittimus, neque citra voluntatem eorum, quorum in potestate sunt, ulla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinentis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori adsignare. Melius enim est coarctare juveniles 52 calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum 53 expectat patrimonium. Cum enim (sicut dictum 54 est) parentes alere eos secundum leges & naturam compellantur, quare ad venditionem rerum suarum prosilire desiderant? §. 6. Ubi autem puerilis ætas patri licentiam præstat etiam sine consensu filii hereditatem nomine ejus adire: si hoc fecerit [pater, damus] quidem 55 filio in integrum restitutionem, postquam patria fuerit potestate liberatus, vel adoleverit: patrem autem [omnibus] oneribus hereditariis, licet nomine filii adiit, modis omnibus illigamus. Quare enim talem hereditatem adiit: qualem nec ipse, nec nunc filius idoneam sibi esse existimat? Non autem filio damus 56 licentiam, si in integrum restitutionem petat, respuendam eredens esse hereditatem, adhuc minoribus curriculis instantibus, iterum per aliam restitutionem adire præstam hereditatem, *ne ludibrio 57 leges ei fiant, sapius eandem & amplecti & respuere hereditatem cupienti.* Si enim quod patet fecit, [filius] ratum non habuit, & propter hoc restitutus 58 est: quomodo ferendus videatur iterum judicium amplectens, quod post patris voluntatem contraria affectione aspernandum esse existimavit?

†. Sin vero pater quidem hereditatem repudiaverit 59 infanti filio constituto, ipse autem filius postea vel adhuc in sactis constitutus, vel patria potestate liberatus, adeundam esse crediderit eandem hereditatem: licentiam damus ei, vel si suî juris efficiatur, tutoribus ejus, vel curatoribus hereditatem adire, nullo præjudicio ex recusatione paterna ei generando: simili modo & in hac parte nulla ei, vel tutoribus, vel curatoribus ejus licentia concedenda contra priorem suam voluntatem in integrum restitutionem petere. †. Quæ & in legatis 60, & in fideicommissis, tam specialibus, quam per universitatem relictis, & in aliis causis, quas supra enumeravimus, similibusque eis observanda sunt. In servis autem, qui filiis, [vel filiabus familias] donantur, sive constante matrimonio, sive ab extraneis sub ea conditione, ut statim eos in libertatem perducant: nullum impedimentum paterna faciat auctoritas. Qualis enim ususfructus potest ei acquiri, qui momentarius 61 esse ostenditur? Si enim in ipso momento necesse habeat eum & possidere, & libertate donare, in talem hominem, qualis ususfructus patri potest acquiri?

37 Ut & ea adquirere possit sine Justa patris? potest, nam & patre etiam invito, & contradicente adire potest. *vers. sive ff. ead.*
38 Usufructuarius mancipia in quibus adusque tum habet, alere tenetur.
39 Usufructuarius deteriorem proprietatem facere non debet. *l. 7. §. 2. ff. eodem.*
40 Pater à rationibus reddendis reverentia paterna excusatur. *l. 5. §. 2. T. eod.* idem in emphyteuticario. *l. 3. T. de epist. & clericis. Novell. 131. cap. 12. circa fin.*
41 Usufructuarius rationibus ubi noxium, adde *l. 1. T. de usufruct.*
42 Vide *l. 3. T. de alend. lib.*
43 Non propter hæreditatem quod è liberis parens accipit, sed propter ipsam naturam & leges liberi à parentibus alendi sunt.
44 Liberi parentes inopes alere cogantur. *l. 5. §. 13. ff. de agnosc. & alend. liberis.*
45 *Alterutra. Nov.*
46 Adhibitis solemnitatibus. vid. *l. ead.*
47 Quibus de causis parentes res liberorum non possint alienare sine solemnitate.
48 Mobilia & immobilia onerosa & damnosa patrem sine Solemnitate potest vendere.
49 Pietas ad patrem bona filiorum non distrahere.
50 Quæ in causa pretia rerum ad filiumfamilias pertinentium venti oportet.
51 Filiusfamilias de rebus suis quorum proprietas patri non adquiritur (excipe castrenses vel quasi castrenses) talieri etiam non potest. *l. 3. §. 1. l. 12. Regul. testament. fac. l. 3. T. de patria potest.*
52 Juveniles calores cohiberi oportet.
53 Id est, exercismi.
54 *T. ead. in pr.*
55 *l. 1. in fin. T. de filiofam. minor.*
56 *l. 41. ff. de minor.*
57 Ludibrio leges esse non oportet.
58 Restituta ad versus factum patris filius potest. *ut hic.* Atqui restitutio liberis adversus parentes, ut & liberis adversus patronos denegatur. *l. ult. T. qui & adversus quos in integrum restitui non possunt.* postea dicam non restitui officio judicis, sed jure actionis. *l. 7. T. de dolo.* Imo actionis restitutio rebus & personis cohæret, ex obligatione est, offitio judicis, extra personas, extra obligationem denique, ut Castrensis recte notat *in dict. l. ult.* Quin liberi restituantur adversus factum judicis, qui factum patris sit immixtum. *l. 2. T. si adversus res judicatam.* datur quoque adversus paterum indirecte & oblique restitutio, *ut hic, l. 2. si adversus donationem.* Quin & adversus turpes personas parentum restitutio liberis datur maxime, aut sane actius instituitur, qua etiam facta paternis ipsi liberi defenduntur. *arg. l. leniores 6. T. de spectacul. l. si leniores 12. T. de episcop. audientia.* sed ex justa & magna causa. *arg. l. 1. in fin. ff. de in integrum restitut. Interpretes in dict. leg. ult. qui & adversus quos.* Datur quoque restitutio liberis, si, quod à parente gestum fuit, ipsis jure nullam fit. *l. 2. T. si adversus donationem.* Eadem ratione restitui possunt adversus eas, quæ nimio vel pudore, vel metu cum parentibus gesserint. *arg. l. 1. §. quæ autem de. 3. ff. quarum rerum actio. l. pen. ff. de furtis. Interpretes in d. l. ult.* sed & verbis temperatis & honestis actione in factum adversus patrem experiri possunt, ut de se potius queri, suamque facilitatem accusare, quam vel fidem, pudorem & alienationem patris accusare videantur. *l. non debet. 11. §. 1. ff. de dolo.* Imo quoque ut & liberis injuriis adversus parentes defendunt recte civili actione non atrocî, non criminali. *l. 11. §. 1. ff. qui accusare. l. 5. T. ad legem Cornelium de falsis:* ut & venia petita à prætore, parentes in jus vocant. *l. pen. T. de in jus vocando.* His tot modis liberi adversus parentes directa vel actione, vel restituta experiri possunt. 59 *l. 2. T. si ut omiss.* 60 Id est, in lucro. *l. 7. §. 6. ff. de minorib.* 61 Momentarius ususfructus vix est ususfructus. Quasi paria sint, non esse, aut mox desinere. De momento, vid. Cujac. *cap. 1. de præscriptionib.* adde *l. 227. ff. de verb. sign.*

TIT. LXII.

DE HEREDITATIBUS DECURIONUM 62, [NAVICULARIORUM 63, COHORTALIUM 64 MILITUM 65, ET FABRICENSIUM 66.]

1. Imp. Constantius A. Mastichiano Præfecto annonæ 67.

SI quis naviculatius 68 sine testamento & liberis, vel successoribus defunctus sit: hereditatem ejus non ad fiscum, sed ad corpus naviculariorum, ex quo fatali sorte subtractus est, deferri præcipimus. P. P. decimo quarto Kal. *Lastrone*, Constantino A. VII. & Constant. Cl. C. Consulibus 354.

11. Idem A. Bonoso magistro Equitum.

UNiversis 69 tam legionibus 70, quam vexillationibus comitatensibus seu cuneis infinuare 71 debebis, ut cognoscant,

62 *l. 4. T. ead.*
63 *l. 1. T. ead.*
64 *l. 1. T. ead.*
65 *l. 2. T. ead.*
66 *l. ult. T. ead.* adde & ecclesiarum. *l. 20. T. de episc. & cler. præfecti prætorio. l. 1. T. de appar. præfect. prat.* eorum qui comfortas liberalitatis principalis. *l. 1. T. si filius familias. per. fec.* Harum enim personarum conjunctis sibi quoque exulare.
67 Merito hæc constitutio scripta est ad præfectum annonæ, quoniam fisi bona ejus erat corpus naviculariorum. *Novell. Valentiniani de navicular.*
68 De naviculariis. *l. un. Cod. Theod. de bon. milit.*
69 *l. un. Cod. Theod. de bon. milit.* 70 De eo, qui in legione, vexillatione comitatensi, aut cuneo militat. *l. 6. §. 7. in fin. ff. de injuris.* 71 Hinc libertis cadoucorum commissa in castris *l. ult. ff. de jure immunit.* qui rationes conficiebant eorum, quæ morte militum in legionem cadunt.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cant, cum [eorum] aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atque intestatus, [si] sine legitimo herede decesserit, ad vexillationem, in qua militavit; res ejusdem necessario pervenire. Dat. VII. Id. Maji, *Hieropoli*, Rufino & Eusebio Conss. 347.

III. Idem A. Rufino P.P.

1 De subortali seu officiali præsidis. Cohortales perpetui quidam erant in provincia: sed vulgares & gregarii. Cohortalis apud authorem *Synops.* 15. *tit.* 1. *c.* 32. & *Harmen.* 5. *tit.* 8. §. 107. κοηταλὴς dicitur: quo loco Harmenopuli interpres vertit, vilem & abjectum.

SI quis cohortali [1] conditione gravatus, sine testamento, vel quolibet successore ultimum diem obierit; successionem ejus non ad fiscum, sed ad cæteros cohortales ejusdem Provinciæ pertinere jubemus. Dat. V. Kalend. Januar. Limenio & Catulino Conss. 349.

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER SEPTIMUS.

TITULUS PRIMUS.
DE VINDICTA [1] [LIBERTATE,] ET APUD CONCILIUM [2] MANUMISSIONE.

Decretum ex falsa causa interpositum, favore libertatis non rescinditur. Salic.

1. Imp. Antoninus A. Tertio.

1 Dixi ad *tit.* D. 11. Vindictæ nomen deductum à vindicta. *l.* 1. §. 24. *ff. de orig. jur.* Thomas §. *ult. de ingen. lib. de libertinor.* Franc. 3. *numero* 9. Dixi ad *l.* 6. *T. de manumiss. liberorum.*

2 Alii scribunt *consilium. l.* 19. *ff. ad. vid. l.* 12. *l.* 4. *T. ad. l.* 2. *T. de liberali & eorum liberis. l.* 1. *T. si adversus libert.* Consilium quid & vid. Ulpianum 1. §. 12. Et autem conciliis Romæ præterea nam viginti viris qui peregrini recuperatores dicebantur. *ff. tit. ff.* 1. *c.* 46. Provinciis autem & præsidia in provinciis eum quicque sententias tulisse quo tempore equitibus Romanis, tempus autem eum erat hybernum tempus, finibus dirimendis constitutum. *Cicero* 5. *ad Attic.* 14. *Theoph.* §. 4. *Instit. quibus ex causis manumittuntur: & vitatis de successione fideicomm. Strabo lib.* 3. Hinc *conventus agere. Cicero* 5. *Verrina* 5. *ad Attic.* 16. *& Cæsar* 6. *Livius* 28. *Festus in conventus*, quod *& forum agere. Cicer.* 3. *orat.* 7. *Festus in forum agere. Virgil. Æneid. Alla Apostol.* 3 *l.* 9. §. 1. *l.* 16. *ff. ad.* 4 Falsa demonstratio manumissum non nocet. facit *l.* 5. *c.* adde §. 6. *Instit. quibus ex caus. manumitt.* 5 Vindicta manumissio non iteranda, hoc loco. (ut hinc colligas, Manumissionem vindicta olim legis actionem fuisse. *l.* 20. *T. ad. l.* 22. *T. de his qui à non domin.*) nec fit etiam per procuratorem. *l.* 3. *T. ad.* Hodie non numerator inter actus legitimos, seu legis actiones. *l.* 77. *ff. de reg. jur.* & merito: sublato quippe ritu imponendæ vindictæ: & verbis solennibus. *l.* 8. *l.* 23. *ff. ad.* circumductionibus & aliquis subtilitatibus. *l. ult. T. de manum. liber.* adde *l.* 2. *T. de ingenuis.* 6 Vindicta manumissio non fit per procuratorem, simplicem saltem: fit tamen recte per procuratorem in rem suam. *l.* 4. *T. de dolo malo. l.* 7. *in fin. ff. de donat. int. vir. l.* 46. *ff. solvto.* sic in antiqua inscriptione, *Præsens manumissus ad consilium procuratoris nomine apud Domitianum Imperatorem.* Causa quoque manumissionis per procuratorem nulli potest. *l.* 17. §. 3. *ff. ad.* 7 Cur ita? Nemo alieno nomine lege agere potest. vid. *Cujac.* 7. *obs.* 17. 8 *l.* 1. *T. ad.* 9 *l.* 2. *ff. de offic. consulis. l.* 1. §. 7. *T. de advocat. diversi judicum.*

10 *l.* 2. *ff. de offic. prætor.* 11 Deest in multis, & ita dispungenda vox *Ecclesia* apud Cujac. 1. *obs.* 1. §. 2. legendum est forte, *prætoribus*, ut *l.* 17. *ff. ad. l.* 2. *ff. de off. præsid. Ulp.* 1. §. 7. nisi referas id ad eas manumissiones, quæ in ecclesia fiebant. *l.* 1. *T. de his, qui in Eccles. manumitt. l. ult. C. Theod. de manumiss. in ecclesia.* 12 Id est, qui legis actionem habent. *Paul.* 2. *sent.* 25. §. 4. habens, inquam, non quia municipales sunt magistratus: sed quia lege, vel Senatusconsulto, vel constitutione eis data est. *l.* 6. §. 2. *ff. de tutelis*: ut adversus Robertum scribit Mercator 1. *Notar.* 21. apud reliquos magistratus municipales lege municipali alienigenas liberos suos potuerunt emancipare. *l.* 1. *T. de emanc. liber.* quomodo & Ulpianus in peregrinis manumittendis legem peregrinam ipsius. dixi ad *l.* 2. *T. ad.*

TIT. II.
DE TESTAMENTARIA [1] MANUMISSIONE.

De codicillis.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Primo.

13 Dixi ad *tit.* D. 19. adde *tit.* 1. §. 9. *Cujac* 1. §. 1. adde §. 2. *Inst. de libertin.*

14 Adde *l.* 43. *ff. ad.*

SI codicillos [14] major viginti annis fecisset, confirmationis tempus libertati non nocere certum est: nec enim potestas juris, sed judicii consideratur.

De hereditate non adita, de memoria defuncti damnata.

II. Idem AA. Phileto.

15 *l.* 13. *ff. ad. l.* 1. *T. de fideic. libert.*

EX testamento defuncti libertates præstari non possunt heredes [15] non adita, vel si rei memoria propter crimen, quod morte non intercidit, damnata est.

16 *l.* 32. *ff. ad.*

17 Nec retractat. *l.* 1. *l.* 32. *l.* 4. §. 2. *ff. de fideic. libert.*

De in integrum restitutione.

III. Idem AA. Euphrosyno.

18 Sicut liber fidei de non gesto non temere ratione reddere, ita nec ejus heres. *l.* 2. *T. ex furiosa*: sic fideicommissa libertatem accepit, et rationes reddere. *Synops. Basil.* 48. *tit.* 5. *c.* 60.

LIbertas testamento [defuncti] data, adira hereditate contingit, & licet heres scriptus per in integrum restitutionem abstinuerit [16] hereditate, [tamen [17]] nihil ea res libertati obest. S. XVII. Kal. Maji, Apro & Maximo Conss. 208.

De rationibus reddendis, vel non.

IV. Idem AA. Archelao.

19 *l.* 41. §. 11. *ff. de fideic. libert.*

20 Aut fallo inscriptio, aut ratiocinia fideicommissi. Hi enim rationes reddere non tenebantur. Sed Antoninus ipse interpretatur.

CUm testamento directam libertatem pater tuus fit consecutus: quamvis ei heres extiteris, frustra tamen rationes quas [18] tempore servitutis gessit, ut reddas, compelleris, cum non ea conditione acceperit libertatem. Is autem, cui libertas seu fideicommissaria, seu directa, si [19] rationes reddidisset, relicta est: ante reliqua illata, & ea, quæ malo consilio amota sunt, ad libertatem non potest pervenire. Si autem non debitor ex rationibus fuerit repertus: post aditam hereditatem quasi puram libertatem consequitur. Proposita [20] VII. Kal. Decemb. Lampadio II. & Cerealе Conss. 216.

De manumissione in fraudem creditorum.

V. Imp. Alexand. A. Quintiliano.

21 Libertas in fraudem creditorum relicta revocatur. Quid si heres ejus qui libertates ita reliquit, sit locupletes? etiam revocari libertas potest. *ex hic. Synops. Basil.* 48. *tit.* 28. *ex tit.* 3. *c.* 63. Spectamus igitur libertates in fraudem datas, non additionem hereditatis non idoneum ab herede locupletem factam. Denique spectamus facultates defuncti non heredis.

22 *l.* 57. *ff. ad. l.* 5. *l.* 10. *ff. qui & à quibus manumiss.* Qualitas heredis non facit contra defuncti testamentum.

23 Hereditatem defuncti spernentibus heredibus, servus libertate donatus potest bona sibi addici.

24 *l.* 13. §. 5. *T. ad. l.* 50. *in fin. ff. ad. l.* 3. *l.* 4. *ff. de fideic. libert.*

25 Vid. *Inst. de his qui sui liber. sunt.*

26 *l.* 13. *T. ad.*

27 *l.* 50. *ff. ad.*

28 Manumittere servum contra voluntatem matris filius non potest. *Synops. Basil.* 48. *tit.* 3. *c.* 46.

29 Contra defuncti voluntatem servus manumitti non potest. vid. *l.* 5. *T. si manicip. ita fuerit alienat. ut manumit. vel è contra.*

30 Libertas in tempus nuptiarum relicta deberi veris tantum nuptiis fiscus: non si simpliciter legatarius ad tempus nuptiarum idoneum venerit.

31 Quam re ipsa evenire oportet. *l.* 30. §. 4. *ff. de leg.* 1.

32 Per fideicommissum potest. *l.* 9. *T. de fideicommiss. libert.*

33 Etiam heredis. Hinc illud Tertulliani 5. *adversus Marcionem*: *Alienus servus nec Gallus manumittit.* Ab eo præstatur libertas apud quem servitus est legis.

34 Imo potest. *l.* 7. *T. de liberali.* *l.* 31. *ff. de liberali.*

35 Fideus libertatis insigne. vide Orthini dicuntur.

De manumissione in fraudem creditorum.

V. Imp. Alexand. A. Quintiliano.

IN [21] fraudem creditorum testamento datæ libertates, quamvis debitori heres, qui [22] solvendo est, extiterit: per legem Æliam Sentiam non valent.

De addictione bonorum.

VI. Imp. Gordianus A. Pisistrato.

SI hereditas ejus, à quo testamento dicis te esse manumissum, ob æs alienum spernitur [23] ab heredibus: conservandæ [24] libertatis gratia non injusta ratione creditoribus hereditariis satis [25] offerens, judiciam testatoris observari tibi postulabis: maxime cum id etiam à divo Marco [26] consultissimo Principe sit constitutum, quod in extranei [27] quoque persona observari oportet.

De prohibito manumitti.

VII. Idem A. Justæ.

COntra [28] voluntatem matris tuæ libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit [29], non debes, ne videaris jura pietatis violare.

De libertate collata in diem incertum.

VIII. Impp. Philippus A. & Philippus C. Tremellio.

CUm testator libertatem tempore [30] nuptiarum filii sui, vel filiæ servo dari jussit: non tempus præstandæ libertatis præstituit: sed potius conditioni [31] locum fecit, ut non insecutis nuptiis libertas jure peti non possit.

De servo heredis.

IX. Imppp. Carus, Carinus & Numerianus AAA. Mauro.

SErvo tuo defunctus, licet te heredem scripsisse proponitur, directam tamen libertatem non potuit dare: jure enim directo [32] libertatem servis alienis [33] nemo potest [34] dare.

De impositione piles & de aditione hereditatis.

X. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Germano.

DIrectis verbis jure data libertate, non solum impositione pilei [35], sed & adita [36] hereditate, (si nulla juris impediat constitutio) liberti constituuntur Orcini [37].

Si testamentum non valeat.

XI. Iidem AA. & CC. Laurinæ.

SI [38] jure non [39] subsistit testamentum: in hoc nec libertates (cum [40] non fuisse adjectum, ut [41] pro codicillis scriptum valeret, proponas) recte datas constabit [42].

De hereditate adita, vel repudiata, & de collusione.

XII. Iidem AA. & CC. Rhyso.

SI heredes jure facto testamento solennier [43] adierint [44] hereditatem: ex testamento tibi libertas quæsita postea colludentibus [45] tam scriptis heredibus, quam ab eis testato vindicantibus successionem, adimi non potuit. Quod si sponte repudiaverint sibi delatam successionem: omnia quæ [in] testamento fuerant scripta, defecisse convenit. Si vero, ut vos defraudarent [heredes] libertate, collusisse eos Præses animadverterit, secundum hæc quæ D. Pius [46] Antoninus constituit, libertatibus consuli providebit.

De statuliberis.

XIII. Iidem AA. & CC. Martiali.

STatuliberis datam libertatem adimi [47] ab herede non posse certum est: nec alienatio [48], nec usucapio statulibero, quominus existente conditione libertatem consequatur, nocere potest.

De verbis Græcis.

XIV. Impp. Theodosius & Valentin. AA. Florentino P.P.

DIrectas libertates Græcis [49] verbis liceat in testamentis relinquere [50], ut ita libertates directe datæ videantur, ac si legitimis verbis eas testator dari jussisset.

Ad constitutionem divi Marci.

XV. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

CUm constitutio divi Marci [51] declaret, si quis [condito] testamento, vel sine testamento moriens, ut locus fiat ab intes-

quæ dixi ad *l. un. T. de Latina libert.* 36 *l.* 23. *ff. ad.* 37 Quibusdam Orthini dicuntur. De orcinis supra dixi. Accursius legit Orthinum, id est, directo manumissum. 38 Testamento irrito facto, ne quidem libertates in eo datæ valent, nisi fuerit adjectum, ut pro codicillis valeret. *Synops. Basil.* 48. *tit.* 3. *c.* 67. 39 *d. l.* 23. *l.* 24. §. 11. *ff. de fideic. libert.* 40 Cur? classicis codicillaris testamentum fulciant. vid. *Paul. sent.* 22. *Averan.* 1. *Arrest.* 5. 41 Hæc est clausula codicillaris. *l. ult.* §. 1. *T. de codicillis*: adde *l.* 29. *ff. ad Senat. Trebell.* 42 Imo constat valere. *l.* 38. *ff. de fideic. libert.* 43 Solennitas adeundi sublata. *l. ult. T. qui admitti.* 44 *l.* 19. *T. ad. l.* 25. *ff. ad.* 45 Callusio heredis non præjudicat libertati. *l.* 5. §. 1. *l.* 14. *ff. de appellat.* 46 *l.* 5. *l. ult. l.* 14. 47 *l.* 7. *l.* 32. *T. de liberali. l.* 3. *ff. de statuliberis.* 48 Imo alienatio potest. *l.* 30. *ff. de statuliber.* dixi ad *Ulp.* 2. §. 3. 49 Vid. quæ dixi ad *l.* 11. *ff. de leg.* 3. & ad *l.* 21. §. 4. *T. de testam.* 50 Ratio dubitandi esse potuit, quod olim Græce legari non poterat. *Ulp.* 25. §. 9. 51 De qua *l.* 6. *T.* & *Instit. de his qui sui liberant. caus.*

1 *d. l. 6. §. 5. J. eod.*

2 *d. l. 6. §. 5. & Instit. de ex cui. delict. cons.*

3 *l. 4. §. 8. ff. de fideicommiss. libert. Instit. de ex cui. delictat. cons.*

4 Annalis rescisso.

5 Pacisci possimus cum creditore, ut minus debito solvamus.

6 Potest tamen diutio debiti solvendi à Principe postulari. *l. 4. C. de precib. Imp.*

7 Libertas invito datur, *ut hic*: sic liberatio invito cuicungit. *l. 53. leg. 91. ff. de solut. Sic servus in Querula, seu Aulularia Plauti, Nihil* (inquit) *quotidie suspiro, natalis, debauchationes, ancillarum furta, propter hos quidem, nec manumitti volunt.* At invito beneficium non datur. *l. 69. ff. de reg. jur.* Invito etiam filio libertas non datur. *Novell. 89. cap. 11. l. 5. in fin. J. de emancipat. Paulus 2. sent. 25. §. ultim.* Cur? in jure sui est commodum, quod eripere tur filio, si emancipatur invitus. vide Cujac. ad *l. 62. ff. de verborum obligat.*

8 Cur ita? ne videatur libertas tanta civitatis spernì: quam alii magno redimunt, & impetrant aegre. Hoc inelegantur Leo sit, *Novell. 102. in fin.* duplex beneficium accipere.

9 Id est, ut satisfiat creditoribus.

10 Plures uno momento hereditatem possunt petere.

11 Utique.

12 Omnibus qui libertatem offert, et praefertur qui certis duntaxat.

13 *In primis. V. videas. l. 6. C. ead.*

14 *Leg. 50. in fin. ff. eod.*

15 De lege Fusia Caninia dixi *t. Institut. 7.* adde *Paulum 4. sententiarum 14. Ulpian. t. §. 24. Gaium 1. inst. 2. ad. de legem panultim. C. Theodosium de Judeis*, ubi loquitur de numero manumittendorum. Plautus in *Querula*, dum sit, *ubi legem Furiam Caninium, Furiam, Fusiam.* & Vopiscus in Tacito, ibi, *Servos manumisit, intra centum tantum* [quos inscripta est, Ad legem Fusiam Caninium: & *l. 32. §. 1. ff. de fideicomm. libert.* ubi testatae servat modum legis Caninii. 16 Argumentum à contractu ad ultimas voluntates; id est, favor contractibus concessus ad ultimas voluntates potest extendi.

17 XLVIII. *Echo 31.* dixi ad 12. *D. v. 2. Institution. 24.*

18 *l. 12. T. de testam. manumiss.*

19 *l. 1. T. si quis omissa causa testament.*

20 *leg. 24. §. 12. ff. eod.*

21 Manumisit Titius servum sibi falsis codicillis relictum? heres domicili, idemque servi manumissi dominus, à manumittere servum vindicare, seu in servitutem revocare non potest, sed à manumittere aestimationem servi, hoc est, viginti aureos, *ut hic. Synopsis Basil. 48. tit. 13. cap. 1. l. penult. §. 1. ff. de jur. patr. l. 4. ff. de manumiss. testament.*

intestato successioni, libertates reliquerit: nemo autem adire velit defuncti hereditatem, eo quod suspecta esse videatur, & fuerint libertates forsitan, & sine scriptis fideicommissariae relictae, licere vel cuilibet *extraneo* [17], vel *suo* [2] *ex servo*, qui & ipse libertate donatus est, & pro sua periclitatur conditione, adire hereditatem sub [hac] conditione & satisdatione [3], quod & creditoribus omnibus satisfaciat, & libertates imponat his, quibus voluit testator: varia dubitationes ex hac constitutione emerserunt: nam si res hereditariae herede minime invento venierint, an & post venditionem earundem rerum possibile sit, vel servum, vel quemlibet alium adire, & recuperare quidem ab emptoribus res, satisfacere autem libertatibus, & creditoribus, quaerebatur: & licet D. Severus, semel rebus venditis hoc non admisit, nobis tamen Ulpiani sententia admodum placuit, maxime propter libertates, ne depereant, & post venditionem rerum annale remedium dare divi Marci constitutioni, intra quod & creditoribus omnibus satisfiat, & emptores nihil novi patiantur, qui annalem + saepe sentiebant rescissionem [&] *licere servo, qui libertate donatus est, vel alii cuidam extraneo, vel ante venditionem rerum, vel post venditionem, intra annale tamen tempus adire hereditatem, & res recuperare, prius satisdatione danda*, ut tam libertatibus, quam creditoribus satisfiat. §. 1. Sin autem libertatibus quidem omnibus satisfacere quis polliceatur, creditoribus autem non in solidum, sed in partem solvere creditum, illi autem hujusmodi pactionem [5] admiserint: sancimus, & in hujusmodi casu consultissimi Principis locum habere constitutionem, & cum modis omnibus admittendum [esse] censemus: maxime cum ex voluntate creditorum haec interponitur; nolentibus [6] etenim creditoribus admitti talem pactionem nullo modo concedimus.

§. 2. Sin vero quidam ex servis libertatem amplexi fuerint, alii autem censuerint esse respuendam: & in hunc casum extendenda est divi Marci oratio, & proculdubio, & in hac specie audiendus est petitor hereditatis: & maneat liberum arbitrium servorum, sive ad libertatem venire volunt, sive in servitute remanere. Licet enim Romanam civitatem recusare [7] nemini servorum licitum sit [8]: tamen in hoc casu, ne propter quorundam indevotionem alii maneant in servitute, volentibus quidem omnibus servis licere in libertatem pervenire, nolentibus autem quibusdam, vel recusantibus, spontaneam servituteam imminere oportet, & quem patronum habere noluerint, dominum suum, & forsitan acerbum sentiant. §. 3. Sin vero non omnes libertates adimplere pollicitus fuerit, sed certum numerum servorum ex his, qui ad libertatem venire [jure] sunt jussi: melius est, si quidem res hereditariae sufficiunt ad implendos [9] creditores: etiam omnibus servis dare libertatem, etsi hoc pollicitus non est. Sin autem deest [aliquid] in exsolvendis creditoribus, humanius est, ut pauci saltem perveniant ad libertatem. §. 4. Sed hoc quidem antiquis dubitationibus remedium invenimus: bellissimam autem repletionem praefatae Constitutioni donantes, sancimus, ut si non unus veniat hereditatis petitor, sed plures quidem uno [10] momento, utcunque [11], vel ampliores: omnibus detur licentia communiter hereditatem adire, prius satisdatione ab omnibus danda, ut creditoribus, & libertatibus satisfaciant. Sin autem per intervalla temporum hoc fiat, qui primus venit, habeat praerogativam, si etiam satisdationem praestare potest. Illo autem cessante hoc facere, alii gradatim secundum tempora petitionis succedant, & hoc intra annale tempus observetur. §. 5. Sin autem uno pollicente quosdam libertos facere, non autem totos, alius emerserit, satisdationem paratus idoneam praestare, quod omnibus [12] creditoribus & omnibus libertatibus satisfaciat: aequissimum est eum admitti, ut omnes libertates indistincte celebrentur, quod privilegium damus, non solum servo [13], qui libertate donatus est, sed etiam ei [14], cui nulla libertas relicta est, ut aliquid venustum eveniat: ut per eum cui relicta libertas non est, aliis libertas imponatur. §. 6. Sed si quidem antequam prior hereditatis res & libertatem accipiat, hoc eveniat, secundo petitori, vel tertio, vel deinceps ampliores libertates pollicentibus fieri locum censemus. Sin autem jam rebus servo qui primus petiit hereditatem datis, & libertatibus ab eo quibusdam servis hereditariis impositis, quidam servus alius hereditarius, vel liber extraneus hoc facere maluerit: licebit quidem [hoc] ei impetrare, & sub majoribus pollicitationibus & satisdationibus hereditatem accipere. Sed prior in libertate petitor maneat, licet res ab eo distrahantur, his omnibus intra annum (secundum quod dictum est) celebrandis, ex quo prior petitor judicem adierit.

TIT. III.

DE LEGE FUSIA [15] CANINIA TOLLENDA.

1. Imp. JUSTINIANUS A. MENNAE P.P.

SERVORUM libertates in testamento relictas, tam directas, quam fideicommissarias ad exemplum [16] inter vivos libertatum indistincte valere censemus, lege Fusia Caninia de cetero cessante, nec impediente testantium pro suis servis clementes dispositiones effectui mancipari. Dat. Kal. Jun. * AA. Conss.

16 Vid. *l. 9. T. de fideicommiss.* 17 Rationem à favore libertatis relinquit. Quid si domicus eum solit vendere? legatum non extinguitur, sed in futurum tempus differtur, tantisper dum dominus voluntatem mutet. *ut hic. & §. 2. Inst. de fideicommiss per fideicommiss.* 34 Servus mihi relictus est, & à me per fideicommissum datus liber factus? liber factus meus libertus est, ut hic. *Synops. 48. tit. 12. c. 2.* non enim qui mihi eum reliquit, ejusve heredes. 35 Manumissa ex fideicommisso fit libertus manumittentis, *ut hic. l. 52. 2. qui manumissi.* 36 Vid. *l. 14. ff. eod.* 37 Cur receptum hoc dicitur? nempe quia strictu jure utrumque aliis non idem est, aut non eadem est ratio. Qui servum liberis suis dat tutorem, servo destitit libertatem intelligitur: duplici favore libertatis & pupilli: qui servum heredem facit, praesumitur eundem liberum eum fecisse, libertatis favore, ac nullius pupilli causa. Priore casu duplex ratio libertatem collatam esse fundet: Posteriore una tantum ratio libertatem confirmat. Goth. Quamquam dicuntur favore recepta, inuitur jure stricto contrarium esse, de quo *§. 1. Instit. eo. tit. fac. post.* text. est in *l. 24. §. 1. in fin. ff. de fideicommiss. lib.* vid. Gloss. hic. & Clarosol. *consil. 18. cap. 21.* Ant. 38 *l. 10. in fin. ff. de testam. tut.* adde *l. 24. §. 10. ff. de fideicommiss. libert.* 39 Hodie directo. *§. 1. Instit. qui testam. l. 5. versf. nunc igitur. T. de necessar. vel potius utrumque Cujac. tit. 16. obs. 5.* Alii putant directam ex testamento, si tutor in eo datus sit, competere: fideicommissariam, si in codicillis, vel alia ultima voluntate. vide *Ant. Faber. 6. conject. 16.* 40 Vid. *l. T. de testam. tut.* 41 Libertas legatarii non perit heredis morte. 42 Hodie etiam sine commissione. vid. *l. 15. J. eod.* 43 Contra latitantem decretum interponitur. *Consuetudo*, non satis exprimit fideicommissum, aut precem: arbitrium permittat potius quam precem adhiberi, quae in testamentis necessitati permittit sunt. *l. 21. §. 6. ff. eod. l. 11. §. 2. ff. de legat. 3. Paulus sent. 1. §. 6.* vid. quae not. ad *l. 2. T. de codic. & ad l. 186. ff. de verb. sign.* 45 Agnoscitus legatum, judicio defuncti parum tenetur, *ut hic. & l. 40. in fin. princ. ff. eod.* 46 Vid. *l. 24. §. 4. eod.* 47 Cujus causa favorabilis. *Goth.* Haec est XXXIII. decisio ex quinquaginta novis Justiniani constitutionibus. vid. Inglois. Ant.

minis quaestionem, justam libertatem ex à legatario consecutus, posterior eventus non infirmat ita datam libertatem. Plane secundum D. Hadriani constitutionem datur heredi viginti [22] aureorum repetitio.

De natis ex flatu libera.

III. Imp. ALEXANDER A. Lucio.

CUm [23] libertatem mulieribus sub conditione datam proponas: quid dubium est, eos, qui ex his ante [24] impletam eam edantur, servos nasci, & pertinere ad heredes jure dominii? His enim demum succursum est, qui post [25] moram praestandae libertatis progeniti sunt, ut liberi [&] ingenui nati videantur.

De ea, quae voluntate domini in libertate morata est, & ea quae nunquam fideicommissariam libertatem petit.

IV. Idem A. Hadriano.

SI voluntate domini in libertate est morata, cui [26] fideicommissaria libertas relicta fuit: secundum Senatusconsultum [27], & Constitutiones ad id pertinentes civis Romana facta ingenuos [28] perperit. Sed si [29] nunquam ab ea libertas petita est, sibimet imputare debet, cur interea progeniti ex ea servi sunt.

De minore.

V. Idem A. Dionysio.

MInor [30] annis lege definitis, nec per fideicommissum libertatem supremis suis [elogiis [31]] relinquere potest, nisi his, quorum causam probare potest.

De aliena causa.

VI. Idem A. Maximo.

DEberi etiam alienae ancillae fideicommissariam libertatem placuit: nec [32] deficit hoc debitum, si [33] intestim domina (si modo nihil ex judicio ejus qui, quaeve reliquit libertatem, perceperit) noluit vendere: quia possit tempore procedente, ubicunque occasio redimendae ancillae fuerit, praestari libertas.

Manumissi quorum sunt liberi.

VII. Idem A. Nicomedi.

HI [34], quibus per fideicommissum libertas suptemis judiciis relinquitur, eorum [35] liberi efficiuntur, à quibus manumittuntur. P.P. Kal. April. Fusco, & Dextro Conss. 226.

De libertate collata in heredis, qui non adiit, arbitrium.

VIII. Idem A. Eutycheti.

CUm proponas fideicommissariam libertatem ita tibi datam, si [36] uxori testatoris placuisset: licet [ea] non adeunte hereditatem, pertinere coepisse ad filium solida hereditas, non refragante tamen uxore testatoris, potes petere libertatem.

Si servus non adscripta libertate tutor datur.

IX. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Daphnidi.

ETsi non adscripta libertate testator servum suum tutorem filiis suis dederit: receptum [37] est [tamen] & libertatis & pecuniae favore, ut per [38] fideicommissum [39] manumisisse eum videatur. Etsi non suum proprium, sed alienum [40] servum conditionem ejus sciens tutorem adscripserit: aeque fideicommissariam libertatem datam (nisi aliud evidenter defunctum sensisse appareat) Prudentibus placuit.

De libertate in tempus dilata.

X. Iidem AA. Mercuriali.

FIdeicommissaria quidem libertas ita tibi relicta, cum [41] testatoris filius ad annum vigesimum quintum pervenerit, non intercidit, licet heredem intra praestituram aetatem decessisse proponas: tempore quippe, quo, si viveret, praefinitam aetatem impleturus foret, spem libertatis non intercidere, vetus placitum est.

Manumissionem necessariam esse.

XI. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. [& CC.] Flaviano.

SI servus fuisti, ac tibi per fideicommissum libertas relicta fuit, pervides sine [42] manumissione te ad libertatem pervenire non potuisse: quapropter si verbis precariis constitutus servus libertatem accepisti, adire Praesidem Provinciae te oportet, ut causa cognita, si tibi deberi libertatem prospexerit, ad manumittendum eum, qui debet, urgeat; vel si latiter, contra [43] latitantem interposito decreto tibi prospiciat.

De verbo, commendo.

XII. Iidem AA. & CC. Hyrenio.

EX verbo, *Commendo* [44], testamento, vel codicillis non videri fideicommissariam libertatem relictam [esse,] auctoritate juris declaratur.

De aliena ancilla, & de eo qui judicium testatoris aguovit.

XIII. Iidem AA, & CC. Pythagotidae.

SI te donatum ante matrimonium uxori tuae, postea ei legato relicto, testamento manumitti, seu codicillis, seu verbis precariis à successoribus voluit: tam eos ad redemptionem, & manumissionem, quam eam, quae in capiendis [45] relictis defuncti consensit judicio, teneri, ubique fideicommissariam deberi libertatem, non ambigitur.

De manumissione eorum, qui sunt in utero.

XIV. Imp. JUSTIN. A. Juliano P.P.

CUm inter veteres dubitabatur, si fideicommissariam libertatem possibile esset relinqui servo qui adhuc [46] in ventre portaretur, & homo fieri speraretur? Nos vetus jurgium decidentes, libertatis [47] favore censemus & fideicommissariam, nec-

TIT. IV.

DE FIDEICOMMISSARIIS [37] LIBERTATIBUS.

De hereditate non adita.

I. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Primo.

CUm proponas hereditatem ejus [testatoris] aditam [18] non esse, à quo tibi fideicommissariam libertatem relictam discis, & ab intestato [19] alium, quam qui scriptus est, hereditatem possedisse: si non [20] à legitimo quoque herede fideicommissaria libertas repetita est, nullo jure praestari eam ab eo, qui rogatus non est, desideras. Plane si pecunia accepta heredem institutum omisisse hereditatem docueris, libertatem tibi praestare cogetur. P.P. XIII. Kal. Mart. Laterano & Rufino Conss. 198.

Si legatarius manumiserit, deinde codicilli falsi pronunciati sunt.

II. Imp. ANTONINUS A. Valerio.

QUamvis codicilli [21] quibus avunculo defunctae legatus esse videris, falsi pronunciati sunt: tamen si ante motam cri-

non directam libertatem suam firmitatem habere sive in masculo, sive in femina, qui, quæve adhuc in ventre vehitur, ut cum [1] libertate solem respiciat, ersi mater sua adhuc [2] in servitute constans cum, vel eam ediderit. Sin autem plures [3] creati, vel creatæ sint, sive unius fecit mentionem, sive pluraliter nuncupavit, nihilominus omnes ad libertatem à primis veniant cunabulis: cum in ambiguis [4] sensibus melius sit (& maxime in libertate, favore ejus) humaniorem amplecti sententiam. Dat. Kal. Octob. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. Conss. 530.

De mora.

XV. Idem A. Juliano P.P.

ANcillam, sive servum, cum fideicommissaria libertas ei relicta sit, sancimus, si mora libertatis à debitore facta fuerit, sententia [5] Prætidis eripi in libertatem, & nullo facto, aut voluntate ab herede expectanda: sed talem habere eos libertatem, quasi [6] ab ipso testatore directis verbis fuerint libertatem consecuti, cum satis impium atque absurdum sit, heredes testatoris differre voluntatem, maxime [7] cum ad libertatem respiciat.

De libertate relicta uni ex liberis ancillæ, quem rogatus elegerit.

XVI. Idem A. Juliano P.P.

SI quis in testamento [8] suo rogaverit suum heredem, ex liberis ancillæ suæ, quam [9] nominaverit, unum, quem elegerit, ad libertatem perducere: & cum ancilla unum, vel plures enixa est, heres neque dum supersit, in libertatem aliquem adduxerit; vel cum deliberat, quis ad libertatem perducendus est, ab hac luce fuerit subtractus: dubitabatur ab Antiquis, utrumne omnes, an quidam, an nemo ex his ad libertatem perveniat? Sed veteris quidem juris altercatio multa sane super hujusmodi casibus resonuit. Nos autem [10] heredis coërcentes malignitatem, si non voluntatem testatoris adimpleverit, & mox cum potuerit, non elegerit unum ex liberis ancillæ, & eum libertate donaverit, sancimus compelli non solum eum, sed etiam heredes, vel successores ejus omnes ancillæ liberos in libertatem perducere: [neque enim] hoc contrarium [11] est sententiæ testatoris. Cum [enim] omnimodo quendam ex his liberum esse disposuerit, & non ad certum corpus, sed ad omnes respexerit: si non pareatur ejus voluntati, sine dubio ex sententia testatoris omnes ad libertatem perveniunt. Similemque esse definitionem censemus, & si non ab herede, sed à legatario, vel fideicommissario testator rogaverit libertatem imponi. Sic etenim justo timore heredes & legatarii, vel fideicommissarii perterriti & voluntatem testatoris adimplere procurent, & sibi non ex omnium libertate quandam afferre patiantur jacturam. Quod si reclamaverint: sibi tale dispendium imputent [12], non ex nostra lege, sed ex sua lugentes infantia. Dat. XV. Kal. Decemb. *Constantinop.* LAMPADIO & ORESTE Conss. 530.

De servo legato, ut manumittatur.

XVII. Idem A. Juliano P.P.

CUm quidam servum suum ita legaverit, [ut] legatarius libertatem ei imponat, & heres ad hujusmodi legatum improbe [13] versatus, servum dare legatario dedignatus est, ut etiam lite pulsetur, & judex non in ipsum servum, sed in æstimationem litis condemnationem proferat: veteris juris interpretes dubitant, ne quod obstaculum libertati ex hac causa procedat. Et si placuerit eandem deberi libertatem, à quo danda sit, utrumne ab herede, an à legatario? Et si heres imponat libertatem, an legatarius quod ex pecuniaria condemnatione accepit, firmiter detineat, sive in totum, sive ex parte, sive etiam nihil? Talem itaque altercationem resecantes [14], miramur [15], quare Judex, qui præpositus est in prædicta causa, non omnimodo condemnationem in servum, sed in æstimationem ejus fecerit: cum ipsius vitium etiam hujusmodi prælitis altercationi occasionem. Unde si talis quæstio emerserit, nullum quidem judicem ita esse stultum [16] putamus, ut hujusmodi proferat condemnationem: sed si legatarius immineat, quatenus ei servus restituatur, & post litem contestatam duorum [17] mensium spatium effluxerit, censemus illico ad libertatem eripi servum, & illum quidem liberum esse, heredem autem pro sua indevotione [in] omnes expensas, quas legatarius in lite fecit, in quadruplum ei condemnari: jure patronatus integro legatario servando.

17 *Adde l. ult. ff. qui sine manum.* vid. *Cujac. c. 13. de prescript.*

TIT. V.

DE DEDITITIA [18] LIBERTATE TOLLENDA.

1. Idem A. Juliano P.P.

DEDITITIA conditio nullo modo in posterum nostram Remp. lublicam molestare concedatur, sed sit penitus deleta: quia nec in usu esse reperimus, sed vanum [19] nomen hujus libertatis circumducitur. Nos enim, qui veritatem colimus, ea tantummodo volumus in nostris esse legibus, quæ re ipsa obtinent.

TIT. VI.

DE LATINA [20] LIBERTATE TOLLENDA, ET PER CERTOS MODOS IN CIVITATEM ROMANAM TRANSFUSA.

Præfatio. 1. *De epistola.* 2. *De manumissiane apud acta.* 3. *De servo ægroto à domino derelicto.* 4. *De prostituta contra legem venditionis.* 5. *De his, qui domini funus pilcati antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadaver ventilare videntur.* 6. *Si manumittens voluerit Latinum libertum esse.* 7. *De manumissione statu liberi.* 8. *Si dominus, qui servum judicio liberali superavit, pretium servi acceperit.* 9. *De nuptiis & de datalibus instrumentis.* 10. *Si dominus servum apud acta filium suum nuncupaverit.* 11. *De instrumentis servitutis servo traditu, vel corruptis.* 12. *De jure antiquo Latinitatis, vel libertatis mentionem facientes, & de variis modis liberandi sublatis.* 13. *In quibus casibus hæc lex locum habeat.*

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm dediticii liberti jam sublati sint: ea propter imperfecta Latinorum libertas incertis vestigiis titubat, & quasi per satyram [21] inducta adhuc remanet, & non inutilis quidem pars ejus diminuitur: quod autem ex re ipsa rationabile est, hoc in jus perfectum deducitur. Cum enim *Latini* liberti ad similitudinem antiquæ Latinitatis, quæ in colonis [22] missa est, videntur esse introducti, ex qua nihil aliud Reipublicæ, nisi bellum accessit civile [23]: satis absurdum est, ipsa origine [24] rei sublata ejus imaginem deselinqui. Cum igitur multis modis & pene innumerabilibus Latinorum introducta est conditio [25], & Leges diversæ, & Senatusconsulta introducta sunt, [&] ex his difficultates maximæ emergebant tam ex lege Junia [26], quam ex Largiano [27] Senatusconsulto, necnon ex Edicto [28] divi Trajani, quorum quidem plenæ fuerant nostræ leges, non autem in rebus [29] [eorum] fuerat experimentum: studiosissimum [30] [nobis] visum est, hæc quidem omnia & Latinam libertatem resecare, certos autem modos eligere, ex quibus antea quidem Latina competebat libertas, in præsenti autem Romana defertur conditio, ut his præsenti lege enumeratis, & civibus Romanis nascentibus, cæteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, penitus conquiescant, & non Latinos pariant, sed pro nullis habeantur. Quis enim patiatur talem esse libertatem, ex qua ipso [31] tempore mottis in eandem personam simul & libertas & servitus concurrant: & qui quasi liber moratus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiam in servitutem? §. 1. Sancimus itaque, si quis *per epistolam* [32] servum suum in libertatem perducere maluerit, licere ei hoc facere quinque [33] testibus adhibitis, qui post ejus litteras, sive in subscriptione positas, sive per totum textum effusas, suas litteras supponentes, fidem perpetuam possint chartulæ præbere. Et si hoc fecerit, sive per se scribendo, sive per tabularium [34], libertas servo competat quasi ex imitatione codicilli delata: ita tamen, ut ipso patrono vivente, & libertatem, & civitatem Romanam habeat. §. 2. Sed & si quis *inter* [35] *amicos* libertatem dare servo suo maluerit: licebit ei similiter quinque testibus adhibitis suam explanare voluntatem: &, quod liberum [eum] esse voluerit, dicere: & hoc sive inter acta fuerit testificatus, sive testium voces attestationem sunt amplexæ, & literas tam publicarum personarum, quam testium habeant, simili modo servi ad civitatem Romanam perducantur, quasi ex codicillis similiter libertatem adipiscentes. §. 3. Sed scimus hoc etiam esse in antiqua Latinitate, ex Edicto [36] divi Claudii introductum, *quod si quis servum suum ægritudine* [37] *pericitantem* [it.] *sua domo publice ejecerit, neque ipse eum procurans, neque alii eum commendans, cum esset ei libera facultas, si non ipse ad ejus curam sufficeret, in Xenonem eum mittere, vel qui poterat modo eum adjuvare, hujusmodi servus in libertate Latina antea moriebatur: & quem ille moriendum antea dereliquit; ejus bona iterum, cum moreretur, accipiebat.* Talis itaque servus libertate necessaria, domino etiam nolente, se ipsa donatus, fiat illico [38] civis Romanus, nec aditus in jura patronatus quondam domino reservetur. Quem enim à sua domo suaque familia publice repulit, neque ipse eum procurans, neque alii commendans, neque eum in venerabilem Xenonem mittens, neque consueta ei præbens salaria, maneat ab eo ejusque substantia penitus segregatus tam in omni tempore vitæ liberti, quam cum moriatur, necnon postquam jam in fata sua concesserit. §. 4. Similique modo, si quis ancillam suam sub hac conditione alienaverit, *ne* [39] *prostituatur*, novus autem dominus impia mercatione eam prostituendam esse tentaverit, vel si priscinus dominus injectionem manus in tali alienatione [sibi] reservaverit, & cum ad eum fuerit reversa [ipse] ancillam prostituerit: illico in libertatem Romanam eripiatur: & qui eam prostituerit, ab omni jure patronatus repellatur. Qui enim ita [demum] degener & impius constitutus est, ut tamen exerceat mercationem, quomodo dignus est vel ancillam, vel libertam eam habere? §. 5. Sed & *qui domini funus pilea-*
ti [40] *antecedunt*, vel in *ipso lectulo* [41] *stantes cadaver ventilare videntur*, si hoc ex voluntate fiat vel testatoris, vel heredis: fiant [illico] cives Romani. Et ne quis vana liberalitate jactare se concedatur, ut populus quidem cum quasi humanum respiciat, multos pileatos [42] in funus procedentes adspiciens, omnibus autem deceptis maneant illi in priscina servitute, publico testimonio defraudati: fiant itaque & [hi cives] Romani: jure tamen patronatus patronis integro reservato. §. 6. Illo procul dubio observando, ut si quis sive in testamento, sive vindicta quendam

---

1 Cum libertas favore adspicere, & nil, ingenuum in ipsa cognoscatur nubi.

2 Ex ancilla potuit, nisi ingenuus, ne hic: ut & *l. 1. §. 3. ff. de stat.*

3 Libertatis favore pluralis numerus pro singulari, & è contra accipitur.

4 Vid. *l. 5. conf. Justinian. T. de test. jur. liber. l. 20. l. 179. ff. de regulis juris.*

5 Et ita sine manumissione heredis, *l. 7. cod.* quod alias exigebatur. *l. 4. in fin. l. 11. ff. eod.*

6 Propter nostram heredis, fideicommissaria libertas ita quasi directum mutatur: & ex fideicommissaria fit Orcinus libertus.

7 Voluntas defunctorum est differenda, præsertim cum de libertate agitur.

8 *Synop. Basil. lib. 13. cap. 3. & 4. Bare. tit. 5. 26.*

9 Si libertas fideicommissaria est relicta uni ex liberis ancillæ, quem elegerit heres, ille morietur, nulla facta electione, omnes ad libertatem perducentur.

10 Hoc est 12. decisio ex quinquaginta Justinianeis, vid. *Imperiale. Aut.*

11 Oratio de interpretatione certis fatis epistolæ continentibus universis. *Balt.*

12 Sua culpæ tenet contumacia.

13 *l. 26. in fin. ff. eod.*

14 Hæc est decisio 11. ex quinquaginta novis decisionibus Justinianei, vid. *Imperiale. Aut.*

15 Quoties res, quæ petitur, dari potest, inspicuum est eum ad æstimationem ejus condemnari. Aliquis sententia 4 Gallis differunt: *quod esse non debet. l. 28. ff. mandat. divid. vid. Bolard. in tract. de fide & officio judic. cap. 17.*

16 Stultus est judex qui cum res petitur, in æstimationem condemnat, si res posthuri possit & debeat.

---

17 Vid. § 4. *Inst. de usucap. libert. Cujac. l. 5. §. 11. & §. 12. & §. 2. Cujac. l. 21. l. §. 4. Nov. 78. §. 3. Imperiale. de lib. hac etiam pertinent l. 43. ff. de fid. lib. Wesenb. ff. tit. 12. §. 4. §. 5. §. 7. §. 8.*

18 Dediticii qui fuerint, vid. Cujac. *d. loc.* Ulpian. *l. 5. §. 11.* adde quæ scripsi ad *l. 7. §. 7. ff. de manumiss. Theophil. de libertinis in fin. Inst. l. 8. c. 4.* Testamentum facere eis non licebat. Cujac. *d. loc. §. 5. §. 14.* aut ex testamento capere, nullaque ratione ad civitatem priorem perduci. Cujac. *d. loc. §. 3.* heredes instituit. *Ulp. 22. §. 2.*

19 Latinus libertus quid, vid. *§. 10. Inst. de lib. §. 4. Inst. de succeff. libert. Ulp. 3. §. 5. Gaj. 1. §. 3. §. 4. Ulp. 20. §. 14. Cujac. l. 2. §. 3.*

20 Per satyram indefinitum effe, eft mentio facta & manifeste, hinc *Imperiale per satyram* dicere per *satyram* fimilitudinem inquirere, per *satyram* abrogare & derogare. Vellius in Sejanum: Per *satyram* aspera commendat. Salust. in Jugurtha: Per *satyram* edictum fuit. Liv. 1. apud Dionysium 3. 4. 7. Hinc per *satyram* collectum. *§. 1. conf. Et primi Constitutione ad antecessores.* sic apud authorem Constantino dicati, *Ὅχημα enim quasi per satyram confundendo sunt hone-*

---

ste tam. & Satyra lex, hæc multis aliis legibus vastata. *Festus de sign.* quæ non uno tenore multa simul comprehendit. 3. *Dionysius 7.* quæ de pluribus rebus simul loquitur. *Isid. 5. Etymol.* [illegible] *a variitate*, ut & *Satyra* cibi genus ex variis rebus conditum. *Hesych. d. loc.* Satyra genus fabulæ mistis multis rebus refertum. *Varro 2. Plautinarum quæstionum.* Satyra est una pasti & polenta & nuclei pinei mistio confecti. Satyra lanx quæ referta variis mulsisque primitiis in sacro apud priscos Dis infervitur, cujus generis lancium in Georgicis Virgilius meminit. v. 3. *Dionysius 7.* Varro in veteri tabula antea apud Appianum, *extra quam si quid in Satyra fecerit.*

21 Vide *Ulpian. §. 5. 4.*

22 Bellum civile fuit adversus Latinos, Hetruscos & Sabinos: cujus meminit *Florus abbreviator 71.* Appianus 1. *bell. civilis*; Florus 3. *cap. 18.* Plin. de viris illustribus, *cap. 63.* 75. Valer. 6. c. 2. Plin. 33. *cap. 1.* Eutrop. 5. *init. 1.* August. 3. *de civitate 17. & 28.* Orosius 5. *c. 18.* Plutarchus *in Sylla.* Solinus *cap. 2.* Euseb. *in lib. 5. de tempor.*

24 Origine subsista, non est cujus sit imago.

25 Latinorum conditio hæc erat, ut liberi vivebant, sociebantur ut servi, veluti cum spiritu libertatem exuentes, eorum enim bona à manumissoribus occupabantur, non jure hereditatis, quoniam nulla est servi hereditas, sed jure peculii; idque ex lege Julia Norbana. *Theophil. §. 4. Inst. de succeff. libert.*

26 Lex Norbana conditionem Latinorum prima reperit. *Theoph. §. 3. Inst. de libert.*

27 Dixi ad *Ulp. tit. 28.* adde *§. 4. Inst. de stat.*

---

ceff. libert. Porro senatusconsultum Largianum in Latini defuncti bonis extraneos manumissoris heredis, manumissoris filium præponebat, si nominatim nos erat à patre exheredatus. *d. §. 4.*

28 Hoc edicto cavebatur, ut si quis Latinus, invito aut inscio patrono, civitatem Romanam sibi petiisset: viveret quidem is, ut cives, & omnia ageret, quæ civium Romanorum essent, verum ut Latinus moreretur. *d. §. 4.*

29 Vid. *l. 2. T. com. de leg.*

30 Id est, utile, conducibile.

31 Liberi igitur vitam agebant, atque ipso ultimo spiritu libertatem amittebant, & quasi servorum bona, quasi jure peculii, manumissores destinebant. *§. 4. Inst. de succeff. libert. Salvian. 3. ad Eccles. Jugo Latinitatis additumus, quos fcil. jubent sub libertorum quidem titulo agere servientes, sed nomen quidquam habere moriendo, augato hoc ultimo spiritus arbitrio: etiam quæ superstites habent, moriendo donare non posse.* Hinc Salvianus. His contrarii erant manumissi *demersitii* (ex lege, decurio jactato manumissi) & Chartularii manumissi per epistolam. *Barbadius, Antistius res Langobard. tit. de manumiss.* vide *Cujac. 4. obs. 5.*

32 De manumisso per epistolam videndus est *Cujac 2. tit. 1. §. 3.* 33 Quemadmodum per epistolam quis manumittat. 34 Tabularii inter cæteros dabant operam licebatis manumissionibus, *ut hic.* 35 De manumisso inter amicos *Cujac d. loc.* adde *§. 1. Inst. de libert.*

36 *De quo* vid. *l. 2. ff. qui sine manumissore. & Institutiones.* 37 *Ægritudo. 22. cap. 12. Novell. 153. cap. 1. l. 4. §. 5. T. de bon. libert.* adde *l. 2. J. de infantib. expos. l. ult. ff. pro derelicto. l. 13. ff. de statu homin.* 38 Servus agar à domino expulsus, illico fit civis, *ut hic*: in judicio tamen relictus non fit. *l. 13. ff. de statu hominum.* 39 Vid. *l. 1. T. si mancip. ita vendit. ne prostituatur.*

40 Pileus, libertatis insigne, *ut hic*, & *J. ad. adde l. 20. T. de infans. manum.* mucis ejus servis, simul atque manumissi essent, demere capillos, & capiti calvo pileum imponere, ut ea quasi symbolo impeditarum servitutis viderentur effugisse, ut naufragio liberati dolent. *Homer.* Huc alludere Paul. *Act. 27. vers. 34.* videtur, in summo naufragio constitutus, *ἅπτειν δρῦς*, inquit, *τε τῆς κεφαλῆς ἀπώλεσε.* Juvenalis satyra 12. *gaudent libi cervice rasi Gallula securi navasse periculo nauta.* Plaut. *in Amphitruone, ut qui hodie vasa capite calvo capiam pileum.* Contra cona apud Spartianos libertatis erat insigne. *Aristoteles Rhetorum. 1.* ut apud Gallos ingenuitatis, unde Gallis comata, libera. Alii igitur putant, caput manumissis ad rasum, ut ea ratione significarent se mutatos, & quasi novos homines factos: id enim vel apud Athenienses fecisse Solida in *Independentia reipub.* Porro ad id quod de pileo dixi, referenda est hæc clausula Cuspidii testamento inserta: *Tutore pileum do.* Ita directo manumissi funus defuncti præsentes solebant, ut Appian. judicat *in Mithridate*, dum Prusiam Bithyniæ regem gestusse pileum refert, *ἐς τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπελευθέροις τῶν ἐν τοῖς συλλόγοις ἐπικρατούσαν.* Persius *5. Hac mera libertas, hoc nobis pilea donant*, & à Plauto *in Captivis*: & in Aurelii Victoris breviario dicuntur pilei manumissionis, id est, libertatis. Suetou. *in Tiberio* hinc *ad pileum vocare*, Liv. lib. 3. *decad. 3. & 10. & 4. decad. 8. & 9.* adde *Senec. 6. epist. 47.* adde *Livium 24. 26. 34. 45. 48.* De pileo hoc adjicere visum est, pileatos fervos veniam ire solitos. vide 7. *Gell. 4.* Porro an & quomodo pileati Romani alias diximus. Hoc etiam notandum est, videri manumissos solitos fuisse albas vestes sumere. Tertull. *de resurrect. carnis, si filium tuum libertate manumiseris, & vestibus albis mutare.* vid. *Cujac. 3. obs. 24.* adde *Antonium Castorium in Palpebrum cap. 1.* ubi de veteribus modo capite propalam incedentibus, sed manumissi quoque sumebant plerumque patrocinium nomina, ut author est Artemidorus *in Somniorum* dixi ad *l. 9. T. de liberali causa. De pileis pictis nos aliquando, Dion dante, in nostro ad hunc locum Commentario dicemus.* 41 Locti præsertubatur in funere. Tacitus, 16. *Tres igitur lectulis ad supremum ritumeri jubet.* Cicero 2. *de Legib. Mos lecti plures inferendi lege sanctum est.* adde *Balduum. lib. 4.* 42 Servi pileati cadaver domini antecedentes, vel in lecto cadaveris stantes liberi efficiuntur. *dixi superius.* & in Commentariis dicimus quoque plenius.

1 Non attendit testator voluntas testatoris Latinum favore gaudentis.

2 Jus publicum facilimento mutari non potest, ut hic, & l. 55. ff. de leg. 1. l. 5. §. 7. ff. de admin. tut. l. 42. ff. de oper. liber.

3 Si heres manumittit servum pendente conditione libertatis sibi relictæ, tenet libertas: sed cujus sit libertus eventus ostendit.

4 l. 3. §. 15. ff. de statulib.

5 Atqui nemo contra defuncti voluntatem manumittendus. l. 22. §. 1. ff. ad Trebellian.

6 Dixi ad Ulp. 2. §. 3.

7 Si pretium recipit dominus, ut servus in libertate moreretur, vel ut manumittatur, non fit libertus Latinus, sed libertus tantum.

8 Si dominus jungit ancillam libero, libera efficitur. adde Novell. 22. cap. 11.

9 Servus apud acta filius à domino nominatus, non fit quidem filius, sed liber. Inst. de adopt. in fin. & ibi Theophil.

10 Servitutis instrumento servo tradito, vel corrupto coram quibuscunque testibus servus fit liber.

11 Leges de Latina libertate abrogantur.

12 Hæc constitutio non pertinet ad libertos jam mortuos.

13 Paul. 4. sentent. 12. §. 2. Ulpian. 1. §. 18. §. 19.

14 Institutionibus, Cujac. hic.

15 De servo cum milite communi manumisso.

16 De servo communi à pagano manumisso.

17 Vid. Ulpian. d. loc.

18 Adde Paul. d. loc.

19 Cattiliur, Hal, vid. Cujac. 7. observ. 25. ubi de variis appellationibus Jurisconsultorum tractat.

20 Scripsit enim Ælius ad leges 12. tabul.

21 Vid. l. 2. ff. de commun. serv. alien.

22 l. 30. ff. de liberali causa.

23 Est & hæc Marcelli sententia in l. 16. ff. de SC. Silaniano.

24 Hæc est xl. viii. decisio ex quinquagesta novis Justiniani. vid. Inglesi. Anz.

25 Marcellus notas composuit ad Digesta Juliani.

26 Communes famuli, id est, paganorum famuli.

27 §. ult. Inst. de donat. l. 18. ff. de caduc.

28 Et ita pars socio non adcrescit, ut ultim. vid. Ulp. 22. §. 18. §. 19.

quendam manumiserit, licet [1] hoc dixerit vel scripserit, quod voluerit [eum] esse Latinum; supervacua adjectio Latinitatis aboleatur, [&] ita fiat civis Romanus; ne modi qui ab antiqua observatione in civitatem Romanam homines perducebant, per privatorum [2] voluntates diminui videantur. §. 7. Sed & si [3] conditione quidem libertatem servo suo reliquerit, & adhuc pendente conditione extraneus heres libertatem ei imposuerit: non ut antea Latinus, sed civis [4] fiat [5] Romanus. Et si quidem conditio defecerit, ipsius heredis qui libertatem imposuerit, maneat libertus. Sin autem fuerit adimpleta [conditio:] ne cripiatur liberis fortitan, & cognatis jus patronatus, Orcinus [6] libertus videatur, & ad eum jura patronatus perveniant, cui leges concedunt. §. 8. Illud etiam satis acerbum nobis visum est, quod putabat antiquitas, si in liberali judicio superatus fuerat servus à domino, deinde servi [7] pretium ab aliquo ei persolutum est, in Latinitate eum remorari: quemadmodum enim rationabile est, & pretio eum perfrui, & mortis liberti tempore denuo eum in servitutem deducere, cum non sint ambo casus sibi consentanei? Et in præsenti igitur casu libertas Romana ei accedat, jure patronatus minime ei subnixo: quia ipse quodammodo sibi libertus invenitur. §. 9. Sed & si quis homini libero suam ancillam [8], in matrimonium collocaverit, & dotem pro ea conscripserit: (quod solitum est in liberis personis solum procedere) ancilla non Latina, sed civis efficiatur Romana. Si enim hoc, quod frequentissime in cives Romanos, & maxime in nobiles personas fieri solet, id est, dotalis instrumenti consceptio, & in hac persona adhibita est, necessitatem est, consentaneum effectum hujus scripturæ observari.

In Authent. de nupt. §. si vero ab initio. & §. adscriptitio. coll. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 10. & 17.

AD hoc qui suam ancillam credenti tradidit in matrimonium tanquam liberam: sive confecerit dotalia instrumenta, sive non; aut sciens eam duci, tacuit ex studio: dominium ejus amisit, eaque ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de servo. Si vero nec domini voluntas, nec taciturnitas studiosa intervenisset, & quæ credidit liberæ sè jungi personæ, illa vero famulo existere declaratur: ipsa jure matrimonium non tenet. Adscriptitio autem alieno nubere liberam non licet ignorante, vel sciente, nec consentiente domino: immo datur licentia domino per se, vel per Præsidem abstrahere adscriptitium suum, & plagis vacabentem eum castigare.

§. 10. Similique modo si dominus inter acta quendam servum filium suum nominaverit [9], voci ejus quantum ad libertatem conditionem, credendum est: si enim ipse tali affectione fuerit accensus, ut etiam filium suum servum nominare non indignetur; & hoc non secreto, neque inter solos amicos, sed etiam actis intervenientibus, & quasi in judicii figura nominaverit, quomodo potest eum servum iterum salrem morientem habere? sed perducatur & ipse in civitatem Romanam, vera libertate, & non falso sermone domini sui sustentatus.

§. 11. Illic autem novissimus antiquæ Latinitatis modus in civitatem Romanam translatus eligendus est, si quis instrumenta [10], ex quibus servus ostendebatur, vel dederit servo, vel corrupetit. Sed ne furandi occasio servis fortitan detur, & sua malignitate in libertatem perveniant: talis modus certa, & indubitata probatione manifestetur, ut testibus præsentibus non minus quinque dominus instrumenta, vel det famulo suo, vel deleat, aut alio modo corrumpat. Ex eo igitur modo civitatem Romanam ei competere censemus, salvo jure patronatus, tam in hac specie, quam in cæteris: nisi ubi specialiter hoc patronis denegavimus. §. 12. His tantummodo casibus ex omni jure Latinitatis antiquæ electis, cæteri [11] omnes modi, qui in libris prudentium, vel constitutionibus enumerati sunt, penitus conquiescant: nec Latini ab eis procedant, sed maneant (ut dictum est) servi in sua conditione, nec tali remedio abuti concedantur: & ne in posterum aliquod jus Latinæ libertatis nostris legibus incurrat, lex Junia taceat, Largiano Senatusconsulto cessante, fileat Edictum divi Trajani, quod [ex] ea sequebatur, & si qua alia lex, vel Senatusconsultum, vel etiam Constitutio loquitur de Latinis: ea inefficax, quantum ad earn partem, remaneat, & triplex antea via libertatis, quæ multiplices introducebat ambages, uno directo tramite dirat ambulare. Quod si aliqua lex vel constitutio libertatis faciat mentionem, non autem Latinitatis: ea pro civitate Romana loqui intelligatur. §. 13. Sed si quidam liberti jam mortui [12] sunt, & bona eorum quasi Latinorum his quorum intererat, aggregata sunt, vel adhuc vivunt, nihil ex hac lege innoveur: sed maneant apud eos jure antiquo firmiter detenta, & vindicanda. In futuris autem libertis præsens constitutio locum sibi vindicet. Dat. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii & Orestis iv. Conss.

T I T. VII.

DE COMMUNI [13] SERVO MANUMISSO.

1. Imp. Justinianus A. Juliano P.P.

IN communes servos, eorumque libertates, & quando cuidam domino pars libertatem impenentis accrescit, necne, & maxime inter milites qui hujusmodi imponunt libertates, ambiguitas multa exorta est apud veteres juris authores: & inventa est constitutio apud Martianum in constitutionibus [14] divi Severi, per quam idem Imperator disposuit necessitatem [15] imponi heredibus militis comparare partem socii, & servum libertate donare. Sed & alia constitutio [divorum] Severi, & Antonini principum reperta est, ex qua generaliter necessitas [16] imponebatur socio partem suam socio vendere, quatenus libertas servo imponatur: licet nihil lucri ex substantia socii morientis alii socio accedat, pretio videlicet arbitrio Prætoris constituendo, secundum ea quæ [& Ulpianus [17] lib. VI. fideicommissorum, & Paulus lib. III. [18] fideicommissorum refert: Ubi & hoc relatum est quod & Sextus Ælius [19] juris antiqui conditor [20] definivit, socium per Prætorem compelli [21], suam partem vendere, quatenus liber servus efficiatur, quod & Marcellus apud Julianum [22] in ejus Digestis [23] notat [24]: hocque Marcellum, cum Julianum notaret, retulisse palam est. §. 1. His itaque apud veteres juris auctores inventis, decidentes [25] tales altercationes, generaliter sancimus, ut nulla inducatur differentia militis seu privati in servis communibus: sed in omnibus communibus [26] famulis, sive inter vivos, sive in ultima dispositione libertatem quis legitimam imponere communi servo voluerit, hoc faciat: necessitatem [27] habente socio vendere [28] partem suam quantam in servo possidet, sive dimidiam, sive tertiam, sive quantamcunque. Et si plures sint socii, uno ex his libertatem imponente, alios omnes necessitatem habere partes suas quas in servo possident, vendere [29] ipsi qui libertatem servo imponere desiderat, vel heredi ejus: licet & ipse communis servus heres institutus sit, & hoc moriturus dixerit: ita tamen, ut omnimodo ipse qui partes alias comparaverit, vel heredes ejus libertatem imponant. §. 2. Sin autem socius vel socii recusaverint pretium accipere: licentiam ei damus offerre hoc per publicas personas, & sigillo impresso in [30] ædem sacram deponere, & sic habere facultatem servum libertate donare, & eum habere plenissimam libertatem, & civitate Romana perfrui, & nullum timere ex sociis: sibimet enim imputent, si cum liceret [eis] lucrari pretium, hoc accipere distulerunt. §. 3. Sed ne circa peculium servi aliqua fiat dubitatio: peculium ejus in omnes socios pervenire jubemus ex partibus, pro quibus quisque dominium servi possidet. Licentia [31] concedenda ei, qui libertatem motiens imponit, etiam ejus peculium, quod ei attingit, liberto concedere. Jura autem patronatus proculdubio pro suo ordine ad eum venire, qui libertatem donavit. §. 4. Sin autem servus ratiociniis suppositus est: ne ratiocinia pereant, vel libertas impediatur, Præsidem Provinciæ, vel competentem judicem tempus statuere [oportet] intra quod debeat ratiociniis antea factis, & debitis, quæ ex his apparuerint, redditis, ita ad libertatem venire.

§. 5. Ne autem quantitas [32] servilis pretii sit incerta, sed manifesta: sancimus servi pretium, sive ancillæ, si nulla ante sunt imbuti, viginti solidis taxari: his videlicet, qui usque ad decimum annum suæ venerint ætatis, in decem [33] tantummodo solidis ponendis. †. Sin autem aliqua ante [34] præditi sunt, exceptis Notariis, & Medicis, usque ad triginta solidos pretium eorum redigi, sive in masculis, sive in fœminis. †. Sin autem notarius sit, vel medicus, sive masculus sive fœmina [35]: notarius [36] quidem usque ad quinquaginta, medicus [37] autem usque ad sexaginta taxetur. †. Sin vero eunuchi [38] sint servi communes, majores decem annis: siquidem sine arte sint, in quinquaginta solidos computentur, si autem artifices, usque ad septuaginta. Minores etenim decem annis eunuchos non amplius triginta solidis æstimari volumus, & eorum partem comperentem socii accipent, & libertatem eis per competentes Judices imponere compellentur. §. 6. Sin autem uno ex sociis libertatem, sive imponere, sive relinquere servo cupiente, & pretium dante, alter, vel alteri ex his ipsi se velle dixerint libertatem imponere, & pretium dare, melior quidem causa erit ejus, qui primus ad hanc rationem pietatis [39] pervenit. Si tamen sub obtentu libertatis, & ipsi ad hoc profiluerunt, tunc judicem competentem omnes compellere sine pretio ei libertatem imponere: peculio quidem in omnes secundum partem dominii distribuendo: jura autem patronatus secundum sui naturam omnibus, qui libertatem imposuerint, æqualiter habentibus. §. 7. Jus autem accrescendi [40], quod antiqua jura in communibus servis manumittendis introducebant, nullius esse momenti, nec in posterum frequentari penitus concedimus. Dat. Kal. April. Lampadio, & Orestе iv. CC. Conss. 530.

Si alter ex dominis partem, quam habet in servo, ipsi legavit, dicitur ex benigna interpretatione libertatem reliquisse. Salic.

11. Idem A. Juliano P.P.

CUm apud omnes jurisperitos hoc placitum est, ut servus communis apud unumquemque dominum partim sit proprius [41], partim alienus, ut ex hac causa possit & ipse legato honorari, & ipse legari, hujusmodi incidit quæstio: Duo, vel plures domini communem servum habebant, sed unus ex his ipsi servo suam partem, quam in eo habebat, legavit. Et semel accepta dubitationis occasione, hoc vetustas in magnum extulit certamen. Nos igitur sensum hujus legati crebra indagatione aggredientes, duplicem eum esse opinamur: aut enim putavit testator liberum fieri posse ex parte servum, qui hujusmodi legatum ei reliquit: aut, si hoc minime cogitavit, affectus socii fecit, ut ei acquireatur: heredes autem suos eundem servum possidere minime voluit: ut sit manifestum à suo patrimonio pentus esse eum alienatum. In tali itaque comparatione nos, qui fautores [42] libertatis sumus, sic ambiguam testatoris interpretamur [43] voluntatem, tanquam si voluerit cum libertate in sua parte donare. Et cum jam de communibus servis manumittendis statuimus, quid in hujusmodi casibus fieri oporteat: ex illius sanctionis tenore, & hujusmodi species sit definita. Fiat itaque liber ex parte quidem testatoris, secundum [ejus] voluntatem: ex altera autem parte, ex nostra definitione, pretio [44] secundum prædictæ [45] constitutionis tenorem, [vel socio,] vel socius ab hærede præstando, vel si accipere noluerint, tam [eam] offerendo [46], quam consignando, & periculo [47] eorum deponendo: cum satis abundeque imperiale [48] est, humaniorem sententiam pro durioribus sequi.

T I T. VIII.

DE SERVO PIGNORI [49] DATO MANUMISSO.

Maritus dotis dominus servum dotalem manumittit, sed non invita uxore, cui specialiter pignori dedit. Salic.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Proculo.

LIcet dotale mancipium vir, qui solvendo est, possit manumittere: tamen si te pignori [50] quoque datum mulieri apparuerit, invita ea non posse libertatem adsequi, non ambigitur.

Tacita bonorum obligatio, etiam fisci, non impedit libertatem servi, nisi fraus, & eventus intervenerit. Salic.

11. Idem AA. Absconto.

LIbertas à debitore fisci [51] servo data, qui pignori non est ex conventione speciali [52], sed tantum privilegio fisci obliga-

1 Inviti non unusquisque eorum res meliorat vendere. vid. quæ scripsi ad l. 1. tit. 69. l. 2. tit. 176. ff. de reg. jur.

2 Derogatur rei, ut fingatur in actore aperte fraudandæ: cujus rei extat exemplum apud Plautum in Aululario, editore Acursio, apud eundem vero Horatium refert in Marco, fuit Cassimodo templum Pacis artifex, in quo multa privatorum deposita combusta. Idem Hannibalymus fecisse fertur. 2. Machab. 3.

3 Alias pendente conditione nihil agitur, non debetur. l. 13. de pactis. vid. ff. de oper. serv. §. 20. vers. peculium. Inst. de legatis.

4 De servorum pretiis legitimis, adde Synops. Basil. 5. tit. 9. 55. 48. tit. 14. cap. 4. & 5. Nov. 18. §. 15.

5 Æstimatio hæc vulgaris servi fuit. l. 3. §. ult. de leg. 1. 4. ff. de lib. legat. l. 31. §. 2. de minorib. l. 8. §. 12. in legatis, l. 47. ff. de manum. vindict. l. ult. ff. de mod. instit. l. 37. §. 3. ff. de donat. l. 28. in fin. ff. mandati. ita adjiciendum, bona fide duobus etiam solidis ancillam emi posse. l. 74. ff. de furtis.

6 Servorum æstimatum pretium.

7 Fœminæ medicinam exercuerunt.

8 Servi notati pretium. adde l. 2. ff. commun. de legat.

9 Servi notati pretium vide d. leg. 3. Hinc millenus, centenus medicinam per servos exercuisse. ut hic. & l. 3. ff. comm. de legat. l. 25. §. 1. ff. de oper. libert. Festus Pompeius, Quintus Mucius, 7. Gellius. 2. Plaut. 3. de beneficiis 14. Cicero pro Deiotaro. Varro 1. de re rustica 16. Columella de arboribus. ut & per libertum. l. 25. §. 1. l. 26. ff. de operis libert. l. 42. §. 1. ff. de fideicommiss. libert. Fabius Julius Cæsar Medicinæ professione civitate donatus, teste Eutropio 42. & Julio Augusto valetudine restituta ope liberti Musæ (qui & jus aureorum annulorum impetravit) pecuniis cum bonis aliis clarissimi quondam ædinodum etiam patres ideo fuisse non ante colligo, juxta figuras Æsculapii fictas erant.

10 Servitutis instrumento servo tradito, vel corrupto coram quibuscunque testibus servus fit liber.

11 Leges de Latina libertate abrogantur.

12 Hæc constitutio non pertinet ad libertos jam mortuos.

13 Paul. 4. sentent. 12. §. 2. Ulpian. 1. §. 18. §. 19.

14 Institutionibus, Cujac. hic.

15 De servo cum milite communi manumisso.

16 De servo communi à pagano manumisso.

17 Vid. Ulpian. d. loc.

18 Adde Paul. d. loc.

19 Cattiliur, Hal, vid. Cujac. 7. observ. 25. ubi de variis appellationibus Jurisconsultorum tractat.

20 Scripsit enim Ælius ad leges 12. tabul.

21 Vid. l. 2. ff. de commun. serv. alien.

22 l. 30. ff. de liberali causa.

23 Est & hæc Marcelli sententia in l. 16. ff. de SC. Silaniano.

24 Hæc est xl. viii. decisio ex quinquagesta novis Justiniani. vid. Inglesi. Anz.

25 Marcellus notas composuit ad Digesta Juliani.

26 Communes famuli, id est, paganorum famuli.

27 §. ult. Inst. de donat. l. 18. ff. de caduc.

28 Et ita pars socio non adcrescit, ut ultim. vid. Ulp. 22. §. 18. §. 19.

29 Inviti non unusquisque eorum res meliorat vendere. vid. quæ scripsi ad l. 1. tit. 69. l. 2. tit. 176. ff. de reg. jur.

30 Deponebatur res, ut fingatur, in ædem sacram deponi cerdatæ: cujus rei extat exemplum apud Plautum in Aululario, editore Acursio, apud eundem vero Horatium refert in Marco, fuit Cassimodo templum Pacis artifex, in quo multa privatorum deposita combusta. Idem Hannibalymus fecisse fertur. 2. Machab. 3.

31 Alias pendente conditione nihil agitur, non debetur. l. 13. de pactis. vid. ff. de oper. serv. §. 20. vers. peculium. Inst. de legatis.

32 De servorum pretiis legitimis, adde Synops. Basil. 5. tit. 9. 55. 48. tit. 14. cap. 4. & 5. Nov. 18. §. 15.

33 Æstimatio hæc vulgaris servi fuit. l. 3. §. ult. de leg. 1. 4. ff. de lib. legat. l. 31. §. 2. de minorib. l. 8. §. 12. in legatis, l. 47. ff. de manum. vindict. l. ult. ff. de mod. instit. l. 37. §. 3. ff. de donat. l. 28. in fin. ff. mandati. ita adjiciendum, bona fide duobus etiam solidis ancillam emi posse. l. 74. ff. de furtis.

34 Servorum æstimatum pretium.

35 Fœminæ medicinam exercuerunt.

36 Servi notati pretium. adde l. 2. ff. commun. de legat.

37 Servi notati pretium vide d. leg. 3. Hinc millenus, centenus medicinam per servos exercuisse. ut hic. & l. 3. ff. comm. de legat. l. 25. §. 1. ff. de oper. libert. Festus Pompeius, Quintus Mucius, 7. Gellius. 2. Plaut. 3. de beneficiis 14. Cicero pro Deiotaro. Varro 1. de re rustica 16. Columella de arboribus. ut & per libertum. l. 25. §. 1. l. 26. ff. de operis libert. l. 42. §. 1. ff. de fideicommiss. libert. Fabius Julius Cæsar Medicinæ professione civitate donatus, teste Eutropio 42. & Julio Augusto valetudine restituta ope liberti Musæ (qui & jus aureorum annulorum impetravit) pecuniis cum bonis aliis clarissimi quondam ædinodum etiam patres ideo fuisse non ante colligo, juxta figuras Æsculapii fictas erant.

40 l. 3. §. ult. ff. de manumiss. l. 4. l. 27. §. 1. ff. qui & à quib. manumiss.

50 Marito fundum dotalem invita uxore manumittere posse, si tamen de ea solvendo sit, manumittere tamen fundum dotalem maritus non potest, si eum specialiter pignori uxori dedit. ut ibi. leg. 11. ff. de manumiss. adde l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tut.

tasse Justus. adde 19. Plin. 8. & 15. 6. 7. & 29. cap. 1.) universo Medicorum ordini immunitatem civilium munerum dedit. Dion. 53. Hujusmodi pœnæ immunitas Medicis Vespasiani, Hadriani & aliorum imperatorum reseripta conservata fuit. l. ult. §. 30. ff. de muneris. l. 3. §. de professis. & medicis. ubi dixi de immunitate medicis concessa. 38 Servi Eunuchi pretium. vide d. l. 3.

39 Causa libertatis inter pias causas numeratur. his adde quæ de libertate dixi d. l. 20. ff. de reg. jur. 40 Abrogatur, Ulpian. 1. §. 18. §. 19. 41 Res communis dicitur, propria pro parte. vide l. 5. in fin. ff. de leg. 1. 42 Principes libertatis fautores. 43 Principa voluntatem defuncti posse interpretari. vide Mantic. 3. de conjecturis ultimarum voluntatum 1. num. 31. quo vide l. 1. T. end. 44 Id est, d. l. 1. 46 De oblatione & consignatione alias dixi.

47 Depositum periculo creditoris. 48 Imperio dignum, humaniorem sententiam pro duriore sequi.

remiss. pignor. 51 d. l. 3. d. l. 4. d. §. 1. 52 Tacita bonorum obligatio, etiam fisci non impedit libertatem servi, nisi fraus intervenerit. l. 11. ff. qui & à quibus manumiss.

tus, non aliter infirmatur, quam si hoc fraudis consilio effectum detegatur.

Etsi expressa generalis obligatio homines non impedit servum manumitti. Salic.

III. Iidem AA. Antonio.

A[1] eo, qui bona sua pignori obligavit, quæ[2] *habet, quæcunque habiturus esset*, posse servis[3] libertatem dari certum est. Non[4] idem juris est in his servis, qui pignoris jure specialiter[5] traditi, vel obligati sunt.

Consentiente creditore, debitor jure manumittit servum, quem specialiter pignori dedit. Salic.

IV. Imp. Alexand. A. Sabiniano.

SI (ut proponis) consentiente[6] creditore cui pignoris jure cum aliis mancipiis obligatus fuisti, à debitore manumissus es: potuisti ad libertatem pervenire. P.P. VI. Id. Maji, Alexandro A. Cons. 223.

Satisfactis creditorum confirmat libertates manumissorum: nec fraus propria à debitore allegata ei patrocinatur. Salic.

V. Idem A. Extritatiano.

SI creditoribus satisfactum[7] fuerit: ancillæ, quæ pignori obligatæ à debitore manumissæ erant, liberæ fiunt, nam ipse manumissor si fraudem se feciſſe creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere, audiri[8] non debet, nec heredes ejus.

Servi empti à tutore de pecunia pupilli, intelliguntur ei specialiter obligati. Bald.

VI. Idem A. Auctioni.

SI tutor tuus de[9] pecunia tua servos emptos manumisit: quoniam hujusmodi servi, sicut cæteræ res pupillaribus pecuniis emptæ, jure[10] pignoris ex constitutione[11] divorum parentum meorum obligati sunt, favore pupillorum liberi facti non sunt.

Servi dotales, sive empti de pecunia dotali, possunt à marito jure manumitti. Salic.

VII. Imp. Gordianus A. Julianæ.

SIve cum nupsisses, mancipia in dotem dedisti, sive post datam dotem de[12] pecunia dotis maritus tuus quædam comparavit: justis rationibus dominia eorum ad eum pervenerunt: ideoque frustra quæstionem super statu manumissorum conaris inferre: qui ejus[13] facti, qui comparavit, vel in[14] dotem accepit, ab eo jure potuerunt manumitti.

Servi dotales, sive empti de pecunia dotali, possunt à marito jure manumitti. Salic.

VII. Imp. Gordianus A. Julianæ.

SIve cum nupsisses, mancipia in dotem dedisti, sive post datam dotem de[12] pecunia dotis maritus tuus quædam comparavit: justis rationibus dominia eorum ad eum pervenerunt: ideoque frustra quæstionem super statu manumissorum conaris inferre: qui ejus[13] facti, qui comparavit, vel in[14] dotem accepit, ab eo jure potuerunt manumitti.

TIT. IX.

DE SERVIS REIPUBLICÆ[15] MANUMITTENDIS.

Servum civitatis potest manumitti ab ordine, decreto præsidis intervenientе. Salic.

I. Imp. Gordianus A. Epigono.

SI ita ut lege[16] municipali, constitutionibusque Principum comprehenditur, cum servus publicus esses, ab ordine[17] (consentiente[18] etiam Præside Provinciæ) manumissus es: non ex eo quod is quem dederas vicarium[19], in fugam se convertit, jugo servitutis quod manumissione evasisti, iterato cogeris succedere.

Manumissus solemniter à civitate, potest matrimonium contrahere. Salic.

II. Idem A. Hadrianæ.

SI decretum[20] ordinis auctoritas Rectoris Provinciæ comprobavit: quo is libertatem acceperat, cui postea fueras (ut proponis) matrimonio copulata: natam ex hujusmodi matrimonio, & civem Romanam esse, & in[21] patris potestate, non est opinionis incertæ.

III. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. & CC. Philadelpho.

TItulis[22] non præcedentibus quibus dominia servorum quæri solent, municipum libertus servus non efficitur. Si itaque secundum legem Vectibulici[23] (cujus [legis] potestatem senatusconsulto Jubentio Celso iterum, & Neratio Marcello[24] consulibus[25] facto, ad[26] Provincias portectam constitit) manumissus, civitatem Romanam consecutus es: post vero ut libertus tabularium[27] administrando, libertatem quam fueras consecutus, non amisisti[28]: nec actus tuus filio ex liberis ingenuo susceptо, quominus decurio esse possit, obfuit.

[1] Diri ad XII. D. III. Servi reipublicæ, servi populi Romani, vel alterius civitatis. *L. penult. ff. de tabellio.* ad id deponi erant, ut testimonia tabulario civitatis. Per eosdem servos publicos plerumque tiphalsarii. *L. 3. ff. de publicis. revers. l. 18. ff. de adopt. l. 2. ff. com pupill.*

[2] Forma manumittendi servos publicos in provincia cuius fuit hujus municipibus.

[3] Id est, decretis urbium. *l. 2. ff. ed. l. 1. in fine ff. de servitus.*

[4] Tria concurrebant in manumissione servi publici, decretum ordinis. T. ad. consensus præsidis, ut fit: vicarii substitutio. *ff. ad.*

[5] Dixi T.

[6] *l. 1. T. ad. l. 39. §. 3. de pignor. pactis.*

[7] *l. 6. ff. de negot. gestis. annal.* [23] *Vectii Lubici, Cantius: Vectii Libici Cujac. hic.* fuit Vectiorum familia Romæ. Ita *Vectium Rufinum* legimus, *l. 1. T. de bon. materu.* & Vectium Atticum, & Vectium Valentem, & Vectium Priscum, & Vectium Chilonem (cujus nomen Lipsius apud Tacitum 1. historiarum declarat) & alium in oratione pro M. Cælio: & l. Vectium qui detexit conjurationem Catilinæ apud Dionem: Antonius tamen Augustinus legit, *Vestibulitium*, putatque ea lege concessum municipiis quæ in Italia erant, ut servos suos publicos possent manumittere: idque jus postea portectum & ad provincias, & ad collegia constitutione D. Marci. Sed ut hereditates libertorum & extraneorum capere ex testamento atque ab intestato recta via non per fideicommissum municipes possent, senatusconsulto Aproniano & aliis opus fuit. *l. unic. ff. de libertis universis. l. penultim. ff. ad Trebell. l. hereditates. 12. T. de hered. instit.* [24] Familiæ is fuit Marcellorum, & Marcellus atque Jurisconsultum fratrem habuit. *l. 12. §. 43. ff. de instruct.*

[8] Justinianus Celsus & Neratius Marcellus Jurisconsulti insignes fuerunt, & Consules sub Hadriano. [26] Leges urbanæ plerumque extenduntur ad provincias & municipia, ut lex Vettii Libici hac constitutione, qua servi reipublicæ manumissi, cives fiunt. Ita lex Attilia de tutoribus dandis in urbe ex lege Julia & Titia ad provincias porrecta. *Institutum. de Attilianа tutore.* & lex Julia de taffone bonorum. *l. 4. T. qui bonis cedere.* & lex Fannia ex lege Didia porrecta est in totam Italiam auctore Macrobio 3. Saturnaliorum 17. [27] Tabularia, munus tabularii civitatis, hoc inunde, servos publicos semel manumissos, ob id in servitutem publicam non deduci, quod ea spontе tabulario civitatis servierint, vel alium actum pro civitate gesserint: nullo alio titulo servitutis præcedente. [28] Ratio dubitandi fuit, quod tabulariæ administratio videatur actus servilis. Vide *l. penult. T. de tabulariis.* sed tamen hic satis offenditur, liberum hominem tabularium ultro posse gerere salva libertate. Id etiam confirmat Livius 43. *hic ubi consules signatis tabellis publicis, absoluto tabulario & dimisso servio publicis, negarunt se quidquam publici negotii gessuros.* Sed & actis eos interesse Capitolinus indicat in Gordiano.

TIT. X.

DE HIS, QUI A NON[29] DOMINO MANUMISSI SUNT.

Scientes manumittens servum alienum, ut proprium, tenetur domino hoc eligenti ad pretium. Salic.

I. Imp. Antoninus A. Cornelio.

EUm, qui servos alienos, ac[30] si suos manumittit, ut[31] pretium eorum dominis, si hoc elegerint[32], dependat, [vel] quanti[33] sua interest[34], sæpe rescriptum est teneri. P.P. Kal. Mart. Antonino A. & Balbino Conss. 224.

Si procurator emit sibi servos, antequam tradat domino, potest manumittere illos. Salic.

II. Imp. Alexand. A. Mercuriali.

FEliciſſima, quam mandasse[35] te servum emisse dicis; si dominium servi, quem manumisit, nondum[36] ad te transtulerat: frustra petis, ut denegata libertate ejus, quem manumissum dicis, possessio tibi tradatur.

Non venditione hereditatis, sed traditione rerum transfertur dominium. Salic. & Bald.

III. Idem A. Pompejo.

QUi tibi hereditatem vendidit, antequam[37] res hereditarias traderet[38], dominus earum perseveravit: & ideo[39] manumittendo libertatem servo hereditario præstitit. P.P. VI. Kal. August. Agricola, & Clem. Conss. 231.

Tenens servum precario, non manumittit. Salic.

IV. Impp. Valer. & Gallien. AA. Zoilo.

SI non proprietatem donaveras, sed ministerium[40] ancillæ dederas: libertatem mancipio dando, ea quæ precarium usum habebat, dominio tuo nihil[41] præjudicavit. Nemo enim alienum servum, quamvis ut proprium manumittat, ad libertatem perducere potest.

V. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. & CC. Marcellinæ.

SI tradita sunt ex donatione[42] mancipia, jus manumittendi donatrix non habuit.

Filius, qui per se non potest manumittere, nec patri potest consentire. Salic.

VI. Iidem AA. & CC. Milino, & aliis.

SI pater servum vestrum[43] licet vobis minoribus viginti[44] annis consentientibus manumisit: ei libertatem præstare non potuit.

Libertas præstita servo alieno cum judicis, vel Principis decreto non præjudicat domino vero. Salic.

VII. Imp. Constantinus A. ad Bassum P.P.

SI[45] à non dominis libertas detur mancipio alieno: siquidem ab his judicibus impetrabitur, quibus dandi[46] jus est: sine ulla trepidatione pœnæ facilis dissolutio est. Si vero jubentibus nobis, quioquam lege[47] actum esse docebitur, & non dominus, ut alienum mancipium manumitteretur, petisse [probetur:] tunc eodem, qui in conspectu[48] nostro libertatem monstrabitur [à non domino] consecutus, ei protinus, ad cujus proprietatem pertinet, restituto: is, qui mancipium alienum fallendo[49] Principis conscientiam manumisit, mancipia duo cogatur eidem ejus dare, ejusdem sexus, ætatis, atque artis, [cujus] constiterit esse manumissum, & alia tria [fisco] eadem ratione similia. Quæ mulcta non semper imponitur, sed potius conquiciit, si forte manumissus inferentem sibi quæstionem status, objecta legitima præscriptione[50] potuerit excludere: cum sibi amissi mancipii damna debeat imputare [is,] qui in perniciem suam gesta taciturnitate[51] firmavit. P.P. Id. Jul. Constantino A. v. & Licinio CC. Conss. 319.

[29] IV. C. Th. 9. *tit. 11. T. de jure Aureorum.*

[30] *l. 31. in fin. ff. de ædilitio. edict.*

[31] Cassiodorus libertas servo adhuc colluta, si dominus contentus fit pretio servi.

[32] Dixi ad XII. D. 12. 1. *Instit. 6.*

[33] *§. 3. Instit. quibus ex caus. manumitt.*

[34] Idem est rei pretium & id quod interest, ut Tiraqueau hic notat apud Cujacium 9. *obs. 32.*

[35] Procurator servos à se emptos domini mandato, antequam eos mandanti tradiderit, potest manumittere.

[36] *l. 3. T. eodem. vid. l. 8. T. de act. empt.*

[37] Vid. *l. 2. T. ead. l. 11. T. de act. empt. l. 2. T. de manicip. & colon.*

[38] Non venditione, sed traditione dominium transfertur. *l. 20. T. de pact.*

[39] *leg. 18. ff. de manum.*

[40] Id est, usum precarium. *T. eod.* Solet, fructuarius lautiliter servum manumittit. *l. 9. T. de usufruct. & quemadmod.*

[41] *l. 5. ff. pro donat.*

[42] Et quidem extraneis.

[43] Hic ratio dubitandi sumitur ex lege Ælia Sentia. vid. 48. *Reiz.* 1. *c.* 16.

[44] *l. un. C. Th.*

[45] Manumissionem apud judicem factam à non domino revocare veterus dominus potest: nulla pœna mulctando eo qui manumisit, *ut hic in prine.* Quid si apud Principem quis alienum servum manumisit? servum ita manumissum verus dominus in servitutem potest revocare: sed & qui ita manumisit, vero domino duo alia mancipia præstare cogitur, ætate, sexu, indole atque arte similia, eosque amplius fil. *Basil. 48. tit. 25. c. 7.* [46] Vid. *l. ult. T. de manumiss. vindict.*

[47] Hinc legis actio. [48] Principis conspectus delictum auget. *l. 36. §. 6. ff. de pœnis.*

[49] Decretum obreptitium non valet. [50] Obreptitia manumissio præscribi potest.

[51] Redimendi jus præscribi posse hinc colliguet. *vid. Rotundum à Valle 1. Consil. 21. num. 8.*

TIT. XI.

QUI MANUMITTERE NON[52] POSSUNT, ET NE IN FRAUDEM[53] CREDITORUM MANUMITTATUR.

Creditor intelligitur etiam, cui ex ultima voluntate ad libertatem præstandam debetur. Salic.

I. Imp. Alexand. A. Antiocho.

CErvum[54] jus est, non alias directas libertates per legem Æliam Sentiam[55], quæ sunt in fraudem creditorum manumissorum [datæ] revocari[56], *nisi & consilium*[57] *fraudis, hoc est animus manumittentis, & eventus damnii suum recipere volentium sequatur.* †. Inter[58] creditores autem etiam eos numerandos esse, quibus fideicommissum debetur, olim placuit. P.P. III. Id. Novemb. Maximo, & Æliano Conss. 224.

Servus etiam per interpositam personam servum peculiarem non manumittit. Salic.

II. Idem A. Nataliano.

SErvos meos, nec per interpositam[59] personam ad libertatem perducere homines peculii sui[60] posse, [61] mandaris [Principum] comprehenditur.

III. Idem A. Justinæ.

DIvo Marco[62] auctore amplissimus ordo censuit, *ne quis*[63] *in spectaculo*, [64] *quod ædatur, actorem*[65] *suum, alienumve servum manumitteret: & si factum esset, pro infecto haberetur.*

Minor annis viginti non potest tradere servum ad manumittendum. Salic.

IV. Idem A. Felicissimo.

SI minor[66] annis viginti ad libertatem præstandam homines[67] tradidisti[68]: senatusconsulto[69], quod gestum est, irritum constituitur.

In Authent. ut sponsi. larg. §. & hoc quoque col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 2.

SEd hodie ex[70] *quo testari possunt, & libertates possunt relinquere, antiqua lege cessante.*

In

[52] Dixi ad XII. D. 12. 1. *Instit. 6.*

[53] *§. 3. Instit. quibus ex caus. manumitt.*

[54] Libertates in fraudem creditorum datæ revocantur. *Synops. Basil. 48. tit. 26. ex tit. 7. c. 34.*

[55] Vid. *Cujac. 8. obs. 25.*

[56] Ipso jure.

[57] *l. 23. ff. qui & à quib. manumiss.*

[58] *l. 27. versic. ex omni. ff. qui & à quib. manumiss.*

[59] Puta imaginarium emptorem, *l. 13. ff. de jure patr.*

[60] Vicarios fuos.

[61] Quam eorum quasi domini sint. *l. 17. ff. de peculio.* videbatur etiam hoc quasi præcipuum concedi servis principum, ut & de peculio suo testarentur. Ifidem Leo Nov. 38. dedit testamenti factionem.

[62] Idem D. Adriano placuit: Namque in regante populo, ut quondam Augusto Cæsare manumitteret, per tabulam respondit, à se id peti non debere, ut alienum servum liberaret, vel ut dominum coëgeret manumittere: idque Dio scribit *in Adriano.* sed hujus ita definiendæ rei primus auctor D. Marcus extitit. Suetonius *in Tiberio cap. 47.* refert, Accium coactum fuisse in spectaculo comœdiæ manumittere. vid. *Petrum Faber.* apud *Cujac. 2. obser. 22.* [63] Puta magistratus qui populo aliquod munus edit. [64] Acclamatione, scil. populi. *l. 17. ff. qui & à quibus.* cui forte servus actor fabulæ placuerat. Eandem legem Atticis fuisse refert Æschines contra Ctesiphontem: *μήτε ἐλευθερῶ δοῦλον ἐν τῷ θεάτρῳ.* [65] Fabulæ scil. histrionem. [66] Hodie manumittere ea ætate quis potest, qua testamentum facere. *Novell. 119. cap. 2.* & ita hanc lex & *l. 108. ff. de leg. 1.* abrogatur. [67] Id est, servos. [68] Alteri scil. isque conditionis imaginariæ causa, ut emptor eos postea manumitteret. hoc itaque inusit, minorem per interpositas personas manumittere non posse. *l. 4. ff. de servis exportandis.* [69] *Vim consilii, Rescindit.* [70] Quo etiam quia manumittere possit.

In fraudem fisci non potest libertas præstari: nec dicitur fraudari, ubi pretium suis solutum redempreri manumittenti. Salic.

v. Idem A. Prisco.

SI in fraudem eorum, quæ fisco debebantur, probari potest libertas data, non valet. Sed si [1] pecuniam is, qui partem tuam appellas emptoi [2] dedit, & ab eo redemptus [3], ad libertatem perductus est: nihil videtur bonis defuisse ejus, qui fisci debitor dicitur.

Salus tutor non præstat libertatem à pupillo debitam. Salic.

VI. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. & CC. Olympio.

NEc [4] fideicommissariam libertatem à pupilla sua servis debitam tutorem posse præstare, certi juris est. Unde si hos, quos tu rogata facras manumittere tempore certo ætatis tuæ, ad libertatem non perduxisti, sed tutor manumisit, remanserunt in servitute [5].

In fideicommissariis libertatibus status consideratur ex eventu tantum. Salic.

VII. Idem AA. & CC. Zotico.

SI debitor ex administratione curæ dominus tuus non solvendo constitutus, fideicommissariam tibi reliquit libertatem: cum in [6] fideicommissariis libertatibus eventum inspici tantum obtinuerit, nihil ejus voluntas tibi prodesse potest.

1 Casus est diversus à superiore. Sunt hæc diversa: Servum jam tuum in fraudem fisci manumittere: & servum ex lege emere, ut eum mox manumittas. Prius non licet, ut hic, licet posterius. *l. 45. §. 3. ff. de jure fisci.*

2 Venditori, πράτῃ. ita legant Græci, teste Cujacio *hic. & in l. 38. ff. de verb. sign.* sic sentio, in hac lege mutari nihil etiam posse, ut hoc nolle videatur imperator: licere fisci debitori emere mancipium, ut manumittat. *l. 45. §. 3. ff. de jure fisci.* Alias interpretationes vide apud Accurs. Cujac. *hic.*

3 Id est, emptus.

4 Frustra libertas à tutore servo pupilli sui datur, licet servo ea debetur. *l. 13. ff. de manum.* ut hunc particulam referas ad vocem *debitam*, J. *ead.* quasi dicat *neque debitam*, alioquin inepte est dici, neque fideicommissariam, neque directam libertatem à tutore præstari, dicta namque libertas non à tutore, sed à defuncto præstatur. 5 Quid si voluntate pupilli manumisit? Cujac. 14. *observ.* 33. potuit recte manumittere. Nam si servum patris, consentiente patre, filius potest manumittere. *l. 16. l. 22. ff. de manumissionibus. l. 4. l. 22. ff. de manumiss. vindict.* Cur non & servum pupilli tutor manumitteret consentiente pupillo? Est enim tutor domini loco: tutor & pupillus unus, pater & filius, unus: & ambo quasi unus. Nec alia etiam ratione curator furiosi servum ejus manumittere non potest, quam quod nullus sit furiosi consensus. vide reliqua apud eundem.

6 In fideicommissariis libertatibus status consideratur ex eventu tantum, & ita lex Ælia Sentia locum in fideicommissariis libertatibus non habet, sed in directis tantum.

TIT. XII.

QUI 7 NON POSSUNT AD LIBERTATEM PERVENIRE.

Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. Salic.

I. Imp. Severus [8], & Antoninus AA. Torquato.

CUM D. Claudius [9] pater meus constituerit, à Præsidibus Provinciarum, vel qui coërcendorum maleficiorum potestatem habent, *in perpetua* [10] *vinculo damnatos* ad libertatem perduci non posse: hi, qui intra tempora pœnæ liberi, & heredes esse jussi sunt, aut legatum, fideicommissumve acceperunt: neque libertatem adipisci, neque quicquam eorum, quæ his data sunt, capere possunt. Quod si pœnæ tempus compleverint: jam omni vinculo exoluti, & quasi ad priscinam, vel simpliciem servitutis conditionem redacti, & libertatem, & si qua testamentis dominorum [11] illo tempore defunctorum acceperunt, sine ulla quæstione pœnæ prætextæ consequuntur [12]. *

Prohibitus in pœnam à testatore manumitti, non potest etiam per emptorem ad libertatem perduci. Salic.

II. Impp. Valerianus, & Gallienus, AA. Theodoro.

IS quidem, qui [in] *testamento* [13] *veritas est manumitti*, ad libertatem non potest pervenire: sed in proposito interest utrumne eos, quos cum filio educatos esse testator expressit, propter familiare ministerium, & usum filiorum necessarium, & venire, & manumitti vetuerit, an quasi male meritis pœnam irrogaverit. Nam priore casu morte ejus, cui consulebatur, obsequii necessitate finita, libertas potest pervenire: posteriore [autem casu] id, quod pœnæ causa in servos statutum est, necesse est vires suas obtinere: quando divis parentibus meis placuerit hujusmodi testamentorum leges perpetuam servitutem male meritis servis irrogare, ut nec per suppositum emptorem ad libertatem perduci possint.

7 In perpetua vincula damnari. *l. 1. J. ead.* testamento prohiberi manumitti. *l. 2. J. ead.*

8 *Antoninus & Verus AA.* vel ita legendum est, *Antoninus A.* & hanc sententiam Papiniano tribuitur in l. *Fratres 22. §. 3. ff. de pœnis.*

9 Legendum est *Nero*, alias Claudius eorum annis senior, non fuerit horum imperatorum pater.

10 Damnati in perpetua vincula manumitti non possint, aliud ergo faciet si in temporaria vincula damnati.

11 Damnatus in temporaria vincula, non est servus pœnæ, sed manet in potestate domini quoque ejus, cujus fuit, antequam damnaretur. Quid si in perpetua? idem dicendum *l. 8. in fin. ff. de pœnis.*

12 *Dat. 16. Kal. Jul. ipso Lamponio & Viro Clar. Consulibus.* Cujacius hic. 13 Pœnæ causa manumitti à testatore vetitus, nullo modo potest manumitti: *leg. 4. §. 9. ff. de manumiss. l. ult. V. de rebus alienis:* his adde & eum quis ita venit ne manumitteretur. *V. si emancip. ita fuer.*

TIT. XIII.

PRO QUIBUS CAUSIS SERVI PRO PRÆMIO 14 LIBERTATEM ACCIPIUNT.

Cæde *domini indicata.*

I. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Firmino [servo.]

QUONIAM [15] religiosa solicitudo ad augendam, provocandamque fidei observationem, juris præmio adhiberi debet, si ad ulciscendam cædem [16] domini incorruptis probationibus, ac strenuo nisu constiteris: libertatem [17] quam his, qui dominorum cædem vindicant [18], jampridem Senatusconsultis [19], & Statutis Principum præstari sancitum est, etiam tu pro tam ingentibus meritis, non ex ipso facto, sed aditione, & sententia Præsidis reportabis. P. P. VII. Id. Decemb. * & Max. Conss.

Monetæ *adulteris delatæ.*

II. Imp. Constantinus A. ad Januarium.

SErvi, qui *Monetariæ* [20] adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, in publicum detulerint, civitate Romana donantur, ut eorum domini pretium à fisco percipiant. Dat. XII. Kalend. Decemb. *Romæ*, Crispo II. & Constantino II. CC. Conss. 321.

Raptus *virginis crimine delatæ.*

III. Idem A. ad populum.

SI quis servus *Raptus* [21] [virginis] facinus dissimulatione præteritum, aut pactione transmissum, detulerit in publicum: libertate donetur. Dat. Prid. Kalend. April. *Aquil.* Constantin. A. VI. & Constantio C. Conss. 320.

Desertore *militiæ prodito.*

IV. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, AAA. ad Syagrium P.P.

SI *Desertorem* [22] militiæ servus prodiderit, libertate donetur. * Id. Jul. *Romæ.*

14 Sine manumissione. *facit 40. ff. 8. & 48. Eclog. 2. ex tit. 18. cap. 1. fol. 422.*

15 Servus qui domini cædem indicavit, ad libertatem pervenit: velut pro præmiis indicii, libertate ei concessa præside liberum esse pronunciante, *ut hic. & Symopsis Basil. 48. ex tit. 18. cap. 1. & 2. Harmen. 8. §. 29.*

16 Id est, si necem domini servus indicaverit.

17 *l. 5. in fin. ff. de injur.*

18 *l. 2. V. de precib. imperatori off. indicant. Cujac. 18. observat. 22.* & ita quoque legitur à Græcis, *Eclog. ad. hoc.* ubi etiam præmium indicii ἔπαθλον τῆς μηνύσεως vocant.

19 Duobus fuit, quorum unum est Silanianum, de quo *in l. 1. ff. de Silaniano.* alterum *in l. 3. ff. d. tit.*

20 Servus reum falsæ monetæ deferens, pro præmio indicium, libertatem consequitur, *ut hic, leg. Præmio 5. Cod. Theod. de falsa moneta. Synops. Basil. d. tit. 18. cap. 2.* adde *leg. 1. J. de falsa monet.* 21 Si servus raptum detulit, fit liber. *l. 5. in fin. ff. ad legem Jul. de vi publica. Synopsis d. tit. 18. cap. 3.* 22 Si servus desertorem militiæ indicavit, fit liber. adde *l. 1. J. de desertoribus. Synopsis d. capite 3. in fine.*

TIT. XIV.

DE INGENUIS MANUMISSIS.

Ingenuus testamento manumissus non efficitur libertinus: & tamen retinetur manumittentis restituere quicquid de ejus domo, vel ejus contemplatione meruit. Bald.

I. Imp. Alexand. A. Phileto.

SI ingenuum te ex testamento manumissum esse dicas: apud suos judices causam agere debes, si tamen justum [1] contradictorem habes, id est, eum, qui se patronum tuum esse dicit: memor senatum censuisse, ut qui post manumissionem originem repetierint ea, quæ de domo manumissoris habent, ibi relinquant [2]. In qua causa etiam legata, ut liberto data esse, juris prudentibus placuit.

Obsequia servitutis non faciunt ingenuum servum. Salic.

II. Imp. Gordianus A. Pompejæ.

INgenuam natam, neque nutrimentorum sumptus [3], neque servitutis obsequium [4] faciunt ancillam, neque manumissio [5] libertinam. P. P. v. Id. Maji, Sabino II. & Venusto Conss. 241.

Si manumissa est, postea ex antiqua causa pronunciata ingenua, liberi ante nati probantur ingenui. Salic.

III. Imp. Philippus A. Felicissimo.

SI aviam tuam uti ancillam manumissam [6], postea ingenuam [esse] solenniter constiterit, statumque ejus justæ sententiæ tuetur auctoritas: filios ejus, quamvis ante sententiam susceptos, ingenuam libertatem non immerito flagitare, si cum pertinacibus [7] tractatum habuisses, facile cognoscetes.

In libellis ante duas civitates confligentes captus, non efficitur servus.

IV. Impp. Diocletian. & Maximianus AA. & CC. Agrippæ.

CUm cognatum tuum ingenuum [8] astum [ex] Palmyrenæ [9] factionis dominatione redemptum [10], velut [11] captivum distractum esse dicas, Præses provinciæ ingenuitati tuæ reddi eum efficiet.

Contra diffamantem aliquem de servitute, potest judex ad instantiam diffamati, tempus illi præfigere, intra quod debeat agere. Salic.

V. Idem AA. & CC. Crescenti.

DIffamari [12] statum ingenuorum, seu errore, seu malignitate quorumdam, periniquum est: præsertim cum affirmes diu Præsidem unum, atque alterum interpellatum à te, vocitasse [13] divetsam partem, ut [14] contradictionem faceret, si defensionibus suis confideret, unde constat merito rectorem provinciæ commotum allegationibus suis sententiam dedisse, ne de cætero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc diversa pars perseverat in eadem obstinatione: aditus Præses Provinciæ ab injuria temperari præcipiet. Dat. Prid. Non.

Famulatus liberi hominis, etiam per tempus legum, non facit eum servum. Salic.

VI. Idem AA. & CC. Dionysio.

SCientis conditionem liberum non posse fieri servum, evidentissimi juris est. Cum igitur proponas patrem pupillorum, quorum precibus feciti mentionem, velut liberam te penes se habuisse [in] ministerium [15], licet in actu [16] longi temporis: non præcedente vero titulo [17], quo dominia quæri solent, mutare tuam conditionem minime potuit. S. VII. Kal. Maji, AA. Conss.

Non renunciatio causa, sed natalium veritas probat quem ingenuum. Salic.

VII. Idem AA. & CC. Matronæ.

SI te & filios tuos ingenuos esse constat, natalium [18] veritas vos tuetur: nam qui servitutis moverat quæstionem, apud acta causæ renunciando [19], ad ingenuitatis probationem nec nocere quicquam, nec prodesse potest.

Servi, vel liberi ex pacto non efficiuntur ingenui. Salic.

VIII. Idem AA. & CC. Callimorpho.

INgenui nascuntur [20], libertini [21] manumissione tantum constituuntur, pactum [22] autem nec servis, nec libertinis ingenuitatem adsignat: nec his, qui transactioni non [23] consenserunt, quicquam præjudicare potest.

Ex libertina matre natus est ingenuus, nec ei reverso obest, quod in captivitate hostium fuit. Salic.

IX. Idem AA. & CC. Potamoni.

LIbertina matre procreatam [24], ingenuam nasci natalibus, evidentis ac manifesti juris est. Cum igitur te matre libertina editam, deinde ab hostibus captam, postliminio [25] revertam proponas. & nunc tibi servitutis moveri quæstionem: consequens est aditi Præsidem provinciæ [26], qui de causa liberali cognoscet, jure laturus sententiam: sciens neque hujusmodi [27] matris conditionem, neque captivitatem reversis de statu priscino quicquam posse detrahere.

Nomina sunt ad recognoscendum, non ad faciendum quem servum, vel ingenuum. Salic.

X. Idem AA. & CC. Athenodoræ.

AD recognoscendos singulos nomina [28] comparata, publico consensu, ob celandos natales ingenuis, si mutentur [29], minime nocet: natosque (licet in ministerio [30] servituris) liberæ conditionis, non servos possessio, sed status ingenuos edi perficit.

33 Facit *hoc tempore. J. de fideic. §. 13. T. de jure dot.* 34 Mos fuit apud veteres manumissis instrumenta manumissionis tradere, ut hic, & *l. 26. J. eodem.* quidam status libertatis mentes appellant puto in *leg. 8. §. 1. ff. quod met. caus.* 35 Plane quidam ita legunt, eamque lectionem Græci probant, apud quos legitur in *Scholiasta Cujac. ad. observ. 22.* 36 *leg. 20. T. ad.* 37 *leg. 23. T. ead.* vide quæ notavi ad *leg. 9. ff. de manumiss.* 38 Liber pronunciatus ab adversario nunquam in servitutem peti potest: ab alio posse videtur, *arg. l. 63. ff. de rei judic.* 39 Coheredis confessio super statu defuncti non præjudicat coheredi: neutrum adiuvat. *fatur.* 40 *l. 10. T. de probationib.* facit *l. 12. T. eodem.* 41 In libertatis causa, matris non patris inspicitur conditio, *ut hic, & leg. actor. J. eodem.* In nobilitatis causa contrarium hodie observatur. vide quæ dixi ad III. *plan. §. 8.* 42 Avi paterni vel materni ingenuitate tamen probatur omnis ejus ingenuus. 43 Qui ancillam redimit ut ea concubina utatur, eam non liberat. *l. 34. J. eodem.* vide tamen *l. ultim. T. eodem. de manumiss.* 44 Non accusari, aliud si alimenta denegent. *l. 6. ff. de agnosc. lib.* 45 Qui per calumniam dicitur servos, probata causa liberali potest injuriarum experiri. *l. 15. §. 1. ff. ead.* vide *l. 9. l. 10. T. de injur.* 46 Testi manumisso à domino facta, liber manumissusi filius una subscripserit. 47 Puta hæredi. *leg. 13. T. de testament. manumiss.* 48 Dominus accepta pecunia potest servum manumittere, ut hic, ut patet filium. *leg. 107. ff. de verborum obligat.* Idcirco alias videbatur manumissionem gratuitam fieri, vel omnino non fieri. 49 *l. 29. T. ad.* vide *leg. unic. J. de Sc. Claud.* 50 Pupillus tutorem quondam suum, servum potest dicere: id est, Etiamsi servus tutelam domini administraverit, non tamen efficitur libertus. 51 Pactum inter dominum & ancillam non adscribitur. *l. 13. in fin. T. de transact.* Igitur ex pacto libera non erit, quæ se liberam pactam fuerit, cum ancilla esset: quemadmodum per contrarium ei qui cum filiis sit liberum pactum non nocet, quo se ancillam esse pacta est. *Synopsis Basil. 48. Tit. 26. c. 34.* 52 Vide *J. eodem.* 53 *Cum ejus libertate, &c.* ita emendo, hoc nimirum sensu: Servus cum domino stipulari non potest, ut certi temporis ministerio alicui exhibito fiat liber: ita nec filius, ut certi temporis obsequio alicui exhibito emancipetur. Priori pacto dominus non tenetur, & ita quidquid comparatio: nisi malis ita cum Græcis. Ancilla pacto non fit libera. Libera pacto non fit serva. *48. Bas. 20. c. 34.* vel melius dic: Pacto non potest effici, ut post certi temporis ministerium fiam liber: & vice versa, pacto non potest effici, ut post certi temporis ministerium fiam servus tuus cum liberis meis, & privari pacto adversus te agere non possim: & posteriori adversus me vel liberos meos agere non puto. 54 *leg. 1. T. ead.* 55 *l. 1. T. ead. l. 1. T. de patriis. qui filios distraxerunt.* 56 Qui filium hominem vendit, plagium committit. 57 Inter proximos & cognatos præsumitur fraus. vide *leg. 7. T. de in integrum restitut. min.* 58 Participes ejusdem criminis invicem se accusant. *l. 16. in fin. ff. de quæstion.* 59 Vide *l. 11. T. eodem.* 60 De limenarcha dici solet. *l. 4. ff. de fugitivis. l. 18. §. 10. ff. de muneribus.* 61 *leg. 6. l. 15. l. 24. T. eodem.* apud officium aliquod scilicet. vide *Paul. 5. sent. 1. §. 3.* 62 Id est, formulam, tenorem.

moveatur, absente [1] nihilominus una parte causam discuti, & pro justitiæ ratione sententiam proferri, nihil prohibet.

De epistolis.

XLI. Impp. CONSTANTIN. & LICINIUS AA. ad Euthymium Præfidem Cappadociæ.

IUbemus omnes epistolas [2] actricis, quas ad Ælium *tanquam* [3] *principalem* [4] fecerat: inanes ac vacuas esse, atque in irritum devocari: ac de ingenuitate ejusdem Ælii requiri: nec mulieri id obesse, *quod ad eum tanquam decurionem* [5] *ac principalem scripserit*, vel id, quod idem se finxerit decurionem, vel principalem: maxime cum non solum testium professione, & cognationis ejus jugum servile cognoscitur, verum etiam voce [6] propria ejusdem Ælii apud aliud [7] judicium patuerat, quod conditionis servilis videretur.

De filiis natis ante, vel post litem contestatam super statu matris.

XLII. Imp. CONSTANT. A. ad Maximum P. P.

PLacuit eos, qui nascuntur, matrum [8] conditionibus uti, quarum mox [9] visceribus exponuntur. Ante [10] vero litem nati, suo nomine omnes in quæstionem vocentur: quoniam hos solos, qui in [11] lite nati erunt, omnem fortunam matrum complecti oportet, aut justis tradi dominis, aut libertate cum lucis [12] auctoribus frui. Dat. Prid. Id. Julii.

1 *l. 2. C. ad l. 27. §. 2. ff. ad l. 1. §. 2. ff. de appell.*

2 Epistolis ingenuitas probatur. *l. 12. ff. de agricol. & censitis. l. 13. C. de probat.* licet adversus epistolam cum testium probatione admitti possit, admittitur tamen probatio per scripturas; per cognitionem; imo propria confessio admittitur. *l. 29. C. de probat.*

3 Si dominus ad servum *tanquam* ad principalem civitatis literas dederit, non ea ratione libertas fit.

4 Principales de quibus *hic, & l. 42. ff. de decurionibus. l. 4. in fin. C. de extraord. cognit. in fin.* Principalis inscriptus *dicitur, qui ad principalem civitatis dignitatem pervenit, & in curiam vocatus est. Paul. sent. rec. l. 4. C. Theod. de extraordin. muner.* Hos intelligit Tertullianus *lib. de corona*, Coronatos, inquit, *& quosque nunc ex principalium proprietatum* (scripturarum *emendatione*) *exultantes.* Hinc tamen nonnulla interpretantur principum nativitates. Hi erant decem vel viginti pro cujusque amplitudine. Inde *decem primi curiales*, *l. 2. in fin. Cod. Theod. de quæst. l. 44. l. 42. Cod. Theod. de epistopis & clericis.* Idem *viri principales. Capitolin. §. de Albino: principales civitatum dicuntur. l. 27. §. 1. ff. de pœnis. l. 2. §. 1. ff. quando & quibus quarta pars. Ulpian. §. Marbod. 2. Salmasium 5. de usuris. Dei judicio.* Hinc *principales Antiochenses*, *l. 2. ff. de exsulibus. Alexandrini principales*, *l. 56. ff. de decurionib.* qui & *summates ordinis Alexandrini*, *l. 17. d. tit.*

5 Si dominus ad servum tanquam ad decurionem litteras miserit, eum liberum non facit.

6 Vox propria condemnari, damnatio maxima est. 7 Confessio facta in uno judicio, nocet in alio. *l. 28. ff. ad l. 7. ff. de rei vindic. Goth.* Vid. hic Zanger. *de Except. part. 3. cap. 17. §. 23. Ans.*

8 *Partus*, viscerum matris portio. 9 De liberis ante litem natis, vide *l. 10. de aquæd.* 10 De liberis post litem natis, vide *l. 10. de aquæd.* 11 Id est, cum parentibus. sunt enim cubi parentes lucis authores.

TIT. XVII.

DE ADSERTIONE [13] TOLLENDA [14].

Qui de pactione libertatis in servitutem provocatur, per procuratorem potest respondere. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

LItes super servili conditione movendas. ad clementiorem tam examinationem, quam terminum transferimus: jubentes, si quis vel adhuc serviens liberum se esse dixerit, vel in libertate commorans, ad servitutem vocatus fuerit: adsertoris difficultatem in utroque casu cessare [15], ipsumque per se [&] ad intentionem ejus, qui dominum esse adserit, respondere: & si ex possessione libertatis ad servitutem ducitur, etiam procuratorem dare minime prohiberi: quod his, qui ex servitute ad libertatem profiluerint, penitus interdicimus: illis legibus, quæ dudum & secunda [16], & tertia [17] vice adsertorias lites examinari præcipiebant, in posterum conquiescentibus: cum sit justum primam definitionem in suis manere viribus, cum provocatio nulla oblata fuerit: qua correcta ad similitudinem aliorum negotiorum judex, ad quem res ex provocatione deducitur, eam examinabit: cujus, & ipsius judicium ad secundam exquisitionem minime dedaccetur occasione legum, quæ super adsertoriis litibus positæ sunt. §. 1. Super peculio [18] etiam eorum, vel aliis rebus, aut causis veterem defensionis observationem tollimus: præcipientes illorum tantummodo peculia, qui ex possessione servitutis super libera conditione litigant, aliasque res, quæ vindicantur, in tuto pro dispositione judicis collocati. §. 2. Omnes vero, qui pro libertate periclitantur, si quidem possint fidejussorem dare, eum exigi. Sin vero revera datio ejus impossibilis eis sit, hocque judici manifeste ostenderint: juratoriæ cautioni committi. Scientes, quod si post hujusmodi expositionem abfuerint, & Edictis citati [19], in absentia nihilominus per unum annum duraverint, omnimodo servituti obnoxii erunt, & ejus dominio, qui litem eis intulit, sine ulla dubitatione adsignabuntur. §. 3. Scire vero eos volumus, qui aliquem ad servitutem vocant, quod si post primam accusationem in quocunque judicio, vel ex divali justione factam, & [post] admonitionem ei oblatam, qui servus esse dicitur, in alio [20] judicio eum accusaverint: præterquam si ejus occasionem ipse, qui servus esse dicitur, præstiterit: etsi domini sint, suo jure privabuntur. Dat. III. Id. Decemb. Dom.

13 *Assertio*, est defensio ejus, qui statu controversum patitur. Adserunt, videre alienæ videre libertatis. *Treb. best. de his per quos agere.* dicit in Tuscia Ciceronis in loco Notariorum. Idem admittebatur adsertor, quia is, cujus status vocabatur in dubium, videbatur ex de re per se agens non posse, sed per adsertorem tantum: ne aliquin videretur servus egisse in dominum. vid. *l. 12. §. 4. C. Theod. de liberali causa. vid. Paul. § sent. 3. §. ult. Mart. 1. sign. 13. Adsertor tantum sustinet personam rei, & non fit dominum occidit ille dicat esse suus mancipium missus. Hoc si ne quatenus clamor servi lucrum pleraque rederet. vide de Salmas. §. cap. 2. & 42. Rod. 10. qui hoc improbat.* id est, adsertione in servitutem, vide *Servitus in Dominum*, ubi de perfecta adsertione.

14 Cur tollitur adsertio olim? quia diu trahitur judicium liberale. Quod jus hodie sit non dicam.

15 Hodie in causa libertatis non est necessarius adsertor. Nam ipse per se causam agit, cui fit status controversia, aut per procuratorem, cum libertatis in servitutem petitur: non si ex servitute in libertatem. *J. ord.* quia servus esse præsumitur, qui est in possessione servitutis, & servus habet ad litem procuratorem non potest. In hoc autem differt procurator ab adsertore, quod adsertor suo periculo causam agit, & satis præstat judicio sisti, & res saltem fore quas tenet is, qui servus dicitur. *l. 1. §. 2. C. Theod. de liberali causa.* Et si defecerit in causa (quod non debet. *l. 2. §. ult. ord.*) tenetur pœnali actione. Ista omnia cessant in procuratore.

16 Hodie igitur liberale judicium iterari prohibetur subtilitas adsertionibus profuturis: id est, his, quæ dictæ causa instituebantur, non firmum opera: alias retractatio causæ, veluti ex oratione Divi Marci non est sublata. *l. 1. §. 3. ff. de statu.* 17 Proclamatio in libertatem, *prædictione*, ob id dicta, quod iteraretur tempore quatenus. Martialis 1. *epigramm. 15. si neque quadragies clamaverit.* Apud Græcos in hac lege est ἐν τρισὶ ἡμέραις ἐς εἰκοστὴν: ter item non iteratur. *l. 4. §. de liberali causa.* 18 Pecunia hujusce rei, qui de statu suo litigat, fisco nostro non debent deputari, nisi ex servitute proclamaverit in libertatem, quod intelligo ex *l. 3. §. ult. præcip. & l. ult. C. de ordine cogn.* 19 Is, qui servus dicitur, ab eo jam contumacium servus pronunciatur: cum omnibus aliis causis communem, & bonam causam habuerit, sincere debeat: idque sic ab omnibus perjurii. *l. 41. ff. de evictionib.* 20 Apud quem status controversia incepta, apud eundem finitur: alias, qui servum vindicat, causa cadit. 21 Si servum vendiderit ante litem contestatam in causa liberali auctor, non debetur evictio: si post, debetur, nisi vendito dolo docetur de dominio. 22 Emptionale instrumentum. 23 Evictio pacto debetur, vel natura contractus.

24 *l. 1. C. eodem.*

lis agitur, mortua fuerit: quemadmodum judicium potest adimpleri, una [25] tantum persona in judicium veniente? Sanctimus itaque in præsenti casu licentiam esse emptori adversus suum auctorem venire, quatenus vel ostendat [26] venditor servum se vendidisse: vel si non [27] potuerit, quasi libera persona vendita, evictionis periculum ad eum revertatur.

TIT. XVIII.

QUIBUS AD LIBERTATEM PROCLAMARE [28] NON LICET: ET DE REBUS EORUM, QUI AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON PROHIBENTUR.

Si venditus non est pretium participatus, in libertatem se proclamat, alius secus. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Proculo.

DIspar [29] causa est ejus, qui dissimulata conditione sua distrahi se passus est, & ejus, qui pretium participatus est. Nam superiori quidem non denegatur libertatis defensio: posteriori autem, & si civis Romanus sit, & participatus est pretium, libertas denegatur. †. Eandemque [&] in eo distinctionem adhibendam, cui [30] fideicommissaria libertas deberur, meritissimi [31] juris auctores responderunt. P. P. Kal. Maji, GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Servi effecti propter delictum insigne, non possunt in libertatem proclamare. Salic.

II. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Melanæ.

DE latronum familia [32] descendentibus, ex largitione principali [33], vel auctoritate fiscali servis factis, retro principes libertatem denegari decreverunt.

III. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P. P.

SI quis [34] in libertatem proclamaverit, id, quod apud se esse ejus, qui se dominum dicit, profitebitur, quoniam non de eo dubitatur, *cedda* [35] *ac restituat* judex protinus pronuntiabit.

†. Quod vero petitur, si fuerit negatione dubium [36], per cautionem conservabitur ac petitio differetur: ut si fuerit approbata libertas (quoniam & ipsis, qui his rem commiserunt, medendum est) gestarum rerum ab eodem ratio, atque omne, quod debetur, reposcatur: ut servitute depulsa, qui pro domino quondam fuerat, habeat, quod ut servo dominii jure largitus est, & quæ ex earum rerum quæstu ac fructibus congregata sunt, & quæ de furtivis compendiis obscure capta ac parata sunt: cum liberum esse non oporteat, quod apud servum dominus peculi nomine collocaverat. Et vero, quæ testamento, vel donatione quæstis sunt, aut quæ ex earum rerum emolumentis empta confectaque sunt, eidem ingenuo deputentur: quæ tamen universa exacto libertatis judicio, quatenus à supradictis rebus discernuntur, in sequestro [37] esse oportet: ut his ab utroque deductis, atque in medio [38] collatis, ad eorum proprietatem utrique contendat. Dat. XV. Kal. Mart. *Thessalonicæ*, SAVERO & RUFINO CONSS. 323.

TIT. XIX.

DE ORDINE [39] COGNITIONUM [40].

Pendente lite super statu, non potest servus de crimine suum accusare adversarium. Salic.

1. Imp. ALEXAND. A. Vitalio.

CUm & ipse [41] confessus es, *statum te controversiam pati*: qua ratione postulas, priusquam de conditione constaret tua, accusandi [42] tibi tribui potestatem contra eum, qui te servum esse contendit? Cum igitur (sicut allegas) statu tui generis fretus es: juxta jus ordinarium Præfidem [43] pete, qui cognitam prius [44] liberali causa, ex eventu judicii, quid de crimine [45] statuere debeat, non dubitabit. P. P. Id. * MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De libertate prius, quam de hereditate cognoscitur, si de ea principaliter quæritur: secus si incidenter, & de hereditate principaliter. Salic.

II. Idem A. Gallo.

SI de hereditate [46], & libertate controversia est, [prius 47] agi causa libertatis debet: Sed si de hereditate agetur: ordinanda prius quidem est causa libertatis: sed sufficit [48] ei, qui libertate utitur, ad victoriam de hereditate secundum eum esse pronunciatum. P. P. Id. August. MAXIM. II. CONS. 224.

Quando pœna delicti dependet à statu, quæstio status est prius determinanda. Rald.

III. Idem A. Valerio.

SI [49] crimen aliquod inferatur ei, *quam ingenuum esse dicis*, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam Præses præbente: quoniam necesse est ante sciri, si delictum probarum fuerit, [utrum 50] ut in liberam, & ingenuam, an ut in ancillam constitui oporteat [judicium.]

Si sit quæstio de statu accusati, prius de statu debet cognosci, quam super crimine pronunciari. Salic.

IV. Imp. GORDIANUS A. Menedemo.

SI status controversiam pateris, lite prius liberali terminata, si pro te fuerit pronunciatum, agere etiam adversus eum, qui se dominum tuum esse contendit, non prohiberis. Quod si ideo te ab accusatione [51] elidat, quasi servum non proprium, sed alienum, liberale quidem judicium cessat: causa autem examinatio apud eum, qui judicat, ostendet, utrumne accusatio induci debeat propter statum personæ, an evanescat. Dat. X. Kalend. Decembr. GORDIAN. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Quæstio, vel exceptio status impedit eum, de cujus statu quæritur, alienos movere, vel exercere, prius quam de statu fuerit cognitum. Salic.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Alpheno.

UM status quæstionem tibi moveri, & te debita [52] velle petere commemores, ordinarium est, prius solennibus interpositis

25 Judicii forma destruitur, si unus litigantium principalis de medio subtrahitur.

26 Venditor non præsumitur dominus nisi probet.

27 Præsumitur liber, qui servus non probatur.

28 Dixi ad XL. D. XIII.

29 Sola pretii participatio proclamationem ad libertatem impedit: at non nuda venditio sine participatione, quamvis scienter facta ex metu, tamen admittitur. vid. *l. 3. ff. de liberat.*

30 *l. 4. ff. eod.*

31 *Meritissimus*, quidam ita legunt.

32 Id est, fiscæ, factione: hoc innuit, Latronis familiares captos, & manifestentia principis capienti donatos pro præmio, aut fisci factos in libertatem proclamare non posse.

33 Præmio servi fiunt. *l. pen. C. Th. de lib. conf.*

34 *l. 2. C. Theod. de lib. conf.*

35 Vid. *l. 34. ff. de liberali.*

36 Negatione res fit dubia.

37 Dixi ad *l. 1. §. 1. ff. ut. prov.*

38 *Sequestri*, *d. l. 2. C. Theod. medio jure d. l. 2. Cuj. 12. obs. 6.*

39 XLII. *Edict.* XXII.

40 Id est, judicium liberalium, status libertatis, ingenuitatis, servitutis. adde *tit. 3. tit. 8. ff. de ordine judic.*

41 Ad hanc legem vid. Ravard. *lib. 3. variar. c. 20.* Govean. *lib. 1. var. lect. cap. 33. S. L.*

42 Pendente lite status servi, servus de crimine suum adversarium accusare non potest. *ut his, & l. 4. ff. eod.*

43 His verbis eum necessitas præsidi cognoscendi imponitur? Govenus non putat *lib. variar. 3.* quem vide: Ravardus quoque 3. *variarum 20.* negat Præsidem vel Prætorem de causa status cognoscere, vide tamen *l. 5. ff. eod. l. 7. ff. ubi pupilla statuer. l. 7. ff. de statu defunctorum. l. 4. ff. de ingenuis.* vide etiam quæ notavi ad *l. 2. ff. de pœnis. & ad l. 2. ff. de ordine judic.*

44 Liberalis judicia prius deridi oportet, quam criminalia vel civilia, *l. 3. C. & ff. eod. l. 18. ff. de exhibit. l. 26. ff. de minister.*

45 Injuria scil. Nam qui per calumniam status controversiam movet, criminaliter accusari potest. *l. 31. ff. de liberali.* ut eo pacto sententia expressa tacitam incidat.

46 *l. 7. ff. de petit. her.*

47 Vid. *l. 1 Rod.*

48 Quotiescunque quis in causa principali vincit, omnia incidentia sunt sopita. *Rald. adde l. 10. ff. de his qui sunt sui.*

49 Quoties unus & idem ab uno criminis, ab alio status quæstionem patitur: prius de statu quæritur, quam de crimine: ut si ea res utrum ut in ancillam, an ut in liberam crimen constituendum sit. *ut hic, Synops. Basil. 48. tit. 26. apud Leunclavium, ex l. 22. 23.* 50 Pœna quoties inferenda à qualitate delicti dependet, quæstio status primum decidatur, *ut hic*: aliter enim pronuncies servi, aliter liberi. 51 Vid. *l. 1. ff. eod.*

52 Status cui sit controversia, sibi debitum petere non potest. potest enim accidere, ut servus actor pronuncietur: ideoque status causa prius decidenda: Vel ita, Qui sibi deberi dicit, de statu controversium patitur: prius liber declarari debet, ac tum debita sibi petere. *Synops. Basil. d. tit. 22. n. 24.*

positis (si hoc juris admiserit ratio) causam liberalem apud Præsidem provinciæ decidi: ut si liber fueris, vel servus non esse pronunciarus: tunc tibi jure debita restitui jubeat: cum hoc incerto, utrumne tibi libero constituto: an domino tuo (si servum te sententia declaraverit,) debeatur, ad solutionem debitorem tuum urgeri non oporteat. S. Prid. Kalend. Maji, *Beraci*, AA. Conss.

De rebus raptis ab his, quos servos tuos contendis, non prius quæritur quam causa servatutis & libertatis decisa fuerit. Salic.

VI. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI res tuas raptas [1], vel amotas [2] esse dicis ab his, *quos servos tuos esse contendis*, hique in libertatem proclamaverint: causa liberalis prius adversus eos, & tunc damni dati, rerumque amotarum lis apud Præsidem provinciæ contestanda est: ut si quidem liberi, vel servi non esse pronuncientur, tunc demum damni dati, & amotarum rerum procedere possit adhibita probatione condemnatio. Si vero secus, quæstio rerum amotarum evanescat. Dat. III. Januar. *Sirmii*, AA. Conss.

Si possessorium rei recuperandæ, & petitorium super libertate simul intententur ab eodem, petitorium prius decidetur, & ex ejus eventu ad possessionem revertetur.

VII. Imp. Constantinus A. ad Bossum P.P.

SI quando negotium status fuerit exortum, [si quidem] ab ejus parte, *qui dicitur servus*, aliquid dicatur dominus abripuisse [3], prius considerari placet, utrum de possessione [4] servitutis in libertatem reclamandum putet, an vero ex possessione libertatis in servitutem vocetur. At si cum de obsequiis servilibus libertatem constiterit flagitare: ante [5] decidi status convenit causam, atque ita præberi directorum negotiorum (si res exegerit) audientiam. †. Quod si *ei, qui ad servitutem vocatur*, quicquam direptum esse memoretur: universa, quæ constiterit ablata, ita demum reddi convenit ei, qui servus esse contenditur, si modo *salvum rem futurum* per idoneos fidejussores promiserit. Nam si tales dare non potuerit: tunc ea convenit, de quibus in judicio tractabitur, sequestrari [6] in eum diem [in] quo controversia sopiatur: ita ut ex iisdem (si aliqua alia facultas esse non poterit) tantum litis sumptus [7], & alimoniæ homini submineretur, quantum moderato judicis arbitrio fuerit æstimatum. Cum autem necdum lite de statu mota, res ab aliquo direptæ sint, & sententia de restituenda possessione rerum lata, ille nec [huic] sententiæ satisfieret, de statu controversiam movit: necessitatem habebit, & sine satisfactione easdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum juris ordinem exercere.

1 *Raptæ, Cuj.* 18. *obs.* 2. cfr. que verbum legis Aquiliæ hunc locum optime commentatus est, in quo de rebus furto subreptis agitur: de raptu tamen agi *Goth. Vid. hic Ravard. lib. 3. de prud. cap. 4.* S. L.

2 Causa status criminalem præcedit. *l. 1. l. 4. ff. eod.* 3 *l. 6. ff. eod.*

4 Si de possessorio rei recuperandæ & petitorio super libertate simul agitur ab eodem, petitorium prius decidetur, ejusque eventu ad possessionem revertetur: si à diversis, possessionis causa, prius decidetur.

5 Major quæstio minori præfertur.

6 Dixi ad *l. 1. §. 1. ff. de adsert. tollend. l. 3. in fin. quib. ad libertat.*

7 Vid. *l. pen. ff. ut in possess. l. 9. ff. de jur. deliber.*

8 Collusionem Græci συμφωνίαν vocant. XLVIII. *Bas.* XII. dixi ad XL. D. XVI.

9 Intra quinquennium. *l. 2. ff. eodem.*

10 Vid. *l. 2. l. 4. ff. eodem.*

11 Perlusoria sententia pro re judicata non habetur. *l. 27. ff. de lib. exhib. l. 50. §. 1. ff. de leg. 1. l. 14. ff. de appellat.*

12 Cui simile est *l. 9. ff. de ingenuit.*

13 Vid. *l. 8. ff. de ingenuis manumiss.*

14 *Numiano*, Hal. alii *Jovino*, alii *Firmino*, in aliis, *Numano*: lege *Numinio*. *Cujac. hic*, & ita Græci, τὸν ἐπὶ Νουμινίου ὑπατεύσαντα, *Numinio consule*, ac fortasse Numinius is fuit, qui in Fastis sub Domitiano Nominius dictus est, vel L. Numius tribunus plebis, qui inquis rogationibus Claudii intercessit. *Dion.* 38. vid. *Cujac. hic.*

15 Senatusconsultum Numinianum fuit Domitiani temporibus. *l. 1. ff. eod.*

16 Dixi ad XL. D. XV.

17 Post quinquennium ex Senatusconsulto, de quo *l. 4. & seq. ff. eod.* de statu defuncti non quæritur, ut *hic*: ita ex Senatusconsulto intra quinquennium post manumissionem proclamare ad ingenuitatem libertas non potest. *l. 2. l. 4. ff. si ingenuus esse dicetur.* Eadem ratione intra quinquennium collatio domini detegenda. *l. 2. ff. de collusione detegenda.*

18 Qui videlicet ut liberi palam vixerint in diem usque mortis, *l. 1. l. ult. ff. eod.*

19 Mortis scilicet.

20 Quoniam Senatusconsulto id fuerit cautum, vid. *l. 4. l. ult. ff. eod.*

21 *l. 4. ff. eod.*

22 Si de statu manumissoris quæri non potest, nec de statu ab eo manumissi.

23 Si de statu matris quæri non potest, nec de filii status quæri poterit, hoc est, si pater meus materve mea vita decesserunt ante quinque annos, nulla eis de statu lite mota, nec mihi moveri litis quæstio poterit, *ut hic. Synops. Basil. 48. tit. 11. c. 3.*

24 Mota status quæstio post obitum rei durat.

25 Id est, ut scire possit quem habiturus sit successorem.

26 *l. 1. ff. eodem.*

nus vixit, nec intra quinquennium post mortem ejus status quæstionem movere cœpisti: intelligis, neque heredibus ab eo scriptis, neque his, quos liberos esse voluit, controversiam [te] contra formam Senatusconsulti [27] facere posse. Quod si prius [28] quam id temporis spatium excederet, agere cœpisti: & peculium ejus more judiciorum persequi, & cum manumissis ordinata lite, secundum formam Edicti experiri non prohiberis. P.P. v. * Jun. Modesto, & Probo Conss. 229.

27 De quo *l. ult. ff. eod.* fuit vero status Senatusconsultum. Solemnis in Tac. *ann.* II. verbis inter cætera quæri de cujusquam defuncti libertorum statu ultra certum annum.

28 Si intra quinquennium à morte defuncti de statu ejus fuerit quæsitum, & de manumissis ab eo quæri poterit.

29 *l. 1. ff. eod.*

30 Quodsi statutus servilis post quinquennium inquiri cœpere non potest: est enim quæstio, quæ dubitatur, Illustrium familiæ, vel puerfamilias qua fuerit.

31 Communis opinio probat.

32 Vid. *l. ult. ff. qui & quando ex quar.* & *l. ult. ff. quibus non obstitut longi temporis præscriptio.*

33 *l. 14. §. 1. in fin. ff. de minorib.*

34 Procuratores rei privatæ, *Cujac. 1. obs. 24.* de *fisc.* id est, rationalem: etsi aliter legisti Græcum idem author tradatur in 230. *ff. de donation.* De procuratoribus Cæsaris dixi ad *Tit. de officio procuratoris Cæsaris.*

35 Incompetens condemnatio pro

non facta habetur. *l. 4. §. 6. ff. de re judicata.* & *l. 5. ff. à non competente.* 36 Judices quicum competentes olim fuerunt libertatis atque status? vide T. *ubi causa status.* adde Forneium 1. *subsic.* 13. Ravardum 3. *variar.* 20. Govianum 1. *variar.* 33. adde quæ dixi ad *l. 1. T. & l. 3. T. de verbor. oper.*

37 Quæ *nullo titulo* possidentur, non præscribuntur. *l. 24. T. de rei vind. l. 14. T. eod.* 39 Fuga nocet. adde *l. 1. T. tit. prox.*

TIT. XX.

DE COLLUSIONE [8] DETEGENDA [9].

Servus exhibendo cum domino non efficitur ingenuus, nec ex rescripto ex falsa causa impetrato. Salic.

I. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. [& CC.] Theodoro.

CUM [10] servum matris tuæ, & stupro violasse dominam suam, & turpis conjunctionis maculam excogitandæ ingenuitatis collusione, ac falsæ captivitatis velamento, apud competentem Judicem [11] obtegere voluisse proponas, nec libertatem ei mattem tuam dedisse, sed in solam ingenuitatem eum nudæ voluntatis mendacio [12] perducere nisam adseveres, servum esse palam est: quando etiam Divi Pii rescriptum [13] super captivitate emissum, quam non intercessisse significas, ingenuum fecisse non videatur: nec asseveratio consensus tui ingenuitatis jus tribuere potuerit. P.P. XIV. Kal. Jul. Diocletr. IV. & Maximiano III. Conss. 290.

Per pactum libertatem non efficitur ingenuus: & detegens collusionem efficitur ejus patronus. Salic.

II. Iidem AA. & CC. Milesio.

LIbertinæ conditionis constitutis privatis [23] pactis immutare statum suum non licere, Numisno [24] Senatusconsulto [25], contra collusorem pœna statuta, præmioque detegenti promisso, manifeste declaratur. Dat. V. Kal. Decembr. CC. Conss.

TIT. XXI.

NE [26] DE STATU [27] DEFUNCTORUM [28] POST QUINQUENNIUM [29] QUÆRATUR [30].

Si de statu manumissoris defuncti non potest quæri, nec etiam de statu ab eo manumissi. Salic.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Niconi.

ADITUS competens Judex causam præscriptionis examinabit: & si Domitiæ patronum, qui [ut [31]] civis Romanus [usque] in diem mortis vixit, annos quinque antequam lis bonorum mulieris inchoaretur, vita decessisse constiterit: libertæ status ex persona manumissoris [32] non retractabitur.

Si de matris statu defuncta non potest quæri post lapsum quinquennium, nec etiam filii. Salic.

II. Iidem AA. & CC. Maximo.

SI is, qui te heredem fecit, propter matris [33] conditionem servus dicitur, & mater ante quinque annos litis motæ vita decessit, præscriptioni locus erit: cum quæri de statu non possit, nisi de conditione matris tractetur. Hoc ita, si quandiu vixit, sine interpellatione ut civis Romana egit. P.D.S. Aproniano & A. II. Geta C. II. Conss. 206.

Quæstio status mota in vita alterutrius, durat post ejus mortem, ut sciatur, quem habeat successorem.

III. Imp. Alex. A. Olympiadi.

QUamvis defunctus sit maritus quondam tuus, cui status quæstio inferebatur, causa tamen [etiam] post [34] obitum ejus propter [35] emolumentum successionis durat, eamque apud eum, qui de hereditate, vel singulis rebus judicaturus est, decidi oportet.

Qui ut civis Romanus vixit per quinquennium, ejus successio non potest in dubium revocari.

IV. Idem A. Mattiano.

SI is, quem servum tuum fuisse, & à fratre tuo manumissum, atque heredem scriptum [esse] proponis, ut [36] civis Roma-

27 *l. 1. ff. eod.*

28 Si intra quinquennium à morte defuncti de statu ejus fuerit quæsitum, & de manumissis ab eo quæri poterit.

29 *l. 1. ff. eod.*

30 Quodsi statutus servilis post quinquennium inquiri cœpere non potest: est enim quæstio, quæ dubitatur, Illustrium familiæ, vel puerfamilias qua fuerit.

31 Communis opinio probat.

32 Vid. *l. ult. ff. qui & quando ex quar.* & *l. ult. ff. quibus non obstitut longi temporis præscriptio.*

33 *l. 14. §. 1. in fin. ff. de minorib.*

34 Procuratores rei privatæ, *Cujac. 1. obs. 24.* de *fisc.* id est, rationalem: etsi aliter legisti Græcum idem author tradatur in 230. *ff. de donation.* De procuratoribus Cæsaris dixi ad *Tit. de officio procuratoris Cæsaris.*

35 Incompetens condemnatio pro

TIT. XXII.

DE LONGI [40] TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE, QUÆ PRO LIBERTATE, ET NON ADVERSUS LIBERTATEM OPPONITUR.

Moratus in libertate mala fide, non juvatur longi temporis præscriptione. Salic.

I. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Mutiano.

MALA [41] fide morato in libertate diu [42] prodesse non potest [longi] temporis præscriptio. Unde cum confitearis fuga [43] te ab eo, cujus meministi, recessisse: intelligis ex hoc solo fine dolo malo in possessione te libertatis non esse.

II. Iidem AA. & CC. Carcino.

PRæstat firmam defensionem libertatis ex justo initio longo tempore obtenta possessio: Favor [44] enim libertati debitus, & salubris jampridem ratio suasit, ut his, qui [bona [45] fide] in possessione libertatis per viginti [46] annorum spatium fine interpellatione morati essent, præscriptio adversus inquietudinem status eorum prodesse debeat, ut & liberi & cives Romani fiant. Dat. Kal. Jul. *Antiochiæ*, Constantino IV. & Maximiano II. Conss. 302.

III. Exemplum sacrarum litterarum Constantini, & Licinii AA. ad Dionysium Vicariam Præfecturam agentem.

SOla temporis longinquitate, etiamsi sexaginta [47] annorum curricula excesserit, libertatis jura minime mutilari oportere, congruit æquitati. Dat. IV. Kalend. Maji, Volusiano, & Anniano Conss. 314.

40 Longi temporis præscriptio quid est? omnimodi dominii inter præsentes: vicinalis inter absentes.

41 Morans in libertate mala fide, non juvatur longi temporis præscriptione.

42 Diu morator, qui vicennio moratur. *l. 2. ff. eod.*

43 *l. 1. T. ubi causa status. l. 10. in fin. ff. de liberal. caus. l. 13. §. 1. ff. de usurp.* adde *l. ult. T. utrub. pros.* Fugitivus malæ fidei præsumitur. vide quæ scripsi ad *l. 11. ff. ad l. Fab. de plagiar.*

44 Favet libertati dictur.

45 *l. 12. ff. de lib. bered.*

46 Servus vicennio libertatem bona fide præscribit, hoc est moratus in libertate per vicennium, bona fide, amplius inquietari non potest: secus si in fuga per vicennium quasi liber vixerit: nullum enim servituti ejus præjudicium accidit. *Synops. Basil. 48. tit. 26. in tit. 24. c. 1.* 47 *l. c. IIII.* 48 Servitute sexagenaria libertas non amittitur. adde *l. 6. T. de ingenuis, l. 21. T. de testibus.*

TIT. XXIII.

DE PECULIO EJUS [49] QUI LIBERTATEM MERUIT.

Peculium si non sit ademptum, sequitur manumissum inter vivos, non in ultima voluntate. Salic.

I. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. Rufino.

LONGE [50] diversam causam eorum, qui à superstitibus manumittuntur, item illorum, quibus testamento libertas relinquitur, esse dissimulare non debueras: cum superiore quidem casu concessum tacite peculium [51], si non adimatur: posteriore vero, nisi specialiter fuerit datum, penes successores remanere, juris sit evidentissimi.

49 Adde XXXIII. D. VIII.

50 Cur ita? plenior interpretatio similiter adverbiam manumissionem: quam adversus eum, cujus heredem sumsit.

51 Manumissis servo in testamento peculium non videtur concessum, nisi nominatim sit relictum. Manumissis inter vivos peculium non videtur concessum, nisi nominatim sit ademptum *l. 53. ff. de peculio*: nisi quis manumittens à pupillo. *l. pen. de manumiss. vindicta. Synops. Basil. 10. in fin.*

ut hic. l. penult. T. an servus pro suo facto post manumiss. & l. 1. §. 3. T. de comm. servo in fin. §. 20. vers. peculium. Inst. de legat. l. 3. ff. de manumissionibus quæ servis.

TIT. XXIV.

DE SENATUSCONSULTO [52] CLAUDIANO [53] TOLLENDO.

Mulier libera servili amore capta, nec bona perdit, nec amoris servore libera esse desinit. Bald.

I. Imp. Justinianus A. Hermogeni Magistro officiorum.

CUM [54] in nostris temporibus, in quibus multos labores pro libertate subjectorum sustinuimus, satis esse impium credi-

52 Senatusconsultum Claudianum locus fuit, quoties mulier libera contra domini denunciationem & clamorem servo jungebatur. Ex hoc SC. cum fiebat ancilla, cujus alie servum reat: ut eo non do- Quod si liberæ aliæ ancillæ jungebatur? huic SC. locus non fuit. *l. 9. T. comm. de successionibus. l. 3. T. de liberali. Est & hoc adjiciendum, liberam concubinatus ratione non fieri ancillam. l. 24. T. de liberali.*

53 III. *Inst. de* §. 1. *Cap.* 11. §. 11. *l.* 27. *ff. depositi. l. 9. l. ult. Cod. Theod. de manumissis.* 4 D. Claudio *Tacitus*, non & Vespasiano, ut scribit Suetonius *in Vespasiano cap.* 11. apud authorem *Syn.* 48. *Basil.* 26. *in tit.* 15. *c.* 1.

54 Extat integra

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

etedimus, quasdam mulieres libertate sua fraudari, & quod ab hostium ferocitate contra [1] naturalem libertatem inductum est, hoc ad libidinem nequissimorum hominum inferri: Claudianum Senatusconsultum, & omnem ejus observationem circa denunciationes [2], & Judicum sententias conquiescere in posterum volumus: ne [ea] quæ *libera* constituta est, semel decepta, vel infelici cupidine capta, vel alio quocunque modo contra naturalium suorum ingenuitatem deducatur in servitutem, & sit pessimum dedecus [3] cognationis suæ fulgori: ut quæ forsitan decoratos dignitatibus habeat cognatos, hæc in alienum cadat dominium, & dominum pertimescat forsitan cognatis suis inferiorem. †. Quod & in *libertis* [observari oportet: semel etenim libertate potitam, per tale dedecus in servitutem deduci, religio temporum meorum nullo patitur modo. †. Sed ne *servi*, vel *adscriptitii* [4], putent sibi impunitum esse tale conamen (quod maxime in adscriptitio [5] adsciendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis, paulatim hujusmodi hominum conditio decrescat) sancimus, si quid tale fuerit, vel à servo, vel adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum ejus, sive per se, sive per Præsidem provinciæ, talem servum, vel adscriptitium castigatione competenti corrigere, & abstrahere à muliere tali. Quod si neglexerit: sciat in suum damnum hujusmodi defidiam reversuram.

1 Servitus contra naturam. *l. 4. §. 1. ff. de statu homin.*

2 Tribus ejus denunciationibus.

3 Dedecus cognatum fervitis facit *l. 2. §. 3 ff. de liberali cauſa.*

4 Hi Zemyrgoi? *l. ult. ff. de adgnoſc.*

5 Adſcriptitii.

TIT. XXV.

DE NUDO [6] JURE QUIRITUM [7] TOLLENDO.

Nudum nomen, quod quis in servis habebat, per hanc legem tollitur, & plenum dominium in servo concluditur. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

ANTIQUA [8] subtilitatis [8] ludibrium per hanc decisionem [9] expellentes, nullam esse differentiam patimur inter dominos, apud quos, vel nudum *ex jure Quiritum* nomen, vel tantum *in bonis* reperitur: quia nec hujusmodi volumus esse distinctionem, nec *jure Quiritum* nomen, quod nihil ab ænigmate [10] discrepat, nec unquam videtur, nec in rebus apparet, sed vacuum est & superfluum verbum, per quod animi juvenum, qui ad primam legum veniunt audientiam, perterriti ex primis eorum cunabulis inutiles legis antiquæ dispositiones accipiunt: sed sit plenissimus & legitimus quisque dominus, sive servi, sive aliarum rerum ad se pertinentium.

6 Hoc, ut aperte intelligamus, notandum est, Triplex veteribus dominium fuisse, naturale, legitimum, & pleni. Naturale habet qui in bonis habet: unde fructuarius dicebatur, dominus. Legitimum dominium habet, qui ex Quiritum dominium habet: plenum, qui & legitimum & naturale dominium simul habet. Theophil. *Inſt. de Divisione.* Naturale & in bonis dominium ſervi is habebat, qui civi ſervum à dive quoque emptione traditus, non tamen ei mancipatus, aut in jure ceſſus, aut ſi non anno ab eo poſſeſſus. Quando quid horum deeſſet, ſervus in bonis emptoris erat: venditoris vero, ex jure Quiritium, hoc eſt non eodemque tempore duorum erat dominorum. *Ulp. t. §. 16.* Utilius tamen bonorum dominii effectus altero potior erat. Nam ſervus quidquid adquirebat, ſuo domino bonitario adquirebat: id eſt, ei in cujus bonis erat, non ei qui jus dominii habebat ex jure Quiritum, unde cum natura inane juris Quiritum eſſet, merito ſublatum hoc conſtitutione. Porro jure Quiritum adquirebatur dominium hereditatis additione, mancipio, acceptione, juſta uſucapione, ſub certa emptione. *Flor. 2. de re ruſtica* 10. ſine his cauſis res non abalienabatur jure Quiritum. *Cicero de Topicis Ariſtot.* 19. Idque dominium ſibi aſſumebat is qui vindicabat, hac formula: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum eſſe ajo. Cicero 4. Verrinar.* 7 *Ulpian. t. §. 16. & 19. §. 10.* adde Theoph. *tit. de libertine.*

7 Subtilitatis antiquæ ludibrium. Subtiles interdum fuerunt antiqui, ſed plerumque. 8 Hæc lex juncta. *l. unic. Cod. de abdic. libert. toll.* facit tit. decisionem ex quinquagintæ novis Juſtiniani. vid. Inglois. Ant. 9 Ænigma, & ab enigmate non differunt.

TIT. XXVI.

DE USUCAPIONE PRO EMPTORE [11], VEL TRANSACTIONE [12].

Traditio rei alienæ, licet ex venditione furtum induxit, uſucapionem impedit, & dominii vindicationem non tollit. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Flaviano.

MANCIPIA [13] tua si ab eis distracta sunt, qui [14] jus vendendi non habuerunt, vindicare ea potes. Nec enim usucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita venditione furtum [15] contractum sit. Prid. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO Conss. 214.

Prohibitio alienationis per defunctum facta cum rationabili cauſa, impedit rei ſic prohibitæ uſucapionem. Salic.

11. Imp. ALEX. A. Marcellino.

SI contra defuncti voluntatem servos, quos propter perfectæ artis peritiam heredibus suis defunctus servari [16] testamento præcepit [17], tutores vendiderunt [18], usucapi non potuerunt. Dat. v. Non. Mart. JULIANO II. & CRISPINO Conss. 225.

Partus ancillæ furtivæ apud bona fidei emptorem conceptus & editus eſt uſucapibilis. Salic.

111. Idem A. Nepotillæ.

SI matrem ejus, cujus nomine [te] quæstionem pati dicis, bona fide emptam possidere cœpisti: etiam si ipsa in causam furtivam inciderit, tamen postea conceptum [19] apud te partum usucapere potuisti.

Conſenſus domini, vel uſucapio emptis bona fide, præjudicat ei. Salic.

IV. Idem A. Achilleo.

VENDITIONI ancillæ [20] si consensum [21] dedisse diversam partem probaveris: retractando [22] contractum, quem ipsa ratum [23] habuit, non audietur: [Sed] & hac probatione cessante [24], si bona fide emptam ancillam à venditore bona fide distrahente [longi] temporis spatio usuceperis, intentio proprietatem vindicantis tenere non potest.

Mala fidei poſſeſſor partem, quam poſſidet, non præſcribit, bona fidei autem poſſeſſor præſcribit, niſi res eſſet vi poſſeſſa. Bald.

V. Imp. GORDIANUS A. Marino.

SI partem [25] possessionis malæ fidei possessor vendidit: id quidem, quod ab ipso tenetur, omnino cum fructibus [26] recipi potest: portio autem, quæ distracta est, ita demum recte petitur à possidente, si sciens [27] alienam comparavit, vel bona fide emptor nondum [28] implevit usucapionem. Violenter [29] enim possessione amissa, priusquam [30] in domini potestatem perveniat, usucapio emptori (etsi bona fide mercatus est) non competit.

11 Dixi ad XLI. D. IV.

12 *C. 8. T. ead.*

13 *l. 4. §. 1. T. ead.*

14 Qui aliena mancipia distrahit, furtum contrahit: itaque longa poſſeſſione non capiantur. *Synopſ. Baſil. 50. tit. 4. c. 15.*

15 Res furtiva uſucapi non poteſt. adde *l. 3. pro donat.* præſcribi tamen poteſt triennio. *l. 1. §. 1. T. de annali except. l.* cum *quæſtor tit. T.*

16 Juſta prohibitio alienationis facta per defunctum impedit uſucapionem.

17 Teſtator certarum rerum alienationem vetare poteſt.

18 Quod ſervari debet, vendi non poteſt.

19 Conceptum apud fe partum bona fidei poſſeſſor uſucapit. *l. 33. ff. de uſur.*

20 *l. 1. T. eodem. l. 5. T. ead.*

21 Qui domini conſenſit poſſidet, non indiget uſucapione.

22 Contractus bonæ adverſario non retractatur, *l. 3. T. de obſeq.*

23 *l. 7. in fin. T. quod cum eo.*

24 Citra dominii conſenſum, longi temporis ſpatio bonæ fidei poſſeſſor præſcribit. *l. 1. T. tit. prox. l. 3. T. de longi temporis.*

25 Quod (ſi tantum non poſſeſſor) bona fide à poſſidente, non uſucapit. *l. 7. T. eodem.*

26 Fructus ſequitur. ubi de vi ſpoliativa agitur, non de expulſiva, *ut hic.* id neceſſe non eſt. *l. 3. T. de his qui vi.*

Vitium furti non purgatum, impedit rem uſucapi etiam ab emptore bona fidei. Salic.

VI. Idem PHILIPPUS A. cum Cœlio [31] collocutus dixit [32].

CUM sit probatum, rem [33] pignori [34] fuisse obligatam, & postea à debitore distractam: palam est non [35] potuisse eam quasi furtivam usucapi. Sine die, & consule.

Vitium furtivi atis efficit poſſidenti, non ratione malæ fidei, ſed ratione vitii, quod non eſt purgatum. Bald.

VII. Idem A. & C. Compedi.

SCIENS servum [36] alienum contra domini voluntatem venundans, furtum committit. Quod rei vitium priusquam [37] ad dominum ejus revertatur possessio, non permittit usucapionem fieri, licet bona fide possideatur. Dat. v. Id. Febr. CC. Conss. 248.

VIII. Idem A. & C. Severo.

EX [38] causa transactionis [39] habentes justam causam possessionis, usucapere possunt.

Emens à pupillo ſine tutore, non uſucapit rem. Salic.

IX. Idem A. & C. Cajo.

EUM [40], qui à [41] pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit, nullum temporis [longi] spatium defendit. Sed si locupletior [42] emptoris pecunia factus, post pubertatem occasionem juris ad iniquum trahat compendium, doli mali submovetur exceptione. CC. Conss.

31 *Cum eo, qui alii cum conſtiſſet, in lu Act. Apoſt. 25. v. 12. ſubſcribere* pro *ſe* ſuperiori *ſententiæ.* quo verbo, *cum Concilio calchedonenſe*, moris erat exprimi CCC. ut ex antiqua ſententia Senetionis conſtat. Senetio CCC. dixit. vid. *Cuj. 18. obſ. 32.*

32 Princeps Constantium dicit. *l. 1. T. de appellat. l. pen. ff. de his, quæ in teſtamento. delentur.*

33 Uſucapi, quaſi furtiva, res non poteſt, quæ obligata alteri, comparata eſt: hoc eſt, re pignori obligata distracta, quaſi furtiva uſucapi ea res non poteſt. *Synopſ. tit. t. 20.*

34 In uſucapione rei immobilis ſufficit bona fides emptoris, niſi res à venditore, vel ejus authore vi fit poſſeſſa, *ut l. 5. T. eod.* in mobili & emptoris & venditoris requiritur, *ut hic. l. 3. l. 4. T. eod.*

35 Imo poteſt. *l. 5. ff. eod. l. 6. §. 2. ff. de uſur.* 36 Dixi ad *l. 6. T.* 37 *l. 5. in fin. T. eod.*

38 Uſucapere poteſt, qui ex cauſa tranſactionis bona fide rem alienam accipit, cum juſtam cauſam uſucapiendi habeat. *Synopſ. tit. t. 21.* 39 *l. 29. ff. de uſurp.* 40 Uſucapere longi temporis ſpatio non poteſt rem pupilli, qui eam à pupillo ſine tutoris ejus auctoritate comparavit: ſi tamen probaverit pupillum ex pecunia emptionis ei numerata locupletiorem factum eſſe, poſt pubertatem ab ipſo conſecutus, doli mali exceptione eum ſubmovet. *Synopſ. tit. t. 23. de contrahenda empt. nec.* 42 *l. 29. ff. de inſtitoria.*

TIT. XXVII.

DE USUCAPIONE PRO DONATO [43].

Traditione & uſucapione pro donato dominium quæritur. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Macedonio.

SI VIX fuerit dominus [44], qui tibi loca, de quibus supplicasti, donavit: sive à [45] non domino bona fide donata suscepisti, eaque usucepisti, auferri [46] tibi quod jure quæsitum est, non potest. P. v. Id. Mart.

Res aſſolta vitio furti, non uſucapitur titulo pro donato. Salic.

11. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Capitonio.

DONANTEM alienam [47] nihil domino deminuere, non est ambigui juris: furtum etiam contrahere citra [48] voluntatem domini contrectantem, ut ejus rei nec usucapio possit procedere. S. V. Id. April. AA. Conss.

Ex donatione juſtativa, ſive erronea non procedit uſucapio. Salic.

III. Idem AA. & CC. Rhodano.

IRritam [49] facere donationem perfectam nemini licet. Utique hoc verum est, si error [50] falsæ causæ ratione bonæ fidei non defenditur. Quod & in dominio pro usucapione quærendo servatur.

43 Dixi ad XLI. D. VI.

44 Res à non domino bona fide pro bis donatas uſucapimus *ut hic*, & *50. Eccl. 60. 7.*

45 Uſucapione quæſita ſemel res aliena donatione à non domino tradita, bona fide accepta, auferri uſucapienti non poteſt, *ut hic*, *Synopſ. Baſil. 50. tit. 6. c. 7.*

46 Uſucapio prodeſt ad verſus rei vindicationem. *l. 4. in fin. T. tit. prox.*

47 Donare aliena non poſſumus. *l. 6. T. de furtis.*

48 Furtum eſt contrectatio rei alienæ invito domino. 49 Perfecta donatio invita fieri non poteſt invito donatario. *Bal. d. l. 1. 9. l. 4. in fin.* de *revocand. donationib.* 50 Falſus titulus ad uſucapionem non proficit. Falſus titulus eſt, quoties quis ſibi donatum putat. *§ 11. Inſt. de uſucap. l. 1. ff. pro donato.* Itaque uſucapere pro donato is non poteſt, qui putat ſibi donatum eſſe, cum donatum non ſit. *Syn. Baſ. 50. t. 6. c. 9.*

TIT. XXVIII.

DE USUCAPIONE PRO DOTE [51].

Res mobilis in dotem data, ſi vitium uſucapionem non impedit, uſurpabitur. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Taurino.

RES mobiles [52] in dotem datæ, quamvis alienæ, si sine vitio tamen fuerint à bonæ fidei accipiente [53] pro dote acceptæ, usucapiuntur [54].

51 Dixi ad XLI. D. IX.

52 Quæcunque etiam mancipia. vid. *Cujac. 14. obſ. 9.* In rebus soli aliud. Nam in immobilibus non facile vitium procedit quod in eis furtum non fiat. 1.. *Eccl. 8. t. 4.* Fundus dotalis uſucapi non poteſt. *l. 16. ff. de fundo dotali.*

53 Puta marito. 54 Res mobilis aliena in dotem data, ab accipiente poteſt uſucapi. vid. *l. 1. ff. eod.* vide *Cujac. d. loco.*

TIT. XXIX.

DE USUCAPIONE PRO HERE DE [55].

Sibimet ſuum heredem non uſucapit titulo pro herede: ita nec heres heredis etiam extraneus ex perſona defuncti. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Theophilo.

CUM pro herede usucapio locum non habeat: intelligis, neque matrem tuam, cui heres [56] extitisti, neque te usu mancipia ex ea causa capere posse. P.P. VII. Kal. Jul. *Roma*, LUPO & CEREALE Conss. 216.

11. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Maurinæ.

NIhil pro herede posse usucapi, suis heredibus existentibus [57] magis obtinuit.

111. Idem AA. & CC. Diodoro.

OPinione falsa [58] mortis pro herede possessio rerum absentis procedere non potest.

Uſucapio requirit titulum præcedentem. Bald.

IV. Idem AA. & CC. Serapioni.

USucapio non præcedente vero [59] titulo procedere non potest: nec prodesse neque tenenti, neque heredi ejus potest: nec obtentu velut ex hereditate esset, quod alienum fuit, domini intentio ullo temporis longi spatio absumitur. Dat. VII. Kal. Januar. CC. Conss.

55 Dixi ad XLI. D. V. Si defunctus rem aliquam sine vitio possidet, heres usucapere potest.

56 Quod defunctus usucapere non potuit, heres etiam si bonam fidem habeat, usucapere non potest. Nam vitia defuncti in heredem transeunt. *l. 11. ff. de diverſ. & rem. Jud. l. 5.*

57 Non extantibus tamen, id est, absentibus: quia sui heredes manent, etiamsi abstinuerint: sua existentibus agnati venire non possunt. Sed quia jure Prætorio venire possunt & pro possessore usucapiunt. *Goth.* Vid. Vigil. *de hered. quæſt. & diff. §. ſed ut nepotes.* Anz. 58 Usucapiendi titulum verum esse oportet, *ut hic*, & *l. 4. T. eod. l. 1. ff. eod. l. 3. T. pro donato. l. 4. ff. de præſcr. longi temp. §. 11. Inſt. de uſuc.* 59 *l. 3. T. eod.*

TIT. XXX.

COMMUNIA [60] DE USUCAPIONIBUS.

Colonus corporaliter tenet, ſed non poſſidet ſibi, ſed domino: & ideo non præſcribit.

1. Imp. ALEXAND. A. Sabino.

QUI ex conducto [61] possidet, quamvis corporaliter [62] teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere, neque

60 Dixi ad XLI. D. III.

61 Quod alteri possidemus, non uſucapimus. Conductor alteri possidet, *ut hic.* colonus. *l. eod. & l. 3. T. qui ab. eod. teſtat. in quib. cauſ.* quod qui præstat mercedem. *l. 2. T. de præſc. 30. ann.* emphyteuta. *l. 7. in fin. ff. tit.* creditor pignus. *l. 13. ff. de uſuc.* adde *l. 36. ff. de adq. poſſeſſ.* 62 Conductor corporaliter rem tenet: jure tamen civili non possidet: ideoque nec rem usucapit.

neque enim colono [1], vel conductori prædiorum longa possessionis præscriptio acquiritur. P.P. VII. Kal. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

11. Idem A. Onesimæ.

IAmpridem quidem mancipium, de quo supplicas, comparasse te dicis: sed si cogitaveris rem fisci [2] mei usucapi non posse, respondere te actionibus fisci mei intelligis: nec alias posse [rei] proprietatem obtinere, quam si non ex ancilla fiscali natum fuisse constiterit. [3]

Mala fides auctoris nocet successori singulari, volenti uti actione singulari. Bald.

111. Imp. PHILIPPUS A. & C. Pantino.

SI mala fide servum tuum sciens Antiochus tenuit, intentionem tuam contra successorem [4] ejus, licet bona fide possidet, propter initii vitium usucapio non absumpsit.

2 *Harm.* 1. §. 44. 4 Vitium defuncti transit in heredem etiam bonæ fidei. *l.* 4. §. 25. *ff. de usurp.*

TIT. XXXI.

DE USUCAPIONE TRANSFORMANDA, ET DE SUBLATA DIFFERENTIA RERUM MANCIPI ET NEC MANCIPI.

Hodie res provinciales & Italicæ quantum ad usucapionem sunt exæquatæ, & immobiles præscribuntur ubique spatio longi temporis: mobiles vero spatio triennii continui, intervenientibus a principio bona fide & titulo. Salic.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

CUm nostri animi vigilantia *ex jure Quiritum* nomen & substantiam sustulerit [5], & communes exceptiones in omni loco valeant: decem vel viginti, vel triginta annorum, vel si quæ sunt aliæ majoris XVI., continentes prolixitatem: satis inutile est usucapionem in Italicis quidem soli rebus admittere, in provincialibus autem recludere. Sed & si quis res alienas, Italicas tamen, bona fide possidebat per biennium [7], miseri rerum domini excludebantur: & nullus eis ad eas reservabatur regressus: quæ & nesciensibus dominis procedebant, quo nihil inhumanius erat, si homo absens & nesciens tam angusto tempore suis cadebat possessionibus. Ideo per præsentem legem, & in Italicis soli rebus, quæ immobiles sunt, vel esse intelliguntur, sicut annalem [8] exceptionem, ita & usucapionem transformandam esse censemus: ut tantummodo & his decem [9], vel viginti, vel triginta annorum, & aliarum exceptionum tempora currant, hujusmodi angustiis penitus semotis. †. Cum autem antiqui & in rebus mobilibus, vel se moventibus, quæ fuerant alienatæ, vel quocunque modo (bona fide tamen) detentæ, usucapionem extendebant non tantum in Italico solo nexu, sed in omni orbe terrarum, & hanc annali [10] tempore concludebant: & eam duximus esse corrigendam: ut [11] si quis alienam rem mobilem, seu se moventem in quacunque terra, sive in Italica, sive provinciali bona fide per continuum triennium [12] detinuerit, is firmo jure eam possideat, quasi per usucapionem eam acquisitam. †. [Hoc] tantummodo observando, ut in his omnibus casibus ab initio [13] eam bona fide capiat, secundum [14] quod exigit longi temporis præscriptio: & ut continuetur [15] ei possessio etiam anterioris justi possessoris, & connumeretur in decennium, vel viginti annorum spatium, vel triennium. Quod & in rebus mobilibus observandum esse censemus, ut in omnibus justo titulo [16] possessionis antecessoris justa detentio, quam in re habuit, non interrumpatur ex posteriore forsitan alienæ rei scientia, licet ex titulo lucrativo ea cœpta est. Ita etenim ampliatur quidem longi temporis materia, quæ ei subdita est, minuitur autem usucapionum compendiosa dominis jactura, & ejus jura nocentia: cum [etiam] res dividi mancipi & nec mancipi sane antiquum est: & merito antiquari oportet, ut sit rebus & locis omnibus similis ordo, inutilibus ambiguitatibus & differentiis sublatis. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulat. LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

5 De rebus mancipi, & non mancipi. vid. *Ulp.* 19. 6 Vid. *l. unic. C. de modo jure Quiritum tollendo.* 7 Res Italicæ olim biennio usucapiebantur. 8 Jure veteri, id est, XII. Tab. res mobilis anno usucapiebatur, *ut hic: & vers. cum ante. Inst. quæ de re divi ad leges* XII. *Tab. l.* 2. *tit.* 23. §. 1. 9 Hodie res omnes, sive sint Italicæ, sive provinciales immobiles præscribuntur decennio inter præsentes: viginti, inter absentes. 10 De annali usucapione dixi *l.* 11 Usucapimus res omnes mobiles, aut si moventes bona fide per triennium: immobiles, ubicunque eæ sint, decem annis adversus præsentes: viginti annis adversus absentes, *ut hic.* 2. *Harm.* 1. §. 21. 12 Res mobiles triennio usucapiuntur, *pr. Inst. de usuc.* cum Titulo & bona fide: Immobiles vero annis decem inter præsentes: viginti autem absentes cum titulo & bona fide. adde *l.* 2. §. *de præscr. long. temporis.* sine titulo vero annis triginta: & eo modo adquiritur dominium utile. *l.* 8. §. 1. *C. de præscr.* 30. *ann.* apud auctorem Synopseos 50. *tit.* 10. *c.* 3. *in fin.* legitur *hic reliquerint*, per quadriennium. 13 In usucapione satis est si possidendi initio bona fides intervenerit. *l.* 48. *ff. de adq. rer. dominio. l.* 44. §. 2. *ff. de usuc.* quod tamen Lateranense concilium non admittit. *c.* 41. 14 Bona fides requiritur in usucapionum & præscriptionum initio. Et de bona & mala fide vid. *Baldum* 3. *de præscr. & ad eam rem* 19. *quæst.* 15 Continuatur possessio in successorem. §. 12. *Inst. de usuc.* adde *l.* 14. *ff. de usurpat.* hoc est, in diuturna possessione connumeratur etiam tempus anterioris possessoris. 2. *Harmen.* 1. §. 72. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 11. *c.* 20. 16 Titulus in usucapione requiritur. vid. *Bald.* 3. *de præscript. quæst.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

TIT. XXXII.

DE ACQUIRENDA [17] ET RETINENDA POSSESSIONE.

De acquisitione per liberam personam.

1. Imp. SEVERUS & ANTON. AA. & CC. Attico.

PEr liberam [18] personam ignoranti [19] quoque acquiri possessionem; & postquam scientia [20] intervenerit, usucapionis conditionem inchoari posse, tam ratione utilitatis, quam juris prudentia receptum est. P. P. VI. Kal. Decemb. Fusco & DEXTRO CONSS. 226.

Si emptor sciente venditore in possessione fuerit.

11. Imp. ALEXANDER A. Mauro.

MInus instructus est, qui te sollicitum reddidit, quasi in vacuam [21] possessionem ejus, quod per procuratorem emisti, non sis inductus: cum ipse proponas te diu [22] in possessione [ejus] fuisse, omniaque, ut dominum gessisse. Licet [23] enim instrumento non sit comprehensum, *quod res tradita sit possessio*: ipsa tamen rei [24] veritate id consecutus es, si sciente [25] venditore in possessione fuisti.

17 Dixi ad *tit.* D. 21. 18 *Paul. 5 sent.* 2. §. 2. 19 *l.* 34. §. 1 *l.* 49. *in fin. ff. eod. l.* 13. *ff. de adq. rer. §.* 7. *vers. & hæc ult. Inst. per quas personas cui acq.* 20 Liber ignoranti possessionem: scienti usucapionem adquirit. 21 De vacua possessione agitur in *l.* 3. & 7 *C. eod.* vid. *l.* 2. *in fin. ff. de usurp. empt.* Goth. Vid. hic Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 10. *n.* 132. ANT. 22 Paria sunt in vacuam possessionem induci, & sciente venditore dio in possessione fuisse. *l.* 12. *C. de contr ab. empt. l.* 2. *C. si quis alteri.* 23 Hinc colligit Alciat. 2. *præsumpt.* 23. quemque præsumi possidere ex titulo præambulo, id est, ex antecedente alieno titulo. dixi ad *l.* 12. *C. de fide instrument.* 24 Revera possidet, qui sciente venditore possidet. 25 *l.* 60. *ff. de rei. jur.* aliud nesciente. *l.* 3. *ff. eod. l.* 14. §. 1. *ff. de furtis.* 26 Hanc *l.* cum *l.* 1. *ff. eod.* conciliat Charond. *margin. l.* 2. *cap.* 6. ANT. 27 *l.* 32. §. 2. *ff. eod.* 30. *Bol.* 2. *c.* 1. 28 *l.* 2. *C. eod. l.* 7. *C. eod.* 29 Suo, scilicet. 30 *Adjicitur*, Hal. 31 Modo animo possessio retineatur, non adquiritur. vid. *l.* 44. *in fin. ff. eodem.*

TIT. XXXIII.

DE PRÆSCRIPTIONE LONGI [67] TEMPORIS DECEM [68], VEL VIGINTI [69] ANNORUM.

Civilis interruptio præscriptionis non operatur, nisi contra eum contra quem interruptio facta est, & in hypothecaria non contrahitur vitium litigiosi. Bald.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Juliano P.P.

CUm [70] post motam & omissam quæstionem res ad nova dominia bona fide translatæ, & exinde novi viginti anni inter-

sionem non derelinquendi affectione transacto tempore non collusisti [31], sed metus [32] necessitate culturam eorum distulisti: præjudicium tibi ex transmissi temporis injuria generati non potest. P.P. Kal. August. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De causa possessionis sibi non mutanda.

V. Iidem AA. & CC. Mennoni.

CUm nemo causam [34] sibi possessionis mutare possit, proponasque colonum nulla extrinsecus accedente causa excolendi occasione ad iniquæ venditionis [35] vitium esse prolapsum: Præses provinciæ inquisita fide veri dominii tui jus convelli non sinet.

De eo, qui sine causa ingressus est in fundum alienum.

VI. Iidem AA. & CC. Valerio.

SI nulla causa [36] ingressum [37] agrum [tuum] sive vineas, cum cujus meminisse, Præses reperierit, nec ulla præscriptione tua interpellatur petitio: restituere tibi possessionem cum omni causa [38] non dubitabit. S. Idib. April. AA. CONSS.

De improba possessione.

VII. Iidem AA. & CC. Asyncrito.

IMproba possessio firmum titulum [39] possidenti præstare nullum potest. Unde ingredientem in [40] vacuum possessionem alieni fundi non consentiente domino, vel actore, qui ejus res concedendæ potestatem habuit, causam justam possessionis adipisci non potuisse certum est. P.P. V. Idus Decemb. AA. CONSS.

De procuratore.

VIII. Iidem AA. & CC. Cyrillo.

PEr procuratorem utilitatis [41] causa possessionem [42], etsi proprietas ab hac separari non [43] potest, dominium etiam quæri placuit. P.P. XVIII. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

De improba possessione.

IX. Iidem AA. & CC. Sergio.

NEc ex vera venditione possessionem, quam non fuerat emptor [44] adeptus, improbe retinere potest: ac multo minus is, qui adseveratione falsa velut [45] emptor, cum sine obligatione pignoris pecuniam mutuo dedisset, fundum irrumpens alienum, retinendi justam causam habet. P.P. III. Non. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

De divisione & interruptione usucapionis.

X. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maternum.

NEmo ambigit, possessionis duplicem [46] esse rationem: aliam [47], quæ jure [48] consistit; aliam, quæ corpore [49]: utramque autem ita demum esse legitimam [50], cum omnium adversatorum silentio, & taciturnitate firmatur: interpellatione [51] vero & controversia progressa, non [52] posse eum intelligi possessorem, qui licet [possessionem] corpore teneat, tamen ex interpositis [53] contestatione, & causa in judicium deducta super jure possessionis vacillet ac dubitet. P.P. XI. Kal. Februar. *Treviris.* VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

De successoribus.

XI. Impp. ARCADIUS & HONOR. AA. Petronio Vicario Hispaniarum.

VItia [54] possessionum à majoribus contracta perdurant: & successorem [55] auctoris sui culpa comitatur. Dat. V. Kal. Januar. CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

Si is, per quem possidebatur, possessionem reliquerit.

XII. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P. P.

EX libris Sabinianis [56] quæstionem in divinas nostri numinis aures relatam tollentes, definimus, ut sive servus [57], sive procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cujuscunque rei dereliquerit [58], vel alii prodiderit, desidia forte vel dolo, ut locus aperiatur alii eandem possessionem detinere: nihil penitus domino præjudicii generetur: ne ex aliena [59] malignitate alicuum damnum emergat: sed & ipse, si liberæ conditionis est, competentibus actionibus subjugetur: omni jactura ab eo restituenda domino rei, vel ei, circa quem negligenter [60] vel dolose versatus est. Sin autem necdum sub [61] manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel servi possessio facta est [62], sed ipse eam accipere desidia vel dolo supersedit, tunc & ipse qui eum transmisit, ex mala [63] sua electione præjudicium circa eam possessionem patiatur, ex memoratarum personarum vel machinatione, vel negligentia accedens. Hoc etenim tantum sancimus, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his quos transmiserit: non ut etiam lucrum sibi per eos aliquod acquirat: cum & antiqua [64] regula [juris] quæ definivit *deteriorem conditionem per servum domino nullo modo fieri*, tunc locum habeat, cum dominus de damno [65] periclitetur, non cum sibi luctum per servum acquiri desiderat. †. Salva videlicet in hoc casu domino rei, vel ei [66], qui ad eam detinendam præfatas transmiserit personas, adversus eas omni actione, (si qua ex legibus ei competit) servata.

31 Calumnia & metus, possessionem non auferunt. 32 Vid. *quæ not. ad l.* 1. §. 3. *ff. eod.* 33 Id est, tibi. Item possidendi. vid. *l.* 1. §. 13. *ff. eod.* 34 Colono facta venditio dominum non mutat. 35 Sine vi, *l.* 28. *C. eod. ubi vi.* 36 Ingressio vacuæ possessionis vitium excludit, non item facit. quare si ingressus non fuerit res usucapitur. 37 Id est, tuas fructibus. Causa est quidquid ita profuturum, vel rei cohæret. *l.* 3. §. 2. 9. *ff. de usuris & fructibus & ea.* 38 Injusta possessio non est interdictum. Sine titulo non est locus præscriptionis. *l.* 14. *ff. de usurp. §.* 2. *Inst. de usuc.* 39 Improba possessio non est interdictum. Sine titulo non est locus præscriptionis. *l.* 14. *ff. de usurp. §.* 2. *Inst. de usuc.* 40 *l.* 13. *C. eod.* 41 Cui mandatum tribui fidei. 42 Per procuratorem novam possessio & dominium adquiritur. *l.* 1. *C. per quem person. l.* 1. *C. eod. l.* 20. §. 2. *ff. de adq. rer. dominio.* 43 Imo possit. *l.* 12. §. 1. *ff. eod.* 44 Vera fictione. *l.* 5. *ff. eod.* de fallo mox dicetur. 45 Falsa tegitur malicia conditionis, ita ea non debet quam vera. 46 Naturalis, scil. vel civilis: nulla est tertia. vid. *Cujac. 9. obs. serv.* 31. *Gloss. Adde Zanger. de Except. part* 3. *c.* 10. *num.* 68. ANT. 47 Jus & corpus separantur. 48 Possessio jure consistens, est civilis possessio. 49 Possessio corpore consistens, est naturalis possessio. 50 Legitima dicitur, quæ defenditur legibus & interdictis possessoriis. 51 Interruptio vitiat justam causam capiendi usum, licet is id diu non possit non fuerit videatur possessio ad rerum dominum recurrere, atque ipsi interruptioni dominio renovatur. 2. *Harm.* 1. §. 67. 52 Possessio non intelligitur, qui licet possessionem corpore teneat, interpellata contestatione & causa in judicium deducta, super jure possessionis vacillet ac dubitet. 53 *l.* 25. *C. de rei vindicatione. l.* 2. *vindicatione. l.* 10. *C. de præd. dign. long. temp.* 54 Realia fiunt. *l.* 24. §. 1. *ff. de usurp. l.* 5. *in fin. C. Theod. unde vi.* ethique pars *Ad emphyteuticar. quæst.* 18. *à Sand. decis. Frisic.* 55 Omnem scil. 56 Locus est huic legi quando res tradita est alii & ab eodem occupatur. Johan. Decher. *l.* 2. *dissert.* 3. *num.* 25. Vasallum, vel conductorem ad longum tempus trahi non potest. Valasc. *de jure Emphyt. quæst.* 18. *num.* 17. neque locum habet in colono tradente, ac deferente possessionem. Joann. à Sand. *decis. Frisic. lib.* 5. *tit.* 4. *defin.* 7. ANT. 57 Per servum, procuratorem, colonum, & inquilinum possidemus. *l.* 31. & 40. §. 1. *ff. eod. l.* 31 *ff. de dolo. l.* 6. *in fin. C. unde vi. l.* 1 *C. si per vim. l.* ult. §. 3. *C. de donationibus. l.* 133. *ff. de reg. jur.* 58 Qui alteri non sibi possidet, si possessionem deseruit, vel alteri tradit, domino non præjudicat. *l.* 133. *ff. de reg. jur.* 59 Malitia foli authori nocere debet. 60 In quo vanitas possessionis consistat, quisque negligentia sua obesse ei cui quærere debuit: & tamen in id quod interest ei remittur. 61 Possessor naturalem & civilem possessionem amittit, si ille per quem possidet, possessione expellatur: neque ac si possessionem ipsam tradiderit. *Accurs. Bartol. Angel. hic Glos. in cap. olim causam. 17. extr. de restit. spoliat.* quod tamen in Ecclesia *per doctores in d. cap. olim*, secus in pupillo fallit. *c.* 1. *ver. de in integr.* adde alias exceptiones ex Socino *reg.* 297. 62 Possessio facta sub manibus procuratoris. 63 Mala electio eligenti nocet. 64 *l.* 133. *ff. de reg. jur.* 65 *l.* 27. *ff. ad Falcidiam.* 66 Id est, custodi possessionis. *l.* 1. *C. si per vim. l.* 6. *C. unde vi.* adde *l.* ult. *C. de dolo malo.*

67 70. Reg. 11. Præscribimus hoc spatio res immobiles cum titulo, & bona fide. 68 Adversus præsentes. vide *l.* 12. *C. eod. Nov.* 119. *c.* 7. & 8. *Bol. l.* 14. §. 1. *ff. de usurp. l.* 2. *Bell. l.* 2. *in prin.* 69 Adversus absentes. *l.* 11. *C. eod.* 70 Eadem regula observatur apud Paul. 5 *sent.* 2. §. 5.

intercesserint sine [1] interpellatione, non est inquietanda, quæ nunc possidet, persona: quæ sicut accessione prioris domini non utitur, qui est inquietatus: ita nec impediendæ est, quod ei mota controversia sit. Quod si prior possessor inquietatus est: etsi postea per longum tempus sine aliqua interpellatione in possessione remansit, tamen non potest uti longi temporis præscriptione, quod etiam in Republica [2] servari oportet.

In Authent. ut spons. larg. §. iursus. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 7.

Alta [3] fidei possessore alienante [4], cessat longi [5] temporis præscriptio [6], si verus dominus ignoret [7] finem jus, & alienationem fundum: spectatur ergo triginta annorum defunctio. Si vero is, qui putabat eadem res sibi competere, hoc agnoscens intra decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes lecum fuerit contestatus: possessor præscriptione munitus, firmiter eam habebit.

In Authent. ut spons. larg. §. De præscriptione. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 8.

Quod si quis quibusdam annis præsens sit, quibusdam absens, adjiciuntur ei super decennium tot anni quot anna ex decennio fuit absens.

Præscriptio fortitur effectum ex possessa bona fide cum titulo per longum tempus non interruptum. Bald.

11. Impp. Diocles. & Maxim. AA.

LOngi [8] temporis præscriptio his, qui bona [9] fide acceptam possessionem, & continuatam [10], nec interruptam [11] inquietudine [12] litis tenuerunt, solet patrocinari. P.P.v. Kal. Decemb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

III. Iidem AA. & CC. Antonio.

SI vineæ, quas maret tua vitrico tuo in [13] dotem dedit, quæ proprietatis sunt, nec [14] ulla præscriptio ex translacti temporis prolixitate adolevit: Præses provinciæ restitui tibi eas efficiet.

Sine titulo non precedit usucapio longi temporis. Bald.

IV. Iidem AA. & CC. Hermogeni.

DIutina possessio tantum jure [15] successionis sine justo titulo [16] obtenta, prodesse ad præscriptionem hac sola ratione non potest. P.P. Sirmii, IV. Idib. April. AA. Conss.

Error domini præstans patrocinium alteri in re propria, vel etiam effectus non tribuit possessori titulum. Bald.

V. Iidem AA. & CC. Soterico.

NEc petentem dominium ab eo, cui pectoris solus error [17] causam possessionis sine vero titulo præstitit, silentii longi temporis præscriptione repelli, juris evidentissimi est. Sirmii, II. Kal. Maji, AA. Conss.

Dolus dans causam contractui bona fidei, invalidat titulum ad præscriptionem temporis longi. Salic.

VI. Pars ex Epistola eorundem AA. & CC. ad Primosum Præsidem Syriæ.

SI [18] fraude [19], & dolo (licet inter majores vigintiquinque annis) facta venditio est, hanc confirmare [20] non potuit consequens tempus, cum longi temporis præscriptio in malæ [21] fidei contractibus locum non habeat.

Instrumentorum amissio, vel subtractio non præjudicat præscriptione munito. Salic.

VII. Iidem AA. & CC. Antex.

LOngi temporis possessione munitis instrumentorum amissio [22] nihil juris aufert: nec diuturnitate possessionis partam securitatem maleficium [23] alterius turbare potest. Dat. Prid. Kal. Januar. AA. Conss.

Adeptio invalida, vel error juris non est sufficiens ad præscriptionem longi temporis. Salic.

VIII. Iidem AA. & CC. Celso.

SI is, contra quem supplicas, matris tuæ quondam mancipia quasi filius ex causa tantum adoptionis [24] defendit: affectio destinatæ, ac illicitæ [25] adoptionis ad horum dominium ei quærendum sola non sufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens [temporis] præscriptionem: si hoc tantum initio præcedente is, contra quem supplicas, horum possessionem adeptus est.

Exceptio præscriptionis non potest opponi in initio, sed probanda venit fundata intentione actoris. Bald.

IX. Iidem AA. & CC. Demostheni.

EMptor [26] bona fide contra præsentem [27] decennii præscriptione, [in] cujus initio [28] contestationem habeti sufficit, postea quam suam impleverit intentionem petitor, adhibita probatione justæ possessionis defensus, adsolvi recte postulat.

Usucapio longi temporis litis contestatione interrumpitur. Bald.

X. Iidem AA. & CC. Rhegino.

NEc bona fide possessionem adeptis longi temporis præscriptio post moram litis contestatæ completa proficit [29]: cum post [30] moram controversiam in præteritum [31] æstimetur, Dat. Id. Decemb. CC. Conss.

XI. Imp. Justinianus A. Mennæ P.P.

SUper longi temporis præscriptione, quæ ex decem, vel viginti annis introducitur, perpicuo jure sancimus, ut sive ex donatione, sive ex alia lucrativa [32] causa bona fide quis per decem, vel viginti annos rem detinuisse probetur, adjecto [33] [scilicet] tempore etiam [34] priotis [35] possessoris: memorata longi temporis exceptio sine dubio ei competat, nec occasione lucrativæ causæ repellatur. Dat. Kal. Jul. DN. Justin. P.P.A. Cons. 528.

Præscriptio longi temporis inter præsentes completur decennio, inter absentes vicennio, & præsentes discuntur quando uterque habet domicilium in eadem provincia, licet non in eadem civitate. Salic.

XII. Idem A. Joanni P. P.

CUm in longi temporis præscriptione tres emergebant veteribus ambiguitates: prima, propter *res* [36], ubi positæ sunt: secunda, propter *personas* [37], sive utriusque sive alterutrius præsentiam exigimus: & tertia, si in [38] eadem provincia, vel in eadem civitate debent esse personæ tam petentis, quam possidentis, & res, pro quibus certatur: omnes [eas] præsentis legis amplectimur definitione [39], ut nihil citra eam relinquatur.

†. Sancimus itaque debere in hujusmodi specie, utriusque *personæ*, tam perentis, quam possidentis spectari domicilium: ut tam is qui dominii vel hypothecæ quæstionem inducit, quam is qui res possidet, domicilium habeat in uno loco, id est, in una provincia [40]: hoc etenim magis nobis eligendum videtur: ut non [41] [in] civitate concludatur domicilium, sed magis provincia: & si uterque domicilium in eadem habeat provincia, causam inter præsentes esse videri, & decimii [magis] præscriptione agentem excludi. †. De *rebus* autem de quibus dubitatio est, nulla erit differentia, sive [42] in eadem provincia sint, sive in vicinia, vel trans mare positæ, vel longo spatio separatæ. Sin autem non [43] in eadem provincia uterque domicilium habeat, sed alter in alia, alius in altera: tunc ut inter absentes causam disceptari, & locum [44] esse viginti annorum exceptioni. Nihil enim prohibet sive in eadem provincia res constitutæ sint, sive in alia, super his controversiam in judicio provinciali moveri, & multo magis in hac florentissima civitate. Quid enim prodest in ipsa provincia esse possessionem, an in alia: cum jus vindicationis incorporale est, & ubicunque [45] res positæ sint, & dominium earum, & vinculum ad dominum, vel creditorem possit reverti? Ideo enim nostri majores subtilissimo animo, & divino quodam motu ad actiones, & earum jura pervenerunt, ut incorporales [46] constitutæ possint ubicunque jus suum & effectum corporalem extendere. Sit igitur secundum hanc definitionem causa perfectissime composita, & nemo posthac dubitet, neque inter præsentes, neque inter absentes, quid statuendum sit: ut bono initio possessionem tenentis, & utriusque partis domicilio requisito sit expedita quæstio pro rebus ubicunque positis: nulla [47] scientia, vel ignorantia exspectanda, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur occasio. †. Eodem observando, & si res non soli sint, sed incorporales, quæ in jure [48] consistunt, veluti usufructus, & cæteræ servitutes.

---

[1] Hanc restitutionem adde *l. ult. C. de usucap. transformanda.*

[2] Adversus rempublicam etiam viginti annorum præscriptio prodest ei qui jultum initium possidendi habuit: nec medio tempore interpellatio fit. *Faul. d. l.* §. 4.

[3] Præscribere longo tempore non potest, nisi [4] habens à malæ fidei possessore, ut hic: nisi alienatio ab initio bonæ fidei fuerit. *Angelus in l. fequitur 4. ff. de usucap. Glos. in l. 1. item §. 1 vers. 4. ff. de aliment. jud.* nisi debitor alienet rem alteri pignoratam: tunc enim emptor bonæ fidei præscribit adversus hypothecariam: hoc quippe Auth. de præscriptione domini, non hypothecæ conducta est. *Bart. & Cynus hic.* fallit etiam quoties habens titulum à malæ fidei possessore domini non præscribit. fallit etiam quoties possessor res ea quæ non requirunt titulum, puta furtivas. *l. si res furtivas. Institut. de usucap.* 10 *ff. si furtivæ vindicetur*, sed & si procurator mala fide vendidit, & dominus ea rei bonam fidem habebit. *l. qui scribere 7. §. procurator 8. ff. pro empt.* Hinc esse potat Bartol. in *l. Pomponius* 13. §. 2. *ff. de adq. poss. Angelus in l. sequitur 4. ff. de usurp. Bald. in l. ancilla* 12. *T. de furtis*: in usucapione rei mobilis: non potest res mobilis mala fide, sive furto distrahi. *l. alienum 6. ubi Glos. T. de furtis.* vide alias exceptiones apud Bart. *Angel. & Bald. ibid.* adde Socin. reg. 422. Idem dicendum in secunda empore: ut hic Auth. locum tantum adversus primum emptorem habeat, Bart. in d. §. *item quidam* emisit quendam vendere rem in ipsi traditione, sed post nullam fidem habuit. Item si mala fides superveniens non nocet ipsi possessori male fidei, multo minus nocere debebit singulari successori. *Glos. l. item §. vers 4. ff. de usur. jud.* Aliud quoque existimant, si de facilitas adquirendi tradatur, cum hic de dominio adquirendo agatur. *Glos. in l. ubi* 11. *T. de adq. poss.* Aliud etiam existimant in ultimanda præscriptione. *Arct. hic.* ut & si agatur de malæ fidei possessore facto, vel præsumpto tantum. Quid si successor præscriptionem velit ex sua persona inchoare? Quid si venditor non mala fide præstet, sed dubitans reædat? quid si perfecta præscriptione superveniat mala fides? Idem esse censent, *Bald. in l. nihil* 2. *T. pro her. Cast. in l. ancilla* 12. *T. de furt. Innocentius in c. si diligenter 17 x. de præscr. Bart. in l. naturaliter 3. ff. de usucap. e. cum dilectus. de majoritate.* adde Socin. reg. 33.

[4] Velantæ fin ac spontæ: facies si necessario. *l. Pomponius* 13. §. *si jussu. 9 ff. de adq. poss.*

[5] Aliud in præscriptione longissimi temporis, quia mala fides tempore longissimo non nocet. *l. 3. l. 4. de præscr. 30.*

[6] Præscribere longo tempore non potest, qui titulum habet à malæ fidei possessore, *ut hic.* An mobilia usucapere possit? hæc enim Authentica de præscriptione immobilium est. *Bart. in d. l. Pomponius* 13.

[7] Ergo cum scit, neque ignorat, longissimum tempus non requiretur, sed longum tempus tantum. *l. 1. T.*

[8] Præscriptio longi temporis prodest his qui bona fide possederunt, nec ullam contestationem litis sustinuerunt. *Synopf. Basil. 50. tit. 11. c. 2.* ubi Scholiastes ἔφορα *Ilesp*, seu *superintendit*, & ἐχθαίνει, litem sive contestationem ab inquietatione: ut prius usucapionem interrumpat, non posterior.

[9] *l. 3. ff. de usucap.*

[10] *l. 3. ff. de usucap.*

[11] *l. 1. T. eod. l. 10. T. tit. prox.*

[12] Præscriptio interrumpitur litis contestatione. *l. 1. T. eod. l. 10. T. tit. prox.*

[13] Res alienæ in dotem dari non potest: si tamen data fuerit, usucapi poterit.

[14] *l. 4. T. de rei vind. l. 2. l. 5. T. de reb. alien. l. 4. T. de usuc. pro empt.*

[15] *l. 3. T. de usuc. pro hered.*

[16] Sine titulo non est usucapio: adde *l. unic. T. de usucap. transform.*

[17] Si per errorem causam possessionis meæ tibi præstiti, possum nihilominus rem meam vindicare, neque mihi obest temporis præscriptio.

[18] Præscriptio longi temporis emptionem dolo factam confirmare non potest: quam mala fide possidere quis incipit. *Syn. ibid. c. 6.*

[19] Contractus bonæ fidei, titulus est: nisi dolus causam illi dederit. Tunc enim titulus non est, ac proinde ex illo non præscribitur.

[20] Dixi ad *l. 1. T. de rescindenda.*

[21] Malæ fidei possessor non præscribit. *vid. d. l. & ibi Cynus de reg. in 6.*

[22] Instrumenti amissio non nocet præscriptioni, si modo de jure possessionis alter probari potest. *l. 6. l. 8. l. 10. in fin. T. de fide instr. d. l. 3. in quibus caus. cessat longi temp.*

[23] Id est, instrumenti fraudulenta subtractio.

[24] *l. 10. T. de fide.*

[25] Mulieres non adoptant, vide tamen *l. 3. §. 3. de adop. §. 10. Inst. de adop.* dixi ad *Nov. Leon.* 28. & ita quod possidenti illegitime adoptati, non præscribunt.

[26] Præscriptione longi temporis bonæ fidei emptor manitus auctori exceptionem objiciens, postea quam petitor dominium suum probaverit, adhibita probatione justæ possessionis adsolvendus est. *Syn. 50. tit. 11. c. 9.*

[27] *Instit. de usuc. l. unic. T. de usuc. transform. l. 3. §.*

[28] Exceptio præscriptionis initio litis opponitur, post litem contestatam probatur.

[29] Præscriptio litis contestatione interrumpitur. *l. 1. l. 2. T. eod.*

[30] Vid. *l. 10. T. tit. prox.*

[31] *l. 26. in fin. T. de rei vind.* id est, prorogetur.

[32] In causis etiam lucrati via præscriptio, & longa possessio possessorem defendit. *l. 26. ff. de adquir. poss.*

[33] *l. 2. §. 20. ff. pro emptore*, hoc colligunt præsumi medio tempore possedisse, qui hodie & ante decennium possederit. Probatis enim extremis, probantur media. *Vid. Cujac. 2. prælect.*

[34] In præscriptione longi temporis decem, vel viginti annorum, etiam tempus prioris possessoris computatur. *Synopf. Basil. 50. tit. 11. c. 10. & 2. Harm. 1. §. 72.*

[35] *l. 11. ff. de diverf. & tempor.*

[36] De rebus.

[37] De personis.

[38] De præsentia.

[39] Hæc lex junctis *l. correptionem Cod. de Epifcopis*, continet 44. decis. ex 50. navis Justin. vid. apud Inglois *decis. 44. quæst. 1. n. 2. Asan.*

[40] Præsentes dicuntur, qui in eadem civitate domicilium habent.

[41] Domicilium urbe non circumscribitur, sed provincia.

[42] In præscriptione situs rerum non habetur ratione nam & procul distas præscribimus.

[43] Absentes dicuntur qui non sunt in eadem provincia.

[44] Præscriptio igitur currit contra ignorantem, *ut hic.* Imo non currit. *l. 7. §. qui militare.* Solve: Non currit, quod ad restitutionem dari. *Bart. in l. 1. §. si quis autem 8. ff. de itinere.* Quid si justa sit ignorantia? currit quidem præscriptio: datur tamen restitutio adversus præscriptionem. *Bart. in l. 1. §. si quis propter. 9. ff. de itinere.* Quid si de servitute præscribenda agitur? non currit adversus ignorantem præscriptio: cum in servitutibus præscribendis requiratur scientia domini, *Glos. in l. 2. T. de servit.* Aliam exceptionem vide apud Socinum *reg. 305.*

[45] Facit *l. 1. T. de cater obtenda emptione. l. 15. T. de restind.*

[46] Incorporalia jura, etiam longe distita præscribimus.

[47] Uno casu id indoctum, *Nov. 119. c. 7.* puta, si à malæ fidei possessore quis rem bona fide acceperit. Nam si sciente domino, locum habet præscriptio: si ignorante, cessat.

[48] In jure consistunt usufructus & servitutes.

TIT. XXXIV.

IN QUIBUS CAUSIS CESSAT [49] LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO.

Colonus subtrahendo instrumenta conductionis, non per hoc mutat causam possidendi, & ideo non præscribit. Bald.

1. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. Marcellinæ.

SI is, cui colendum [1] fundum dedisti, post instrumenta, quibus dominium ad te pertinere probari posset, per novercam tuam subtraxit [2]: hoc solo præscriptione [longi] temporis defendi non potest.

II. Iidem AA. & CC. Dionysio.

IN servorum [3] proprietatis negotio cum usucapio locum habeat, ad quæstionem longi temporis præscriptionis superfluo pervenitur.

Actio familiæ erciscundæ, vel communi dividundo non tollitur tempore. Salic.

III. Iidem AA. & CC. Apollinari.

UNus individuum [4] commune [5] pro solido possidens intervallo [longi] temporis, quominus socius portionem vindicare, vel eum communi dividundo judicio provocare possit, non defenditur: cum neque familiæ erciscundæ [6] judicium, neque communi dividundo actio excludatur longi [7] temporis præscriptione. III. Kal. April. *Sirmii*, CC. Conss.

Petitioni hereditatis non præscribitur longo tempore, salvo nisi possessor cum titulo, & bona fide dominium usurpaverit. Bald.

IV. Iidem AA. & CC. Libroæ.

HEreditatem [8] quidem petentibus longi [9] temporis præscriptio nocere non potest, verum his, qui nec pro herede, nec pro possessore, sed pro empto, vel donato, seu alio titulo res, quæ ex hereditate sunt, vel fuerunt, possident: cum ab [10] successio vindicari non possit, nihil hæc juris definitio nocet. III. Id. Septembris.

---

[49] Id est, in quibus actionibus majoris temporis quam longi præscriptio requiritur.

[1] Vid. *l. 1. T. de usucap. transformanda. l. 2. comm. de usuc. l. 3. T. de præscr. XXX. annor.*

[2] Vid. *l. 7. T. de præscript. longi temporis.*

[3] Mobilia, ut servi (nisi cohæreant fundo, ut mancipia rustica: tunc enim servus pro parte juris & fundi habetur. *l. 3. ff. de diverf. & tempor. l. 9. ff. eod.* Sunt immobilia quæcunque rebus immobilibus adhærent) usucapiuntur triennio. Ideoque cessat quæstio præscriptionis, ubi de re mobili agitur: utque ita de præscriptione longi temporis in rebus mobilibus quæratur superfluum est, quam in illis usucapio triennii locum habeat. *Synopf. 50. tit. 2.*

[4] Id est, in re indivisa.

[5] Actioni mixtæ non præscribitur longo tempore. *l. 1. §. 2. verf. nemo. T. de annali Except. l. 22. T. familiæ. l. ult. ff. pro dote.* excipe *l. 1. T. de com. rer. alien.*

[6] Præscriptione longi temporis, hoc est, decem vel viginti annorum non excluditur actio familiæ erciscundæ, & communi dividundo, sed triginta tantum annorum præscriptione. *Synopf. Basil. 50. tit. 12. c. 3. 2. Harm. 1. §. 53.*

[7] Petitio hereditatis non præscribitur longo tempore. *l. 8. T. de jur. delib. Synopf. Basil. 50. tit. 12. c. 4. 2. Harm. 2. §. 8.* nisi possessor cum titulo & bona fide dominium usurpaverit: hoc est, si quis alio titulo possidens usurpaverit, tutus est: nec enim actione petitionis hereditatis convenitur potest. *Synopf. Basil. 50. tit. 12. c. 4.*

[8] Decennii spatio inter præsentes, vicennio inter absentes. *l. 12. T. tit. prox.*

[9] Petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem, *ut hic, & l. 1. T. de inoffic. testi* quinque casibus, puta si venditor hereditatis abfit nec comparent. *l. 13. §. 4. ff. de hered. pet.* si hereditas modico distracta sit. *dict. l. 13. §. 5.* si sciente emptore comparata. *d. l. 13. §. 8.* si empta sit à filio. *d. l. 13. §. 9.* si titulus habetur pro non titulo. *d. l. 13. §. 1.* Datur itaque petitio hereditatis, quæ mixta est actio, adversus eum qui sine titulo possidet, nec tollitur longi temporis præscriptione.

Sine titulo non precedit longi temporis præscriptio, & pro expensis justa datur retentio. Salic.

9. Iidem AA. & CC. Hosimo.

SI puerum non pro derelicto habitum, sed ab hostibus vulneratum, sumptibus tuis (sicut asseveras) liberum existimans curasti [1]: longi temporis præscriptione, quominus dominus ejus offerens erogata recte [2] vindicet, defendi non potes.

TIT. XXXV.

QUIBUS [1] NON OBJICITUR LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO.

Militi in expeditione existenti, in absentia non currit præscriptio. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Venulejo.

TEMPUS expeditionis [4] adversus petitiones, si quæ competisse juste probari possunt, præscriptionem non patit. VI. Non. Jul. JULIANO, & CRISPO CONSS. 225.

Frustra precibus impetratur, quod per restitutionem in integrum conceditur.

11. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Aurelio [Archiatro [5].]

CUm per absentiam [6] tuam eos, de quibus quereris, in res juris sui irruisse asseveres, teque ob medendi [7] curam à Comitatu nostro discedere non posse palam sit, Præfectus prætorio noster accersitis his, quos causa contingit, inter vos cognoscet. Non [8] necessario autem petis ex longi temporis diuturnitate præscriptionem tibi non opponi, quando justæ absentiæ ratio, & necessitatis publicæ obsequium ab hujusmodi præjudicio te defendat. P.P. XV. Kal. Mart. *Nicomediæ*, MAX. II. & AQUIL. CONSS. 286.

Præscriptio longi temporis non currit minori. Salic.

III. Iidem AA. & CC. Numidio Correctori Italiæ.

NOn [9] est incognitum, id [10] temporis, quod in minore [11] ætate transmissum est, longi temporis præscriptioni non imputari: ea enim tunc [12] currere incipit, quando ad majorem ætatem dominus rei pervenerit. P.P. IV. Id. Septemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Absenti reipublicæ causa, vel fortuito, non obstat præscriptio. Salic.

IV. Iidem AA. & CC. Crispino.

SI possessio inconcussa sine controversia perseveravit: firmitatem suam teneat objecta præscriptio, quam contra absentes, vel Reipublicæ [13] causa, vel maxime fortuito casu, nequaquam valere, decernimus. P.P. VI. Kalend. Mart. ANNIBALIANO, & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

Personales actiones regulariter non tolluntur longi temporis præscriptione. Salic.

V. Iidem AA. & CC. Januario.

NEque [14] mutui, neque commodati, aut depositi, seu legati, vel fideicommissi, vel tutelæ, seu alii cuilibet personali [15] actioni longi temporis præscriptionem objici posse certi juris est. S. Kal. Februar. AA. CONSS.

Reversus de captivitate rem non præscriptam vindicat actione directa: præscriptam vero mixti rescissoria restitutione probabuta. Salic.

VI. Iidem AA. & CC. Dulcio.

AB hostibus captus [16], ac postliminio reversus, actione in rem directa, vel qualibet alia dominium vindicando, temporis adversarii possessionem frustra times: cum adversus [17] eos, qui restitutionis auxilio quacunque ratione juvantur, hujusmodi factum non obtineatur.

Præscriptio temporis contra præsentem, finitur annis decem: contra absentem, annis viginti.

VII. Iidem AA. & CC. Cassandro.

PRæscriptione bona fide possidentis adversus præsentes annorum decem [18], absentes autem viginti muniuntur. Quod si ex alicujus persona [19] de petitorum parte restitutionis prætendatur auxilium: deducto eo, quo, si quid fuerit gestum, succurri solet, residuum computari, rationis est.

Militibus in expeditione degentibus adversus præscriptionem contra eos inchoatam succurritur, non delicatis in domo sua manentibus.

VIII. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SAncimus his solis militibus, qui expeditionibus occupati sunt, ea tantummodo tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, in exceptionibus declinandis opitulari: illis temporibus, per quæ citra [20] expeditionum necessitatem in aliis locis, vel in suis ædibus [21] degunt, minime eos ad vindicandum hoc privilegium adjuvantibus. Dat. Kal. April. *Constantinop.* DECIO CONS. 529.

1 Qui puerum alienum vulneratum curat, cum possidet, non animo domini, qui ita possidet non præscribit adversus dominum.

2 Alias nisi offerret expensas, locus esset retentioni.

3 L. *Eclog.* 12.

4 Militibus non objicitur longi temporis præscriptio. vid. *T. de re-stit. milit.*

5 *Archiatri* qui sint dixi *l. 6. 9. 10. T. de professione & medicis.* adde *l. 8. T. de metatis.*

6 Absenti necessaris & publicæ de causa non objicitur præscriptio longi temporis.

7 Qui sunt in comitatu principis medici, absunt necessaria de causa.

8 Frustra precibus à principe impetratur, quod per restitutionem jure communi conceditur.

9 *l. 1. in fin. Inst. T. si quis ignorans rem minoris.* ut mirum sit, Justinianum hujusce juris constitutionem sibi adrogare. *l. ult. T. in quib. caus. in integr. resti.*

10 Cum decem vel viginti annorum tempore non computatur id tempus quo quis minor viginti quinque annis fuit. Nam præscriptio tunc incipit currere, quando ad majorem ætatem dominus pervenerit, hoc est, cum annum vicesimum quintum compleverit. *Synops. Basil. 52. tit. 12. c. 7.*

11 Minori non objicitur præscriptio longi temporis.

12 Quando incipit currere præscriptio adversus minorem? vid. *l. 5. T. in quibus causis in integrum restitutio. l. 3. T. de præscript. 30. annorum.*

13 Absenti reipublicæ causa vel fortuito casu, non obstat præscriptio longi temporis, *ut hic. Synops. Basil. ibid. c. 7. in pr.*

14 Præscriptio longi temporis non obstat mutuo, commodato, depositi, legato, fideicommisso, tutelæ, nec alii cuilibet actioni personali, *ut hic. Synops. d. loc.* ut plenius mox dicetur.

15 Hodie personales actiones præscribuntur 30. annis. *l. 3. vers. sed. T. de præscr. 30. ann. l. 1. §. 1. T. de annali.*

16 Captus ab hostibus & ab iisdem reversus, adversus præscriptionem restituitur. 17 *de præscr. longi temporis. l. 3. T. ait. prom.* 18 Tempus voluntariæ absentiæ militum non tuetur adversus præscriptionem. Voluntaria miles abest, quoties in expeditione non est: sed aliquo loco citra castrum expeditionis.

21 Dixi ad *l. 13. T. de episcop. audientia.* quod iterum retractare non pigebit. Quæri enim merito potest: cur in suis sedibus, vel ædibus (Ædes enim veræ militum sedes sunt, stationes, castra ipsa) privilegio militari non fruantur: aut cur cum in illis sint, absente Reipublicæ causa non dicantur? eo magis quod nisi & in illis locis constituti privilegio militari fruantur, exiguo admodum tempore beneficium militare duraturum ei sit, & in momentum solum expeditionis & procinctus tempus extenditur, neque ad stationum militarium tempora porrigatur. Denique nullis mihi videtur ratio ut cum in suis sedetis, vel hybernia sint *in garnision*, privilegio spoliemur, cum vel eo tempore spatio annuos militares accipiant. *l. 38. T. de episcopali audientia. l. 1. C. Theod. de domesticis & protectoribus. lib. 6. tit. 24.* ut mihi suspicio magna subsit hic & in *l. ult. T. de reddit. militum.* (ubi hæc constitutio eodem verbis repetitur) & vers. *Illis autem temporibus*, & apud *Theoph. Indic. de militari testamento*, legendum, *milites non jurant*: eos jure denique militari in testando non frui cum citra expeditionis necessitatem in aliis locis quam in suis ædibus, ἢ μὴ ἐν τοῖς ἀσυμβόλοις στρατιώταις degant: ut loco τῶν *vel* legamus, ἢ μὴ, id est, quam. Quod & Theophilus satis indicat, cum sedetis exponit, ἐκεῖ διάγων αὐτὸς ἀσκᾶς, loca in quibus milites agere necesse sit. Quid quod vix à pagania different milites, si in expeditione tantum militari eo beneficio fruentur: cum pagani ipsi in expeditione etiam jure militari tutari possint. *l. ult. ff. de test. mil.* propter memoriam legum, cæterarumque disciplinarum locis illis intermortuarum: ut defendi merito posse videatur, milites cum in ædibus suis positi, hoc est, cum in fossatis, stationibus & castris militares annonas accipiant & necessario obesse dicantur, ibidem eos jure militari tutari posse, præscriptionem adversus eos non currere, restitutionis beneficio dignos esse, ut à paganis vel in eo differant, neve beneficium militare ad id tantum tempus referatur quo in procinctu & expeditione sint, quod nimis exiguum & brave est, & aliquin placet quod à Baldo notatum est *l. ult. T. de test. mil.* militium nudam ac solam non prabere beneficiorum restitutionis in integrum, sed occupationem: occupationem, inquam, citra res militares: quarum pars non minima est in hybernis stationibus, sedetis, ædibus suis ædibus, castris denique ipsis & fossatis excubitone atque mora. Possis tamen & hunc locum sic accipere: Milites non fruitur privilegio militari, quoties in non militaribus locis, vel quoties in suis ædibus citra expeditionis necessitatem morantur.

TIT. XXXVI.

SI ADVERSUS CREDITOREM PRÆSCRIPTIO OPPONATUR.

Extraneus pignoris possessor titulo, & bona fide præscribit hypothecaria actioni spatio temporis longi, personalis contra debitorem salva manente. Salic.

2. Imp. GORDIANUS A. Veneriæ.

DIuturnum silentium [22] longi temporis præscriptione corroboratum, creditoribus pignus [23] persequentibus inefficacem actionem constituit: præterquam [24] si debitores, vel qui in eorum jura successerunt, obligatæ rei possessioni incumbant. Ubi autem creditori à possessore longi temporis præscriptio objicitur, personalis actio adversus debitorem salva ei competit.

Actio personalis contra solum obligatum dirigitur, & ejus heredes, hypothecaria contra possessorem, qui longo tempore adversus creditorem præscribit. Bald.

11. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. [& CC.] Marcellæ.

SI debitoris heres [25] non extitisti, sed justa viginti annorum possessione collata in te donatio [26] corroborata est: neque personali [27] actione, quia debitori non successisti, convenire te juris ratio permittit: neque data pignoris prædia post intervallum longi temporis tibi auferenda sunt: quando etiam præsentibus creditoribus decem annorum præscriptionem opponi posse, tam rescriptis nostris, quam priorum Principum statutis probatum sit.

22 Intellectus hujus diuturni silentii vid. apud Jacob. Gothofred. *ad l. 1. cap. 5. & Harmenop. Prompt. verb. 38. num. 18. & 24.*

23 Præscriptio longi temporis excludit non tantum in rem actionem, sed & hypothecariam, ut hic. *l. ult. vers. sed cum non T. de præscript. longi temporis. l. 7. T. ult. T. de ædil. & actionib. l. 19. T. de evict.*

24 Extraneus pignoris possessor titulo & bona fide pignus longo tempore possessum præscribere potest contra debitorem manentem. Debitor vero heredve ejus, *ut hic. & l. 2. T. ead.* pignus non præscribit etiam longo tempore.

25 Vid. *l. 1. T. ead.*

26 Donatarius longo tempore pignus potest præscribere. 27 Personalis actio non competit adversus extraneum pignoris possessorem: sed hypothecaria.

TIT. XXXVII.

DE QUADRIENNII [28] PRÆSCRIPTIONE.

Contra fiscum præscribitur quadriennio continuo.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Orphitum P. V.

NOtum est, à fisco quæstionem post quadriennium [continuum] super bonis vacantibus [29] inchoandam non esse. Additum est & eos, qui nostra largitate [30] nituntur, nulla inquietudine lacessendos: nec his à fisco nostro controversiam commovendam, qui quoquo modo, aut titulo eadem res possederint.

Qui rem alienam emit à fisco illam vendente ut propriam, vel qui eam, consentiente fisco à principe, ut fiscalem, non potest à domino nec ab alio jus in re prætendentibus, inquietari. Salic.

11. Imp. ZENO [31] A. Ænex Comiti rerum privatarum.

OMnes [32], qui quascunque res mobiles, vel immobiles seu se [33] moventes, vel in actionibus, aut quocunque jure constitutas, à sacratissimo ærario [34] comparaverint [35]: eos quin etiam quibuscunque res mobiles, seu immobiles, seu se moventes, aut in actionibus, vel quocunque jure constitutæ, munificentiæ [36] principalis nomine datæ fuerint: omnibus pariter privilegiis quæ ex divinis sanctionibus inclytæ recordationis Leonis, & nostræ pietatis super certis patrimoniis antea emptores consecuti sunt, perpotiri [sancimus:] & ita cunctos hujusmodi beneficiis, seu privilegiis perfrui, tanquam si super singulis substantiis seu patrimoniis etiam nunc, vel postea data fuisset hujusmodi dispositio: nec [37] posse contra emptores prædictarum rerum factos jam, [vel futuros,] vel contra eos quibus fuerit hujusmodi rebus largitas nostra delata est, vel fuerit, aliquas actiones in rem [38] dominii, vel hypothecæ [39] gratia, vel in personam [40] civiles, seu prætorias, vel ex legibus, seu sacratissimis constitutionibus descendentes, vel quaslibet alias (licet [41] nominatim præsenti sanctione non sint comprehensæ) moveri: data volentibus licentia intra quadriennium contra sacratissimum ærarium, si quas sibi competere actiones existimant, exercere: ita tamen, ut post elapsum quadriennium, nec [42] sacratissimum fiscum licere sibimet quibuliber actionibus pulsare cognoscant.

Si officiales fisci vendens confirmatur sibi pretium esse numeratum, perpetuo est securus emptor.

§. 1. Ad hæc fiscalium rerum emptoribus cum ratione justitiæ consulentes jubemus, quoties competens scrinium [43] gestis intervenientibus distractarum rerum pretia sese deposuerit suscepisse, minime post hujusmodi solutæ pecuniæ depositionem emptores, quasi non numeratis pecuniis molestari, vel necessitatem iisdem emptoribus imponi (licet non solennem consecuti fuerint securitatem) soluta fuisse pretia probare. Sed cum sit in arbitrio pretia suscipientis minime deponere, sese, quod non acceperit, suscepisse: ita convenit nec emptores plenissimam ex hujusmodi depositione super pretii solutione securitatem consecutos, ullum (sicut dictum est) ulterius probationis gravamen penitus formidare.

Fiscus, vel procurator Cæsaris non tenetur de evictione promittere. Salic.

III. Imp. JUSTINIANUS [44] A. Floro Comiti rerum privatarum, & Curatori dominicæ [45] domus & Petro viro illustri Curatori divinæ domus serenissimæ Augustæ, & Macedonio viro illustri Curatori & ipsi dominicæ domus [serenissimæ Augustæ.]

BEne à Zenone [46] divæ memoriæ fiscalibus [47] alienationibus prospectum est, ne [48] homines, qui ex nostro ærario donationis, vel emptionis, vel cujuslibet alienationis titulo quicquam accipiunt, si quid circa contractum contrarium emetserit, vel evictionis, vel alterius inquietudinis gratia, ad dominium,

28 *l. 1. Eclog. 13.* vide *Cujac. ad tit. T. de præscr. & l. ult. T. si quis omissa causa. l. 18. T. de in integr. restit. & tit. T. de temporibus & reparationibus appellationum.*

29 Vacantium bonorum perfectionem fiscus quadriennali silentio assumit, *ut hic. & l. 6. §. 7. T. si quis omissa causa. l. 10. T. de in integr. restit. & tit. T. de temporibus & reparationibus appellationum. l. 1. §. 2. T. de jur. fisci.* Præscriptionis quadriennio res fisci adversus ipsum fiscum. Res fisci, puta res vacantes quæ Græcis κτήματα κρατούμενα. *Syn. tit. 50. tit. 15. c. 1.*

30 Vacantia bona qui ex beneficio principis prometo fiunt, facitu dominii fiunt & fraudi adversus fiscum. *Eclog. d. loc.*

31 Hujus constitutionis meminit Justinianus §. 13. *vers. constituta autem lex nonnulla. Instit. de usucap. auctor. lyn. 23. tit. 23. c. 5.*

32 Intellectus hujus & seq. leg. vid. apud Nesselium. *Rerum Cæs. Hist. Land. 15. Aug.*

33 Vid. *l. 93. §. de rer. div.*

34 De his qui remoti à fisco agitur hac lege, ut & sequenti de his qui emunt ab Augusto, vel principe, aut procuratoribus.

35 Pars major hujus constitutionis est de eo qui rem alienam à fisco emit.

36 Si cui res aliena fisco fuerit donata.

37 Qui rem alienam à fisco comparat, aut quovis alio titulo habet, statim securus ab adversis dominum, vel creditorem hypothecarium. Olim necessaria erat ei præscriptio quinquennii ex edicto divi Marci, *ut l. 3. T. de adversus. fisc. l. 3. Harmenop. l. 3. §. 91. Synops. illa l. 5. debitur quoque utili actio. l. 13. §. 9. T. de pet. hered.* Ita *de per. hered.* enim dicex etiam bodie emptores conveniri. *l. 1. T. de hor. vel actione ead.* Quidam putant hic prescribi adversus dominum & hypothecarias actiones, non adversus res alienatas. Putarim dictum legem primam abrogari. Nam si hic præscribuntur hypothecariæ, res alienatas utique præscribitur. Quod enim aliud hypothecarii creditoris perfecutio, quam actio aliena actio? Quid fiscus? mox dicetur.

38 Actio in rem dominium, vel hypothecam persequitur. 39 Servitus. *§. ult. Inst. de div. & actione.* 40 Actiones in personam sunt, vel civiles, vel prætoriæ, vel ex legibus vel constitutionibus descendunt. 41 Vid. *Cujac. 10. obs. 12.* 42 Post quadriennium quam fiscus res alienatas distraxit, vel donavit, vel dominis & creditoribus in fiscum denegatur actio. 43 Conscriptio prætorio Fisci inter scripturas, statim Fisco præjudicat. 44 *§. ult. not. Nostra autem constitutio. Inst. de usucap.* 45 Principis ex domo, vel ejus privatæ substantiæ, ex dominicis denique ejus rebus & quid alienabatur, id fiebat per Comitem rerum privatarum & curatorem Dominicæ domus: habebat & Augusta curatorem divinæ seu dominicæ domus suæ & quidem illustrem, *ut hic*, quod notandum.

46 *l. 2. T. ead.* 47 Pertinet enim dicta lex 2. ad facilias à Fisco alienationes. 48 Emptori auferri non potest res aliena ei à Principe vel Fisco vendita, *ut hic.* Quid si Princeps inferior & superiorem recognoscens quid vendidit? aliud dicendum, nisi in territorio sue Regalia & jura Fiscalia exerceat? multo magis si superiorem non agnoscit & jura Regalia & Fiscalia possidet tempore, cujus memoria non exstet, *c. super 26. Ext. de verb. sign.* Quid si princeps male fide vendidit? velut sciens rem alienam esse? superiorem sententiam locum habere non putat *Bart. in l. ult. T. si contra jus*: ut & quoties res Ecclesiæ, vel minoris vendita est à fisco; his enim casibus minores & Ecclesiæ restituti. *Glos. 12. quæst. 2. c. quamquam. l. 1. T. si adversus fisc.* Idem putant si princeps alienarit, nondum tamen res traditit. *Bald. in c. 1. in fin. de nova forma fidelitatis.* vid. *Socin. reg. 342.*

nium, vel hypothecam respiciens, aliquod sustineant detrimentum, sed adversus emptores quidem, vel donationem accipientes, vel per alios titulos alienationis quicquam detinentes minime quæcunque actiones moveantur: sed tantummodo contra ærarium usque ad quadriennium tantum: quo translapso, neque adversus fiscum aliqua remaneat actio. Sed scimus hoc quidem in fiscalibus alienationibus graviter observari: sed non simili modo rem fuisse observatam circa eas res, quæ à sacratissimis Imperatoribus [1], non à fiscalibus rebus, sed ex privata [2] eorum substantia procedunt: quod satis irrationabile est. Quæ enim differentia introducitur, cum [3] omnia Principis esse intelligantur, sive ex sua substantia, sive ex fiscali fuerit aliquod alienatum? Eodemque modo, & si à serenissima Augusta [4] aliquid alienetur, quare non eadem [5] uratur prærogativa? sed Curatores nostri, per quos solemnus substantiam nostram gubernare, necesse habeant in venditionibus rerum, & evictionem [6], & alia, quæ sunt privatæ utilitatis pacta, emptionalibus instrumentis addere, vel quasdam tales obligationes in alienationum instrumentis agnoscere, vel in permutationibus, vel in transactionibus, si & hoc fuerit celebratum: hoc enim est eorum, qui nec majestatem Imperialem agnoscunt, nec quantum inter [7] privatum fortunam, & regale culmen medium est, & qui nostros Curatores, per quos res divinarum domuum aguntur, aliquibus injuriis, vel damnis afficere conantur. Quæ omnia resecantes, per hanc generalem, & in perpetuum valituram legem sancimus [8], omnes alienationes de aula procedentes, sive à nostra clementia, sive à serenissima Augusta conjuge nostra, sive ab his, qui postea digni fuerint nomine imperiali, sive jam alienatum quiddam est, sive postea fuerit, sine omni inquietudine permanere, sive res eis per nosmetipsos, sive per procuratores (ex epistalmate [9] tamen nostro) fuerint adsignatæ. Et nemo audeat eos, qui res accipiunt per quemcunque titulum alienationis, sive mobiles, sive immobiles, seu se [10] moventes, vel jura incorporalia, vel panes [11] civiles, judiciis adficere, vel speratæ aliquam contra eos esse sibi viam apertam: sed omnis aditus præcludatur, omnis motus, & spes hujus petulantiæ. Sed adversus domos nostras habeant intra quadriennium tantum secundum imitationem fisci, quas existimant posse sibi competere actiones in rem, vel hypothecariam: ut ex nostra justione [12] causa moveatur, & competentem mereatur effectum. Quod si quadriennium fuerit emensum, nec adversus domum nostram habeat quis quamcunque actionem. Quia igitur multa scimus, tam nosmetipsos, quam serenissimam Augustam conjugem nostram variis personis jam donalle, & vendidisse, & per alios titulos adfignasse, & maxime [13] sacrosanctis Ecclesiis, & xenodochis, & ptochotrophiis, & episcopis, & monachis, & aliis innumerabilibus personis: & eandem liberalitatem ex nostra substantia, sive serenissimæ conjugis nostræ esse confectam: sanctimus etiam eos firmo jure habere quod consecuti sunt; ita ut contra illos quidem nulla moveatur actio: intra quadriennium autem ex præsenti die numerandum pateat omnibus aditus contra nostras divinas domos suas actiones super eisdem rebus movere: sciturus, quod præfato quadriennio finito, neque adversus domos nostras aliquis eis reservetur regressus. Cum enim multa privilegia Augusta fortuna meruit [14], & in donationibus [15] sine insinuatione gestorum omnem firmitatem habentibus, & super rebus, quas pro tempore serenissimus Princeps divinæ Augustæ constante [16] matrimonio donaverit, vel ipse à serenissima Augusta per donationis titulum consequatur, ut maneat illico donatio plena, nullo alio confirmationis tempore expectando: ita & hoc videatur imperiale esse ptivilegium. Qui enim [17] suis consiliis suisque laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habeant dignam sua prærogativa fortunam? Quæ ergo pro Augusto honore, & cautela res accipientium nostra statuit æternitas, hæc tam sublimitas tua quam cæteri omnes judices nostri observare festinent, ex eo tempore valitura quo nutu divino imperiales suscepimus infulas. Dat. v. Kal. Decemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

1 Idem locum habet in principalibus indebitibus fiscorum non propriis mentibus. vide *Bal. à Valle* 1. *ampl.* 29. n. 17.

2 Observa quibus de rebus hæc constitutio agat.

3 Dixi de hac formula ad *Novell.* 105. *c.* 2. §. 4. *alias fic.* ut bene ibi notavi nostro more.

4 Nihil hic aliud dici, quam quod omnia tam fiscalia quam patrimonialia (de his enim tantum hic lege agitur) principis esse intelligantur: alias quæ publicæ, principis sunt nobis imperio, vita dumtaxat. Scire Tertul. *lib. de Idolatria*, hunc adulatorum fervorem sanctissimum pie & vividit, *Deus ergo, inquit, Dei, & cæsaris sunt Cæsaris?*

5 *l. 11. ff. de bibliothecis. l. fin. ff. de jure fisci.*

6 Hoc non exhibet. *l. 56. & 57. ff. de lega. 2.*

7 Curatores vel procuratores rerum principis non tenent de evictione rerum à principe alienatarum: & merito, cum emptores datum sciant. *l. 13. ff. de non numerata. l. 1. de fideicommiss. l. 11. ff. de fideicommiss.*

8 Magnum medium ad inter privatam fortunam & regale culmen.

9 Observa regulam.

9 Id est, justu, quibus legari epistolam.

10 Vid. *l. 93. ff. de verb. sign.*

11 De civilibus actionibus dixi.

12 Privatæ adversus filium litigantes, ab eodem filium (sicut liberum à patrono) venia petente debet. *Bald. cons. 421. Rer. cons. 18. Romanus singul. 9.*

13 Principes locis & personis privilegiati maxime favere licet.

14 Principes habent multa privilegia.

15 *l. 29. §. 7. de donationibus.*

16 Quibus actionibus dixi.

17 Privilegium ob publicum commodum.

TIT. XXXVIII.

NE REI DOMINICÆ [18] VEL TEMPLORUM [19] VINDICATIO TEMPORIS PRÆSCRIPTIONE SUBMOVEATUR.

Servi, liberi, vel colani principis, & eorum soboles indebite ad aliquam dignitatem obrepentes, ad statum priscinum debent retrahi omni præscriptionis semota. Salic.

I. Impp. Valens & Valentin. AA. ad Probum P. P. Galliæ.

Sæ. p. nemo [20] præceptum est, ut servi [21] atque liberi, colonique præterea rei nostræ, necnon etiam eorum soboles, ac nepotes, quicunque de nostris possessionibus recessissent, ac se ad diversa militiæ genera contulissent: cingulo, in quod obrepserant fraudulenter, exuti, si ad aliquas fortasse transcenderint dignitates, omni temporis definitione submota, nostro patrimonio reddantur.

Res emphyteuticaria Cæsaris, reipublicæ, vel templorum, nulla titulo onerosi, vel lucrativo alienari possunt, ut præscribantur. Bald.

II. Imppp. Valent. Theodos. & Arcad. AAA. Dextro Comiti rerum privatarum.

Universas terras, quæ à colonis, sive emphyteuticariis dominici [22] juris, Reipublicæ [23], vel juris sacrorum [24] templorum in qualibet provincia venditæ, vel ullo alio pacto alienatæ sunt, ab his qui perperam atque contra leges eas detinent, nulla longi temporis præscriptione officiente jubemus restitui: ita ut nec [25] pretium quidem iniquis comparatoribus reposcere liceat. Dat. v. Nonas Jul. *Constantinop.* Valent. A. IV. & Eutropio Conss. 387.

Deminutio censûs soluti ad modum consuetum reducunt, rescripta obtenta illicite non vigilante. Jacob. But.

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. ad Paulinum Com. dominicæ rei.

Si qua [26] [unquam] loca ad sacrum dominium pertinentia cujuslibet temeritas occupaverit: secundum veterem censûs fidem in sua jura retrahantur. Rescripta [27] igitur obreptionibus impetrata, cum præscriptione longi temporis, & novi census præjudicio submovebit auctoritas tua: atque ita omnia suo corpori, quæ sunt avulsa, restituet: neque enim incubario [28] diuturna, aut novella professio, proprietatis nostræ privilegium abolere poterit. Dat. v. Kal. April. Arcadio V. [29] & Honor. III. AA. Conss. 396.

18 Id est, Principis privata.

19 *l. 2. §. ultim. Templa pagana intellige, quæ principes & imperatores fidei Christianæ nonnunquam vendidant, ut eorum jura. l. 2. §. de fund. patrimonialibus. l. 6. §. de mun. agro. & §. ult. de donat. inter virum. l. 1. C. Theod. de fabricien.*

20 Servi liberi & colani principis ab ejus pulsi, nemo recudens, & ad aliquam dignitatem obrepentes, ad statum pristinum retrahantur omni prescriptione semota. *l. 2. §. ult. de donat. inter virum. l. 2. §. de manumissionibus.*

21 *Theodosius, republice, ita legunt Cujac. ibi. Contra. alii. 22.* Emphyteuticaria dominii, id est, rei privatæ.

23 Vid. *l. 6. §. de quadriennii prascript.*

24 Hoc non abest a naturalibus libris, ut Cujac. monet. *Inst. lib. 2. tit. 1. §. 11.*

25 *l. 22. §. de rei vendic.* vid. *l. 1. in fin. §. tit. prox.*

26 *l. 15. C. Theod. 10. tit. 1. l. 2. §. de fundis rei dominic.*

27 Pitilevium naturale, Possidere civilis. In malam vero partem incubare est, mali fide possidere, & Servio recte ex rumore, incubator imperii qui & foldefur. Rex pulsetur. Augustinus, *homil. 30.* Nec erit vox justi possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas. vid. *quæ notavi d. l. 38. ff. de petitio & Cujac. 4. d. l. 38. & 8. ad Affric. fol. 166.*

28 Viii. *d. l. 15. C. Theod.*

29 *l. Eod. 14. 15.* vid. *Cujac. 30. de præscr. & 9. obs. 24.* His spatiis temporum res immobiles præscribuntur, sine titulo, cum bona tamen fide. Hujus præscriptionis author fuit Theodosius magnus Novell. Valent. & Theod. *de xxx. anni præscript.* in qua hoc jus Valentianus tribuit patri suo, ne subsequis colligas Theodosio patri, id est, antecessori. vid. *l. 20. §. de tabulis.* His in contraria sit lex 1. 2. §. *eod.* dicemus ibi. Cæterum hanc præscriptionis legem Cassiodorus *lib. 5.* vocat patronum humani generis. Sidonius quoque *lib. 8. epistola* ita eam celebri dicit. His adde Procop. *1. & 3. de bello Vandal. Salvian. in Tristia Emisse.*

30 *Eleg. d. loc. Cujac. c. 31. de præscriptionibus.* Author præscriptionis xl. annorum Anastasius *l. 4. 5. 6. §. eod.* vid. tamen *l. 1. & 2. §. eod.*

31 Sunt ne majores præscriptiones quam xxx. vel xl. annorum? sunt sane, & quidem centum annorum Ecclesiis inductus, de quo tamen vid. *Novell. 9. & Cujac. c. 34. de præscript.* sed & Basil. Pecphyrogeneta vetat ampes damno à potentioribus affectos repelli præscriptione xx. annorum. *1. Basilic. 3. §. 75.*

32 Superius dixi Theodosium magnum authorem fuisse præscriptionis xxx. annorum: Anastasium xl. Si ita est, quo jure hæc constitutio de præscriptione xxx. vel xl. annorum ad Diocletianum pertinebit? Justinianus hic legislator, seu longum tempus inflectit ad trienium. vid. *Cujac. 18. obs. 37.*

33 Oculus prædia alienia hic lumpsit qui captata occasione absentis debitoris, contra legem interdicti emit vilione pretio in fraudem fisci & debitoris fiscalis. Ab hujusmodi emptore dominus intra longum tem-

pus. *l. 7. §. de agricola & censit.* (quod hic inflectitur ad triennium) prædia sua vindicare potest, ut quidem restituta etiam pretio. 34 Fundus ob tributa non soluta venditus, si solemnitate omissa fuerint, vindicari potest, nisi triennio sit præscriptus. 35 Id est, longi temporis. *Cujac. d. loc.* 36 Dixi ad *l. 23. §. de rei vind.* adde *l. 7. §. ad Velleian. l. 2. §. si vero. pig. l. 19. in fin. §. de evictionibus.* 37 Vid. *l. 1. §. de usucap.* 38 Hæc lex fuit de præscriptione sexaginta annorum, quæ à Justiniano hic inflectitur ad præscriptionem xl. annorum. ut mox dicam.

39 Præscribere annis quadraginta rem non potest qui eam *precario* possidet. 40 Præscriptio xl. annorum, de qua hic agitur, introducta fuerat constitutione Constantini, cujus pars restat in lege ultima. §. *de long. temp. præscript. quæ pro libert.* 41 Præscriptione xl. annorum, rem adquirit, qui eam rem sibi non alteri possedit. 42 Conductores rem non sibi, sed alteri possidunt, quia & hoc ipsum quod retinent, pactum præstant exercendem. 43 Possidem alii sibi non præscribit. *l. 7. §. 11. ff. comm. divid.* 44 Præscriptionem nullam temporis objicere possunt, qui tanquam conductores possident, qui non sibi, sed aliis possident. *Synod. Basil. 30. tit. 15. can. 4.* 45 *Theodosius c. 8.* ita legendum esse monet Cujacius *cap. 30. de præscriptionibus.* Theodos. A. *Asclepiadem P. P. l. 1. C. Theod. de all. certo tempore finiendis.* Arcad. & Honor. *Hal.*

46 Junior scil. non Theodosius magnus cujus constitutionem non habemus. *Cujac. hic. l. 18. obs. 22.* Est enim præscriptionis triginta annorum author Theodosius magnus, ut scipius diximus.

47 Actiones in rem personales & mixtas tolluntur triginta anni. vid. *Cujac. c. 30. de præscript.*

48 Quæ *mpi laudibus* ut in rem *illam. Synops. Basil. d. tit. 15. c. 5.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud Zanger. *de Except. part. 3. cap. 10. num. 22.* Ang. 49 Præscriptio igitur xxx. & xl. ann. non cuerit adversus pupillos, sed adultos. 50 *l. 1. in fin. §. de annuis except.*

51 Actiones vivere dicuntur. Actionibus sua vita est. 52 *l. 2. §. quando libell. principio. dicer.*

53 Præscriptio triginta annorum non currit ad versus pupillos, etiamsi currat adversus minores viginti quinque annis. *vid. etiam l. 3. §. quibus in caus. major. in integ.* 54 Pignus & hypotheca à tertio possidente creditor post longum tempus avocare non potest, ut *hic. Syn. Basil. d. c. 5.* vid. *l. 7. §. eod.*

55 Præscribuntur annis triginta hæ actiones quæ olim perpetuæ erant: non quæ antiquis temporibus circumscriptæ. 56 Juris ignorantia nocet, id est, non prodest. vid. *Cujac. 30. obs. 30.*

57 Anastasius author præscriptionis xl. annorum, *ut hic, & l. 3. §. eod.*

58 Ad intellectum hujus legis vid. *Zanger. de Except. part. 3. cap. 10. num. 33.* Ang. 59 Quæ fiel. annus non excedebant. 60 Ut *l. 2. §. de quadriennii præscript.* Clausula derogatoria ita nonnulla.

1 Præscribitur annis quadraginta omnis actio, quæ prava quorundam interpretatione annis triginta non est extincta, *ut hic. Synops. d. tit. 13 n. 6. & 1. Harm. 3. §. 74.*

2 Graeci ὑγιασμὸν, id est, qualemcunque appellant.

3 Excogitata interpretatio, fibrillis & calumniola.

4 Inde colligunt, Malæ fidei possessorem jure civili præscribere.

5 *l. ult. J. de fund. patr. l. ult. J. de fund. rei priv.* excipe tributorum causam. *l. 6. J. eod.* excipe publicas collationes seu functiones, ut quibus nulla temporis præscriptio obficiatur. *l. 6. J. eod.*

6 Ut si quis dicatur esse colonarius. *l. 12. J. de colonis Illyric.* servus navicularius, fabricensis, metallicus, murilegus, gyneciarius, vel alterius cujuscunque conditionis.

7 Præscribitur status controversia annis quadraginta, *ut hic. Syn. d. c. 81. 1. Harm. 3. §. 56.* videtur & hoc dici: vindicationem in servitutem extingui, si quis annis quadraginta in possessione libertatis fuerit. Græci tamen servum fugitivum excipiunt; quando scil. non desit à domino possideri vendicatione hujus rei quam possidere desiit, præscripto opponi non potest. *l. 2. J. eod.*

8 Curialis revocatur ad suam curiam, nihil eum juvante præscriptione quadraginta annorum, *ut hic, & l. 55. J. de decurionib.* vid. *Nevell. Mejerianus de curialibus.*

9 *l. 4. J. eod.*

10 Præscribi quadraginta annis publicæ functiones (quas Græci ἀναγκαίας συνήθειας καὶ ἀναγκαίους κανόνας appellant) non possunt. *Syn. d. c. 6. in fin. 1. Harm. 3. §. 58. & 74. & 2. tit. 1. §. 52.* Imo possunt præterita tributa non exacta præscriptione quadraginta annorum adquiri. *l. ult. J. de fundo patrimoniali. Basil. Syn. d. c. 6. 1. Harm. 3. §. 57.* Distinguenda præterita sunt à futuris: Nam futuri temporis functiones possunt etiam exigi post quadraginta annos, nisi fuerint possessori à principe donatæ. *Scholiastes ille loco.*

11 *Lex 4. J. eod.* qua dictum fuit juri publico quadraginta annis præscribi, non pertinet ad publicas functiones, *ut hic*, sed ad possessiones & dominia, *J. eod.* sed tamen Cujacius *c. 31. de præscr.* notat ex Theodoro & Accursio & ex *l. ult. J. de fundo rei privatæ*, eum qui suæ canonicagrum principia acceperit & quadraginta annis possederit, nullo canone soluto, nec de agro, nec de fundo convinci posse. 12 *l. 2. J. comm. de usuc.* 13 Hypothecariam creditor movere potest intra quadraginta annos adversus debitorem: intra decem vel vigisti, adversus extraneos bona fide possidentes: intra triginta si mala fide possiderint. *Syn. Basil. 10. tit. 15. c. 7. Scholiast. Syn. 6. tit. 6. in lib. 5. tit. 2. c. 7. & 1. Harm. 7. cap. 63.* 14 *Die ut J. eodem §. 1.* 15 Jus hypothecæ quadraginta annis præscribitur, *ut hic*, licita citius perit perfusalis quam hypothecaria: principalis quam necessaria. 16 Hypothecæ præscriptio conventione ut & ætate impediri potest. 17 Ὑπομονὴν vocant Græci interruptionem. *Syn. d. c. 7.* 18 Posterior creditor rem pignoratam priori creditori tenetur, imaginem principalis debitoris obtinet. 19 Quanto tempore secundus creditor rem priori creditori pignoratam tenens præscribat adversus priorem. vid. apud *Harm. 1. præfat. 28. c. 3.* 20 Hypothecariam actionem secundus creditor hypothecam tenens, adversus primum creditorem, hoc est, adversus creditorem priorem tempore, seu à quo tempore superatur, præscribere quadraginta annis potest, donec communis debitor vivit: triginta annis vero debitore mortuo. *Syn. & Schol. Harmen. dicto loco.* 21 Jus offerendi præscribitur quadraginta annis: adde *l. ult. J. de his qui in prior. cred. locum.* 22 Præscriptio in obligationibus conditionalibus & in diem, incipit currere adveniente conditione, vel die, *ut hic*, id est, postquam conditio extitit, & dies lapsa est. *Synops. Basil. d. c. 7.* non ante. Cur? *præscriptio non currit antequam incipiat actio competere. l. 8. in fin. J. eod.* vid. *Balsam 6. de præscr. 1. anon. 16.*

in perpetuum deferre decernimus. Quicquid autem præteritarum præscriptionum, vel verbis, vel sensibus minus continetur, implentes, per hanc in perpetuum valituram legem sancimus: *Ut si quis contractus*, si qua sit actio, quæ cum non esset expressim superadditis temporalibus præscriptionibus concepta, quorundam tamen vel fortuna 2, vel excogitata 3 interpretatione sæpe dictarum exceptionum laqueos evadere posse videatur, huic salubernimæ nostræ sanctioni succumbat, & quadraginta annorum curriculis proculdubio sopiatur: nullumque 4 jus privatum *vel publicum 5 in quacumque* causa, vel quacumque persona 6, quod prædictorum quadraginta annorum extinctum est jugi silentio, moveatur: sed quicumque super quolibet jure quod per memoratum tempus inconcussum & sine ulla re ipsa illata judiciaria contentione possedit, superque sua conditione 7 qua per idem tempus absque ulla judiciali sententia simili munitione potitus est, sit liber, & præsentis saluberrimæ legis plenissima munitione securus. Dat. IV. Kal. *Constantinop.* * Olym. V. C. Cons.

V. Idem A. ad Thomam P.P. per Illyricum.

PRæscriptionem quadraginta annorum ab his, qui ad curialem 8 conditionem vocantur opponi non patimur, sed genitalem statum semper eos agnoscere compelli sancimus. Sacra etenim nostræ pietatis lex de aliis loquitur conditionibus: nec anteriotibus constitutionibus per eandem novellam legem derogatur, quæ manifestissime curiales, & liberos eorum, explosis temporalibus præscriptionibus, patriis suis reddi præcipiunt.

Pradii tributarii dominium præscribi potest, canon ejus non potest.

VI. Idem A. Leoni P.P.

COmperit nostra serenitas, quosdam sacratissimam nostræ pietatis constitutionem 9, quæ de annorum quadraginta loquitur præscriptione, ad præjudicium etiam publicarum 10 functionum solutionis trahere conari: &, si quid per tanti vel amplioris temporis lapsum minime, vel minus quam oporteret tributorum nomine solutum est, non posse requiri, seu profligari contendere: cum hujusmodi conamen manifestissime sensui propositoque nostræ legis obviare noscatur: Ideoque jubemus eos qui rem aliquam per continuum annorum quadraginta curriculum fine quadam legitima interpellatione possederint, de possessione quidem rei seu dominio nequaquam removeri: functiones 11 autem, seu civilem canonem, vel aliam quampiam publicam collationem eis impositam dependere 12 compelli, nec huic parti cujuscunque temporis præscriptionem oppositam admitti.

Actioni hypothecaria ab extraneo possessore triginta annis præscribitur. Bart.

VII. Imp. Justinus A. Archelao P.P.

CUm notissimi juris sit, actionem hypothecariam in extraneos 13 quidem suppositæ ei detentores annorum triginta finiti spatiis 14, si non interruptum erit silentium, ut lege cautum est, id est, etiam per solam conventionem, aut si ætas impubes excipienda monstretur, in ipsos vero debitores, aut heredes eorum primos vel ulteriores nullis expirare lustrorum curribus: nostræ provisionis esse perspeximus, hoc quoque emendare, ne possessores ejusmodi prope immortali timore teneantur. §. 1. Quamobrem jubemus hypothecarum 15 persecutionem quæ rerum movetur gratia, vel apud debitores confitentium, vel apud debitorum heredes, non ultra quadraginta annos ex quo competere cœpit, prorogati 16, nisi conventio 17, aut ætas (sicut dictum est) intercesserit: ut universitas utriusque rerum persecutionis quæ in debitorem, aut heredes ejus, quæque movetur in extraneos, in solo sit annorum numero: verum in aliis omnibus ambæ similes sint: in actione scilicet personali his custodiendis, quæ prisca constitutionum sanxit justitia.

§. 2. Sed cum illud etiam in forensibus controversiis ventilabatur, an creditor anteriora jura prætendens potest posteriorem creditorem hypothecam tenentem etiam ultra triginta annos inquietare, utpote imaginem 18 debitoris obtinentem, eique possidentem: necessarium duximus, & hoc dirimere. Et sancimus 19, donec communis debitor vivit, non posse creditori anteriori triginta annorum exceptionem opponi, sed locum esse quadraginta annorum præscriptioni: quia dum ille vivit, merito anterior creditor confidit, utpote apud debitorem ejus possessione per posteriorem creditorem constituta. Ex quo autem in fata sua debitor decesserit, ex eo quasi suo nomine possidentem posteriorem creditorem merito posse triginta annorum opponere præscriptionem: & secundum hanc distinctionem computationem temporum adhibendam, ut ex persona quidem sua posterior creditor triginta annos [per] quos ipse post mortem debitoris possedit, opponat. Sin 20 autem conjungere voluerit suæ possessioni, quam post mortem debitoris habuit, etiam tempus, quo vivente debitore vel ipse creditor, vel communis debitor detinebat, tunc quadraginta annorum exceptionis jura tractati, & quantum deest ad quadraginta annorum possessionem, per quam & ipse debitor creditorem repellere poterat, hoc se possedisse ostendat. §. 3. Eodem jure pro temporum computatione observando, & si posterior creditor anteriori creditori offerre 21 debitum paratus est, & is creditor longævum possessionis præscriptionem ei opponere conatur. §. 4. Illud autem plus quam manifestum est, quod in omnibus contractibus, in 22 quibus sub aliqua conditione, vel sub die certa, vel incerta stipulationes, & promissiones, vel pacta ponuntur, post conditionis exitum, vel post institutæ dici certæ, vel incertæ lapsum, præscriptiones triginta, vel quadraginta annorum, quæ personalibus, vel hypothecariis actionibus opponuntur, initium accipiunt. Unde etc.

nit, ut 23 in matrimoniis, in quibus redhibitio doris 24, vel ante nuptias donationis in diem incertam mortis, vel repudii differri solet, post conjugii dissolutionem earundem curricula præscriptionum personalibus itidem actionibus, vel hypothecariis opponendarum initium accipiant. §. 5. Immo & illud proculdubio est, quod, si 25 quis eorum, quibus aliquid debetur, res sibi suppositas sine 26 violentia tenuerit 27: per hanc detentionem interruptio 28 fit præteriti temporis, si minus effluxit triginta, vel quadraginta annis: & multo magis, quam si esset interruptio per conventionem introducta: cum litis 29 contestationem imitetur ea detentio. Sed, & si quis debitorum ad 30 agnoscendum suum debitum secundum 31 cautionem in creditorem exposuerit: tempora memoratarum præscriptionum interrupta esse videbuntur, quantum ad priorem cautionem pertinet, quæ scilicet innovata permansit tam in personalibus, quam in hypothecariis actionibus. Namque improbum est, debitorem hunc contradicere, qui ne 32 sub accusatione creditoris 33 more 34 debitoris fiat, secundum in eum super eodem debito cautionem exposuit.

§. 6. In his etiam promissionibus, vel legatis, vel aliis obligationibus, quæ dationem per singulos annos 35, vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum præscriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cujusque anni, vel mensis, vel alterius singularis temporis computari manifestum est: nulla scilicet danda licentia vel ei, qui jure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, vel quotcunque alios annos detinuerit, dicendi ex transacto tempore dominium sibi in iisdem rebus quæsitum esse: cum in eodem statu semper manere datas jure emphyteutico 36 res oporteat: vel conductori, seu procuratori rerum alienarum dicenti ex quocunque temporum curriculo non debere se domino volenti post 37 completa conductionis tempora possessionem recipere, eandem reddere. Dat. Kal. Decemb. Philoxeno, & Probo Conss. 525.

Præscriptionis longi temporis quæritur præscriptori jus rem vindicandi à quocunque possessore. Salic.

VIII. Imp. Justinianus A. Mennæ P.P.

SI quis emptionis, vel donationis, vel alterius cujuscunque contractus titulo rem aliquam bona fide per decem, vel viginti annos possederit, & longi 38 temporis exceptionem 39 contra dominos ejus, vel creditores 40 hypothecam ejus prætendentes sibi adquisierit, posteaque fortuito 41 casu possessionem ejus rei perdiderit: posse eum etiam actionem ad vindicandam rem eandem habere iancimus: hoc enim & veteres leges (si quis eas recte inspexerit) sanciebant. §. 1. Quod si quis eam desiderit possidere, cujus dominus, vel is, qui suppositam eam habebat, exceptione triginta, vel quadraginta annorum expulsus est: prædictum auxilium non indiscrete, sed cum moderata divisione ei præstari censemus: ut si quidem bona 42 fide ab initio eam rem tenuerit, simili posset uti præsidio: sin vero mala 43 fide eam adeptus est, indignus eo videatur: ita tamen, ut novus possessor, si quidem ipse rei dominus ab initio fuit, vel suppositam eam habebat, & memoratæ exceptionis necessitate expulsus est, commodum detentionis sibi acquirat. Sin vero nullum jus in eadem re quocunque tempore habuit, tunc licentia sit priori domino, vel creditori, qui nomine hypothecæ rem obligatam habuit, & heredibus eorum ab injusto detentatore eam vindicare: non obstante ei, quod prior possessor triginta, vel quadraginta annorum exceptione cum removerat: nisi ipse injustus possessor triginta, vel quadraginta annorum, ex eo tempore computandorum, ex quo prior possessor, qui evincit, possessione cecidit, exceptione munitus est. §. 2. Sed hæc super illis detentatoribus censemus, qui sine violentia eandem rem nacti sunt. Nam si quis violenter 44 eam abstulerit, omnimodo licebit priori possessori sine ulla distinctione eam vindicare. §. 3. Sed & si quis non per vim, sed per sententiam Judicis eam obtinuerit, ea tantum occasione quod absens 45 prior possessor ad litem vocatus minime 46 responderit: licebit ei, & ad similitudinem cæterorum, qui rei dominium habent, intra annum se offerenti, cautionemque suscipienda litis danti, eandem rem recipere, superque ea cognitionalia subire certamina. §. 4. Exceptionem 47 etiam triginta, vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usuræ 48 promissæ sunt, ex illo tempore initium capere sancimus, ex quo debitor usuras minime persolvit. Dat. XIII. Id. Decembr. *Constantinop.* DN. Justin.

Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos XL. perpetuatur. Bald.

IX. Idem A. Demostheni P.P.

SÆpe quidam suos obnoxios 49 in judicium vocantes, & judiciariis certaminibus ventilatis 50, non ad certum finem lites perducebant, sed taciturnitate in medio tempore adhibita, propter potentiam forte fugientium, vel suam imbecillitatem, vel alios quoscunque casus (cum sortes 51 humanæ multæ sint) qui nec dici, nec numerari possunt, deinde jure suo lapsi esse videbantur, eo quod post cognitionem novissimam 52 triginta annorum spatium effluxerit, & hujusmodi exceptione oppositâ, suas fortunas ad alios translatas videntes, merito quidem sine remedio ante lugebant. Quod nos corrigentes, eandem exceptionem, quæ ex triginta annis oritur, in hujusmodi casu opponi minime patimur. Sed licet personalis actio ab initio fuerit instituta 53, eam tamen in quadragesimum annum extendimus: cum non 54 similis sit, qui penitus ab initio tacuit ei, qui & postulationem deposuit, & in judicium venit, & subiit certamina, litem autem implere per quosdam casus præpeditus est. Sed licet ipse actor defecerit, tamen suæ posteritati hujus causæ cursum eum relinquere posse definimus, ut ejus heredibus, vel successoribus liceat eam adimplere, nullo modo triginta annorum exceptione sublata. Quod tempus (id est, quadraginta annorum spatium) ex eo numerari decernimus, ex quo novissima processit cognitio, postquam utraque pars cessavit.

T t 7.

23 Præscriptio doris & [illegible] ante nuptias donationis incipit post conjugii dissolutionem. *Syn. d. c. 7.*

24 *l. 30. J. de jure dot. l. 47. in fin. §. de jure dot.*

25 Præscriptionem opponunt ei qui sine vi res illi pignoratas tenet, *ut hic. Syn. d. c. 7.* Quid si debitor secundum cautionem exposuerit ad debitum suum recognoscendum? præscriptionis tempus initio interrumpit.

26 *l. 3. J. de usurp.*

27 Per adpositionem rei obligatæ fit interruptio præscriptionis.

28 Quæ ὑπομονὴ Græcis, ut dixi T.

29 Litis contestationem imitatur detentio.

30 *l. 18. §. 1. ff. confessor. pecun.*

31 Iteratam cautionem Græci vocant ὑποφορὰν ἐκβεβαιωτικὴν. Ita Illustriss. in *l. 4. de adscr. Ecclesiis*, apud patronum §. 16. fieri acta ὑποφορητικὰ. Cujac. 13. observ. 4. Delata nova cautione interrumpit præscriptio.

32 *Nec dubitetur, sed ne sub accusatione mora fiat, ita legit Cuj. 18. obs. 22. in fin.*

33 *Debitoris*, Cujac. *d. loco.*

34 In obligationibus annuis, vel mensuis, cessationem obligationis, sed cessionis inspicitur. hoc est, in annuis legatis computatur annus, non ex quo relicta fuerint, sed ex quo institutus fuerit actio: quæ quidem in legatis locum habent. *Syn. d. c. 7. in fin.*

35 Tenus et emphyteuta vel cautionem non præstitit. vid. *l. 1. C. in quibus casib. colo. sat. l. 1. C. comm. de usufr.*

36 *Syn. ille loco, c. 8.*

37 Qui rem longo tempore præscripsit, jus habet vindicandi.

38 De exceptione præscriptionis, vid. *Gothof. c. 43. de exception.*

39 *l. 1. ff. de publ. in rem.*

40 Non si pactus sua rem publicam deseruit, non amplius exceptionem habuerit. *Schol. d. c. 8.*

41 Bonam fidem qui ab initio habuit, jus rei defendit & vindicandi longissimo tempore præscribit. Vindicandi, inquam adversus omnes, ne quidem exceptio dominii creditoris. Malæ fidei namque possessor adversus dominum rei non præscribit. Sic titulo rei immobiles annis triginta præscribimus & utile dominium rei adquirimus: examen bonæ fidei subsistens. Et hæc præscriptio longissimi temporis dicitur.

42 Malam fidem ab initio qui habuit, non titulum, scil. possessionis, sed ipsum dominium rei amittit. *Cujac. 13. obs. 22. & 23.*

43 Ob contumaciam possessoris malæ fidei actor missus in possessionem rei? intra annum potest malæ fidei possessor rem recuperare.

44 De exceptione contumaciæ, vid. *Oldendorp. c. 29. de exception.*

45 *l. 1. ff. ne quibus casib. major.*

46 *Syn. ibi c. 9.*

47 Præscriptio usurarum incipit currere ab eo tempore, quo deberi incipiunt.

48 Id est, debitores.

49 Id est, mortis. *Syn. ibi c. 10.*

50 Sortes humanæ multæ. *l. 15. l. 16. §. 1. T. de usufructu.*

51 Cognitio novissima, id est, ultima. *Nov. 60. c. 1. §. 1. novis. cum vera.*

52 Per litis contestationem perpetuatur actio ad quadraginta annum. vid. *Cujac. c. 1. de præscript. & 18. observ. 29.* adde *l. 1. T. de præscript. long. temporis.* Goth.

53 Aliud est ab initio tacere & ex post facto. Paria non sunt ab initio nullam actionem mo-

jus retinendæ rei habet, *ut hic*, sed & vindicandi certis casibus: puta à violento. *§. 2. J. eod.* & in casu *§. 3. J. eod.* 43 Ob contumaciam possessoris malæ fidei actor missus in possessionem rei? intra annum potest malæ fidei possessor rem recuperare.

44 De exceptione contumaciæ, vid. *Oldendorp. c. 29. de exception.* 45 *l. 1. ff. ne quibus casib. major.*

46 *Syn. ibi c. 9.* 47 Præscriptio usurarum incipit currere ab eo tempore, quo deberi incipiunt. 48 Id est, debitores. 49 Id est, mortis. *Syn. ibi c. 10.* 50 Sortes humanæ multæ. *l. 15. l. 16. §. 1. T. de usufructu.* 51 Cognitio novissima, id est, ultima. *Nov. 60. c. 1. §. 1. novis. cum vera.* 52 Per litis contestationem perpetuatur actio ad quadraginta annum. vid. *Cujac. c. 1. de præscript. & 18. observ. 29.* adde *l. 1. T. de præscript. long. temporis.* Goth. 53 Aliud est ab initio tacere & ex post facto. Paria non sunt ab initio nullam actionem mo-

TIT. XL.

DE ANNALI [1] EXCEPTIONE ITALICI CONTRACTUS TOLLENDA, ET DIVERSIS [2] TEMPORIBUS, ET EXCEPTIONIBUS, ET [3] PRÆSCRIPTIONIBUS, ET INTERRUPTIONIBUS EARUM.

Exceptione annali sublata omnes personales actiones triginta annorum spatio tollentur. Hart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P.P.

SUPER annali [4] exceptione, quæ ex Italicis contractibus oritur, tantæ moles altercationum in omnibus judiciis exortæ sunt, quantas & enumerari difficile, & explanari impossibile est. †. Primum etenim natura ejus observationis cum omni scrupulositate, & difficultate composita est, cum multa concurrere debeant, ut ea nascatur. Deinde illud sparium annale alii quidem ita effuse interpretabantur, ut [5] possit usque ad decennium extendi. Alii judicantes usque ad quinquennium standum esse putaverunt. Et in nostris temporibus sæpius super hujusmodi calculo à judicibus variatum est: unde nec facile fuum effectum in litigiis ostendere hujusmodi exceptio valuit. Cum itaque nobis aliæ temporales exceptiones, vel præscriptiones sufficiant: hujusmodi difficultatibus illigari nostro subjectos imperio minime patimur. Idcoque memorata annali exceptione penitus quiescente, aliæ omnes legitimæ exceptiones, & præscriptiones in judiciis suum vigorem ostendant: sive quæ super decennio, vel viginti, vel triginta, vel quadraginta annis introductæ sunt, sive quæ minoribus spatiis concluduntur.

§. 1. Ad hæc cum nihil prohibet etiam ea, quæ aliquam dubitationem acceperunt, clatioribus, & compendiosis sanctionibus renovari: jubemus omnes personales [6] actiones, quas verbosa quorundam interpretatio extendere extra metas triginta annorum conabatur, triginta annorum spatiis concludi: nisi legitimus modus, qui & veteribus, & nostris legibus enumeratus est, interruptionem temporis introduxerit, sola [7] hypothecaria [actione] quadraginta annorum urente curriculis. Nemo itaque audeat, neque actionis familiæ erciscundæ, neque communi dividundo, neque finiam regundorum, neque pro socio, neque [8] furti, neque vi bonorum raptorum, neque [9] alterius cujuscunque personalis actionis vitam [10] longiorem esse triginta annis interpretari: sed ex quo ab initio competit, & semel nata est, & non iteratis fabulis sæpe recreata, quemadmodum in furti actione dicebatur, post memoratum tempus finiri: exceptis omnibus actionibus, licet personales sint, quæ in judicium deductæ sunt, & cognitionalia acceperunt certamina, & postea silentio traditæ sunt: in quibus non triginta, sed quadraginta annos esse expectandos, ex quo novissimum litigatores tacuerunt, lex nostra antea promulgavit. §. 2. Ne autem imperfecta sanctio videatur, cum in maternis [11] quidem rebus filiisfamilias tempora exceptionum currere dispositum erat, ex quo factis [12] paternis absoluti sunt, in aliis autem, quæ minime acquiri possunt, hoc non fuerat specialiter constitutum: apertissima definitione sancimus, filiisfamilias [13] in omnibus his actibus, in quibus habent res minime patribus suis acquisitas, nullam temporalem exceptionem opponi, nisi [14] ex quo actionem movere potuerunt, id est, postquam manu paterna, vel ejus, in cujus potestate erant constituti, fuerint liberati. Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod etsi maluerint, minime adimplere lege obviante [15] valebant. Dat. XV. Kalend. April. *Constantinopol.* LAMPAD. & ORESTE CC. CONSS. 530.

Si possessor præscribens convenire non potuit propter absentiam, potentiam, infantiam, vel furorem, potuit fieri interruptio præscriptionis per denunciationem factam præsidi, vel episcopo, vel defensori loci. Bald.

11. Idem A. Joanni P.P.

UT perfectius omnibus consulamus, & nemini absentia [16], vel potentia, vel infantia penitus adversarii sui noceat, sed sit aliqua inter desides [17], & vigilantes differentia: sancimus, si [18] quando abfuerit is, qui res alienas, vel creditori obnoxias detinet, & defideratæ dominus rei, vel creditor fuam intentionem proponere, & non ei licentia sit absente suo adversario, qui rem detinet, vel infantia [19], vel furore laborante: & neminem tutorem, vel curatorem habente, vel in magna potestate constituto, sua auctoritate [eas res usurpare:] licentia ei detur adire Præsidem [provinciæ,] vel libellum ei porrigere, & hoc in querimonian deducere intra constituta tempora, & interruptionem temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. Sin autem nullo potuerit modo Præsidem adire, saltem ad locorum Episcopum eat, vel Defensorem civitatis, & suam manifestare voluntatem in scriptis deprecetur. Sin autem abfuerit, vel Præses, vel Episcopus, [vel Defensor civitatis:] liceat ei proponere [20] publice, ubi domicilium habet possessor, seu cum Tabulariorum subscriptione: vel si civitas Tabularios non habeat, cum trium testium subscriptione: & hoc sufficere ad omnem temporalem interruptionem, sive triennii, sive longi temporis, sive triginta, vel quadraginta annorum sit. Omnibus aliis, quæ de longi temporis præscriptione, vel triginta, vel quadraginta annorum curriculis constituta sunt, sive ab antiquis legum conditoribus, sive à nostra [21] majestate, in suo robore duraturis.

Generalis petitio ita, quantitate, vel causa, citatione secuta sufficit ad interrumpendum præscriptionem in omnibus, quæ sub illa petitione possunt includi. Salic.

III. Idem A. Joanni P.P.

SI [22] ex multis causis quidam obnoxium habens, & maxime ex similibus quantitatibus, in unius quidem causæ summa libellum conventionis composuerit, causam tamen non expressérit: apud veteres agitabatur, an videatur omnes causas in judicium deduxisse, an vetustissimam earum, aut omnino nihil fecisse, cum ejus sensus incertus esse apparebat? Sed & in judiciis in multis casibus tales altercationes ventilatas invenimus, & maxime propter longi temporis interruptionem. Si enim personalis forte fuerat mota actio, hypothecariæ autem actionis nulla mentio procedebat: quidam putabant personalem quidem esse temporis interruptione perpetuatam, hypothecariam autem evanescere taciturnitate sopitam. Et si quis generaliter dixerat, *obnoxium sibi aliquem constituens* [23], aliæ dubitationes emergebant, si omnes ei competentes actiones hujusmodi narratione contineri credantur: an vero quasi silentio circa eas habito tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei adjuvante. Sancimus itaque [24] nullam in judiciis in posterum locum habere talem confusionem: sed qui [25] *obnoxium sibimet* in judicium clamaverit [26], & libellum conventionis ei transmiserit, licet [27] generaliter nullius causæ mentionem habentem, vel unius quidem specialiter, tantummodo autem personales actiones, vel hypothecarias continentem, nihilominus videri jus suum omne cum in judicium deduxisse, & esse interrupta temporum curricula: cum contra [28] desides homines, & sui juris contemptores odiosæ [29] exceptiones oppositæ sunt. Dat. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 531.

pendam præscriptionem in omnibus quæ sub illa petitione possunt includi sufficit. Præscriptiones inventæ adversus desides & sui juris contemptores. *l.2. in pr. T. eod.* adde *l. ult. T. depositi.*

29 Odiosæ sunt præscriptiones.

TIT. XLI.

DE ALLUVIONIBUS [30], ET PALUDIBUS, ET PASCUIS [31] AD ALIUM STATUM TRANSLATIS.

Fluvius alio avertere sibi prohibitum: ripam autem pranumire est permissum. Salic.

1. Imp. GORDIANUS A. Marco.

QUAMVIS fluminis naturalem cursum opere manu facto alio non liceat avertere [32], tamen ripam [33] suam adversus rapidi amnis impetum munire prohibitum non est. Et cum fluvius priore alveo derelicto, alium sibi facit: ager, quem circumit [34], prioris domini manet. Quod si paulatim [35] ita ferat, ut alteri parti applicet: id alluvionis jure ei quæritur, cujus fundo accrescit.

11. Imppp. ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. Cæsario P.P.

HI, quos inundatio Nili fluminis reddidit ditiores [36], pro terris, quas possident, tributorum præstationem agnoscant. Et qui suum deplorant patrimonium deminutum [37], alieno saltem functionis onere liberentur, & nostræ serenitatis largitate defensi, locorum etiam possessione contenti, pro agitandi census examine respondeant devotioni.

Lucrativa incrementa ad fiscum non pertinent, nec separatim pro his census exigitur. Bald.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P.P.

EA [38], quæ per alluvionem [39], [sive in Ægypto per Nilum, sive in aliis provinciis per diversa flumina] possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones [40] exigi, hac perpetua valitura lege sancimus: ne vel alluvionum ignoratæ vitia, vel rem noxiam possessoribus videamus inducere. †. Similiter [41] nec ea quidem, quæ paludibus antea, vel pascuis videbantur adscripta, si sumptibus possessorum nunc ad frugum fertilitatem [42] translata sunt, vel vendi, vel peti, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus: ne doleant diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nec diligentiam suam sibi damnosam [judicantes] intelligant. Cujus legis temeratores quinquaginta librarum condemnatione coerceri decernimus: Inter quos habendum est Officium quoque tuæ sedis excelsæ, si aliquid hujusmodi suggesserit disponendum, vel si preces introduxerit petitoris. Dat. XI. Kal. Octobr. *Constantinop.* VALENT. A. V. & ANATOL. V.C. CONSS. 440.

30 *Ecbg. 12. & §. 20. Inst. de rer. divis. l.7. §.1. l.30. §.2.3 ff. de adq. rer. dom.* adde *Nov. Theod. de allevionib.*

31 Adde *l.30. in fin. ff. de acquir. fund. l.11. tit. 60. 61.*

32 Naturalem cursum fluminis avertere non licet. vid. *ff. de fluminibus.*

33 Ripam suam adversus impetum fluminis munire permissum.

34 *Et insulam facit, l.7. §.4. l.30. §.2. ff. de adq. rer.*

35 *l.7. §.1. ff. de adq. rer.*

36 Alluvione cui conclusimentum adjicitur, eidem onus tributi adcrescit.

37 Deluvione cui quid diminuitur eidem tributi onus decrescit. *l.4. §.1. ff. de censibus.*

38 Hæc lex extat apud Aggenum Urbicum, *lib. de limit. agror.* citaturque ex Theod. integra.

39 Alluvionis incrementum per se non est censendum, sed unum corpus cum eo cui cohæret, judicandum.

40 Alluvione qui quocunque loco, terram quæsierunt, ejus domini sunt, nec ipsius nomine functiones

fisco præstant, *ut hic. Synops. Basil. 30. tit. 12. cap. 20.* 41 Paludibus obruta loca, vel pascuis adscripta, possessorum sumptibus fertilissima facta à functionibus immunitatem habent: pœna quinquaginta librarum auri in temeratorem hujus legis constituta. *Syn. d. c. 2.* 42 Qui agrum aliquem paludtrum & inutilem exsiccavit, exaravit & exoluit, tributis statim non est onerandus, *ut hic.*

TIT. XLII.

DE SENTENTIIS PRÆFECTORUM [43] PRÆTORIO.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Thalassio P.P. Illyrici.

LITIGANTIBUS in amplissimo Prætorianæ præfecturæ judicio, si contra jus se læsos affirment, [non [44] provocandi, sed] supplicandi [45] licentiam ministramus: licet pro curia, vel qualibet publica utilitate, [seu alia causa] dicatur prolata sententia: nec enim publice prodest singulis legum adminicula denegari: ita videlicet, ut intra biennium tantum nostro numini contra cognitionales sedis Prætorianæ præfecturæ sententias post successionem [46] judicis numerandum, supplicandi eis tribuatur facultas. Dat. III. August. *Constantinop.* THEODOR. A. XVIII. & FESTO V.C. CONSS. 439.

43 A præfectis prætorio non appellatur. *l.19. l.30. l. 35. §. de appellat. l. 1. §. 1. ff. de offic. profect. prætor. l. 8. T. d. de appellat. add. Synops. Basil. 9. tit. 1. capitul. 53.* ut nec à principe, vel senatu. *l. 1. §. 1. §. 2. ff. à quibus appellari non.*

44 A præfecto prætorio principi supplicari licet. *l. 5. T. de precibus imper. offerend.* Ex

TIT. *imper. offerend.* Ex

supplicatio ἀναζήτησις, id est retractatio. dixi ad *Novell. 82. cap. 12. in fine. Nov. 113. cap. 1. Interpretatio, Novell. 119. cap. 3.* & retractatio dicta est. *l. pen. in fin. T. de fide instrument. l. ult. §. 5. T. de temporibus appellat.* Quoties autem de sententia P. Prætorio principi supplicatur, ipsa sententia ad principem una cum precibus mittenda: licet ea pro republica lata sit, & quidem intra sententiæ latæ biennium, *ut hic. Synops. libb. 2. 53.* 45 Supplicatio, quæ sit Principi, genus est remedii adversus sententiam, *ut hic*, ut hæc ad superiorem judicem appellatio. *T. de appellat.* apud alium remissio: accusatio seu querela falsi, *T. si ex falsis instrumentis.* erroris propositio: ut & nullitatis seu invaliditatis, *l. si se non abrodat, 4. §. condemnatum 6. §. de re judicata.* Restitutio in integrum, qualis minoribus ob ætatem, majoribus etiam, *ob absentium* justam concedituR. *l. cum de minores: 4. T. si adversus rem judicatam. l. si qui reipublicæ 29. T. quibus ex causis majores.* Porro supplicatio *de qua hic, & l. si quid adversus 5. T. de precibus imperatori offerendis*, differt ab appellatione: quia appellatio iniquitatem judicis arguit: supplicatione vero errorem quilibet propriam fatetur. *l. pr. eodit* 47 *l. minor. 18. ff. de minoribus, Novell. in media latio non fieri satis ne formas 113. cap. 1.* 46 Intra biennium postquam præfectus prætorio depositit prætorium, & ejus dignitati successit alter, supplicari ab ejus sententia potest oblato libello principi. Hodie ipsemet præfecto prætorio intra decem dies latæ sententiæ supplicari potest. *Nov. 113. c. 5.* ubi vide *Cujac. & Nov. 82. in fin.*

UAB Biblioteca de Catalunya

2 l. 47. ff. de re judic.

2 Sumptum hoc est ex legibus XII. Tabularum, de quibus dixi ad easdem, *l. 2. tit. 1. §. 10.* adde 7 *Gell.* 2.

3 Vid. *l. 11. ff. de judiciis.*

4 Ex ita pro absente judicari potest.

5 De peremptorio, vid. *l. 68. l. 69. & 70. ff. de indic.*

6 Sententia ut valeat, citatio peremptoria requiritur, *ut hic*: Cujus sententiæ viginti septem exceptiones, vid. apud Socinum *reg.* 352.

7 A Judice, unde colligunt, Simplicem judicis jussum vim peremptoriam consequi, & in vera contumacia eum constituere. Mihi tamen videtur id Imperator innuere, Cessante interdum quarto edicto seu perumptorio absentes condemnari, dixi ad *l. 13. §. 2. ff. de judiciis*: vel, Non semper requiri, ut peremptorium palam proponatur: sufficere, si in notitiam rei venerit, cum & litteræ & denunciationes sufficiant, *ut hic, & l. 9. ff. eodem. l. 1. C. Theod. de pœn. & dissid.* Denique satis esse quoquo modo reus conventus fuerit *l. 47. in fin. ff. de re judic.*

8 *Dat. 3. Id. Aug. Constant. Theod. 17. & Fausto g. Conf.* Qui ita censent subscriptionem restituunt, ne ἀνοησίᾳ laboretur. Hujus enim tituli series hucusque legis inscriptio id non patitur.

9 Si adversus absentem prolata sententia fuerit, is verus, cum primum cognovit, non appellaverit, non potest amplius absentiæ prætextu rescindi, *ut hic, & ex Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. c. 55. & 1. Harm. 4. §. 32.*

10 Contumax alias non est qui se vocatum in jus esse nescivit.

11 Non potest sententiam impugnare, qui legitimo tempore non appellavit: quia videtur ei adquievisse. dixi ad *l. 9. ff. de liberali.*

12 Die feriato sententia non proferatur: prolata, vitiatur. *l. 2. ff. de feriis.* vid. *Oldend. c. 13. de sent.* Goth. Vid. in hanc leg. *Bellon. suspectat. lib. 3. cap. 18.* Ant. Aug.

13 Vid. *Cujac. 8. obs. 30.*

14 Sententia lata contra contumacem, qui non erat contumax, ipso jure nulla est.

15 Per sententiam nullam delati judicis, exigitur ejus jurisdictio, *ut hic, & l. ult. ff. de sent. qua sine certa quantit.* Quid ordinari? non extinguitur. vid. *Wurmf. 1. pract. 22. obs. 3.* 16 Æmiliano. 17 Si alio loco quam quo debuit, judex judicet, sententia nulla est. *l. 21. §. 10. ff. de arbitris. l. 6. ff. de sentent. & interlocutionibus.* dic idem de loco non tuto. vid. *Oldend. cap. 24. de sententiis.* 18 Res ita habet: Minor condemnatur. Curator & curatoris adjutor appellant, postea moriuntur: cum nemo appellationem prosequeretur, quasi desertam appellationis causam præses circumduxit. Quid juris? Sine restitutione eremodici, vel appellationis, ipso jure totus est minor vigintiquinque annis indefensus, *ut hic. l. 45. in fin. ff. de re judicata.* 19 A sententia deferve appellationis appellari potest. vid. *Wurmf. 1. pract. 24. obs. 17. 20. 21. 22. ubi de defensa appellationis.* 20 De quo vid. *l. 13. §. 1. ff. de tutelis*, adde *Altisiodor. 5. parerg. 18.* 21 Circumducere causam appellationis, Galli dicunt, *mettre l'appellation & ce dont a été appellé au neant.* ita quoque dicitur circumduci cognitio in *l. 27. §. 1. in fin. ff. de liberali: & in l. 73. §. 1. ff. de judiciis.* Circumducere edictum, Galli dicunt, *Rabattre un defaut*, & in *l. 45. ff. de re judic.* acta circumduci quibdam plenius videtur. 22 Atqui judex sententiam suam mutare non potest? vid. Dynum ad *c. 21. de reg. in 6. v. l. 73. ff. de reg. jur.* 23 *d. l. 45. d. l. 24.* 24 *Paul. 3. sent. §. 5. v. l. 47. ff. de re jud. l. 6. §. 3. ff. de confessis.* Vid. *qua mutavi dicta l. 1. §. penult. ff. quæ sent. sine appell.* 25 *l. 9. ff. eod.* 26 Vid. *l. 8. ff. eod.*

27 Vid. quindecim exceptiones apud Felinum in *cap. licet 9. extra de probat.* Goth. Vid. in hanc leg. *Goddi. de suspectis. c. 2. n. 210.* Ant. 28 *l. 7. ff. eod.* 29 Trinis literis, *Paul. 5 sent. §. 5. 6.* tribus edictis, *l. 13. §. 1. ff. de re judic.* per tres vices, *l. 13. §. 2. ff. de judiciis*, edictis legitimis, *l. 2. in fin. ff. ubi in rem actio.* 30 *d. §. 6. d. §. 1. l. 72. ff. de judiciis.* 31 Iterum *Cujac. lib. obs. 30.* ita legit, ut hoc verbum referatur ad incœptorem judicantis. 32 Hanc enim vim humanior est.

33 *Novell. 53. cap. 4. §. 1. l. 3. in fin. ff. de procuratoribus. l. 13. §. 3. ff. de judiciis. l. 2. ff. quibus ex causis in poss. vid. l. 15. §. 6. ff. de damno.* 34 Actor ad finem usque litem exercere cogitur: cujus sententiæ octo exceptiones vide apud Socin. *reg.* 32. 35 Id est, præconis.

36 *l. 7. ff. eod.* 37 Dixi ad *l. 13. §. 2. ff. de judiciis.*

TIT. XLIII.

QUOMODO ET QUANDO JUDEX SENTENTIAM PROFERRE DEBEAT PRÆSENTIBUS PARTIBUS, VEL UNA PARTE ABSENTE.

An judex possit, vel cogatur absentem damnare.

1. Imp. M. Ælius Antoninus A. Publicio.

Nox semper compelleris, ut adversus absentem pronuncies, propter subscriptionem Patris mei, qua significavit, etiam contra absentes sententiam dari solere. Id enim eo pertinet, ut etiam absentem damnare, non ut omnimodo necesse habeas 4.

De causa peremptorii edicti cessante.

2. Imp. Gordianus A. Severo.

Cessante quoque causa peremptorii 5 edicti 6, adversus eos, qui admoniti 7 judicio adesse noluerunt, sententiam à judice posse proferri certum est. IV. Kalend. April. A. & Pont. Conss. 8 239.

An sententia contra absentem lata firmitatem habeat.

3. Idem A. Antistio.

A 9 eo judicato recedi non potest, quod vobis absentibus & ignorantibus 10 atque indefensis 11 dicitis esse prolatum: si ubi primum cognovistis, non illico de statutis querelam detulistis. Ita enim firmitatem sententia, quæ ita prolata est, non habebit, si ei non sit commodatus adsensus. P. P. IV. Idib. Jun. Gord. A. & Aviola Conss. 240.

Feriato die & absente parte lata sententia non valet.

4. Imp. Philippus A. Domitiano.

Si (ut proponis) pars diversa die feriato 12 absente, vel 13 ignorante te, à Judice daro, ferri sententiam pro partibus suis quasi 14 contumaciter deesses, impetravit: non immerito Præses denuo negotium alterius 15 Judicis notioni terminandum commisit. P. P. V. Id. Octobr. Peregrino & Æliano 16 Conss. 245.

De loco.

5. Idem A. & Philippus C. Longino.

Si (ut proponis) Præses provinciæ, cum certum locum 17 causæ cognoscendæ dedisset, alibi per obreptionem aditus sententiam adversus te absentem protulit: quod ita gestum est, ad effectum juris spectare minime oportet.

De muneribus, curatore carentibus.

6. Imp. Valerian. & Gallien. AA.

Si Præses quasi desertam 18 ab adultis tuis causam appellationis 19, quæ ab adjutore 20 suo facta fuerat, circumduxit 21, eo tempore, quo adulti curatores non habebant: repetitus notionem suam exhibebit 22. Neque enim debet adultis nocere, quidquid eo tempore statutum est, quod defensione 23 justa, & curatoris auxilio fuerant destituti.

De his qui denunciationibus conventi non sunt.

7. Imp. Diocletianus & Maximianus.

Ea, quæ statuuntur adversus absentes 24 non per contumaciam, scilicet denunciationibus 25 nequaquam ex more 26 conventos, judicatæ rei firmitatem non obtinere certum est. P. P. III. Kal. April. ipsis V. & IV. AA. Conss. 293.

Quæ observanda sunt parte absente.

8. Idem AA. Clandiæ.

Consentaneum 27 juri fuit, temporibus ad præsentiam partis adversæ præscriptis, Præsidem provinciæ impleta juris solennitate 28, & adversario tuo ternis 29 literis, vel uno 30 pro omnibus peremptorio edicto, Ut *præsentium sui faceret*, commonefacto, si in eadem contumacia perseveraverit, *præsentis* allegationes audite: quod vel successor ejus facere curabit. A quo ter 31 citatus, si contumaciter præsentiam sui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendum eum, ut sese repræsentet 32, vel possessionem 33 bonorum, cui incumbit, ad te transferre, & adversarium peritorem constituere: vel auditis defensionibus tuis, id, quod juris ratio exegerit, judicare. P. P. III. Kalend. Octobr.

In Authent. de litigiosis. §. omnem. col. 8. tit. 13. al. 8. Novell. 112. cap. 3.

Qui semel actionem 34 proponit, *sive conventione judiciaria, sive precibus Principi oblatis, Judicisque insinuatis, & per eum adversario cognitis: necesse habet usque ad finem litem exercere. Quo si causam persequi differat, reo postulante, tribus edictis citetur per intervalla triginta dierum, quæ vox præsentia* 35 *paucis immutescit. Quæ citatio & per Principem delegatis permittitur: Quod locum habet, & si lis coepta non sit. Quod si vocatus litem detrectet: ei aliud anni spatium indulgetur, intra quod si cessat, Judex auditis allegationibus præsentis, & perquisita veritate, pronunciet. Sed nec intra annum venienti auditur, nisi prius reo litis expensas, quas sustinuerit, inferat. His quoque præfixo, si interrupto duntaxat anno denuo litem deseris, post triennii edictorum, & anni unius spatii observationem ab omni cadat actione.*

De tribus denunciationibus.

9. Idem AA. Leontio.

Tres denunciationes 36 ad peremptorii edicti vicem 37 adversus contumaces convalescere, salubriter statutum est. P. P. XI. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De causa absentiæ necessaria.

10. Idem AA. Blesio.

Cum non 38 voluntatis tuæ arbitrio, sed necessitate 39 profectus fis, quicquid contra te absentem statutum fuerit, quando absentiæ causa necessaria fuit, officere tibi juris ratio non permittit. P. P. III. Id. Maji, Tertiano & Dione Conss. 291.

De eo, qui non appellavit.

11. Idem AA. & CC. Valerio.

Cum præsentibus 40 partibus litem inchoatam proponas: si posteaquam contra te (licet absentem) pronunciatum est, intra præfinitum diem non appellatam 41 sententiam rescindi 42 postulanti, multæ sacræ constitutiones refragantur.

rra legitima tempora non appellans amplius non auditur. 41 Legitime scil. *l. sententiæ. rescindi non potest.*

38 Absentia ex causa probabili & necessaria, fontes tia non nocet. *l. 4. ff. de pœnis eorum. l. 1. l. 2. quibus ex causis major. l. 7. in fin. ff. de minor. l. 43. §. 2. ff. de re judicata. Syn. Basilic. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. capite &c.*

39 *l. 16. in fin. ff. ex quibus causis major.*

40 Solemniter condemnatus in-

42 Vid. *Lab.*

TIT. XLIV.

DE SENTENTIIS 43 EX PERICULO 44 RECITANDIS 45.

Non sufficit sententiam latam esse in scripta, si non fuit recitata. Paul. de Cast.

1. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Quinto Rectori nulla sententia est, quam scriptam edidit litigatoribus, si 46 non ipse recitavit. Si igitur nihil fallis, omissa provocationis mora; ex integro judicari imperrabis à Rectore provinciæ.

Sententia primo scripta, & postea recitata non potest corrigi, vel mutari. Bald.

11. Imppp. Valent. Valens & Gratian. AAA. ad Probum P. P.

Hac lege perpetuo credimus ordinandum, ut Judices, quos cognoscendi, & pronunciandi necessitas tenet, non 47 subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, & emendatas statim in libellum fecuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello 48 pattibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi, vel mutandi 49: Exceptis 50 tam viris eminentissimis Præfectis prætorio 51, quam aliis illustrem administrationem gerentibus, cæterisque illustribus Judicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium 52 suum, & eos, qui ministerium suum eis accommodant, sententias definitivas recitare. Dat. XII. Kal. Februar. Grat. A. II. & Probo Conss. 371.

Non sufficit sententiam scribi, nisi legatur, & verbo proferatur. Bald.

III. Idem AAA. ad Probum P. P.

Statutis generalibus jussimus, ut universi Judices, quibus reddendi juris in provinciis permissimus facultatem, cognitis causis, ultimas 53 definitiones de scripti 54 recitatione 55 proferant. Huic adjicimus sanctioni, ut sententia, quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen quidem *sententiæ* habere mereatur: nec 56 ad rescissionem perfam decretorum, appellationis solennitas requiratur. Dat. III. Non. Decembr. *Tribus*, Grat. A. III. & Equitio Conss. 374.

In Authent. de manc. princ. §. sit tibi. col. 3. tit. 4. Novell. 17. cap. 3. & col. 6. tit. 12. al. 11. ut clerici apud. §. 1. Novell. 83. in princ.

Nisi brevis sint lites, & maximæ villarum personarum, vel causarum (cum enim sine scripta & sine aliquo expensa cognoscere Præsidem oportet) & nisi Episcopus cognoscat inter suos subditos.

43 Judicum fit. An idem in arbitris, ut ab eis dictæ sententiæ homologationem & scripta ferri oporteat, ne aliquis condemnatus arbitri sententia fraude sua se subtrahat? ita dici posse videtur. *l. 1. ff. eodem. l. 4. §. 6. ff. de receptis arbitr.* compromissum enim ad similitudinem judiciorum regitur. *l. 1. ff. de receptis arbitris.*

44 *A. C. Theod. ff. brevitate.* Balsamon. quæ lectio à Baldo & Alciato probatur, *l. dissentit. 2.* Brevicitas, *Sext. Rufus. Gell. l. 1. l. ult. Y. de offic. rect. ubi distinguitur.* Differentiam brevi. Plinius *in Mercatore*, Cæsius, *vanas, protrahere, servitutem, brevitatem.* Est quasi sordida, Gelli, *Diffusa ac brevis.*

Quidam vulgarem lectionem defendunt, hoc sensu, quemadmodum fodex sine periculo sententiam proferre possit, & in exemplum proferunt Prætorem urbicum quem Genuensem, qui metaphrastes equo infidens sententiam olim taleri, dum iram viri damnatique formidaret: sed ea opinione nihil incommodi.

ptius. Cujac. 5. obs. 24. *in fin.* Periculum existimat esse judicem sive libellum. Nam quod in Apophthegmatis, Pittacus appellat πυξίον, Æmilius Probus in Epaminonda & Alcibiade περίκοπον vocat Cicer. 1. *de legib.* Qui in uno periculo non ut à pœna veritatem exigunt: & in *formularia*, Pericula magistratuum, & *in antiquis. lib. notarum*, quem idem Cujacius habet, Hæc ita Scripta sunt, *DP. de periculo, Dlc. de libello*, adde *l. 15. Y. qui accusare.* Huc tamen interpretatio Hotomani 3. obs. 20. non probatur: putat namque Hotomanus, Periculum superioribus locis non ea significatione accipi, sed pro judicii discrimine in dubio litis eventu: absurdum aliquin fore confiteri, ut per inducium, id est, summatim tantum sententiæ recitentur, ac non potius integræ: ut res sit, certum est hoc innui, Sententiam sine scripto latam nullam esse, id est, si dicta, non lecta, vid. *l. ult. Y. commiss. spirit. program. Mev. Leon. 45. Oldend. c. 20. sent.* Ex periculo igitur est, ex tabella, ex libello, ex scripti recitatione. vid. *l. 2. Y. eod.* Est qui, *sententiam ex periculo recitare*, interpretetur, de memoria, seu memoriter, hæc vox πύξινος à testamento. *Ferrand. 2. Respons. 13.* 45 Recitatis. *C. Theod. eod.* 46 Arbitri sententia nulla est, si dicta tantum, non lecta, vel scripta. *l. 6. §. 1. ff. de modo multarum. l. 8. vers. Hoc etiam. Y. de prove. agent. in reb.* Goth. Sed Jure Canonico sententia etiam sine scripto & voce prolata valebit. *cap. 43. extr. de test. & attest.* Ant. 47 *l. 6. in fin. ff. de modo multar. l. 1. Y. de requir. reis. l. 20. Y. de pœnis. l. 15. ff. de judic.* 48 Ex breviculo, ex periculo, *ff. in epigraph. hujus tit.* Du Scripti recitatione, *l. 3. Y. eod.* ex tabella, ex pila. 49 Idemque quod judex correxerit, vel mutaverit, ipso jure nullum fuerit. Seneca *in declam. & suasor.* Jubet *quam tuleris de reo tabellam renovare non potes. Qui scitur non mutat pronunciationem.* Apul. 1. Florid. *Tabulæ semel bellæ, nec augeri litera una nec minui potest.* Non idem est in interlocutione. *l. 14. ff. de re jud.*

50 Sententiam per alium recitare judici non licet, nisi sit illustris, *ut hic*, nisi unus ex pluribus judicibus recitet sententiam ex mandato & aliorum præsentia. *cap. cum ab suo 4. de sent. & re judic. in 6.* nisi sententia sit interlocutoria. *Bald. l. ult. Y. eod.* nisi quibus casibus valet sententia sine scriptura. *c. ult. de re jud.* vid. *Socin. reg. 101.* 51 Qui sine scripto sententiam proferre possunt. Cassiod. *de sentent. præf. prat.* verbo, *sententiam dicit.* 52 Aut præconem. 53 Sententia definitiva scripturam requirit, *ut hic*, interlocutio non requirit, quia & definitivæ sententiæ certis casibus non requiruntur. *Basil. prax. Y. eod.* & super incidenti sententia. *l. pen. ff. de anth. rei.* Goth. Hæc lex canonisata est. *cap. 8. caus. 2. quæst. 1.* Ant. 54 Vid. *l. 2. Y. eod.* ibi, ou libelle.

55 Sententiam dici non sufficit, nisi scripta legatur, *ut hic. Basil. 8. tit. 1. ex lib. 9. tit. 1. cap. 64. 1. Harmen. 4. §. 41.* 56 *l. ult. Y. sententiæ. rescindi. non potest.*

TIT. XLV.

DE SENTENTIIS 57 ET INTERLOCUTIONIBUS 58 OMNIUM JUDICUM.

De eo, qui per procuratorem litigavit.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Quintiliano.

Non videtur nobis rationem 59 habere sententia decessoris tui: qui cum cognovisset inter peritorem, & procuratorem, non 60 procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnavit 61, cujus persona in judicio non fuit. Potes igi-

57 xlii. D. 6. Sententia quid sit? Decretum à judice interpositum statuto judiciorum ordine, de causa aut capite quæstionis litis, quod adhibitionem rei constituet, vel condemnationem certam tur, actoris vel rei.

58 Interlocutio quid est? præceptum judicis in principio vel medio litis interpositum, quod ad finiendæ litis præparationem spectat: nec enim finit aut perimit litem: dicitur & præjudicium, jussum, articulus, fitasis. *l. 7. Y. eod.* impropriæ sententia. 59 Sententia rationem non habere nulla est. 60 Sententia nulla est, si litigante procuratore sententia in personam domini fertur. Cur? Procurator sive ab initio litem exercuit, sive lite compolita, sententia damnandis est. *l. 31. in fin. ff. de negot. l. 20. ff. judicat. solvi, l. inter 8. in fin. ff. de in integr. rest. l. 42. §. 6. ff. de procurat. l. nihil 20. Y. de procurat. Oldend. c. 35. de sent.* quod quidem *Wurmf. 1. pract. 22. c. 7. & ad §. 22.* notat verum esse jure civili, non jure canonico ex glosf. & Abbate in *cap. sufficiat a. 6. Rot. de in integ. rest. & c. querelam 24. Ext. de elect.* Negat etiam id locum habere in tutore, curatore & syndico: cum posit sententia in pupillum, minorem, & Ecclesiam ferri, tametsi in judicio non fuerint, sed per easdem personas litigaverint. Idem quoque esse, si procurator lite contestata, ad unum tantum adhibitus sit. *Rudol. Schmit* & in sententia interlocutoria unius præjudiciali. Item si dominus præsens in judicio sit, si illustris persona condemnanda sit, aut si de causa matrimonii agetur. *d. l. nihil 20. Y. de procurat. Oldend. c. 35. de sent.* quod quidem *Wurmf. 1. pract. 22. c. 7. & ad §. 22.* Gothofredus in servitute reali: sententiam enim præsto dici. *Liberto 31. in fin. ff. de negot. Ant. Aug. 3. obs. 31. c. 2.* Adde Andr. Gail. *lib. 1. obs. 111. num. 2.* Ant. 61 Sententia condemnatoria adversus procuratorem ferenda est, *ut hic.* An & absolutoria? ferenda est: ut autori ad Accurs. *l. 6. §. ult. rum 7. ff. mandati.* Adde *Roman. singul. 493.*

tur, ut re integra, de causa cognoscere. Dat. IV. Kal. Jun. Antonio. A. III. & Geta CC. Conss. 209.

De statu arbitri.

II. Imp. Antoninus A. Sextilio.

Si arbiter datus à Magistratibus, cum sententiam dixit, In libertate morabatur, quamvis [1] postea in servitutem depulsus fit, sententia tamen ab eo dicta habet rei judicatæ auctoritatem [2].

De sententia definitiva.

III. Imp. Alexander A. Vectio.

Præses provinciæ non ignorat definitivam sententiam, quæ condemnationem [3], vel absolutionem non continet, pro justa non haberi. P. P. Kalend. Octobr. Maximo II. & Æliano Conss.

De ordine judiciorum servando.

IV. Idem A. Severo.

Prolatam à Præside sententiam contra [4] solitum judiciorum ordinem [5], auctoritatem rei judicatæ non obtinere certum est. P.P. XV. Kal. Januar. Alex. A. & Dione Conss. 230.

De sententia lata sub modo.

V. Imp. Philippus A. & Philipp. C. Montano.

Cum eorum, qui principaliter fisco tenebantur, bona ea lege fidejussoribus Procurator tradi jusserit, ut [6] ipsi indemnitatem [7] fisco præstarent, nec à sententia ejus intercesserit provocatio: consequens est datæ formæ obtemperari.

De loco & de effectu præsentiæ adhibendæ.

VI. Imppp. Carus, Carinus & Numerianus AAA. Zoïlo.

Cum sententiam Præsidis irritam esse dicis, quod non publice [8], sed [9] in secreto [10] loco officio ejus non præsente, sententiam suam dixit, nullum tibi ex his quæ ab eo decreta sunt, præjudicium generandum esse constat. P.P. v. Kalend. Decembr. Caro & Carino Conss. 283.

Si Præses pacisci suaserit.

VII. Impp. Diocles. & Maximian. AA. & CC. Isidoræ.

Ex stipulatione parta actione, pacisci proximis personis suadendo [11] Præses provinciæ, verborum obligationem, quam certo jure tolli tantum licet, extinguere non potest: nec vox [12] omnis Judicis judicati continet auctoritatem: cum potestatem sententiæ certis [13] finibus concludi, sæpe constitutum sit. Quapropter si [14] nihil causa cognita secundum juris rationem pronunciatum est: vox pacisci suadentis Præsidis actionem perimere, si quam habuisti, minime potuit.

Si empta evincatur in libertatem.

VIII. Iidem AA. & CC. Licinio.

Liberta quidem Theodora, quam ex emptionis causa, vel in solutum creditori traditam proponis, pronunciata [15]: citra provocationis auxilium sententia rescindi non potest. Verum [16] si mota quæstione, præmissa denunciatione ei, qui auctor [17] hujusmodi mulieris fuit, judicatum processit: quanti tua interest, empti, si emisti: vel ob debitum reddendum: si in solutum data est, repetere non prohiberis.

De retractatione.

IX. Iidem AA. & CC. Domno.

Post sententiam, quæ finibus [18] certis concluditur, ab eo, qui pronunciaverat, vel ejus successore, de quæstione, quæ jam [19] decisa est, statuta rei judicatæ non obtinent auctoritatem: Nam nec de [20] possessione pronunciata, proprietati ullum præjudicium afferunt, nec causam ullam interlocutiones [21] plenumque [22] perimunt. S. Non. April. CC. Conss.

Qui possunt patria interdicere, vel non.

X. Iidem AA. & CC. Menodoro.

Nulli, qui statuendi [23] non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur. III. Non. *

De jurejurando.

XI. Iidem AA. & CC. Luciano.

Cum judex in definitiva sententia *jusjurandum* [24] *solummodo præstari* præcipiat, non tamen addat, quid, ex recusatione, vel præstatione sacramenti fieri oportet: hujusmodi sententiam [25] nullam vim obtinere palam est.

De Latina & Græca lingua.

XII. Impp. Arcad. & Honor. AA. Juliano Proconsi. Asiæ.

Judices tam [26] Latina, quam Græca lingua sententias proferre [27] possunt [28]. Datum v. Id. Januar. Cæsario & Attico Conss. 397.

Ne exemplis, sed legibus judicetur. Bart.

XIII. Imp. Justin. A. Demostheni P.P.

Nemo [29] judex, vel arbiter existimet neque consultationes, quas non tite judicatas esse putaverit, sequendum, & multo magis sententias eminentissimorum Præfectorum, vel aliorum procerum (non enim si quid non bene dirimatur, hoc & in aliorum Judicum vitium extendi oportet, cum *non exemplis* [30], *sed legibus judicandum* [31] *sit*) neque si cognitionales sint amplissimæ Præfecturæ, vel alicujus maximi magistratus prolatæ sententiæ: sed omnes judices nostros veritatem, & legum, & justitiæ sequi vestigia sancimus. Datum III. Kalend. Novembr.

De reconventione.

XIV. Idem A. Demostheni P.P.

Cum Papinianus summi ingenii vir in quæstionibus suis rite disposuerit, non [32] solum judicem de absolutione rei judicatæ [33], sed [34] & [35] ipsum actorem, si è contrario obnoxius fuerit inventus, condemnare: hujusmodi sententiam non solum roborandam, sed etiam augendam esse sancimus, ut liceat judici, vel contra actorem ferre sententiam, & aliquid eum daturum, vel facturum pronunciare: nulla ei opponenda exceptione, quod non competens judex agenis esse cognoscatur. Cujus [36] enim in agendo observat arbitrium, eum habere, & contra se judicem in eodem [37] negotio non dedignetur. Dat. XV. Kal. Decemb. Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

In Authent. De executoribus §. fin. col. 7. tit. 8. al. 7. Novell. 96. cap. 2.

Et consequenter ego ab aliqua conventus, *si vicissim ipsum pulsare velim*, statim quidem non licet, *nisi apud* [38] *eundem judicem. Qui si dissilicerat, intra viginti dies recusari potest* [39], *aliusque mereri, apud quem rursus utrumque negotium ventiletur. Alioqui lite contra me mota prius ventilata, & terminata, tunc demum & ego admittar.*

De lite habente plura capita.

In Auredani libro notatur hic deesse Græcam constitutionem: eam ex Basilicis edidit Cujacius lib. 12. obs. cap. 2. *eamque Justiniani esse tradit.*

Αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ.

Ἡ διάταξις καλῶς πεποίηκεν ὅσων ὁ τῆς δίκης κεφαλαίων, δευτέρας ἢ ὑστέρας ἐπὶ ποσὸν αὐτῶν ἐξεταζομένου δικάσαι τελείως καὶ περὶ πάσης ζητουμένης οὐσίας τε ἄλλων, καὶ πάλιν ἐξεπίτηδες τοῦ δικάσαι αὐτοῦ παρόντος, καὶ μὴ ἀναστηκότος μόνου δικάσαι περὶ πάντων οὗπερ ἦν λόγος τῆς κεφαλαίων.

XV. Imp. Justinianus.

Constitutio jubet, ut si multa sint in lite capita [40], possit Judex super quibusdam eorum sententiam definitivam ferre, tunecque iterum de aliis quærere, & sententiam proferre, quæ ipsi videatur: neque compellatur unam sententiam de omnibus capitibus simul dicere.

De appellatione, & de judicis recusatione.

XVI. Idem A. Juliano P.P.

Cum solitum est in sententiis judicum sic interlocutionem proferri, *ut non liceat partibus ante definitivam sententiam ad appellationis* [41], *vel recusationis venire auxilium*: quidam putabant [42] non licere ante litem contestatam, nec judicem recusare, quemadmodum nec ab eo appellare. Cum enim simul utrumque vocabulum ponitur: tam *appellationis*, quam *recusationis*, provocatio autem ante litem contestatam non potest porrigi: putabant, quod nec recusare quidem Judicem cuiquam concedatur ante litem contestatam: quod minime vetitum est. Caveant itaque Judices hujusmodi sermonem simul, & sine certa distinctione proferre.

TIT. XLVI.

DE SENTENTIA [43], QUÆ SINE CERTA [44] QUANTITATE PROFERTUR [45].

Valet sententia de futuro, si dependeat à jure, quod est de præsenti. Bart.

I. Impp. Severus, & Antoninus AA. Ælianæ.

Cum [46] judicem, quoad [46] pecunia condemnationis soluta fuisset, de [47] pendendis [48] usuris legem dixisse profiteatis: non [49] contra juris formam sententiam datam palam est.

Sententia, qua pronunciatur indemnitatem esse præstandam, valet. Salic.

II. Imp. Alexander A. Marcellino.

Quamquam pecuniæ quantitas sententia Curatoris [50] reipublicæ non contineatur, sententia tamen ejus rata est, quoniam indemnitatem [51] Reipublicæ præstari jussit.

Sententia, & mens judicantis talis esse præsumitur, qualis & quanta ex allegatis, & probatis concipitur. Bald.

III. Imp. Gordianus A. Æmiliæ.

Hæc sententia, *Omnem* [52] *debiti quantitatem cum usuris competentibus* [53] *solve*, Judicati actionem præstare non [54] potest: cum apud Judices ita demum sine certa quantitate facta condemnatio, auctoritate rei judicatæ censeatur, si [55] parte aliqua actorum certa sit quantitas comprehensa.

Ubi sententia incerta est ipso jure nulla, non prohibetur judex aliam certam proferre, etsam contrariam primæ. Salic.

IV. Idem A. Saturninæ.

Hæc sententia, *Quæ bona* [56] *accepisti, solve*: cum incertum esset, quid accepisset: quantumcunque ab eo peteretur [57], præsertim cum ipse, qui extra ordinem judicabat, interlocutus sit *datorem* [58] *dotem, quæ reputaretur, non* [59] *liquidam esse, judicati auctoritate* non nititur. Cum igitur is, qui postea judicabat, contra te certam sententiam protulerit, neque à statutis provocaveris: ipsa tuo facto confirmasti judicatum.

43 Idem sit in arbitrio. *l.* 21. §. 3. *ff. de recept. arbitr.*

44 §. 32. *Inst. de act. l.* 5. *l.* 59. §. 2. *ff. de re judicata.*

45 Sententia judicis incerta nulla est: ne duplicentur alioquin lites. vid. *Olden. c.* 28. *de sentent. Wesenb.* 2. *praël.* 22. *n.* 2.

46 Judex diem legitimum judicati faciendi non tantum acciare, vel prorogare potest: ut *l.* 2. *ff. de re judicata*, sed nec dare quidem, *ut hic.*

47 *l.* 13. *in fin. ff. de usur.*

48 Hinc ratio dubitandi fematur. Nam si judex reum in usuras condemnat, nec usurarum quantitatem addit, sententia incerta, ideoque nulla videbitur. Sed ratio dicendi in eo est, quod usurarum quantitas satis ex ipso jure publico intelligitur. *l. de usur. rei jud.* valuti, si ita judex pronunciaverit, *l.* 27. *tit. 6. Frisiæ ex causa conditionis C. debere videri: placere ejus pecuniæ usuras deperdi quod fore soluta sit.* Cerum dici potest, non modo quod est nominatim expressum: sed quod aliunde per certa relationem potest colligi. *l.* 3. *in fin. ff. eod.* 49 *l.* 31. *ff. de usuris, sino est. l.* 3. *ff. eod.* 50 *l.* 5. *ff. de procur.*

51 Qui reum jubet actorem indemnem conservare. licet nominatim certam quantitatem non adjiciat: re tamen ipsa certum exprimit. vid. *l.* 5. *in fin. l.* 59. *ff. de re jud.* 52 *l.* 21. §. 3. *ff. de recept. qui arbitr. l.* 59. §. 2. *ff. de re jud. l.* 41. *in fin. ff. de usuris.* 53 *l.* 32. *ff. de usurr.* Gothofr. Rationem hujus leg. vid. apud Rainald. *Conf. indagat. lib.* 2. *c.* 7. *Anr.* 54 Imo potest. *l.* 2. *ff. eod.*

55 Certa sententia est quoties ejus certitudo, vel ex libello conventionis, vel instrumento obligationis, vel parte aliqua actorum repeti potest. *l.* 5. *in fin. l.* 59. *ff. de re judicat.* Usurarum rei judicatæ quantitas satis intelligitur ex jure & tit. *de usuris rei judicatæ.* 56 *Bona fide accepisti, &c.* Hal. 57 *l.* 59. §. 1. *ff. de re jud.* 58 Ne quidem favore dotis valet sententia sine certa quantitate. 59 Sententia sine certa quantitate nulla, *ut hic.*

TIT. XLVII.

DE [60] SENTENTIIS, QUÆ PRO EO QUOD INTEREST [61], PROFERUNTUR.

Id, quod interest in casibus certis duplum excedere non debet: in aliis hic. Henoch. 2. de arbitr. c. 12. *& 13. Forcatulus Negotiorum.* 33. *& Fusmann tract. de eo quod interest.*

I. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

Cum [62] pro eo, quod interest [61], dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint [63]: melius nobis visum est hujusmodi

60 De eo quod interest, vide Alciat. Donellum. Hottomann. *ad Inst. de act. n.* 6. *Officium Negotiator. quem habuerit, vel habere possint si mihi damnum datum, vel lucrum inventum non fuisset. Item eum quæ mihi abest, quamque lucrari potui ex causa quæ de agitur. Id denique quo jus meorum deterior, aut certe non melior factum est.* Cæterum, ad interesse vox tit Latina? vid. *l. de liber decem* 82. *ff. de legat.* 2. *in not. ad verb. interesse fuisse.* 62 In hanc l. vid. Charond. *verisim. l. lib.* 1. *cap.* 8. Petr. de Bella Pertic. Alciat. & Caball. tract. *de eo quod interest. lib.* 2. *adj. cap.* 10. *& n.* 11. *Anr.* 63 Tota enim hæc quæstio, de eo videlicet quod interest, in facto consistit, quæ ad Jurisconsultos parum pertinet. *l. ult. ff. de stipul. præter. l.* 13. §. 1. *ff. de annuis leg. &, l.* 14. *ff. de diverf. & temp. l.* 14. *ff. de reg. jur.*

[1] Paulus *l.* 3. *ff. de off. prætor. l.* 1. *T. de inffam.*

[2] Communis error excusat.

[3] Sententia absolutionem vel condemnationem requirit: aliequin ipso jure nulla est. *l.* 7. *ff.* 11. *J. eod.*

[4] Sententia contra ordinem judiciorum lata nulla est. *l.* 7. *J. eod. l.* 12. *ff. de appell.* vid. *Gibl. c.* 11. *de sponsal.*

[5] Qui & *vide* Bonif. Basil. 2. ex lib. 9. tit. 1. c. 68. & *Harm.* 4. §. 42.

[6] Modus ita concipi solet: Si sententia lata effectu modo, valet: & servandus est modus, si non est appellatum.

[7] Rationem doli mali collige ex *l.* 2. §. *de fur. quæ fine certa quantitate.*

[8] Id est, publico loco.

[9] Sententia dicta secreto irrita est. Bon. Basil. 8. 22. 10. *ex lib.* 9. *tit.* 1. *c.* 72.

[10] Dixi ad *l.* 5. *T. de proc.* porta in confesto. vid. *Gibel. c.* 23 *de sponsal.*

[11] Judex pacisci faciens, sententiam non fert, neque ablocutor tollit. Judicis fusio sunt propinqui, ut transigant, vim manifestioris, aut sententiæ non habet. adde *l.* 1. *J. nominationes appell. prosequ. subscript.*

[12] Judicis vox omnis authoritatem judicati non sortitur.

[13] *l.* 9. *J. eod.* certa decisione, certa qualitate, & finita cognitione.

[14] *l.* 4. *T. eod. l.* 12. *J. eod.*

[15] Vid. quæ notavi ad *l.* 45. *ff. de verb. sign.* & ita empori evicta per sententiam.

[16] Si ancilla in solutum mihi data est, cujus libera pronuncia fit, agam actione prisiniana: si mihi vendita fuerit, utilis ex empto.

[17] Id est, qui vendidit, vel in solutum dedit.

[18] *l.* 7. *T. eod.*

[19] Judex in re dubia stare, vel acquiescere sententiæ retractare non potest, *ut hic, l.* 3. *J. si à non competente.*

[20] Non eadem vel causa possessionis proprietatis. Absque qui sententiam tulit de possessione, non prohibetur postea sententiam ferre de proprietate. *l.* 3. *J. à non competente.*

[21] Interlocutoria est pronuntium judicis in principio vel medio litis interpretium, quod ad finitam litis pronuntiationem. Judex non etiam absolvit aut finit. Id de præjudicium dicitur & articulus, & interpretio sententiæ & finalis. *l.* 7. *T. eod.* vid. Cujac. *hic.*

[22] Ratio hoc odium est, quia interlocutio plerumque rem perimit, veluti admissa exceptione peremptoria. *l.* 37. *C. Theod. de appellat.* vel alioquin reo absente & obligatio bonis. *l.* 2. *J. si pendente appell.* 23 Qui statuere non potest, non potest interdicere. vid. *l.* 20. *ff. de jurisdict.* 24 Delatio juramenti vim definitivæ. *l.* 4. *l.* 7. *T. eod.* 26 Ordo est inversus, lege *tam Græca quam Latina*, *l.* 43. §. 6. *ff. de ritu. l.* 24. §. *Idem scribit. ff. familiæ. l.* 85. *ff. de solutionibus. l.* 2. §. 1. *ff. testam. quemadmod. aper. l.* 222. *ff. de verb. sign. l.* 21. §. *utiliter. ff. de admi. adde Cujac.* 3 *obs.* 5. *& Inffit. de l. Aquilia.*

[27] An etiam inter Latinos gentis hominos, hoc est, Latinos nationis sive linguæ? Forcatulus *in Pharo legali*, ita putat. Notat enim Romæ, ubi lingua Græca satis familiaris fuit, permultas sententias Græcis verbis latas fuisse. *l.* 17. *T. ex quib. caufis infam. l.* 13. *in fin. ff. de jurejur. l.* 9. §. 8. *ff. de pœnis.* adde *l.* 1. *in fin. ff. de verb. oblig.* 28 Et ita derogatur legi 28. *ff. de re judicata.*

[29] Sententiam ab alio dictam judex appellationis sequi non debet: sed quod legibus consentaneum. Bonif. Basil. 8. tit. 2. ex lib. 9. tit. 1. c. 75. & 1. *Harm.* 4. §. 40. 30 Legibus non exemplis judicandum est. *l.* 12. *ff. de offic. præfid. l.* 1. §. 10. *T. de veteri jure enucl.* §. *ult. Inft. de fatisfat. cogn.* 10. *& 11. Anr.* 63 Tota enim hæc quæstio, de eo videlicet quod interest, in facto consistit, quæ ad Jurisconsultos parum pertinet. *l. ult. ff. de stipul. præter. l.* 13. §. 1. *ff. de annuis leg. &, l.* 14. *ff. de diverf. & temp. l.* 14. *ff. de reg. jur.*

[31] Sententia absolutionem vel condemnationem coërcere debet. [32] Videtur tamen esse, ut si res integra, & non sit appellatum, reformari possit. *l.* 1. *T. de sententiis ex peric. recit.* [33] *Al. judicare.* [34] Reconvenire debet & reo petenti apud eum judicem ad quem in jus vocatus est ab ipso actore: licet alias non sit competens, licet quoque causa sit diversa & separata, *ut hic.* Cujus sententiæ ochodecim exceptiones vide apud Socinum *reg.* 332.

[35] *l.* 22. *ff. de judicio. Nov.* 96. *c.* 2. *Nov.* 123. *c.* 25. adde 3. §. 8. 9. *c. accusatores. conf. cujus in agendo.*

[36] Male hinc colligunt: Eumdem advocatum, & judicem esse posse cum hic de mutuis petitionibus agatur, eo sensu in causa reconventionis non habere locum exceptionem judicis incompetentis.

[37] Id est, in eadem lite, non diversa.

[38] Coram eodem judice conventionem fieri oportere.

[39] Vid. *Nov.* 53. *cap.* 3. Rittershus. *part.* 9. *c.* 17. Anr.

[40] *l.* 12. §. 2. *T. de rebus cred.*

[41] Sententiam sub alternatione ferri non posse hinc quidam colligunt.

[42] Et male. *l.* 15. *T. de judiciis.* vid. *Cujac. 6. obs.* 23.

1 Ex difficultatem. *l. ult. ff. de pretior. stipul.*

2 Ex aliis rebus datum. Caslus pro positionem.

3 Id est, finitam.

4 Puta pretium certum, certam mercedem. In certis casibus, id quod interest dupli non excedit, *ut hic*: in incertis temperatur vera rei æstimatione.

5 Puta rem.

6 *l. 2. ff. de act. empt. l. 1. C. de rer. permut.* nisi cum alea, vel spes emitur. *l. 11. in fine, l. 15. ff. de act. empt.* nisi emptoris interfit non decipi. *l. 13. §. 2. ff. de act. empt.* mensuta confugior, quæ emptionem sunt secuta. *d. l. 13.*

7 *l. 33. in fin. ff. locat.* Locatio certam rem & æstimationem habet, nisi si quid faciendum loctetur. *l. 13. in fin. ff. de re judic.*

8 Id quod interest non modo damnum præceptum, sed & lucrum interceptum perfequitur. *l. 13. ff. ratam rem habeat.*

9 Nam ex omnibus contractibus certum eoodici potest. *l. 9. ff. de reb. cred.* adde *l. 74. ff. de verb. obl.*

10 Duplex æstimatio, alia est à vera æstimatione: de qua J. potes fi res empta sit X. quæ hodie digna sit XXV. emptor non consequetur ultra XX. nempe X. pretii numine quo numeravit, & alia X. id est, *lucrandique*, nomine ejus quod interest supra pretium quo res venit. Quid si emptor pretium non numeravit? venditor non est in mora. *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* idcoque nihil præstat. Quid si venditor rem tradidit, emptor pretium non solvit? ultra pretium debetur. *d. l. 13. §. 20.* ut fortasse: quia non propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris interfit, propter morum. *l. 60. ff. pro socio.* Forsan propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris interfit, quemadmodum & pœna in conventionem deducta. *l. 38. §. 17. ff. de verb. obl.*

11 Sic in usuris duplum excedere non debet. *Nov. 121. l. 10. C. de usuris.* In usuris quidem duplum excedere non licuit. *l. 44. ff. de act. empt. l. 48. ff. de evictionibus.* In jurejurando in litem, in stipulatione pœnali. *l. 10. ff. de servo corrupto.* Goth. Quomodo intelligendum quod interest non excedere dupli quantitatem, vid. Andr. Fachin. *lib. 1. controv. 48.* Ans. 12 Quantitate veluti si de fumi possessione agitur, quæ neque corpore, neque certa quantitate constat, & re: quanti interest officio judicis æstimabitur. *l. pen. §. ult. ff. uti possidetis. l. 1. §. 40. ff. de vi & vi armat.* Idem si agitur de restitutione operis, quod vi aut clam factum est: quia restitutionis, utpote facti, causa incerta est. Quanti interfit restitutionem fieri æstimator officio judicis. *l. 15. §. 7. ff. quod vi aut clam.* rei veritate. *l. 9. in fin. ff. de aqua & aquæ pluv.* Idem erit in obligationibus faciendis. *l. 13. in fin. ff. de re judic. l. 2. in fin. ff. qui satisdare.* Idem quoque est, quoties agitur de cautione præstanda. *d. l. 13.* vid. *Cujac. hic.* In rerum namque fidejussive tenetur quoties de incerta quantitate agitur. *d. l. 2.*

13 Verum interesse, damnum quod revera patimur: veritas enim extra affectionem privatam ejus, qui damno est affectus, extraque conventionem contrahentium est. unde nostri interesse aliud commune, aliud singulare, aliud conventum tradiderunt.

14 In casibus incertis, qui certam quantitatem, vel rem non habent, ad finem dupli non extenditur id quod interest: sed arbitrio judicis relinquitur, ut ipse æstimet in rei veritate, quantum interfit actoris vel rei. Nec enim incerta & indistincta rei alia potuit quam infinita regula constitui, ut Aristoteles, sic, *τὸ ἄορισον ἀορίστῳ κανόνι ἅπτω*, & ita certi casus ab incertis definiuntur in certis lex tantum id quod interest: in incertis, officium judicis: vid. *Cujac. hic*: adde *quæ scripsi ad l. 13.* & 18. *ff. ratam rem.*

15 Petitores scilicet qui debitoris in necem quanti sua interfit plus æquo rem æstimat.

16 Infinitum impossibile.

17 Judicis sententia scilicet, eorum enim est modus aliquis. *l. ult. ff. de modo mult.* & ita hanc legem accipe: non de his quæ quisque sibi ex conventione cavit: licet enim cuique etiam triplum. *l. 3. ff. de jure fisci.* quadruplum stipulari. *l. 36. ff. de evict.* vid. *Cujac. 16. obs. 34.*

18 Id quod interest, lucrum cessans est & damnum emergens. vid. *Cujac. hic.*

19 Imo lucri non habetur ratio. *l. 21. §. 2. ff. de act. empt.* *l. 2. in fin. ff. de exquod certo loco.*

20 *l. 2. ff. de ta, quod certo loco. l. 33. ff. locati. l. 13. ff. ratam rem habeat. l. 74. ff. de furtis.* ut usurarum, quæ percipi potuerunt à creditore ratio habeatur. *Roland. à Valle 1. consil. 35.* Porro de lucro cessante & damno emergentis interesse an & quando debeatur? vid. Menoch. *de arbitr. cas. 119.* Ans.

21 Id quod interest, non modo damnum perceptum, sed & lucrum interceptum perfequitur. *l. 13. ff. ratam rem.*

Tit. XLVIII.

SI A NON COMPETENTE JUDICE JUDICATUM ESSE DICATUR.

1. Imp. Alexander A. Sabiniano.

Judex *ad certam rem datus*, si de aliis pronunciavit, quam quod ad eam rem pertinet, nihil egit. IV. Non. * Maxim. II. & Æliano Conss. 224.

Magister militum non potest pronunciare contra non militem, si non habet commissionem ab ea, sub cujus jurisdictione ille est. Paul. de Cass.

11. Imp. Gordianus A. Liciniæ.

Si militaris judex super ea causa, de qua civilibus actionibus disceptandum fuit, non datus à quo dari poterat, cognovit: etiam remota appellatione, id, quod ab eo statutum est, firmitatem judicati non habet.

Delegatus ad causam proprietatis, non potest cognoscere de causa possessionis, super qua non fuit delegatus. Bald.

111. Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Philetæ.

Si *de proprietate datus* judex adversus te nihil super hac statuit: Rector provinciæ aditus hanc causam cognoscere, quæ decidere sententia curabit: cum [&] si quid de possessione pronunciatum probetur, hoc causæ proprietatis minime nocebit. S. Non. Novemb. Hercul. & Cæsar. Conss. 297.

Et in publicis & privatis causis sententia à non suo judice lata non valet. Salic.

1v. Imppp. Gratian. Valent. & Theodos. AAA. ad Potitum Vicarium post alia.

[Et] in privatorum causis hujusmodi forma servatur, ne quenquam litigatorum sententia non à suo Judice dicta constringat. Dat. x. Kal. Octob. *Romæ*, Auxonio & Olybrio Conss. 379.

[Puta dato à Procuratore Cæsaris] inter privatos dicta non parit judicati actionem. 28 Puta Procuratore Cæsaris. *l. 1. ff. de pedaneis judic.*

Tit. XLIX.

DE POENA JUDICIS, QUI MALE JUDICAVIT, VEL EJUS, QUI JUDICEM, VEL ADVERSARIUM CORRUMPERE CURAVIT.

Qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, litem perdit: sive privata sit lis, sive publica, sive fiscalis. Bald.

1. Imp. Antoninus A. ad Glaudium.

Constitit in quacunque causa, sive privata, sive publica, sive fiscali, ut cuicunque data fuerit pecunia, vel judici, vel adversario: amittat actionem is, qui diffidentia justæ sententiæ in pecuniæ corruptelam spem negotii reposuerit. Dat. XIV. Kal. Januar. Duobus & Aspris Conss. 213.

In Authent. ut litigantes in exordio litis jurent. §. fi quis autem ex litigatoribus. col. 9. tit. 7. al. 5. Novell. 124. cap. 2.

Novo *jure, qui dicis se dedisse alicui, vel promisisse, & personam declaraverit, & hoc probaverit, veniam meretur. Sed qui accepit, vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum a Comite privatarum rerum exigatur, dignitate sua cingulo amissa.* †. *Si vero criminalis causa fuerit, confiscatis omnibus bonis, in exilium mittatur. Sed si datum vel promissum probare litigator nequiverit, persona, quæ dicitur suscepisse, juret, quod* neque per se, neque per aliam personam accepit, aut promissionem habuit, & *sic libera sit. Sed litigator, qui offendere non potuit, in causa pecuniaria æstimationem litis à Comite rerum privatarum exigatur, lite sustinente proprium eventum: in criminali bonis omnibus confiscatis, causa apud competentem Judicem legitime terminandis. Sed si persona à litigatore manifesta prædictum juresjurandum refutaverit, memoratis subjacebit pœnis. Sed si quis litigantium juraverit se non dedisse, vel promisisse: si intra decem menses post sententiam memoratam ostendatur dedisse, vel promisisse, memoratis pœnis dantes & accipientes subjacebunt.*

Judex corruptus famam perdit, & damnum resarcit. Bald.

11. Imp. Constant. A. ad Felicem.

De eo, qui pretio 31 depravatus, aut gratia perperam judicaverit, ei vindicta, quem læserit, non solum æstimationis dispendii, sed etiam litis discriminis præbeatur. Dat. VIII. Kal. Novembr. Constantino A. v. & Licinio C. Conss. 319.

Tit. L.

SENTENTIAM RESCINDI 36 NON POSSE.

Nemo potest suum, vel antecessoris sua sententiam revocare: & si revocat, non est appellare necesse. Bald.

1. Imp. Gordianus A. Secundo.

Neque suam, neque decessoris 37 sui sententiam quemquam posse retractare 38 in dubium non venit: Nec necesse esse ab hujusmodi decreto 39 interponere provocationem, explorati juris est. P. P. Kal. Mart.

Exceptio peremptoria potest opponi ante sententiam, non posse, nisi ope restitutionis in integrum ratione ætatis. Salic.

11. Impp. Diocletian. & Maximian. AA. & CC. Alexandro.

Peremptorias exceptiones omissas 40 in initio, antequam 41 sententia feratur, opponi posse perpetuum Edictum manifeste declarat. Quod si aliter actum fuerit, in 42 integrum restitutio permittitur. Nam judicatum contra majores annis viginti quinque non oppositæ præscriptionis 43 velamento, citra remedium appellationis, rescindi non potest. VII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, Conss.

Virtute rescripti principis non retractatur sententia legitime lata. Paul. de Cass.

111. Imp. Constantin. A. ad Proculum.

Impetrata rescripta non placet admitti, si 44 decisæ semel causæ fuerint judiciali sententia, quam provocatio nulla suspendit, sed eos, qui talia rescripta meruerunt, etiam lumine 45 judicium expelli. Dat. VI. Kal. Januar. Constant. & Licinio AA. Conss. 312.

Tit. LI.

DE FRUCTIBUS ET LITIUM 46 EXPENSIS 47.

1. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Alexandro.

Hoc *fructuum* 48 nomine continetur, quod justis sumptibus deductis 49 supereft. III. Non. Aprii. CC. Conss.

Factus male fidei possessor per litem contestatam tenetur de percepto, & de percipiendo: & vitium ejus transit in heredem. Salic.

11. Impp. Valent. & Valens AA. Olybrio P. P.

Litigator 50 victus, qui post conventionem rei incumbit 51 alienæ, non in sola rei redhibitione teneatur, nec tantum fructuum præstationem eorum, quos ipse percepit, agnoscat: sed [etiam] eos, quos 52 percipere potuisset, non quos cum redegisse constat, exolvat, ex eo [tempore] ex quo re in judicium deducta, scientiam 53 malæ fidei possessionis accepit. Heredis 54 quoque succedentis in vitium par habenda fortuna est. Dat. VII. Kal. Maji, *Treb.* Valent. N. P. & Victore Conss. 369.

111. Imp. Honor. & Theod. AA. Asclepiodoto P. P.

Terminato 55 transactoque negotio, posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptuum petitione 56 præstetur, nisi 57 judex, qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis, juridica pronunciatione significaverit *victori causa restituti debere expensas, aut super his querelam jure competere.* Post 58 absolutum enim dimissumque judicium, nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia. Datum III. Kalend. April. *Constantinop.* Asclepiodoto & Mariniano Conss. 423.

Contra actorem non prosequentem, vel defendentem, vel perdentem præfertur sententia calumniæ, damnorum, & expensarum. Bart.

1v. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AA. Edictum ad populum.

Non ignoret is, cujus ex interpellatione aliquis secundum datam formam in longinqua protractus fuerit examina, quod si culpa sua fuerit dilata cognitio, vel minime actioni suæ adfuerit, vel delata [non] probaverit: pro calumnia quidem pœnam luat legibus constitutam, pro pecuniaria 59 vero causa, post 60 sumptus considerata quantitate postulatorum, vel medii itineris intervallo, condemnationem pro æstimatione judicis sustinebit. Dat. v. Id. Novemb. *Constantinop.* Valent. A. VI. & Arbitione Conss. 450.

---

1 Ex difficultatem. *l. ult. ff. de pretior. stipul.*

2 Ex aliis rebus datum. Caslus pro positionem.

3 Id est, finitam.

4 Puta pretium certum, certam mercedem. In certis casibus, id quod interest dupli non excedit, *ut hic*: in incertis temperatur vera rei æstimatione.

5 Puta rem.

6 *l. 2. ff. de act. empt. l. 1. C. de rer. permut.* nisi cum alea, vel spes emitur. *l. 11. in fine, l. 15. ff. de act. empt.* nisi emptoris interfit non decipi. *l. 13. §. 2. ff. de act. empt.* mensuta confugior, quæ emptionem sunt secuta. *d. l. 13.*

7 *l. 33. in fin. ff. locat.* Locatio certam rem & æstimationem habet, nisi si quid faciendum loctetur. *l. 13. in fin. ff. de re judic.*

8 Id quod interest non modo damnum præceptum, sed & lucrum interceptum perfequitur. *l. 13. ff. ratam rem habeat.*

9 Nam ex omnibus contractibus certum eoodici potest. *l. 9. ff. de reb. cred.* adde *l. 74. ff. de verb. obl.*

10 Duplex æstimatio, alia est à vera æstimatione: de qua J. potes fi res empta sit X. quæ hodie digna sit XXV. emptor non consequetur ultra XX. nempe X. pretii numine quo numeravit, & alia X. id est, *lucrandique*, nomine ejus quod interest supra pretium quo res venit. Quid si emptor pretium non numeravit? venditor non est in mora. *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* idcoque nihil præstat. Quid si venditor rem tradidit, emptor pretium non solvit? ultra pretium debetur. *d. l. 13. §. 20.* ut fortasse: quia non propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris interfit, propter morum. *l. 60. ff. pro socio.* Forsan propter lucrum datur, etiamsi nihil actoris interfit, quemadmodum & pœna in conventionem deducta. *l. 38. §. 17. ff. de verb. obl.*

11 Sic in usuris duplum excedere non debet. *Nov. 121. l. 10. C. de usuris.* In usuris quidem duplum excedere non licuit. *l. 44. ff. de act. empt. l. 48. ff. de evictionibus.* In jurejurando in litem, in stipulatione pœnali. *l. 10. ff. de servo corrupto.* Goth. Quomodo intelligendum quod interest non excedere dupli quantitatem, vid. Andr. Fachin. *lib. 1. controv. 48.* Ans. 12 Quantitate veluti si de fumi possessione agitur, quæ neque corpore, neque certa quantitate constat, & re: quanti interest officio judicis æstimabitur. *l. pen. §. ult. ff. uti possidetis. l. 1. §. 40. ff. de vi & vi armat.* Idem si agitur de restitutione operis, quod vi aut clam factum est: quia restitutionis, utpote facti, causa incerta est. Quanti interfit restitutionem fieri æstimator officio judicis. *l. 15. §. 7. ff. quod vi aut clam.* rei veritate. *l. 9. in fin. ff. de aqua & aquæ pluv.* Idem erit in obligationibus faciendis. *l. 13. in fin. ff. de re judic. l. 2. in fin. ff. qui satisdare.* Idem quoque est, quoties agitur de cautione præstanda. *d. l. 13.* vid. *Cujac. hic.* In rerum namque fidejussive tenetur quoties de incerta quantitate agitur. *d. l. 2.*

13 Verum interesse, damnum quod revera patimur: veritas enim extra affectionem privatam ejus, qui damno est affectus, extraque conventionem contrahentium est. unde nostri interesse aliud commune, aliud singulare, aliud conventum tradiderunt.

14 In casibus incertis, qui certam quantitatem, vel rem non habent, ad finem dupli non extenditur id quod interest: sed arbitrio judicis relinquitur, ut ipse æstimet in rei veritate, quantum interfit actoris vel rei. Nec enim incerta & indistincta rei alia potuit quam infinita regula constitui, ut Aristoteles, sic, *τὸ ἄορισον ἀορίστῳ κανόνι ἅπτω*, & ita certi casus ab incertis definiuntur in certis lex tantum id quod interest: in incertis, officium judicis: vid. *Cujac. hic*: adde *quæ scripsi ad l. 13.* & 18. *ff. ratam rem.*

15 Petitores scilicet qui debitoris in necem quanti sua interfit plus æquo rem æstimat.

16 Infinitum impossibile.

17 Judicis sententia scilicet, eorum enim est modus aliquis. *l. ult. ff. de modo mult.* & ita hanc legem accipe: non de his quæ quisque sibi ex conventione cavit: licet enim cuique etiam triplum. *l. 3. ff. de jure fisci.* quadruplum stipulari. *l. 36. ff. de evict.* vid. *Cujac. 16. obs. 34.*

18 Id quod interest, lucrum cessans est & damnum emergens. vid. *Cujac. hic.*

19 Imo lucri non habetur ratio. *l. 21. §. 2. ff. de act. empt.* *l. 2. in fin. ff. de exquod certo loco.*

20 *l. 2. ff. de ta, quod certo loco. l. 33. ff. locati. l. 13. ff. ratam rem habeat. l. 74. ff. de furtis.* ut usurarum, quæ percipi potuerunt à creditore ratio habeatur. *Roland. à Valle 1. consil. 35.* Porro de lucro cessante & damno emergentis interesse an & quando debeatur? vid. Menoch. *de arbitr. cas. 119.* Ans.

21 Id quod interest, non modo damnum perceptum, sed & lucrum interceptum perfequitur. *l. 13. ff. ratam rem.*

22 *l. 2. ff. de jurisd. l. ult. ff. de jurisd. l. pen. ff. de judic. c. Epis. clerici 4. x. de judic.* vid. *Oldend. C. de sententt. & re judic.*

23 *l. 3. ff. de pedaneis judicibus l. 7. ff. ne de statu defunct. l. 10. C. de sententt. & interlocut. l. 6. §. de exceptt. rei judic. l. 5. §. quando provocare non est necesse. l. ult. ff. de jurisd.* puta si datus ad actionem locati, judicet de pecunia credita: si datus in causa possessionis, judicet de proprietate. *l. 3. §. ead.*

24 Militaris judex de causa civili judicare non debet. *l. 20. ff. de jurisd. l. 6. C. Theod. de jurisd. l. 1. ff. de offic. milit. jud.*

25 Dixi ad *l. 2. ff. eod.*

26 Datus judex, ut de proprietate cognoscat, de possessione judicare non potest.

27 Sententia à non suo judice

---

29 Competentis.

30 *l. 50. ff. 33.* Si per imprudentiam non convellitur quidem res judicata. *l. 65. §. 2. ff. ad Treb. l. 12. §. 3. ff. de ben. libert. l. 35. ff. de re jud.* sed in solidum æstimationem ei quem damnavit, restituit: Salva tamen æstimatione vel fama. *l. ult. ff. de extraord. cogn.* Si vero per ambitionem & gratiam, etiam notant infamia. vid. *l. 2. ff. eodem.* Si pecunia corruptus, sententia ipsius nulla est. *l. 7. quando provocare.* Goth. De pœna Corrupti Judicis, & corrumpentis judicem, vid. Menoch. *de arbitr. cas. 242. & seq.* Ans. 31 *l. 1. §. 3. de calumniat. sterilibus.* 32 *d. l. 1. §. 2.* 33 Id est, si actor corruptit, amittit actionem: si reus, defensionem: Num actionis verbo contineatur exceptio

---

34 Corruptissimum est consil. 600.

35 Vid. *l. 7. §. quando provocare, l. 13. ff. de jurisdict.*

36 *l. 9. ff. de sententt.* Sententia prior posteriorem potior: lex vera posteriore prior potior. Goth. Fallit in sententia lata in causa matrimoniali, quæ quocunque tempore errore dotis retractari potest. *cap. 7. Lator. cap. 10. consequitur. exer. de sent. & re jud.* vid. Zanger. *de excep. part. 3. cap. 26. num. 39.* Ans.

37 *d. l. 9.*

38 *l. 3* comm. ff.

39 Quo sententia retractetur.

40 *l. 4. ff. de except. l. 23. §. 3. ff. de constit. adhibit.*

41 An & quid? Minime: nisi a minore. *l. 2. ff. de juris & facti.* Quid si ipse exceptio notoria sit? quid si qui ex ulteriore, in continenti proponendam offerre? vide Socinum reg. 217.

42 Adversus sententiam datur in integrum restitutio & appellatio, *ut hic.*

43 Id est, exceptionis.

44 Rescripta non potest restitui sententiis à qua non est appellatum. *l. 2. in fin. l. 3. ff. ut quæ desunt. l. ult. ff. de rest. abs. l. ult. ff. quando & quibus de judice.* vid. Pap. *l. 3. tit. 14. cited rescripta tanta Pagas.*

45 *Lumine judicium.* Vulg. Hal.

---

46 Litis *C. Theod. lib. 4. 17.*

47 Præstandis victori à victo. vid. *l. 79. ff. de judiciis. l. 6. §. 2. ff. de apoll.*

48 Fructus intelligitur, quod justis sumptibus deductis superest.

49 *l. 36. in fin. ff. de usur. pec.*

50 Malæ fidei possessor non tantum vestitum & fructus quos percepit: sed etiam eos quos percipere potuisset ille contestatus. Aliud in hereditatis petitione in qua fructus etiam ante litis contestationem percepti deducuntur. Quin & relicto hereditatis, etiam ab herede, qui in ejus vitium successit, sit repetitio earundem fructuum. *Gomez. Raël. 9. nr. 3.* qui singularis. *c. 66.*

51 Immittit, *l. 1. C. Theod. ead.* quæ vox malæ fidei possessionis indicat. *d. l. ult. ff. de ædilitio edicto emptionis.*

52 *l. 22. ff. de rei vind. l. 10. de usur. §. 2. in fin. Inst. de appell. Goth.*

Adde *l. 62. §. 1. ff. de rei vindicat. l. 5. ff. de ædilitio edicto.*

53 *l. 1. l. 22.* vid. *l. 25. §. 7. ff. de usurpat.*

54 Heres pessimi fidei tenetur de fructibus. *l. 2. C. Theod. ead.*

55 Post sententiam definitivam.

56 Repetitionem.

57 Expensis ante litem contestatam & post factas, officio judicis petuntur. *ut hic, ne, d. l. 2.*

58 *l. 10. ff. de transact.*

59 Post pecuniariæ litis quantitatem definitam. *Gloss. & Doctores in c. finem. exer. de dol.* nisi promissæ in instrumento fuerint: hoc enim casu jure actionis peti possint, etiam post sententiam in principali latam. *l. 3. §. 2. ff. de legat. 3.* Item nisi statuto debeatur: tunc enim constitutæ ex statuto peti possunt. *Bart. in d. l. 3. Salicetus ad l. 3. C. de sent. quæ pro eo. Alexand. cons. 146. vol. 1. Ancharr. ff. de rei vind. Idem si nihil sit quod actori imputetur, ob expensas non petitas. l. ultim. C. de sententt. ex. §. Idem in sententia interlocutoria, aut si judex sententiam supplere velit. Idem & in specie. l. cum § Julian 3. ff. de constit. pecunia.* 58 *l. 10. ff. de transact.* 59 *Post pecuniariæ litis quantitatem definitam* sic enim ex veteribus, ut Novella Martiani, & prima omnium editione Moguntina hic locus refertus est, & ex Basilicis in quibus hæc duo leguntur, τὸ ἔκτιμηθὲν καὶ τὰ ἐπιδικασθέντα καὶ τὰ ἐξοδευθέντα. vid. Cujac. hic.

60 *l. 13. §. 6. l. 15. ff. & l. 79. ff. de judiciis. §. 1. vers. hæc autem omnia. Inst. de pœna temer. litig.*

Αὐτοκράτωρ ΖΗΝΩΝ.

Ἡ διατάξις καλοῦσι, οὐχ ὅταν τὰ δικαστήρια ἐν τῇ δικαιοσύνῃ αὐτῆς καλύπτει τὴν ἀτιμίαν διδοῦσα τὰ ἀναπεμφθέντα παρὰ τῶν δικαστῶν ἐξουσίαν αὐτὸν ἢ δικαστὴν κρίνειν ὑπερβαίνειν τὴν διατάξιν ἐκείνου ἢ δικαστὴν μείζους ἢ διαπραξάμενον ἐκ τούτου ἡ ἀναιρεῖται ἢ ἀτιμίαν ἢ ἀτιμίαν ἐκ τούτου μέρους ἢ ἀναιρεῖται

TIT. LIV.

DE USURIS REI JUDICATÆ.

Mora salutionis posse sentestium, & quadrimestre tempus parit effectum usuræ centesimæ. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Procuratoribus hereditatum [2].

IS, quibus bona secundum dictam sententiam prosequitur: eas quoque rationes habituros est, ut qui post legitimum tempus placitis non obtemperaverit, usuram centesimam [3] temporis, quod postea fluxerit, solvat.

11. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOS, qui condemnati solutionem pecuniarum, quas dependere jussi sunt, ultra [4] quatuor [5] menses à die condemnationis [6], vel si provocatio fuerit protecta, à die confirmationis [7] sententiæ connumerandos distulerint: centesimas [8] usuras exigi præcipimus: nec priscis legibus, quæ duas [9] centesimas [eis] inferebant, nec nostra sanctione [10], quæ dimidiam centesimæ statuit, locum in eorum personam habentibus. Datum VII. Id. April. *Constantinop.* DECIO CONS. 529.

Usura centesima debetur ex sorte tantum, & non ex priore usura, licet in condemnatione cum sorte sit deducta.

III. Idem A. Joanni P.P.

SAncimus, si quis condemnatus fuerit post datas à nobis quadrimestres inducias, centesimas quidem usuras secundum naturam judicati eum compelli solvere, sed tantummodo sortis [11], & non usurarum, quæ ex pristino contractu in condemnationem deductæ sunt. Cum enim jam constituimus *usurarum* [12] *usuras penitus esse delendas*, nullum casum relinquimus, ex quo hujusmodi machinatio possit induci. Si enim sine emendatione relinquatur, aliquid absurdum, atque inelegans necesse est evenire: cum [usuræ] utiliter ex contractibus descendentes, plerumque minores centesimæ [13] ex nostra lege factæ sunt: & necesse est minoribus usuris graviores supponi. Si enim ex judicati actione centesimæ omnimodo currunt usuræ, ex contractibus autem hoc raro contingit: in capitulis lege nostra tantummodo exceptis hujusmodi iniquitatem ipsa rerum necessitas introducebat. Et ideo pio remedio causam corrigentes, sancimus [14] sortis tantummodo usuras usque ad centesimam currentes, ex judicati actione profligari: non autem usurarum quantascunque usuras. Si enim novatur [15] judicati actione prior contractus: necesse est usurarum quidem, quæ anterioris contractus sunt, cursum post sententiam inhiberi: alias autem usuras ex judicati actione tantummodo sortis procedere, & non ideo, quod fortitan consummata [16] est quantitas sortis, & usurarum, totius summæ usuras postea colligi, sed sortis tantummodo.

Tempus quadrimestre, quod datur reis principalibus, datur & eorum fidejussoribus. Salic.

§. 1. Et cum antiquitas pessimo exemplo reis quidem condemnatis laxamentum duorum mensium præstabat: fidejussores [17] autem eorum eodem uti beneficio non concedat, ut liceat victoribus, relictis propter legem condemnatis personis, à fidejussoribus eorum, vel mandatoribus statim pecunias, vel res in condemnatione positas exigere: hujusmodi acerbitatem resecantes, sancimus quadrimestres [18] inducias, quas dedimus condemnatis, etiam [19] ad fidejussores eorum, & mandatores extendi, ne legi fiat derogatum. Cum enim interventor solvere compellebatur, & ipse reum coërcebat ad invitam solutionem, nullum condemnatus habebat sensum nostræ humanitatis: quia per [20] medium fidejussorem statim pecunias persolvere compellebatur.

1 IV. C. 7. 58. de centesimis, vide l. 2. J. eodem. De usu hujus tituli vid. Groeneweg. & Christin. *decis.* 105. *num.* 4. Saude *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 14. *decis.* 10. 11. Neostad. *decis. Tenat. Hollandi.* 38. Ant. Fab. *ad Cod. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 73. ANT.

2 *Hereditatum fisci*, Contius: *hereditum*, Haloand.

3 Moratur judicati faciendi post quadrimestre tempus præbat usuras centesimas. *l.* 2. *in fin. J. eod.*

4 Quod & *legitimum tempus*, *l.* 1. *J. eod. si autem spatium*, *l. ultim. J. tit. prox. quadrimestres inducia*, *l. ult. J. eodem.* Aliud olim tempus fuit. dixi ad *l.* XII. *tabularum lib.* 2. *tit.* 20. §. 27. adde *Forner.* 2. *select.* 25. *ubi agit de tempore judicati faciendi.*

5 Numerandos à lata sententia, vel si appellatio subsecuta fit, à sententia judicio appellationis confirmata. Vide Harmenopulum & ibi Scholiastem 2. *tit.* 4. §. 88. 89. & 85. 85.

6 Dies condemnationis.

7 Dies confirmationis sententiæ.

8 *l.* 1. *J. eod. l.* 64. *in fin. ff. de re judic. l.* 24. *ff. de appellat. l.* 41. *ff. de usuris.*

9 Aboletur bina seu duplex centesima usura, quæ olim obtinuit, *ut hic. l. un. C. Theod. eod.* Hodie itaque duplices centesimas condemnati non præstant. *Molinæus de usuris numer.* 42. 44. abeuntur quoque semisses. *l.* 26. §. 1. *versic. caterus. J. de usuris.*

10 *l. versic. caterus.*

11 Usura rei judicatæ, sortis est tantum, non usurarum, quæ in condemnationem deductæ sunt. Anatocismus enim sive fiat stipulatione sive judicato, prohibitus est. *l. ult. J. de usuris.* Usurarum usuræ non debentur, etiamsi in sortem redigantur, id est, etiamsi fiat anatocismus: & ita abrogatur *diff. lex unic. C. Th. eod.* 12 *l.* 28. *J. de usuris.* 13 Centesima. 14 Observa sententiam, adde *l.* 33. *J. de usuris*, *l.* 4. *J. depositi*, *l.* 49. *in fin. ff. de act. empt.* 15 Judicati actio novat contractum.

16 *Summa Solon.* vide quæ notavi ad *l.* 36. *ff. de solution.* 17 Fidejussor olim tenebatur & exigi statim poterat, licet reo data erat, vel esset dilatio, quæ res pessimi exempli fuit. adde *l.* 27. §. 1. *ff. de arbitris*: *Mascard. tract. de fidejussorib. ibi*, *Quæres sexto.* 18 Tempus quadrimestre quod datur reis principalibus, datur & eorum fidejussoribus *ut hic. Synops. Basil. 7. tit.* 17. *ex lib.* 9. *tit.* 3.

19 Fidejussori prodest dilatio, quæ reo principali concessa est.

20 Adde *l.* 31. *ff. de re judicat.*

TIT. LV.

SI PLURES UNA SENTENTIA CONDEMNATI SUNT [21].

Si plures condemnantur ad unam summam simpliciter debitam ex una causa, quilibet censetur condemnatus pro parte virili, vel æquali. Paul. de Cast.

1. Imp. ALEXANDER A. Victori.

SI non singuli in solidum, sed generaliter tu, & collega tuus una, & certa quantitate condemnati estis: nec [22] additum est, *ut quod ab altero servari non possit, id alter suppleret*: effectus sententiæ [pro] vitilibus [23] portionibus discretus est. Ideoque parens pro tua portione sententiæ, ob cessationem alterius ex causa judicati conveniri non potes.

Sententia contra plures tutores lata in viriles intelligitur divisa. Salic.

11. Imp. GORDIANUS A. Anniano.

QUoties è tutoribus [24] singulis procuratoribus datis, sequitur in omnium persona condemnatio, periculum sententiæ videtur esse divisum [25]: ideoque quod ab uno servari non potuit, à cæteris exigi non posse explorati juris est.

21 Singuli pro virili portione tenentur. *l.* 1. *J. eod.*

22 Plures simpliciter condemnati, censentur in partes æquales damnati, nisi sit aliud expressum. Judicato non fiunt duo rei, nisi hoc nominatim expressum fuerit. *l.* 39. *in fin. ff. de jure fisci.*

23 *l.* 2. *J. eodem. l.* 43. *ff. de re judic. l.* 10. §. 3. *ff. de appell.*

24 Sententia adversus plures tutores data, in viriles intelligitur divisa.

25 Vid. *l.* 1. *J. eod.*

TIT. LVI.

QUIBUS [26] RES JUDICATA NON NOCET.

Licet sententia sit lata contra conjunctam personam, non propterea præjudicat non mandanti, neque ratum habenti. Salic.

1. Imp. ALEXANDER A. Masculino.

SI neque mandasti [27] fratri tuo defensionem rei tuæ, neque quod gestum est, ratum habuisti: præscriptio rei judicatæ tibi non oberit. Et ideo non prohiberis causam tuam agere sine præjudicio rerum judicatarum. P.P. Non. Maji, ALEXAND. A. CONS. 223.

Sententia super jure tertii lata, non patrocinatur, neque nocet alteri. Bald.

11. Imp. GORDIANUS A. Athemio.

RES inter [28] alios judicata, neque emolumentum afferre his, qui judicio non interfuerunt, neque præjudicium [29] solent irrogare: Ideo nepti tuæ præjudicare non potest, quod adversus *coheredes* ejus judicatum est, si [30] nihil adversus ipsam statutum est.

Sententia in criminali cum una lata, non præjudicat alii. Bald.

III. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Honorato.

IUris manifestissimi est, & in accusationibus [31] his, qui congressi [in] judicio non sunt, officere non posse, si quid forte præjudicii videatur oblatum.

Non exemplis, sed legibus est judicandum. Salic.

NEc [32] in *simili* [33] negotio res inter [34] alios actas absenti præjudicare, sæpe constitutum est. Dat. *Sirmii*, VI. Kal. Decemb. C. CONS.

25 *l.* 2. *J. de fidejussor.*

26 Res inter alios judicata alii non nocet. *l.* 2. *J. eod.* vid. *l.* 63. *ff. de re judicata.*

27 Etiamsi sententia contra conjunctam personam lata sit, non propterea mihi præjudicat, si non mandavi, vel ratum habui.

28 Inter alios res judicatæ nec emolumentum, nec damnum absenti adferunt. Ideoque nec uno herede condemnato, alteri præjudicatur. *Synops. Basil. 7. tit.* 3. *c.* 93. 1. *Harm. 4.* §. 32. *in fin. d. l.* 63. vide *J. inter alios acta. l.* 7. 14. 22. & 27. *ff. de except. rei judic. vid. l.* 14. *in fin. ff. de probat.* Exceptiones hujus regulæ vide apud Accurs. *hic.* 29 *l.* 1. *ff. de except. rei judicatæ.*

30 *l.* 2. *J. de fidejussor.*

31 Id est, in causis criminalibus. *l.* 9. *J. de accusat.* Etiam in criminibus ex quibus oritur actio civilis, aliis non officiunt, aliis non officiunt. *Synopsis ibid. c.* 96. adde *d. l.* 2.

32 Quæ in judicio sunt judicata, quamvis aliis quæstionibus in eadem causa inducendis præjudicium nasci debet. *Synopsis Basil. ibid. c.* 95. 33 Exemplis non est judicandum, sed legibus. *l.* 13. *J. de fidejuss.*

34 *l.* 2. *J. eod.* vide *J. inter alios acta.*

TIT. LVII.

COMMINATIONES [35], EPISTOLAS [36], PROGRAMMATA [37], SUBSCRIPTIONES [38] AUCTORITATEM REI JUDICATÆ NON HABERE.

Comminationes.

1. Imp. ANTONINUS A. Rogatiano.

NEc vim stipulationis obtinere potest comminatio [39] Judicis, qui *Certas* [40] *usuras præstaturos eos* dixit, qui intra certum diem debitum non exolvissent. Prid. Id. Januar. ANTON. A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Epistolæ.

11. Imp. ALEXANDER A. Maximo.

REi judicatæ effectum non habet, quod per epistolam [41] Rector provinciæ solvere vos pecuniam Reipublicæ jussit. IV. Mart. MAXIM. II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Subscriptiones.

III. Idem A. Zotico.

EA, quæ causa cognita statuuntur, subscriptionibus [42] revocari non posse, sæpe rescriptum est. P.P. VI. Id. Septembr. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

Verbum judicii indefinite prolatum, necessitatem importat, etiam scriptum in actis. Bald.

IV. Imp. GORDIANUS A. Asclepiodoto.

INterlocutio [43] Præsidis apud acta signata, [ut] *nisi solutioni debiti* [44] *is, qui convenitur, obsequium præstitisset, duplum seu quadruplum inferat*: voluntas potius comminantis [45], quam sententia judicantis est: cum placitum hujusmodi, ne rei judicatæ auctoritatem obtineat, juris ratio declaret.

Fulminatio judicis statim libellum exequentis, non habet auctoritatem rei judicatæ. Salic.

V. Idem A. Jucundo.

IUdex, qui disceptationi locum dederat, partium allegationes audire & examinare debuit: nam subscriptionem [46] ad libellum datam talem, quæ diversam partem in possessionem fundi mitteret, vicem rei judicatæ non obtinere, non ambigitur. P.P. XII. Kal. Febr. GORDIANO A. V. & POMPEIANO CONSS. 242.

Programma, Comminatio.

VI. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Cassiano.

PRogramma, si quod à Præside provinciæ propositum est, vim rei judicatæ nequaquam obtinere potest: nec comminationem [47] vim rei judicatæ obtinere manifestum est.

Descriptum temere.

VII. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum P.P.

QUod magno conflictu sententia decerni solet, id paucis literis temere [48] descriptis definiri fas non est. Dat. XV. Kal. April. CONSTANT. A. VI. & MAXIM. CONSS. 306.

35 *l.* 1. 4. 6. 6. *J. eod.*

36 *l.* 2. *J. eod.*

37 *l.* 6. *J. eod.*

38 *l.* 3. 6. 7. *J. eod.*

39 Comminatio judicis vim stipulationis non habet, *ut hic*, & *l.* 4. *l.* 6. *J. l.* 7. *J. de fide.* Symmachus in epistolis: *Sententia sub omnimodo depressa, ut festis atque nundinis vacantes, spectes ita proponitur à Græcis*: Judex cum condemnabit quendam, ut certum aurum persolvat, poterit quis minitans ait, Ni solverit intra certum diem ultima dimidia, veteri contendere prætorum. Hæc comminatio, neque sententiam unius stipulationem efficit. *Synopsis Basil. 8. tit.* 10. *c.* 1. & 9. *tit.* 3. *cap.* 96.

40 Verba gratia, dimidia centesimæ.

41 Per epistolam sententia rei non potest etiam in reipublicæ forum. adde quæ scripsi ad *l.* 13. *J. de donat.*

42 Sententiæ non revocatur judicis subscriptione. *l.* 5. *J. eod. l.* 1. *J. fin. rescindi non potest.* vide *l.* 45. *ff. de re judic.*

43 Si præses interlocutendo, mutum, verbi gratia, solidos dari jubet, & ita cautum, intra diem datum fuerint, dari debere duplum, vel quadruplum adjecerit, ea potius ad debitorem pertinet: eo quippe pertinet dupli quadrupli pœna cujus hujus legis mentio fit: ut ubique lex 18. *C. Theod. de annona & tributis.* Sed & *Debiti* vox & *obsequii* in re tributaria propria: de qua in Glossis Theodosianis nostris. Ac nominatim *obsequii* in hac ipsa sp. *d. l.* 18. J. G.

44 Verba comminatoria vim non habent rei judicatæ. vide *l.* 1. *J. eod.* 45 *l.* 3. *J. eod.*

46 Vide *l.* 1. *l.* 4. *J. eod.* 47 Vide *l.* 1. *l.* 4. *J. eod.* 48 Non nimis vox, non omnis voluntas judicis sententia est: sed ea tantum quæ causa cognita ab ipso judice de libello clarius præscripto literis recitatur.

TIT. LVIII.

SI EX FALSIS [49] INSTRUMENTIS, VEL TESTIMONIIS [50] JUDICATUM SIT.

Retractatur causa, si judicatum dicatur ex f. in. v. t. h. l. & l. 3. *in pr. inf.*

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. ad Bassianum.

SI [51] tabulas testamenti, quas secutus Proconsul Vir Clarissimus sententiam dixit, falsas dicere vis, præbebit notionem suam non obstante præscriptione rei judicatæ, quia nondum [52] de falso quæstium est.

Rescindi, & si non pronunciatum sit.

11. Imp. ALEXANDER A. Optato.

ET qui non [53] provocaverunt, si instrumentis falsis se victos esse probare possunt, cum de crimine docuerint, ex integro [54] de causa audiuntur. P.P. XVI. Kal. Octobr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Rescinditur sententia, si judicatum hoc instrumento insit. h. l. & l. 4. *inf.*

III. Idem A. Clementi.

FAlsam [55] quidem testationem [56], qua diversa pars in judicio adversus te usa est, ut proponis, solito more arguere non prohiberis [57]. *ff. de judiciis.*

49 Falsis ex instrumentis, vel testimoniis lata sententia rei judicatæ exceptionem non inducit. *l.* 1. *J. eod.* judicati executionem suspendit & soluti petitionem parit. *l.* 1. *J. eod. Paul. 5. sententiar.* §. 5. *pos. tit. Ulpian. cap.* 13. *de sententiar.* & 2. *Reg. de exceptionib. l.* 1. 2. 3. *J. eod.*

50 *l.* 3. *J. eodem. adde l. pen. ff. de transact. l.* 33. *ff. de re jud. Falso jurisdicendo. l.* 3. *ff. de jurisdict. eod. Falsis allegationibus, vide l.* 2. *l.* 3. *J. Falsis vel curatur falsis allegationibus accusatur fit. adde l.* 17. *ff. de judiciis.*

51 Si judex quasi probato testamento sententiam dixit, & secundum ea testamentum illud falsum deprehensum fuerit: de novo judicium constituitur præscriptione rei judicatæ nihil obstante. *Synops. ibid. cap.* 113. 52 Aliud est judicem de falsis instrumentis cognovisse, aliud ex falsis instrumentis judicasse. Posteriore, non priore casu sententia non revocatur: sententia ex falsis instrumentis lata revocatur, nisi de falso sit cognitum. 53 Sententia ex falsis instrumentis lata citra appellationem, citra prætorium restitutionem ipso jure rescinditur, *ut hic. Synops. d. cap.* 113. Iuta restituitur in integrum est necessaria. *l.* 33. *ff. de re judic.* Solve, Restitutio in integrum *d. loc.*, est *restitutio*, ut & *l.* 3. §. 9. *ff. de jure fisci*, non juris amissi redintegratio: quia nihil amittitur illigi potest, re judicata ex falsis instrumentis. Quid si ex falsis probationibus sententia lata fit in absentem? in minorem? in fiscum? ipso jure nulla est. *l. fi Prætor 75. versic. Marcell. ff. de minor. l.* 1. 2. *V. si ex falsis allog. l. sente. J. de sent. adverf. fisc.* Quid si falsi illa instrumenta, de quibus queritur, ad instantiam partis sint confecta? ipso jure nulla est ipsa sententia. *l. fi quis adversus. 29. ff. de falsis.* fallit quoque in decreto quolibet quod sententiæ nomine contineri potest: vide Sectionem *seq.* 364. 54 Ea est *restitutio.* 55 Tametsi maxime quis instrumentum falsum in judicio prolatum esse docere possit, non aliter tamen sententiam rescindet, quam si probaverit judicem sequutum illud ipsum instrumentum condemnasse. *Synops. d. cap.* 113. *de re judic.*

56 Vide *l.* 31. *ff.*

UAB Universitat de Barcelona Biblioteca de Ciències Socials

liberis; sed causa judicati in irritum non devocatur, nisi probare poteris, cum, qui judicaverat, secutum ejus instrumenti fidem, quod falsum esse constiterit, adversus te pronunciasse. P.P. VII. Kal. Septembr.

IV. Imp. GORDIANUS A. Herennio.

Judicati executio solet suspendi [1], & soluti dari repetitio, si falsis instrumentis [2] circumventam esse religionem judicantis, crimine postea falsi illato, manifestis probationibus fuerit ostensum. P.P. V. Idib. Septembr.

TIT. LIX.

DE CONFESSIS [3].

Pro Judicatis *habentur confessi.*

I. Imp. ANTONINUS A. Juliano.

CONFESSOS *in jure pro* [4] *judicatis haberi* placet. Quare sine [5] causa desideras recedi [6] à confessione tua, cum & solvere cogeris. Accept. III. Kal. Octobr. GENTIANO & BASSO Conss. 212.

TIT. LX.

INTER ALIOS [7] ACTA [8], VEL [9] JUDICATA, ALIIS NON [10] NOCERE.

Soluto.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Epicrati.

INTER [11] *alios res gestas alii non posse praejudicium facere* saepe constitutum est. Unde licet, quosdam de heredibus ejus, quem debitorem tuum fuisse significas, solvisse [12] commemores: tamen ceteri non alias ad solutionem urgentur, nisi debitum probatum fuerit. V. Kal. April. *Eyzantio.* AA. Conss.

Transactio facta divisionis causa.

II. Iidem AA. & CC. Epicrati.

INTER *alios factum transactionem* [13] *absentis non posse facere praejudicium* notissimi juris est. Quapropter, adito Praeside Provinciae, aviam tuam mancipium tibi donasse proba: ac si hoc jure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi providebit. Neque enim si te absente divisionem [14] ejus fecerunt [15], aliquid juri tuo derogari potuit. S. Idib. Aprilis.

Pactio cum debitoribus hereditariis.

III. Iidem AA. & CC. Fortunatae.

SI cum fratre tuo matri successisti: fratre pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciscendo [16], vel agendo, non ex tua voluntate, pro hereditaria parte tibi quaesitam obligationem extinguere non potuit. V. Idib. Octobr. *Retria*, AA. Conss.

Transactio facta divisionis causa.

II. Iidem AA. & CC. Epicrati.

INTER *alios factum transactionem* [13] *absentis non posse facere praejudicium* notissimi juris est. Quapropter, adito Praeside Provinciae, aviam tuam mancipium tibi donasse proba: ac si hoc jure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi providebit. Neque enim si te absente divisionem [14] ejus fecerunt [15], aliquid juri tuo derogari potuit. S. Idib. Aprilis.

Pactio cum debitoribus hereditariis.

III. Iidem AA. & CC. Fortunatae.

SI cum fratre tuo matri successisti: fratre pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciscendo [16], vel agendo, non ex tua voluntate, pro hereditaria parte tibi quaesitam obligationem extinguere non potuit. v. Idib. Octobr. *Retria*, AA. Conss.

TIT. LXI.

DE RELATIONIBUS [17].

Habens referre, pronunciare non potest. Bald.

I. Imp. CONSTANTINUS A. Profuturo P. F. annonae.

SI quis [18] judicum duxerit esse referendum, nihil [inter partes] pronunciet: sed magis super quo haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam, aut si [19] tulerit sententiam, minime postea, ne à se provocetur, relatione praemissa [20] terreat litigantes: sciens quod si hoc fecerit, nihilominus jure appellationis res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena [21] instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam Judex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum [22] litigatoribus illico [23] edi apud acta jubeat: ut si cui forte relatio minus plena, vel contraria videatur, is refutatorias [24] preces similiter apud acta sine [25] aliqua frustratoria dilatione offerat. Dat. III. Kal. Februar. *Sirmii*, CONSTANT. A. V. & LICINIO. Conss. 312.

In Authent. ut Judices non expect. sacras Juffio. §. 1. col. 9. tit. 8. al. 4. Novell. 125. cap. 1.

Novo jure causa perfecte examinata, sententia terminetur: qua executioni legitima demandatur, nisi ab ea fuerit appellatum.

In causa criminali relatio est permissa.

II. Impp. VALENTINIANUS, & VALENS AA. ad Viventium P.P.

SUper [26] delictis provincialium nunquam Rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum: quippe tunc [27] demum relationibus plena veritas [28] est, cum vel allegationibus repelluntur [29], vel probantur assensu. Dat. III. Kal. Januar. *Treve.* VALENTIANO & VALENTE AA. Conss. 365.

Pendente ratione, judicis officium conquiescit. Bald.

III. Iidem AA. & GRATIAN. A. ad Apodemium.

SI [30] quando ratio, aut necessitas est in negotiis nostra judicia requirendi, expectandique responsa, omnes [31] omnino causas relationis series comprehendat: ut recitata consultatione, quae ita est dirigenda, propemodum actorum [32] recensione non [33] fit opus: actis etiam necessario sociandis. Dat. VI. Id. Maji, *Treve.* VALENTINIANO NB. P. [34] & VICTORE Conss. 369.

[1] Suspenditur executio rei judicatae ex falsis instrumentis vel testimoniis. *l. 1. l. 2. l. 7. ad l. 11. ff. de exceptio.*

[2] Dixi ad XI. II. D. tit. & 2. *Exercit.* 18.

[3] Confessus in judicio pro judicato habetur. *Eyn. Bald. 9. tit. 4. C. l. 6. §. 2. ff. eod. l. 13. C. de non numer. l. 26. ff. de pecul. l. 35. in fin. ff. de probat.* vide *Mevin. de usur. num.* 208. An qui fatetur se ad fuit defensionem aliquem occidisse, pleno jure sit confessus, vide Petrum Ancharan. *l. quaest.* 40. [4] Sunt tamen interdum justae causae ex quibus licet confessionem revocare. *Menoch. l. observ.* 51.

[5] Instrumento à se producto quemque stare cogi in solidum, non pro parte hinc colligit Cynus, cujus sententiae vide duas exceptiones apud Socin. *reg.* 86.

TIT. LX.

INTER ALIOS [7] ACTA [8], VEL [9] JUDICATA, ALIIS NON [10] NOCERE.

Soluto.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Epicrati.

INTER [11] *alios res gestas alii non posse praejudicium facere* saepe constitutum est. Unde licet, quosdam de heredibus ejus, quem debitorem tuum fuisse significas, solvisse [12] commemores: tamen ceteri non alias ad solutionem urgentur, nisi debitum probatum fuerit. v. Kal. April. *Eyzantio.* AA. Conss.

Transactio facta divisionis causa.

II. Iidem AA. & CC. Epicrati.

INTER *alios factum transactionem* [13] *absentis non posse facere praejudicium* notissimi juris est. Quapropter, adito Praeside Provinciae, aviam tuam mancipium tibi donasse proba: ac si hoc jure ad te pertinere perspexerit, restitui tibi providebit. Neque enim si te absente divisionem [14] ejus fecerunt [15], aliquid juri tuo derogari potuit. S. Idib. Aprilis.

Pactio cum debitoribus hereditariis.

III. Iidem AA. & CC. Fortunatae.

SI cum fratre tuo matri successisti: fratre pro portione tua cum debitoribus hereditariis paciscendo [16], vel agendo, non ex tua voluntate, pro hereditaria parte tibi quaesitam obligationem extinguere non potuit. v. Idib. Octobr. *Retria*, AA. Conss.

TIT. LXI.

DE RELATIONIBUS [17].

Habens referre, pronunciare non potest. Bald.

I. Imp. CONSTANTINUS A. Profuturo P. F. annonae.

SI quis [18] judicum duxerit esse referendum, nihil [inter partes] pronunciet: sed magis super quo haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam, aut si [19] tulerit sententiam, minime postea, ne à se provocetur, relatione praemissa [20] terreat litigantes: sciens quod si hoc fecerit, nihilominus jure appellationis res agitabitur. Sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena [21] instructione indigeat. Quoties autem ad nostram scientiam Judex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum [22] litigatoribus illico [23] edi apud acta jubeat: ut si cui forte relatio minus plena, vel contraria videatur, is refutatorias [24] preces similiter apud acta sine [25] aliqua frustratoria dilatione offerat. Dat. III. Kal. Februar. *Sirmii*, CONSTANT. A. V. & LICINIO. Conss. 312.

In Authent. ut Judices non expect. sacras Juffio. §. 1. col. 9. tit. 8. al. 4. Novell. 125. cap. 1.

Novo jure causa perfecte examinata, sententia terminetur: qua executioni legitima demandatur, nisi ab ea fuerit appellatum.

In causa criminali relatio est permissa.

II. Impp. VALENTINIANUS, & VALENS AA. ad Viventium P.P.

SUper [26] delictis provincialium nunquam Rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum: quippe tunc [27] demum relationibus plena veritas [28] est, cum vel allegationibus repelluntur [29], vel probantur assensu. Dat. III. Kal. Januar. *Treve.* VALENTIANO & VALENTE AA. Conss. 365.

Pendente ratione, judicis officium conquiescit. Bald.

III. Iidem AA. & GRATIAN. A. ad Apodemium.

SI [30] quando ratio, aut necessitas est in negotiis nostra judicia requirendi, expectandique responsa, omnes [31] omnino causas relationis series comprehendat: ut recitata consultatione, quae ita est dirigenda, propemodum actorum [32] recensione non [33] fit opus: actis etiam necessario sociandis. Dat. VI. Id. Maji, *Treve.* VALENTINIANO NB. P. [34] & VICTORE Conss. 369.

[4] Confessus in judicio pro judicato habetur. *Eyn. Bald. 9. tit. 4. C. l. 6. §. 2. ff. eod. l. 13. C. de non numer. l. 26. ff. de pecul. l. 35. in fin. ff. de probat.* vide *Mevin. de usur. num.* 208. An qui fatetur se ad fuit defensionem aliquem occidisse, pleno jure sit confessus, vide Petrum Ancharan. *l. quaest.* 40. [5] Sunt tamen interdum justae causae ex quibus licet confessionem revocare. *Menoch. l. observ.* 51.

[6] Instrumento à se producto quemque stare cogi in solidum, non pro parte hinc colligit Cynus, cujus sententiae vide duas exceptiones apud Socin. *reg.* 86.

[7] Symmachus in epist. *Quando absentibus atque ignorantibus inter alios facta nocuerunt? & Gaita Sibetta. l. 1. C. eod.* transactio, divisio domatio. *l. 1. C. eod.* pactio. *l. 3. C. eod.*

[8] Hoc verbo vel judicata abundanter: ad haec tamen alia referuntur, ut *l. 2. Latin. C. tit. 56. l. 16. in fin. ff. qui potent. l. 56. ff. de regulis. l. 7. §. 2. ff. de acceptilat.*

[9] Acta habita in uno judicio, in alio inter diversas personas non probant, ut hic, successores & haeredes excipio. *l. 8. §. 2. in fin. ff. de excep. rei judicatae.* sed & eos quibus mutuo, vel prodest sententia: adde alias exceptiones *in c. cum literas vestras* 33. *extr. de testib. Socin. reg.* 6.

[10] Gesta res inter alios aliis praejudicium non faciunt. *l. 2. l. 3. C. eod. l. 1. l. 26. C. de transact. l. 14. C. de jure dot. l. 2. Lud. C. quando res jud. l. 2. C. de exception. l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact. l. 3. ff. de transactionib. l. 63. ff. de regulis. l. 7. §. 2. ff. de accusat.* [11] Coheres solvendo, coheredi non praejudicat. facit *l. 19. C. locati. l. 31. ff. de judiciis.* [12] Unius transactio alteri non nocet, *l. 2. l. 26. C. de transact. l. 3. ff. de manumissionibus.* [13] Donator rem donatam cum alio dividens in praejudicium donatarii, nihil agit. [14] Alii heredes: vid. *l. 27. C. famil.* [15] Fratres fratri non praejudicant, paciscendo, vel agendo sine mandato.

[16] 21. C. Theod. 33. & 49. §. 1. *Novellino* 1. *cap. 8.* Relatio à judicibus fulsit ad Principem: Appellatio vero ab ipsis partibus. *l. 2. C. de quadriennio.* Optatus 1. *Relatio missa est, rescriptum venit: & 2. ut de relatione facta ab temporis judicium relatio mittenda: adde Nov. 125. c. 1.* Hodie genus id relationis fabulam. *Nov. 125.*

[17] Referre qui ad Principem judex cupit, judicem non potest. *l. 2. C. Theod. eod.*

[18] Referre qui ad Principem judex cupit, si judicaverit, appellari potest. [19] Praemissa Hal. Symmachus, Praemissa relatione dissentiat.

[20] Relatio judicis ad Principem plena esse debet. *l. 2. l. 3. eod. l. 14. C. de precibus.* dixi ad *l. 3. in fin. C. de decurionibus.*

[21] Relationis exemplum partibus edi debet. Cur ita? vide] *eod.*

[22] Intra decem dies. *l. 1. C. Th. de appellat.* [24] Refutatoriae preces, quae judicis relationem mitigant. Refutatoria etiam dicuntur in *l. 5. C. Th. eod.* adde *l. 39. §. 1. C. de appellat.* [25] Hoc est, sine dilatione offero. *l. 6. in fin. C. de appellat.* [26] Relatio in causa criminali est permissa. *l. 3. C. Theod. eod.* [27] Plena relatio quid. [28] *Materiae d. l. 3.* [29] *Refellantur d. l. 3.*

[30] *l. 4. C. Th. eod.* [31] Appellatione vel in integrum restitutione pendente, omnia in suo statu manere debent. *l. 1. C. eod. l. 6. §. 1. in fin. ff. de interdict. & relegat. Syn. Basil* 8. *tit. 1. ex lib. 5. tit. 32. cap. 1. adde l. 1. C. de in integr.* [32] *Auditorum d. l. 4.* [33] Vide *l. ult. §. 1. C. de appellationib.* fieri tamque debet brevi sermone relatio. [34] Id est, nobili puero.

TIT. LXII.

DE APPELLATIONIBUS [35] ET [36] CONSULTATIONIBUS 37.

De possessione & vi.

I. Sententia Divi SEVERI A. data in persona Marci Prisci Idibus Januar. POMPEIANO & AVITO Conss. [38] 210.

PRIUS [39] de possessione pronunciate, & ita crimen violen-

[17] 21. C. Theod. 33. & 49. §. 1. *Novellino* 1. *cap. 8.* Relatio à judicibus fulsit ad Principem: Appellatio vero ab ipsis partibus. *l. 2. C. de quadriennio.* Optatus 1. *Relatio missa est, rescriptum venit: & 2. ut de relatione facta ab temporis judicium relatio mittenda: adde Nov. 125. c. 1.* Hodie genus id relationis fabulam. *Nov. 125.*

[18] Referre qui ad Principem judex cupit, judicem non potest. *l. 2. C. Theod. eod.*

[19] Referre qui ad Principem judex cupit, si judicaverit, appellari potest. [20] Praemissa Hal. Symmachus, Praemissa relatione dissentiat.

[21] Relatio judicis ad Principem plena esse debet. *l. 2. l. 3. eod. l. 14. C. de precibus.* dixi ad *l. 3. in fin. C. de decurionibus.*

[22] Relationis exemplum partibus edi debet. Cur ita? vide] *eod.*

[23] Intra decem dies. *l. 1. C. Th. de appellat.* [24] Refutatoriae preces, quae judicis relationem mitigant. Refutatoria etiam dicuntur in *l. 5. C. Th. eod.* adde *l. 39. §. 1. C. de appellat.* [25] Hoc est, sine dilatione offero. *l. 6. in fin. C. de appellat.* [26] Relatio in causa criminali est permissa. *l. 3. C. Theod. eod.* [27] Plena relatio quid. [28] *Materiae d. l. 3.* [29] *Refellantur d. l. 3.*

[30] *l. 4. C. Th. eod.* [31] Appellatione vel in integrum restitutione pendente, omnia in suo statu manere debent. *l. 1. C. eod. l. 6. §. 1. in fin. ff. de interdict. & relegat. Syn. Basil* 8. *tit. 1. ex lib. 5. tit. 32. cap. 1. adde l. 1. C. de in integr.* [32] *Auditorum d. l. 4.* [33] Vide *l. ult. §. 1. C. de appellationib.* fieri tamque debet brevi sermone relatio. [34] Id est, nobili puero.

TIT. LXII.

DE APPELLATIONIBUS [35] ET [36] CONSULTATIONIBUS 37.

De possessione & vi.

I. Sententia Divi SEVERI A. data in persona Marci Prisci Idibus Januar. POMPEIANO & AVITO Conss. [38] 210.

PRIUS [39] de possessione pronunciate, & ita crimen violen-

[35] Dixi ad XLIV. D. tit. & 2. *Exercit.* 18. adde *Nov.* 23. 77. 126.

[36] *Et pariis ratione, & consultationibus, in C. Th.* ita legitur 11. *lib.* 30.

[37] Quas principes sua sibi consentes & consilio collocutus fuisse solet. Hojusmodi consultatio *Svetonio.* Septuaginta viri. vide quo dixi ad *Inscript. l. 6. C. de adoptionibus pro emptore.* [38] *Cos. Severo* 3. *Antonino* 2. *Augustis.* Sic habent veteres, ut in formula legis penultimae. *C. de his quae in testam. delentur, &* 2. dixi, ita

perint, si appellationis [1] auxilio non utantur, consensu suo nominationem confirmant. Cum igitur ad munus vocatus apelleveris: apud Præsidem provinciæ juste te appellasse ostende.

Si appellans nec appellationem prosecutus sit, nec transegerit.

VIII. Iidem AA. & CC. Opimiano.

SI [2] contra majorem viginti quinque annis sententia prolata, provocationis secutæ tempore [3] præfinito causas non esse repræsentatas [4], nec appellatione pendente transactione [5] finitum negotium rector animadverterit: res judicatas exequi curabit.

Si procurator appellaverit.

IX. Iidem AA. & CC. Habe Rad. chariss. nobis.

DOminus litis causam appellationis, quam [6] procurator suus litigando interposuit, etiam absente procuratore exequi potest.

Si actor à curatore ordinatus deteriorem calculum repertaverit.

X. Iidem AA. & CC. Titiano.

SI actor [7] à curatore ordinatus deteriorem calculum reportaverit [8]: tam ipse [9], quam cutator [10] ad provocationis auxilium possunt pervenire: curator vero solus provocationis litem exercebit. Sin autem interim adolescens veniam [11] ætatis impetraverit, vel ad legitimam ætatem pervenerit: potest suo nomine appellationem exercere. S. Prid. Kalend. Octobr. *Vimiacii*, CC. Conss.

De nominationibus.

XI. Iidem AA. & CC. Antonino.

CIves, & incolæ manifestas etiam excusationes habentes, [si] sub justa nominatione [12] non appellaverint, ad earum probationem non admittuntur.

De custodia, injuriis, tormentis.

XII. Imp. Constantin. A. ad Catulinum post alia.

MInime fas est, ut in civili [13] negotio libellis appellatoriis oblatis, aut carceris cruciatus, aut cujuslibet injuriæ genus, seu tormenta, vel etiam contumelias [14] perferat appellator: absque his criminalibus causis, in quibus etiamsi provocare possit, eum tamen statum debet obtinere, ut post provocationem in [15] custodia (si [16] fidejussoris idonei copiam non habeat) perseveret. Dat. III. Non. Novemb. *Trev.* ACC. XV. Kal. Maii, *Hadrumeti*, Volusiano & Anniano Conss. 314.

De causis privatis.

XIII. Idem A. Petronio Probiano suo salutem dicit.

EX [17] illo [18] tempore, [ex] quo in civilibus causis, quæ inter privatos moventur, consultaturum, vel relaturum te esse promiseris, vel appellationis à te interpositæ solennia completa fuerint: nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum, vel quibuscunque modis favoris gratiam præferens, audiendum est: sed observandum, ut juxta priora statuta solennitatis more expleto, gesta ad comitatum omnia dirigantur, &c. Dat. Idib. Augusti. Arelato P. P. Id. Octobr. *Thebaste*, Sabino & Rufino Conss. 316.

Si illico viva voce appelletur.

XIV. Idem A. ad Bassum P. V.

LItigatoribus [19] copia est etiam non scriptis libellis illico [20] appellare voce, cum res poposcerit judicata, [tam in civilibus [21], quam in criminalibus causis.] Dat. VIII. Idib. Jun. *Sirmii*, Gallicano & Basso Conss. 317.

De actis ad judicem appellationis mittendis.

XV. Idem A. ad Severum Vicarium.

NE [22] causas, quæ in nostram venerint scientiam rursus [23] transferri, ad judicia necesse sit: instructiones necessarias [24] plene actis inseri præcipimus: nam cogimur à proferenda sententia temperare: quoniam verendum est, ne iis incognito negotio ditimatur, adempta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur [25] judex notis, si cuncta, quæ litigatores instructionis probationisque causa recitaverint, indita actis, vel subjecta non potuerint inveniri. Dat. X. Kal. *Aquileja*, Constantino V. & Licinio CC. Conss. 319.

De judicibus delegatis à Principe.

XVI. Idem A. ad Maximum post alia.

EOs etiam, qui imaginem [26] principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere. Dat. Prid. Id. Jan. *Sirmio*, Crispo II. & Constantin. II. Conss. 321.

De sententiis Prætorum.

XVII. Idem A. ad Julianum Præfectum urbi.

SI apud utrumque Prætorem, dum quæstio ventilatur, ab aliqua parte auxilium provocationis fuerit objectum: Præfecturæ [27] urbis judicium sacrum appellator observet. Dat. III. Non. Augusti. *Heraclea*, Constantino A. VII. & Constantio C. III. Conss. 326.

De debitoribus fisci.

XVIII. Idem A. Victori Rationali urbis Romæ.

QUoniam [28] nonnulli fisci debitores cum jussi fuerint debitam summam exolvere, interposito provocationis auxilio vim executionis eludunt, nec jam opinionis [29] exemplum, nec refutatorias [30] preces curant petere, vel offerre: placuit, ut si [31] intra dies solennitatibus præfinitos ad faciendæ hæc appellatoris cura defuerit, deserta [32] ab eo provocatio existimetur, moxque debitum exigatur. Dat. Prid. Kalend. Augusti. Constantino, & Maximo Conss. 327.

A quorum sententiis appellare, licet, vel non.

XIX. Idem A. ad universos provinciales.

A [33] Proconsulibus, & Comitibus, & his, qui vice Præfectorum cognoscunt, sive ex appellatione: sive ex delegatione, sive ex ordine [34] judicaverint, provocari permittimus: ita ut appellanti judex præbeat opinionis [35] exemplum, & acta cum refutatoriis [36] partium, suisque litteris ad nos dirigat. A Præfectis [37] autem prætorio [38] provocare [39] non finimus: Quod si [40] victus oblatam, nec receptam à judice appellationem affirmet: Præfectos adeat, ut apud eos de integro litiget, tanquam appellatione susceptа. Superatus enim si injuste appellare videbitur, lite perdita notatus [41] abscedet. At si vicerit, contra eum Judicem, qui appellationem non recepetit, ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur. Dat. Kal. August. P.P. Kal. Septemb. *Constantinop.* Basso, & Ablavio Conss. 331.

De majoribus, vel minoribus regotiis.

XX. Idem A. Albino.

ET [42] in majoribus [43], & [44] in minoribus negotiis appellandi facultas est. Nec [45] enim Judicem oportet injuriam sibi fieri existimare, eo quod litigator ad provocationis auxilium convolavit. Dat. VII. Id. April. Marcellino, & Probino Conss. Dat. Kal. August. P.P. Kalend. Septembt. *Constantinop.* Basso, & Ralbino Conss.

De appellatione recipienda.

XXI. Impp. Constantius, & Constans AA. ad Lollianum.

QUoniam [46] Judices ordinarii provocationes existimant respuendas: placet, ut si quis appellationem suscipere recusaverit [47], quæ non contra executionem [48], sed adversus sententiam intentionem jurgiumque terminantem fuerit interposita, triginta [49] auri pondo cogatur largitionibus nostris inferre: triginta alia officio [50] ejus itidem soluturo, nisi ei pertinaciter resisterit, atque actis contradixerit, & quid jure sit constitutum, ostenderit. Dat. VIII. Kal. August. *Messadensi*, P.P. *Capuæ*, Arbitione, & Lolliano Conss. 355.

De bonis vacantibus, & de his, quæ ut indignis auferuntur.

XXII. Iidem AA. ad Volusianum P.P. post alia.

LAta [51] sententia, quæ [52] pertinet ad bona vacantia, & ad ea, quæ [ut] indignis [53], legibus cogentibus, auferuntur, si quis putaverit provocandum, vox ejus debebit admitti. Dat. III. Kal. August. Arbitione & Lolliano Conss. 355.

De provinciis, ex quibus appellatur ad Præfectum urbis Constantinopolitanæ.

XXIII. Iidem AA. ad Senatum.

CUm appellatio interposita fuerit per [54] Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum, Insulas etiam, ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopen & Hemum [55] montem Præfecturæ hujus urbis judicium sacrum appellator observet.

De appellatione recipienda, & gestis una cum relatione litigatoribus præstandis.

XXIV. Impp. Valentin. & Valens AA. salutem [56] dicunt Ordini civitatis Carthaginensis [57].

IUdicibus non solum appellationis suscipiendæ necessitas videtur imposita, verumetiam triginta [58] dierum spatia [ex die sententiæ] definita sunt, intra quæ gesta [59] una cum relatione [60] litigatoribus convenit præstari: Judice & Officio ejus, si statuta fuerint aliqua parte mutilata, multæ subjacentibus. Dat. Prid. Non. Februar. *Mediolan.* Divo Joviano & Varroniano Conss. 364.

De multis.

XXV. Imppp. Gratian. Valentin. & Theodos. AAA. ad Syagrium P.P. post alia.

ET in [61] multis à Judicibus inferendis appellationes jubemus admitti. Dat. XIV. Kal. Jul. Gratiano V. & Theod. I. AA. Conss. 380.

De sententia Discussoris, vel Rationalis.

XXVI. Iidem AAA. ad Pelagium Com. R. P. post alia.

CUm [62] post sententiam Discussoris [63], vel Rationalis fuerit provocatum, ad sinceritatem [64] tuam negotium transferatur: ut si mediocritas [65] negotii, aut longinquitas regionis ad judicium tuum litigatores venire non patiatur, judicio Rectoris [66] provinciæ, quem ipse probaveris, negotium deleges. Datum XV. Kal. Mart. *Mediol.* Arcad. A. I. & Bautone Conss. 385.

De nominationibus.

XXVII. Impp. Arcad. & Honor. AA. Ennodio Proconsuli Africæ post alia.

NOminationes libelli [67], vel edicti factæ citra [68] concilium publicum non valent: de quibus nec appellatere necesse est, si solennitas deest. Dat. XVII. Kalend. Jun. *Mediol.* Olybrio, & Probino Conss. 395.

De revocatione appellationis.

XXVIII. Iidem AA. Nebridio Proconsuli Asiæ.

SI [69] quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi [70], & suos libellos recuperandi, ne justæ pœnitudinis [71] humanitas amputetur. Dat. XI. Kalend. August. *Constantinop.* Arcad. IV. & Honorio III. AA. Conss. 396.

De causis criminalibus.

XXIX. Iidem AA. Cæsario [72] P. P.

ADdictos [73] supplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli [74] per vim, atque usurpationem vindicare liceat, ac tenere: quibus in causa criminali humanitatis [75] consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus: ut ibi diligentius examinetur, ubi [76] contra hominis salutem per errorem [77], vel gratiam Cognitoris oppressa putatur esse justitia: ea conditione, ut si Proconsul, vel Comes Orientis, vel [Præfectus] Augustalis, vel Vicarii fecerint cognitores, non tam ad clementiam nostram [78], quam ad Amplissimas [79] potestates sciant esse referendum. Eorum enim de re Cæsaria ad Præfectum prætorio

---

1 *Aut querela*, *l. 12. C. Theod. de appellat.* 2 Si sententia prolata fuerit adversus majorem 25. annis, nec in provocaverit, nec transegerit, res judicatas exequi necessario debet. *Symmach. Basil. 8. Th. 1. ex lib. 9. tit. 1. c. 28.* 3 Vide *l. 18. J. eod.* 4 Deserta appellatione sententia datur executioni, nisi fit interim transactum. 5 Transactio sententiæ executionem impedit. 6 Appellationem procuratore interpositam dominus exequi potest. *l. 10. J. l. ult. in fin. ff. eod. l. 1. l. 2. ff. an per alium causa appellationis.* 7 *§. ult. Inst. de curatoribus.* 8 Id est, succubuerit. 9 *l. 9. T. eod. l. 3. in fin. J. quorum appellat.* 10 *l. 4. in fin. ff. eod.* 11 Qui veniam ætatis impetravit, in omnibus habetur pro majore. Agit ut major qui veniam ætatis impetravit, *ut hic, & l. ult. T. si major factus.* his exceptis, ne ne immobilia sua vendat, pignoret. *l. 3. T. de his qui veniam ætatis impetr.* 12 Dixi ad *l. 4. l. 7. T. eod.* 13 Judex appellanti injurius esse non debet. vide *Hermog. 4.* 14 *l. 6 §. 3. T. eod.* 15 Vide quæ scripsi ad *l. 25. T. de procur.* 16 Civiliter enim condemnatus in custodia publica seu carcere detineri non debet: criminaliter debet, si fidejussorem habeat. 17 *l. 5. C. Theod. eod.* 18 Lite pendente per appellationem vel consultationem, principi supplicare non licet. *Nyssel. 93. & 113. dep. 2.* 19 *l. 7. C. Theod. eod.* 20 Quando illico appellari potest, sine libello, viva voce. *l. 2. §. in fin. ff. eod.* 21 Vid. *l. 3. in fin. ff. ratam rem.* 22 *l. 9. C. Theod. eod.* 23 A principe non appellatur. *l. 1. §. 1. ff. à quibus appellari non licet.* 24 *l. 24. J. eod. l. 1. l. ult. T. de relationibus.* 25 Judex omnia qui litis acta ad principem cognaturum non remiserit, fit infamis. *Faber.* Judex non plene referens notatur. *Basil. eod.* 26 A delegato principis potest appellari, licet repræsentet imaginem principis à quo appellari non potest, *ut hic, & l. 11. vers. sanc. etiam. C. Theod. eod.* 27 A prætore ad præfectum urbi appellatur, *ut hic, & l. 13. Cod. Theod. eod.* 28 *l. 14. C. Theod. eod.* 29 *l. 17. J. eod.* 30 *l. ult. §. 1. J. eod. l. 1. T. de relationibus.* 31 *l. 2. in fin. §. 3. J. de temporibus & reparat. appellat. l. 2. in fin J. quando provoc. non est necess.* vide *Hieronym. l. praf. 24. obs. 23.* 32 Appellatio habetur pro desertа, si reus intra legitimum tempus apostolos non petit. 33 *l. 16. C. Theod. eod.* A quibus judicibus appellari possit. 34 Vide *l. 34. J. eod.* 35 *l. 6. §. 3. l. 18. T. eod.* 36 Vid. *l. ult. §. 1. J. eod.* 37 A præfecto prætorio non appellatur. *l. 2. T. de quæst. eod. l. un. T. de sent. præfecti prætor.* 38 *Quæ fuit vox, sacra cognitione vere dicendi sunt*: hoc additur in *d. l. 16. C. Theod. eod.* 39 Atqui à rescripto principis non appellatur. *l. 2. T. eod.* 40 *l. 5. ff. de appell. recip.* 41 Infamis fit reus: & hæc quidem pœna ei constituta, cujus appellationem non fuerit prosecutus, alias initia præbitur. *l. 5. in fin. J. quorum appel. non recip.* 42 Appellatio in qualibet causa permissa est, ut hic. Cujus sententiæ vide eighteen interpretes apud Socinum reg. 24. 43 *l. 20. C. Theod. eod. cruciatus.* 44 Appellari de omnibus judicibus tam ordinariis, quam delegatis potest, *ut non ambigunt & est. nov. 2. ad Romanos.* 45 Quæ sententiæ exemplo sit, ejusmodi exceptionem vide apud Socinum Nicellium & Graff. de consultationibus Glossarum, consulta 6. Bertrandum de Lotz reg. 15. Mascardum *tract. de conclus. judicator. part. 6. reg. 2. num. 355.* Donellum reg. 25. 46 *l. 18. C. Theod. eod.* Injusta ista sit judicis, si ab eo appellatur. 47 *l. 25. C. Theod. eod.* 47 Judex non deferens appellationi prosequitur. 48 Ab executione sententiæ non appellatur, itaque judex executioni desuper non cogitur. *l. 4. J. eod. l. 1. J. quorum appellat.* 49 Hodie Judex appellationem non recipere damnatis litis fusione, & protestatem decem libras auri mulctatur. *Nyssel. ind. cap. 3.* 50 Id est, officii. *l. 58. in fin. C. Theod. eod.* 51 *l. 26. C. Theod. eod.* 52 A sententia tam fisci nomine appellari potest. adde *l. 18. T. eod.* 53 Vide *T. de his quæ ut indignis.* 54 Quibus ex provinciis appellatur ad prædictam urbis. 55 Hæmi montem. vid. Cujac. *to. obs. 26.* 56 *l. 32. C. Theod. eod.* 57 Carthaginis, *d. l. 32.* 58 Intra triginta dierum datur apostoli. Goth. Hæc lex constituta est in *cap. 41. conf. 2. 96.* Ant. 59 *l. 15. l. 19. T. eod. l. 32. §. 2. J. eod. Nyss. 134. 1. 2. Nyss. 126. 1. 1. §. 2. J. de temp. & reparat. appell.* 60 Cum hoc subscriptione. vid. *Nyss. 126. cap. 2.* 61 *In Cod. Theod. l. 38.* ita legitur: *In condemnationibus appellationes interponi admitti hac autem inesse, ab injusta judicia justa posse appellari.* adde *l. 29. C. Theod. quor. appel. non* 62 *l. 45. C. Theod. eod.* 63 *l. 7. J. quorum appellat. l. ult. J. de dilationibus.* 64 A prosecutione Cæsaria ad Præfectum prætorio *Nyssel. 128. cap. 8. vers. si vero. l. 11. ff. de in jus vocando.* 72 *Add Eutropium V.P. post alia. l. 57. Cod. Theod. eod.* 73 Damnati ad supplicium, per vim eximendi non sunt. *l. 30. in fin. J. eod. l. 6. T. de quæst. eod. l. 6. ff. eod. l. 37. Cod. Theod. eod. & l. 16. Cod. Theod. de pœnis.* 74 Etiam clerico vel monacho. *l. 6. T. de episcopali audientia.* 75 Pro damnato ad supplicium intra tempus appellare licet. *l. 6. ff. de appellat.* 76 Cautio fallaxe graviorem merentur considerationem. 77 Errori & gratiæ justitia opponitur. 78 Ad principem non appellatur omisso medio. 79 Id est, Præfectum Prætorio, quatuorum fuit palatii. *l. 32. J. eod.*

appellatur. 65 Mediocritas negotii, vel regionis intercapedo facit, ut judex appellationi litigantes in suam provinciam ad delegatus aliquem remittat. 66 Judici provinciæ, *d. l. 4. Cod. Theod. eod.* 67 *l. 53. Cod. Theod. eod. l. 54. J. de decurionib.* 68 Ab electione & nominatione invalida non est necesse appellare. 69 *l. 56. Cod. Theod. eod.* Goth. Hæc lex lata est à Gratiano *conf. 2. 9. 6. conf. 41.* Ant. 70 Appellationem revocare licet. adde *Mornac. ad leg. 10. obs. 7.* An & protestationem revocare? licet. *c. præsentium 2. de restitut. in 6.* nisi adversarii jam interfit (puta propter impensas vel quid simile) & qui protestationem revocare pollulat, impensas non refundat. *cap. cum interposita: de appellat.* Vera alias exceptione vide apud Socinum *reg. 317.* 71 Pœnitenti parcitur. facit *l. 4. §. 6. T. de hæret. Nyssel. 12. cap. 3. vers. damna. Nyssel. 28. cap. 8. vers. si vero. l. 11. ff. de in jus vocando.*

de his plenum volumus esse judicium, qui (si ita res est, & crimen exegerit) rectius possint [1] punire damnatos. Dat. VI. Kal. Augusti. *Mutæ*, HONORIO, A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De suspectis Judicibus, à quorum sententiis appellare licebat.

XXX. Iidem AA. Theodoro P.P.

SI [2] quis provocatione interposita suspecti Judicis velit [prolatam] evitare sententiam, in hac voce liberam habeat potestatem: nec timeat contumeliam judiciorum: cum & ab ipsa injuria possit facile provocare: & maxime cum à solo tantum Præfecto [3] prætorio, non sine dispendio cautæ provocare permissum sit. Sciant igitur cuncti sibi ab injuriis, & suspectis judicibus, & in capitali [4] supplicio, ac fortunarum dispendio provocationem esse concessam. Datum VII. Id. Jun. *Mediol.* THEODORO V. C. CONS. 399.

De appellatione non suscepta, vel apostolorum copia denegata.

XXXI. Impp. THEOD. & HONOR. AA. ad Asclepiodotum P.P. post alia.

SI [5] appellationem oblatam, in qua vel tuæ amplitudinis, vel Urbicariæ Præfecturæ sactum auditorium postulatur, judex non [6] suscepit, vel suscepta appellatione apostolorum copiam denegaverit: ad deponendam super hac iniquitate querimoniam, necnon etiam conveniendum adversarium ex sententia prolata, juxta antiquum [7] jus anni metas habeat litigator: vel si hujusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum Judicum sacra desideratur auditio, ad hæc eadem facienda sex menses habeat litigator. †. Si vero arbiter appellationem suscipere, aut relationem dare contempserit [8], quatuor mensium tempora observantur: ut his, quæ statuimus, aptatis, pareat appellator temporibus, quæ de appellationibus definita noscuntur. Dat. III. Kalend. April. *Constantinopoli*, ASCLEPIODOTO, & MARIANO CONSS. 423.

De appellationibus ad Principem.

XXXII. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P.P.

PRæcipimus [9] ex appellationibus Spectabilium Judicum, quæ per consultationes nostri numinis disceptationem implorant, non nostram ulterius audientiam expectari: ne nostris occupationibus [10], quibus pro utilitate mundi à singulorum nonnunquam negotiis avocamur, aliena defraudari commoda videantur. Sed si à Proconsulibus, vel Augustali, vel Comite Orientis, vel Vicariis fuerit appellatum: virum [11] illustrem Præfectum prætorio, qui in nostro est comitatu, virum etiam illustrem [12] Quæstorem nostri palatii, factis judiciis præsidentes, disceptationem jubemus attrahere eo ordine, ea observatione, iisdemque temporibus, quibus cæteræ quoque lites fatali die post appellationem in sactis auditoriis terminantur: [&] hoc, licet quidam prædictorum Spectabilium judicum jure concesso, ut facti judices, appellationes accepetint. §. 1. Quod si à Duce [13] fuerit appellatum, si idem & Præses sit, Præfectura [14] necessario tantum jure ordinario in sacro auditorio judicabit.

§. 2. In his autem omnibus judiciis, quæ consultationum introduximus loco, vel apostolos [15], vel ea, quæ apud eum gesta sunt, contra cujus sententiam dicitur appellatum, suscipere ab appellatoribus, & cognitiones inducere apud viros illustres prædictos Judices, & ea, quæ gesuntur, excipere, scribere, scriptaque litigatoribus edere nostros epistolares præcipimus: officiis videlicet eorum cum quibus vir illustris Quæstor judicat, exequentibus judicata. §. 3. Hæc si appellatio fuerit oblata Judici, qui non ex delegatione cognoscit: eorum enim sententiis appellatione suspensis, qui ex delegatione cognoscunt: necesse est eos [16] æstimare, justè, necne fuerit appellatum, qui causas delegaverint judicandas. §. 4. Huic salubertimæ legi illud etiam consultissime credidimus inserendum, ut si privato non illustri uni, pluribusve (ut assolet) nostra serenitas adita delegaverit causam, & ejus, eorumve definitio fuerit appellatione suspensa: vir quidem magnificus Præfectus prætorio, qui in nostro comitatu, cum viro illustri Quæstore temporali [17] judicet die. Nostri vero libellenses [18], quæ apud arbitros gesta sunt, suscipiant, cognitiones inducant, & ea, quæ geruntur, excipiant, scribant, scriptaque litigatoribus edant: qui etiam apud arbitros (licet illustres sint) ex delegatione nostra cognoscentes excipiunt, si in sacratissimo nostri numinis comitatu causæ dicantur. §. 5. Sane si illustrium ac magnificorum judicum sententiæ fuerint appellatione suspensæ, eorum videlicet, quorum sententias licet appellatione suspendi, per consultationem nostram volumus audientiam expectari, licet antea privato homini (id est, non illustri) lite à nobis delegata, is postea tempore definitionis illustri decoratus dignitate reperiatur. Eodem observando & si alter ei conjunctus sit arbiter, qui non illustrem meruit dignitatem. §. 6. Quicquid autem hac lege specialiter [19] non videtur expressum, id veterum legum constitutionumque regulis omnes relictum intelligant.

De sententia lata super statu cursuali.

XXXIII. Iidem AA. Cyro P.P.

EO casu, quo apparitor Magisteriæ potestatis de curia [20], vel officio cohortali, de statu in provincia patitur controversiam, vel ut tributa, vel functiones debens in provincia detinetur: si sententia Rectoris provinciæ fuerit appellatione suspensa: cum tua sublimitate viro quoque magnifico Magistro militum cognoscente, causæ jubemus merita ponderari: licet Magister militum Rectori provinciæ causam delegaverit perorandam.

De suggestionibus, & relationibus.

XXXIV. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P.P.

IUbemus, si [21] qua suggestio majoris, vel minoris Judicis ad nostram referatur clementiam de negotio, quod judicandum ei tradidimus, vel de quo pro sua jurisdictione [22] judicaverit, perentis à nostro numine finem eidem imponi negotio, quod ab eo disceptarum est: sive additum sit eidem suggestioni, quod referenti placeat (dum id partibus per sententiæ suæ recitationem manifestum non fecit) sive nihil hujusmodi adjectum sit, sed simpliciter nostri numinis responsum expectat: non prius causam discerni, quam per sacram pragmaticam nostri numinis justionem duo magnifici viri, vel Patricii, vel Consulares, vel Præfectorii, quos [pro tempore] nos elegerimus, jubeantur adjungi viro illustri pro tempore Quæstori nostri palatii, & una cum eo in scriptis relationem discernere (sive præsentibus partibus hoc perspexerint, sive absentibus) & responsum relationi dandum sua sententia manifestare: ut tamen dispositio hujusmodi excellentissimorum judicum omnimodo rata sit: nulli danda licentia contra prævocationem eorum proferre sententiam, vel aliam quamcunque dubitationem introducere. Quam observationem non solum si unus judex suggestione, vel relatione usus fuerit, tenere censemus: sed etiamsi duobus, vel amplioribus datis judicibus, in unam sententiam minime omnes convenerint: sed diversas suas sententias unusquisque nostræ mansuetudini retulerit, vel omnes nos consuluerint quid decernendum sit.

De sententia Præfectorum prætorio.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

XXXV. [23] Imp. [24] JUSTINIANUS.

IAm trigesima secunda constitutione dicente, de omnibus magistratibus illustribus à quibusdam est appellatio, Principem fore appellationis Judicem, præsens constitutio inveniens jus certum, quod adversus sententiam Præfectorum prætorio appellatio quidem non est, retractatio vero est: & si alius quidem sit Præfectus, credibile est, quia rescinder, quæ fuerint ab altero judicata: si vero idem ipse fiat Præfectus iterum, is, qui jam sententiam tulit, contra cujus calculum, & supplicationes oblatæ sunt, quia præsumitur pro vetere sua sententia dicturus, jubet constitutio, ut Quæstor una audiat cum ipso iterum, aut tertium Præfecto creato, & examinante suas in priore magistratu dictas sententias, statuens, ut nulla sit contra hujusmodi sententias retractatio.

23 Hanc legem retituit Cujac. 12. obs. 3.
24 Interpretatio Contii.

De sententiis definitivis, & interlocutionibus.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.

XXXVI. [25] Imp. [26] JUSTINIANUS.

OPorter post omnem litem finitam tunc appellationem reddi: neque enim læditur quis, si interea facta fuerit interlocutio, quæ illi deneget jus competens, id est, vel testium productionem, aut relectionem instrumenti, potest enim in appellatione omnia denudare, seu exercere, ne contra medii temporis interlocutionem, data appellatione, mora injiciatur dilationibus, sæpius in eadem causa data appellatione, & examinata, iterum alio capitulo vemilato, & iterum contra etiam ipsum postecta appellatione. Si vero dixerit est is, qui in media interlocutione jus aliquod ipsis denegavit, jubet scripto illud insinuent, ut ita in appellatione servent sibi suam de hoc allegationem imprejudicatam, si vero contra hæc fiat, neque recipiat appellationem judex, & ipse, qui appellavit, pro transgressione quinquaginta libras argenti præster.

25 Hanc legem restituit Cujac. 12. obs. 3.
26 Interpretatio Contii.

De varietate judicum appellationis pro varietate summarum.

XXXVII. Idem A. Mennæ P.P.

IN [27] offerendis provocationibus, ex quibus consultationum more negotium in sactum nostrum palatium introduci solebat, hoc addendum esse censemus: Ut [28] si quidem non excedat litis æstimatio [29] decem [30] librarum auri quantitatem, ex ipsa scilicet sententia judicis decernendam [31], non duobus (sicut antea) magnificis Judicibus, sed uni tantummodo disceptatio negotii deputetur. Sin vero memoratam excedens quantitatem, viginti libris auri terminetur, duobus tradatur [disceptatio] magnificis judicibus, viris scilicet de notis epistolaribus cognitionalia certamina excipientibus: ita tamen, ut si dissentiant, virum illustrem pro tempore Quæstorem adhibeant, ut eo dubietatem dirimente finiatur negotium. His videlicet litibus, quarum æstimatio viginti librarum auri quantitatem excedit, in commune auditorium florentissimorum sacri nostri palatii procerum introducendis: ut tamen secundum jam statuta [32] liceat quidem non solum victo, sed etiam victori consultationem ad unum, vel duos judices mittendam, intra biennii [33] tempus ei, vel eis intimare. Post excessum enim memorati temporis hujusmodi licentiam amputamus. Quæ vero fuerint ab eo, vel eis decreta, nulla provocatione suspendantur. Novas [34] etiam adsertiones à partibus apud eundem, vel eosdem judices addi, ad exemplum consultationis ad sacrum nostrum palatium introducendæ permittimus. Dat. VIII. Id. April. *Constantinop.* DECIO CONS. 529.

De Duciano judicio.

XXXVIII. Idem A. Demostheni P.P.

SI quando Duciano [35] judicio appellatio fuerit oblata: sive ab ipsa [36] quantitate judicis, sive ex divina delegatione viro spectabili Duci destinata, sive inter spectabiles idem Dux connumeretur, sive illustri dignitate decoretur, sive etiam majore (cum etiam Magisteriæ potestatis homines, necnon Consulares sæpe utilitate publica poscente ad hujusmodi curam perveniant) nullo discrimine habito, non dignitatem, sed ducatus magistratum spectari: & appellationem ex quocunque duce pervenientem, non ut antea erat, dispositum, sed apud [37] virum sublimissimum Magistrum officiorum, necnon virum excellentissimum nostri palatii Quæstorem, communi audientia proposita, in sacro auditorio

27 Hanc legem restituit Cujac. 12. obs. 3.
28 Si lis, cujus ad consistorium provocatio pertinet, decem libras auri excedit, unus tantum judex negotium disceptat: non duo, ut olim: si decem libras auri excedit, duo judices definient: quibus epistolares duo sive notarii subservient: qui si dissentient quæstorem adhibebunt, si viginti libras auri lis excedet, in communa auditorium senatorum lis introducetur, ut licet victo in priore judicio, intra biennium vel uni vel duobus judicibus, vel omnibus senatoribus appellationem intimare. Nec ulla appellatione, quæ ab eis decreta fuerint, suspendantur: uti nec factæ apud principem examinationes retractentur. *Synops. d. c.* 123.
29 Contestatio.
30 Pro varietate summarum, de quibus agitur ad alios atque alios judices appellatur. *Novell.* 23. *cap.* 2. & sic alias atque alias causa committitur in consistorio Principis ad quem provocatum est.
31 Discernendam.
32 *l. unic. C. de sententiæ. præf. prat.*
33 Hodie anni. *Auth.* § 2 *sit prox.*
34 *l.* 4. *C. de tempor. & reparat. appellat.*
35 Appellatur à duce ad magistrum officiorum, & quæstorem sacri palatii.
36 *l.* 19. *C.* 32. § 1. *l.* 34. *C. eod.*
37 Olim apud Præfectum prætorio. *l.* 32. § 4 *C. eod.*

1 Judex appellationis etiam in criminalibus, suam exequitur sententiam.
2 *l.* 58. *C. Theod. eod.*
3 Vide *l. un. C. de sentent. præfect. prator.*
4 In qualibet causa capitali appellare licet, *l.* 29. *C. eod.*
5 *l. un. C. Theod. eod.*
6 Querela appellationis aut apostolorum delegatarum pro diversitate judicum aliis atque aliis temporibus proponuntur.
7 *l.* 1. *in fin. ff. de appellat. recip. vel non.*
8 Hinc colligunt: Statuta jus appellationis prohibentia non posse. Vide *Marsil.* 1. *practic.* 24. *obs.* 29.
9 Ex Novella Theodosii quæ non extat. Notant notarii ad hanc legem, A delegato principis ejusve delegato, ad principem appellari. vid. *Marsil.* 1. *post.* 24. *obs.* 5.
10 Princeps negotia occupata provocationis cujuscunque aliis committit.
11 *Novell.* 126. vid. *Cujac. ad Novell.* 12. *Goth. Aldo Ritterhusius in cap. Novell. Justin.* 10. *cap.* 6. *Anat.*
12 *l.* 38. *in fin. C. ad l. Jul. Repetund.* 126. *in pr.*
13 Hinc, Ducis non judicium, *l.* 38. *C. eod.*
14 Hodie magistri officiorum, *l.* 38. *C. eod.*
15 *l.* 6. *in fin. C. eod.*
16 *l.* 1. *l.* 3. *C. quando & à quo appell. li* palatina datur ad à magistratu, ad magistratum appellatur: si à Principe ad magistrum officiorum vel præfectum prætorio & quæstorem. *Novell.* 23. *cap.* 4. Hic interim notandum est, duobus casibus à palatinis non appellari. *l.* 1. *C. quando non appell. l. un. C. ne liceat in una eademque causa tot appellat.*
17 Dies temporalis, scilicet. *l.* 2. *l.* 5. § 1. *C. de temporib. appellat. l.* 63. *Cod. Theod. de appellat. l. ult. in fin. Cod. Theod. de reparat. appellat.*
18 Dici ad *l.* 1. *C. ubi in fin. princ. adsi finitore.*
19 Correctio & mutatio legum non præsumitur: ut sic, *l.* 17. *in fin. C. de testam. c. cum ejusdem. 29. de testam. in 6.* vide *Roland. à Valle* 1. *cons.* 68. *num.* 32. *& cons.* 72. *num.* 44. *Molin. de ord. num.* 98. *Mascardum* 1. *probationum* 48.
20 De statu curialis vel coloratus is à præside ad Præfectum prætorio & magistrum militum appellat, etiamsi magister militum causam præsidi delegaverit.
21 Consultationibus principes respondent, adhibito Sacrum consilio.
22 Ex ordine, *l.* 19. *Cod. ex quibus causis judicis, l.* 38. *C. eod.* vide *Cujac. ad Novell.* 20.

dirotio more consultationem, viris devotis epistolaribus excipientibus ventilati [fanctmus:] nulla veteris legis in hac causa observatione custodienda, sed apud eosdem tantummodo excellentissimos judices causa tractanda.

De sententia oppugnanda, etiam ab adversario appellaterit. 1. De libello refutatorio. Ad l. 37. sup. h. tit.

XXXIX. Idem A. Juliano P.P.

AMpliorem providentiam subjectis conferentes, quam forsitan ipsi vigilantes inveniunt, antiquam observationem emendamus: cum in appellationum auditoriis, is solus post sententiam judicis emendationem meruerat, qui ad provocationis convolasset auxilium, altera parte, quæ hoc non teciisset, sententiam sequi (qualiscunque fuisset) compellenda. Sancimus itaque, si appellator semel in judicium venerit, & causas appellationis suæ proposuerit, habere licentiam, & adversarium ejus, si quid judicaria opponere maluerit, si præsto fuerit, hoc facere, & judiciale mereri præsidium. Sin autem absens fuerit, nihilominus judicem per suum vigorem ejus partes adimplere.

§. 1. In refutatoriis[1] autem libellis, qui solent maxime in sacro auditorio prudentissimorum nostrorum procerum recitari, caveant tam litigatores, quam libellorum dictatores, verbosis[2] uti adsertionibus, & ea, quæ jam perocata sunt, iterum resuscitare: sed hæc sola eis inscribere, quæ compendiosa[4] narratione causas provocationis possunt explanare, vel aliquid novi continent, vel addere quod derelictum est: sciturl, quod si hoc fuerit prætermissum, non deerit adversus libellorum[5] conditores amplissimi judicii competens indignatio, quod sufficiant gestorum volumina introducta, & virorum spectabilium Magistrorum scriniorum breves omnia apertissime ostendere. §. 2. Sed enim scimus legem nostram[6] esse promulgatam, per quam more consultationum in causis quidem, quæ usque ad decem libras auri extenduntur, unum judicem fancimus supponi: viginti autem duos sublimissimos judices. Sed cum prima quidem facie videbatur, non tantam summam excedere: in definitiva[7] autem sententia apparebat judici, vel judicibus etiam majorem quantitatem debere imponere: non erat eis possibile formam, qua erant conclusi, excedere. Sed nos definimus, & omnem eis damus facultatem, si hoc ita fuerit subsecutum, licere eis, & ampliorem summam præfata quantitate, in qua dati sunt judices, excedere: & non ad modum suæ rationis, sed ad veritatis indaginem ferre sententiam: ne tanti judices, quasi vinculis præpediti non possint legum veritati, & judiciali vigori per omnia satisfacere. Dat. VI. Kal. April. *Constantinop.* LAMPAD. & ORESTE CONSS. 530.

1 Is qui vicit, hoc est, adversarius ejus qui appellavit, potest petere sententiam reformari. *l. 20 §. penult. de provocat.*

2 *l. 6. §. 3. l. 19. C. eod. l. 1. in fin. C. de refutationibus.*

3 Libellorum forma verbosa esse non debet.

4 Synimaribus in *appl. ad Theod. Ego in referendo prolixus esse non debui.*

5 Libellus generalis esse non debet. *Facit l. 7. l. 15. ff. comm. praedior. l. 40. ff. de jure fisci. l. dominum §. 8. de rei vindicat. l. verbum 181. ff. de verb. sign. l. 2. §. circa 3. ff. de dol. mali except. Novell. de testam. 107. §. nam igitur. cap. cum clamor. 53. extr. de testibus. cap. sicut. extr. de dilation.* Dixi in Pandectis practicis civilibus *titul. de edendo.*

6 *l. 37. C. eod.*

7 *Si tempore sententiæ summa reperitur major quam litis initio videbatur, non impeditur judex sententiam proferre.* Crescente lite crescit jurisdictio.

T I T. LXIII.

DE TEMPORIBUS[8] ET REPARATIONIBUS[9] APPELLATIONUM, SEU CONSULTATIONUM.

Tempus excercendæ appellationis interpositæ à nominatione ad numerum, est duorum mensium à tempore scientiæ. Rect.

I. Imp. CONSTANTIN. A. ad Crispinum.

SI[10] quis per absentiam nominatus [vel ad Duumviratus[11], aliorumque honorum infulas, vel munus aliquod evocatus] ad provocationis auxilium cucurrerit: ex eo die interponendæ appellationis, duorum[12] mensium spatia ei computanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse monstraverit. Nam præsenti, qui factam nominationem cognoverit, & appellare voluerit: statim[13] debent duorum mensium spatia computari. Dat. VIII. Id. Jul. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTIO CC. CONSS. 320.

Si appellatur ab ordinario, ad appellationis prosecutionem inchoandam primum fatale est sex mensium: & datur alia tria mensis pro quolibet. P. de Cast.

II. Impp. THEOD.[14] & VALENT. AA. Cyro P.P.

TEmpora[15] fatalium[16] dierum pro seculi nostri[17] beatitudine credimus emendanda, ubique dilationum materias amputantes. †. Et primi quidem fatalis diei tempora post appellationem, sive à viro clarissimo[18] *Rectore* provinciæ, sive à *spectabili* judice fuerit appellatum, sex[19] mensium esse jubemus. Quod si primo fatali die lapsus[20] est appellator, tricesimum primum diem alterum volumus esse fatalem. Quod si eo [quoque] appellator exciderit: tertium similiter totidem diebus intermissis fatalem observari decernimus. Quod si tertius[21] quoque lapsus fuerit temporalis, quartum etiam fatalem post tricesimum primum diem similiter observari decernimus. Quod si ita contigerit, ut quatuor[22] fatalibus diebus, qui appellavit, exciderit, tunc intra trium aliorum mensium spatium à nostro numine reparationem peti præcipimus: qua petita nec adversarium decernimus admoneri, nec temporalem diem ad petitionem reparationis numerari, sed trium mensium spatio ex quarto[23] fatali numerando causam induci præcipimus, licet ante unum diem reparatio fuerit impetrata, licet allegata in judicio virorum illustrium Præfectorum non fuerit. Nec hoc patri nocebit adversæ: cum non dubius, sed notus omnibus dies fatalis appareat. Et hoc si adversus viri clarissimi Rectoris provinciæ, vel spectabilium judicum sententias fuerit appellatum. †. Quod si ab *Arbitro*[24] in provincia ex delegatione sacra disceptante appellatio subsequatur: post priorem fatalem lapsum tres alii tantum fatales dies similiter (ut supra dictum est) servabuntur, nulla reparatione à nostro numine postulanda: ita, ut nonaginta tribus diebus elapsis, judicata congruæ executioni mandentur.

†. Sin[25] autem ex sententia *Prætoriana*[26] *præfectura*, vel *Magistri officiorum*, vel *ab alio illustri dignitate decorato* arbiter in hac sacratissima civitate fuerit delegatus, & appellatio contra definitionem, vel sententiam ejus subsecuta fuerit: primus quidem fatalis dies duorum mensium, alii vero tres ad similitudinem

8 Dixi ad *l. ult. D. eod. & ad l. ult. §. 4. C. eod.* De temporibus appellationum hæc addantur, In propria causa biduum: in aliena, triduum *olim stillic. l. 1. §. 12 ff. quando appellandum.* Postea decem dierum spatium à recitatione *sententiæ* constitutum est à Justiniano, & sic Justiniani constitutione hodie appellandum est intra decem dies à recitatione instantia. *Novell. 23. c. 1.* Intra quintum diem *libellis* appellatoriis petebantur. *Paul. 5. sent. 34.* quod à Gratiano transscriptum *in c. ab eod. 2. q. 6.* Peragendæ vero appellationi, biennium. *l. ult. §. 2. C. eod.*

9 *l. 11. Cod. Theod. 32. 33. C.*

10 *l. 10. C. Theod. de appell.*

11 *l. 19. C. Theod. de appell.*

12 *Et qui ad honorem, vel munera nominatur, dantur duo menses exequendæ appellationis causa, ut hic.* Mensis autem hic non numerator ex initio Kalendarum, sed ex numero dierum: id est, ut triginta dies habeantur pro uno mense. *l. 1. Cod. Theod. de decur.*

13 Vid. *l. 2 C. de decur.*

14 Ex Nov. Theodosii quæ non extat.

15 *Synopf. Basil. 1. cap. 125.*

16 Vide *l. 5. C. eod.* De fatalibus diebus dixi ad *Novell. 42. cap. 1.*

17 Vid. *Cujac. 12. obf. 4.*

18 De fatalibus sententiæ latæ ab aliquo clarissimo vel spectabili.

19 Appellare à Præside vel spectabili judice licet intra sex menses: ut qui ab eis appellet, sex mensium diem habeat. *Synopf. Basil. 9. tit. 2. cap. 126.* Quod si nihil præstiterit intra sex hujus mensis, dies alios triginta & unum habeat. Si exciderit & illo tempore, tertio dies alios triginta & unum habeat, si rursus & illi fuerint elapsi, totidem quarto dies impetret. Quodsi tot diebus exciderit, tunc intra tres alios mensis principium adest, & reparationem appellationis petat, qua reparatione concessa, præcipitur, ne dies alios sex mensium ei concedatur, sed trium duntaxat mensium intervallum, numerandorum ex quo fatalis dies quartus præterit. *ibid. Synopf.*

20 De secundo lapsu, *l. 11. C. Theod. 32. vid. Cujac. 16. obf. 7.*

21 Tertius lapsus.

22 Quatuor fatales dies.

23 Quartum fatale.

24 Notæ dilationes minus nocent.

25 De fatalibus in arbitris delegatis à P. Prætorio, magistro officiorum, illustribus.

26 Si judex vel à Præfectis, vel à magistro officiorum, vel ab alio quodam illustrium magistratuum in urbe Constantinopoli delegatus fuerit, & appellatio contra ejus sententiam subsequuta: *à alio quovis supra*, primus quidem fatalis dies esto duorum mensium, ceteri vero tres ad similitudinem supradictorum fatalium numerentur. †. Qui vero delegatum[27] vel à Spectabili judice, seu Præside provinciæ arbitrum appellaverit: primum quidem fatalem diem duorum mensium, tres vero alios ad similitudinem prædictorum fatalium dierum habeat.

†. Illud etiam circa observationem fatalium dictum custoditi decernimus, ut si forte temporales[28] in feriatos dies quoquo modo inciderint: præcedentes eos dies, ut temporales à litigantibus observentur. †. Quod si quis secus ac jura præcipiunt[29], lapsus dies fuerit temporalis, & hoc primo loco vel à præsente adversario, vel etiam à judice, si solus litigat appellator, fuerit oppositum, probatumque, pro eo habebitur[30] appellator, ac si sententiam quoquo modo non coactus susceperit. Dat. XII. Kal. Maji, VALENT. A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

In AUTHENT. de his qui ingted. ad appell. †. col. 5. tit. 4. al. 11. Novell. 49. in princ.

EI, qui appellat, imponitur annus[31], *intra quem secundum se committere cum adversario litem exequatur, aut si justa causa intercesserit, alius annus indulgeatur: quo transacto lite non completa, rata manet sententia. Appellatore cessante, cum unus mensis superest ex biennio: licet victori ingredi, ut res quæratur: quo sive inventa, sive non, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia: in omni casu absente ea exposito condemnando secundum tempora fatalium dierum. Reatu vero occurrente, post secundum fatalem permanet sententia rata.*

In AUTHENT. de appellat. §. 1. col. 7. tit. 5. al. col. 8. tit. 2. Novell. 93. cap. 1.

SI tamen in medio causa apud Judicem appellationis, vel mota, vel non mota aliqui elegantur arbitri[32], *& propterea biennium transiat, extra quod oportet appellationem finiri, & per quamlibet occasionem ad judicem appellationis causa revertatur: non ladatur ex cursu temporis, sed exerceatur, & terminum legitimum suscipiat, etsi decies millies, plus quam biennii tempus transierit, nisi biennium cesserit, postquam arbitrum fuerit desertum.*

In AUTHENT. de appellat. & intra quæ temp. §. ad hæc sancimus, col. 4. tit. 5. al. 2. Novell. 23. cap. 2.

SEd & lu, quæ gesturum in consistorium Principis[33] *inferri, absque damno mora manent intacta, donec ipse faciat eam introduci, & a proceribus secundum morem duriui.*

In AUTHENT. ut sponsa. larg. §. hoc quoque. col. 9. tit. 2. Novell. 119. cap. 4.

SI appellationis secuta, novissimo inducias non die aut pars utraque aut sola, qui appellatione usus est, occurrerit, & suam præsentiam manifestaverit Judici futuræ appellationis examinanti, negotium, vel ejus consultatio, aut hic, qui lites intromittunt, & Judex[34] *in definito diebus eum suscipere differat, nullum præjudicium partibus*[3] *aut iis earum ex hoc penitus volumus fieri, sed post hoc examinare appellationes loquendi, & legitima sententia terminari.*

Ad appellationem exercendam post tempora statuta, non concedantur alia. Salic.

III. Imp. JUSTINIANUS A. Appioni P.P.

NEmo[35] arbitretur in posterum licentiam futurum consultationibus ultra statutum temporis vivendi[36] spatia, neque[37] per oblationem precum, neque per factum reticentiæ super reparatione temporum indulgendum, neque sub prætextu quodam alterno, sed omnibus incumbendum esse vigilanti diligentia, quo provocationes eorum intra statutum tempus introducantur (ita ut[38] etiam gesta in judicio, contra quod provocatum est, non prope finem temporis tradantur scrinio sacrarum epistolarum: ne præpediatur per astutias fatalis rei terminus, sed aut statim postquam appellatum fit, aut non minus, quam ante dimidiam partem temporis præbeantur scrinio, ne (quod per angustias[39] contingit temporum) tardus appellationis fautor suo dispendio refutetur.

In causa appellationis potest utraque pars non allegatum in causa principali allegare, & non probatum probare. Cyn.

IV. Idem A. Tatiano Magistro officiorum.

PEr hanc divinam sanctionem decernimus, ut licentia quidem pateat in excercendis consultationibus[40], tam appellatori, quam adversæ parti novis[41] etiam adsertionibus[42] uti, vel exceptionibus, quæ non[43] ad novum capitulum pertinent, sed ex[44] illis oriuntur, & illis conjunctæ sunt, quæ apud anteriorem judicem notcuntur propositæ. Sed & si qua dicta quidem allegatio monstrabitur, vel instrumentum aliquod prolatum, probationes tamen illo quidem defuerint tempore, verum apud lactos cognitores sine procrastinatione præberi poterunt, id quoque eos admittere, quo exercitatis jam negotiis pleniore subveniatur veritatis lumine[45].

Tempus appellationis intimandæ, quod per l. 2. sup. eod. erat variatum ex diversitate judicum, hic variatur ex diversitate locorum. Salic.

V. Idem A. Triboniano Quæstori sacri palatii.

CUm anterioribus legibus ex omni provincia ad hunc nostrum sacratissimum comitatum similis cursus ad appellationes exercendas impertitus est, necessarium nobis visum est hujusmodi spatiis justum imponere libramentum. †. Sancimus itaque, si[46] quidem ab Ægyptiaco[47], vel Libyco limite, vel Orientali tractu usque ad utraque Cilicias numerando, vel [Armeniis gentibus] & omni Illyrico causa fuerit more appellationum transmissa: primum semestre spatium in antiqua definitione permanere, & nihil penitus neque diminui, neque accrescere. †. Sin autem ex aliis nostri imperii partibus, sive Asianæ, sive Ponticæ, sive Thraciæ diœcesesos lis provocatione suspensa in hanc regiam urbem perveniat: pro semestri spatio trium tantummodo mensium spatium eis indulgeri, aliis trium mensium spatiis, id est, nonaginta & tribus diebus, simili modo sequentibus: sive semestre tempus, sive tres priores menses, secundum locorum definitionem, quam designavimus. Sed & aliis tribus mensibus,

27 De fatalibus in sententia Statii firmis.

28 Appellatio eadem ratio ab ultimo delegato, quæ à delegato judicibus, de quibus paulo ante dictum est. *ibid.*

29 Dixi ad *l. 32. §. 4. ff. de appell.*

30 *l. 18. ff. de appellat.*

31 Tempus exercendæ & finiendæ appellationi, annum est, nisi impedimentum aliquod subsit: tunc enim biennii. Goth. Hanc auth. canonistæ ad *cap. 41. caus. 2. q. 6.* Ang.

32 Si de causa appellationis compromittitur, tempus interim non currit.

33 Si stat per principem quominus judicetur, non currunt tempora appellationis, donec principe consistat, quis constiterit.

34 Si stat per judicem appellationis, non currunt fatalia.

35 Appellationi ad consistorium pertinentes nunquam ultra statutum tempus stant: sive quis procedere offerat, sive silentium à Principe referipsum impetret: aut alio legitimo prætextu: sed ut omni modo quisque suam provocationem bellumque suum studeat: & gesta in ille judicio, contra quod provocavit, vel latione, vel omissione citius diuidio appellationis tempore tradat. Qui hoc tempus prætexlit fuerit, *dispendio* sue multitudinis. *Basil. 9. tit. 2. cap. 127.*

36 Ubi di, *Synopf. Basilic. de temporibus appellationis*: aut sine quo necessario. Recte dicitur actio vivere. *Inst. de perpet. & temp. act. l. 1. §. 1. vers. sunt. C. de annal. except. vid. Cujac. 18. obf. 37.*

37 9. Ecl. 2. 27.

38 *Auth. C. de appellat.*

39 Adde *l. 19. in fin. ff. de excusat.*

40 In appellationis causa probari & probari possunt non deducta, vel probata in causa principali, ut sit, Quid si qui appellat, facere oblit ea in judicium deducere in causa principali? non exercet. *Rebuf. hic.* Quid si judex inquisitione facta sententiam tulit? sententiam ferri atque deferre non potest, novamque probationem præscribi. *Rebuf. hic.* adde alium usum ex Socino *reg. 343.*

41 *Rebuf. d. loc. cap. 118. & l. 6. §. 1. 2. 3. 7. C. de appellat.* Appellatio à definitiva ex novis ac causis & probationibus defendi potest, ut hic. Quid si probationes non omnino novæ sint, sed ex veteribus pendentes? Quid si probationes non quidem, sed super alia re sint? Quid si exceptio dilatoria proponitur? Quid si probationes à litem omisse? aliud dicendum? Appellatio ab interlocutoria ex iisdem actis defendi debet. adde *Clement. C. appellantes. 5. de appell.* Quid si lis contestata absentem? Quid si in causa principali judex probationes admittere nolit? Quid si in exceptionibus facta injustum, cujus nulla reparatio sit, continuet? Quid si appellatio ex ipsius adversarii defendat? appellari potest. *Socin. reg. 22.*

42 Adstructionibus.

43 Appellatio ex exceptionibus admittere nolit? Quid si in exceptionibus facta injustum, cujus nulla reparatio sit, continuet? Quid si appellatio ex ipsius adversarii defendat? appellari potest. *Socin. reg. 22.* 44 Appellatio cum exceptionibus utendi, nulla novis adsertionibus, quæ in priori judicio allegatæ non sunt, & exceptionibus utendi, nulla ad ipsum caput pertinent, & jam in priore judicio motæ sint. *Synopf. Basil. 9. tit. 2. cap. 128.*

45 Probatio, veritatis lumen. *vid. quæ notavi ad tit. de probat.*

46 Tempus appellationis intimandæ, quod per *l. 2. sup. eod.* erat variatum ex diversitate judicum, hic variatur ex diversitate locorum. 47 *Synopf. d. loc. cap. 128. vers. continuatio judex.*

eundum fuerit, ut autez Duennalius *reg. 48.*

mensibus, qui ex reparatione ab [1] aula concedi solent in suo robore duraturis & prioribus accedentibus: ut partim annale numeretur, partim novem mensium [spatium] consequatur.

§. 1. Et cum antea in fine cujuscunque tempotis unus fatalis dies ex antiquis legibus constitutus esset, & sæpe eveniebat, cum multæ sint occasiones mortales appellationum, vel ægritudine, vel spatii prolixitate, vel per alias causas, quas nec dici, nec enumerari facile sit: eundem diem fatalem non observari, & lites expirare, & hujusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia hominum titubare: propter hoc fortunæ relevantes insidias, sancimus non [2] in unum diem fatalem standum esse in posterum: sed sive ante quartum diem fatalis luminis, & ipsum fatalem, sive post quinque dies, ex quo ortus fatalis effluxerit, appellator venerit, & litem instituendam curaverit, & eam in competens judicium deduxerit: legi videri satisfactum: nec ingemiscat mortuæ causæ dispendio, sed nostro gaudeat beneficio: cum nobis cognitum sit, etiam ex errore calculi dierum, quem officium habuit, sæpe esse causas periclitatas: quod in posterum non fieri ex remedio legis præsentis sperandum est. Eodem beneficio & in omnibus fatalibus aliis, qui vel à pedaneis judicibus, vel ab aliis dantur, quos leges suis sanctionibus enumeraverunt, custodiendo, vel observando: ut decem fatales dies pro uno ubique instituantur. §. 2. In [3] his autem casibus in [4] quibus biennium constitutum est, quatenus more consultationum in regia urbe sub communi audientia florentissimorum sacri nostri palatii procerum ventilentur: biennii metas unius anni termino coartamus: ut intra eum & gesta colligere, & ea viris devotis epistolaribus [5] tradere, & refutatorios [6] libellos (si voluerint) offerre, & litem in sacrum nostrum consistorium introducere cogantur. Nulli licentia deneganda victrici parti, si voluerit, secundum quod jam constitutum est, etiam præmature causam inducere: neque annali spatio expectato. §. 3. Si tamen in [7] sacro nostro consistorio lis exordium ceperit, etiam si non fuerit in eodem die completa, tamen perpetuari eam concedimus: cum iniquum sit propter occupationes [8] florentissimi ordinis, quas circa nostræ pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum depetire.

§. 4. Illud [9] etiam merito addendum huic legi censemus, ut si quis fatali die apud appellationis judicem introductus, sive ex parte una [10], sive cognitionaliter causæ appellationis imponat [11] exordium; deinde relicta ea discedat, & in desidia reliquum tempus permaneat, & annale tempus post inchoatam litem præteriit; victore neque sententiam ad effectum perducere valente, propter litem jam inchoatam, neque jam terminum accipere invenienre, eum appellatoris absentia eam finiri non facile concedat: hujusmodi iniquitatem amputantes, cum adversarius potest etiam minime præsente appellatore [12] litem exercere, quia hoc speciale privilegium ejus est qui appellationi examinandæ præsidet, posse & ex una parte causam dirimere: jubemus eundem appellatorem, nisi observaverit judicium, & causam usque ad finem peregerit, sed & si per eum steterit, quo [13] minus omnia litis certamina implecantur, appellatione defraudari, & sententiam contra eum latam in suo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam si ab initio minime fuerit provocatum: nisi ipse appellator evidentissimis probationibus [14] possit ostendere, se quidem summa ope nisum, voluisse litem exercere; per [15] judicem autem steriise, vel aliam inexorabilem causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgemus, quo effluente, & lite minime finem accipiente, cadere eum de appellatorio juvamine disponimus: cum ei sit apertissima facultas & nostram adire majestatem, & tardantem [16] judicis in querelam deducere, & nostro beneficio petitori. §. 5. Cui consentaneum est, ut & in sententiis omnium amplissimorum Præfectorum prætorio [17] oraculo retractandis [18] eadem observatio, quæ supra dicta est, post ingressum unius, vel utriusque partis, tam propter absentiam personarum, quam propter statuta tempora teneat. §. 6. Sin autem partes inter se scriptura interveniente pacisendum [19] esse crediderint, nemini parti licere ad provocationis auxilium pervenire, vel ullum tale [20] observare: eorum pactionem firmam [21] esse censemus. Legum etenim auctoritatem in hoc casu volumus pactis [22] litigantium mitigari. Dat. xv. Kal. Decemb. *Chalcedone*, Decio V. C. Cons. 526.

1 Non ipse jure de reparatione ab aula concedi soliti sunt, vide quædam apud Cuiacium *lect. 5. de prosigiar.*

2 Pro quinque fatalibus diebus qui per *l. 2. C. eod.* introducebantur, hic unus tantum introducitur decem diebus propter labilem hominum memoriam, vel ita: Fatales dies, non in omnibus quibus fatus completur, sed decem dies fatales præcedentes, cum ipso fatali & alio quinque. Nam fortasse in calculo dierum erratur. Igitur ubicunque fatalis dies mentionem invenimus, decem dies præfiniuntur *Synops. d. c. 128.*

3 Appellationis causa quinquennii spatio finitur, ut cessante nihilominus altera parte, quæ victrix in provinciali judicio fuit, potestatem habeat, si quidem velit, etiam citius introducendæ causæ, & ita peragendæ, ut etiam absente parte quæ provocavit, lis definiatur. *Synops. d. c. 128.*

4 Ubi olim biennium dabatur ad introducendam appellationem in consistorio principali, per hanc legem datur annus, tam appellatori quam appellato, si voluerint causam introducere.

5 Epistolares, aut consultarii. *C. L. T. de consultation.*

6 *l. ult. §. 1. T. de appell.*

7 *Nov. 123. c. 1.*

8 Tempus quibus jus reddatur in consistorio principis, ipso jure non currat.

9 *Novel. 93. in fin. T. de legib. l. 4. §. de appell. l. 1. §. de appell. additi Novel. 49. Novell. 116. Cujac. 4. obs. 32. 36. obs. 11.*

10 Appellationis causa ob assistentiam in lis contestationem non vitiari, si modo in prima litis instantia contestata lis fuerit. Effectus enim litis contestationis datur post sententiam in causis appellationis, antequam per eum extinguatur aut suspenditur. *Decius in cap. per tuas 58. Exer. de appell. Rota decis. 307. Gabr. 3 tom. decis. 38. Ballesteros decis. 697.* Neque distinguitur, para sit præsens vel absens: ut si non necessaria fit litis contestatio in causa appellationis parte absente, præsente sit necessaria: & ita judicatum in Camera Spirensi refert Mynsing. 1. *obs. 1.* 11 Idque *jure communi Nov. 49.* An appellationis processus vitiatur ob missam litis contestationem, vid. *Mynsing. 1. obs. 2.* 12 Lite non contestata ad sententiam definitivam perveniri non potest, *ut hic, Dolores in 1. quoniam frequenter. Exer. ut lite non contestata.* Fallit in causa appellationis, nullitatis adnexa appellationi, si actor judicium fugit, & officio judicis cogitur in causa criminali, si judicium non diregitur adversus terram personam, si de libertate obtinenda agitur. *l. 1. §. 2. T. de diffinitione.* in beneficiorum causis. *c. 1. de nul. qui militior in palatio. in 6. vid. Socin. reg. 239.* 14 Delertor excusatus causa cognita.

15 Vid. *Cujac. ad Novell. 49. & 53.* 16 Tarditas sive mora judicis in querelam deduci potest.

17 Statuta in causis appellationis, locum habent in causa supplicationis, interpositæ à Præfecto prætorio. 18 Vid. *l. pen. T. de side instrum.* vid. *Cujac. ad Nov. 82.* 19 Jeri appellandi pactum renunciari. *l. 1. §. 3. ff. à quibus appellat.* Pactum valet, ut dies fatales non observentur. *Synops. Basil. d. c. 128. in fin.* 20 Potest convenire, ne ullum fatale servetur. 21 Imo est firmum. vid. *Roland. à Valle 1. cons. 29. n. 7. 18. 29.* 22 *l. 43. ff. de pact. l. 27. ff. de reg. iur. l. 1. T. fin. regund.*

TIT. LXIV.

QUANDO PROVOCARE NON EST NECESSE [23].

De sententia lata contra res judicatas, à quibus appellatum non est.

1. Imp. Alexand. A. Apollinari, & aliis.

Lata [24] sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod [25] contra [26] res prius judicatas, à quibus provocatum non est, lata sit. Cujus rei probationem si promptam habetis, etiam citra provocationis adminiculum, quod ita pronunciatum est, sententiæ auctoritatem non obtinebit. P. P. Kal. Aprii. Alex. A. Cons. 223.

De sententia lata contra jus institutionis, vel contra jus litigatoris.

11. Idem A. Capitaneis.

Si cum inter te & aviam defuncti quæstio de successione esset, judex datus à Præside provinciæ pronunciavit [27] *potuisse* [28] *defunctum etiam minorem quatuordecim annis testamentum facere, ac per hoc aviam potiorem esse*: sententiam ejus contra tam manifesti juris formam datam, nullas habere vires palam est: & ideo in hac specie nec provocationis auxilium necessarium fuit. Quod si, cum de ætate quæreretur, impleste defunctum [29] quartum decimum annum, & per hoc, *jure factum testamentum* pronunciavit, nec provocasti, aut post appellationis impletam causam destitisti: rem judicatam retractare non debes.

De Decurionatu, & Duumviratu.

111. Imp. Gordianus A. Ingenuo.

Si (ut proponis) suspensa apud Amplissimos Judices cognitione provocationis, quam te ob id interposuisse dicis, quod Decurio [30] nominatus esses, ad Duumviratum vocatus es: manifestum est præjudicium futuræ [31] notioni memoratorum Judicum fieri non potuisse.

Si Magistratus dentur judices.

IV. Impp. Valerianus & Gallienus AA. & Valer. C. Juliano.

Cum magistratus datos Judices, & [32] unum [33] ex his pronunciasse proponas: non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia jure non teneat.

De multis.

V. Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus AAA. Domitiano.

Certa ratione & fine [34] multare Præsides possunt. Quod si aliter, & contra [35] legis statutum modum provinciæ Præses multam vobis irrogaverit: dubium non est, id quod contra [36] jus gestum videtur, firmitatem non tenere, & sine appellatione posse rescindi. P. P. Id. Janu. Caro & Carino Conss. 283.

De die sententiæ.

VI. Iidem AAA. Germano.

Cum non [37] eo die, quo Præses provinciæ præcepit, Judex ab eodem datus pronunciaverit, sed ductis diebus alieniore tempore sententiam dedisse proponatur: ne ambages frustra interpositæ provocationis ulterius negotium protrahant, Præses provinciæ, supersititiosa appellatione submota, ex integro inter vos cognoscet.

De sententiis venalitiis.

VII. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. Nicagoræ.

Venales [38] sententias, quæ in mercedem à corruptis Judicibus [39] proferuntur, etiam citra interpositæ provocationis auxilium jam pridem à Divis principibus infirmas esse decretum est.

De Decurionatu.

VIII. Iidem AA. Constantino.

Si pater tuus, cum Decutio crearetis, non [40] consensit, & decimum quintum annum ætatis agis, aditus Præses provinciæ, si inhabilem [41] te ad eundem Decurionatus honorem esse perspexerit: quando hujusmodi ætati etiam prætermissa appellatione subveniatur, iniquam nominationem removebit.

De vacatione onerum, & munerum veterano concessa.

IX. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

Veteranis [42], qui in legione, vel vexillarione militantes, post vicesima [43] stipendia honestam, vel causariam [44] missionem consequuti sunt; onerum, vel [45] munerum personalium vacationem concessimus. Hujusmodi autem indulgentiæ nostræ tenore remunerantes fidam [46] devotionem militum nostrorum, etiam provocandi necessitatem remisimus.

De condemnatione impensarum omissa.

X. Imp. Justinianus A. Mennæ.

Omnem honorem [47] salvum Judicibus reservantes, si quando una pars quasi læsa per definitivam eorum sententiam, provocatione usa fuerit, interdicimus alteri parti, quæ vicit [48], pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro sumptibus [49] litis, vel detrimentis, vel minus quam oportuerat, jussa est, provocationem offerre: cum & ipsa decisionem litis recte factam esse confiteatur: Judicibus scilicet, sive florentissimis proceribus sacri nostri palatii, sive his quibus pro minore litium æstimatione consultationes delegantur, (si perspexerint adjuvandum [50] esse victorem sumptuum perceptione) etiam sine provocatione ejus, hoc statuentibus, & justam eorumdem sumptuum quantitatem definientibus. Sed nec occasione consultationis introducendæ victori provocare concedimus: cum & priscis legibus licet ei & sine provocationis auxilio eandem consultationem differente suo adversario introducere: & nos ei nihilominus hoc permittimus, injuriam ex supervacua provocatione judicibus fieri prohibentes. Dat. vii. Id. April. *Constantinop.* Decio V. C. Cons. 529.

23 *l. 5. ff. qui ex. sam.*

30 Causa propediciali impedit electionem ad munera. vid. *Nov. 134. c. 3. adde l. 7. §. 1. ff. de decurionib.*

31 Suspensio generis, suspenditur quælibet ejus species.

32 Sententia ab uno ex pluribus delegatis lata, non valet, & nulla est. Quid si potestas ea facta est ipsis delegatis, ut alter sine altero posset judicare? Quid si qui sententiam non tulit, jurat sibi non liquere? valere sententiam ab uno latam refert Socin. *reg. 353.*

33 Tantum sine aliis. Pluribus simul delegatis, sententia non valet ab uno tantum lata. *l. 39. ff. de re judic.* vid. *Odofred. c. 12. de sentent.*

34 Judex ultra modum suæ jurisdictionis multam non potest. *l. 20. ff. de jurisd. 7. T. de modo multarum. Oldendorp. c. 29. de sententiis.*

35 *l. 2. T. eod.*

36 Quod contra jus geritur, firmitatem non habet. *c. 64. & 82. de reg. in 6.*

37 Non valet sententia lata per judicem delegatum extra delegationis tempus, *ut hic*, nisi consensu partium dies prorogatus fuerit. *l. 2. §. 2. ff. de judic.*

38 Venalis sententia ipso jure nulla. vid. *Odofred. 7. de sent. & re jud. l. ult. T. de pœna jud. qui male. l. 13. in fin. ff. de judic.* Quid si arbitraria sit sententia, hoc est, à compromissario lata? Quid si ab uno ex pluribus judicibus pecunia corrupta lata? vales. Socinus *reg. 336.*

39 Quid si arbitro à paulo ante dixi.

40 *l. 1. T. ne filius pro patre. l. 1. T. quod cum eo qui in aliena.*

41 Minor ætate, vocatus ad decurionatum tutus est ipso jure sine appellatione: maxime si pater non consentit. *l. 6. §. 1. l. 11. ff. de decurionibus. l. 2. ff. de minor. & curatof. tenu. l. 8. ff. de muneribus. l. 2. in fin. ff. de juris immunit. l. 2. in fin. ff. de regulis.*

42 Veteranus habens immunitatem, vocatus ad munera personalia, non tenetur appellare. vid. *l. ult. T. de veteran.* adde *l. 2. T. de re militi. l. 8. §. 5. 6. ff. de excusat. tut. l. ult. T. de hac qui non impet. stipendia. Tacit. 1. Histor 2.* vid. *Cujac. 9. obs. 35.* 43 Vicesima stipendia militum. 44 *l. 2. §. 2. ff. de his qui mit. inter.*

45 Et, *Hadriander.* 46 Fida devotio militum. 47 Honor judici præstandus. 48 Victor, victa appellante, necesse non habet & ipse appellare: ob hanc unam causam, quod videlicet nulla, vel minor expensarum litis, & detrimentorum ratio habita sit, quotiam hoc sententia judicis, ad quem victus appellavit, fuppleri potest. 49 *T. de sumptibus & litium expensis.* 50 Judici appellationis data licentia est, appellantem in sumptibus non condemnatum, condemnandi. *leg. 39. vers. sanctimus T. de appellat.*

TIT. LXV.

QUORUM APPELLATIONES NON [51] RECIPIUNTUR [52].

De absente per contumaciam.

1. Imp. Antoninus A. Sabino.

Ejus, qui per contumaciam [53] absens: cum [ad] agendam causam vocatus esset, condemnatus est negotio prius summatim perscrutato, appellatio recipi non potest. P. P. Non. Jul. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De criminibus.

11. Impp Constantius, & Constans, AA. ad Hieroclem Consularem Syriæ Cœles.

Observare [54] curabis, Ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque [eorum, qui manifestam violentiam commiserunt,] argumentis [55] convictus [56], testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus [57] audia-

51 *l. 11. C. Theodos. 36. dixi 11. D. v.*

52 Hic titulus rarius in Gallia servatur: cum omni appellationi, propter supersticis reverentiam, deferatur: nisi sententia, ex constitutione regia executioni mandari possit, non obstante provocatione. *glos. §. 1. verbis. cujusta. de servitu. appellat. in Prag. mat. Rub. ff. in pragm. cauß glos. 3. num. 99. Bugnon. in legibus abrogat. doctor licit.* 53 Contumax non auditur appellans. *l. 4. in fin. T. l. 13. §. 2. T. de judiciis. Mev. 8. cap. 5. in fin.* 54 *leg. 7. Cod. Theod. eod.* 55 Convincendorum reorum tres modi, argumenta, testes, confessio. 56 Convictus & ignite confessus non appellat. Convictus non confessus: aut confessus quidem, sed vi tormentorum appellat. *l. 244. ff. de verb. significat.* 57 Confessus appellat. *Guid.* Vid. Zanger. *de Tortur. rerum cap. 5. num. 72.* Eiusque hac lex canonizata *cap. 41. concil. 2. q. 6. Aust.* Usum hujus l. vid. apud Groenewag. *de legib. abrogat. hic.* S. L.

audiatur appellans. Sicut enim hoc observari dispositum, ita æquum est testibus productis, instrumentisque prolatis, aliisque argumentis præstitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari. Datum v. Idib. Decemb. Leontio & Sallustio Conss. 344.

De officialibus.

III. Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Modestum P. P.

NUlli [1] Officialium *à sententia propris judicis* provocatio tribuatur: nisi [2] in eo tantum negotio, quod ratione civili super patrimonio forte apud proprium Judicem inchoaverit: scilicet ut in eo tantum negotio à sententia, ejus cui paret, Judicis, quisquis velit, Officialis appellet: quod per procuratorem [3] etiam persequi jure tribuitur. Dat. IV. Idib. Jun. *Cyzici*, Valentiniano & Valente AA. Conss. 365.

De causâ fisci, vel principis.

IV. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA. ad Olybrium P. V.

ABstinendum [4] prorsus [ab] appellatione sancimus, quoties fiscalis [5] calculi satisfactio postulatur, aut tributariæ functionis solenne munus exposcitur, aut publici, vel etiam privati (dummodo evidentis atque convicti [6]) redhibitio debiti flagitatur: [ut] necessario in contumacem [7] vigor judicianus excitetur. PP. Romæ, XV. Kalend. Septemb. Valentiniano & Valente II. AA. Conss. 368.

De executione sententiæ.

V. Imppp. Valens, Gratianus & Valentinianus, AAA. ad Thalassium Proconsulem Africæ.

AB [8] executione appellari non posse, satis & jure & constitutionibus cautum est: nisi forte executor sententiæ modum judicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, ut si res mobilis [9] est, ad quam restituendam executoris opera fuerit indulta: appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur, & [sequestro [10]] idoneo collocetur reddenda ei parti, pro qua facer cognitor judicaverit.

†. Quod si de possessione, vel de fundis executio [cessaverit,] & eam suspenderis provocatio, fructus omnes, qui tempore interpositæ provocationis capti, vel postea nati erunt, in deposito [11] collocentur, jure fundi penes eum, qui appellaverit, constituto.

†. Sciant autem provocatores, se vel ab executione appellantes, vel ab articulo [12], si eos perperam [13] intentionem cognitoris suspendisse ciaruerit, quinquaginta [14] librarum argenti animadversione multandos. Datum XII. Kalend. Febr. *Trev.* Valentre VI. & Valentiniano II. AA. Conss. 378.

De testamenta aperiendis, & de hæredibus in possessionem mittendis.

VI. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Hypatium P. V.

QUisquis [15] ne voluntas defuncti [16] testamento scripta resecretur [17], vel ne hi, quos scriptos paterit heredes [18], [in possessionem [19] mittantur,] ausus fuerit provocare, interpositamque appellationem is, cujus de ea re notio erit, recipiendam esse credideriat, viginti librarum argenti [20] multa, & litigatorem, qui tam importune [21] appellaverit, & judicem, qui tam ignavam [22] conniventiam [23] adhibuerit, involvat. Datum Non. April. *Trev.* Ausonio & Olybrio Conss. 379.

De Discussore & Rationali.

VII. Iidem AA. & Arcad. ad Pelagium Comitem rerum privatarum.

ANte [24] sententiæ tempus, & ordinem [25] eventus nec [26] à Discussore [27], nec à Rationali appellari liceat. Dat. XV. Kal. Mart. *Mediol.* Arcad. A. I. & Bautone Conss. 385.

De publico debitore.

VIII. Impp. Arcadius & Honorius AA. Comiti rerum privatarum.

ET [28] publicarum necessitatum, & privati æratii deposcit utilitas, ne commoda, quæ domui nostræ debentur callidis debitorum [29] artibus differantur. Quamobrem appellationes eorum rejecta, qui apertæ manifesteque convicti sunt: hoc observari præcepti hujus auctoritate censemus, ut ei quem constiterit esse publicum [30] debitorem, appellationis beneficium denegetur. Dat. III. [31] August. *Med.* Arcadio IV. & Honorio III. AA. Conss. 396.

1 l. 17. C. Theod. eodem.

2 Officialis delicti in officio suo commissi à suo judice condemnatus non appellat, *ut hic*. Quid si in causa rei sue sive patrimonii sui damnatus sit? potest appellare. *ut hic.*

3 Adde *leg.* 2. T. *de procurat. leg.* 10. T. *de appellat.* vide *leg.* 1. *ff. an per alium causæ appellat.*

4 *leg.* 19. C. Theod. eodem.

5 In causa fiscali condemnatus non appellat. adde *l.* 8. *in fin.* T. *eod.*

6 Convictus non est qui negat, nisi contrarium probetur. vid. *Mynsing.* 4. *obs.* 50.

7 *l.* 1. T. eodem.

8 Ab executione & executore, nisi modum excedat, non appellatur. *l.* 29. C. Theod. *eod. Symmachum* 1. *epist.* 25. *l.* 21. T. *de appellat. l. ab executore* 4. *ff. de appell.* vide *Roland. à Vall. l. consil.* 43. *n.* 7. *Wurmf.* 1. *pract.* 24. *n.* 10. adde quæ dixi ad *l.* 2. T. *de episcop. audientia.* Quid si executionis ipsius injuria reparari non potuit, nisi appelletur? Quid si non executio, sed interlocutoria sit, quæ vim definitivæ habeat? Quid si nulla definitiva post speretur? Quid si judex ab ipsa interlocutoria appellari permittat? Quid si pronunciatio de exequendo nota sit? appellari posse notat Socinus *reg.* 26.

9 In executionibus, res mobilis (si ab executoris injuria appellatur) non traditur actori, sed apud tertium deponitur: immobilis vero fructus sequestrantur.

10 Dixi T. de sequestratione.

11 *Ex pleno* vid *Isidor* Græci: his adde *l. ult. Cod. quibus ad libert. prætelat.* vide *Cujac.* 12. *observ.* 6. *Paul.* 5. *sentent.* 35. §. 2. si possessor condemnatus appellaverit, fructus sequestrantur. Symmachus in epistolis, *Sanctissimum munus sequestrationis mobilia, & fructusque percepti, ne abstrahantur indebite.* Quid si petitor sive actor appellaverit? non item sit, nisi fructus populitentur ab adversario. *l. Imperatores* 21. §. *ult. ff. de appellationib.* 12. Id est interlocutione. Jure canonico à quacunque interlocutione ex causa appellari potest. *cap. Nos illa* 2. 4. 6. eoque jure utimur. 13 Pœna injusti appellatoris quinquaginta argenti libræ. *l.* 10. *l.* 25. *C. Theod. l.* 6. §. 4. *T. de appellat.* adde *Wurmf.* 1. *pract.* 24. *n.* 24. 14 *d. l.* 10. *d. l.* 25. 15 Appellari non potest ab iniquo statuto, licet a sententia dicta ex hujusmodi statuto appellare liceat. *Bald. hic, & in cap. vigilante extra de appellat. Decimus reg.* 10. 16 *Diem functi*, *l.* 26. *Cod. Theod. eod.* 17 *l.* 26. C. Theod. *eod. ne testamentum reseretur & aperiatur, l. ult. ff. de appell. recip.* 18 *Edicto per D. Adrianum omnibus beneficium suppeditatur, cum fuerit*, &c. de ita scripto est in *d. l.* 26. de hoc edicto vide *leg.* 2. T. *de edicto D. Had. l. ult.* T. *de edict.* 19 Ne scripti heres in possessionem mittatur, non appellatur: & punitur tam appellans, quam appellationi deferens. vide *l. unic.* T. *si de moment. temp. possessionis.* vide *Wurmf.* 1. *pract.* 24. *exp.* 12. 20 *Auri*, *d. l.* 26. 21 *Imperatoria appellatio, ut hic, callida, l. ult.* T. *eod. moratoria*, *l.* 1. C. Theod. *eod. superflua*, *l.* 42. C. Theod. *de appellat.* 22 *Ignave*, *d. l.* 26. 23 *Cunctationibus*, *d. l.* 26. 24 *Ante eorum sententiæ*, &c. *l.* 29. *Cod. Theod. eod. usq; hæredibus.* 9. *Eod.* 1. 1. 78. adde *l.* 8. §. 3. T. *de appellat.* vid. *Mynsing.* 4. *obs.* 43.

25 Appellari à sententia interlocutoria jure civili non posse hinc colligunt, ut ex *l. unica* 2. *ff. de appel. recipiendis*: nisi appelletur à causore vel à quæstione, vel ab excommunicatione, vel à casteris denique omnibus quæ citra appellationem reparari non possunt, aut sane nonnisi difficulter reparari possunt. Idem censent, quoties interlocutoria ad negotium principale & substantiam negotii refertur: aut si judex actorum copiam deneget. *l.* 2. T. *ut lite pendente.* Idem etiam putant, si executio totius sententia rejecta fuerit. *l.* 1. §. *si quis tutor.* 1. *ff. quando appellandum*: ut & si sententia super legitimatione personæ lata: si judex fideiussorem idoneum esse pronunciavit. *l. arbitro* 9. *ff. qui satisdare*, si minori sine curatore solvi jubeat. *l. ait prætor* 7. §. 2. *vers. permittitur. ff. de minoris.* aut probationes admittat vel deneget, si interlocutoria executionem mereter: si sententia lata in causa momentanea possessionis sit. *Bart. hic.* vide Duenatum *reg.* 34. 26 Imo licet ab interlocutoria appellare. *l.* 2. *ff. de appell. recip.* Goth. Et jure Canonico ante definitivam permittitur appellatio. *cap. ut debitus.* 59. *& cap. cum causam* 62. *& seq. extr. de Appell.* Adde Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. & *sess.* 13. *cap.* 1. *De Reformatione.* Ant. 27 *l.* 26. T. *de appell.* vid. *l. ult.* T. *de discussoribus.*

28 *l.* 32. C. Theod. *eodem.* 29 Publicus debitor, manifeste convictus non appellat.

30 *Adde l.* 4. T. *eod.* 31 Dat. IV. Id. Aug. C. Theod.

TIT. LXVI.

32 EX. C. 25. Dixi ad XII. D. XXII. *l.* 2. *ff. quæ sent. sine appellat.*

33 Ejus qui appellavit, scil. vel ejus contra quem appellatum, vel hominis controversi.

SI PENDENTE [33] APPELLATIONE MORS [33] INTERVENERIT.

Instantia causæ appellationis transit ad heredem. Bart.

1. Imp. Alexand. A. Juliano.

ETIAM post mortem ejus, qui [34] appellavit, necesse est heredibus ejus, vel reddere causam provocationis, vel statutis acquiescere. PP. III. Non. Decemb. Alexand. Conss. 223.

34 Omnis instantia appellationis transit ad appellatoris heredes. Appellans tenetur heredes appellari citare: at non è contra. vid. *Roseff. in prax. cons. Giess.* 3. *num.* 97.

11. Idem A. Marcellinæ.

EJus, qui requirendus [35] annotatus appellavit, & ante actam causam mortuus est, bona [36] ad successorem pertinere, Patronibus meis placuit. PP. III. Non. Decemb. Alex. Conss. 223.

Expressa ademptio bonorum morte appellantis non perimitur: secus in tacita. Bald.

III. Idem A. Ulpio.

SI is, qui ademptis bonis in exilium datus est appellaverit, ac pendente provocatione defunctus est: quamvis crimen in persona ejus evanuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum [37] interest, utrum capitalis pœna irrogata bona reo quoque adimat, quo casu morte ejus extincto crimine, nulla quæstio superesse potest: an vero non ex damnatione [capitis,] sed speciali Præsidis sententia bona auferantur: tunc etenim subducto reo, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente quæstione. PP. VI. Id. Mart. Modesto & Probo Conss. 229.

Causa appellationis interpositæ à munere nominationis morte appellantis expirat. Paul. de Cast.

IV. Imp. Gordianus A. Alexandro.

SI pater tuus ad Decurionatum [38] evocatus appellationem interposuit, eaque pendente concessit in fatum, honoris ejus quæstio morte finita est.

Licet moriatur ancilla petita cum peculio: durat tamen causa appellationis propter peculium. P. de Cast.

V. Idem A. Felici.

QUamvis ancilla [39], de cujus dominio disceptabatur, & à Rectore provinciæ contra te jus dictatum fuerat, in fatum concesserit: tamen cum appellationem super ea re interpositam fuisse, & in numero [40] cognitionum pendere proponas, ea provocatio suo ordine [41] propter peculium ancillæ audiri debet.

Ultra tempus, quod datur ad prosequendam appellationem datur hæredi appellantis quatuor menses. T. de Cast.

VI. Imp. Constantinus A. ad Bassum Præf. urbi post alia.

SI [42] unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione [43] defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes ejus habeant, sed etiam alios quatuor [44] menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post lapsum ejus temporis quatuor [45] mensium numerabitur [spatium:] ne ignorantes negotium, vel etiam super adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis affici compellantur. PP. XIII. Kalend. Jun. *Sirmio*, Crispo II. & Constantino II. CC. Conss. 321.

ne: quemadmodum & *rei ipsi prodesse* dicuntur nondum crimine liberati. 41 Id est, serum ordine introductionum. 42 Appellantium unus defuncto, heredes ejus quatuor alios menses habent. Non de hereditate adeunda deliberare possunt, ac desinopes, vel accipere & exercere appellationem, vel non accipere, *ut hic. Synops. Basil.* 9. *tit.* 1. *c.* 148. 43 *l.* 5. T. *de appellat.* 44 Vid. *l.* 39. *ff. de re jud.* 45 Ultra tempus concessum appellanti ad exercendam appellationem, heres ejus quatuor menses habet, qui non curavit ex morte defuncti: sed ex quo scitum est tempus heredi deliberandi causa datum, vide omnino ad hanc constitutionem Cujac. *c.* 18. *& præscript. verb. Quinimo est, ubi de temporib. exequenda & agenda appellationis.*

TIT. LXVII.

DE HIS, QUI PER [46] METUM JUDICIS NON APPELLARUNT.

1. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Dorophani.

SI contra te jure pronunciatum est, nec appellationis auxilium imploratum est, intelligis acquiescere te statutis oportere. In facto [47] enim comitatu nostro timere nihil potuisti. S. XV. Kal. Jun. *Philippopoli*, AA. Conss.

Qui propter timorem vianum omittit appellare, videtur sententia acquiescere. Paul. de Cast.

II. Imp. Julianus A. Geminiano [48].

HIs [49], qui tempore competenti non appellant, redintegranda audientiæ facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra Præfectos urbi, [Magistros officiorum,] vel Magistros militum, seu Proconsules, seu Comites [50], seu Præfectos Orientis, [seu Vicarios Augustales,] vel alium judicem sub [51] specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, à revocanda lite repellantur [52]. †. Qui vero vim sustinuerunt, contestatione [53] publice proposita: intra dies videlicet legitimos, quibus appellari [54] licet, causas appellationis evidenti affirmatione distinguant: ut hoc facto tanquam interpositis appellatione iisdem æquitatis administratione tribuantur. Emissa XV. Kal. Jul. [55] Maximino & Nevita Conss. 362.

46 vi. C. Theod. 38. *propter*, Hal.

47 Ubi primum, ibi securitas: ibi etiam cessat justi timoris præsumptio. *l. ab. ff. quod metus causa.*

48 *Ad Germanum*, *l.* 30. C. Theod. *de appellat.*

49 *l.* 30. C. Theod. *de appellat.*

50 Metuebatur, ita legendum est, Comites Orientis, seu præfectus Augustalis, seu vicarius vel alium judicem. *d. l.* 30. vid. Cuj. 8. *obs.* 21.

51 Qui vana timore non appellat, sententiæ videtur acquiescere.

52 Adde ex *l.* 30. *Nisi cum moderatione temperitiam, nullus temere*

debet judex provocationis perfugium jurgantibus denegare. 53 Qui justo metu doctus non appellat, intra tempora appellationes coram notario protestari debet, per se non stare quominus appellet. Hujusmodi protestatio vim habet appellationis legitimæ. vide *Mynsing.* 4. *observ.* 44. 47.

54 *Appellare*, *d. l.* 30. 55 *Jun. d. l.* 30.

TIT. LXVIII.

SI UNUS EX PLURIBUS APPELLAVERIT [56]. *Ubi eft defensio communis, & eadem ratio vincendi, appellatio unius omnibus prodest, sed restitutio minoris non suffragatur majori. Bald.*

1. Imp. Alex. A. Licinio.

SI Judici probatum fuerit, unam [57] eandemque condemnationem eorum quoque, quorum appellatio justa pronunciata est, fuisse, nec diversitate factorum separationem accipere, emolumentum victoriæ secundum ea, quæ [sæpe] contigit, [sunt,] ad te quoque, [qui nec provocasti] pertinere non ignorabit. PP. XIV. Kal. Septemb. II.

II. Idem A. Sereno.

SI in una [58] eademque causa unus appellaverit, ejusque justa appellatio pronunciata est: ei quoque prodest [59], qui non appellavit. Quod si ætatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, major, qui suo jure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest.

TIT. LXIX.

SI DE MOMENTANEA [60] POSSESSIONE FUERIT APPELLATUM [61].

Sententia lata in possessorio etiam appellatione interposita, statim restituitur efficitum: ita tamen possessio reformatur, ut quæstio proprietatis integra servetur. Bald.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA ad Eusignium P. P.

CUm [62] de possessione [63], & [ejus] momento causa dicitur,

56 Et obtinuit in causa appellationis, ejus victoria eorum prodeb.

57 *l.* 2. T. *de appellat. l.* 1. T. *de reformat. reseript.*

58 *l.* 1. T. *ad Goth. Totam hanc & seq. tit. Gratianus refert in cap.* 41. *caus.* 2. q. 6. Aut.

59 In Gallia non prodest. Nam quilibet tuetur appellans. vid. *Boff. in prooem. tit. ff. §. 3. num.* 38.

60 *Momentaria*, Hal. *si de momento fuerit appellatum*, 11. C. Theod. 37. Momenti est ubi res reformatio, & restitutio posfessionis per eum, aut alio modo datur, certi aut interpellationis aut interpellationis.

61 Momentaria possessio est, quæ ita tenetur, ut si quis velit, contradictorem in jus vocare possit. *Cujac. 8. obs.* 36.

62 *l. un. C. Theod. eod.* 63 Mitti in possessionem si quis velit, contradictorem in jus vocare cogitet: qui si cumpareat, & missionis tempore expulsus non appellaverit, ad contradictionem posthac non admittitur, *ut hic.* de quo vid. Socinus *reg.* 163.

etsi [8] appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possessionis reformationem [9] fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur. Dat. XIV. Kal. Decembr. *Mediolan.* HONOR. N. P. & EUODIO, CONSS. 386.

1 In exteris est momenti reformatio, *l. 14. §. de appellat.* ut appellatione cessante non possit. Symmachus *l. epist.* In causis quibus momenti reformatio postulatur, appellationes recipi non oportet. A sententia, quæ causam possessionis dirimit, non licet appellare: ne quod beneficio celeritatis invenisse est, subdatur injuriis tardietatis. *l. 22. Cod. Theod. quorum appellationes.* vid. *Pharaonem l. prælitt. 24. observ. 12.* Sic appellare licet à causa momentanea possessionis, ubi moneta est injustitia: sed & injuria per sententiam illatæ reparari non potest: quoties melior est causa possidentis (in turpi causa) ubi missio facta est ex secundo decreto: ubi sententia super fructibus & eo quod interest lata. vide Socinum *reg. 18.* in Gallia sententia possessorii (*recreditum vocant*) executioni mandari potest, non obstante appellatione. *Imbert. in Enchirid. in verbis. De minor. Rebuff. in prax. const. gall. §. num. 101.* Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Rafelanz. *decis. Ultraject. 10. num. 7.* Cujac. *1. obs. cap. 30.* ANT. 2 Reformari id dicitur quod restituitur.

TIT. LXX.

3 Titulus ita conceptus est in Codice Theodosiano, *De possessione ab eo, qui hic provocavit, restituenda. l. 11. tit. 38.* adde *l. 122. §. 5. ff. de verb. obligat. Nov. 82. cap. 5.*

NE LICEAT IN UNA EADEMQUE CAUSA TERTIO 3 PROVOCARE 4, VEL POST DUAS 5 SENTENTIAS JUDICUM, QUAS DEFINITIO PRÆFECTORUM ROBORAVERIT, EAS RETRACTARE.

Qui succubuit in duplici appellatione, non potest tertio appellare super eisdem articulo, & etiam supplicare. Bart.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quis in quacunque lite iterum provocaverit, non licet ei tertio [6] in eadem lite super iisdem capitulis provocatione uti, vel sententias excellentissimorum Præfectorum prætorio retractare [7]: licentia danda litigatoribus, arbitro dato, ipsius audientiam qui [8] eum dedit, ante [9] litem contestatam invocare: & hujusmodi petitione minime provocationis vim obtinente.

4 In eadem articulo scilicet. vide *Pharaonem 1. prælit. 24. cap. 25.*

5 Velut si appellavero à duumviro ad præsidem, à præside ad præfectum urbi.

6 Appellare tertio in una eademque causa non licet, permitti notat Bartolus *hic.* vid. Socinum *reg. 328.*

7 Retractatio est pro appellatione.

8 A sententia judicis dati appellatur ad eum qui dedit. *l. 1. ff. quis & à quo appell.* 9 Recusato judice non est appellatio.

TIT. LXXI.

QUI [10] BONIS [11] CEDERE [12] POSSUNT.

De effectu cessionis.

1. Imp. ALEX. A. Irenæo.

QUI bonis cesserint, nisi [13] solidum creditor recepérit, non sunt liberati. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne judicati detrahantur in carcerem [14]. P. P. XII. Kal. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De eo, qui solvere paratus est.

11. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Abascanto.

SI quantitatem, quam licet Reipublicæ condemnatus debebas, inferre paratus es: frustra vereris, ne [15] verbum [16] *bonorum cessionis* temere à te prolatum, privare te necdum [17] distractis [18] facultatibus, juris rationibus possit. P. P. XIII. Kalend. Februar. PHILIPPO A. & RETIANO [19] CONSS. 246.

10 An formina hanc cedere possit? vid. *l. 7. §. ad.* An socialis, minor, obligatus ad fidejussorem, mercatur qui bona cessit, bona qui aut confecit inventarium, debitor nulla molestia à creditoribus affectus, excommunicatus, fidelima ob vectigalia & collectas non solutas: Doctor, miles, obligatus in specie debitor, si creditorem habeat pauperiorem: spoliatus bonis in bello vel propter bellum: hominis bonis restituto: Debitor divus condemnatus pro delicto, vid. quod Martin. Brunem. *tract. de cessione bonor. 4. q. 1.* ubi alias quoque quæstiones proponit ante Socin. *reg. 46.* ubi fundum causa cessionem in quibus cessio bonorum non admittitur.

11 *Qui bonis cessit non potest postea solvere pecuniam. 4. Cod. Theod.* Lex Julia cessionem lex *4. ff. ad.*

12 Dixi XXII. D. *tit. Novel. 135.*

13 Qui bonis cedit, desino ipso jure liberatur ipso jure, sed solo carere: potest enim rursus a creditoribus convenire, *l. 7. ff. ad. Syngf. Basil. 7. tit 8. ex tit. 5. cap. 8.* Quid, tenetur tantum quatenus facere possit? tenetur. §. *cum a quibus 40. Inst. de act.* Excipe quantum ossis de quibus vide Socin. *reg. 47.*

14 Vinculis & verbera proposita erant in eos, qui creditoribus fidei fatis non fecerant, ut *hic. & l. ult. l. 1. t. Cod. Theod. ad.* vide quæ scripsi ad leg. XII. Tab. *tit. de furt. in fin.*

15 Bonorum facultas cessio, si res adhuc est integra, adhuc integris.

16 Adde *l. 7. ff. ad l. Jul. majest.*

17 Id est, re integra.

18 Qui bonis, distractionem bonorum patitur. *l. 3. l. 5. ff. ead. l. 11. T. ex quib. caus. infam.* adde *Novell. 135.* dixi ad leg. XII. Tab. *tit. 20. §. 17.*

19 Titiano.

20 Cessio bonorum facta à patre, ad bona liberorum ejus non extenditur.

21 Debitor principis, bonis potest cedere, *l. 1. in princ. T. ead.*

22 Lege Julia beneficium bonorum cessionis introductum. *Cod. Theod. ead. vid. Callist. 2. Parerg. 4.*

23 Facta bonorum cessione, creditores bona debitoris authoritate sua jure dominii detinere non possunt.

24 Publice scilicet.

25 Id est, si nondum res propria debitoris fuerit.

26 *l. 9. §. tit. proxim.*

27 Vide *l. 31. ff. de usucap.*

28 Debitoris bona creditoribus in solutum dari possunt.

29 Facit *l. 12. in fin. T. de crimin. & denic. l. 17. T. de reficend. vend. l. 16. ff. de muneribus, l. 9. §. de cessat. monetarum.* 30 Erittanium scilicet.

31 *l. 2. Cod. Theod.*

32 Videtur cessio bonorum olim facta solemnibus verbis.

33 Nulla valuntas, *l. 1. 2. l. ult. ff. ead.* vid. *Florentinum 2. falsell. 27.*

34 *Filiusfamilias* bonis possunt cedere.

35 Vid. *Cujac. 13. obs. 28.*

dus est propter injuriarum timorem ad cessionis [35] flebila veniens adjutorium, quare filiisfamilias utriusque [37] sexus hoc jus denegamus: cum apertissimi juris est, & inter patresfamilias & inter alieno juri subjectos, si quid postea [38] eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo avelli. Dat. X. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulat. LAMPAD. & ORESTIS, VV. CC. 531.

Si quidam ex creditoribus inducias dare & alii bonorum cessionem accipere velint.

VIII. Idem A. Joanni P. P.

CUm [39] solito more à nostra majestate petitur, *Ut ad missibale [40] cessionem bonorum homines veniant auxilium, & electio detur creditoribus, vel quinquennale [41] spatium eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, sol vis [42] eorum videlicet existimatione, & omni corporali cruciatu sumto [43]:* quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus voluerint quinquennales dare inducias, alii autem jam nunc cessionem accipere velint, qui audiendi sint? In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum, quod sentimus, & quod humaniorem sententiam [44] pro duriore eligimus, & sancimus, ut vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa judicetur. †. Et si quidem unus creditor aliis omnibus gravior [45] in summa debiti inveniatur, ut omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, sive indulgere tempus, sive cessionem accipere desiderat. Si vero plures quidem sint creditores, ex diversis autem quantitatibus: etiam nunc ampliori debiti cumulus minori summæ præferatur, sive par, sive discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti causa trutinetur. Pari autem quantitate debiti inventa, dispari vero creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtineat: ita ut quod pluribus [46] placeat, hoc statuatur. Sin vero undique æqualitas emergat tam debiti, quam numeri creditorum, tunc eos anteponi, qui ad humaniorem [47] declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias: Nulla quidem differentia inter hypothecarios, & alios creditores quantum ad hanc electionem [48] observanda; in rebus autem officio Judicis pertiendis, suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum præstabit regula: Nullo præjudicio creditorum cuiquam ex quinquennii dilatione circa temporalem [49] præscriptionem generando.

35 Flebilis ad cessionem admittitur. vid. *l. 6. in fin. T. l. 4. ff. ead. l. 1. T. ne pro dote mulieris, bona quæ.* Alias sunt causæ possessionis bonorum rei servandæ causa, para si quis fraudationis causa latitet ne in jus vocetur. vid. *l. 9. T. ead.* aut vocatus non veniat, nec defendatur. *l. 2. ff. quib. ex caus. in poss.* si exilii causa solum verterit, nec defendatur. *l. 13. ff. de min.* si heres fatidare jussus non fatisfecit. *l. 15. ff. de rebus auctor.* adde *Cujac. 10. observ. 31.* 67 Statim fcil. 68 *l. 7. de jure dominii imperandi. l. 4. T. tit. prox. l. 14. T. de pactis.* 69 Hypothecarii creditores præferuntur chirographariis. vid. quæ dixi ad *l. ult. in fin. T. tit. prox. l. 9. §. qui pot.* 70 *l. 5. §. ead.*

sententia, duriore rejecta, præferenda est & eligenda. 45 Facit *l. 10. ff. de pactis.* 46 Quod pluribus in bonorum cessione concedenda placet, admittendum. 47 *l. 3. in fin. ff. de his quæ in testamento:* dixi ad *l. 56. ff. de reg. jur.* 48 Secus quod ad jus debiti consequendi. *l. 1. ff. ead. l. 6. §. tit. prox.* Goth. An & quatenus majori parte creditorum consentiente in indulgiarum concessione, aut debiti remissione minor pars sequi debeat: vid. Cæsar. *Sueccinf. noster. lib. 4. cap. 44. num. 4. & segg.* S. L. 49 Dilatione pendente præscriptio ad versus creditores non currit.

TIT. LXXII.

DE BONIS [50] AUTHORITATE JUDICIS POSSIDENDIS [51], SEU VENUNDANDIS, ET DE SEPARATIONIBUS BONORUM.

1. Imp. ANTONINUS A. Atticæ.

IN bonis mortui potiorem esse causam legatariorum, qui eum (utpote heredem) convenire potuerunt [52]: quam eorum [53], quibus ipse [heres] legavit, manifestum est: cum prius legatum quasi [54] æs alienum exigatur: legatum autem à mortuo relictum, post [55] debiti detractionem inducatur.

Creditores defuncti impetrant separationem à bonis, & fidem heredis non sunt secuti. Paul. de Cass.

II. Imp. GORDIANUS A. Aristoni.

EST jurisdictionis tenor promptissimus, indemnitatisque remedium Edicto prætoris creditoribus hereditariis [56] demonstratum, ut quoties leparationem [57] bonorum postulant, causa cognita impetrent. Reportabis igitur convenientem desiderii tui fructum, si te non heredum fidem [58] secutum, sed ex [59] necessitate [60] ad judicium eos provocare demonstraveris.

III. Idem A. Claudianæ.

EX contractu, qui cessionem rerum antecessit [61], debitorem contra juris rationem convenies, cum eum æquitas auxilio exceptionis [62] muniat. At tunc demum iterato possis desiderare conventionem, cum [63] tantum postea quæsivit, quod Præsidem ad ejus rei licentiam debeat promovere.

IV. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Clarianæ.

INcivile est, quod postulas, ut unus ex chirographariis [64] creditoribus debitoris bona compellatur [65] suscipere, satis [cæteris] ejus creditoribus facturus.

V. Idem AA. & CC. Acyndino.

SI bona debitoris tui vacare [66] constet, & hæc à fisco non agnoscantur, in possessionem eorum mitti te à competente Judice recte postulabis. XVII. Kal. Januar. * CONSS.

Creditores hypothecarii chirographariis præferuntur. Bald.

VI. Iidem AA. & CC. Agathomaro.

PRo debito creditores addici [67] sibi bona sui debitoris non jure postulant [68]. Unde, si quidem debitoris tui cæteri creditores pignoti ses acceperunt, potiores eos, quam [69] te chirographarium creditorem haberi non ambigitur. Quod si specialiter, vel generaliter nemini probentur obligatæ, ac sine [70] successore communis debitor, vel ejus heres decessit: non dominii rerum vindicatione, sed possessione bonorum, itemque venditione æquali portione, pro [71] rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

Ubi creditor succedit debitori pro parte: pro ea parte debitum confunditur, & non ultra, nisi esset relictum animo compensandi. Bald.

VII. Iidem AA. & CC. Domno.

SI uxor tua pro [72] triente patruo suo heres [73] exstitit, nec ab eo [74] quicquam exigere prohibita est, debitum à coheredibus pro parte heredem non habet, creditores in possessionem mittuntur. vid. *l. 6. in fin. T. l. 4. ff. ead. l. 1. T. ne pro dote mulieris, bona quæ.* Alias sunt causæ possessionis bonorum rei servandæ causa, para si quis fraudationis causa latitet ne in jus vocetur. vid. *l. 9. T. ead.* aut vocatus non veniat, nec defendatur. *l. 2. ff. quib. ex caus. in poss.* si exilii causa solum verterit, nec defendatur. *l. 13. ff. de min.* si heres fatidare jussus non fatisfecit. *l. 15. ff. de rebus auctor.* adde *Cujac. 10. observ. 31.* 67 Statim fcil. 68 *l. 7. de jure dominii imperandi. l. 4. T. tit. prox. l. 14. T. de pactis.* 69 Hypothecarii creditores præferuntur chirographariis. vid. quæ dixi ad *l. ult. in fin. T. tit. prox. l. 9. §. qui pot.* 70 *l. 5. §. ead.*

71 Pro rata debiti, chirographarii creditores pretium ex bonis debitoris redactum inter se partiuntur. 72 Heres particularis non repræsentat defunctum, nisi quatenus est heres: ut non in majorem quantitatem confundatur actio. 73 Pro rata quæ creditor fecerit, confunditur actio. 74 *l. 6. T. de hered. Inst.*

50 *De rebus, XLII. D. v.*

51 In Gallia non mittuntur actores in possessionem bonorum, maxime in causa beneficiis, uti Rebuffus notat *prænot. const. gall. §. n. 10.*

52 *l. 23. in fin. ff. ut in possess.*

53 Legatarii defuncti priores sunt legatariis heredis, atque ita ordo est inter legatarios diversorum testamentorum, quia legatarii prioris testamenti, respectu legatariorum secundi testamenti, quasi creditores censentur.

54 Legatum, quasi res alienum.

55 Legatum detractio ære alieno solvitur.

56 *l. 6. in fin. T. de hered. act.*

57 *l. 1. §. 1. ff. de separationibus.*

58 Creditores defuncti separationem à bonis heredis impetrant: aisi heredis fidem sunt secuti. Quæ ita? quia qui fidem heredis sequitur, cum herede contrahit: ideoque creditor est heredis.

59 Necessitate qui litigat adversarium non probat.

60 Facit *l. 1. §. 15. l. ult. ff. de separation.* vid. *Cujac. 10. obs. 25.*

61 *l. 7. T. tit. prox.*

62 Exceptio cessionis. §. *ult. vers. ecce enim. Inst. de replic.*

63 *l. l. 7.*

64 Quid in hypothecariis? idem. *Bald. hic.*

65 *l. 2. §. 3. ff. de curatore bonis. dando.*

66 Mori si pro herede non habet, creditores in possessionem mittuntur. vid. *l. 6. in fin. T. l. 4. ff. ead. l. 1. T. ne pro dote mulieris, bona quæ.* Alias sunt causæ possessionis bonorum rei servandæ causa, para si quis fraudationis causa latitet ne in jus vocetur. vid. *l. 9. T. ead.* aut vocatus non veniat, nec defendatur. *l. 2. ff. quib. ex caus. in poss.* si exilii causa solum verterit, nec defendatur. *l. 13. ff. de min.* si heres fatidare jussus non fatisfecit. *l. 15. ff. de rebus auctor.* adde *Cujac. 10. observ. 31.* 67 Statim fcil. 68 *l. 7. de jure dominii imperandi. l. 4. T. tit. prox. l. 14. T. de pactis.* 69 Hypothecarii creditores præferuntur chirographariis. vid. quæ dixi ad *l. ult. in fin. T. tit. prox. l. 9. §. qui pot.* 70 *l. 5. §. ead.*

pro [1] besse petere non prohibetur: cum ultra [2] eam portionem, qua succesit, actio non confundatur [3]. Sin autem coheredes solvendo [4] non sint, separatione postulata, nullum ei damnum fieri patiatur. Dat. Kal. Decembr. AA. Conss.

VIII. Idem AA. & CC. Ælidæ.

IN possessionem rei servandæ uxor defuncti, vel alii creditores missi, dominium [5] ex ea causa tenentes adipisci minime possunt.

Si citatus debitor comparet, ordinarie proceditur contra eum ad sententiam ferendam, & exequendam, si non comparet, procedituur ad missionem, & venditionem. Bald.

IX. Idem AA. & CC. Teruncio.

CUm proponas, eum, contra quem supplicas ex administratione negotiorum tibi obligatum, hunc secundum juris rationem adito Rectore provinciæ potes convenire. Nam si [6] ad circumscriptionem [7] tui juris latitat, nec defenditur, & eum *tuum esse debitorem* constat: ad exemplum Edicti, bonorum [8] ejus possessionem poteris impetrare. Tempore autem transacto, etiam venditionem eorum à competenti Judice postulare non prohiberis. Datum XIV. Kalend. Septembr. Diocl. et Maxim. AA. Conss.

In Authent. de exhib. & introducend. reis. §. si vero semel. col. 5. tit. 8. al. 6. Novell. 53. cap. 4.

ET *qui jurat* [9] se ventutum ad Judicem, *si se subtraxerit, Judex ipse si administrator sit, vel u, qui Judicem dedit, jubeat eum exuberi. Si vero animo absit, examinet Judex, ubi sit, inducia* [10] *data, intra quam si non occurrat, secundum unam partem examinatæ relationis mittet actorem in possessionem rerum ejus juxta* [11] *mensuram declarari debere* [12]. *Quod si redeat* [13], *antequam prosequatur causam, refarciat actori omne damnum: præstabisque fidejussorem de lite prosequenda, & res suas suscipiet.*

Missa non ex creditoribus in possessionem ex primo decreto, cæteri venientes debito modo, & congruo tempore, videntur in possessionem missi. Bald.

X. Imp. Justinianus A. Joanni P.P.

CUm apud veteres quæstionem ortam invenimus super pecuniis debitis, pro quibus hypothecæ non sunt constitutæ, propter res ad debitorem pertinentes, dum is severiores creditores formidans, sese celaverit, & illi de rebus ad eum pertinentibus competentia ingrediantur judicia, postulentque in possessionem rerum sese transmitti: si [14] etiam alii creditores, quibus obnoxius esse videtur, possint quandam habere communionem in rerum possessione: hujusmodi dubitationem amputantes, censemus per præsentem divinam generalem constitutionem, Ut si non omnes hujusmodi debita prætendentes, sed ex his certi ab judiciali sententia in possessionem rerum mittantur, non solum hi, sed etiam [15] alii omnes talia debita prætendentes, eadem commoditate potiantur, ut possint cum prioribus rerum detentatoribus communionem habere in rebus, de quibus (sicut superius declaratur) probata fuerit sententia. Quid enim justius est, quam [16] omnes, qui ad res debitoris mitti debent, esse participes hujusmodi commoditatis? Ut autem non in perpetuum aliorum negligentia illis, qui pro suis debitis alacriores creditoribus aliis ostendantur fuisse, prægraventur: rectius nobis esse videtur, tunc communionem habere in possessione rerum alios creditores, qui non hoc pervenisse noscuntur, cum præsentes [17] quidem in una eademque degentes provincia, in qua & possessores rerum commorantur, intra duotum annorum spatia, absentes [18] autem intra quadriennium creditoribus possessionem antelato modo detinentibus suum debitum certum [19] faciant, & expensas [20] secundum quantitatem debitorum persolvant eis, qui sententiam consecuti sunt, per factamentum [21] eorum manifestandas, qui eas adipiscendæ gratia possessionis rerum fuerunt: quia & secundum debita satis eis fieri, explorati juris est. Post [22] completum autem memoratum tempus, nullam eis esse licentiam eos, qui possessionem adepti sunt, molestare, vel aliquibus damnis afficere: actiones autem, quas ex legibus sibi competere putaverint: contra suos exercere debitores. §. 1. Sin autem hi, qui detinent possessionem, vel ex sententia Judicis res vendiderint, vel alio quocunque legitimo modo omne jus, quod in iisdem rebus habere noscuntur, in alias personas post definitum à nobis [23] tempus transtulerint [24], & certas pecunias acceperint: quicquid superfluum inventum fuerit, & amplius quam eis debetur, hoc modis omnibus necesse est eos præsentibus tabulariis signate, & in cimeliarchio [25] sanctæ Ecclesiæ illius civitatis, in qua hujusmodi contractus celebratur, deponere: attestatione videlicet prius per memoratos tabularios conscribenda: præsente etiam eo, qui res eas vendidetit, vel in alias personas transtulerit, ut per eam manifestetur tam quantitas pecuniarum, quæ pro venditione rerum, vel translatione præstitæ sunt: quam earum, quæ superfluæ post dissolutum debitum inveniantur: ut si quis postea creditor apparuerit, & debiti cautionem ostenderit, possit ex eis satis sibi facere: prius scilicet Rectore provinciæ sine aliquo damno causæ faciente examinationem, & non concedente nec viros reverendissimos œconomos, vel cimeliarchas [26] sanctæ ecclesiæ, in qua pecuniæ deponuntur, aliquod detrimentum, vel dispendium sustinere: per suam autem interlocutionem creditorem præcipiente secundum modum debiti ex depositis pecuniis suum accipere debitum. Ut autem non liceat creditoribus in [venditione, vel] translatione rerum dolum, vel alienam machinationem, vel circumscriptionem facere: jubemus attestationem super hoc celebrandam, apud Defensorem locorum, gestis intervenientibus, insinuari, sive tantum ex pretio, quantum debetur, sive plus, sive minus colligitur: & præsentibus non tantum (sicut dictum est) tabulariis, sed etiam viro reverendissimo cimeliarcha [27]: Apud quem (si ita contigerit) superfluæ pecuniæ signatæ deponendæ sunt: jusjurandum [28] sacrosanctis euangeliis propositis venditore, vel translatore rerum præstante, *quod neque per gratiam comparis, vel ejus ad quem res jure cessionis transferuntur, nec aliquo dolo intervenisse minorem justo pretio rerum quantitatem acceperit, sed eam, quam revera eum omnis studia paruerit invenire.* Dat. xv. Kalend. Novemb. *Constantinopoli* post consulatum Lampadii & Orestis virorum clarissimorum anno secundo 532.

TIT. LXXIII.

DE PRIVILEGIO FISCI [29].

Res paraphernales uxoris non obligantur fisco ex mariti primipilatus officio. Salic.

1. Imp. Antoninus A. Eutropiæ.

BONA mariti tui si ob reliqua administrationis primipilatus [1] à fisco occupata sunt: res, quas tuas [2] esse liquido probaveris, ab aliis separatæ tibi restituantur.

Mulier & fiscus in tacita hypotheca paribus passibus ambulant. Bart.

II. Idem A. Valerianæ.

QUamvis [3] ex causa dotis vir quondam tuus tibi sit condemnatus, tamen si priusquam res ejus tibi obligarentur, cum fisco contraxit, jus fisci causam tuam prævenit. Quod si post bonorum [ejus] obligationem rationibus meis cœpit esse obligatus, in ejus bona cessat privilegium fisci [3]. P.P. XIV. Kal. Novemb. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

Uxor solvens fisco pro marito, non succedit in hypotheca fisci, nisi cessa sit actio. Bald.

III. Idem A. Julianæ.

SI cum pecuniam pro marito solveres, neque jus fisci in [4] te transferri impetrasti, neque pignoris causa dominum vel aliud quid ab eo accepisti, habes personalem actionem: nec [5] potest præferri fisci rationibus, à quo dicis ei vectigal denuo locatum esse: cum eo pacto universa, quæ habet habuitve eo tempore quod ad conductionem accessit, pignoris jure fisco teneantur. Salva igitur indemnitate fisci debitorem tuum pro pecunia, quam pro eo fisco solvisti, more solito convenire non prohiberis. P.P. III. Kal. Jan. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

IV. Idem A. Quinto.

SI debitor cujus fuisse fundum ipse confiteris, prius [6] eum distraxit, quam fisco aliquid debuit, inquietandum te non esse Procurator meus cognoscet: nam etsi postea debitor extiterit, non ideo tamen ea, quæ de dominio ejus excesserunt, pignoris jure fisco potuerunt obligari. P.P. III. Kal. Jul. Læto II. & Cerealе Conss. 216.

Fiscus potest revocare pecuniam alii creditori solutam sine usuris. Bart.

V. Imp. Alexandrus A. Mennæ.

PEcunia quam creditor à debitore suo recepit, si postea ex justa causa fisco restituenda [7] erit, sine usuris debetur [8]: quia non fœnus contractum [9], sed sunm recuperatum extraordinario [10] jure [11] auferetur [12]. P.P. XV. Kalend. Jun. Fusco, & Dextro Conss. 226.

VI. Imp. Gordianus A. Severianæ.

CUm patrem tuum fisci debitorem fuisse demonstres, eumque nubenti [13] tibi possessionem dedisse alleges: Procuratorem jus fisci exequentem eam jure pignoris revocare potuisse intelligis. P.P. Non. Jun. Sabino, & Venusto Conss. 241.

VII. Impp. Valer. Gallien. AA. & Valerian. C. Diodoto.

SI [14] in [15] te jus fisci, cum reliqua [solveres] debitoris, pro quo satisfaciebas, tibi comperens Judex adscripsit [16], & transtulit: ab his creditoribus, quibus fiscus potior habetur, res quas eo nomine teneas, non possunt inquietari. P.P. XV. Kal. Jun. Æmiliano & Basso Conss. 260.

Qui pignus secundo [2] loco accepit, ita jus suum confirmare potest, si priori creditori debitam pecuniam solverit; aut cum obtulisset [3], itaque accipere noluisset eam obsignavit, & deposuit, nec in usus suos convertit. P.P. Kal. Febr. Laterano, & Rufino Conss. 198.

De prioribus tempore.

11. Imp. Antoninus A. Chresto, & aliis.

Si decreto Prætoris, qui [4] fideicommisso jus dixit, in possessionem fundi hereditarii fideicommissi [5] conditionalis servandi gratia ptius inducti estis, quam adversarius vester in causam judicati [6] ejusdem fundi pignus occupaverit: jussu ejus, qui jure sententiam exequebatur, tempore potiores estis. Nam cum de pignore utraque pars contendit, prævalet [7] jure, qui præcenit tempore. P.P. v. Idus Maji, Duobus & Aspris Conss. 213.

Rempublicam missam in possessionem præferri creditori, qui contraverat cum defuncto.

111. Idem A. Salvano.

Cum Rempublicam Heliopolitanorum propter emolumentum sententiæ in rem, tam heredis, quam hereditariatum possessionem missam [8] esse proponas: intelligis, quamvis pater tuus cum Sofiano contraxerit, tamen si [9] personali actione cum habuit obligatum, præponi Rempublicam [10] jure pignoris [in] his, quæ ex auctoritate ejus, qui jubere potuit, servandi judicati [11] causa occupavit. P.P. II. Id. Decemb. Lato II. & Crescente Conss. 216.

De prioribus Republica.

IV. Idem A. Varo.

Si fundum pignori accepisti, antequam [12] Reipublicæ obligaretur, sicut prior [13] es tempore, ita potior es jure. P.P. v. Id. Octob. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De oblatione debiti.

V. Imp. Alexand. A. Septimo.

Prior quidem creditor compelli non potest [14] tibi, qui posteriore loco pignus accepisti, debitum offerre [15], sed si ru illi [id] omne quod debetur, solveris, [pignoris] tui causa firmabitur. P.P. III. Kal. Maji, Maximo II. & Patterno Conss. 234.

De priore hypotheca generali, & posteriore speciali.

VI. Impp. Valer. & Gallien. AA. Philoxeno.

Si generaliter bona sint obligata, & postea res alii specialiter pignori dentur: quoniam ex [16] generali obligatione potior habetur creditor, qui antea contraxit, si ab [17] illo priore [tempore] tu comparasti: non oportet [te] ab eo, qui postea credidit, inquietari. P.P. II. Id. Maji, Seculare II. & Donato Conss. 261.

De prædio empto pecunia crediturie.

VII. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Juliano.

Licet iisdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis priores habeantur potiores, tamen cum, cujus [18] pecunia prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter [19] [obligatum] statim convenit, omnibus anteferri juris auctoritate declaratur. Subscripta xvi. Kal. Febr. AA. Conss.

De improba exceptione.

In Authent. de trien. & semiss. §. illud quoque in judiciis. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 10.

Item possessor pignoris, negans [20] rem ejus, cujus actor eam esse adseverat: si probata ea intentione nitatur rem retinere, dicens ex hypotheca, vel alia causa in eandem personam delata, se propinquiorem esse, quam qui movet causam: prius transferat possessionem, quam jus suum prosequatur.

De prioribus, & posterioribus tempore.

VIII. Iidem AA. & CC. Fabricio.

Diversis temporibus eadem re duobus jure pignoris obligata, eum, qui prior data mutua pecunia pignus accepit, potiorem haberi, certi ac manifesti juris est: nec alias secundum [creditorem] distrahendi [21] potestatem hujus pignoris consequi, nisi [22] priori creditori debita fuerit soluta quantitas. S. Prid. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. Conss.

De jure pignoris, & privilegio personalium actionum.

IX. Iidem AA. & CC. Asclepiodoto.

Eos [23], qui acceperunt pignora, cum in [24] rem actionem habeant, privilegiis [25] omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat. Dat. III. Non. Decemb. CC. Conss. 293.

De dote.

X. Iidem AA. & CC. Pollipeucæ.

Cum tibi pro dote [26] quam acceperat maritus, res obligavit: eo mortuo hi, quibus easdem pignori dederat non offerentes debitum, nulla possunt persequi ratione. Nam chirographarios creditores, nec in rem, nec in personam eos, qui debitori non probantur successisse [27], ulla ratione convenire posse, manifestum est. P.P. Non. Decemb. CC. Conss. 293.

De scripturis.

XI. Imp. Leo A. Erythrio P.P.

Scripturas, quæ sæpe assolent à quibusdam secrete [28] fieri, intervenientibus amicis necne, transigendi, vel paciscendi, seu fœnerandi, vel societatis coeundæ gratia, seu de aliis quibuscunque causis, vel contractibus conficiuntur (quæ *idiógrapa* [29] Græce appellantur:) sive tota series earum manu contrahentium, vel notarii, vel alterius cujuslibet scripta fuerit, ipsorum tamen habeant subscriptiones [30], sive testibus adhibitis sive non: licet conditionales [31] sint, (quos vulgo *Tabularios* appellant,) sive non, quasi publice conscriptas, si personalis actio exerceatur, suum robur habere [decernimus.] Sin autem jus pignoris vel hypothecæ ex hujusmodi instrumentis vindicare quis sibi contenderit: eum qui instrumentis publice [32] confectis nititur, præponi [decernimus,] etiamsi posterior is contineatur: nisi forte probatæ atque integræ opinionis trium [33], vel amplius virorum subscriptiones eisdem idiochiris contineantur: tunc enim quasi [34] publice confecta accipiuntur. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* Marciano, & Zenone Conss. 469.

In Authent. de instrum. cautela & fide. §. si quis igitur & §. sed & si quis. col. 6. tit. 2. al. 3. Novell. 73. c. 1. & 2. quam posuit hic Albertus.

Si quis vult cautæ deponere [35], non sibi credat accipientis scripturæ, sed advocet etiam testes idoneos, & fide dignos non pauciores tribus. Sed & si quis aut mutui [36] instrumentum, aut alterius cujuslibet contractus fecerit, & voluerit hos specialiter in publico confiteri: non ex ipso videatur credibile, quod scribatur super mutuo documentum, nisi etiam trium testium adhibeatur præsentia fide dignorum, ut sive mutuum, & subscriptionibus propriis attestentur, sive alii quidem testificentur, quia eis præsentibus confectum est documentum: fidem eandem ex utraque causa percipiat. Si tamen quisquam aut deponens, aut mutuans, aut alias contrahens, contentus sit sola scriptura ejus cum quo contrahit, sciat scripturam non [37] sufficere ad probationem.

De dote & donatione ante nuptias.

XII. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

Assiduis [38] additionibus mulierum inquietati sumus, per quas suas dotes deperditas esse lugebant, & ab anterioribus creditoribus substantias maritorum detentas. Nos itaque ad antiquas leges respeximus, in personalibus actionibus rei uxoriæ actioni (quam in præsenti suffulimus [39]) magnam prærogativam præstantes, ut contra [40] omnes pene personales actiones habeant privilegia, & creditores alios [41] antecedant, licet fuerint anteriores. Et hoc cum in personalibus statuerant actionibus, si hypothecam respiciebant, illico justitiæ vigorem relaxabant, & senioribus hypothecis novas mulierum hypothecas, si habebant actiones expellebant: nec ad fragilitatem [42] muliebrem respicientes, nec quod, & corpore [43], & substantia, & omni vita sua maritus fungitur: cum pene [44] mulieribus tota substantia in dote constituta est. Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis ex sua substantia satisfacere, non de dote mulieris, quam ad suos victus, suasque alimonias mulier possidet, vel [45] à semetipsa datam, vel pro ea ab alio. §. 1. Ad [hæc] omnia respicientes, & reminiscentes, quod & alias duas [46] constitutiones fecimus pro dotibus [47], mulieribus subvenientes, & hæc omnia in unum colligentes, sancimus, ex [48] stipulatu actionem, quam mulieribus jam pro dote [49] instituenda [50] dedimus [51], cuique etiam tacitam donavimus inesse hypothecam, potiora jura contra omnes [52] habere mariti creditores, licet anteriores sint temporis privilegio vallati. †. Cum [53] enim in personalibus actionibus (secundum quod diximus) tali privilegio utebatur res uxoria: quapropter non in hypotheca hoc mulieri etiam nunc indulgemus beneficium, licet [54] res dotales, vel ex *jur. 8. ff. 22.* his aliæ comparatæ non extent: sed quocunque modo, vel dissipatæ, vel consumptæ sint, si tamen reipsa fuerint parti marito datæ? Quis enim earum non miseretur [55] propter obsequia quæ maritis præstant, propter partus [56] periculum, & ipsam libertatem [57] procreationem, pro quibus multa nostris legibus [58] inventa sunt privilegia? †. Et ideo, quod antiquitas quidem dare incepit, ad effectum autem non pervenit, nos pleno legis articulo consummavimus: & sive [59] liberos habeat mulier, sive ab initio non habuit, sive progenitos amisit, hoc ei privilegium indulgemus. †. Exceptis videlicet contra novercas anteriorib. *ut hic, & l. ult. J. si cert. pet.* 37 Privata scriptura non probat adversus tertium, *l. 6. J. de probat.* 38 Sententiam hujus legis vid. *in §. 1. vers. cum enim. J. eod.* adde *Syn. 8. 10. 7. tit. 10. c. 40. & 3. Harm. 1. §. 57.* 39 Rei uxoriæ actio sublata, *ut hic, J. de rei uxoria act.*

40 Dixi ad *Novell. 97. cap. 2. in prine. & Novell. 109. cap. 1.* 41 Tacitum hypothecam habentes scil. dixi *d. c. 1.* 42 Fragilitas muliebris. 43 Uxores earumque substantia adhibetur maritis, *l. 22. in fin. J. de admin. tut.* 44 Hoc adhibit propter bona paraphernalia.

45 Dos datur marito, vel ab uxore, vel alio uxoris loco. 46 *l. 30. J. de jure dot. l. un. J. de rei uxor. act.* 47 Re ipsa numeratis, non cautis tantum, fee confessis. Nam is confessis dos potest esse simulatio: Deinde cum sententia hujus constitutionis à jure communi deceret, ut rerum & numeratam dotem merito restringenda est. Postremo ordinis privilegium datur hic actioni ex stipulatu, at non condictioni ex lege, quando cautæ seu confessis tantum exigitur. Quid si dotis non numeratæ exceptioni maritus renunciavit: aut eidem transactis tempore fint opponendæ exceptionis dotis non numeratæ? inter virum & uxorem hæc nocebunt, vel proderunt, non tamen creditoribus anterioribus oberunt. *l. 14. in fin. l. 25. §. 1. ff. de pact. dot. l. un. J. de rei uxor. act.* 47 Re ipsa numeratis, non cautis tantum, fee confessis. Nam is confessis dos potest esse simulatio: Deinde cum sententia hujus constitutionis à jure communi deceret, ut rerum & numeratam dotem merito restringenda est. Postremo ordinis privilegium datur hic actioni ex stipulatu, at non condictioni ex lege, quando cautæ seu confessis tantum exigitur. Quid si dotis non numeratæ exceptioni maritus renunciavit? aut eidem transactis tempore fint opponendæ exceptionis dotis non numeratæ? inter virum & uxorem hæc nocebunt, vel proderunt, non tamen creditoribus anterioribus oberunt. *l. 14. in fin. l. 25. §. 1. ff. de pact. dot. l. un. J. de rei uxor. act.* Perinde est enim fictam dotem, hoc est, confessam tantum: aut ad quam exigendam jus quæritur non ex numeratione, fed vel ex renunciatione tantum, vel lapsu temporis anterioribus creditoribus præferri, veram, &c. ut loquuntur, actualem numerationem probantibus. Quid fi creditores non ita jure nitantur? Dos confessa, cautaque tantum anterioribus creditoribus creditum confessum tantum probantibus non numeratum, præferretur. Quid si confessio dotis facta fit non constante matrimonio, fed ante jam contractum matrimonium? Omnibus quibuscunque creditoribus dotem ita confessam præferri putant, cum pro vera & numerata dos ita confessa habeatur. Quid si exceptoria probatur numerata? Quid si statutum dotis confessæ instrumentum, vim atque authoritatem rei judicatæ habere velit? Idem esse refert Socinus *reg.* 109. Cynus tamen & Angelus in distinguunt: Mulier & tertius creditor concurrunt, expressam inque hypothecam habentes: quæritur quis jure potior sit? Horum qui prior tempore fuerit, potior erit jure. Quid si utroque & uxor hic: licet fisco eodem casu anteriori non præferatur. *l. si pignor. 8. ff. qui potiores.* Quid si filius mulieris habenti, concurrat mulier tacitam habens hypothecam? fisco anteriori non præferatur, sed posteriori tantum. *Gloss. & Doctores in l. 2. J. de privileg. fisc.* Quid si tacitam habeat mulier, tertius expressam anteriorem? potior est mulieris tertius, & hanc Accursii quoque sententiam communem opinionemque & in praxi receptam refert apud Capellam Tholosanam *decis.* 217. Aufrerius.

48 Actio ex stipulatu. 49 Reipsa numerata, in dote cautæ. aliud *Gloss. Bart. Bald. Salic. l. cunctis. 17. num. 10.* 50 *Restituenda*, Hal. 51 *l. un. J. de rei uxor. act.* Tacitum habentes. dixi ad *Novell. 109. c. 1.* Gloss. hic communiter probata. *Zecin. rer. 109. Capol. Tolos. decis. 217.* quis dos uxoris credit posterioribus militiæ emendæ causa creditoribus. *Novell. 97. c. 3.* credit & anteriori duci, ut ante dixi. 53 Mulier, sive personali actione, in privile. *J. eod.* sive hypothecaria agat, præfertur omnibus prioribus tacitam hypothecam habentibus, *ut hic.* exempto qui militiæ emendæ causa credidit. *Coluth. qua jure. J. eod.* & hoc in dote, non in donatione propter nuptias. *§. 2. J. eod.* 54 Dotis causa mulier anterioribus licet hypothecis præferatur: manentibus res mulieris dissipatæ sint, *ut hic.* & liberos ipsa nullos fafceperit. *vers. & idem J. eod.* Quid si filii mulieris turpe anteriori eundem dotis non præferatur. *vers. Exceptis. J. eod.* Idemne donationis propter nuptias quod dotis, privilegium est? non est. *§. 2. J. eod.* Cur tam varie? Quæ dotem repetit, de dotem vitando sollicita est: quæ de donatione propter nuptias, lucrum affectat seu percipere: eximus autem hic favetur quam illic. 55 Mulieres commiseratione dignæ. 56 Partus periculum. *§. 2. Inst. de SC. Tert. Novell. 162. cap. 3. Novell. Leon. 17. l. 2. §. 4. ff. si quis imperatorem. quod ad Illyricum vix pertinet. Varro 2. de re rustica 10. in fin. In libycis, inquit, locis angustiæ. Prægnantes fœminæ, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibique enixæ puerpe ferre quam non peperisse, sed invenisse putes.* Idem de liberis mulieribus refert Clemens 4.

57 Liberorum procreatio favorabilis. 58 Vid. *l. 2. ff. soluto.* 59 Merito hoc additum, hoc enim privilegium datur uxoribus, non maritibus.

tionis [3] matrimonii filiis, quibus pro dote matris suæ jam quidem dedimus hypothecam [3] contra paternas res, vel ejus creditores: in præsenti autem similem prærogativam servamus, ne [jus] quod posteriori datum est uxori, hoc anteriori denegetur: sed sic maneat eis jus incorruptum, quasi adhuc vivente matre eorum. Duabus enim dotibus ab eadem substantia debitis, ex tempore prærogativam manere volumus. § 2. Hæc autem tantum ad dotem fancimus, non [3] ad ante nuptias donationem, quam suo [4] tempori servire disponimus, & habere inter creditores sui temporis ordinem. Non enim pro [5] lucro fovemus mulieres, sed ne damnum patiantur, suisque rebus defraudentur, curamus.

§ 3. Quam legem ex præsenti tempore locum habere fancimus: & non [6] retrorsum referimus. Dat. v. Kal. Decemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

In Auth. de æqual. do. & propter nupt. don. §. his consequens. §. seq. col. 7. tit. 9. al. 8. Nov. 97. c. 3.

[1] Dos si mulieri fiat, quæ de dote sua agant, antequam causa dotis probetur. Dic o. probetur. Filii prioris matrimonii dotis maternæ causa præferuntur secundæ libertis dotem suam repetentibus: nisi res secundæ dotis adhuc extent. *Add. ff. quid. Jul. ad leg. & Nov. 91. c. 1.* Præferitur ergo prior uxor secundæ: Præfertur soror matri, in dotem. Quintil. *Add. l. 8. in fin. C. de fidei. instr. l. 6. in fin. C. de bon. quæ lib. Nov. 22. cap. 24.*

[2] Datis adhuc privilegiaris est, ut non donatio propter nuptias ut hic, *Nov. 97. c. 3.* Thesaur. *lib. 3. quæst. 29.* Inst. *de act.* in illo casu donationi propter nuptias doti comparatur. *Nov. 61.* 4 Græcus Scholiastes apud authorem Synopt. *g. tit. 5. ex tit. 10. cap. 40.* hunc ita locum exponit: Ante nuptias donatio, κατὰ τὰς νεωτέρας διατάξεις *Justiniani*: sin posterius, posteriore loco habebitur. Nam ea mulieris lucrum est. In dote seu exigunt, quæ sunt eis donata pro tempore præsenti, non in futurum tempus, vel ne secundas creditoribus anteriores vitiando: in donatione propter nuptias, de lucro captando. Locupletia quam vitandum. Semper cauta dirior est. *l. 33. l. 41. §. 1. ff. de reg. jur.* 6 Id est, ad dotes jam constitutas. 7 Secundæ scil.

TIT. XIX.

DE HIS QUI IN[8] PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

Secundus creditor cujus pecunia pervenit ad priorem, non succedit in hypotheca prioris creditoris, nisi actum sit, quod succedat in ipsa. Bald.

1. Impp. Severus & Anton. AA. Marcellinæ.

Non omnino succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit [9]. Hoc enim tunc [10] observatur: cum is qui pecuniam posteæ dat, sub hoc pacto credat, *Ut idem pignus ei obligetur, & in locum ejus succedat.* Quod cum in persona tua factum non sit: (judicatum est [11] enim te pignora non accepisse) frustra putas tibi auxilio opus esse constitutionis nostræ [12] ad eam rem pertinentis. P. P. Id. Jul. Pompeiano & Avito Conss. 210.

2. Imp. Antoninus A. Felici.

Cum pro patre in cujus potestate non eras, pecuniam fisco intuleris: & jure [13] privilegio ejus successisti, & ejus locum cui pecuniam numerasti consecutus es: nec hi creditores patris tui, qui personalem habuerunt actionem, vel cum eo postea sub pignoribus contraxerunt, pignora tua te ignorante [14] distrahendo juri tuo aliquid derogaverunt. Unde intelligis, si quid tuo [15] nomine te absente ab actoribus tuis solutum est: ut indebitum numeratum restitui, pignoraque tibi nexa persequi te posse. P.P. Kalend. Octob. *Roma*, Sabino II. & Anulino Conss. 217.

3. Imp. Alexand. A. Valenti.

Si [16] potiores creditores pecunia [17] tua dimissi sunt, quibus obligata fuit possessio, quam emisse te dicis, ita [18] ut pretium perveniret ad eosdem priores creditores: in jus eorum successisti: & contra eos qui inferiores illis fuerunt, justa defensione te tueri potes. P. P. Kal. Febr. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De republica.

4. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. Carpophoro.

Si prior Reipubl. [19] contraxit, fundusque ei est obligatus, tibi secundo creditori offerenti pecuniam potestas est, ut [20] succedas etiam in jus Reipub. P. P. xv. Kalend. Jun. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

[3] *Vide titull. 17. Dig. lib. 23.*

[4] Sive fortuito, sive ab extraneo.

[5] Extraneus *fit* est, non hypothecarius, sed chirographarius untus. *Molin. de usur. q. 276.*) cujus pecunia pignori ad creditorem pervenit, ejus in locum non succedit, nisi sub hoc pacto ei crediderit, ut his, *de l. 21. ff. de pignor. hypothecaria* recedent. *l. ult. ff. ad l. 11. ff. qui potior. l. 12. in fin. ff. qui potior.*

[6] Et in post fantinian Marcellina fepplicet.

[7] *l. 1. ff. in prior.* [8] Ad ff. cessionem & translationem actionis, Felini pignus nominatim habeat cessionis ejus sibi propter solvens ex creditore, ut in filii locum succedat, ita filii & proximis concessum. *Add. in fin. l. ult. l. 11. ff. de pignor. l. ult. ff. idem fundum, si eum fundo debitoris solvit. l. 3. ff. qui res pignori.* Ex hujusmodi constat nominatim transcribi oportere jus filii in eum qui pro debitore fiscali solverit. Cui tamen sententiæ objicitur lex 2. *ff. de cess. bon. l. 24. §. 2. 3. ff. de reb. auct. jud.* qua de re vide Cujac. *l. 8. obs. 40.*

[9] Ignorante creditore pignus in ejus præjudicium vendi non potest à quocunque creditore. *l. 4. 7. de distract. pign. l. 1. ff. de distract. pign.* 10 Vid. Cujac. *l. 8. observ. 9.*

[10] Pignus à priori creditore comparatus, quoniam in jus venditoris succedit, adversus alios defenditur. *Synops. Basil. 23. tit. 4. c. 15.* 12 *l. 6. l. 12. §. 8. l. 16. l. 17. in fin. l. 21. ff. qui potior. l. 3. ff. de distract. pign.* 13 Valet convento, ut ex pretio venditi pignoris pignus dimittatur.

[11] Etiam reipubl. debitum à secundo creditore potest offerri. 20 Dixi ad *l. 2. h. t.*

TIT. XX.

SI ANTIQUIOR[21] CREDITOR PIGNUS VENDIDERIT.

Emtus à priore creditore, à secundo inquietari non potest: sed si primus creditor emit à debitore, convenitur potest hypothecaria per creditorem secundum, oblata debiti.

1. Imp. Alexander A. Athenioni.

Si vendidisset, qui antè [22] pignus accepit: persecutio tibi hypothecaria superesse non posset. Cum autem debitor ipsi priori creditori eidem pignora in solutum [23] dederit, vel vendiderit: non magis tibi persecutio adempta est, quam si aliis eadem res debitor vendidisset: Sed ita persequenda res obligatas audictis, si quod eidem possessori propter præcedentis contractus auctoritatem debitum est, obtuleris. P.P. Id. Maji, Agricola, & Clementino Conss. 231.

2. Impp. Diocles. & Maxim. AA. CC. Eudemiæ.

Obligata pignoris jure creditore recte distrahente [24], post debitos emptori pretium offerens, vel creditori quod debuit, evincere non potest. §. xvi. Kal. Januar. AA. Conss.

3. Iidem AA. & CC. Theophilo.

Quo minus creditor, qui antea [25] pignus accepit, distrahat: non [26] offerendo secundus priori debitum, interpellare non potest. Dat. vi. Kal. April. CC. Conss.

[21] Quid si pignori debenti vel. *l. 8. pignus pignori datum &c.*

[22] Antiquissimus creditor ut præjudicium possessionis pignus nullo distrahitur. *Add. l. 6. C. de pign. act. l. 6. C. de distract. pign. l. 3. ff. de distract. pign.* 23 Debitor creditori priori pignus vendendo, non intervenit delegationibus adimendo, non potest. *l. 3. ff. de distract. pign.*

[24] Post pignus à creditore legitime distractum, creditor, vel emptori pactum offerre, ut hic, *l. 2. ff. de pignor. act. l. 3. ff. de distract. pign.* 25 Vid. *l. 1. ff.* 26 Secundus creditor offerens debitum priori creditori pignoris potest: non offerendo, non potest.

TIT. XXI.

SI COMMUNIS RES PIGNORI DATA SIT.

Frater minus non potest obligare alterius fratris portionem, sed suam propriam potest. Bald.

1. Imp. Antoninus A. Venusto.

Frater [27] vester, sicut vobis invitis portionem vobis competentem obligare non potuit [28], ita suam dando, obligationem creditori quæsivit. Unde intelligitis contractum ejus nullum præjudicium domino vestro facere potuisse. Accept. III. Kal. Decemb. Messala, & Sabino Conss. 215.

[27] Socius partem ficti obligare non potest, ut hic, & *l. 2. C. comm. divid. l. 7. C. communi. utrobique judicii. l. 3. in fin. ff. quod pater. adde l. 2. ff. de Salvian. interd.* etiamsi tenorem bonorum faciat. *l. 68. ff. pro socio.* Quid fiscum rem communem habens cum privato? rem etiam integram potest vendere. *l. 2. C. de comm. rer. alien. l. 1. C. de vendi. rer. fisc.* ergo & pignori subjicere? Accurs. putat, quod Ripenti non placet. in *l. 2. n. 16. ff. de pign.* *l. 239. in fin. ff. de verb. sign.*

[28] Ratio dubitandi potest esse, quod commune, quasi meum videatur. *l. 3. in fin. ff. de leg. 1.*

TIT. XXII.

DE PRÆTORIO[29] PIGNORE, ET UT IN ACTIONIBUS[30] DEBITORUM MISSIO[31] PRÆTORII PIGNORIS PROCEDAT.

1. Imp. Justinianus A. Mennæ P.P.

Si prætorium pignus quicunque judices dandum alicui perspexerint, non solum super mobilibus rebus, & immobilibus, & se moventibus, sed [32] etiam super actionibus [33] quæ debitori competunt, præcipimus hoc eis licere decernere. Dat. Kal. April. *Constantinop.* Decio V. Conss. 529.

Sicut pignus conventionale recuperatur per hypothecariam, si creditor cadat à possessione: sta & pignus prætorium. Salic.

2. Idem A. Juliano. P.P.

Veteris juris dubitationem decidentes [34] ad duplum [35] genus hypothecarum respeximus: unum quidem, quod ex conventionibus, & pactis hominum nascitur: aliud, quod à judicibus datur, & *prætorium* nuncupatur. Et cum [36] invenimus in conventionalibus pignoribus, vel hypothecis, non solum tenentem creditorem adjuvari, sed etiamsi ab ea [possessione] cadat [37], sive sua culpa, sive non, sive fortuito casu: humanius esse perspeximus, & in prætorio pignore dare recuperationem creditori quocunque modo possessionem amittat, sive culpa sua, sive non, sive fortuito casu. Licet enim debuerat [38] incumbere suo pignori, ne aliquam patiatur [inde] jacturam: tamen ne quid amarum [39] in creditoribus consequatur, benignius [40] causam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Dat. Kal. Aug. *Constantinopoli*, Lampadio, & Orestis, VV. CC. Conss. 530.

[29] *Prætorium pignus* dicitur, non quia jubente prætore constituitur: aliisque quod ab executore rei judicatæ jubente Prætore capitur, *prætorium* dicemus: sed quia jure prætorio, id est, ex edicto, constituitur. *l. 3. ff. ut in possess. legat.*

[30] *Abolitionem.*

[31] Prætorium pignus est, quod missio in possessionem constituit. *l. 12. pro emptore. l. 3. §. 1. ff. de reb. eor.* adde *Cujac. 5. obs. 30.*

[32] Pignus prætorium in universa bona & jura constituitur.

[33] Pignus Prætorium in nominibus potest constitui.

[34] Hæc est 21. vi. decisio ex l. nostris Justinianeis vid. Inglois. Anz.

[35] Argumentum à pignore conventionali ad prætorium observa. [36] Pignus conventionale & prætorium recuperatur per hypothecariam, si forte missus à possessione excluerit. *l. 11. §. 1. in fin. ff. de pignor.* [37] Negligentia possessio facilius amittitur, quam jus reale. [38] Favetur creditoribus jus suum persequentibus. [39] Vide *l. 56. leg. 192. in fin. ff. de reg. jur. c. 49. de reg. in 6.*

TIT. XXIII.

SI IN CAUSA JUDICATI PIGNUS CAPTUM SIT.

Bona condemnati debent per judicem capi, & distrahi alii, quam victori, nisi in subsidium, si alium non reperit emptorem justum. Salic.

1. Imp. Antoninus A. Gabinio.

Res [41] ob eam judicati [datas] ejus jussu, cui jus jubendi fuit, pignoris jure teneri, ac distrahi posse, sæpe rescriptum est. Nam in [42] vicem justæ obligationis succedit ex causa contractus auctoritas jubentis. P.P. v. Kal. August. *Roma*, Antonino A. iv. & Balbino Conss. 214.

Pignus prætorium debet vendi cum judicis auctoritate, non cum auctoritate creditoris in possessionem missi. Bald.

2. Imp. Alexand. A. Valeriano.

Cum [43] in causa judicati aliqua res pignori capitur, per officium ejus, qui ita decrevit, venundari solet, non per eum, qui judicatum fieri postulavit. Et si alio emptore non existente, vel existente quidem, sed non dignum pretium offerente, is, cui judicatus satis non fecit, ad [44] licitationem secundum constituta fuerit admissus, cujuslibet altetius [45] vice ex officio emere debet. P.P. vi. Kal. Maji, Maximo II. & Æliano Conss. 224.

3. Imp. Gordianus A. Antigono.

In causa judicati pignora ex auctoritate Præsidis capta, potius [46] distrahi, quam jure dominii possideri consueverunt: Si tamen per calliditatem condemnati emptor inveniri non potest, tunc auctoritate Principis dominium creditori addici solet. P.P. Id. Aug. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

[41] Pignus ex causa judicati acceptum distrahere quis potest. Nam pignoris ex causa contractus accepto assimilatur, & eandem vicem obtinet. *Synops. Basil. 23. tit. 7. cap. 16. 3. Harmen. 7. c. 18. leg. 23. ff. de pignor.*

[42] Ut consensu partium, sic auctoritate judicis pignus vendi potest. *leg. 3. §. 1. versic. sin autem. ff. de jure dominii.*

[43] Pignus ex causa judicati captum, ab officio solet distrahi, quod si nullus emptor extiterit quidem, sed pretium minus offeratur, ac voluerit creditor licitatione facta rem comparare, perinde hoc illi facere atque extraneo licebit. *Synopsis illa hoc, cap. 16. Harmenop. 3. cap. 17.*

[44] Ad licitandum creditor qui pignus cepit admittitur. *l. 1. l. 3. §. 2. l. 6. ff. de reb. auct. jud.*

[45] Vice extranei, creditori pignus emere licet. [46] Emptore non reperto jure dominii creditor pignus possidere solet. Subsidium emptionis, dominii addictio. *Acc. §. 2.*

TIT. XXIV.

SI PIGNUS[47] PIGNORI DATUM SIT.

Pignus dari non potest.

1. Imp. Gordianus A. Lamponi, & aliis.

Etiam [48] id, quod pignori obligatum est, à creditore pignoris obstringi posse jamdudum placuit: scilicet ut sequenti [49] creditori utilis [50] actio detur, tamdiuque eum is [51], qui jus repræsentat tueatur, quamdiu in causa pignoris manet ejus [52], qui dedit. Sed si vos usumfructum [53] possessionis tantummodo pignori dedistis, isque, qui accepit alii [54] eam possessionem, cujus usumfructum nexum habebat, sine vestra voluntate pignoravit: creditor eius id, in quo pignoris vinculum non constitit, distrahens, dominio vos privare nequivit. Quod si non fuit vestro creditori usufructus, sed ipsa possessio [55] pignorata, & ante exolutam à domino pecuniam creditor secundus pignus acceptum vendidit, non posse venditionem post [56] solutam pecuniam rescindi, divorum principum placitis continetur. P.P. Id. Sept. Pio & Pontiano Conss. 230.

[47] Pignus pignoris creditor dare potest. *l. 15. §. 2. ff. de pig.* adde *l. 4. C. quæ res pign. 8. 40. in fin. ff. de pignorat. act.* quod Græcis est πρωτοπαράσχεσις.

[48] *Add §. 2. & l. 4.*

[49] Id est, creditores creditori.

[50] Pignus à te mihi obligatum posthac alteri pignori dare quamdiu mihi obligatus fueris, tamdiu abster ille pignus repetere potest.

[51] Jus repræsentans, judex.

[52] Id est, primi creditoris, ut sit sententia: Tamdiu secundum creditorem pignus posse deere, quamdiu primus creditor pignus obligatum habet. *Synopsis 25. tit. 5. cap. 19. & 3. Harmenop. 5. §. 18.* Pignus obligatum habere creditor desinit, cum nihil ei debetur. [53] Usumfructum fundi tibi obligavi: eundem Titio obligasti, Titius eundem fundum vendidit, quid juris? venditio non valet. Nam pignoris nudus fructuarius proprietatem obligare, vel alienare non potest: solum usumfructum potest. *l. ult. ff. de usufr.* [54] Usumfructum res pignori potest. *l. ult. ff. de usufr.* [55] Fundum pignoravi. Creditor eundem fundum pignorat. Nemo ille creditor ex causa judicatum distrahit, novo creditori pecunia ab emptore solvitur: quid juris? foro competenti fundum evinco, *ut hic, & l. 2. ff. si antiquior credit.* [56] Id est, ei non amplius integra.

1 Fundum à pupillus tuis pignori mihi datum Titio pignoravi, potes a Titio pignus recuperare debito mihi soluto, vel oblato, *ut hic, & l. 40. in fin. ff. de pignorat. l. 13. § 1. ff. de pignorib.* vid. *l. 4. T. quæ res pignor.* ut hoc modo, Resoluto jure dantis resolvitur jus accipientis. *l. 31. ff. de pignorib. 1. Vander. 13. & 2. Vinderum 8. & tit. 9.* 2 Tuo scil.

Hæres debitoris rem recuperat à secundo creditore, debito soluto, vel oblato. Salic.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Gemello.

SI creditor possessionem quæ à parentibus tuis pignoris juri fuerat obligata, non vendidit, sed alii creditori pignori dedit: examinata fide veri, poteris eam soluto [1] eo quod ex hac causa creditori [2] debetur, intercessu Præsidis provinciæ recuperare. P. P. XIII. Kal. Januar. ipsis IV. AA. Conss. 290.

1 Vide *leg. 13. l. 26. in fin. leg. 29. §. 1 ff. de pign. l. 1 ff. de Rebuliano inter.*

4 Id est, partis editus ante ancillam pignoratam non est pignori, nisi expresse convenerit: & ita intellige quod Paulus scribit 2. *sent. 5. §. 2.* post pignoratam, est pignori, *ut hic, & l. 13. in pr. & l. 16. §. 2. ff. de pignoribus.* nisi apud alium quam apud dominum partus sit editus. *dict. §. 1. in fin.* Editus apud debitorem est pignori: apud emptorem sive tertium possessorem non est. 5 Creditor quas operas servi pignorati percepit aut percipere debuit: in ulteras primum imputat, deinde in sortem, *ut hic, l. 1. 2. 3. l. 11. T. de pignor. l. 11. T. de usur. l. 9. in fin. T. de pignorib. l. 1. T. de distract. pignor. l. 10. § 9. ff. mandati.* 6 Vid. *Cujac. 11. obs. 31.*

TIT. XXV.

DE PARTU PIGNORIS ET OMNI CAUSA.

I. Imp. Alexand. A. Mestriano.

PARTUS [1] pignoratæ [2] ancillæ in pari causa esse, qua mater est, olim placuit. P. P. Id. Maji, Agricola & Clementino Conss. 231.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Annoso & Antonino.

CUm pignoris titulo mancipia vos obligasse pro mutua quam accepistis pecunia proponatis, horum mancipiorum operis [3] quas creditor accepit, vel quas percipere [4] potuit, in usuras computatis, & posit in sortem extenuato debito residuum offerentibus, vel si non accipiat, consignatum deponentibus, mancipia vobis Præses provinciæ restitui jubebit. S. v. Kalend. Januar. AA. Conss.

1 Vide *leg. 13. l. 26. in fin. leg. 29. §. 1 ff. de pign. l. 1 ff. de Rebuliano inter.*

2 Id est, partis editus ante ancillam pignoratam non est pignori, nisi expresse convenerit: & ita intellige quod Paulus scribit 2. *sent. 5. §. 2.* post pignoratam, est pignori, *ut hic, & l. 13. in pr. & l. 16. §. 2. ff. de pignoribus.* nisi apud alium quam apud dominum partus sit editus. *dict. §. 1. in fin.* Editus apud debitorem est pignori: apud emptorem sive tertium possessorem non est. 5 Creditor quas operas servi pignorati percepit aut percipere debuit: in ulteras primum imputat, deinde in sortem, *ut hic, l. 1. 2. 3. l. 11. T. de pignor. l. 11. T. de usur. l. 9. in fin. T. de pignorib. l. 1. T. de distract. pignor. l. 10. § 9. ff. mandati.* 6 Vid. *Cujac. 11. obs. 31.*

TIT. XXVI.

DE REMISSIONE PIGNORIS.

Si servum manumittatur sciente creditore.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Proculo.

SI te manumissum, & in libertate moratum [1] sciente ea cui pignoris nomine obligatus diceris, Præsidi probaveris, ex consensu creditricis remissam pignoris obligationem apparebit: & per hoc jure manumissum, nec ab herede creditricis in servitutem peti posse, certum est. XII. Kalend. Maji, Antonino A. II. & Geta II. Conss. 206.

1 Id est, si creditor consensit alienationi fundi obligati. II. Idem AA. Materno.

SI probaveris te fundum mercatum, possessionemque ejus tibi traditam [1], sciente & consentiente ea, quæ sibi eum à vendidore obligatum dicit, exceptione [eam] removebis. Nam obligatio pignoris, consensu & contrahitur [2], & dissolvitur. P. P. II. Idib. Feb. Antonino A. III. & Geta III. Conss. 209.

1 *l. 23. T. de pign. l. 2. T. quæ res pignori. l. 5. ff. quibus mod. pign.*

2 *l. 19 in fin. T. eod. l. 23. T. de pign. l. 2. T. quæ res pignori. l. 5. ff. quibus mod. pign.*

Si creditor cum Republ. contraxerit.

III. Imp. Alexander A. Tauro.

SI ignorante, vel invito te debitor tuus, qui universa bona sua ob pecuniam debitam tibi obligaverat, cum Republica postea [1] contraxit, jus tuum non læsit. P. P. Id. Aprtil. Albino & Maximo Conss. 223.

1 *l. 11. T. de distract. l. 8. ff. qui potior.*

Si creditor alienationi pignoris consenserit.

IV. Imp. Gordianus A. Aquilino.

CUm te à debitore mercatum proponas eam rem, quæ alii pignorata erat, si sciente eo, ac pignus suum remittente [1], eam mercatus [2] es, cum ejus consensu nexus pignoris evanuerit, si non nova [3] voluntas intercesserit, quæ denuo obligationem pignoris constitueret, ea res velut obstricta non potest vindicari. P. P. XI. Kalend. Maji, Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

1 *l. 12. T. de distract. l. 8. ff. qui potior.*

2 Expressim. Dixi Ag. 2. T. eod. alioquin silentium sine scientia non sufficit.

3 Vid. *Barm. 3. tit. 5. §. 20.*

De pacto inutili.

V. Idem A. Aselepiadi.

DEbitum, cujus meministi, quod per pacti conventionem inuriliter [1] factam remisisti, etiam nunc petere non verearis, & usitato more pignora vindicare. P. P. Id. Septemb. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

1 *l. 14. T. eod. l. 11. §. 2. ff. de distract. pign. l. 7 ff. quib. mod. pign.* Imo potest, nam ut omnique donatio pignoris sit inutilis, non potest tamen revocari. *l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pig.*

De programmate.

VI. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Argio.

SI eo tempore, quo prædium distrahebatur, programmate [1] admoniti [2] creditores, cum [3] præsentes essent, jus suum executi non sunt: possunt videri obligationem pignoris amisisse. P. P. III. Id. Febr. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

1 Programmata, Galli *affiches & panneaux.* Libellus publice propositus. Programma quid esset, dixi etiam ad Nov. 112. *cap. 3.* adde Paponem 18. *Arrest. 6. de crise & faillite.*

2 Sunt enim monendi hi quorum interest. *l. 16. §. 7 ff. de fideicomm. libert. l. 47 ff. de re judic.*

De programmate.

VI. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Argio.

SI eo tempore, quo prædium distrahebatur, programmate [1] admoniti [2] creditores, cum [3] præsentes essent, jus suum executi non sunt: possunt videri obligationem pignoris amisisse. P. P. III. Id. Febr. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

1 Vid. *Barm. 3. tit. 5. §. 20.*

De redditione chirographi.

VII. Iidem AA. Paulino.

CReditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignori fuerat, jubentem eandem cautionem [1] reddi, pignoris etiam jus remisisse videri manifestum est. P. P. V. Id. Sept. Diocletiano III. & Maxim. AA. Conss. 287.

1 Id est, si creditor alienationi pignoris consenserit. *l. 4. T. quæ res pignori. l. 5. ff. quibus mod. pign.*

Si fiscus distraxerit.

VIII. Iidem AA. & CC. Apollonio.

SI hypothecas fisco [1] distrahente, creditores silentio [2] tradiderunt negotium: palam est [etiam] actionem suam amisisse eos, quam in rem habebant: nam fiscalis hastæ fides [3] facile convelli non debet. P. P. XIII. Kalend. Septemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

1 Id est, si creditor consensit alienationi fundi obligati. II. Idem AA. Materno.

SI probaveris te fundum mercatum, possessionemque ejus tibi traditam [1], sciente & consentiente ea, quæ sibi eum à vendidore obligatum dicit, exceptione [eam] removebis. Nam obligatio pignoris, consensu & contrahitur [2], & dissolvitur. P. P. II. Idib. Feb. Antonino A. III. & Geta III. Conss. 209.

1 *l. 23. T. de pign. l. 2. T. quæ res pignori. l. 5. ff. quibus mod. pign.*

2 *l. 19 in fin. T. eod. l. 23. T. de pign. l. 2. T. quæ res pignori. l. 5. ff. quibus mod. pign.*

Si creditor cum Republ. contraxerit.

III. Imp. Alexander A. Tauro.

SI ignorante, vel invito te debitor tuus, qui universa bona sua ob pecuniam debitam tibi obligaverat, cum Republica postea [1] contraxit, jus tuum non læsit. P. P. Id. Aprtil. Albino & Maximo Conss. 223.

1 *l. 11. T. de distract. l. 8. ff. qui potior.*

Si creditor alienationi pignoris consenserit.

IV. Imp. Gordianus A. Aquilino.

CUm te à debitore mercatum proponas eam rem, quæ alii pignorata erat, si sciente eo, ac pignus suum remittente [1], eam mercatus [2] es, cum ejus consensu nexus pignoris evanuerit, si non nova [3] voluntas intercesserit, quæ denuo obligationem pignoris constitueret, ea res velut obstricta non potest vindicari. P. P. XI. Kalend. Maji, Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

1 *l. 12. T. de distract. l. 8. ff. qui potior.*

2 Expressim. Dixi Ag. 2. T. eod. alioquin silentium sine scientia non sufficit.

3 Vid. *Barm. 3. tit. 5. §. 20.*

De pacto inutili.

V. Idem A. Aselepiadi.

DEbitum, cujus meministi, quod per pacti conventionem inuriliter [1] factam remisisti, etiam nunc petere non verearis, & usitato more pignora vindicare. P. P. Id. Septemb. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

1 *l. 14. T. eod. l. 11. §. 2. ff. de distract. pign. l. 7 ff. quib. mod. pign.* Imo potest, nam ut omnique donatio pignoris sit inutilis, non potest tamen revocari. *l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pig.*

De programmate.

VI. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Argio.

SI eo tempore, quo prædium distrahebatur, programmate [1] admoniti [2] creditores, cum [3] præsentes essent, jus suum executi non sunt: possunt videri obligationem pignoris amisisse. P. P. III. Id. Febr. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

1 Programmata, Galli *affiches & panneaux.* Libellus publice propositus. Programma quid esset, dixi etiam ad Nov. 112. *cap. 3.* adde Paponem 18. *Arrest. 6. de crise & faillite.*

2 Sunt enim monendi hi quorum interest. *l. 16. §. 7 ff. de fideicomm. libert. l. 47 ff. de re judic.*

De redditione chirographi.

VII. Iidem AA. Paulino.

CReditricem patrui tui sub obligatione fundi, qui per chirographum nexus pignori fuerat, jubentem eandem cautionem [1] reddi, pignoris etiam jus remisisse videri manifestum est. P. P. V. Id. Sept. Diocletiano III. & Maxim. AA. Conss. 287

Si quid superfit ex debito.

VI. Imp. Gordianus A. Rogato.

QUamdiu[1] non est integra pecunia creditori numerata, etiamsi pro parte majore eam consecutus sit, distrahendi rem obligatam non amittit facultatem. P. P. XIII. Kal. Septemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

An venditio revocanda sit, & de fraude creditoris.

VII. Idem A. Caro.

SI cessante[2] solutione, creditor non reluctante lege contractus[3], ea, quæ sibi pignori nexa erant, distraxit, revocari[4] venditionem iniquum est: cum si quid in ea re fraudulenter[5] fecerit; non emptor à te, sed[6] creditor conveniendus sit. P. P. Kal. Novembr. Pio & Pontiano Conss. 239.

De oblatione debiti.

VIII. Idem A. Maximo.

SI priusquam[7] distraheretur pignorata possessio, pecuniam creditori obtulisti, eoque non accipiente, facta contestatione eam depositi, & hodie [quoque] in eadem causa permanet, pignoris distractio non valet. Quod si prius quam offerres, legem venditionis exercuit, quod jure subsistit, revocari non debet. P. P. III. Non. April. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

Quæ observanda sint in distractione pignoris, & de residuo debiti.

IX. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Cillo.

QUæ specialiter[8] vobis obligata sunt, debitoribus detrectantibus solutionem, bona fide debetis & solenniter vendere. Ita enim apparebit, an ex pretio pignoris debito satisfieri possit. Quod si quid deerit[9], non prohibemini cætera[10] etiam bona jure conventionis consequi. P. P. XIII. Kal. Jul. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conss. 287.

An creditor pignus emere possit.

X. Iidem AA. & CC. Ruffino.

ET qui sub imagine[11] alterius personæ quam supposuerat, ejugiter[12] tenet: cum sibi negotium gerat, alienasse non videtur. Jure enim pignoris obligatum prædium, neque si per subjectam[13] personam creditor comparaverit, neque si sibi addixerit, debitori affert præjudicium; sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante hujusmodi collusionem. Sane si[14] debitore distrahente comparaverit, consensu emptionem perfectam (si neque dolus[15] adversarii, neque metus[16] causa gesta arguentur) revocari[17] exemplo grave est. Si igitur poteris evidentibus probationibus monstrare creditorem[18] per suppositam imaginariis[19] emptoris personam semper possessionem tenuisse, nec vendita bona[20] fide prædia postea sinceriter comparasse, potes oblata pecunia cum usuris ad restitutionem creditorem compellere. P. P. III. Non. Octobr. ipsis IV. & III. AA. Conss. 296.

De muliere.

XI. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

MUlier[21], licet specialiter res pignori dederit pro alio[22], creditor eas distrahendi[23] non habet facultatem: nisi distipulatione[24] marito obligante velut[25] proprias, creditoris ignorantiam circumscripserit. P. P. V. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. Conss.

Si debitor distraxerit.

XII. Iidem AA. & CC. Zotico.

SI debitor[26] rem tibi jure pignoris obligatam, te non consentiente distraxit: dominium cum[27] sua causa transtulit ad emptorem. S. Prid. Kalend. Maji, *Heraclia*, AA. Conss.

Si emptor in possessionem inductus non est.

XIII. Iidem AA. & CC. Theodotæ.

QUi prædium obligatum à creditore comparavit, si in[28] vacuam possessionem inductus[29] non est, nullam in rem actionem habet.

Si debitor rem obligatam teneat.

XIV. Iidem AA. & CC. Modesto.

SI in hoc, quod jure tibi debetur, satisfactum[30] non fuerit, debitoribus res obligatas tenentibus[31], aditus Præses provinciæ, tibi distrahendi facultatem jubebit fieri. P. P. XVI. Kal. Decemb. *Sirmii*, AA. Conss.

Si debitor mancipia à creditore distracta sollicitaverit.

XV. Iidem AA. & CC. Aviænæ.

OBligatis pignori mancipiis à creditore distractis ac traditis; si post debitor quondam hæc sollicitaverit: non venditori, sed emptori[32] contra possidentem in rem competit actio. Datum Kalend. Mart. *Sirmii*, CC. Conss.

Si unus ex heredibus debitoris pro sua portione solverit.

XVI. Iidem AA. & CC. Sylvano.

UNus[33] ex multis debitoris, qui pignora tradiderat, heredibus, quod ab eo personali actione peti potuit, solvendo, res obligatas distrahendi creditori facultatem non adimit. S. III. Non. April. CC. Conss.

De re vendita à creditore, cui non erat obligata.

XVII. Iidem AA. & CC. Agapæ.

REi creditor obligatæ generali sive speciali conventione, per creditorem alium, cui[34] non fuerat nexa, venundatæ non amittit persecutionem. D. Prid. Non. April. CC. Conss.

Proprietatem transferri in emptorem.

XVIII. Iidem AA. & CC. Cajano.

QUi à creditore pignori obligatum prædium jure[35] emit, de proprietate[36] vinci non potest. S. VI. Kalend. Maji, CC. Conss.

Si maritus uxori pecuniam crediderit.

XII. Iidem AA. & CC. Libyæ.

SI maritus[37] tuus mutuum (licet tuam) dedit pecuniam; eorum, quæ pignoris titulo accepit, si ei non successisti, distrahendi nomine tuo nullam habes facultatem. S. VI. Id. Novemb. *Heraclia*, AA. Conss.

De superfluo pretio pignoris, & re ex ea empta.

XX. Iidem AA. & CC. Sabino.

SEcundum placiti fidem, si nihil convenit[38] specialiter, pignoribus à creditore majore, quam ei debebatur, pretio distractis[39]; licet ex eo[40] fundus comparatus[41] sit, non super hoc in rem, sed in personam, id est, pignoratitia de[42] superfluo competit actio. S. VI. Id. Novemb. *Byzantii*, CC. Conss.

valet conventio, ut si creditor vel minimum redegerit in crediti vicem, eo fit contentus. *l. 15. §. 3. ff. de re jud.* ut non ita pactum legis commissoriæ in pignoribus adjiciatur. vid. *J. de pact. pign. & de l. com.* 39 Puta superfluo pretii. Empcum ex hypotheca, seu pretii venditi pignoris superfluo, non est debitoria. 40 Superfluum debitori servari debet. *l. un. §. 5. J. de sup. dom. & reddi. l. 24. §. 2. in fin. ff. de pign. action.* 41 Quid si ex hypotheca fuerat aut an sit usus? usuras præstabit. *l. 6. in fin. ff. de pign. act.* quemadmodum si tardius idem superfluum reddidit. *l. 7. d. t.* 42 Dixi ad *l. 24. §. 2. ff. de pign. act.*

43 Mummia uxoris pignus adquisitum, non est uxoris. adde *l. 26. de pign.* 38 Justa sit conventio, si convenerit, ut quod ex venditione pignoris redegerit creditor, id omne creditæ tibi habeat, *ut hic*, propter incertum eventum venditionis (quem recte *fortem bastarum* vocat lex *pen. C. Th. de prædiis tutorum.*) sicet è contrario, *l. 4. J. de pign. act.* 39 Puta superfluo pretii. Empcum ex hypotheca, seu pretii venditi pignoris redegerit creditor, id omne creditæ tibi habeat, *ut hic*, propter incertum eventum venditionis (quem recte *fortem bastarum* vocat lex *pen. C. Th. de prædiis tutorum.*) sicet è contrario, *l. 4. J. de pign. act.* 40 Puta superfluo pretii. Empcum ex hypotheca, seu pretii venditi pignoris redegerit creditor, id omne creditæ tibi habeat, *ut hic*, propter incertum eventum venditionis (quem recte *fortem bastarum* vocat lex *pen. C. Th. de prædiis tutorum.*) sicet è contrario, *l. 4. J. de pign. act.* 41 Puta superfluo pretii. Empcum ex hypotheca, seu pretii venditi pignoris redegerit creditor, id omne creditæ tibi habeat, *ut hic*, propter incertum eventum venditionis (quem recte *fortem bastarum* vocat lex *pen. C. Th. de prædiis tutorum.*) sicet è contrario, *l. 4. J. de pign. act.* 42 Puta superfluo pretii. Empcum ex hypotheca, seu pretii venditi pignoris redegerit creditor, id omne creditæ tibi habeat, *ut hic*, propter incertum eventum venditionis (quem recte *fortem bastarum* vocat lex *pen. C. Th. de prædiis tutorum.*) sicet è contrario, *l. 4. J. de pign. act.*

TIT. XXIX.

DEBITOREM VENDITIONEM PIGNORIS IMPEDIRE NON POSSE.

Debitor in sua ultima voluntate non potest impedire, quominus creditor jure possit vendere prædia sibi obligata. Salic.

I. Impp. Severus & Antoninus AA. Marcello.

SI sunt qui emere prædia tibi obligata velint, non impediuntur scriptura[43] testamenti, qua complexus est debitor *nulla à* si prædia venundari, & pœnam addidit, *ut*[44] *fisci fierent.* Nec enim potuisse eum hujusmodi lege jus creditoris facere deterius, manifestum est. Datum VI. Kal. Maji, Arro & Maximo Conss. 202.

Nisi debitor universum debitum offerat, non habet potestatem denunciandi creditori, ne pignora vendat, nec emptori, ne emat. Salicet.

II. Imp. Gordianus A. Nepoti.

DEbitoris[45] denunciatio[46], qui creditori suo, ne sibi rem pignori obligatam distrahat, vel his, qui ab eo volunt comparare, denunciat: ita demum efficax est, si universum[47] tam sortis, quam usurarum offerat debitum creditori; eoque non accipiente, idonea fide probationis (ita ut oportet) depositum ostendat. Nam si vel[48] modicum de sorte, vel usuris[49] in debito perseveret: distractio rei obligatæ non potest impediri: neque ea ratione emptor, tametsi sciat interpositam à debitore[50] denunciationem, malæ fidei[51] possessor. P. P. III. Non. Augusti. Gordiano A. & Avi[illegible] Conss. 240.

43 Debitor vendicionem pignoris testamento impedire non potest, *ut hic, & l. 114. §. 12. ff. de leg. 1.* adde *Cujac. 5. obs. 16.* 44 *l. 38. §. 3. ff. de leg. 1.* 45 Pignoris distractionem debitor non aliter impedire potest, quam si eorum universum & usuras offerat, vel saltem deponat. Nam si quid defuerit, non modo non impedit, sed ne emptor quidem malæ fidei possessor est. *Synops. Basil. 25. tit. 7. c. 43.* 46 Denunciatio debitoris non fit

lennis pignoris venditionem non impedit. 47 Dixi ad *l. 5. J. de distract. pignor.* 48 Dixi ad *l. 6. J. de distract. pig.* adde *l. 2. §. de fidejuss. l. 25. §. 13. ff. familiæ. l. 19. §. 3. ff. de pignor. act. l. 85. §. 6. ff. de verb. obl.* 49 Adde *l. 4. J. de usur.* 50 Illegitima denunciatio debitoris emptorem pignoris in mala fide non constituit, nec rem litigiosam facit. *l. 2. J. de litigios.*

TIT. XXX.

SI VENDITO PIGNORE AGATUR.

Si creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad interesse debitoris tenetur. Salic.

I. Imp. Alexander A. Agrippæ.

PRæses provinciæ aditus, si fuerit probatum, tuum creditorem, cui jus distrahendi pignora fuit, dolo[51] malo fundum vendidisse: quanti tua interest, restituere tibi eundem creditorem jubebit. Quod si[52] de bonis creditoris condemnati solvi pecunia non potuerit, & probatum fuerit, emptorem mala fide emisse: offerente[53] te pecuniam cum usuris, quanti fundus venit, restituere tibi fundum cum fructibus malæ fidei emptorem jubebit. P. P. Kal. Septemb. Alexand. A. Conss. 223.

Si creditor per fraudem minori pretio pignus vendidit, ad interesse debitoris tenetur. Salic.

II. Idem A. Æmiliano.

SErvos, quos nullo[54] jure à creditore veniisse dicis, pater tuus, vel[55] tu, si hereditas ejus ad te pertinet, à possessoribus petere potes. Quod si usucapti[56] sunt, petat pater tuus pretium eorum à creditore, qui non jure eos vendidit. P. P. III. Kal. Januar. Alexand. A. Cons. 223.

Debitor, vel ejus hæres pignus non jure distractum potest vindicare, nisi sit usucaptum. Salic.

III. Idem A. Claudio.

SI uxor tua Præsidi provinciæ probaverit, cum aureos triginta deberet, servos suos amplioris pretii per gratiam[57] aureis viginti[58] creditorem vendidisse, eumque solvendo[59] non fuisse: jubebit[60] emptores, recepto pretio, restituere servos. P. P. XVI. Kalend. Octobr. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Debitor pignus jure non distractum potest à possessoribus vindicare, vel pignoratitia cum creditore agere. Salic.

IV. Imp. Gordianus A. Eudemo.

CUm[61] contra bonam fidem venditionem obligatæ possessionis à creditore factam alleges, non observatis[62], quæ in distrahendis pignoribus celebrari consueverunt, adito Præside provinciæ experire actione competenti non tantum adversus creditorem, verum etiam[63] adversus possessorem; si fraudem cum participasse[64] cum creditore docere potueris: ut revocatis, quæ mala fide gesta constiterit, & fructuum ratio, & damni, quod irrogatum apparuerit, haberi possit. P. P. Kal. April. Sabino II. & Venusto Conss. 241.

Emptor, qui participat fraudem, tenetur in subsidium, si creditor non est solvendo. Salic.

V. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Noniæ.

SI creditore pignus, priusquam ei satisfieret, distrahente, non per collusionem emptor comparaverit, successor[65] ejus de superfluo[66], non emptoris heres, qui rem possidet, conveniendus est. S. XVI. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

51 *l. 4. J. l. 7. ff. de distract. pignor.* 52 Debitori in emptorem malæ fidei restituitur in rem actio, creditore, qui pignus vendidit, non adhuc. *l. 3. J. eod.* 53 *l. 9. ff. de rei vind.* Imo emptori malæ fidei pretium offerri non oportet, cum pretium amittere debeat. vide *l. 27. J. de evict.* 54 Id est, non observatis solennitatibus. *l. 4. J. eod. l. 2. J. si propt. publ. pensio. l. 3. J. si adverf. fisc.* 55 Vid. *Cujac. 7. obs. 26. in fin.* 56 Debitor ejusve heres pignus non jure distractum vindicare potest, nisi sit usucaptum: quo casu venditor de pretio tenetur. 57 Et ita dolo malo. *l. 1. J. eod.* 58 Id est, minore pretio. 59 *l. 1. verf. quod si J. eod.* 60 Emptor fraudis particeps tenetur in subsidium, si creditor non est solvendo. *d. l. 2. l. 4. J. eod.* 61 Vid. *Cujac. 8. obs. 28.* 62 Id est, omissis solennibus, id est, indictionibus, adjectionibus, licitationibus: vel si is vendidit, qui jus vendendi non habuit. 63 Discusso primum pretio venditore. 64 *l. 3. J. eod.* 65 Actio *de peculio* datur in heredem venditoris, non emptoris. 66 *l. 7. J. de dol.*

TIT. XXXI.

DE[a] LUITIONE PIGNORIS[b].

Nisi debitum integraliter solvatur, pignus non recuperatur. Bald. Justus emptor non debet pati controversiam: sed debet convenire creditor, vel ejus heres. Bald.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Antiochiæ.

QUI pro parte heres extitit: nisi[1] totum debitum exolvat, suam portionem ex pignoribus recipere non potest. PP. III. Kal. Apr. Albino & Æmiliano Conss. 207.

Actione personali sublata tempore, potest durare hypothecaria. Salic.

11. Imp. Gordianus A. Domitio.

INtelligere debes vincula pignoris durare[4] personali actione submota[5]. P.P. XII. Kal. Jun. Sabino, & Venusto Conss. 241.

Soluto debito, vel aliter satisfacto, potest creditor pignoratitia convenire. Bald.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Floro.

SI reddita[6] debita quantitate, vel rebus[7] in solutum datis sive distractis, & compensato pretio, satis ei, contra quem supplicas, factum esse adito Præside provinciæ probaveris: vel si quod residuum[8] debetur, obtuleris, ac, si non acceperit, deposueris consignatum: restituti tibi res pacto pignoris obligatas providebit: cum etiam Edicto perpetuo actione proposita, pecunia soluta creditori, vel si per[9] eum factum sit, quominus solveretur: ad reddenda[10] ea, quæ pignori acceperat, jure eum satis evidenter urgeri, manifestum est. S. VI. Id. Oct. AA. Conss.

TIT. XXXII.

SI UNUS EX PLURIBUS HEREDIBUS CREDITORIS, ET DEBITORIS[11] PARTEM SUAM DEBITI SOLVERIT, VEL ACCEPERIT.

Inter heredes creditoris personalis actio dividitur pro rata, non realis hypothecaria. Salic.

1. Impp. Valerian. & Gallien. AA. Tauro.

MANIFESTI, & indubitati juris est, defuncto creditore[11] multis relictis heredibus, actionem quidem personalem inter eos lege[12] XII. tabularum dividi[13]: pignus vero in solidum unicuique teneri. Dat. XII. Kalend. Maji, ipsis AA. IV. & III. Conss. 258.

Licet actio personalis dividatur pro rata inter heredes debitoris, non tamen hypothecaria, sed unusquisque conveniatur pro rebus a se possessis. Salic.

11. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Claudiæ.

ACrio quidem personalis inter heredes[14] pro[15] singulis portionibus quæsita scinditur[16]: pignoris autem jure multis obligatis rebus, quas diversi possident: cum ejus vindicatio non[17] personam obliget, sed rem sequatur: qui possident, tenentes non pro modo singularum rerum substantiæ conveniuntur, sed in solidum: ut vel totum debitum[18] reddant, vel eo, quod detinent, cedant. S. v. Nov. * *Antiochiæ.*

TIT. XXXIII.

SI PIGNORIS CONVENTIONEM NUMERATIO[20] PECUNIÆ SECUTA NON FUERIT.

Debitor potest creditorem, qui pecuniam non numeravit, ad restitutionem pignoris convenire. Salic.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Illaro.

SI pecuniam[21] tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam adseris, & pignus datum probaturus es, in rem experiri potes: nam intentio[22] dati pignoris, neque redditæ pecuniæ, non aliter tenebit, quam si de fide debiti constiterit. Eademque ratione veritas serveturi, si te[23] possidente pignus adversarius tuus agere cœperit. P. P. Kal. Sept. Lateranо & Rufino Conss. 198.

11. Imp. Alexander A. Peregrino.

SI (ut nunc adseveras) nihil creditor numeravit uxori tuæ, quæ pignus dedit, sed inanem[24] extorsit cautionem: mendaci scripturæ contra fidem veritatis obligari ejus res non potest. Sine die & consule.

TIT. XXXIV.

DE[25] JURE DOMINII IMPETRANDO[26].

Impetrans possidere pignus jure dominii, debet exprimere nomina debitorum cessantium, & solennia peregisse.

1. Imp. Alexander A. Nicolæ.

DOMINII jure pignora possidere desideranss, nomina debitorum quos in solutione cessare dicis, exprimere, & an solennia[27] peregisti, significare debuisti: dummodo scias omnia bona[28] debitoris, quæ pignori dedit, ut universa dominio tuo generaliter addicantur, impetrare te non posse. P. P. XIV. Kal. Dec. Alex. Aug. III. & Dione Conss. 230.

11. Imp. Gordianus A. Justæ.

SI creditor pignus jure dominii à nostra[29] serenitate possidere petiit, & post formam rescripti alio anno usuras[30] à vobis acceperit, à beneficio impetrato recessisse videtur. P.P. prid. Decemb. Pio & Pontiano Conss. 239.

Antiqua observatione sublata, debitor non meretur, ut certo tempore solvat: quo elapso, a principe dominium impetratur. Bart.

III. Imp. Justinianus[31] A. Demostheni P. P.

VEtustissimam observationem[32] quæ nullatenus in ipsis rerum claruit documentis, penitus esse duximus amputandam, immo magis clariotibus remediis corrigendam. Igitur in pignoribus quæ jure dominii possidere aliquis cupiebat, proscriptio[33] publica, & annus[34] luitionis antiquitus introducti sunt: pignus autem publice proscriptum, neque videmus, neque (nisi tantummodo ex librorum recitatione) audivimus.

§. 1. Sancimus[35] itaque, si quis rem creditori suo pignoraverit, si quidem in[36] pactione[37] cautum est, *quemadmodum debet pignus distrahi*, sive in tempore, sive in aliis conventionibus, ea observari[38], de quibus inter creditorem & debitorem conventum est. Sin autem nulla pactio intercesserit, licentia debitur fœneratori ex denuntiatione[39] vel ex sententia judiciali[40], post[41] biennium ex quo attestatio missa, vel sententia prolata est, *numerandum*, eam vendere[42]. §. 2. Sin vero nemo[43] est qui comparare eam maluerit, & necessarium fiat creditori saltem sibi eam jure dominii[44] possidere: in hujusmodi casibus [hanc] causam esse observandam censemus, ut sive præsens sit debitor, denunciatio ei scil. post biennium mittatur: sive abfuerit, provinciale tribunal creditor petat, & judicem certiorare[45] festinet, quatenus ille eum requisierit, certo tempore super hoc ab eo statuendo: ut fiat debitori manifestum per apparitionem[46] judicis, quod à creditore petitum est: & certum tempus statuatur, intra quod si fuerit inventus debitor, debet is qui pecunias creditas accepit, debitum offerre, & dignus recuperare. §. 3. Sin autem nullatenus fuerit inventus, judex certum tempus definiat intra quod ei licentia dabitur sese manifestare, & offerre pecuniam, & pignus à pignoratione liberare. Sin autem tempore statuto, vel minime fuerit inventus, vel crediram pecuniam totam offerre noluerit: tunc creditor adeat culmen principale, & precibus porrectis, jure dominii [à nostra serenitate] habere eamdem rem expetat, habeatque ex divino oraculo ea in suo dominio. †. Et postquam hoc fuerit subsecutum, pietatis intuitu habeat debitor intra[47] biennii tempus in suam rem humanum regressum[48], ex die sacri oraculi numerandum: & liceat ei creditori qui jam dominus factus est, offerre debitum cum usuris, & damnis vitio ejus creditori illatis: quosum quantitatem creditor debet suo juramento[49] manifestare, & suum pignus recuperare. Sin autem biennium fuerit elapsum, plenissime habeat rem creditor, idemque dominus jam irrevocabilem factam.

§. 4. Sed si quidem minus[50] in pignore, plus in debito inveniatur: in hoc quod noscitur abundare, sit creditori omnis ratio integra. Sin autem ex utraque parte quantitas æqua[51] inveniatur, sine omni dubitatione totam rem antea pignoratam retineat. Sin autem minus[52] quidem in debito, amplius[53] autem in pignore fiat: tunc in hoc, quod debitum excedit[54], omnia debitori jura integra lege nostra servabuntur: creditoribus quidem fœneratoris non suppositum, aliis autem debitoris creditoribus, vel ipsi debitori servatum. Et ne ex communione[55] fiat aliqua difficultas, licentia dabitur creditori, seu domino, æstimationem superflui debitori, vel creditori debitoris cum competenti cautela in eum exponenda offerre[55]. §. 5. Sin vero creditor postquam jure dominii hoc possideat, vendere hoc maluerit, licet quidem ei hoc facere: si quid autem superfluum sit, debitori servare[56]. Sin autem dubitatio exorta fuerit pro venditione, utpote viliore pretio facta, sacramenti[57] religionem creditor præstare compellatur, quod nulla machinatione, vel circumscriptione usus est: sed tanti[58] vendiderit rem, quanti potuerit venire: & hoc tantummodo reddi debitori quod ex juramento superfluum fuerit visum. Sin autem ex jurejurando [etiam] minus habuisse creditor inveniatur, in residuum habeat integram actionem. §. 6. Æstimationem autem pignoris, donec apud creditorem eundemque dominum permaneat, sive ampliotis sive minoris, quantum ad debitum quantitatis est, judicialis esse volumus disceptationis: ut quod Judex[59] super hoc statuerit, hoc in æstimatione pignoris obtineat. Dat. XV. Kal. Aprilis, *Constantinop.* Lampadio, & Orestе VV. CC. Conss. 530.

T I T.

---

[a] Jus luendi pignoris an præscribatur, dixi ad l. 15. ff. de usucap.

[b] Id est, quibus modis pignus solvatur. ex D. VI. est enim luere, solvere. Varro 4. & 5. de lingua. hinc reluere, resolvere. Fest. in Reluere. sic Festo relata, est salvit.

1 l. 16. T. de dist. pign. l. 8. §. 2. & l. 9. §. 3. ff. de pign. act.

4 Quod hic dicit actione personali sublata durare posse hypothecariam, contra juris principia est. Nam subducta principali non remanet hypothecaria. vid. Cujac. 15. obs. 23. Sed conjungenda est hæc lex superiori hoc modo: Debitori pignoris duo heredes fuerunt: si pro sua portione solverint, omni jure actio personalis tollitur: at non hypothecaria qua heredes tenentur in solidum propter individuam pignoris causam. l. 65. ff. de evict. vid. Cujac. 5. obs. 32. Aliis quoque casibus, finita etiam principalem actione, durat hypothecaria, ut si creditor non merito causæ, sed merito & culpa sua principalem litem amiserit. forte quia male instituit, plus petiit, judicio non adfuit. l. 30. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 27. ff. de pign. act. l. 9. §. 1. ff. de solutionibus. Nam in causa hypothecaria nullum simile vitium arguitur. vide Cujac. hic.

5 Hypothecaria durat, sublata personali, ut hic; quod verum esse dicitur, etiamsi personalis actio sit sublata, vel præscriptione triginta annorum ex l. sicut. 3. T. de præscript. triginta annorum. Bald. Adversus hic. Castrensis in l. ea. 26. T. de usuris. vel confusione successionum. l. debitori. 7. T. de pactis. & ibi Alex. l. debitor. 59. ff. ad Trebell. text. & gl. in l. ex sexcentis 30. §. Latinus 1. ff. de excep. rei judic. Quamvis sublata fidejussoria actione durat etiam hypothecaria. l. cum quis 38. in fin. & ibi Bart. ff. de solut. Nam fidejussoria obligatio, neque initio, neque ex post facto sine principali potest subsistere. l. si heres. 73. ff. ad Trebell. hypothecaria ex post facto sine principali potest consistere. Duther. hic Castrensis in l. ult. T. de fide instr. Quid si sententia absolutoria lata est pro debitore adversus creditorem? Quid si jurejurando sibi à creditore delato, debitor juravit se debitorem non esse? Quid si principalis ipsa obligatio pacto seu conventione sublata est? Quid si quoquo justo modo satisfactum est creditori? hypothecaria superioribus casibus una cum ipsa principali actione sublata intelligitur. l. 1. in pen. & §. ult. l. fabritor. 5. in fin. & §. 1. l. item liberatur. 6. ff. quib. mod. pign. l. cum solvendo. 4. ff. de distract. pign. Quid quæ vita quodque spatium est personalis & hypothecariæ? Personalis triginta annorum: hypothecariæ ad versus debitorem, & heredes ejus & adversus posteriores creditores debitore superstite quadraginta annorum. vid. l. cum nostissimi 7. T. de præscript. 30 ann. Citius perit ius actionis personalis quam hypothecaria, ut hic, l. qui occidit. 29. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. debitor. 59. ff. ad Trebell. vide Balbum tractatu de præscript. 4. parte 4. num. 2. Bart. in l. 27. ff. de fidejuss. 6 Soluto, satisfacto, aut compensato debito, pignus petitur, ut hic. leg. 1. T. de pignor. l. 7. T. de distr. pignor. l. 4. §. 1. ff. de reb. credit. l. 11. §. 3. §. 5. ff. de pignor. actione. l. 11. l. 20. ff. de pignorib. l. 6. ff. quib. mod. pign. §. ult. Inst. quib. mod. re. sed & instrumentum. l. ult. T. ad exhibend. l. 2. T. de cunctis. ne l. 3. l. ult. T. de solut. l. 18. ff. ad exh.

7 Res in solutum dari potest. 8 De residui oblatione adde l. 9. T. de pignor. 9 Mora factum reprobatur. 10 l. 1. §. 6. ff. de oblig.

11 l. 36. T. de distr. pign. l. 1. T. de exceptionib.

12 De creditoris heredibus, adde l. 11. §. 4. ff. de pign. act.

13 Dixi ad leges XII. Tabul. lib. 2. tit. 21. §. 2. §. 3. l. 25. §. 13. ff. familiæ. adde l. 6. T. familiæ.

14 Personalis actio dividua: pignoratitia, seu hypothecaria actio individua, ut hic, & l. 2. T. cod. l. 65. ff. de evictione.

15 Debitoris scilicet.

16 Vide l. 2. ff. eurt. penat.

17 Dixi ad l. 1. T. eod. l. 2. T. de act. iter.

18 Pignus non personam, sed rem sequitur. l. 18. T. de pign. & hyp. l. 17. ff. de pign. & hyp. ad heredes creditoris.

19 Hæc lex pertinet ad heredes debitoris, ut superior ad heredes creditoris.

20 Adde titulum de non numerata pecunia, & de data causa non numerata.

21 l. 1. T. de non num. pecun.

22 Id est, exceptio, cujus hæc fuit formula, Si non dederit ut dicitur. Graci hic: hanc est exceptio dati pignoris. Creditor ex detentione pignoris numeratam à se pecuniam colligebat, secundum sibi redditam à debitore. Conclusio est infirma: recurrendum est enim ad ipsam rei gestæ veritatem, ideoque non continuo verus creditor censebitur, qui pignus possederit aut possidebit. 23 Qui debitor dicatur, scil. adeoque nuda conventio pignoris causa pignoris constituti non secuta, nihil efficit.

24 Inanis hypotheca est, pecunia non numerata.

25 Adde l. 24. ff. de pign. act. l. 65. ff. de evict. ff. de acq. rer. dom. Jus id dominii quamdiu interpretetur, vide in l. ult. T. eod. l. 63. in fin. ff. de acq. rer. dom.

26 Vide Brissonium 4. subscr. 9. Rebuffus munet solennia hujus titulo non servari in Gallia, prout testatur, Graff. §. munus. 103.

27 l. 3. T. adhibitis solennitatibus venditur. denuntiatio debitori facta. l. 4. T. de dist. pign. Paul. 2. sent. 13. §. 3. l. 78. §. 6. ff. ad Trebell. profitetur. Plin. 7. ep. 11. l. 3. in fr. T. eod. Italorum solennitas. adde l. 6. T. de rescindo. pign.

28 Speciatim hypotheca dominium principis potest addicere, non autem generalia.

29 l. ult. T. si in caus. judic. l. 24. ff. de pig. act. l. 59. ff. ad Treb. l. 63. in fin. ff. de acq. rer.

30 Dominio impetrato remittit qui usuras à debitore recipit. l. 3. T. de pactis int. emp. l. 8. T. de usur. l. 7. §. 1. vers. quamvis in fin. ff. depositi. Alias enim contrariis beneficium amittitur. l. 3. T. de his qua vi metusve caus. fa. l. 4. §. 1. in fin. l. 7. ff. de his qui not. infam. l. 23. ff. de usur.

31 Fit hujus legis mentio §. 1. hic. ff. quib. diver. lic. sit.

32 Dixi ad l. 1. T. eod.

33 Vinnius 7. epitom. l. 14. T. de distract. pign.

34 l. 63. in fin. ff. de adquir. rerum dominio.

35 Syn. Basil. 35. tit. 7. c. 57.

36 l. 4. T. de pignorat. act.

37 Pacta pignoribus adjecta hic venuntur. Quid si nihil convenit, sed post rem judicatam, vel denunciationem biennium præterierit? pignus vendere licebit. vers. sin autem. Quid si creditor emparam non invenit, adeaque anteriis est, creditoresti jure dominii rem possidere? Præsumo debitori denunciandum: absens judicis decreto atque officio intra certum tempus requiritur: si inventus debitum solverit, pignus recuperabit. §. 3. T. eod. si nullum apparuerit, rursus judex tempus dabit intra quod veniat, & debitum solvat & pignus recuperet. Quid si ne tum quidem comparet: aut certe comparet, parentantum debiti offerens? adito principe, creditor pignus jure dominii impetrare potest. §. 3. T. eod. Quid? debitor num perpetuo jus dominii ita amittit? non amittit. Nam intra biennium, jus ei est debiti offerendi una cum usuris & damnis creditori datis, quæ juramento creditor indicabit, §. 3. vers. & postquam. Quid si hoc rursus biennium elapsum fuerit? jus omnino eum amittet sine ulla rei recuperandæ spe. Synops. Basil. 25. tit. 7. c. 57. (His adde quædam ex Harmen. 3. tit. 5. §. 24.) Et his quidem modis jus dominii impetrari olim solitum fuit. Creditor primum pignus possidebat, ne venale proponebat. Nam invento emptore, vel minus idoneo, à principe impetrabat, ut sibi jure dominii emere habereque liceret: duos annis spatio debitori pignoris luendi ac revocandi. Anno elapso creditor deinceps ex rescripto principis pro dominio pignus possidebat: ut Brissonium 4. subscr. 9. 38 d. §. 11. 39 Paul. 2. sent. 13. §. 5. 40 Vide l. 1. 2. 4. ff. in causa judic. 41 Creditor, etiamsi nihil de eo convenit, potest pignus distrahere post biennium, si tamen debitori denuncia verit, vel judex pronuncia verit pecuniam solvi. vid. l. 4. ff. de pignorat. act. Goth. Putant alii ex d. l. 4. distractionem pignoris etiam ante biennium fieri posse. Arum. exerc. 12. th. 18. Donell. de pignor. cap. 12. Ant. Adde Treutler. vol. 2. disput. 1. thes. 8. litt. g. & ibi Bachov. S. L. 42 De venditione pignoris. 43 l. 3. T. de cunctis. in l. 2. l. 3. T. si in causa judic. l. 15. §. 3. ff. de re jud. 44 De dominii impetratione. 45 Admoneat. 46 Per officia. 47 Noo in vento tempore, creditori a principe jus dominii addicitur: sed tamen intra biennium debitor soluta sorte & usuris ad recipere potest. 48 De hac dilatione pignoris. 49 Creditor expensas à se factas in pignore, juramento debeat.

50 Si minus in pignore, plus in debito. adde l. 10. T. de obl. 51 Si tantum in pignore, quantum in debito. 52 Si minus in debito, plus in pignore. vide l. 42. ff. de pignor. act. l. ult. T. de distract. pign. 53 Quid si in fundo sic addicto creditor thesaurum invenit? vide l. 63. ff. de acq. rer. dom. 54 Superfluum pretii creditori non est obligatum.

55 Vide l. ult. T. de distract. pign. 57 De juramento creditori delato adde §. 3. T. eod. dixi ad l. 9. §. 1. ff. de reptis. 58 Id est, justo pretio. 59 Judex æstimationem pignoris definit.

T I T.

TIT. XXXV.

DE PACTIS[1] PIGNORUM ET DE LEGE[2] COMMISSORIA[3] IN PIGNORIBUS RESCINDENDA.

Lex commissoria in pignoribus nihil operatur.

1. Imp. ALEXANDER A. Victorino.

QUI pactus est, *Nisi*[4] *intra certum tempus pecuniam quam mutuam accepit, solverit, cessurum*[5] *se creditoribus*, hypothecæ venditionem non contraxit[6]: sed id comprehendit, quod jure suo creditor in adipiscendo pignore habiturus erat. Communi itaque jure creditor hypothecam vendere debet. PP. Id. Octob. ALEXANDRO A. CONS. 223.

Pactum quod res vendita non evincatur, alia res pro ea obligata debitoris reddatur, est validum & servandum. Bald.

11. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Dionysio.

SI fundi nomine quem vendideras, emptori ab alio mota proprietatis quæstione, altetum fundum pro ejus evictione pignoris hypothecæve titulo emptionis instrumentis ea lege dediti, *Ut*[7] *quem secundo tradideras, si is quem vendideras, evictus non fuerit, obtineas*: de hoc contra eum qui moverat quæstionem lata sententia: emptori parata fecuritate circa eum quem obligaveras restituendum: conventionis fidem impleri (si negotium integrum est) Præses jubebit. S. Kalend. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

111. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

QUoniam[8] inter alias captiones[9] præcipue, commissoriæ [pignorum] legis crescit asperitas, placet infirmari eam, & in posterum omnem ejus memoriam aboleri[10]. Si quis igitur tali contractu laborat, hac sanctione respiret, quæ cum præteritis[11] præsentia quoque repellit, & futura prohibet. Creditores enim re amissa jubemus recuperare quod dederunt. Dat. 11. Kalend. Feb. *Serdicæ*, CONST. A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

[1] De quibus quæstionibus dixi ad *l. ult. C. de distract. pign.* adde 28. D. 1.

[2] De lege commissoria pignorum vide Ciceronem 13. *epist. fam.* 56.

[3] 111. *C. Theod.* 2. *tit.* 28. *§.* 3. *pand.* 2. *font.* 13. *tom.* de fiduciaria: Fiducia dominium transfertur in creditorem, non pignus. *l.* 35. *in fin. §. de pign. act. §ed. §. simon.* Fiducia simile Cicero pro Murena. In Longobardis legibus fiduciæ fit mentio. 14. *de leg. quæ cum dotal. l.* 2. *C. de pretor. edict. adm. & C. Th. l.* 9. *C. de infam. hæ quæ sub tutela.* Scholiastes 14. Pecuniam mutuam postulavit, nisi quidem loco fiduciæ pignoris, vel argenti fecundum, vel obligare prædiorum: *Rabenhirst c.* 12. *de Fidei. fiduciam vocit.*

[4] Pactum commissorium, id est, lex commissoria. *tit. ff. de lege comm.* pignoribus aliorum. *ff. ad.* adde *l.* 38. *ff. de minor.* Quid his verbis intelligitur? hoc scil. non ut creditor pignus habeat emptionis jure, sed ut id creditor jure suo distrahat, *ut hic.* unde colligunt, pactum potius omitti superfluum esse, quam juri contrarium.

[5] Pactum, ut pignoris fiat dominus creditor, si intra certum tempus pecunia ei soluta non fuerit, invalidum est, *ut hic. Synaef. Basil.* 25. *tit.* 7. *v.* 60.

[6] Vide *l.* 4. *T. de pign. act.*

[7] Cum rei quam tibi vendideram, fieret tibi controversia, pignus dedi, adversus actionem judicatum est: pignus utique jure possum petere, ut cessante causa propter quam pignus datum est, pignus reddi oporteat.

[8] Vide *l. un. C. Theod. ead.*

[9] Captiosa lex commissoria in pignoribus. Lex hujusmodi fuit, ut si ad diem pecunia soluta non esset, pignus creditor sibi haberet, id est, perpetuo jure apud creditorem remaneret: Huic convention fraus inest maxime, quoties pro ære modico debitor pretiosa mancipia supponit.

[10] Abolitur lex pignorum commissoria, *ut hic*: Aboletur eadem in Feodis 1. *Feud.* 29.

[11] Lex ad præsentia & futura pertinet. *l.* 7. *T. de legibus.* interdum trahitur ad præterita, vide *l. un. §.* 4. *T. de contractib. jud.* Goth. Adjectione tamen juramenti ejusmodi pactum valebit. Gluck. in *cap.* 9. *Extr. de jurejur.* Vid. Rittershus. *de differ. lib.* 3. *cap.* 4. Ant. Merend. *Controv. lib.* 1. *cap.* 2. Ans.

TIT. XXXVI.

DE EXCEPTIONIBUS[12] SEU[13] PRÆSCRIPTIONIBUS[14].

De debitoribus hereditariis.

1. Imp. ANTONINUS A. Claudio.

DEBITORES quidem hereditarii unicuique heredum pro portione hereditaria, antiqua lege[15] obligati sunt. Sed si eis heredibus omnem pecuniam exolvisti, quibus nomen[16] parris tui testator in adscripserat[17], doli mali exceptione[18] adversus alios[19] agentes tueri te potes. PP. x. Kal. Aug. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De exceptione rei judicatæ.

11. Idem A. Julio.

PRo portione tua, qua domum ad te pertinere dicis, si judicatum non est, actionem dirigere potes. Nam exceptio rei judicatæ ei[20] demum obstat, vel successoribus ejus, inter quos cognitum super ea re & pronunciatum est. P. P. XV. Kalend. Martii, ANTONINO A. IV. & BASSINO CONSS. 214.

De exceptione pacti & replicatione doli.

111. Idem A. Vitali.

ADversus fratrem[21] tuum quondam tutorem legitimum tutelæ judicio si expertus non es, proposita actione consiste: nec timueris exceptionem pacti, si in ea fraudem[22] dolumque admissum probare[23] potes: nam replicatio[24] doli oppositæ[25] bonæ fidei judicium facit, & commentum fraudis repellit.

De dilationibus.

IV. Imp. ALEXANDER A. Juliano & aliis.

CUm[26] nondum[27] finitam sententia causam, sed dilatam allegetis, non est dubium, omnes integras defensiones [vobis] esse. P. P. II. Non. Octobr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De vi.

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Basilio.

LIcet *Unde vi* interdictum intra[28] annum locum habeat, tamen exceptione[29] perpetua succurri ei, qui per vim expulsus post retinuit possessionem, auctoritate juris manifestatur. v. Kal. Majis, *Tralle*, AA. CONSS.

De exceptione pacti & replicatione doli.

VI. Iidem AA. & CC. Helenæ.

SI pactum intercessit, in exceptione[30] sine temporis præfinitione de dolo replicare potes. S. Kal. Sep. *Viminacii*, AA. CONSS.

De minore quantitate soluta.

VII. Iidem AA. & CC. Menandro.

SI ex majore debiti quantitate minor tibi soluta est, nec liberationem debitori tuo præstitisti: petere, quod[31] non probatur redditum, contra exceptionem pacti replicatione[32] tuam adjuvans intentionem, minime prohibetis. S. II. Kal. Mart. CC. CONSS.

De exceptione peremptoria.

VIII. Iidem AA. & CC. Aurelio.

PRæscriptionem peremptoriam[33], quam ante[34] contestari sufficit, omissam, priusquam sententia feratur, objicere quandoque licet. S. XV. Kalend. Novemb. CC. CONSS.

[12] Dixi ad RUBR. D. 11.

[13] Id est, *Et*, ut enim idem exceptio & præscriptio: Imo non est, ut dixi, *ff. de exceptionib. de rebendis & Jus. Cant. ibi.*

[14] *Ibid.*

[15] Duodecim Tabularum scil. dixi *T. si unus ex plurib. & ad leg. XII. Tab. lib.* 2. *tit.* 21. *§. ult.*

[16] Quod uni heredum solutum est pecuniæ mandatæ, reliqui coheredes id exigere à debitore hereditario non possunt.

[17] Id est, prædictus.

[18] Ut qui defuncti voluntatem impugnat.

[19] Coheredes.

[20] Vid. *l.* 12. *T. res inter alios acta.*

[21] Vid. Goedd. *de contrab. pignor. cap.* 2. *num.* 35. *Lucc.*

[22] Pactum fraudulentum exceptionem non parit. vid. *l.* 5. *T. de transact.*

[23] *l.* 18. *§.* 1. *ff. de probat.*

[24] Actioni tuæ hæc quæ bonæ fidei est, exceptio & replicatio doli inest. *l.* 22. *ff. solut. l.* 84. *§.* 5. *ff. de legat.* 1. *l.* 72. *ff. de furt.*

[25] Dolo exceptio opposita bonæ fidei judicium facit. Dionysius in 7. *etiam by. Rota* 42. *ff. de don. inter mort.* Sed reprehenditur ab aliis interpres Graece l. 47. *Basilicorum*, dubitatur à Cujac. 3. *obs.* 17. 26. *l.* 8. 3. *cod. l.* 2. *T. finium. regund. non profit.*

[26] Dicitur non judicii ordinis peremptorium non excludit, sed rei judicatæ exceptio.

[27] 2. *T. unde vi. l.* 1. *ff. de vi & vi.*

[28] Annus quo *sunt* ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. adde *l.* 8. 3. *cod. l.* 7. *§.* 4. *T. de præscript. triginta ann.*

[29] De dolo actio temporalis, exceptio de dolo perpetua, *ut hic.*

[30] Pactum, *Nihil amplius peti*, restringit ad res tantum quantitates quæ vere sunt solutæ. adde *l.* 24. *l.* 31. *T. de transact. l.* 13. *T. de furtis. l.* 13. *T. de solutionib. l.* 67. *§.* 3. *ff. de cond. indeb.*

[31] Replicatio solutæ pecuniæ adversus pactum de non petendo nimis generalis est.

[32] Exceptio, quæ semper agentibus obstat, semper rem de qua agitur, perimit. *§.* 9. *Inst. de exceptionib. l.* 3. *ff. de exceptionibus.*

[33] Peremptoria exceptio ante definitivam sententiam, potest quandocunque objici post litem contestatam. vid. *l.* 4. *T. ead.* dilatoria non potest. *l.* 12. *T. ead.*

De inficiatione & exceptione.

IX. Iidem AA. & CC. Mutiano.

SI quidem intentionem[35] actoris probatione[36] deficere confidis, nulla tibi defensio necessaria est. Si vero de hac confitendo[37], exceptione te munitum asseveras, de hac tantum agi convenit. Nam si etiam de intentione dubitas: habita exceptionis contestatione, tunc demum, cum[38] intentionem [suam] secundum asseverationem suam petitor probaverit, huic esse locum monstrari convenit. S. III. Non. Novemb. *Burrudæ*, CC. CONSS.

De exceptione & replicatione.

X. Iidem AA. & CC. Aquilinæ.

NOn exceptionibus[39] actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex causis, sed replicationibus[40] suam intentionem, si quam habeant, muniant. S. Kal. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De intercessoribus.

XI. Iidem AA. & CC. Neoni.

DEfensiones sive exceptiones ad[41] intercessores extendi, quibus reus principalis integro manente statu munitus est, constat.

De exceptione dilatoria.

XII. Imp. JULIANUS A. ad Juliasum Comitem Orientis.

SI quis advocatus inter exordia litis prætermissam dilatoriam[42] præscriptionem postea volnerit exercere; & ab hujusmodi opitulatione submotus, nihilominus perseveret, atque præposteræ defensioni insisterit: unius libræ auri condemnatione multetur. Dat. VII. Id. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De fori præscriptione.

XIII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Symmacho Proconsuli Africæ.

PRæscriptiones[43] fori[44] in principio [litis] à litigatoribus opponendas esse, legum decrevit auctoritas. Dat. V. Kalend. Sept. *Ravennæ*, HONORIO X. & THEODOSIO VI. AA. CONSS. 415.

[35] *l.* 9. *ff. de except.* 1. 83. *§.* 1. *ff. de furtis. adde §.* 1.

[36] Si res certus est, actorem minime probaturum negotio sufficit, nec necessaria exceptio est. adde *l.* 4. *T. de edendo. l.* 9. *T. de obligationibus.*

[37] *Confidendo*, quidam ita legunt.

[38] Non continuo futurus qui excipit. vid. *l.* 9. *ff. ead.*

[39] Actor non excipit, sed rems.

[40] Vide *Instit. de replicationibus in princ. l.* 2. *§.* 2. *l.* 22. *in fin. ff. ead.*

[41] Rei defensio competit fidejussori. dixi ad *l.* 19. *ff. ead.* adde *l.* 16. *l.* 49. *ff. de fidejussoris. §.* 4. *Inst. de replicationibus.* An honorum ademptio debitorem liberet, an fidejussorem ejus? vid. *Cujac. 11. obs.* 35.

[42] Dilatoria exceptio ante litem contestatam opponenda, *ut hic*, & *l.* 19. *T. de probationibus.* Atqui post litem contestatam peremptoriæ admittuntur? *l.* 8. *T. ead.* Peremptorius judicii constitutum judicio præpositere exceptionis admittitur.

[43] Fori præscriptio judicii constitutum judicio præpositere exceptionis admittitur. Goth.

[44] Id est, judicis incompetenti non sunt, sed constituti solendi: dilatoriæ vero constituendi. Constituto agitur de constituendo. adde *Cujac. 18. observ.* 34.

[45] De exceptione litigiosi vide Oldendorp. *c.* 20. *de except.* litigiosa res quibus cauibus vendi possit, vide apud Angelum Rovella *de litigiosis, n.* 7.

[46] XLIV. D. VI. dixi ad *Nov.* 112. adde 4. *C. Theod.* 5. *tit. de litibus* etc. Vox *lis* à Servio *Quæstionem* 27. *Synops. Basil.* 1. adde quæ dixi ad *leg.* XII. *Tab. lib.* 2. *tit.* 4. & *l.* 22. 23. *T. mandati.* Hodie in Gallia res litigiosa vendi potest. dixi ad *l. Nov.* 112.

[47] Prohibitio unius debitoris rem litigiosam non facit. *l.* 3. *ff. ead. l.* 2. *T. de distract. pignor.* adde *l.* 1. *T. debit. vend. pignor. imp. non pos.* adde *l.* 3. *T. si antiq. cred.*

[48] Litigiosa res quid.

[49] *l. un. C. Th. ead.* Pendente lite facta alienatio rem vitio litigiosi adficit.

[50] Excipe casum *l.* 3. *l. ult. T. ead.*

[51] Et res, *l. ult. T. ead. l. ult. ff. de alimat. ead. l.* 83. *ff. familiæ. l.* 1. *in fin. pr. l.* 22. *ff. de jure fisci.*

[52] Re litigiosa legata, fideicommissi, testamentove relicta debetur æstimatio, *ut hic*, Imo res ipsa. *l.* 4. *in fin. T. ead.* utrumque alterutrum est hodie, salva enim litis eventus debetur. *Novell.* 112. *cap.* 1.

[53] Emptor & donatarius rei litigiosæ, pretium rei amittit, & aliud tantumdem fisco præstat.

[54] Imo emptoris *l.* 2. *in fin. ff. ead.*

[55] Emens scienter rem litigiosam, pretium amittit: ignoranter, pecuniam repetit, ac præterea rem tantum alienatione irrita manente.

[56] Donatio non est contractus.

tiarum factæ, vel per legati [1], vel per fideicommissi causam tales res, vel actiones dederint, vel accepezint. Dat. xv. Kalend. Novemb. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. ann. secundo 532.

In Auth. nent. de litigiosis. §. & hoc autem præsenti coll. 6. tit. 13. al. 8. Novell. 112. cap. 1.

[1] Diai ad *l. pen. §. ult.*

[2] Et ita restringitur *d. l. pen.*

Nunc si hæres in lite victor extiterit, rem ipsam, cujus dominus esse apparet, legatario præstet: qui nihil [2] consequitur, si victus fuerit hæres, cum litis eventus ei videatur relictus. Igitur lite adesse potest, ne calumniator.

TIT. XXXVIII.

DE CONTRAHENDA ET COMMITTENDA STIPULATIONE [3].

De scriptura.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Secundo.

Licet [4] epistolæ [5], quam libello inseruisti additum non sit, *stipulatum esse eum, cui cavebatur*: tamen si res inter præsentes gesta est, credendum [6] est præcedentem stipulationem vocem spondentis subsecutam esse. Accepta xvii. Kalend. Maji, Severo iii. & Victorino Conss. 201.

[3] Huic titulo respondent tituli *de verborum obligationibus*, qui in Institutionibus & Pandectis sunt & si qui similes occurrent, dixi ad xl.v. D. 1.

[4] Adde *l. ult. ff. mandati.* Goth. Vid. Goedd. *de contrab. stipulat. cap. 3. num.* 191. Ant.

[5] Vid. *l. penult. §. ead. l. 30. l. 134. §. penult. ff. ead. §. 16. Inst. de inutil. stipul. §. ult. Inst. de fidejussorib.*

[6] *d. l. 30. l. 134. d. §. 16. d. §. ult.*

Si pater filio stipuletur.

2. Iidem AA. Petronio.

Si filius [7] tuus, quam in potestate habebas, pecuniam dari stipulatus es: paratam obligationem exercere non prohiberis. P.P. Non. Novembr. Faustino, & Rufino Conss. 211.

[7] Pater filio in potestate posito stipulando, videtur sibi ipsi stipulari & sibi adquirere: vide *l. 39. ff. ead.*

[8] Alteri nemo stipulatur. *l. 38. §. 17. ff. ead.*

Si quis alteri stipuletur.

3. Imp. Antoninus A. Hadriano.

Si cum pecuniam tuam crederes accommodaro nomine Juliani stipulatio in personam ejus absentis [9] directa est, cum nihil actum ea verborum conceptione, intelligis superfuisse [9] tibi rei contractæ obligationem: ac propterea si pecuniam à debitore Julianus exegerit [10], eamque solutionem ratam habuisti: habes adversus eum negotiorum gestorum actionem. P.P. vi. Kal. Mart. Præsentia, & Extricato Conss. 218.

[9] Quæ stipulata est, cum [11] velit relinquere: reddi sibi, cum moreretur, eam partem dotis stipulata videtur. P.P. ii. Kal. April. Alexand. A. Cons. 223.

[10] Qui pecuniam alterius exigit, negotiorum gestorum actione tenetur.

[11] Ulpianus Præfectus annonæ, Jurisconsultus & amicus ab Alexandro Imperatore appellatus.

De nuda pollicitatione, & pœnali stipulatione subjecta.

4. Impp. Diocletv. & Maxim. AA. & CC. Isidoræ.

Nuda [12] pollicitatione, secundum ea, quæ sæpe constituta sunt [13], ad præstanda ea, quæ promiserat [14], urgeri quemquam non [15] semper jura permittunt. Verum quoniam præterea si contra pactum fecerit [16], quanti [17] ea res est, dari tibi stipulanti [18] adversarium tuum promisisse proponas: hujusmodi etiam obligationis post motam litem extitisse conditionem [19], & ejus summæ, quæ in hac [20] quoque stipulatione continetur, petitioni locum factum esse convenit. S. v. Kal. Dec. AA. Conss.

[12] Et si non per servum, sed inter præsentes celebratam [esse] rem fuerat scriptum, & hoc iterum dubitabatur debere ostendi partes esse præsentes. Cum itaque satis utile est [21] in contractibus, & servos adhiberi, & præsentes esse personas adscribi, forte propter personas dignitate excelsas [22], vel mulieres (quas naturalis [23] pudor non omnibus perperam sese manifestare concedit) sanctimus tales scripturas omnifariam esse credendas [24]: & sive adscriptus fuerit servus: & ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo, & servum adfuisse, & fecisse stipulationem, & eam esse scripto domino acquisitam: & non dubitari, si servus ipse præsto fuerit, vel ejus dominus, pro quo scriptus est fecisse stipulationem. Et si inter præsentes partes acta esse dicitur, & hoc esse credendum: si tamen in [25] eadem civitate utraque persona in eo die commanet, in quo hujusmodi instrumentum conscriptum est: nisi is, qui dicit sese, vel adversarium abfuisse, liquidis, ac manifestissimis probationibus, & melius quidem si [26] per scripturam, vel saltem per testes [27] undique idoneos, & omni exceptione majores ostenderit, sese, vel adversarium suum eo die civitate abfuisse: sed hujusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas. Datum Kalend. Novemb. post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

[13] Vide *l. 1. §. 1. ff. de pact. & l. 3. ff. de transact.*

[14] Quia judicio communitus adversarius postea non implerit: & ita stipulatio quanti res est ob litem non defensam, non protinus committitur: sed lite contestata aut in ipso articulo litis contestatæ, & ipsa stipulatione *l. 13. vers. proinde. ff. judicat. solvi.* vid. *Cujac. 19. obs. 33.*

[15] Vide *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact. l. 1. ff. de aquæ pluv. arcend. l. 1. §. 1. ff. de aqua cott. & æstiv. l. 15. ff. de transact.* Quæ de re constituitur juris regula *l. 7. §. 5. in fin. ff. de pact. & vide quæ Cujacius* dicitur à Leunc. *Jus Græc. Rom. tit. 9. ex lib. 44. tit. 3. c. 5.*

[16] Et ipsa stipulatione *l. 13. vers. proinde. ff. judicat. solvi.* vid. *Cujac. 19. obs. 33.*

[17] Id est, contestatam.

[18] Vid. *Inst. de verb. obl.*

[19] *Inst. de inutilib. stipul. & ff. ead. tit. in pr. l. 1. ff. de aedil. prædict.*

[20] Aliud jus in masculo puberes: potest enim pubes obligari *l. 101. ff. de verb. oblig. l. 1. §. de inutil. stip.* datur tamen ei præscriptio, id est, exceptio. si deceptus sit vel læsus. *l. 7. in fin. ff. de exceptionib.* Nam læsus *§. ult. de in integ.* ad venditiones pertinet: hoc *in d. l. 3. in fin.* pubes curatorem habens, sine curatore vendidit, ideoque non obligatur: curatorem non habens, venditionem obligatur quidem, verum restituebatur: nec sola exceptione juvabatur. vide *Cujac. 19. obs. 3.*

[21] Lege Laetoria id constitutum fuit. vid. *Cujac. 19. obs. 33.*

[22] Vid. *l. 44. §. 2. ff. ead. §. 15. Inst. de inutil. stip.*

[23] Stipulanti promittens metu mortis, vel cruciatus corporis exceptionem habet, *ut hic in pr.* sin vero ob probabilem, non ob turpem causam promisit, tenetur, *vers. sin vero*: sin ob non instituendam criminis accusationem, non tenetur. *vers. sin autem. Synops. Basil. lib. c. 9.*

[24] Quæ non scripta non [28] prodesse, nec obesse, *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.* Quanam verba solennia & directa essent vide *§. 1. vers. sed hæc solennia. Inst. de verb. obl.* adde quæ notavi ad *l. 1. §. 2. ff. ead.*

[25] Non [29] semper quis ex nuda pollicitatione tenetur. Verum si promiserit, Ni fecero, pœnam præstabo, quanti res promissa fuerit, promissum non præstans, pœnam committit. *Synops. d. c. 5.*

[26] Adversarius fisi.

[27] Vid. *l. ult. ff. de stipul. prætor.*

[28] Stipulatio pœnalis pacto adjecta pactum confirmat. *l. 27. 28. ff. de pact. l. 3. ff. de var. permut. l. 45. ff. de pactis. l. 15. ff. de transact.*

[29] Vide *l. 44. §. 2. ff. ead. §. 15. Inst. de inutil. stip.*

[30] Stipulanti promittens exceptionem habet, *ut hic in pr.* sin vero ob instituendam criminis accusationem, non tenetur. *vers. sin autem. Synops. Basil. lib. c. 9.*

[31] Metus mortis vel cruciatus corporis non vitiat stipulationem. *l. 10. ff. de his quæ vi met.*

[32] Metus litis mota vel movendæ non vitiat stipulationem. *l. 10. ff. de his quæ vi met.*

[33] Adde *l. 18. ff. de transact.*

[34] Quæ non [30] prodesse, nec obesse, *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.*

[35] Quæ [31] non [32] prodesse, nec obesse, *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.*

Post mortem, cum moritur, pridie quam moriatur.

11. Imp. Justinianus A. Mennæ P.P.

Scrupulosam [35] [veterum] inquisitionem utrum *post* [36] *mortem*, an *cum* [37] *moreretur*, vel *pridie* [38] *quam moreretur*, stipulatus sit aliquis, vel in testamento legati, vel fideicommissi nomine aliquid dereliquerit, penitus amputantes; omnia [39] quæ vel quocunque contractu, vel stipulati, vel pacti sunt contrahentes, vel testator in suo testamento disposuerit, etiamsi post mortem, vel pridie quam moreretur, scripta esse nosscuntur; nihilominus pro tenore contractus, vel testamenti valere præcipimus. Dat. iii. Id. Decemb. *Constantinop.* D.N. Justiniano A. P.P. ii. Cons. 528.

[35] Non [33] solum Zenoni stipulanti mortis [34], vel cruciatus corporis territus timore spopondisti: advertus experientem exceptione proposita defendi potes. †. Sin vero nihil tale probetur, accusationis [35] institutæ, vel futuræ prætextu: non ob turpem, sed probabilem causam habita stipulatione, promissio non infirmatur. †. Sin autem ob [36] non instituendam accusationem pecunia promissa sit, cum de hujusmodi causis paciscinon liceat, petitio denegatur. S. v. Id. Octobr. *Varnariæ*, CC. Conss.

[36] Vide *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.*

[37] Vide *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.*

[38] Vide *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.*

[39] Vide *l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de transact.*

De pœna promissa, si statuta die solutum non fuerit.

12. Idem A. Mennæ P.P.

Magnam legum veterum obscuritatem, quæ protrahendarum litium magnam occasionem usque adhuc præbebat, amputantes, sancimus: ut si quis certo tempore factarum se aliquid, vel daturum stipulemur [40] vel quæ stipulator voluit, promiserit, & adjecerit, quod si statuto tempore minime hæc perfecta fuerint, certam pœnam dabit: sciat minime se posse debitor ad evitandam pœnam adjicere, quod [41] nullus [42] eam admonuit: sed etiam citra ullam admonitionem eidem pœnæ pro stipulationis tenore fiet obnoxius: cum ea, quæ promisit, ipse in memoria [43] sua servare, non ab aliis sibi manifestari [44] debeat poscere. Datum ix. Id. April. *Constantinop.* Decio V. C. Cons. 529.

[40] Stipulatori alii ve quem stipulatur voluit, promiserit, &c. vid. *Cujac. 19. obs. 37.*

[41] Ubi diu interpellat, pœna committitur. *l. 23. ff. de verb. oblig. adde l. 4. ff. de l. commiss. l. 38. de usur.* alias ibi nulla mora est, ubi nulla est petitio. *l. 127. ff. ead.*

[42] Dies interpellat pro homine, *ut hic, & l. ult. de translatitia.* vers. *de die ff. de obl.* nisi dies adjectus sit obligationis augendæ, vel finiendæ causa, vel brevior sit, vel legitimus, non ratione. vide Socinum *regule 160 90.*

[43] Facti propri ignorantia non excusat.

[44] Certiorari non debet, qui non ignoravit. *l. 1. in fin. ff. de act. empt. vel. 31. de reg. in 6.* adde *l. 23. §. 3. ff. de usurp. empt.*

De scriptura.

13. Idem A. Joanni P.P.

Optimam quæstionem, & frequenter in judiciis versatam, satis humanum est saltem in præsenti dirimere, ne diutius nostram rempublicam molestare concedatur. In multis etenim contractibus, & maxime in fœneratitiis cautionibus: solitum [51] est adscribi, stipulationes per certos servos celebrari: sed quidam indevotione tenti, ex hoc materiam altercationis accepe-runt: & alii quidem non esse servum adhibitum contendebant: alii vero non ejus servum esse, ad quem pertinere scriptura protestabatur. Et si non per servum, sed inter præsentes celebratam [esse] rem fuerat scriptum, & hoc iterum dubitabatur debere ostendi partes esse præsentes. Cum itaque satis utile est [52] in contractibus, & servos adhiberi, & præsentes esse personas adscribi, forte propter personas dignitate excelsas [53], vel mulieres (quas naturalis [54] pudor non omnibus perperam sese manifestare concedit) sancimus tales scripturas omnifariam esse credendas [55]: & sive adscriptus fuerit servus: & ad quandam personam dicitur pertinere, credi omnimodo, & servum adfuisse, & fecisse stipulationem, & eam esse scripto domino acquisitam: & non dubitari, si servus ipse præsto fuerit, vel ejus dominus, pro quo scriptus est fecisse stipulationem. Et si inter præsentes partes acta esse dicitur, & hoc esse credendum: si tamen in [56] eadem civitate utraque persona in eo die commanet, in quo hujusmodi instrumentum conscriptum est: nisi is, qui dicit sese, vel adversarium abfuisse, liquidis, ac manifestissimis probationibus, & melius quidem si [57] per scripturam, vel saltem per testes [58] undique idoneos, & omni exceptione majores ostenderit, sese, vel adversarium suum eo die civitate abfuisse: sed hujusmodi scripturas propter utilitatem contrahentium esse credendas. Datum Kalend. Novemb. post consulatum Lampadii, & Orestis VV.CC. 531.

[51] Non [45] tamen vare: est enim inter artifices longa differentia, ingenii, naturæ, doctrinæ & institutionis. *l. 31. ff. de fideic.* opera non [46] sunt eadem. vide *l. 26. §. 12. vers. sed si. de condict. indeb. l. 12. ff. de leg. 3.*

[52] Subtilitas omnia legibus obtinet.

[53] Cur ita? dicit [47] hac lege ad Isidorum *l. 3. cap. 2. l. 3. §. 4. ff. de aedil. edict.*

[54] *l. 3. §. 4. l. 12. §. 1. ff. de aedil. edict.*

[55] Vide [48] *l. 133. ff. ead.*

[56] *d. l. 133.*

[57] Hodie factum [49] per alium implere potest, *ut hic* adde *l. 5. ff. de dolore mal.*

[58] Non [50] tamen vare: est enim inter artifices longa differentia, ingenii, naturæ, doctrinæ & institutionis. *l. 31. ff. de fideic.* opera non [46] sunt eadem. vide *l. 26. §. 12. vers. sed si. de condict. indeb. l. 12. ff. de leg. 3.*

[59] Vide *l. 3. in fin. ff. si mimer fe major.*

[60] Pleræ quæ in instrumento continentur. vide *l. 1. ff. de reditibus.*

[61] Id est, post mortem. *§. 12. Inst. de inutil. stipul.*

[62] *d. l. 133.*

[63] Promissio faciendi, cum quis moritur, utilis est. *l. 13. ff. ead.*

[64] Momento ædificium perfici non potest.

[65] Morientis opera mercis fabricatur. *l. un. ff. ut actiones & ab hered. & contra.*

[66] Vide *d. l. 133.*

[67] Vide *d. l. 133.*

[68] Non discrepat factum à dictione.

[69] Extenso contractuum ad legata.

[45] Pudor naturalis in muliere, *ut hic. l. ult. ff. de arbitris.*

[46] Scitur scriptura, & instrumento, nisi contrarium probetur. *l. 1. ff. ead.* præsumitur pro instrumento. *l. 12. ff. de prob. §. 11. Inst. de inut. stipul.*

[47] Hinc colligunt, præsumi quemlibet ex ea civitate esse in qua reperitur. Vide *Cuc. 2. præf. 25.*

[48] Id est, post mortem. *§. 12. Inst. de inutil. stipul.*

[49] Promissio faciendi, cum quis moritur, utilis est. *l. 13. ff. ead.*

[50] Momento ædificium perfici non potest.

[51] Morientis opera mercis fabricatur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

T I T. XXXIX.
DE INUTILIBUS [1] STIPULATIONIBUS.

De pupilla.

1. Imp. Antoninus A. Paulino.

EX stipulatione, in qua impubes [2] sine tutore auctore spopondisti, non [3] es obligatus. P.P. Kal. Jul. *Romæ*, Læto II. & Cereale Conss. 216.

De divortiis.

11. Imp. Alexander A. Menophilo.

Libera [4] matrimonia esse antiquitus placuit: ideoque pacta, ne [5] liceat divertere, non valere; & stipulationes, quibus pœnæ irrogentur ei, qui [quæve] divortium feciſſet, tatas non haberi conſtat. P.P. III. Non. Februar. Maximo II. & Ælliano Conss. 224.

De abſentibus: ſi quis alteri ſtipulatur.

III. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Iſidoræ.

UT inter abſentes [6] verborum obligatio contrahi non poteſt: ita alteri [7], cujus juri ſubjectus non eſt, aliquid dari, vel reſtitui (niſi ſua interſit [8]) nemo ſtipulari poteſt. Cum igitur defuncta in matrimonio filia tua, ſuperſtitis filii nomine partem dimidiam dotis à marito detineri, alteram vero partem nepoti tuo, vel ſi is in rebus humanis non eſſet, Juliano reſtitui per pactum conveniſſe proponas: præventoque morte nepote, etiam ſtipulationem ad Julianum factam, ob abſentiam ejus non valuiſſe ſignifices: ac propterea ex perſona, ac ſtipulatione tua, qua reſtitui cuncta juxta pactorum tenorem provideras, reddi tibi dari fideres; ſuper ſtipulatu [9] tuo adi Præſidem provinciæ: ut examinatis partium allegationibus quanti [10] conſtiterit intereſſe tua juxta placiti fidem dotis portionem Juliano fuiſſe reſtitutam, ob incertæ actionis effectum concludat condemnationem taxatæ quantitatis. P.P. Idib. Decemb. ipſis IV. & III. AA. Conss. 290.

De ſucceſſione futura, & animo de ſua, quæ ſunt contra bonos mores.

IV. Iidem AA. & CC. Dominæ.

EX eo inſtrumento nullam vos habere actionem [in quo] contra [11] bonos mores de ſucceſſione [12] futura [13] interpoſita fuit ſtipulatio, manifeſtum eſt: cum omnia, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in ſtipulationem deducuntur, nullius momenti ſint. P.P. III. Kal. Maji, AA. Conss.

De dolo & metu.

V. Iidem AA. & CC. Aquilinæ.

DOlo [14] vel metu [15] adhibito, actio quidem naſcitur ſi ſubdita ſtipulatio ſit: per doli mali tamen vel metus exceptionem ſummoveri petitio debet. S. XIII. Kal. Octob. AA. Conss.

Si quis alteri ſtipuletur.

VI. Iidem AA. & CC. Septimio.

SI avia veſtra ſibi & Euſtolio, quam mutuam dederat pecuniam, dari fuerat ſtipulata: nihil ei [16] cujus ſubjecta juri non fuerit, quærere potuit. Sane, ſi ipſe, quod ei ſolvi placuerat, in ſtipulationem ſuo nomine deduxerit, obligationem in ejus etiam perſonam conſtitiſſe non ambigitur. S. V. Kal. Octob. CC. Conss.

---

1 Inſt. XX.
2 Quid ſi pubes? dixi ad l. 101. ff. de verb. obl. adde l. 7. eod. l. 1. ff. de contrab. ſtip.
3 Imo ex. l. 101. ff. de verb. obl. Scilicet: Impubes non poteſt, ut hic. Pubes poteſt ut d. l. 101.
4 Libera matrimonia eſſe oportet. vide l. 134. ff. de verb. obl.
5 Pactum ne divertere, non valet. l. 19. ff. de verb. obl. l. 71. §. 1. ff. de cond. & demonſt. In matrimonio nemo detinetur invitus. Hodie dicimus: inviti libera nobis ſint divortia. vide Novell. 22. cap. 18. 6. l. 1. ff. eod. Paul. 7. l. 7. §. 2. l. 1. in pr. ff. de verb. obl.
8 l. 7 in f. §. 18. l. 38. §. 17. ff. de verb. obl. §. 19. Inſt. eod. l. 32. §. 20. ff. de verb. obl.
9 Queres de eo quod intereſſ agitur, petitio licentia adimitur per ſententiam definitam.
10 Quantum videbitur æquum fieri poſſe, ſcil. l. 68. de pactis. l. 26. l. 123. ff. de verb. obl.
11 De ſtipulatione contra bonos mores, inutili. l. 6. 8. ff. de pactis. l. 26. l. 123. ff. de verb. obl.
12 De ſucceſſione futura, ſcil. l. 20. Contra bonos mores, inutiliter ſtipulatus eſt. Sententia dixi ad l. 13. l. 30. ff. de pact.
13 Si qui ſtipulatus fuerit ut pro se vivo mortuus ad heres patrimonium ſuum, inutiliter ſtipulatus eſt. Sententia dixi ad l. 12. tit. 9. ex l. 24. tit. 6. l. 4. ubi in mora dicitur, hoc pactum eſſe ἀποθανατικὸν.
14 l. 9. ff. de pactis. l. 3. ff. de collat. l. 7. §. 7. ff. de pactis. l. 36. ff. de verb. obl. §. 1. Inſt. de except.
15 l. 5. ff. de contrab. & comm. ſtipulat.
16 l. 3. ff. eod. l. 38. §. 17. ff. de verb. obl.

T I T. XL.
DE DUOBUS [17] REIS STIPULANDI, ET PROMITTENDI.

1. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Paulinæ.

SI [18] duo pluresve rei cujuſdam traditione [19] conventionem in ſolidum inierint, cuicunque eorum, quamdiu [20] res in eadem cauſa permanſerit, ſi caſus obtulerit, actio in ſolidum competit. P.P. III. Non. Decemb. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

II. Iidem AA. Diogeni.

CReditor prohiberi non poteſt exigere debitum, cum ſint duo rei promittendi ejuſdem pecuniæ à quo [21] velit, & ideo ſi probaveris te conventum in ſolidum exſolviſſe, Rector provinciæ juvare te adverſus [22] eum cum quo communiter mutuam pecuniam accepiſti non cunctabitur. S. V. Kal. Mart. Diocletiano III. & Maximiano AA. Conss.

In Authent. de duobus reis. in princ. & §. ſeq. coll. 7. tit. 13. al. 9. Novell. 99. cap. 1.

HOc ita, *ſi pactum fuerit ſpeciale* [23], unumquemque teneri in ſolidum: *& ſi alter inops ſit in ſolidum, vel in partem, ut id ſaltem ab altero petatur: vel ſi abſens ſit. Cum enim ambo adſint, per Judicium producuntur, negotiumque communiter examinatur, & ſententia communiter infertur. Quod fiet per adminiſtratorem, ſi judex ſit delegatus: Sin autem non convenerint ſpecialiter, ex æquo ſuſtinebunt onus. Sed & ſi convenerint, ut uterque eorum ſit obligatus: ſi ambo præſentes ſint, & idonei, ſimul cogendi ſunt ad ſolutionem.*

III. Iidem AA. & CC. Fabiano.

EXprimere debueras tuis precibus, utrumne *in partem*, an *in ſolidum* ſinguli vos obligaveritis, ac duo rei promittendi extiteritis: cum ſi quidem ab initio unuſquiſque pro [24] parte ſit obligatus: egredi contractus fidem non poſſit. Si vero in ſolidum, electio reſcripto [25] adimi non debeat. S. Id. April. Byzantii, AA. Conss.

IV. Iidem AA. & CC. Andronico.

PRopter mutuam uni [26] datam [27] pecuniam aliis reis promittendi factis, ob [28] non numeratam ſibi pecuniam obligationem remitti deſiderio poſtulantium jura refragantur. S. V. Idus Februar. *Sirmii*, CC. Conss.

Interpellatio facta ab uno de correis credendi, interrumpit præſcriptionem etiam quoad cæteros. Salic.

V. Imp. Justinianus A. Joanni P.P.

CUm quidam rei ſtipulandi certos habebant reos promittendi, vel unus forte creditor duos, vel plures debitores habebat, vel è contrario multi creditores unum debitorem, & alii ex reis promittendi ad certos creditores debitorem, & alii ex reis promittendi ad certos creditores debitum agnoverunt, vel per ſolutionem, vel per alios modos quos in antecedentibus ſanctionibus interruptionis invenimus poſitos: & nos ampliavimus, vel forte ad unum creditorem quidam ex debitoribus devotionem ſuam oſtenderunt, vel cum plures eſſent creditores, debitor qui ſolus exiſteret, ad unum ex his, vel quoſdam debitum agnovit: & *quærebatur*, ſi eis vel ei daretur licentia adverſus alios indevotionem ſuam exercere, & quaſi tempore emenſo exactionem recuſare, vel quibuſdam ex debitoribus debitum agnoſcentibus, vel in judicio pulſatis, deberent & alii ab omni contradictione repelli: nobis [29] pietate ſuggerente videtur eſſe humanum, ſemel in uno eodemque contractu qualicunque interruptione [30], vel agnitione [31] adhibita, omnes ſimul compelli ad perſolvendum debitum, ſive plures ſint rei, ſive unus: ſive plures ſint creditores, ſive non amplius quam unus: ſancimuſque in omnibus caſibus quos noſter ſermo complexus eſt, alionum devotionem vel agnitionem, vel ex libello admonitionem aliis debitoribus præjudicare, & aliis prodeſſe creditoribus. Sit itaque generalis devotio, & nemini liceat alienam indevotionem ſequi, cum ex una ſtirpe unoque fonte unus effluxit contractus, vel debiti cauſa ex eadem actione apparuit. Dat. Kal. Septembr. *Conſtantinop.* poſt conſulatum Lampadii, & Orestis VV.CC. 531.

---

17 Dixi ad l. 2. Inſt. 17. & 21. v. D. 22. Novell. 99.
18 Cujacius 5. 456. mutat hanc legem delendam eſſe tam injuſte. Non nos Accurſius, nec veteres eam oppugnarunt. Modi etiam à vocibus, ut idem monet.
19 Traditione quidam intelligunt, ſo ſcilic. Duos ejuſdem rei vindicationem habere in ſolidum, quod eſt falſum: hoc pactis innititur, re tradita, ſi conveniat duo ſibi rei ejuſdem aliquid in ſolidum dari, vel fieri ſingulis quantum in ſolidum.
20 Hæc etiam verba ſuſpecta. Cujacio videntur l. Inde putat hanc conſtitutionem damnandam abrogatamque eſſe.
21 Hodie id jus quamvis eſt Auth. præſente §. eod.
22 Correo ſolvendi datur regreſſus in cæteros.
23 Duo rei in ſolidum ſpecialiter debendo cenſentur ſi ſic tantum, ſi debito ſolvendo parte tenetur, niſi aliter ſit actum aut tempus præfinitum. Goth. Vid. Rittershus. in epitom. Nov. part. 2. cap 8. & Joann. Crabbed. de ſenat. Burgund. p. 9. n. 128. Colleg. in l. 17. ff. ad Trebell. Cujac. Soſia. de dand. pign. Rota.
24 Pro parte virili, ut ſolidum correspici non poſſint.
25 Reſcripto jus litigantium adimi non poteſt.
26 Numeratio non facta, omnibus facta videtur. l. 3. ff. de reſcind.
27 Adde l. ult. §. eod.
28 Vid. l. 6. ff. de non num.
29 Nota regulam.
30 Interpellatio unius correorum debendi impedit præſcribi advertus cæteros.
31 Agnitio unius correorum alteri correo nocet. adde l. pen. ff. eod.

T I T. XLI.
DE FIDEJUSSORIBUS [32], ET MANDATORIBUS [33].

De publicatione bonorum.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Lyſiæ.

SIl Lyſias adempta parte bonorum exulare [34] juſſus eſt, nonniſi pro parte, quam retinuit, creditoribus obligatus eſt. Verum qui pro eo [35] fidem ſuam adſtrinxerunt, jure priſtino conveniri poſſunt. P.P. Idib. Octobr. Severo A. III. & Victorino Conss.

De pignoribus.

II. Iidem AA. Plotio.

CReditori [36], qui pro eodem debito, & [37] pignora, & fidejuſſorem accepit, licet, ſi malit, fidejuſſorem convenire in eam pecuniam, in qua ſe obligaverit, quod cum facit, debet jus pignorum in eum transferre. Sed cum in alia quoque cauſa eadem pignora vel hypothecas habet obligatas, non prius [38] compellendus eſt transferre pignora, quam omne debitum exolvatur. Dat. v. Kal. Februar. Apro II. & Maximo Conss. 208.

De electione & beneficio diviſionis.

III. Iidem AA. Maximo.

NOn recte procuratores noſtri, ſi allegationi tuæ fides adeſſet, audire te noluerunt ex bonis fidejuſſoris, quæ ad fiſcum pervenerunt, pecuniam repetentem, ſed reum principalem convenire juſſerunt: cum electionis poteſtas permittatur [39] creditori. Sed cum duos fidejuſſores accepiſſe te proponas: ſi alter idoneus eſt, intelligis te diviſa quantitate partem competentem è Procuratore [noſtro] petere debere, & adverſus alium fidejuſſorem [ejus] experiri. Nam licet ſignifices adjectum eſſe in obligatione, *ut ſinguli in ſolidum teneantur*: tamen nihil hæc tenus tale conditionem juris & conſtitutionem. Nam & cum hoc non adjiciatur [40], ſinguli [41] tamen in ſolidum tenentur: ſed ubi ſunt omnes idonei, in portionem obligatio dividitur. P.P. VII. Kal. Septembr. Antonino A. III. & Geta III. Conss. 209.

In Authent. de fidejuſſ. & mandat. §. ſi quis igitur, & §. non ſolum col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 1.

Præſente tamen utraque non [42] *permittitur interceſſorem convenire, priuſ quam res inventa eſt minus idonea, ſive in totum, ſive in partem. Abſente autem reo, præſens interceſſor jure quidem convenitur: Ipſe tamen deſiderante judice deſinit tempus, intra quod deducat reum primo conveniendum, ipſe in ſubſidium reſervandus. Nam tranſacto tempore compellitur interceſſor ſatisfacere, ceſſit ſibi à creditore actionibus abſque diſtinctione contractus ſive interceſſionis.*

De novatione.

IV. Imp. Antoninus A. Rufæ.

NOvatione [43] legitime perfecta debiti in alium tranſlati, priorum contractus fidejuſſores, vel mandatores liberatos eſſe non ambigitur: ſi modo in ſequenti ſe non obligaverunt. P.P. XV. Kal. Octobr. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De electione.

V. Idem A. Potamoni.

IUre noſtro eſt [44], poteſtas creditori, relicto reo, eligendi fidejuſſores, niſi [45] inter contrahentes aliud placitum docetur. P.P. VI. Non. Maji, Messala, & Sabino Conss. 215.

De eo qui tabulas mutuæ ut teſtis ſignavit.

VI. Idem A. Pollæ.

SI pater tuus pro Cornelio, cum pecuniam mutuam acciperet, ſe non obligavit, fruſtra ex eo quod tabulas obligationis, ut teſtis ſignavit [46], conveniris. P.P. XI. Kal. Jul. Messala & Sabino Conss. 215.

De eo qui mandavit, ut crederetur ſub pignoribus.

VII. Idem A. Eroti.

SI creditor conditioni [47] mandato adſcriptæ, cum pecuniam mutuam daret, in accipiendis hypothecis non paruit: fruſtra te judicio mandati convenit, quando non aliter te obligaſſe intelligaris, quam ſi pignoribus contraheretur obligatio. P.P. Kal. Jul. Læto II. & Cereale Conss. 216.

---

32 Dixi ad tit. VII. D. 1. & 3. Inſt. 21. Novell. 4. Goth. Vid. Zanger. *de Except. part.* 3. c. 8. num. 40. Azzo.
33 *d. tit.* 1.
34 Publicatio bonorum debitoris fidejuſſorem non liberat, *ut hic*, & l. 20. §. eod. l. 63. ff. eod. Cæterum hoc verbo exulandi proprie ſignificatur deportatio. vid. Cujac. 15. obſ. 35.
35 l. 3. ff. de minoribus.
36 Licet creditori habenti pignora agere adverſus fidejuſſorem: debet tamen ei pignora cedere, niſi in aliud debitum poſſit venire. Goth. Intellectum hujus legis vid. apud Joann. a Sande *de decif. Frieſic. lib.* 3. *tit.* 10. *defin.* 6. Donell. *hic.* Modeſtin. Pillor. *part.* 2. q. 1. Decium *conſ.* 104. Azzo.
37 l. 32. ff. de negotiis.
38 Vid. l. 2. T. de debitor. pign.
39 l. 3. l. 16. T. eod. §. 4. Inſt. eod. l. 59. §. 3. ff. mandat. hodie non permittitur, niſi abſente correo, vel inidoneo. Novell. 4. cap. 1.
40 Supervacua adjecta non nocent. l. 22. §. 1. ff. quando dies.
41 Etiamſi centum aut plures ſint fidejuſſores, competit tamen eis diviſionis beneficium.
42 Præſens debitor ſeu principalis prius hodie conveniendus eſt quam fidejuſſor: abrogatur itaque l. 3. T. eod. l. 16. l. 19. l. 21. l. 23. T. eod. Quid ſi reus principalis, jure vel facto diſcutine poteſt? vid. l. Marcell. 27. ff. eod. Vel difficultate ſumma conveniri tantum poteſt, ut l. 2. ff. qui ſatisdare. Quod ſi reus principalis citra ullas alienationes in fraudem creditorum factas, *ut l. bona* 39. ff. de jure fiſci. palam ſolvendo non ſit. Quid ſi reus ſolvendo non ſit. Quid ſi reus contumax manifeſtus, aut tyrannus fit, *ut l. ſi quis ſtipulatione ſic factum* 111. in fin. ff. de verb. obl. vel exceptione munitus. *Si Rare. in d. l. Marcellus.* Quid ſi beneficio hujus Authenticæ, fidejuſſor renunciavit? Quid ſi lis, quæ agitur ex æquo & bono non ex apicibus juris ſit decidendæ? Quid ſi bona rei principalis apud ipſum fidejuſſorem ſint? *l. ſi procuratorem* 8. §. *ſi ignorante.* 7. ff. *mandati.* ſuccurſionis jure. l. 24. T. eod. Quid ſi facta novatione, rei principalis obligationem fidejuſſor in ſe ſuſcepit? *Baldi. in l. antiqua* 23. §. *ſed ſi minor.* T. ad SC. Velleian. aut negarit ſe fidejuſſiſſe. *l. ſi debitor.* 10. §. 1. ff. eod. & ibi *Angel. Bald. Aret. contra qui propriam* T. de non numerat. Quid ſi pro filio pater fidejuſſit. vid. l. 3. §. *ſed utrum* 4. ff. de minorib. Quid ſi de fidejuſſore judicio ſiſti agatur, *ut in Gloſſ. l.* 2. ff. *qui ſatisdare?* Quid ſi reus principalis naturaliter tantum obligatus eſt, ut ſervus & pupillus. *d. l. Marcell.* 27. aut abſens ſit extra territorium ejuſdi diſtantiæ ejus requirendi fidejuſſori data, *ut hic*: aut mora, jam admiſſa mortuus ſit. *Pet. Accurſ. Bald. l. pen. T. de condit. inſertis.* His caſibus fidejuſſor etiam non diſcuſſo principali conveniri poterit. vide *Capellam Tholoſanum & ibi Aufrerium dec.* 191. adde & alios caſus de quibus dixi *Nov* 4. 1. 34 Novata rei principalis obligatione fidejuſſor liberatur, niſi in novata poſteriore ſe obligaverit. l. 60. ff. eod. *Synaſ. Baſil 7. tit. 6. ex lib. 26. tit. 1. c. 72.* 44 l. 3. T. eod. hodie non eſt. *Auth. præſente* T. eod. 45 Poteſt conveniri reus, ut principalis prius conveniatur quam fidejuſſor. 46 *Adde Arnoldi Corſ. ad l.* 126. §. 2. ff. de verb. obl. Subſcribens ut teſtis non fidejubet, nec obligatur. dixi ad l. 14. T. ſi ex. add. d. §. 2. Idem ſi quis ſe non viſa, vel non lecta ſubſcripſit: vel ſi inſtrumento ſubſcripſit quædam utilia, quædam ſibi damnoſa continenti: nec eum damnoſa non cenſetur ſubſcripſiſſe: alias ſubſcribens inſtrumento id adprobare intelligitur. vid. *Tiraq. reg. ſubſcribens* 387. 47 Conditioni mandati adſcriptæ parendum. l. 44. *in fin. ff. eod.* Ideoque mandans, ut alicui credat pignoribus datis non poteſt ab illo contenti ſine pignoribus credere.

Si filius pro patre fidejusserit.

VIII. Imp. Alexander A. Longo.

Filiusfamilias [1], qui pro patre [2], quamvis in venditione fundi, fidejusſit, tenetur [3]. P.P. II. Idus Octobr. Maximo II. & ÆlIano Conss. 224.

De pignoribus.

IX. Idem A. Aristocrati.

Etiamsi de jure obligationis pignorum [4] actum fuerit, fidejusſoribus liberatio non contingit. P.P. V. Kal. Decembr. Maxim. II. & ÆlIano Conss. 224.

De usuris. 1. De beneficio divisionis.

X. Idem A. Vitali.

Fidejussor, seu mandator, si in [5] usuras quoque obligatus est, justam causam recusandi eas solvere non habet. §. 1. Ut autem is, qui cum altero fidejussit, non solus conveniatur, sed dividatur [6] actio inter eos, qui solvendo sunt: ante condemnationem ex ordine postulari solet. P.P. [7]

De actionibus cedendis.

XI. Idem A. Salustio.

Cum alter ex fidejussoribus [7] in solidum debito satisfaciat, actio ei adversus eum, qui una fidejussit, non competit. Potuisti sane, cum fisco solveres, desiderare, ut jus pignoris, quod fiscus habuit, in te transferretur [8]: & si hoc ita factum est, cessis actionibus uti poteris. Quod & in privatis debitis observandum est. P.F. VII. Kalend. Novembr. Alexandro A. III. & Dione Conss. 230.

De verbis Græcis.

XII. Idem A. Theodoro.

Blanditus tibi est, qui non teneri te persuasit, quod cum pro alio intervenires, ἀντὶ τοῦ δεῖν [9] ὡς δώσοντι πιστώσαι [10], dixisti: cum & his verbis obligationem verborum [posse] contrahi, pridem receptum est. P.P. VI. Kalend. Septembr. Agricola, & Clemente Conss. 231.

De latrone inveniendo.

XIII. Pars ex epistola Gordiani A. ad Auxium.

Si Barsatorem [11] latronem Lysaniæ Decurio inventurum [12] se spopondisset: aut exhibere compellendus est, aut transmittendus ad Præfectum prætorio, vel ad Præsidem provinciæ.

Quando succurratur fidejussori solventi, adversus debitorem.

XIV. Idem A. Salvo.

Mandati [13] actio personalis est, quæ si nomine fidejussoris [14], vel adversus debitorem, seu heredes ejus competit: Præses provinciæ, quæ debeti compererit, reddi jubebit. Pignora etenim, quæ reo stipulandi nexa fuerunt, ita demum ad vos transeunt, si facta nominis redemptione solutio celebrata est, vobisque mandatæ [15] sunt actiones. Quod si factum est: ea quoque vobis persequentibus adversus [pignorum] possessores extraordinariam jurisdictionem idem vir Clarissimus impertietur. P.P. III. Non. Julii, Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De indebiti condictione.

XV. Idem A. Claudiano.

Si indebitum [16] pecuniam quasi ex causa fidejussionis obstrictus in cautionem per errorem deduxisti, tam doli mali exceptione uti, quam condicere [17], ut obligatio tibi accepto feratur, potes. Non est autem dubium, fidejussorem rei promittendi, bonis ad fiscum devolutis, si idem fiscus ob debitum restituendum fuerit conventus, & solverit [18], liberari. P.P. V. Kal. Decembr. Gordiano A.

De electione.

XVI. Idem A. Maximo.

Liberum fuit [19], antequam lis adversus omnes fidejussores contestaretur, unum eorum eligere [20] creditori, si modo ceteros minus idoneos existimaret. At nunc post [21] litis contestationem, petitionem divisam redintegrari, juris ratio non patitur. P.P. II. Id. Jun. Gordiano A. II. & Pompeiano Conss. 242.

De pignoribus.

XVII. Idem A. Brasidæ.

Omissis [22] quoque pignoribus fidejussorem à creditoribus utiliter conveniri, nisi [23] in id tantum, quod ex his refici non poterit [24] acceptus sit: explorati juris est. P.P. VI. Id. Mart. Attico, & Præsentato Conss. 243.

XVIII. Imp. Philippus A. Smyrnæ.

Si (ut proponis) fundum ob debitum obligatum non justo [25] pretio vendidisti: residuam quantitatem, quam ex pretio ejusdem servare potuisses, refundi tibi à fidejussore non jure poscis. P.P. V. Kal. August. Peregrino, & Æmiliano Conss. 245.

De electione.

XIX. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Sabino.

Si alienam reo principaliter constituto obligationem susceptisti, vel fidejussorio, sive mandatorio, vel quocunque alio nomine pro debitore intercessisti, non [26] posse creditorem urgeri, cum, qui mutuam accepit pecuniam, [magis] quam te convenire, scire debuerat: cum si hoc in initio contractus specialiter non placuit, habeat liberam electionem. S. II. Kal. Maji, AA. Conss.

XX. Idem AA. & CC. Aureliano.

Sententia [27] bonorum omnium ademptionem continente, rei damnati principalis intercessores eligendi creditori potestas non adimitur.

De electione, & de actionibus cedendis.

XXI. Idem AA. & CC. Juliano.

Sicut eligendi [28] fidejussor creditor habet potestatem, ita intercessorem postulantem cedi [29] sibi hypothecæ, sive pignoris obligata jure, non prius ad solutionem (nisi mandata super hac re fuerit persecutio) convenit urgeri. S. XI. Kal. Novembr. AA. Conss.

De quantitate debiti.

XXII. Idem AA. & CC. Heemiano.

Si ultra [30] hoc, quod accepit ea, pro qua te mandatario nomine intercessisse commemoras, datorum te scripsisti [31]: Præses provinciæ ex hoc, quod ultra mandatum tuum numeratum est, à te nihil exigi patietur. S. XII. Kal. Maji, CC. Conss.

De electione.

XXIII. Idem AA. & CC. Antipatro.

Reos principales, vel mandatores simpliciter acceptos eligere [32], vel pro parte convenire, & satis non faciente, contra quem egeras primo, post [illum] ad alium reverti (cum nullus de his electione [33] liberetur) licet. S. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conss.

De successoribus.

XXIV. Idem AA. & CC. Pergamio.

Fidejussoris quidem heres [34] exemplo rei principalis tenetur. Sed si idem utrisque [34] succedat, intercessionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris heres conveniri potest. S. XI. Kal. Januar. CC. Conss.

De pignoribus.

XXV. Idem AA. & CC. Philippo.

Pignoribus datis à reo principali distractis, nec post longi temporis intervallum residuum [35] à fidejussore creditor petere prohibetur. S. VI. Kal. Januar. CC. Conss.

De eo, qui promisit se traditurum aliquem, vel certam summam, nisi id fecerit.

XXVI. Imp. Justinianus A. Juliano P.P.

Sancimus [36], si quis pro alio spopondерit, *quatenus cum intra certum* [37] *tempus tradat*, vel *certam quantitatem pecuniarum pro eo inferat*: & tempore statuto jam effluente, non poterit eum repræsentare, non [statim] pecunias pro eo stipulatas inferre, sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo pœnalem actionem: non autem statim summam pro qua fidejussor admissus est, profligari. Sed si quidem usque ad sex [38] mensium spatium tempus statutum sit, aliud tamen ei indulgeri [sancimus,] intra quod si possit personam exhibere, & eam tradere pœna sit liberatus. Sin autem amplius, quam sex mensium tempus ab initio constitutum est: tunc quantacunque temporis curricula data sunt, tamen post lapsum eorum semestres tantum habere eum inducias, intra quas sit ei licentia personam, & 39 non pecunias reddere. Sin autem, & secunda [40] adjectio temporis excedat; tunc omnimodo pœnam pecuniarium persolvat. Sed siquidem post statutum ab initio tempus completum maluerit reum pro quo convenitur, defendere: licere ei hoc facere: nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit, si forsitan fine [41] defensione facienda pro eo fidejussit. Sed si defensionem subierit [42], eam usque ad finem implere: nulla ei licentia concedenda in medio personam tradere, & pecuniarum dationem effugere. Sin autem, & secundum tempus effluxerit, nullo modo ei licentia concedatur, nec ad defensionis venire præsidium: sed omnimodo pœnam conferat, nisi intra primum tempus, quod statutum est, reus principalis ab hac luce [fuerit] subtractus [43]: tunc enim penitus ab exactione pœnæ liberum eum custoditi oportet. Quod si secundo tempore instante mortuus fuerit, nihilominus pœna jam commissa à fidejussore exigatur: omnibus, quæ in fidejussores, quando tali pœnæ fuerint illigati, statuimus, & in heredes [44] pro utilitate eorum obtinentibus. Dat. VI. Kalend. April. *Constantinop.* Lampadio, & Orestе VV. CC. Conss. 530.

De eo, qui sine scripto promisit aliquem exhibere, vel Judicio sistere.

XXVII. Idem A. Joanni P.P.

Si fidejussor nullam quidem cautionem [45] faciat, ostendens [46] se fidejussorem extitisse, præsentibus [47] autem tabularis hoc confessus est, *Quod in fide sua eum susceperit*: dubitatur à Palatina [48] advocatione, Utrumne post duos menses liberetur, quasi sine scriptis fidejussione facta secundum [49] generalia edicta illustrissimæ Prætorianæ sedis: an, utpote scriptura intercurente, teneatur. Et divisio alia introducebatur, si idem juris esse debeat tam in publicis [50] causis, quam in privatis. †. Sanciinus itaque, nisi confessio literis expolita fuerit à fidejussoribus [51] ex repræsentatione personarum, licet attestatio [52] super hoc processerit, attamen [53] [adhuc] sine scriptis esse fidejussionem, videlicet in [54] causis privatis existimari: & duobus [55] mensibus effluentibus ab hujusmodi nexu fidejussores liberari: nisi in tempus certum data est fidejussio. Tunc enim in tantum eam extendi, in quantum etiam attestatio fuerit expressa. Sin autem in publica causa [necessitas interveniat,] tunc omnimodo attestationem pro scriptura haberi. Multis etenim privilegiis propter publicas necessitates publico juri prætitis, non abs re est, & nos hujusmodi prærogativam ei condonare. Dat. XII. Kal. Mart. *Constantinop.* post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 532.

De electione.

XXVIII. Idem A. Joanni P.P.

Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus [56] statutum est, ut contestatione contra unum ex his facta, alter non liberetur: ita [57] & [58] in fidejussoribus observari.

†. Inve-

---

1 Filiusfamilias pro patre fidejubere potest. *l. 10. §. 1. ff. ad. l. 1. in fin. T. de filiofam. minor. l. 9. T. quod cum eo, qui in alie. l. ff. ad Velleian. l. 2. §. 3. ff. qui satisdare.*

2 Et alio. *l. 7. T. quod cum eod.*

3 Nisi non sit bene. *l. 1. T. de filiofam. minore.*

4 Perfectio pignoris fidejussorem non liberat. *l. 23. §. 4. ff. de pignorib.* & e contra. *l. 8. T. de pignorib.*

5 Fidejussor usurarum nomine non tenetur, nisi usuras expresse promiserit, *ut hic*: aut in omnem causam fidejussorit. *l. 68. §. 1. ff. eod. l. 34. ff. locati. l. 2. §. 12. ff. de administr. rerum.*

6 In usuras etiam potest obligari fidejussitur.

7 Beneficium illud divisionis vocatur, & epistola Divi Hadriani. *l. 26. l. 28. ff. eod. §. 4. verse. sed ex epist. Instit. eod. Novell. 99. adde l. 2. T. de dividend. tutel.*

8 Id est, ut cedantur actiones. De beneficio retinendarum *l. 14. l. 21. ff. eod. l. 17. l. 36. l. 39. ff. eod. l. 76. ff. de fidejuss. l. 2. T. de his qui in prior. credit.*

9 Οὐ ἐγκαλῶ τοῦτο ὑπολαβὼν. *Cujac. 14. obſervat.* alii legunt, οὐ γὰρ ὑπολαβὼν. *Cujac. Instit. 20.* ἐγκαλῶ τοῦτο. Alciatus 1. *parerg.* 3. reponit, λέγω. adde *Cujac. 14. obſervat.*

10 Græce potest obligari fidejussor. *l. 8. ff. eod.*

11 Absurscoram *Hat.* alii Barsotoram.

12 Inventi res non dicitur, nisi adprehensa. vid. *quæ notavi ad l. 3. §. 3. ff. de adq. poſſeſſ.*

13 Mandati actio personalis. *Cujac. Instit. 26. Ecl. a. negi mandatum. vid. tit. 1. ex rep. 81.*

14 Fidejussori adversus debitorem, ejusve heredem competit mandati actio sine cessione. *l. 32. §. 3. ff. mandati.* Hypothecaria vero, facta cessione. *l. eod.*

15 Vid. *l. 11. T. eod.*

16 Fidejussor solvens indebitum, agit condictione indebiti. *l. 22. T. eod. l. 3. T. de condict. indeb.* adde *l. 7. T. de non num. l. ult. T. de condict. ex lege.*

17 Condictionem liberationis Græci vocant τὴν λύσιν, quod sit inserta. vid. *Cujac. 19. obſerv. 35.*

18 *l. 52. in fin. ff. eod.*

19 Hodie non est. vide *Nov. A. 1.*

20 *l. 3. T. eod.*

21 Contestatione litis tollitur electio. *l. 33. §. 3. ff. eod.*

22 Omissis pignoribus fidejussor potest convenire nisi in subsidium pignoris sit acceptus.

23 Id est, in subsidium.

24 *l. 41. l. 63. ff. eod. l. 56. ff. mandati.*

25 Vide *l. 2. l. 8. T. de rescind.* Si creditor non justo pretio pignus vendidit, residuum jussit pretii à fidejussore non petit.

26 Hodie potest. *extenſ. præſentes. T. eod. T.* dixi ad *l. 1. T. eod.*

27 Hoc hodie correctum *Authen.*

28 De cessione actionum dixi ad *l. 11. T.*

29 Speciem ita constituit: Hermitrum mandavit credi XX. Mævio: X. dumtaxat numerata sunt Mævio? Hermitrum ultra id quod accepit Mævio, convenire non potest, ut hæc constitutio pertinet ad legem 13. *T. eod. adde l. 17. ff. de pactis.* alia species proponitur à Cujacio 19. *obſ.* 38. alia ab interpretibus.

30 Expulsus fidejussor & mandatores potest conditio, ut *hic, ut & plerique. l. 34. §. 1. dem. ff. de pign. & pign.*

31 Hodie in duobus fidejussoribus aute principalem eligere unus licet. *Authent. præſente. T. eod.*

32 Qui ab uno reorum debitum petit, non dividit obligationem, licet petitio non eft divisio. vid. *l. 2. §. 3. ff. de novat. adde.*

33 Vid. *l. 4. in fin. l. 5. ff. eod.* An & in delictis, vid. *l. 167. T. eod.* vide *Rebuff. à Valle. l. empt. 17. num. 4.*

34 Heres fidejussoris res principali succedens, convenitur ut principalis, non ut fidejussor.

35 Actio de residuo datur etiam in fidejussorem. *l. 95. ff. mandati.*

36 Fidejussor in omne tempus obligatus perpetuo, intra femoris spatium hoc tempus temporis occurrentem) si intra id spatium hominem non exhibuerit, tantundem insuper ipsi temporis concedatur. Sin longius ab initio tempus constituatum fuerit, sex tantum mensium spatium habet, ut eum sibat quæ proxime *ut in d. novel. Basil. 7. ut id. cap. 87. 3 Harm. §. 25.*

37 Pura fit, si pœnam, vel ante mensis. adde *l. 17. 28. ff. eod.*

38 Si quis fidejussorem judicio sisti non fisti intra certum tempus huic pœnæ statim non exigitur, sed datur fidejussori sex mensis intra quæ sistendo, rem effici per eum ipso jure committum ex priore lapsu: sed brevius: Fidejussor intra sex menses, quorum tu exhibendi vel sistendi erizat adde *qui scripsit ad l. 2. ff. de confeſſ.* Id Justinianus non adprobavit. *Otto. 5. sent. §. ult. 5. 45.* cognitor enim fidejussorum rationem exhibere tenetur quatin (ut illi loquuntur) De hoc remedio fidejussorum, vide *Cuja. 19 obſerv. 34.*

39 Primo lapso reus judicio sisti, di personam ei sistere debet, non præsens universa.

40 Secunda ipse reus judicio sisti, di personam solvit.

41 Reus ultro sistendi quis esse potest etiam si vim defendere non cogatur.

42 Ultro fit.

43 Id est, mortuus. Reo intra

---

primum lapsum moriente, fidejussor non tenetur, *ut hic*, intra secundum, tenetur. *mors quod ff. ſecundo T. eod.* adde *l. 4. l. 5. ff. qui ſatisdar.*

44 Jus purgandæ morte fidejussori competens, ab ejus heredes transmittitur. 45 Subaudi scriptam *verſ. sanctimus, ubi literæ expoſita T. eod.*

46 Legendum videtur, *oſtendente*: ut cohæreat antecedenti sisti, cautionem vel contestatio non scripta, coram tabularis facta, utrum vim habeat scripturæ cautionis.

47 Confessio dixi ad *l. 30. T. de pact. & l. 13. T. de teſtimiis horrendiis, ubi dixi plenius.*

48 Palatinæ advocatio, quæ & Cæsariensis, à Cæsarea Palæstinæ advocatium. 49 Vid. *l. 1. T. de off. pref. prat.*

50 Fidejussor judicio sisti sine scripto accipitur in privatis causis, etiamsi apud tabularium fidejebeat, *de in ſcriptis*, velut cum attestatione. *3. Harm. 6. §. 29.* In publicis causis hæc depositio pro scriptura est. adde *l. 17. ff. de in jus voc.* 51 Fidejussores ex *repræsentatione personarum* barbare hoc dicuntur, qui fidejusserunt aliquem judicio sisti. 52 Attestatio quæ hic dicitur, nihil aliud est quam cautio non scripta confessio coram tabularis facta. 53 Fidejussio, confessio vel attestatio facta in privata causa, etiam coram tabulario, sine scriptis est fidejussio: non meminit denique nomen cautionis scriptæ, licet coram notario, instrumentorum & scripturarum opifice facta sit. In publica vero causa facta hanc in modum fidejussio vel confessio apud notarium pro scriptura est: propter publicarum necessitatum privilegia, *ut hic.* Di veritatis autem hæc ratio sit, quod fidejussio sine cautione indefinita diuorum mensium spatio præscribitur; post bimestre tempus expirat, definit esse fidejussio: fidejussio scripta, eademque indefinita. (Indefinitam dicimus fidejussionem, cui nullum certum tempus adjectum est) etiam ultra diuorum mensium spatium excurrit atque protenditur. Dubitandi ratio prior esse fuit, quod fidejussio facta apud tabularium dicatur: tabularii autem apud nos sit acta gesta apud fiscum instrumentorum, commentariensis & scripturam referre ut nisi retulerit, erraste videatur, quoque error contrahenti non obesse. *arg. l. 7. T. de reſtitut. & diverſis.* 54 Dixi *T. de off. pref.* 55 Fidejussor judicio sisti sine scripto acceptus dimo ultra mensis non tenetur. Qui vero scripto se obligavit, in perpetuum convenitur, id est, ad finem usque criminis: sanctione sic majus vinculum fidejussionis scriptæ, quam non scriptæ. Præsumentem nonnemo vere fecit, cum qui ex scripto fidem suam obligare voluit, is in longum tempus obligare noluisse, quod & Isidorus Græce adnotat *ad l. 8. T. de donat.* & alii ad legem 36 *ff. de fidejuſſorib. Otto. 5. de adventu. Dyn. 7. 12. ff. de his quæ ut indign.* & Scholiastes apud Harmenopulum *3. tit. 6. §. 30. Cuj. d. loco & cap. 15. de preſtr. n. 13.* adde *Nov. 112. c. 2.* 56 *l. 23. T. eod. §. ult.* 57 Fidejussoris, mandatoris & correi similitudo hæc est, ut ne omnia eorum obligatio non convenientia alter literarum intelligatur. 58 Olim electo reo principali fidejussor, quod heres liberabatur: mandator non liberabatur. *d. §. 10.* hodie sublata est Operæ differentia.

†. Invenimus etenim, & in fidejussorum cautionibus plerumque ex pacto hujusmodi causæ esse prospectum: & ideo generali lege sancimus, nullo modo electione [1] unius ex fidejussoribus, vel ipsius rei alterum liberari: vel ipsum reum fidejussoribus, vel uno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfiat creditori: sed manere jus integrum, donec in solidum ei pecuniæ persolvantur, vel alio modo satis ei fiat. †. Idemque in duobus [2] reis promittendi constituimus, ex unius rei electione præjudicium creditori adversus alium fieri non concedentes: sed remanere & ipsi creditori actiones integras, & personales, & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis [3] conventis hoc fieri conceditur, & in usu quotidiano [4] semper hoc versari aspicimus, quare non ipsa legis auctoritate hoc permittatur, ut nec simplicitas suscipientium contractus ex quacunque causa possit jus creditoris mutilare? Dat. xv. Kal. Novembr. *Constantinopoli*, post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

1 Unius fidejussoris vel rei electione aliter libertatur Hodie jus nostrum substantum ex Nov. 4. *cap.* 1. & Nov. 99. *cap.* 1. De duobus reis promittendi.

2 Quod pactis fit, quidquid nisi conventum in pactis legislatorum sanctionibus conveneri potest: argumentum Regis si pacta sint agenda observata.

4 Ultima sequi usque ampliedi debemus.

3 Hæc constitutio restituta est à Cujacio 19. *obs.* 35. & Ursinorum fidejussor potest accipi.

7 Vid. *l.* 10. *ff. de fidej.*

Lex 28. †

SI quis fidejusserit in [6] usuras, non in biennium tantum, sed in tantum temporis in quantum cavit, tenetur. Quanto igitur voluerit tempore fidejussor in usuris se obliget, modo nec supra duplum [7] teneatur.

Tit. XLII.

DE [8] NOVATIONIBUS [9], ET DELEGATIONIBUS.

Delegatio debitoris non potest fieri, nisi eo consentiente: venditio vero nominis sic. Bart.

1. Imp. Alexander A. Timotheo.

DElegatio debiti, nisi [10] consentiente, & stipulante [11] promittente debitore [12] jure perfici non potest. Nominis [13] autem venditio, & ignorante, vel invito [14] eo adversus quem actiones mandantur, contrahi solet. PP. v. Id. Febr. Marim. II. & Ælliano Conss. 224.

Ex delegatione, animo novandi facta, tollitur prior obligatio. Salic.

11. Imp. Gordianus A. Firmino.

EX contractu pecuniæ creditæ actio ineffica dirigitur [15] si delegatione personæ rite [16] facta jure novationis vetustior contractus evanuit [17]. P.P. Kal. Sept. Pio, & Pontiano Conss. 239.

Cessio actionum non liberat debitorem. Salic.

111. Idem A. Mutiano.

SI delegatio non est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud [18] te remanserunt, quamvis creditori tuo adversus eum solutionis causa mandaveris actiones, tamen antequam lis [19] contestetur [20], vel [21] aliquid ex debito accipiat, vel [22] debitori tuo denunciaverit [23], exigere à debitore tuo debitum quantitatem non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. Quod si delegatione facta jure novationis tu liberatus [24] es, frustra veteris, ne eo, quod quasi à cliente [25] suo non faciat exactionem [26], ad te periculum [27] redundet: cum per [28] verborum obligationem voluntate novationis interposita, à debito liberatus sis. P.P. v. Id. Jun. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

Procurator simpliciter factus ad exigendum, habet potestatem recipiendi, non novandi, vel aliter liberandi. Salic.

IV. Idem A. Strironico.

NOn abstulit tibi procurator tuus actionem, si cum ei mandasses exactionem [29] pecuniæ, quam hi tibi debebant contra quos supplicas, parte accepta, de reliquo eos liberavit: cum neque contra [30] voluntatem tuam novationem facere, neque in eo, quod non solvebatur, eos liberare potuerit. P.P. Id. Nov. Gord. A. & Aviola Conss. 240.

Non debet quis mihi fidem rumpere, licet sibi rumpatur ab alio. Bald.

V. Impp. Diocl. & Maxim. AA. & CC. Septimiæ.

SI [31] pater tuus, cui te successisse proponis, creditori pro Alexandro suscepto nomine [32] certam pecuniam stipulanti spopondit, licet per improbitatem Alexander ei satis non fecit, tamen summæ promissæ nimis improbe solutio negatur. S. II. Id. April. *Sirmii*, CC. Conss.

Etiam creditori creditoris debitor invitus non delegatur. Bald.

VI. Iidem AA. & CC. Dextiparo.

NEc [33] creditoris creditori quisquam invitus [34] delegari potest. S. XII. Kal. Nov. *Dorostoli*, CC. Conss.

Personalis actio non sequitur debitorem debitoris. Bald.

VII. Iidem AA. & CC. Zoilo.

SI [35] solveret ibi pecuniam delegatus Eucarpus dare spopondit: vel debitum constituit, suo nomine conveniri potest: alioqui adversus eum experiri pro chirographario [36] debitore tuo frustra conaris. S. VII. Kal. Jan. CC. Conss.

Obligatio non novatur per obligationem, etiamsi nova persona intervenit, vel obligationi aliquid additur, vel detrahatur.

VIII. Imp. Justinianus A. ad Senatum.

NOvationum nocentia corrigentes volumina [37], & veteris juris ambiguitates resecantes, sancimus: Si quis vel [38] aliam personam adhibuerit, vel mutaverit [39], vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam esse credidерit, vel conditionem, seu tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem [40] acceperit, vel aliquid fecerit, ex quo veteris juris conditores introducebant novationes: nihil penitus prioris cautela innovati, sed antetiora stare, & posteriora incrementum illis accedere: nisi [41] ipsi specialiter [42] remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, *Quod [43] secundum magis pro anterioribus [44] elegerint*: Et generaliter definimus [45], voluntate [46] solum esse, non lege novandum [47]: & si non verbis exprimatur, ut sine novatione (quod solito vocabulo *ἄνευ κατινοτομίας*) Græci dicunt) causa procedat, hoc enim naturalibus inesse rebus volumus, & non verbis extrinsecus supervenire. Dat. XI. Kalend. August. *Constantinopoli*, Lampadio, & Orestis VV. CC. Conss. 530.

1 Ubi fidejussor, vel rei electione aliter libertatur Hodie jus nostrum substantum ex Nov. 4. *cap.* 1. De duobus reis promittendi.

2 Quod pactis fit, quidquid nisi conventum in pactis legislatorum sanctionibus conveneri potest: argumentum Regis si pacta sint agenda observata.

4 Ultima sequi usque ampliedi debemus.

3 Hæc constitutio restituta est à Cujacio 19. *obs.* 35. & Ursinorum fidejussor potest accipi.

5 Dixi ad XL. VI. D. II. §. 3. Inst. quibus mod. inst. obl.

9 Novatio nonnumquam (unde nonnumquam novationes) delegatio vero semper fit, hoc est, translatio. Syn. Basilic. *lib.* 16. *tit.* 26. *cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

mutata sit. 41 Εἰ μὴ ἐπιδῶς τοῦτο μόνῳ, nisi specialiter expressum fuerit. *Syn. ibid. c.* 38. *Ἐν μονῷ τοιούτῳ τρόπῳ*, cum dictis verbis ita convenit. 3. *Harm. §.* 5. 89. 42 Novatio debiti nulla fit, nisi specialiter expressum fuerit, *à priori debito recedi*: neque sufficit aliam personam adhibitam, mutatamve: non sufficit denique pignus acceptum esse, debitum auctum: conditionem minutam, tempus adjectum. *Syn. & Harm. d. loc.* adde *l.* 22. *ff. de leg.* 3. 43 Hanc formulam refert Græci, *Ἐν τούτῳ τῷ κανονικῷ διαταγματικῷ χρόνῳ*, id est, quod à priori debito recedamus. *Synops. ibid.* Adjicit *ἢ περίτροπον τῆς ἐναγῶς καὶ λαμβάνω τὸ*. id est, priorem debitorem obligatione libero, & te accipio. *Harm. ibid.* 44 Id est, pro anteriori obligatione. 45 Quid demnis Justinianus? sane hac constitutione detulit, Novationem non præsumi, sed probari factam oportere: non intelligi factam nisi specialiter dictum sit, *ut à priori debito recederetur*. Quod cum ita sit: cur hic addidit, voluntate solum esse, non lege novandum? Nam si voluntate solum novatur, non lege, verbis generalibus fieri novatio, nec specialis mentio novationis exigitur. Deinde quid hæc sibi volunt? *nemadum, esse non verbis exprimatur, ut sine novatione causa procedat.* Postremo, cum hic statuat Justinianus, non aliter novationem esse, quam si specialiter adjiciatur, discedi a priore obligatione, cur in fine hæc verba adjicit? *hoc naturalibus inesse rebus & non verbis extrinsecus supervenire*, hæc enim satis innuunt, quibuscunque verbis inesse vim novandi: specialem formulam non requiri: tacite vim nominationis quibuscunque verbis inesse: subintelligi denique novationes naturaliter ipsa, sine ulla verborum solemnitate. Paulo sunt apertiores Græci (apud *auctor. Syn. d. c.* 38.) cum adscribunt, Ideo novationis specialem & expressam mentionem fieri oportere, quod verba, uti reapte, sunt, non interpretationem spectamus: quasi dicerent, Novationem factam tacito quodam intellectu interpretationis, non intelligi oportere, sed tam demum eam certa, & expressa formula adjectum fuerit: novationem factam esse. His ita constitutis verisimile fit mihi, locum hujus constitutionis corruptum esse: nisi dicamus Justinianum aut Triboniannm ita scripsisse, *Et generaliter definimus hoc solum esse, non voluntate novandum: & si hoc verbis exprimatur, aut cum novatione (quod solito vocabulo ἄνευ κατινοτομίας Græci dicunt) causa procedat, hoc enim naturaliter inesse rebus non volumus, sed verbis extrinsecus supervenire.* Sic sentio, aut ita scripsisse Triboniannm, aut ita loqui voluisse. Quid est enim lege *novari*, nisi expresse? Quid *volunt aut novare*, nisi verbis generalibus? *lege novat*, qui certa conceptaque formula legem novationi dicit: *voluntate novat*, quem non tam verbis quam voluntate qualiquali & tacita novasse apparet. Qui lege ita novat verbis exprimit, *ut certâ novatione*, id est, ut cum novatione caute procedat. Igitur hac constitutione Justinianea, vis novandi naturaliter rebus non inest, hoc est, non subintelligitur ex rebus ipsis aut ipso actu, sed ex verbis extrinsecus supervenit, hoc est, *ex concepta & speciali novationis formula*. Cum hac Triboniani sententia sit quam & Græci sequuntur interpretes) mirum non ita hic legi. Mirum quoque ex hac constitutione ab interpretibus colligi, sufficere, ut conventionis conflet novationem factam esse. *Cujacius ad l. expressa* 175 *ff. de reg. cum aliisquin ex l.* 3. *in fin. C. eod.* conflet novationem fieri per verborum obligationem; voluntate novationis interposita. 46 In novatione facienda sufficit strictio jure quoniber voluntas: sed hac regula neglecta Tribonianus specialem exigit, *ut hic, & Nov.* 99. vid. *Cujac.* 14. *obs.* 7. Nam tametsi Tribonianus hic constituat, quamlibet voluntatem in novando sufficere, specialem tamen novandi voluntatem exigit. 47 An idem in delegatione? vid. *Jason. ad l. singul.* 15. *ff. si certum.* 48 Ανακτίσεως, *Hal. ἀνακαινίσεως. Cujac. Inst. quib. mod. toll. obl. in fin. & l.* 29. *obs.* 36 *in fin. ἀνακαινίσεως, Const.*

Tit. XLIII.

DE SOLUTIONIBUS [49], ET LIBERATIONIBUS.

In quam causam solutum imputetur.

1. Imp. Antoninus A. Aristeneto.

IN [50] potestate ejus est, qui ex pluribus contractibus pecuniam debet, tempore solutionis exprimere, in *quam causam reddat*. Quod si [51] debitor id non fecit, convertitur electio ad eum, qui accepit [52], si neuter voluntatem suam expressit [53], prius in usuras id, quod solvitur, deinde in sortem accepto feretur. P.P. 11. Novemb. Duobus & Aspris Conss. 213.

Si fiscus eam debitori, quam creditori successerit.

11. Imp. Alexander A. Bassæ.

LIberari fidejussores, quoties fiscus, tam debitori, quam creditori (licet diversis stationibus [54]) succedit, jus certum est. Quod & in tua persona Procuratores mei custodient. P.P. Kalend. Jul. Lupo & Maximo Conss. 233.

Si servo solvatur.

111. Imp. Gordianus A. Apollonio.

SI cum servus liberam peculii administrationem haberet, mutuam ab eo accepisti pecuniam, eique ante [55] ademptum peculium, vel prius quam ademptum cognosceres, eam exolvisti, ea solutione liberatus es. P.P. v. Kalend. Octob. Pio, & Pontiano Conss. 239.

Si servo solvatur. De instrumento non reddito.

IV. Idem A. Rufinæ.

NIhil interest, utrum creditori mutuam pecuniam solveris, an ex ejus voluntate [56] servo [57] numeraveris. Nec enim ex eo, quod creditor concessit in fatum, prius quam instrumenta [58] redderet, evacuatæ obligationis vires reparari queunt. P.P. 11. Id. Octob. Pio, & Pontiano Conss. 239.

De eo, qui quantitatem ab alio debitam creditori offert, aut solvit.

V. Idem A. Celso.

NUlla tibi adversus [59] creditorem alienum actio superest, eo quod ei debitam quantitatem offerens, jus obligationis in te transferi desideras: cum ab eo te nomen compasse non fuggeras: licet [60] solutione ab alio facta nomine debitoris, evanescere soleat obligatio. P.P. xv. Kal. Nov. Pio, & Pontiano Conss. 239.

De errore apocha.

VI. Idem A. Alexandro.

SI inter patrem tuum, eosque quos debitores esse dicebas non de [61] dubia lite transactio facta est, sed parte tantummodo recuperata, *universum* [62] *se recepisse* cavit, nec de superfluo eos, quos verbis obligavit, per accepilationem liberavit, nec donationis [63] causa id factum est, exuberantis debiti integra ei repetitio competit. P.P. Id. Febr. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De usuris.

* VII. Philippus A. & Philippus C. Antiocho.

EJus quantitatis, cujus petitionem ratio compensationis [64] excludit, usuras [65] non posse reposci manifestum est. P.P. v. Kal. August. Peregrino, & Æmiliano Conss. 245.

VIII. Idem A. & C. Rufino.

USuras, quæ quotannis in [66] urbe numerandæ sunt, promittere [67] alio loco dependi [68], nisi [69] ex justa causa [70] exempli ratio minime finit. P.P. v. Id. Maji, Philippo A. & Tiziano Conss. 246.

49 Dixi ad XLVI. D. III. & 7. *Inst. C. & lib.* 26. *tit.* 5.

50 *Inst. d. loc.*, *c.* 1. *l.* 101. *in fin. ff. eod.*

51 *l.* 1. *ff. eod. & l.* 21. *C. de usuris.*

52 Id est, in creditorem.

53 Vid. *l.* 5. §. *pen. ff. eod.*

54 Rationibus, *Hal.* & male: Statio quid esset, dixi *l.* 10. *C. de compens.* hoc interim innotet Fisco succedente debitori & creditori diversarum stationum, seu ex diversis stationibus liberari fidejussorem. *hic adde quæ ad Accurs. scripsi.*

55 Servo ante ademptum peculium, *ex* contracta peculiari solvi potest: post ademptum etiam, *sed ab* ignorante, *ut hic, & l.* 35. *ff. eod.* adde *l.* 21. *ff. de jurejur. l.* 11. *ff. depositi.*

56 Aut justu. *l.* 49. *ff. eod. l.* 22. §. 12. *ff. solut.*

57 Non peculiare etiam debitum voluisse creditorem ejusdem servo solvi potest.

58 Solutione tamen quis esse potest, etiamsi debiti instrumentum non recipiat. vid. *l.* 5. *C. depositi.*

59 Nemo cogitur invitus extraneo debitum credere. Extraneum voco, alium à debitore.

60 Ratio dubitandi. Invitus debitor liberatur. *l.* 17. *C. eod. l.* 23. *ff. eod. l.* 39. *ff. de negot. Inst. quib. mod. toll. obl. in pr.* ergo & creditori invito solvi potest.

61 Transactio fit de lite dubia. *l.* 1. *ff. de transact.* adde *l.* 21. *C. eod.*

62 Confessio totius recepti per errorem facta, ad id, quod receptum non pro-

tur redditum, non purgitur. l. 13. *C. eod. l.* 7. *C. de except. l.* 24. *l.* 31. *C. de transact. l.* 67. §. 3. *ff. de evict. ind.*

63 Hæc adjectio *donationis hyperbolen aut superfluit.* ab his præsertim qui non ita bona fide cum aliquo contrahunt, omitti non solet. Donatio hyperoches, Gallis est *donation de plus ou moins* dixi ad *d.* §. 3.

64 Hanc legem interpretari potes ex *l.* 4. *C. de compens.* 65 Vid. *d. l.* 4. *in fin.* Goth. Vid. Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 130. Aut. 66 Loci utilitas debitori arbitraria actione potest eripi. *l.* 1. 2. 8. & 10. *ff. de eo quod certo loco.* §. 33. *vers. hoc ius ff. de act.* 67 Promittere, quidam ita legunt apud Accursium. 68 *Deferri*, quidam ita legunt. 69 Alias pura actione loci utilitatem nemo creditori auferre potest. §. 33. *vers. si quis tamen, Inst. de act. l.* 8. *ff. de eo quod certo loco.* 70 De qua vid. *d.* §. 33. *vers. propter quam causam. vers. quæ utilitas.*

De obligationibus, & confignationibus pecuniæ debitæ.

IX. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. Caſſio.

OBſignatione [1] totius [2] debitæ pecuniæ ſolenniter [3] factæ, liberationem [4] contingere manifeſtum eſt. Sed ita demum oblatio debiti liberationem parit, ſi eo loco [5] quo debetur, ſolutio [6] fuerit celebrata. P.P.V. Id. Maji, Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

De datis in ſolutum.

X. Iidem AA. & CC. Ambroſio.

SUcceſſores ejus, qui major viginti quinque annis in ſolutum [6] pro debito jure mancipia [7] dedit, hæc revocare non poſſe conſtat. S. V. Id. April. *Bizantii*, AA. Conss.

Si marito ſolvatur, quod uxori debetur.

XI. Iidem AA. & CC. Capitolinæ.

CUm [8] maritum [9] tuum à debitoribus tui minoris viginti quinque annis conſtituta, velut ex cauſa tibi debiti aliquas accepiſſe quantitates, nec tamen te conſenſum accommodaſſe ſignifices, nullum tibi præjudicium potuit fieri, niſi factam ſolutionem poſt majorem [9] ætatem ratam [10] feceris. S.V. Kal. Maji, *Hyacintho*, AA. Conss.

Si extraneo ſolvatur.

XII. Iidem AA. & CC. Eutychio.

INvito vel ignorante creditore qui ſolvit alii [11], ſe non liberat obligatione. Quod ſi hoc, vel mandante [12], vel ratum habente eo fecerit, non minus liberationem conſequitur, quam ſi eidem creditori ſolviſſet. S. III. Id. Maji, AA. & CC. Conss.

De ſimulata liberatione.

XIII. Iidem AA. & CC. Philotimo.

SI obligatum hominem ex cauſa mandati, non per ſtipulationem facta novatione [13] poſt acceptilationem liberaſti, ſed [14] tantum receptam ex [15] eadem cauſa debitam quantitatem falſo [16] ſcripſiſti: figmento veritatis extingui non potuit obligatio. S. VI. Kal. Jun. AA. Conss.

Collatio apochæ, & redditi chirographi.

XIV. Iidem AA. & CC. Cohortæ.

PEcuniæ [17] ſolutæ profeſſio [18] collata inſtrumento, majorem rei geſtæ probationem continet, quam [19] ſi chirographum acceptæ pecuniæ mutuæ fuiſſet redditum [20]. S.V. Id. Jul. AA. Conss.

De chirographo reddito contra voluntatem creditoris.

XV. Iidem AA. & CC. Quartino.

QUod debitori tuo chirographum [21] redditum [22] contra [23] voluntatem tuam adſevetas [24], nihil de jure tuo diminutum eſt. Quibuſcumque itaque argumentis jure proditis hanc obligationem tibi probanti, eum pro hujuſmodi facto liberationem minime conſecutum, judex ad ſolutionem debiti jure compellet. S. V. Kal. Sept. AA. Conss.

Quid ſolvendum ſit.

XVI. Iidem AA. & CC. Charidemo.

EUm, à quo mutuam ſumpſiſti pecuniam, in ſolutum nolentem ſuſcipere nomen [25] debitoris tui compelli juris ratio non permittit.

In Authent. de fidejuſſor. & mandato. §. quod autem. col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 2.

HOc, niſi debitor in pecunia vel alia re mobili ſolvere nequeat: tunc enim res immobilis quam debitor habet meliorem, ſolvi poteſt, facta per Judicem ſubrilis ejus cauſæ æſtimatione, ut rem præditam, & debitori ſolvere, & creditori liceat petere, præſtanda creditori cautela de evictione qua debitori poſſibilis ſit: quod eſt in omni actione. At ſi creditor paratus ſit emptorem rei præſtare, oportet debitorem cauteia Judicis arbitria creditori prabita, rem tunc diſtrahere, ut ſatisfiat creditori.

Si alius pro debitore ſolverit. De rebus pro numerata pecunia in ſolutum datis.

XVII. Iidem AA. & CC. Caſſio.

MAniſeſti juris eſt, tam alio [26] pro debitore ſolvente, quam rebus [27] pro numerata pecunia conſentiente creditore datis, tolli paratam [28] obligationem. S. Kal. Dec. *Sirmii*, AA. Conss.

De chirographis debitoris redditis cum ſubſcriptione procuratoris ſignificantis nihil creditoribus deberi.

XVIII. Iidem AA. & CC. Domitio.

INquiſitio veritatis tolli non potuit, quod chirographa, quæ feceras procurator tuus, recepta, tibique reſtituta ab ipſius herede proponas, cum ſubſcriptione procuratoris ſignificante, *Quod* [29] *nihil creditoribus deberetur*: cum nihil prohibeat, & creditoribus ſatisfactum [eſſe,] & non veſtræ pecuniæ, ſed ipſius, cui negotium gerendum mandaveras, proceſſiſſe ſolutionem. S. Id. Febr. CC. Conss.

Si ſervo ſolvatur.

XIX. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI actori [30] [ſervo,] tam mutuis dandis pecuniis, quam debitis accipiendis præpoſito [31], in hoc quod ſuſceperas ejus dominæ per ipſum ſatisfeciſti: inſtrumentum inane [32] ſolutione celebrata nihil tibi nocere poteſt. Aliter enim ſolventes ſervo de actione dominæ liberare ſe minime poſſunt. S.V. Id. Octob. CC. Conss.

De operis ſervi in ſolutum conceſſis.

XX. Iidem AA. & CC. Eucrati.

SI operas [33] certi ſervi pro pecunia ſumpta tibi in debitum compenſare placuit creditori: his ſecundum conventionis fidem præſtitis, de mancipio reſtituendo pacti tenor ſervari debet. S. V. Kal. Novemb. *Hadrianopoli*, CC. Conss.

De eo, qui ſcripſit ſe recepiſſe pluſquam recepit.

XXI. Iidem AA. & CC. Rufo.

INtereſt multum, utrumne ſpe [34] futuræ numerationis ſuſceperiſſe te, quod inſtrumento continetur, ſcripſiſti, an accepta minore quantitate tantum, quantum lectio probat, in ſcriptura conferri placuit: Nam ſuperiore quidem caſu refidui petitio debiti manet integra: poſteriore vero conſenſu tranſactionis [35] finiris ſtare convenit. S. III. Non. Decemb. CC. Conss.

Si chirographum cancellatum ſit, vel non.

XXII. Iidem AA. & CC. Grato.

INductum [36] (id eſt cancellatum [37]) necne ſit chirographum, veſtram [38] ſolutionem ſemel debiti cauſa factam ei qui exigendi poteſtatem habuit, probantium, nihil intereſt. S. V. Id. Decemb. CC. Conss.

De cauſa confeſſionis non ſecuta.

XXIII. Iidem AA. & CC. Vacio.

SI litterarum [39] Auxenonis contemplatione, quas ad Ariſtonem de numeranda tibi pecunia dederat, recepiſſe te ſcripſiſti debitum ab Ariſtone, mandato non impleto, cum peritio debiti manet integra, nihil legitimam exactionem impedire poteſt. S. XV. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De fundo in ſolutum dato.

XXIV. Iidem AA. & CC. Rufino.

CUm [40] pro pecunia quam [mutuo] acceperas, ſecundum placitum Euandro te fundum [41] dediſſe profiteaeris: ejus induſtriam [42], vel eventum meliorem tibi non ipſi prodeſſe, contrarium non poſſulaturus, ſi minoris diſtraxiſſet, non juſte petis. S. VII. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De probatione.

XXV. Iidem AA. & CC. Aureliano.

SOlutionem aſſeveranti [43] probationis onus incumbit: quo facto, chirographum condicere [44] poteſt [45]. S. III. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. Conss.

---

[1] Signatione. Ita Græci, ſphragiſmo. Sphragiſma, ſigillum, ſignum. Sphragiſtes, ſignator. Sphragiſtra, ſigillatorium. Sphragiſtrum, ſigillum. Sphragiſtrum

De donatione in solutum.

IV. Imp. Antoninus A. Georgio.

SI prædium [a] tibi pro soluto datum [est, quod] aliis creditoribus fuerat obligatum: causa [b] pignoris mutata non est. Igitur si hoc jure fuerit evictum, utilis [c] tibi actio contra debitorem competit. Nam hujusmodi contractus vicem [d] venditionis obtinet. P.P. XI. Kal. Aug. Duobus & Aspris Conss. 213.

De re vendita, & nondum tradita.

V. Idem A. Pettonix.

EX [his] prædiis, quæ mercata es, si aliqua à venditore obligata, & necdum [e] tibi tradita sunt: ex empto actione consequeris, ut [f] ea à creditore liberentur. Idem etiam fiet, si adversus venditorem ex vendito [g] actione pretium [h] petentem, doli exceptionem opposueris. P.F. XV. Kal. Octob. Duobus & Aspris Conss. 213.

Si specialiter venditor evictionem non promiserit.

VI. Imp. Alexander A. Octavio.

NOn dubitatur, & [a] si specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actionem. P.P. VIII. Id. Mart. Alexandro A. Cons. 223.

De fidejussore.

VII. Idem A. Hilariano.

AUctore laudato [a], *si evicta res est*, fidejussorem (etiam [b] si agi causam ignoraverit) conveniri evictionis nomine posse non ambigitur. P. P. III. Non. April. Alexandro A. Cons. 223.

Quæ requiruntur ut evictio præstetur.

VIII. Idem A. Clementino.

EMptor [a] fundi, nisi [b] auctori aut heredi [c] ejus denunciaverit: evicto [d] prædio, neque ex stipulatu, neque ex dupla, neque ex empto actionem contra venditorem vel fidejussorem ejus habet. Sed & si [e] judicio emptor non adfuit, aut [f] præsens per injuriam [g] Judicis victus est absente auctore, vel fidejussore: regressum adversus eum non habet. P.P. VIII. Id. Decemb. Alexandro A. Cons. 223.

De denunciatione facienda. Quid præstandum ei, cui res evicta est.

IX. Idem A. Terentio.

SI controversia tibi possessionis, quam bona fide te emisse allegas, ab aliquo movetur: auctori heredive ejus denuncia [a]: & si quidem obtinueris [b], habebis [c] quod emisti. Sin autem evictum fuerit, à venditore successoreve [d] ejus consequeris, quanti [e] tua interest: In quo continetur etiam eorum persecutio, quæ in rem emptam à te, ut melior fieret, erogata [f] sunt. P.P. II. Kal. Januar. Alexandro A. Cons. 223.

De finibus.

X. Idem A. Largo.

SI fines [a] agri venditor demonstravit, & legem dixit *intra eos nominem ingressurum*: si quid inde evincatur periculo sit auctoris. Quod si finibus suis [b], quos demonstravit, agrum vendidit: lis [c] finalis ad venditorem non pertinet. P.P. VII. Kal. Decemb. Maximo II. & Aliano Conss. 224.

Si is agat qui de evictione tenetur.

XI. Idem A. Clementi.

EXceptione doli recte eum [a] submovebis, quem ab auctore tuo fidejussorem accepisti, si ejus nomine controversiam refert quasi per uxorem suam antequam tu emeres, comparaverit: qui venditioni adeo consensum [b] dedit, ut se etiam pro evictione obligaverit. P.P. Non. Febr. Pompeiano, & Pelignо Conss. 232.

De servo in libertatem evicto: & de pacto, ut quæstione mota ante evictionem pretium reddatur.

XII. Imp. Gordianus A. Philippo.

SI in libertatem evictus est servus, quem mercatus es, sive, cum comparares convenit [a], *Ut si qua quæstio nomine ejus relata esset, & si necdum evictus esset, tu pretium recuperares*: Præses provinciæ, quod tibi præstandum animadverterit, restitui jubebit. P.P. VII. Id. Mart. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De causa judicati.

XIII. Idem A. Zoilo.

SI ob causam judicati [a] pignora capta sunt ex ejus auctoritate, cui [b] præcipiendi jus fuit, eaque de quibus conplecteris, tu mercatus es: frustra ab [c] ea quæ condemnata est, vel quæ in ejus locum successit [d], eorum refertur quæstio: quandoquidem [e], & si evictio eorum ab alio subsecuta fuisset, adversus eos debuisse dari actionem, quibus pretii solutio proficit, rectissime responsum est. P.F. XVI. Kal. Jun. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De filio eodemque herede venditoris.

XIV. Idem A. Secundino.

SIve possessio venditoris fuit: filius [a] *ejusdemque patris heres frustra quæstionem movet*: sive non patris, sed filii ejus possessio fuit, de qua jure hereditario [b] auctor laudari [c] potest, controversiam movere non potest. P. P. XIV. Kalend. Aug. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De pignore ob evictionem accepto.

XV. Imp. Philippus A. & Philippus C. Menandro.

SI non injuria [a] Judicantis, sed juris [b] ratione superatus es, pignus [c] ob evictionem acceptum solenniter persequi [d] potes. P. P. Kal. Aug.

Quid & à quo præstatur ei cui res est evicta.

XVI. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Alexandro & Diogeni.

SUper empti agri quæstione disceptabat Præses provinciæ: &, si portionem [a] diversæ partis esse cognoverit, impensas [b] quas ad meliorandam rem vos erogasse constiterit, habita fructuum [c] ratione, restitui vobis jubebit. Nam super pretio evictæ portionis non [d] eum, qui dominium evicerit, sed auctricem [e] conveniri consequens est. P. P. X. Kal. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

Quid præstat auctor certioratus evictionem passæ.

XVII. Iidem AA. Mutino.

SI cum quæstio [a] tibi super eo, quem comparaveras, moveretur, auctorem tuum certum feciti [b], nec [c] citra Judicis disceptationem eum quem emeras, tradidisti: Præses provinciæ in damnis [d], quæ te tolerasse meministi, medelam juris adhibebit. P. P. V. Id. Novembr. ipsis IV. & III. AA. & Conss. 290.

De homine vendito.

XVIII. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI status tibi super homine venundato mota quæstio est, solennibus [a] quæ juris admittit ratio, interpositis: si [b] secundum libertatem fuerit lata sententia, poteris de evictione [cujus, quem comparaveras,] si nesciens ejus conditionem comparasti, sine aliqua dubitatione auctorem, vel ejus fidejussores, heredesve eorum convenire. Quod si fuisse servum sententia declaraverit, intelligis ad venditorem te reverti non posse.

Si emptoris præscriptione se tueri possint.

XIX. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SI obligata prædia venundedisti, & longi temporis præscriptione [a] solita emptores [b] se tueri possunt: evictionis periculum timere non potes. S. II. Kal. Maji, AA. Conss.

Re evicta agitur de evictione etiam contra venditoris heredem. Bald.

XX. Iidem AA. & CC. Solidio & aliis.

SI parentes [a] vestri mancipia venundederunt, & quæstio dominii mota est, emptoribus adesse ac defendere causam non prohibemini. Quod si cis [b] hæc etiam evicta sunt, instauratio litis ex persona vestra, si appellationem non interposuistis, contra jus desideratur. Empti sane judicio pro evictione si conveniri cœperitis, nec [c] vobis negotium, ut defendatis denunciatum probetur: intelligitis quatenus, vosmetipsos tueri debeatis. S. VI. Kal. Jul. AA. Conss.

De re post longum tempus evicta.

XXI. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

EMpti [a] actio longi temporis præscriptione non submovetur [b], licet post multa spatia rem evictam emptori fuerit comprobatum. Si itaque is, quem te comparasse commemoras, nunc in libertatem proclamet, interpellare venditorem, sive successorem ejus debes; ut tibi assistant, causamque instruant. Quem si *liberum* [c] *esse*, vel *servum non esse* fuerit pronunciatum: nec te conventione remisisse periculum evictionis fuerit comprobatum, Præses provinciæ, si res integra est, quanti tua [d] interest, restitui tibi providebit. S. XI. Kal. Aug. *Serdicæ*, AA. Conss.

Stipulatio de indemnitate.

XXII. Iidem AA. & CC. Julio.

CUm tibi liberum venundatum fundum ab auctore proponas: si ex antecedente obligatione, quod debebatur, jure solvisti [a], stipulationem quam subjectam emptioni de indemnitate proponis, ipsius conceptio [b] commissam manifeste declarat. S. VII. Kal. Septemb. *Viminaci*, AA. Conss.

De præsentia, vel absentia heredum auctoris; quibus denunciatum est.

Quid præstatur evictionem passo.

XXIII. Iidem AA. & CC. Eustochiæ.

CUm successores [a] etiam venditoris pro evictione teneri possint, si velut obligata sibi Respublica Thessalonicensium pignoris institutæ jure persequi, quæ comparasti, auctoris heredibus quocumque gradu constituris adsistere negotio denuncia. Quod sive præsentibus his fundus quem emisti, fuerit evictus, sive absentibus postea, quanti [b] tua interest rem evictam non esse, teneri, non quantum [c] pretii nomine dedisti, si aliud non placuit publice notum est. S. II. Kal. Jan. *Sirmii*, AA. Conss.

Si in limine contractus imminet evictio.

XXIV. Iidem AA. & CC. Eutychio.

SI post perfectam venditionem ante [a] pretium numeratum rei venundatæ mota fuerit quæstio, vel mancipia vendita proclament in libertatem, cum in [b] ipso limine contractus imminet evictio, emptorem, si [c] satis ei non offeratur, ad totius vel residui pretii solutionem non compelli, juris auctoritate monstratur. Unde cum parte pretii numerata, domus quam emisti, tibi velut pignoris jure obligatæ, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas, Judex tibi quæ ex emptione veniunt, præstari providebit. S. VI. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. Conss.

Si is, qui liberam vendidit, eam evincat, in libertatem.

XXV. Iidem AA. & CC. Saturnino.

SI tibi liberam Saturninus, conditionem ejus ignorans distraxit, ac nunc eam defendit in libertatem, hac libera pronunciata, venditorem vel ex stipulatione duplæ, quantum [a] in hanc deductum est, vel empti [b] actione, quanti [c] tua interest, convenire potes. S. Idib. Febr. AA. Conss.

---

1 Vid. *l.* 17. *T. de fidei.*

2 Debitor pignus alienum in solutum dando, pignoris jus creditori non mutat.

3 Utilis de evictione actio datur quasi emptori, ut hic, directa vero emptori.

4 In solutum dato, quasi emptio. *l.* 41. *ff. de fidei. ad de Wynd.* 4.

5 Aute rem traditam solutam ve pretium agi potest de evictione.

6 Libera res est emptori tradenda. *l.* 41. *ff. de contr. empt. l.* 1. *§.* 1. *ff. de act. empt. l.* 61. *ff. de evict. l.* 29. *§.* 3. *ff. de leg.* 3. & transigenti, potest alias ad primam actionem reverti. *vid. l.* 58. *in fin. ff. T. de transact. Ludovicus desf.* 101. *tom.* 1. *p.* 6. *n.* 8. *ff. de empt. vel judic.* ut & creditori. *l.* 46. *ff. de fidei.*

7 Actio ex vendito venditori competit. *l.* 13. *§.* 19. *ff. de act. empt.*

8 Vendimori pretium petenti opponitur exceptio de non tradita. *l.* 13. *§.* 20. *in fin. ff. de act. empt.*

9 Evictionis venditor etiam citra conventionem, ex ipso contractus jure tenetur. *l.* 31. *in fin. T. ad l.* 2. *l.* 19. *ff. ad l. Aquil. Voet. com. ad. ff. lib.* 19. *T.* 1. *n.* 8. *Mascard. vol.* 1. *concl.* 19. *Kel.* 11. *n.* 16.

10 Laudare præsentes fingus, est denunciare, nominis appellare. *G. Gil. §. de Laudatione auctoris, vid. literatum in præsentia n.* 6. *tom.* 4. ut differat à nominatione auctoris dicti *l.* 1. *T. ubi in rem actio.*

11 Evictus venditori fundus & deductori evictus intelligitur: Res principalis facta denunciatio, omnes fidejussori etiam agnoscit. adde *l. ult. in fin. T. ad. l.* 41. *§.* 2. *ff. ad.*

12 Evictio tribus casibus hic emptori à venditore non præstatur. Primus cum vendit. si venditor evictionem non denunciavit: secundus, si emptor ipse judicio non adfuit: tertius, si judicis injustus ei fuerit evictus: idem dicitur, si evicerium, unde fidelissime recordari res domino pronunciavit, sed ejus successorib. *l.* 3. *fidei.* vid. *§. fi. ff. vid. mode* 7. *ff. ad.* si ipse aliquod animadversum erunt puta hereditatem, & res quædam *hereditaria ei fuerit evicta. l.* 1. *T. eod. Idem quoque si sciens rem alienam comparavit: tunc enim neque evictionis, neque ad pretium de re agit. l.* 27. *T. eod. si ancillæ vendicæ partus fuerit evictus. l. si prægnans* 42. *ff. eod.* Quindecim casus, quibus superior sententia locum non habeat, enumerat Mantica. *lib.* 3. *tit. tit.* 10. *l.* 7. quadraginta vero decem Mathæus de Afflictis in cap. 1. *§. fin. Quid. mod. finitum amittatur.* 13 Primus casus. adde *l.* 9. *l.* 20 *T. eod. l.* 53. *in fin. ff. eod.* 14 *l.* 29 *in fin T. eod.* 15 Evictionis causam venditori, etiam ante litem motam, denunciare emptor cogitur, *ut hic. Bart. in l. denunciasse* 17. *ff. ad leg. Jul. de adulteriis. l. non solum* 3. *ff. de off. quæst. Mascard. vol.* 1. *concl.* 19. *n.* 7. *T. in mult. conf. reffit.* nisi venditor sciens litem emptori motam esse, instrumenta & munimenta rei vendicæ non tradidit, cum posset tradere. *l. Titius. 48. ff. de act. empt.* nisi denique ipsi venditori præfixa cautbet lis tam motam esse. *Gloss. in l.* 21. *T. eod.* nisi jam denunciandi renunciaverit venditor. *Thesaurus* 63. *ff. eod.* aut si juravit, se in lite emporem defensurum, & litem motam non ignoravit. *cap. Accedit de jurejur. ad fine reg.* 117. Quid? quibus casibus denunciare venditori emptor cogitur, si nesciat? habet libellum ei offerre: teneri putant interpretes si modo venditor petierit: aliud tamen videtur tutius posse constitui: vide plura apud Ducnazium. *reg.* 243. 16 Secundus casus. *l.* 13. *§. fin. ff. T. de pericula.* 17 Tertius casus. *l.* 13. *§.* 19 *ff. l.* 51. *ff. eod.* 18 Vid. *l.* 15. *T. eod.* 19 *l.* 8. *T. eod.* 20 Victo emptori denunciare evictio. *vers. fin autem. T. eod.* non vincenti, *ut hic, & l.* 13. *§.* 19 *ff. l.* 8. *T. eod.* 21 Adde *Syn.* 9. *tit.* 11. *c.* 51. *n.* 3 *Harem* 3. *§.* 89. 22 Actio de evictione datur in hereditatem. *l.* 13. *§.* 14. *l.* 20. *l.* 21. *l.* 23. *T. eod. l.* 70. *ff. eod. l. ult. ff. de evict. rei vendit. l.* 14. *T. de rei vind.* 23 In evictione petitur quanti nostra interest. *l.* 27. *l.* 21. *in fin. l.* 29. *in fin T. eod.* quo etiam continetur pretium numeratum. 24 Id est, impensas. *l.* 40. *§.* 1 *ff. de cond. & demonst.* 25 Adde *l.* 45. *ff. de evict.* 26 Aliud est fundum vendere specialiter expressis finibus, *ut T. eod.* aliud suis finibus vendere. Potest cuis id quid evinciatur, vendijor obligatur: altero, non obligatur *facit lex* 74. *in fin. ff. T. eod.* 27 *l.* 74. *§.* 1. *ff. eod. l.* 46. *ff. de adquir. rer.* 28 Alias pignoris vendicio facta [illegible] 29 Emens à judice judicatum exequente, debitorem habet [illegible] 30 Vid. *l.* 9. *T. eod.* 31 Ratio dubitandi [illegible] ex communi regula: Quem de evictione tenet actio, &c. dixi ad *l.* 11. *T. eod.*

35 Filius non evincit rem à patre venditam.

36 Filius non evincit rem à patre venditam.

37 Vid. *l.* 9. *T. eod.*

38 Dixi ad *l.* 21.

39 Vid. *l.* 8. *in fin. T. eod.* adde *l.* 50. *§.* 1. *ff. eod. l.* 9. *Inst. tit.* 23. *cap.* 43.

40 Id est, re legitime evicta.

41 Pignus amittit creditor, injuria judicis condemnatus. adde *l.* 3. *§.* 1. *ff. de pign.*

42 *l.* 2. *de partis pignor. l.* 2. *de prædiis suis.* Pignus, subsistium rei.

43 Etiam evicta parte, venditor tenetur de evictione. *l.* 20. *T. eod.*

44 *l.* 9. *in fin. T. eod. l.* 41. *§.* 1. *ff. de act. empt.*

45 Perceptorum scilicet.

46 Evincens, à pretium restituere non tenetur.

47 Id est, venditricem, eadem ratione dicitur qua ab Ammiano 29. Ambestrix ab Africano adfestrix, possestrix, possestrix, impulsatrix, curatrix, plaustrix, & in legibus nostris. *l.* 54. *in fine, ad Trebell.* Petitrix, & Venditrix. *l.* 8. *ff. de Lenonib. Testatrix, l.* 20. *ff. si servitus vindicetur.*

48 Debetur evictio emptori, non ultro, sed ex sententia rem restituenti. *vid. l.* 56. *§.* 1. *ff. eod.*

49 Id est, consulatui. *l.* 8. *T. eod. l.* 9. *T. eod.*

50 Id est, non ultro.

51 Dixi ad *l.* 9. *T. eod.*

52 Jus antiquum formæ adserendi intelligit, *de quo T. de adsertione tollenda.*

53 Emptor servi, si servus liber pronunciatus, agit de evictione, *ut hic*, si servus, non agit. *vers. quod si. T. eod.* Cur ita? emptori victo, non vincenti, venditor evictionem præstat. *l.* 9. *T. eod. l.* 21. *in fin. T. eod.*

54 Vid. *l.* 21 *T. eod.*

55 Emptoris præscriptio creditori eidemque venditori prodest. adde *l.* 54. *ff. eod. l.* 2. *in fin. T. de reb. alien.* 19. *Kirig.* 11. *ex tit.* 15. *cap.* 19.

56 Agitur de evictione in heredem venditoris. dixi ad *l.* 9. *T. eod.*

57 Semel quod evictum est defuncto ab herede non potest retractari. vel ita: Venditor, cum evictio fit, adesse potest: ubi ex facta est, litem inseruare nequit, nisi appellavit. *Rol. d. l.* 2. *n.* 20. *in print.*

58 Denunciandæ est etiam venditoris successoribus evictio. *l.* 8. *T. eod.* cujuscumque gradus sint. *l.* 23. *T. eod.*

59 Duæ emptori actiones præcipue de evictione, una empti, *ut hic, & l.* 13. *T. eod.* altera ex stipulatione duplæ. *Leo Rol. d. loco* 1. 20. *in fin.* Una subsecutur, *l.* 19. *T. eod.* non subsumitur in his quæ præscribi non possunt, *ut hic, & l. ult. T. de longi temporis præscript. quæ pro libert.*

61 *l.* 18. *T. eod.*

62 Dixi ad *l.* 9. *T. eod.*

63 Stipulatus de indemnitate, hypothecaria conventus, creditori ultra

De debitum offerre

potest non exspectata evictionis sententia: quo secuto, ex empto agitur ad indemnitatem promissam.

64 Vid. *l.* 21. *in fin T. de liberali.* 65 Dixi ad *l.* 9. *vers fin autem T. eod.* 66 *d. vers fin autem.*

67 Id est, non id tantum quod. 68 *l.* 18. *in fin ff. de pericula & commod.* 69 In libello venditionis evictione imminente, pretii, vel residui nomine, emptor citra fidejussionem conveniri non potest. 70 *l. ult. ff. de rescin. l. pen. ff. de peric.* 71 Vid. *l.* 74. *ff. eod.* 72 Vid. *l.* 8. *l.* 22. *T. eod.* 73 Vid. *l.* 9. *T. eod.*

De rei interitu.

XXVI. Iidem AA. & CC. Neoni.

SI quis tibi servum vendidit, postquam is rebus humanis exemptus [1] est, cum evictionis periculum finitum sit, à te conveniri non potest. S. II. Kal. April. *Sirmii*, CC. Conss.

De scientia, vel ignorantia emptoris.

XXVII. Iidem AA. & CC. Theophilo.

SI fundum sciens [2] alienum, vel obligatum comparavit Athenocles, neque quicquam de evictione convenit [3]: quod eo nomine dedit, contra [4] juris poscit rationem. Nam si ignorans, desiderio tuo juris forma negantis hoc reddi refragatur. S. XV. Kal. Octobr. CC. Conss.

Quibus defensionibus emptor uti potest.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Maximiano, & aliis.

EMptori etiam venditoris [5] jura prodesse non ambigitur. Si igitur vobis propter rei proprietatem mota fuerit quæstio: tam propriis quam venditoris defensionibus uti poteritis. S. III. Non. Octob. *Scuppis*, CC. Conss.

De permutatione.

XXIX. Iidem AA. & CC. Rheso.

SI permutationis [6] gratia prædia curatoribus quondam fratris tui mater tua dedit: his, quæ in eorum vicem accepit, posteaquam ad defensionem fuerit denunciatum [7], vel cum eorum non haberet facultatem, evictis, quanti [8] interest, eos convenire posse, rationis est. S. Idib. Decembr. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De stipulatione duplæ, & probatione malæ fidei emptoris.

XXX. Iidem AA. & CC. Hastio.

NOn [9] ex eo quod duplum [is] qui à matre [tua] mancipium comparavit, evictionis nomine stipulatus est, alienæ rei scientia convincitur: nec opinio ejus ex hoc læditur, ut malæ fidei emptor existimetur. Aliis itaque hoc indiciis, si vis, probare debes. S. Id. Decembr. AA. Conss.

De hærede fidejussoris.

XXXI. Iidem AA. & CC. Agatoni.

HEredem [10] fidejussoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factum ejus, cui successit, ex sua persona dominium vindicare non impedit: scilicet evictionis causa durante actione. S. XVIII. Kal. Jan. CC. Conss.

[1] Hæc vox superest in editione Haloandri.

[2] *l. 11. §. 16. ff. de act. empt. l. 10. ff. de dotis pign. l. 50. ff. de evictionib.*

[3] Creditor jure pignoris vendens, potiorem se cæteris creditoribus esse præstat, ut non evictionem. adde *l. 11. §. 15. ff. de act. empt.*

[4] Creditor rem jure pignoris vendens, de evictione tenetur pacto ex pacto: aut si mala fide contraxit, tacendo rem esse alterius, Græci hunc locum reddunt. Qui pignus jure creditoris emit, non recte de evictione agit: nisi de hoc convenerit, aut dolo facta sit venditio: tunc enim agitur. *Syn. Bas. 24 tit. 7. c. 62.*

[5] Id est, obligatam. *l. 11. §. 16. ff. de act. empt.* Vitium rei ipsius rei obligatio.

[6] Adde *Novell. Bt. l. 11. ff. de libertis & postumis.*

[7] *l. Inst. 9. & 31. Ecleg. 1. cap. περὶ ἐνγύων 1. cap. 2. §. ult.*

[8] Liberatio potestate præscribitur. Diutina patientia pro veritate est.

[9] Filius in potestate patri adquirit dominium rerum omnium, exceptis castrensibus, *ut hic*, bodie adventitiorum nudum usumfructum. *l. 6. tit. X. de bonis quæ liber. §. 1. in fin. Inst. per quas personas cuique adquiratur.*

[10] Filius res patris alienare non potest.

[11] Pietas patri debetur.

[12] Patri permissa est liberorum castigatio.

[13] *l. 4. T. ad l. 12. ff. de sicar.* Pater filium indemnatum inaudita & indicta causa interficere non potest. *l. 2. ff. ad l. Cornel. de sicar.* vid. *Cujac. 4. obs. 12.* eadem ratio in *Servo. Cujac 1. Inst.* adde *Cujac. 6. obs. 17.* [14] Pater filium accusare potest, *d. l. 4. d. l. 2.* [15] Impietas in parentes ex ipsorum parentum (si velint) sententia vindicatur. [16] Inter parentes & liberos lites privatim dirimendæ. adde *l. 16. ff. de furtis.* [17] Vid. *l. 3. T. eod.*

[18] Reverentia matri debetur. *Nov. 22. §. 5.* [19] Lasa pietas severius vindicanda. [20] Parentes etiam non emancipatos. [21] *l. 4. vers. sed ff. in fin. T. eod.* [22] Id est, alimenta. *l. 3. T. de alendis liberis.* [23] Adoptio est filii ignominiosa missio, multam differens ab exheredatione. *l. pen. T. eod.* adde *l. 133. §. de verb. oblig.* Abdicatus, familia ejicitur. hoc tamen interest: Abdicatio fit inter vivos, exheredatio cauſa mortis. Utrumque coajunxit Tertullianus *de præscript. primit. quæ ratione deverunt sanguine & abdicatorum ad ecclesiam.*

[24] Vetibius familias dimittitur abdicatus: qui abdicatum recipitur, lasis respicit. Abdicatus fiebant. A parentibus recipi poterant, & rursus abdicari, sæpius ad tempus etiam abdicatio, *Servius ad. Æneid. 12.* de quo plenius in *commentar. Rittershusii ad Alciatum de cognat. vid. Alc. 2. disp. 28.* his adde exheredationem causis ex *Nov. 115. cap. 3.*

[25] Ex contra ad alienandos parentes. vid. *Brisson. B. V.* [26] *Ecthes. 14.* [27] Quidam legunt ἀνεψιούς. Alciat. videtur legisse ἀνεψιοὺς, 2. *disput. 18.* ἀπορρῆξις quod parentes abdicatur] soleant liberos, ἐπὶ αἰσχροῖς ἀναιτίοις ἀπόρρητον. *Plato 11. de legibus* adde *Plutarch 3. c. 6. & 7. c. 4. Plinium 7. c. 45.* [28] Abdicandi cauſa hæ fuerunt: si filius noctu foris cubuisset, si commessaretur, si lenones pulsasset, si libidini incumberet. *Latissime in abdicatis:* si voluntati paternæ repugnasset. *Fabino.* [29] Militia nemo solvitur patris potestate. *l. 3. de castrensi peculio: §. 4. Inst. quib. mod. jus patr. potest.* [30] Liberi filios in potestate habere possunt. *l. 7. T. de spec. l. 2. T. de serv. reipub.* [31] Id est, *abdicare. l. 6. T. eod.* ut plerique interpretantur, sed male. [32] Plancianum scilicet & aliud quod factum est Adriani temporibus. *l. 3. §. 1. ff. de agnosc. & alend. liber.* [33] *Denunciati, Cujac. 19. obs. ult.* authoritate. *l. 1. §. pen. 4. ff. de liber. agnosc.* Penna scilicet mariti denunciati intelligitur, id est, cui facta est denunciatio: ut venditor denunciatur. *l. 49. ff. de judiciis.* [34] De agnoscendis liberis. *§. 13. Inst. de act.* [35] De qua est tota. *l. 5. ff. de liber. agnosc.* [36] Id est, super lacte depulsi, exuberi, delactari, spriciato: quia non solebant ante triennium infantes mamma depelli. vid. 2. *Macrob.* ἐπὶ τὸν ἀπὸ μαστοῦ τῶν τρίτον, & in lege Papia, *apud Ulpian. 29. §. 1.* duo trimi, id est, super mamma depulsi. vid. *Cujac. d. loc.* [37] *Petronii, Cujac. ibid.* ex quibusdam codicibus. [38] Favet libertatis. [39] *l. 11. in fin. ff. de lib. & post.* [40] *l. 6. T. eod. l. 12. T. de obseq.* vid. *l. 11. de patrib. qui filios distr. l. ult. ff. quæ res pign. Paul. 5. sent. 1. §. 1.*

TIT. XLVI.

CREDITOREM EVICTIONEM [PIGNORIS II] NON DEBERE.

Creditor vendens jure creditoris rem, quam putabat esse debitoris, non tenetur de evictione, nisi expresse promiserit.

I. Imp. ALEXANDER A. Publico.

CUm jure [11] creditoris propter fisci debita prædium obligatum Procurator meus venundedit, evictio non debetur: quia & privatus creditor eodem jure utitur: nisi nominatim hoc repromissum à privato fuerit creditore. Si tamen fiscus in jus alterius creditoris successit, emptori non justa nomine fisci movetur controversia: sive quia potior fuerat, quando vendebat, sive quia infirmior: quoniam hoc [12] utique præstare debet, qui pignoris jure vendit, potiorem se cæteris esse creditoribus. P. P. XV. Kalend. Novembr. MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

Creditor vendens jure pignoris, tenetur de evictione duobus casibus, scilicet quando expresse se obligavit de evictione, item quando mala fide contraxit. Bald.

II. Imp. GORDIANUS A. Sabinæ.

SI à creditrice jure pignoris fundos obligatos pater tuus comparaverat: evictis prædiis ita demum petitionem adversus creditricem habere jure potes, si [14] vel cum vendidit, de evictione rei promisit: vel etiam dolo malo, cum sciens, prudensque esset rem sine [15] vitio non esse, eam patri tuo, cui successisti, venundedit. Nam sicuti genus hujusmodi contractus inscium creditorem vinculo evictionis non adstringit: ita eum, qui fraudem admisit, vel decepit, non excusat. P. P. VII. Id. April. SABINO II. & VENUSTO Conss. 241.

TIT. XLVII.

[DE] PATRIA [16] POTESTATE. [17]

De longi temporis præscriptione.

I. Impp. ANTONINUS & VERUS AA. Titio.

SI filium tuum in potestate tua esse dicis, Præses provinciæ æstimabit, an audire te debeat: cum diu passus [18] sis ut patrisfamilias res ejus agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt. P. P. fine die & consule.

De rerum dominio.

II. Imp. ANTONINUS A. Maronix.

EJus, quod in potestate patris agens habuisti, dominium [19] ad patrem tum spectasse intelligitur, extra ea, quæ non acquiruntur. P. P. XV. Kal. Mart. LÆTO II. & CERIALE Conss. 216.

De jure alienandi, de cæsigatione.

III. Imp. ALEXAND. A. Artemidoro.

SI filius tuus in potestate tua est, res acquisitas tibi alienare [20] non potuit. Quem, si pietatem [21] patri debitam non agnoscit, castigare [22] jure patriæ potestatis non prohiberis: acriore remedio usurus, si in pari contumacia perseveraverit; eumque Præsidi [23] provinciæ oblaturus [24], dicturo sententiam, quam [25] tu quoque dici volueris. P. P. VI. Id. Decemb. ALBINO & MAXIMO Conss. 228.

De controversiis & injuriis. De reverentia matri præstanda.

IV. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. Calæ.

COngruentius quidem videtur, intra [26] domum inter te ac filios tuos, si quæ controversiæ oriuntur, terminari. Sed si ita res fuerit: ut [pro] injuriis eorum & ad jus experiendum, & ad vindictam processeris, aditus Præses [27] provinciæ super discretionibus quidem pecuniariis consuetum exercere jubebit ordinem juris: reverentiam [28] autem debitam exhibere matri filios coget. Et si provectam ad inclementiores injurias improbitatem deprehenderit, læsam [29] pietatem severius [30] vindicabit. P. P. XV. Kal. Jun. ÆMILIANO & BASSO Conss.

De reverentia & alimentis.

V. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Donato.

FIlia tua non solum reverentiam [31], sed etiam subsidium [32] vitæ ut exhibeat tibi, Rectoris provinciæ auctoritate compelletur. P. P. Kal. Mart. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO, AA. Conss. 287.

De abdicatione.

VI. Iidem AA. Hermogeni.

ABdicatio [33], quæ Græco more [34] ad alienandos liberos [35] usurpabatur, & Χειροτονίαν [36] dicebatur, Romanis legibus non comprobatur [37]. P. P. XVII. Kalend. Decemb. MAXIMIANO A. II. & JANUARIO, Conss. 288.

De nepote ex filio milite.

VII. Iidem AA. & CC. Duplianæ.

SI maritus tuus, licet [38] militans, in patria potestate constitutus filium [ex] legitimis suscepit nuptiis, cum in potestate avi perseveraſſe non ambigitur. S. II. Non. April. CC. Conss.

De filiis libertorum.

VIII. Iidem AA. & CC. Æmilianæ.

LIbertos [39] exemplo ingenuorum filios tuos post libertatem ex legitimis nuptiis natos, in potestate habere non est prohibitum. S. XVI. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. Conss.

Si filius esse negetur.

IX. Iidem AA. & CC. Niconagoræ.

NEc filium *Negare* [40] cuiquam esse liberum, Senatusconsulta [41] de partu agnoscendo, ac denunciata [42] pœna, item, præjudicium [43] Edicto perpetuo propositum, & remedium [44] alimentorum apud Præsidem majoti trimo [45] petenti [46], nomine ejus monstratum, jure manifesto declarant. S. V. Kalend. Maji, *Sirmii*, CC. Conss.

De libertate, de jure vitæ & necis.

X. Imp. CONSTANTINUS A. ad Maximum P.U.

LIberari [47] à majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus [48] vitæ in liberos, necisque potestas [olim] erat permissa, libertatem eripere [49] non liceret. Dat. XV. Kal. Jun. *Thessalonicæ*, SEVERO & RUFINO Conss. 323.

[41] Dixi ad *l. 1. §. 7. 37. Edict. ad edictorium* 2. *Inst. 21.* adde *Wesenb. 74. 12. Gajum 1. Inst. 5. Ulpianum 8. & 2. Sentent. 8.*

[42] Adoptio est legis actio. *l. 4. §. ult. vid. l. 1. §. de spectabil. l. 2. §. de professor.* Confulbat solemnitate. *l. 4. §. ult. l. 5. §. de sepulchr. leg.* inde à Turnebo *Adversar. 8. capite* tamen refertur ad actus legitimos. *l. 77. §. de reg. jur.* utpote solemnibus adoptionis jam sublatis.

[43] *§. 3. Inst. ad.*

[44] Hinc adoptio naturæ similitudo dicitur à Cajo 1. *Inst. §. 5. 6.*

[45] Quemadmodum fiat adoptio.

[46] Facit *l. 17. §. 1. ff. ad.*

[47] Vid. *§. 3. Inst. ad. l. 122. ff. ad.*

[48] *l. 17. in fin. l. 18. ff. ad.*

[49] *Personæ publicæ. d. §. 3. tabellionis 14. J. ad.*

[50] De adoptione per populum vid. *Liv. 8. §. 2. 6. 7. Gaj. 2. Inst. 3. 5. & 3. Gell. 18. Gellii.* Adde *Brisson. lib. 4. Select. c. 20. 21.* Gothofredum, liberos emancipari non posse *l. 8. J. ad. §. Inst. ad.* [51] Julianæ adoptandi cauſas ita concipiunt qui, liberos non habent. *l. 16. §. 2. l. 17. §. 3. ff. ad.* [52] In adoptione *l. 17. §. 3. ff. ad.* [53] Dixi ad *l. 2. §. 3. ff. ad.* [54] Quidem apud populum. [55] Novell. *Leonis 17.* [56] Ratio cur feminæ non adoptent. [57] Ex Novell. *Leonis 17.* [58] Privignus adoptari non potest. [59] In

Quo-

non sufficit tabulas & instrumenta intervenire, nisi judicia auctoritas interveniat. testamento fieri potest. *Pellejus Paveusdius lib. 2.* vide *Cujac. 7. observ. 7. eadem.* [60] Adoptio solemnitatem exigit: non sit nisi solemniter: & quidem apud populum. adde *§. Gell. 19.* vid. *l. 1. T. eod.* adde *Reverdinum cap. 6. de authoritate prudentum.* [61] Impuberes non adoptant. *§. 10. Inst. eod. Ulpian. 8. §. 9. 2. Gaj. 3. §. 3. & §. Gell. 19. l. 29. §. 3. ff. de inoff. l. 8. T. de profession. longi. 4. Harmen. 8. & 32. Ecleg. 1. cap. 46.* [62] In adoptione non adoptant, neglecta Leonis *Novell. 27.* [63] Excepto. [64] licet mulieribus adoptare, etiamsi nunquam liberos habuerint. [65] Ratio est, quia adoptio naturam imitatur. [66] Mulierem quidem, quæ [67] nec suos filios habeat in potestate, arrogare non posse certum est. Verum [68] quoniam in [69] solatium amissorum suorum filiorum, privignum [70] tuum cupis vicem [71] legitimæ sobolis obtinere: annuimus votis tuis, secundum ea quæ annotavimus: & eum perinde atque ex te progenitum, ac vicem naturalis legitimique filii habere permittimus. P. P. III. Non. Decemb. *Triballo*, TIBERIANO & DIONE Conss. 291.

[51] Julianæ adoptandi cauſas ita concipiunt qui, liberos non habent. *l. 16. §. 2. l. 17. §. 3. ff. ad.* [52] In adoptione *l. 17. §. 3. ff. ad.* [53] Dixi ad *l. 2. §. 3. ff. ad.* [54] Quidem apud populum. [55] Novell. *Leonis 17.* [56] Ratio est, quia adoptio naturam imitatur. [57] Ex Novell. *Leonis 17.* [58] Privignus adoptari non potest. [59] In

Quomodo fit arrogatio.

VI. Iidem AA. & CC. Meliano.

ARrogationes eorum qui sui [1] juris sunt, nec in Regia Urbe, nec [2] in provinciis, nisi [ex] rescripto principali fieri possunt. P.P.VI. Non. April. *Byzantii*, CC. Conss.

Si quis adoptetur à cive alterius civitatis.

VII. Iidem AA. & CC. Attico.

IN adoptionem quidem alienæ civitatis [4] civi recte dato additur [5], non mutatur patria [6]: ac propterea jus originis in honorum ac munerum obsequio per adoptionem non minui perspicis. S. XI. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. Conss.

Si patronus adoptet filiam liberta.

VIII. Iidem AA. & CC. Ifioni.

IN adoptionem patre, in cujus est potestate, filiam dante, matris [7] patronus adoptare non prohibetur. Nam sui juris arrogatio fœminæ nisi ex nostro rescripto nunquam procedit. S. V. Id. Februar. CC. Conss.

De Emancipatione.

IX. Iidem AA. & CC. Marino.

ADoptatum [8], licet ex beneficio nostro, emancipatione [9] solenni separare à familia sua pater adoptivus minime prohibetur.

Qui possunt adoptare. S. vel arrogare.

X. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

CUm in adoptivis filiis qui filiifamilias constituti, à patribus naturalibus aliis in adoptionem dantur: antiquæ sapientiæ incidit quædam dubitatio, si oporteret talem filium, qui præteritus à naturali patre fuerat, habere contra ejus testamentum de inofficioso actionem (quam Papinianus [10] quidem negat, Paulus autem sine effectu derelinquit, Martianus vero distinguit, ne ex hac causa utriusque patris perderet successionem, naturalis quidem, voluntate ejus circumventus, adoptivi propter egestatem quam forte habebat) & iterum aliud vitium erat exortum: (si enim post patris naturalis obitum pater adoptivus per emancipationis modum jus adoptionis dissolvisset, nulla spes ei remanebat: neque [enim] contra patris naturalis voluntatem, quia mortis ejus tempore in aliena fuerat familia constitutus: neque contra adoptivum patrem quia per emancipationem ejus familia exemptus est) ideo talem dubitationem [resecantes,] & tale vitium corrigentes, sancimus [11] per adoptionem quidem ad extraneam personam factam, jura naturalis patris minime dissolvi, sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Cum enim tanta fragilitas [12] est adoptionis, ut possit in ipso die, & filius fieri, & extraneus per emancipationem inveniri: quis pariatur jura patris naturalis nexu divino [13] copulata, indibrio defraudari? Cum in hoc casu & contradicendi filio [14] ex jure veteri detur licentia, & invitus [15] transire ad aliam non cogitur familiam. Omnia igitur (secundum quod jam disposuimus, cum ad extraneum patrem filius per adoptionem transfertur) manent integra jura, sive ad [16] inofficiosi querelam, sive ad alias omnes successiones, sive ab intestato, sive ex testamento, quæ liberis deferuntur: ut ipse possit & prodesse [17] patri naturali, & ab eo naturalia debita percipere. Si vero pater naturalis avo materno [18] filii sui, vel si ipse fuerit emancipatus, [etiam] avo paterno, vel proavo simili modo paterno, vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia in unam personam concurrunt & naturalia, & adoptionis jura, manent stabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis nodo constrictum: & ad eum solum respiciat filius, cui eum & natura aggregavit, & lex per adoptionem assignavit: & Papiniani sententia in hac specie procedat, & ad eam tantummodo filius adoptivus spem totam extendat, & non [19] patris naturalis successionem molestare concedatur: sed avita & proavita tantummodo reverentia protegatur: eique acquirat quæ possiant acquiri & prodesse. Et is eis solus pater intelligatur, quem lex fecit, & natura non dereliquit. Neque enim Martiani distinctioni locum esse in hoc casu invenimus, ubi nullius circumventionis [20] suspicio potest aliquam sibi vindicare licentiam, avita & proavita affectione hæc omnia resecante: sed hæc omnia manere integra, nisi avus & proavus emancipatum fecerint filium adoptivum: tunc etenim necesse est iterum ad patrem naturalem eum reverti: cum emancipationis interventu adoptio in quacunque persona facta solvitur. §. 1. Sed ne articulum adoptionis in extraneam personam factæ fine lege relinquamus: licentiam damus tali adoptivo patri, id est, extraneo, si voluerit, nihil ei testamento suo relinquere, sed quidquid ei reliquerit hoc libertalitatis sit, [&] non legitimo vinculo adstrictum. Cum enim per omnia naturæ suæ filium aggregaverimus: manifestissimum est, quod & acquisitiones omnium rerum, quæ ad filiumfamilias pervenerint, secundum leges nostras, non adoptivo extraneo patri, sed naturali [21] usque ad modum ususfructus perveniant, & permanent in sacris [22] patris naturalis, quasi imaginaria [23] quadam & nova affectione ei acquisita, non pristinæ cognationis deminutione introducta. Sed si quidem remaneat in tali adoptione: nulla interveniente emancipatione, in hoc tantummodo prodesse ei volumus adoptionem, ut non successione ab intestato patris extranei adoptivi defraudetur, sed habeat accessionem fortunæ [ex patris naturalis sibi voluntate acquisitam.] Neque enim ex veteri jure cognationis nexus naturalis patris per adoptionem filio dissolvebatur, sed accedebant jura adoptiva, certis reliquiis ex jure naturali remanentibus: & qui legitimus erat familiæ adoptivæ, is naturali fuerat cognatus. Quis enim materna [24] jura posset abolere, cum videbatur, & ex antiquo jure patrem quidem habere adoptivum, matrem autem eam, quam natura cognoscit? Et ideo sancimus, etsi habeat hujusmodi filius jura integra naturæ, attamen si intestatus pater [extraneus] adoptivus decesserit, habere eum etiam sui heredis jus ad ejus tantummodo successionem: ut non etiam legitima jura ad familiam extranei patris adoptivi habeat, nec ipsa ad eum communionem aliquam habeat, sed quasi extraneus ita ad illam familiam invenietur. §. 2. Sin autem per emancipationem jura adoptiva fuerint dissoluta, tunc nullus ei penitus regressus ad adoptivum extraneum patrem, etsi moriatur intestatus [25], relinquatur: sed manent tantummodo patrem naturalem cognoscens, tanquam non fuisset ab initio in adoptionem translatus. §. 3. Quæ autem de aliis adoptivis diximus, hæc sancimus etiam de his, qui ex Sabiniano senatusconsulto [26] ex tribus [27] matribus fuerant ab extraneo adoptati, nulla penitus differentia inter alios adoptivos, & eos introducenda. §. 4. Quæ in filio diximus in adoptionem à patre dato, hæc & in filia [28], & in nepote, [&] nepte, & deinceps personis utriusque sexus in sacris patris constitutis extendimus: si tamen tempore mortis avi sui parentes eos, vel eas non antecedant: si enim patres eos antecedant: (ubi nec imponitur necessitas avo aliquid nepoti, vel nepti relinquere) manent omnia jura adoptiva [ei] intacta. Hæc enim omnis sanctio de filio & filia, de nepote, & nepte, deinceps personis in sacris constitutis introducta est, ubi dubitabatur, quid statuendum esset, quasi duobus patribus ei, uno ex natura, & altero lege, impositis. §. 5. Ubi autem homo sui juris constitutus *per arrogationem* [29], ex Augusta libertate sese dederit in adoptionem, tunc omnia jura patris adoptivi habeat intacta. Cum enim nullum inter patres inducitur discrimen, sit suus heres adoptivus patri arrogatori, & familiæ ejus aggregetur: & omnia, quæ ad filium arrogatum veteres legumlatores introduxerunt, intacta illibataque in eorum personis reserventur. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

Quando fit adoptio.

XI. Idem A. Juliano P. P.

VEteres circuitus in adoptionibus quæ per tres emancipationes [30] & duas [31] manumissiones in filiis, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri solebant, corrigentes sive tollentes, censemus licere parenti, qui liberos in potestate sua constitutos in adoptionem dare desiderat, sine vetere [32] observatione emancipationum & manumissionum hoc ipsum actis [33] intervenientibus [34] apud competentem Judicem manifestare, præsente [35] eo, qui adoptatur, & non contradicente [36], nec non eo, qui eum adoptat. Dat. Kalend. Novemb. *Constantinop.* Lampadio & Oreste VV. CC. Conss. 530.

---

1 Adrogantur qui sui juris sunt *l. 2. in fin. ff. eod.*

2 Olim Beneventanos tantum Roma: adoptio, ubique. *Ulp. S. 3.*

3 Adrogatio fit ac rescriptum *per hoc, §. 9. J. eod. Inst. l. hic 47.*

4 Civis alienæ civitatis adoptari potest.

5 Id est augetur, adde *l 35. ff. eod. 117. §. 3. l. 17. §. 9. ff. ad municip.*

6 Originis Salvian.

7 Ex libertæ filium adoptare possunt non libertum. *l. 3. C. eodem.* vel liberti filium.

8 Adoptatus principis rescripto, etiam emancipari potuit: ne quis absque potestate, adoptatus principis rescripto, perpetuo in adoptione maneat cap.

9 Vid. *J. de emancip. §. Inst. quibus modis jus patriæ.*

10 Addatur & hæc virum jurisconsultorum diversitas his quæ dixi *ad Ulp. 11. §. ult.*

11 Adoptatus ab extraneo succedit extra patri naturali. *§. 2. Inst. eod. §. 3. in fin. Inst. de nupt. lib. 3. §. 4. conf. hic filius. Inst. de hered. ab intest. Goth. Hoc et 49. decisio ut 30. novæ Justiniani. vid. Ingolet. Anc.*

12 Fragilitas adoptionis summa olim fuit. Poterat enim qui olim eodem die filium per adoptionem fieri; & eadem ratio do per emancipationem extraneo reddi.

13 Jura naturalia patris nexu divino copulata.

14 Filius interdum istis patri suo potest mutuam dare *§. 8. Inst. quib. mod. jus pat. potest.*

15 Filius invitus non datur in adoptionem, *ut hic, et l. 5. ff. eodem.*

16 *§. 1. Inst. de inofficios.*

17 Adoptivus extinctis patri naturali prodest.

18 *§. 2. vers. Si vero, Inst. eod.*

19 Adoptatus ab avo materno patri naturali non succedit.

20 Parens non præsumitur liberos circumvenire velle. *l. pen. de pact. dot.*

21 Adoptatus quid ab extraneo adoptivi patri naturali adquirit, adquirit ut filiusfilia familiæ.

22 Sacra privata fortunæ cujusque quasi dies perpetuo familia sacrificia faciebat. *C. 3. de leg. Hillus in his sacris dicebatur esse, i. e. de bonis quæ ille. Sacra monetæ, &c. l. 2. de mil. ær. Sacra ad ecclesiam, &c. hic, monetæ, et hic, sacrificia. l. ult. §. 1. de Instit. l. ult. §. 3. conf. hic vers. T. ad Turpil. Lab. T. de curat. furios. podest. l. 20. T. de usurpat. Sacra militaria. l. 3. T. de bo. ea. militar. Adoptivi quoque qui in alterius familiam transiliunt, in ejus sacris fiunt. Simul jura patria transferuntur. Paulus 2. Sententiarum vero hæc filiifamilias facta sui juris facit. Et privatis sacris facit: per emancipationem a sacris penitus dimissi & alienati dicebantur. l. 37. T. de Fideic. l. 3. §. 2. T. de annal. except. l. 23. T. de bon. damnat. Inde. de hered. ab intestat.*

23 Imaginario affectu.

24 Materna jura non possunt aboleri.

25 §. 10.

26 Ex Sabinianorum Senatusconsulto. Ravardus *c. 6. de authenticis præsentes. in fin.*

27 *§. 14. versic. tollam. Inst. de hered. quæ ab intest. l. ult. in fin. J. de donation. int. vir. et uxor. non edam. Theophil. d. §. 14.* tribus matribus, *Collat. 4. parere* quod de patris naturalis manu in fiduciariam manum traderetur qui deinde in manum & potestatem adoptivi dabatur. Tribus mancipationibus. *Revard. cap. 6. de auth. præsentium in fin.* errore ut putat, credo ex nullo simili nato, TRIB. MA. uterque male. Pejor est his interpretatio Accursii distinantis, Tres parentes inter se certare de filio in adoptionem dando, vel de aliquo adoptando. Commodius est nihil hic matari & ita legi, *Tribus matris.* ut hic agatur de ejus privilegio, qui tres mares filios suscepere.

28 Filia, nepote, nepte.

29 De arrogatio. 30 Id est, venditiones. Nam emancipare est vendere. *§. 1. Instit. de testament. ord. 8. Valer. 6. adde §. 6. Instit. quib. mod. jus patr. potest. l. 3. ff. de capit. minut. Novell. 81. l. ult. J. quæ sit. Goth.* Ad hanc *l.* vide A. Gell. *lib. 5. Noct. Att. lib. 5. cap. 19. & Vacon. lib. 1. declarat. 16. S.L.* 31 Filiifamilias trina emancipatione duabus manumissionibus, exteri una emancipatione, una manumissione adoptabantur. vid. *Ulp. 10. §. 1.* 32 Vetus observatio emancipationum & manumissionum fabulata. 33 De formulis adoptionis & arrogationis, vid. *apud Gell. 5. cap. 19. Hopitonem in Aurelianum.* 34 In adoptione requiruntur acta, requiritur scriptura, *ut hic*, ut & in emancipatione. *l. 2. J. tit. prox.* 35 *l. 24. 25 ff. eod.* 36 *l. 10. T. eod. l. 5. ff. eod.* vid. *Ulp. 10. Festum in emancipatio.*

TIT. XLIX.

DE EMANCIPATIONIBUS [37] LIBERORUM.

Habens jurisdictionem à lege municipali, potest illam exercere etiam inter non subditos consentientes: & valet apud omnes. Salic.

I. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. & CC. Herennio.

SI lex [38] municipii, in quo te pater emancipavit, potestatem Duumviris dedit, *Ut etiam alienigena* [39] *liberos suos emancipare possint*: id, quod à patre factum est, suam obtinet firmitatem. P. P. III. Non. Decemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

II. Iidem AA. & CC. Gennadio.

IN emancipatione liberorum, nec non donationibus [40] non tam scriptura [41], quam veritas considerari solet. P.P.V. Id. Mart. Tiberiano & Dione Conss. 291.

In emancipatione non requiritur causa, sed judicis auctoritas. Salic.

III. Iidem AA. & CC. Heliodoro.

NOn [42] nudo consensu patria liberi potestate, sed actu solenni [43], vel casu [44] liberantur: nec causæ [45], quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solennitas quæritur. S. XV. Kal. Octob. AA. Conss.

Invitus quis non liberat filium, vel nepotem sua potestate. Salic.

IV. Iidem AA. & CC. Colonæ.

NEc avus neptem suam liberare potestate cogitur [46], nec [47] in cujusquam injuriam beneficia tribuere moris est nostri. Dat. Id. Octobr.

Per rescriptum principis judicis apud acta intimatum, possunt parentes eorum liberos emancipare: accedente autem, vel postea eorum voluntate, nisi fuerint infantes, quorum consensus non requiritur. Salic.

V. Imp. Anastasius [48] Constantino P. P.

JUbemus licere parentibus, id est, patri, avo paterno [seu] proavo, exteriisque ulterius per masculini sexus personas continua generis serie conjunctis, si liberos, quos habent in potestate propria, id est, filium vel filiam, nepotem seu neptem ex filio, pronepotem seu proneptem, exteriisque itidem per masculini sexus personas continua generis linea sibi conjunctos, per emancipationem, vel absentes, & peregre degentes, vel in iisdem locis seu regionibus, vel civitatibus commorantes, in judicio vero non præsentes, juris sui constituere maluerint: supplicationibus [49] porrectis mereri super hoc divinum oraculum: hocque apud competentem judicem, ad [50] cujus juris-

---

37 *l. 9. T. tit. prox.* dixi ad *l. 6. ff. de adult. 1. Harm. 37. sept. Basilicorum confectorum. 1. Inst. §. 6. Novell. 81. 1. Gayl. 6. Paul. 2. Sent. 25. Ulpian. 10. §. 1. l. 5. T. de dote. Novell. Leon. 25.*

38 Cujuscunque municipii leges ad suum territorium restringit: Actus civiles ex eo quo gerantur loco vires capere, non futuro. Jus contractuum & testamentorum ex regione in qua fiunt, utilitari. vid. *Matth. 2. conf. 2.* Sed & illud confortandine ex præscribi, quæ sunt jurisdictionis. *Cyrus hic, Bart. in l. 1. ff. de aqua pluvia.* Quid si jus id de quo agitur, ex eorum numero sit, quod principi reservata sint? Quid si jus sit quod vel supremæ potestatis, vel istar regalia refertur, aut meri imperii sit? Id generis jura consuetudine præscribi non posse notant. *arg. l. competit. 6. T. de præscr. 30. anno. vid. Tusc. reg. 307.*

39 Jurisdictionem habens ex lege municipali, potest eam exercere etiam inter non subditos consentientes. *Salic.*

40 Donationes

siebant à patre filio emancipato, ut vicem suam tolleret, id est, ut se alteret. *l. ult. J. conf. l. ult. C. Theod. de revocand. donat. l. 8. J. de bon. proscr. Nov. Leon. 23.* 41 Scriptura in emancipationibus exigitur, *ut hic. l. 5. J. eod.* vid. *Guilel. Oncianum 1. quæst. 64.* quod remittere videtur *Nov. Leon. 23.*) ut & in adoptione. *l. ult. T. tit. prox.* in nuptiis senatorum. *Novell. 74. cap. 4.* in prærogativa hypotheces postulanda. *Novell. 136. cap. 3. vers. Neque enim.* in arbitraria probatione. *l. 4. §. 5. 6. de receptis arbitris.* contestatione non numeratæ pecuniæ. *l. 4. §. 4. T. de non num. pecun. Novell. 100. cap. 1.* his adde quæ scripsi ad *l. 17. T. de pact.* 42 Ex Novell. Leon. 25. *in fin.* modo consensu perficitur adoptio, veluti si pater patiatur filium seorsim vivere reliquæ suæ familiæ: quamvis nondum ad ætatem nuptiis, vel matrimonio aptam pervenerit: hujus constitutionis meminit Harmen. 1. *tit. 17.* In Gallia, filii per matrimonium emancipantur, aut ætate XXV. annor. *Bouv. decis. 197.* negotiatione à patre separata, dignitate, furore patris, aut ejusdem contestatione simplici apud judicem, & ita sex modis solvuntur apud Gallos liberi patria potestate. vid. *Trap. 3. Nov. 10. tit. des lettres lisidantes en civil.* 43 De quo vid. *l. ult. J. eod.* 44 Id est, morte *pat. Inst. quib. mod. jus patr. in pr.* deportatione. *§. 1. d. tit.* 45 Invitus justa de causa emancipari potest. 46 Inviti parentes non cogantur emancipare liberos. *l. 31. ff. de adopt. l. 91. ff. de cond. & dem. l. ult. ff. si à par. quis manu. l. pen. ff. unde liberi. §. ult. Inst. quib. mod. jus patr. Cic. pro Cluentio.* excipe causam, *l. 6. J. de spons. l. 12. T. de episc. aud.* fallit & hoc, si justa emancipationis subsit causa. *Bart. in l. quidam cum filium 132. ff. de verb. oblig.* potest & invitus filius emancipari malos ob mores, ut ne deinceps ejus nomine pater teneatur, quod plerunque statuto fieri posset. vide *Bein. reg. 338.* 47 Vid. *l. 3. T. unde vi.* 48 *l. 11. T. de legit. heredit.* dixi ad *l. 18. T. de collat.* 49 Emancipatus rescripto principis, reservato jure legitimarum hereditatum, vocatur ad legitimam hereditatem patris in familia retenti, *hoc* genus emancipationis *ex Imperiali rescripto* appellatur in *§. 6. Instit. quib. mod. jus pat.* adde *Roland. à Vall. 1. consil. num. 4.* 50 Emancipatio non apud quemcunque judicem expediri potest.

UAB Biblioteca de Catalunya

1 Intimare. vid. l. 2. T. eodem.

2 Per procuratorem emancipatio non potuit fieri, ut hic, ut & adoptio. l. neque absenti 24. T. qui mortem 25. ff. de adopt. impetratio veniæ ætatis. l. omnes, T. de his, qui veniam ætatis impetrarunt, id est, manumissio. l. nec minorem 3. T. de mor. con. comparentes, ut loquitur, spiritualia, Bart. in l. Gallus 29. ff. de liber. licet per procuratorem possit fieri legitima tio liberorum. Bart. ibid. delponsatio. l. ult. ff. de sponsalib. v. ult. de procur. in 6. revocatio in servitutem. l. per procuratorem, 4. ff. de obsequiis. l. sed & hæc 31. §. 1. ff. de proc. Cur manumissio per procuratorem recta non sit, ut in servitutem revocatio? qui manumisit evapide dominus esse debet. l. si pater, 4. ff. de manumiss. simul. At per epistolam rectè manumittimus ut & per nuncium. Instit. de libertin. §. 1. Nam quæ per epistolam fiunt, ea recte per nuncium expediri possunt. l. 1. §. 2. ff. de senator. suppt. Epist. vel nuncio cum manumisit dominus, ipse manumittit: cum per procuratorem ipse procurator: hic enim negotium in suam ipsius personam concipit, non ille. qui autem 14. §. 3. ff. de pecunia constituta. At per procuratorem in servitutem revocari servus potest, ut T. dictum est? hoc ideo forte permissum est, quod in adquirendo servo jus magis committat domino quam in alienando. Quidam tamen putant hoc inductum quod in manumisso in servitutem revocando pecuniarium commodum versetur. 3 Hoc interpretes ad legitimationem transferant: volent enim ab emancipatione ad legitimationem valere argumentum. vid. Roland. à Valle d. loco.

4 Dixi ad l. 2. T. eod. 5 Invito filio non datur libertas. Novell. 89. cap. 11. Paul. 2. sent. 25. datur servo invito. dixi l. pen. §. 1. Cod. de manumiss. serv. 6 Infans consensum non habet.

7 Olim fiebat manumissio quinque testibus præsentibus & libripeode stateram & æreum nummum ferente & medio aliquo interedente, medio illi filius à patre mancipabatur, id est, vendebatur. Patri in vicem pretii nummus ab emptore tradebatur. Filius ita emptus emptori quasi servus erat, sed tamen mox ab emptore vindicta manumittebatur: manumissus tacito jure in patris potestatem revertebatur. Id iterum atque tertio fiebat. Hinc Ulpian. 10. §. 1. Pater, inquit, ter mancipavit, ter manumisit sui juris fit: id enim lex XII. Tabularum jubet. Si pater filium ter venumdederit, filius a patre liber esto. His omnino adde Cajum 1. Inst. 6. §. 4. ubi genus id mancipationis fusius explicat. 8 Elementis κτησεως, vocat Theophil. d. loco. imaginariis. Inst. §. 6. Inst. quib. mod. jus pat. potest: hinc servitus imaginaria. l. 3. de cap. min. 9 Vindicta manumissione liber pretoris servum præmissis solemnibus verbis tangebat, mox dextera vertebat. Persius Satyr. 5. Gallbus una Quiritem Vertigo facit: & post: mortuis bene dominus momente turbinis exit Marcus Dama. Gellius. in ea declamatione cui tit. est, Ancilla in Archipiratæ nuptias manumissa. An vere in hoc putamus esse manumissum, si vindicta servitus & circumvertens manu plosium, aut si sua sponte liberum esse jusserit? Cornutus in Persium: Quotics servos manumittebant, eos etiam alapa percussos manumittebant. Seneca 1. epist. 8. & 2. Controvert. Qui se Philosophiæ subjecerit, statim circumagitur, id est, fit liber. Hujusmodi servus, ambactus dicitur. Festo in Amb. Verum circumductiones istæ ad servorum manumissiones pertinuerint. An similes fuerint in emancipationibus liberorum, alio loco tractabitur. 10 Hinc illa verba, Novell. 81. χειρ' ἐλεύθερον καὶ χειροτόνητον: alapas lictoris manu infictas manumisso intelligit. de quo more vid. Isidorum 9. cap. 4. de quo etiam dixi ad Novell. 81. alii fustem virga cædere. Est enim βάκτρον Hesychio virga. 11 l. 5. T. eod. 12 Nam apud incompetentem judicem non fit manumissio. 13 Non apud quemvis judicem manumittitur. 14 Longa consuetudo jus manumittendi tribuit. 15 Vid. l. 3. T. de bonis maternis. 16 l. 17. T. de collationib. 17 Vid. quæ notavi ad l. 2. T. eod. l. 1. §. 3. ff. si à par. quis manumiss. 18 Brevem manumittendi formulam exprimit Harm. 1. tit. 7. Ἐστι τοίνυν ἀπελεύθερος καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ (Theophilus in §. Ambitio, Instit. quib. mod. jus patr. potest. legit ἐλευθερωτου καὶ τῆς ἀπὸ τοῦ (Theophilus ἰματιῆ) ἀφῆκε χειρός, id est, Hanc sui juris esse patior manuque manu mitto.

TIT. L.

DE INGRATIS[19] LIBERIS.

Filius emancipatus propter ingratitudinem reducitur in patriam potestatem. Bald.

Imppp. Valentin. Valens & Gratianus AAA. ad Prætextatum P. P.

FILIOS[20] [& filias, cæterosque liberos] contumaces, qui parentes, vel acerbitate convicii, vel cujuscunque atrocis injuriæ dolore pulsassent, leges[21] emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ multari voluerunt. Dat. XII. Kalend. Septemb. *Mediolani*, Lupicino & Jovin. Conss. 367.

19 §. Cod. Theod. 7. & 21. Eclog. 3. Ingratitudinis ob causam liberi in potestatem parentum revertuntur, adde Novell. 115. cap. 3. ubi de exheredandis justa de causa liberis agitur: de ingratitudine dixi ad Novell. Leon. 22.

20 l. 1. C. Th. eod. 21 Antiquæ puta Romuli, dixi ad leg. XII. Tabularum lib. 2. tit. 27. §. 7. ubi hoc addendum est, *Divois parentum sacrum fieri*, nihil aliud esse, quam in sacra & potestatem parentum reverti: ut filius ita reversus a parente impune possit occidi, videlicet si manus impias ei intulerit.

TIT. LI.

DE POSTLIMINIO[22] REVERSIS ET REDEMPTIS[23] AB HOSTIBUS.

Conceptus in captivitate patris & matris, revertens cum patre & matre, sequitur patris originem. Bald.

De nato ex duobus captivis.

1. Impp. Sever. & Anton. AA. Ovinio.

EX duobus[24] captivis Sarmatia nata patris originem ita secuta videtur, si[25] ambo parentes in civitatem nostram rediissent. Quamquam enim jure proprio postliminium habere non possit, quæ[26] capta non est, tamen parentum restitutio reddet patri filiam: qui cum ab hostibus interfectus sit, matris[27] dumtaxat conditionem, quæ secum filiam duxit, videtur necessario secuta: nam fictio legis Corneliæ, quæ legitimos apud hostes defuncto constituit heredes: ad eam, quæ illic suscepta est, non pertinet: cum eo tempore, quo captus est, diem suum pater obiisse existimetur. P. P. sine die & consule.

22 l. 9. 10. 24. 28. 29. T. eod. de pœnit. post captivitatem regressa 6. Cod. Theod. 5. Paulo plenius explicatur hæc tit. περὶ ἐπαναδόσεων recte de captivis dicitur: nam transfugæ postliminium non habent. l. 9. §. 4. ff. eod. (Ἐπάνοδος) hi etiam postliminio redeunt. Fest. in Postliminio, l. 8. in eod. (τὸ καὶ ἐπάνοδον ἔχον περὶ τῶν ἐκ πολέμου ἀπιόντων καὶ πάλιν ἐπανερχομένων καὶ ἀπὸ πολέμου ἔρχεσθαι) hue pertinet l. 1. T. eodem. (ἐπάνοδος καὶ ἐπάνειμι) huc pertinet lex 3. 4. T. eodem.

Est & simulus ff. de captivis & de postliminio, & redemptis ab hostibus XLIX. D. XV.

23 l. 2. 6. 7. 8. 11. 13. 15. 16. 17. 20. adde & traditis ab hostibus. l. 5. T. eod. liberatis virtute militum. l. 12. T. eodem. 24 Ex duobus captivis natus, ambobus parentibus reversis liber intelligitur, ut hic. ex Novell. Leonis 36. sive non revertantur parentes, sive unus tantum revertatur, liber intelligitur & hæres parentum. 25 Imo sufficit, ut unus redierit. l. 16. T. eodem. 26 Quæ capta non est, postliminium non habet. l. 19. ff. eodem. 27 l. 16. T. eod. l. 9. 26. ff. eod. l. 6. ff. de statu liber.

De redemptis ab hostibus.

II. Imp. Gordian. A. Publiciano.

AB[28] hostibus redempti[29], quoad exolvatur pretium, [magis] in causam pignoris[30] constituti, quam[31] in servilem conditionem esse demissi videntur: & ideo si nummi eo nomine expensi donario[32] intercedat, ptistinæ conditioni eos reddi manifestum est. †. Proinde si ab hostibus redemptam, post dissolutum veluti naturalis[33] pignoris vinculum habere in[34] matrimonio[35] cœpisti: nil est quod de statu ejus, seu liberorum communium debes pertimescere. P. P. Id. Jun. Gordiano II. & Pompeiano Conss. 242.

28 Sponte. Reg. Visig. l. 4. tit. 1.

29 Sic lego Francica in lectura hanitus, hoc est ad deditionem vocatus ff. in versione, contumax, pleraque hanc hentiuram hoc est, &c. Sed duos pervicaces congeminavit: si una litterula solerter non poterat, ita mentiebatur pro vocabulo, hoc est, pigrabat in servitium principis tradebat, donec nimium eam formam perfabricaret. Quod si is homo in tali servitio moriebatur, hereditatem defuncti non admittebat, sed nec libertatem, nec denique ipsi homini fiebat obnoxius. 4. legem Francorum, cap. 71. debere homines in ipsius hanitis.

30 Redemptus non est servus redimentis, sed pignoris est instar, ideoque loco donate relinquitur. vid. l. 15. 21. ff. eod. An & ejus liberi? non sunt pignori. l. 8. T. eod.

31 Vid. l. 2. ff. de lib. homin. exhib.

32 Pretio redemptionis donato redemptus libertatem consequitur, ut hic, & l. 11. T. eod.

33 Redemptus redemptori pene naturalis pignoris loco.

34 Natus ex ingenuo, & ordinatus ab hostibus ingenuus est.

35 Redemptus redemptori pene nubere, vid. l. 13. T. eod. 34. Eclog. 2. cap. 1.

36 Id est, cum eo, de cujus re redemptus fuerat. vid. l. 15. ff. ex quib. causis manumiss. l. 6. in fin. ff. de stat. lib. & fin. ff. quib. ex caus. in possess. adde Hann. consult. 6.

37 Incertus de matre captivi ab inimicis ejus redempti, & transfugere, vel judicio de ejus humanis experiri non potuit.

38 De senatusconsulto adde l. 13. l. 32. ff. de adopt. possit.

39 De vivente hereditate femina ferri non potest, ut hic, sed nec de ea pacisci licet, & transigere, ut hic, l. 1. §. 2. ff. de collat. l. 21. §. 2. ff. de collat. l. ult. T. de pact. (Sueton. 96. expl. ff. vendar ex, colonar expella.) nec donare eandem. l. 1. ff. de his, quæ ut indign.

40 De transactione.

41 De hereticis. 42 Vid. l. 1. §. 9. ff. de senatusc. tull.

43 Itaque illa gratis.

44 Cum hoc contractus inire potest. adde l. 1. in fin. ff. de pactis l. 21. ff. de negotiis.

45 Sine stipulatione pretii, sine commercio. l. 17. eod.

46 Præstitus legionis.

47 Utilitas necessitas postliminii. l. 19. T. eod.

48 Vid. l. 17. T. eodem. adde l. 2. ff. eod.

49 Redemptæ obligatam à redemptore pro pretium solvere non accipere ejus pignoris amittere. De pto pretium solvere. l. 15. ff. eod.

50 Securitas status. 51 Qui redemptam profitetur, pretium jusque pignoris amittit. adde l. 12. T. de episc. aud. 34. Eclog. 2. cap. 6. 52 Redempta à redemptore postliminii fugiendi rationem habet. 53 Novell. 14. in princ. 54 Lenocinii quæstus damnabilis. 55 Nati ex redempta liberi sunt, ideoque ea pignoris quidem loco à redemptore possunt retineri hic, ut & ipsi redempti. l. 2. ff. eod. l. 15. ff. eod. l. 2. l. 15. 57 Reversus fingitur antequam captus. 58 Vide Paul. 3. sent. 4. §. 8. 59 l. 14. T. eod. §. 4. Instit. de hered. ab intest. 60 Etiam servi postliminii jus habent, ut hic, l. 12. vers. servi. T. eodem. Fest. in postliminium; dixi quoque in epigraphe. & 16. T. eodem. 61 l. 12. 16.

De redempto, & gratis dimisso.

XI. Iidem AA. & CC. Eutychio,

SI liberum captum te ab hostibus commercio[1] redemit Sabinus, & cum vinculum pignoris[2] superstitem remisisse[3] tibi probetur: non libertus effectus, ingenuitati, quam amiseras, restitutus, nullum filiis ejus obsequium debes. S. XV. Kal. Jan. AA. Conss.

De liberatis virtute militum.

XII. Iidem AA. & CC. Quintianæ.

AB hostibus capti, & non commercio[4] redempti, sed virtute[5] militum nostrorum liberati, illico statum, quem captivitatis causa amiserunt, recipiunt: servi[6] autem dominis suis restituentur. Receptos enim eos, non captos judicare debemus: & militem nostrum defensorem eorum decet esse, non dominum. S. V. Kal. Januar. AA. Conss.

Si redempta redemptori nubat.

XIII. Iidem AA. & CC. Quartinæ.

SI is[7], qui te ab hostibus ingenuam captam commercio redemit, sibi matrimonio[8] conjunxit: dignitate[9] nuptiarum, & voto futuræ justæ sobolis, vinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos rationis est. S. V. Id. Martii, CC. Conss.

An situs reversa succedat matri.

XIV. Iidem AA. & CC. Severæ.

IUs postliminii filiam (rebus humanis exempta matre, dum in servitutis ipsa necessitate per captivitatis causam fuit) eventus purgato vigore, ad ejus legitimam[10] invitat hereditatem; nec tibi medii temporis fortuna, quominus res maternas successione quæritas persequi possis, injuriam fieri potimur. S. XVI. Kal. April. CC. Conss.

De redemptis ab hostibus.

XV. Iidem AA. & CC. Macrottaulo[11].

IS, qui liber constitutus captus ab hostibus commercio[12] redimitur, etiam[13] antequam restituatur, pro eo data pecunia, successionis[14] jura sibi vindicare favore ingenuitatis potest: ut ex ea possit pretium pro se datum exolvere.

De natis ex redempta.

XVI. Iidem AA. & CC. Basilidæ.

COmmercio[15] redempta[16] fœminæ filios, licet ex servo medio susceptos tempore, origini ingenuitatis matris, juxta ea quæ benigne placuerunt, reddi convenit. S. V. Kal. Septembr. *Viminacii*, AA. Conss.

An redemptus debeat pretium emptori.

XVII. Iidem AA. & CC. Diogeniæ.

LIber[17] captus ab hostibus, & commercio redemptus, tunc demum, cum[18] pretium solverit, vel ei hoc, qualicunque remittatur judicio[19], statum pristinum recipit: quo genere matre[20] filium redimente, cum hujusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudianda cogitatur, voti recipiendi filium cogitatio cum optabili conditione filium illico matri restituit: ita ut [à] civilium obsequio munerum propter casum præteritum [filius] non excusetur. Pro[21] pietatis itaque ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere, ac de pretio quicquam tractare non convenit: dotem tamen ab eo debitam jure concesso reddi postulas. S. III. Kal. Novembr. *Devolio*, CC. Conss.

De allegationibus quæ competunt reversis.

XVIII. Iidem AA. & CC. Trypliniano.

AB hostibus captis ac postliminio reversis, pro hujusmodi casu amissa[22], quæ in eadem causa quidem durant, omnimodo directa: quæ vero per usucapionem, vel liberationem ex bonis subtracta, vel non utendo finita esse videntur, intra annum utilem experientibus actione rescissoria[23] restituuntur. P. P. XII. Kal. Decemb. CC. Conss.

Quibus competit jus postliminii.

XIX. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Severinum Ducem.

SI[24], quos forte necessitas captivitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare [se] debere: recepturos[25] jure postliminii ea, quæ in agris, vel mancipiis, [seu aliis rebus] ante tenuerunt, etsi à fisco nostro possideantur. Nec timeat quisquam alicujus contradictionis moram: cum hoc solum requirendum sit, utrum [forsitan] aliquis cum barbaris voluntate[26] fuerit, an coactus. Dat. V. Kal. Jul. *Romæ* 27, Gratian. A. V. & Dagalaifo Conss. 366.

De redemptis ab hostibus.

XX. Impp. Honorius, & Theodosius AA. Theodoro P. P.

DIversarum[28] hominum provinciarum cujuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captivitatis necessitate transvexerat, invitos[29] nemo retineat: sed ad propria[30] redire cupientibus libera sit facultas (quibus si quicquam in[31] usum vestium vel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitum, nec maneat victualis sumptus repetitio:) exceptis his quos barbaris vendentibus emptos[32] esse docebitur: à quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus æquum est redhiberi. Ne quando enim damni consideratio in tali necessitate positis negati faciat emptionem: decet redemptos, aut[33] datum pro se pretium emptoribus restituere, aut laboris obsequio, vel opere quinquennii[34], vicem referre beneficii, habituros incolumem (si in ea nati sunt) libertatem. Reddantur igitur ædibus[35] propriis sub moderatione quam jussimus: quibus jure postliminii etiam veterum responsis incolumia cuncta servanda sunt. Si quis itaque huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor procuratorque dari[36] se metallis cum pœna deportationis non ambigat: sin vero possessionis dominus, rem suam [à] fisco noverit vindicandam, seque deportandum, & ut facilis executio perveniat, Christianos[37] proximorum locorum volumus hujusmodi rei solicitudinem gerere. Curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, sciant legis nostræ auxilium deferendum: ita ut noverint rectores universi decem libras auri à se, & tantundem à suis apparitoribus exigendum, si præceptum [nostrum] neglexerint. Datum III. Id. Decembr. *Ravennæ*, Honorio VIII. & Theodos. III. AA. Conss. 409.

TIT. LII.

DE INFANTIBUS[38] EXPOSITIS[39] LIBERIS ET SERVIS, ET DE HIS, QUI SANGUINOLENTOS[40] NUTRIENDOS ACCEPERUNT.

Partus ancillæ domino ignorante expositus, repeti potest, ad expensas tamen restituendas tenetur, nisi sit facta à fure. Salic.

1. Imp. Alexander A. Claudio.

SI invito[41] vel ignorante te partus ancillæ, vel adscriptitiæ[42] tuæ expositus sit, repetere eum non prohiberis. Sed restitutio ejus, (si non à fure[43] vindicaveris) ita fiet, ut si qua in[44] alendo eo vel sorte ad discendum artificium[45] juste consumpta fuerint, restituas[46]. P. P. III. Kal. Jun. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

Expensæ sobolem propriam quam nutrire tenetur, venit puniendus: nec dominus recuperat servum quem exposuerat. Salic.

II. Imppp. Valentinianus, Valent. & Gratianus AAA. ad Probum P. P.

UNusquisque sobolem[47] suam nutriat. Quod si exponendam putavetit[48], animadvertioni quæ constituta est, subjacebit. Sed nec[49] dominis vel patronis repetendi adituin relinquimus, si ab [ipsis] expositos[50] quodammodo ad[51] mortem voluntas[52] misericordiæ amica collegetit: nec enim suum[53] [quis] dicere poterit, quem pereuntem contemplit[54]. Dat. IV. Non. Mart. Gratian. A. III. & Equitio Conss. 374.

Expositi cujuscunque conditionis per exponentem non possunt vindicari, nec per colligentes possint, ut servi vel libertini retineri: sed ingenui intelliguntur. Salic.

III. Imp. Justinianus A. Demostheni P. P.

SAncimus nemini licere, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive à libertina progenie, sive servili conditione maculatus, expositus sit: cum puerum in suum dominium[55] vindicare, sive nomine dominii, sive adscriptitiæ, sive colonariæ conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos[56] sustulerunt, licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione [ita] eos tollere, & educationem eorum procurare, sive masculi sint, sive fœminæ, ut eos vel loco servorum, aut loco libertorum, vel colonorum, aut adscriptitiorum habeant: sed nullo discrimine habito, hi qui ab hujusmodi hominibus educati sunt, liberi[57], & ingenui appareant, & [58] sibi acquirant, & in posteritatem suam, vel in extraneos heredes[59] omnia quæ habuerint, quomodo voluerint transmittant, nulla macula[60] servitutis, vel adscriptitiæ, aut colonatiæ conditionis imbuti, nec quasi patronatus jura in rebus eorum his, qui eos susceperint, prætendere concedimus: sed in omnem terram quæ[61] Romanæ ditioni supposita est, hoc obtinere. Neque enim oportet eos, qui ab initio infantes abjecerunt, & mortis[62] forte spem circa eos habuerunt, incertos constitutos, si qui eos susceperint, hos iterum ad se revocare conari, & servili[63] necessitati subjugari. Neque hi, qui eos pietatis ratione suadente sustulerint[64], ferendi sunt denuo suam mutantes[65] sententiam, & in servitutem eos retrahentes, licet ab initio[66] hujusmodi cogitationem habentes ad hoc profuerint: ne videantur quasi mercimonio[67] contracto ita pietatis officium gerere. Hæc observantibus, tam viris clarissimis præsidibus provinciarum, quam religiosissimis Episcopis[68], necnon officiis præsidialibus, & patribus, & defensoribus civitatum, & omni civili auxilio. Dat. XV. Kal. Octob. *Chalcedone*, Dn. IV. Cons. 529.

In Authent. constit. quæ ex adscript. §. 1. col. 5. tit. 9. al. 8. Novell. 54. cap. 1.

ANtiqua lex erat, quæ docebat ex persona libera, & latera adscriptitia nates, adscriptitium sequi conditionem: quod per Justinianum ad jus commune liberi ventri redactum est.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανός.*

ΘΕσπίζομεν, ὥστε εἰ σκλαβιάσας, ἢ εἰ χώρμως, ἢ ἄλλως τινὸς ἀπεμφύτης δουλωθῇ, τοῦτος πάσῃ τρόπος ἐλευθερωθείς εἴναι. καὶ εἰ ἀκελεύς τις ἀνδράσιν ὑπάρχῃ τὸ σύνηθες, εἰς τὸ δεῖξαι τὸ τοιοῦτον ἀσφαλῶς τὴν αὐτοῦ ἐλευθερίαν διαπορεῖα, εἰ μὲν τοῖς ἡμετέροις αὐτοκράτορσιν, ὅστε τῶν νοσούντων εἰκόνος ζῶσιν τὸ διαπόντων πολυφορηθέντων, καὶ ὡς τὸ αὐτοῦ ὑγείας ἀπελπισθείσης ὑπὸ τῶν κτησαμένων ἐπιμελείας μὴ ἐξευρόντες πάντως εἰς ἐλευθερίαν ἀφιερωσάζουσι τῶν ἄρχοντας τὸν αὐτῇ τῇ τοῦ ζωῆς ἀρχῇ τῇ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων κηδεμονεύοντος διατάξει, καὶ παρ' αὐτοῦ ἀναστροφῆσας, ἀπεξομένα εἰς ἔδικον δουλείαν κηδιλικὰς ἀλλὰ τέτος ἐλευθερίας ζημιζόμεθα, μήτε τοῖς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων νόμων τῶν ἀφελήσεσθαι ἐκ πάσης ἀναθρωπίνου κηδ ἐφικτὸν θεμελιώδους. καὶ τοιοῦτον πάσης μισοφερείας χάριτος, ὑστέρησιν τοῖς ἀδελωτόφοις ἐπιφέρει.

IV.[69] Imp. Justinianus.*

SAncimus[70] ut quoscunque, vel in ecclesiis, vel in vicis, vel aliis locis abjectos constiterit, ii modis omnibus liberi sint: etiamsi certam quandam probationem petitor habeat, qua ostendat ejusmodi personam ad suum pertinere dominium. Nam si legibus nostris[71] statutum est, ut servi ægrotantes à dominis neglecti, & qui velut desperata eorum valetudine possessorum curatione digni non censentur, omnino in libertatem abripiantur: quonam pacto in ipsis vitæ primordiis aliorum hominum pietati relictos, & ab eis educatos, in servitutem iniquam pertrahi patiamur? Enimvero liberos esse fancimus, ne illis quidem, qui hæc faciunt, irrogandos ex legibus nostris pœnas effugientibus; velut omni refertis inhumanitate, & crudelitate, quæ tanto quovis homicidio pejor est, quanto miseriboribus eam inferunt.

TIT.

38 Expositi plerique magna regna vel Imperia condiderunt. Hujusmodi fuit Moses 2. *Exod.* 3 talis Cyrus *Justin.* 1. talis Romulus *Livius* 1. Ille Judæorum auctor Persarum: postremus Romanorum imperii auctor. Talis etiam Semiramis Assyriaci imperii fundatrix: de qua variæ historici, & columbis nutrita. *Diodor.* 2. ut Romulus à lupa. *Livius* 1. Cyrus à cane. *Justin.* 1.

39 *S. C. Theod.* 7. & 1. 4. *ff. de lib. exhib.* 1. 1. §. 2. *ff. de interd. & relegat.* adde *Novellam* 153. *pro præfatione* 33. *Exod.* 2. Expositus dicitur etiam ἀφανὴς ἐκβολὴ 2. *Harmen.* §. 30. quasi neglectus, adde *Novell.* 54. περὶ τῶν ἀφανιστῶν βρεφῶν. & 3. *extrav.* 11 dicuntur & *Spolia*. Plinius ad Trajanum: *Magna quæstio est de conditione & alimentis eorum quos Spolia nos ore adde*. quæ scripti ad Festum in voce *Lavernalia* & voce *Nutricius*.

40 *Sanguinolentos empsse, vel nutrivisse*, &c *C. Theod. eod.* sanguinolentos, id est, recens natos, *l. 1. in fin. C. Th. eod. de emb.* dixi ad *l. 1. de patrib. qui filios distrax.* Gothi.

A quibus expositi infantes ali & suscipi debent. Vid. *C. mfar. for. moltr. lib. 2. c. 10. n. 7.* De expositorum pœna vid. Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 396. Cujac. *lib. 16. obs.* 36. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 83. n. 7. Sal.

41 Quid si te vidente *P.* dominus amittis. *l. 2. j. eod.*

42 Partum adscriptitiæ expositum dominus vindicare potest.

43 Vur expensa non deducit.

44 *l. 15. ff. de negot. l. 4. §. 9. ff. de doli mali.* ob prælibata alimenta, corpus educati retineri potest. Hanc conditio est bene dependi. vid. *de Forner. 2 select.* 34.

45 Eruditionis artificii, atque disciplinarum expensa conducuntur.

46 Quid si dominus aliud solvere non potest? non restituet, malus erit possessorem carere filia pecunia, quam dominus suo servo. Nihil etiam hic est, quod inlat posterior, quia eruditio avelli non potest: est enim habitus *Aristoteles. l. 27. in fin. ff. de rei vind.* Dos sunt tamen cujus quibus impendia deducitio est, etsi amissi aliunde dominus solvere non posse: unus, si inlitterum dominus mox venditurus sit, & plus pretii laturus propter eruditionem. *l. 29. l. 38. in fin. ff. de rei vind.* alter, si scienter domino eruditionem expensis: Operarum autem æstimatio incipit esse *quinto anno. l. 32. ff. de rei vind. l. ult. ff. de oper. ser. l. 7. ff. de oper. liber.* adde *Cujac. 9. obser.* 38.

47 33. *Ecleg.* 2. *cap.* 2.

48 Pater, *ut hic*, dominus, patronus, *vers sed nec dominis vel patronis* J. *ead.* liberos servos, libertos exponentes, jus potestatis amittunt: adde *Nov.* 1. 53. *c.* 1. *& c. seq. extra ead.*

49 *l. 2. C. Theod. ead.*

50 Tales sunt Latini ex Claudii constitutione, vid. *l. 2. ff. qui sint manum.* cives Romani, ex constitutione Justin. *l. ult. de bon. lib. vid. l. un. §. 3. ff. de Lat.* adde *l. 4. ff. de oper. lib.*

51 Expositi ad mortem quodam modo expositi. *l. 3 vers. Neque* J. *eod.* quod Græcis *ανεῖσθαι.*

52 Voluntas amica Misericordiæ.

53 Suum nemo dicere potest, quem gerentem contemnit.

54 *Si modo testor epistopalis* (ita legendum non *epistapales*) *sub scriptis fuerit subscripta, de qua nulla penitus ad fidem rei gestæ possit esse ambiguitas. d. l. 2. C. Th. eod.* id est, ut Aurianus interpretatur: si contestationis de collectione ejus, episcopus & clerici subscripserint, ut merito pusillanimis dicere, *dicit. l. 2.* intelligi, Vasensis Concilii *c. 9.* ut secundum statuta pusillanimum Autgustorum quisquis expositum colligit, Ecclesiam contestetur.

55 Expositus, exponentis servus, adscriptitius, colonus, *ut hic* aut libertus non est, *ead. tit. hoc sibere.*

56 Expositum qui nutrit servum, colonum, aut libertum non facit.

57 Expositi liberi & ingenui.

58 Fructus libertatis.

59 Vid. *l. 8. l. 11. ff. communi. de succession.*

60 Maculæ contrariæ libertati.

61 Extra rerum[1] statuta non obligant. *l. ult ff. de jurisdict. l. 1. ff. de his qui sunt sui.*

62 Dixi ad *l. 2. ff. ead.*

63 Necessitas servandi.

64 Pium testorium mutare non licet.

65 Id est, mutare. Alia mentorum causa veritati non officit. *l. 10 ff. de his qui sunt sui.*

66 Tametsi in quibusdam exegetis adhuc spectatur & voluntas gerentis.

67 Gratuita mercedem non admittunt.

68 Vid. *l. 24. ff. de episcopali audientia. & 1. Harm.* 28. §. 26.

69 *Basilica* 1. 2. *cap.* 4.

1 *Harm. ad. in fin.*

70 Leuclavii interpretatio.

71 *l. unic.* §. 3. *ff. de sublat. liberis.*

UAB Biblioteca de Humanitats

TIT. LIII.

QUÆ[1] SIT LONGA[2] CONSUETUDO.[3]

Consuetudo loci probata debet servari, & ratio consuetudinis debet attendi. Salic.

1. Imp. Alexander A. Apto.

PRÆSES provinciæ probatis his[4], quæ in oppido[6] frequenter[7] in[8] eodem controversiarum genere servata sunt, causa cognita statuet. Nam & consuetudo præcedens & ratio[9], quæ consuetudinem suasit, custodienda[10] est. Et ne quid contra[11] longam consuetudinem fiat, ad solicitudinem suam revocabit Præses[12] provinciæ. P. P. VI. Kal. Aprii. JULIANO II. & CRISPO Conss. 225.

11. Imp. Constantinus A. ad Proculum.[13]

CONsuetudinis[14] usuſque longævi non vilis auctoritas[15] est: verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem[16] vincat, aut legem[17]. Dat. VII. Kalend. Maji, *Constantinop.* P. P. A. V. & LICINIO CC. Conss. 319.

Consuetudo legem imitatur, & pro lege servatur. Salic.

111. Imp. Leo, & Anthemius AA. Alexandro.

LEges quoque ipsas antiquitus probatas[18] & servata tenaciter[19] consuetudo imitatur[20], & retinet[21]: & quod officiis, Curiis, Civitatibus, Principiis[22], vel Collegiis præstitum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere statuimus. Dat. VII. Id. Sept. MARTIANO, & ZENONE Conss. 469.

1 Consuetudo quid est? Jus moribus constitutum, judicio populi receptum, ac sine ulla scripto probatum rebus ipsis & facto seu tacito consensu. *l. 32. ff. de legibus.* Id quod sine lege vetustas comprobavit. *Cic. de inventione.* 4 *Ecleg. d. loco.* c. 43. *Harm. d. loco.* 5 Finge hoc propositi, in judicio communi omnium usu hoc servari, ut ad finium litem exactionem duo satis sint testes, ut ne jurejurando se adstringant præsides & præsules, ut ne jurari sint testes, neve à loco domicilii sui ferendi testimonii causa perturbantur: cujusmodi exempla proponit Scholiastes apud *Harm. t. tit. §. 143. & 44.* adde aliud exemplum ex Nomoph. 133. *cap. 3. vers. pro consuetudine. & l. si mea Special. 9. C. de testamentis.* 6 In quo agitur scilicet: alias extranea consuetudo non probat. 7 Non omnis usus, sed frequens consuetudinem facit.

8 Argumentari à consuetudine non licet in casu extraneo. vide *Everardum Tipitio loco à fallitur. 367.* 9 Consuetudo non est sine ratione: adeo ut ab errore ducta consuetudo, nec in similibus obtineat. *l. 39. ff. de legib.* Ideoque à Tertulliano *lib. de corona*, consuetudo rationis interpres dicitur. 10 Consuetudo servanda. vide *l. 3. C. eod.* 11 Adversus consuetudinem non est judicandum. 12 Præses consuetudinis custos. 13 *C. consuetudinis. 4. distinct. 11. Synops. Basil. 1. tit. 1. cap. 45.* 14 Proconf. Afr. 15 Auctoritas consuetudinis, non vilis. *l. 36. ff. de legibus.* 16 Consuetudo rationem non vincit aut legem, *Ecleg. & Harmen. dicto loco.*

17 *Ecleg. Harmen. d. loco. l. 33. ff. de legib.* Imo usus ac mores Romanas leges superant: 2. *Fonder. 1. vers. legum. l. 32. §. 1. ff. de legibus.* Solve, specialis consuetudo generalem legem tollere non potest, ut hic. specialem potest. *d. l. 32. l. 13. ff. communia præd.* generalis generalem potest. *d. l. 32.*

18 Consuetudo maxime dicenda est quæ antiquitus probata & servata tenaciter. 19 Præsertim aliquo contradictorio. *l. 34. ff. de legib. & eodem casu. l. 37. ff. de legibus*, per annos plurimos. *l. 37. ff. de legib.* 20 Consuetudo legem imitatur, pro lege observatur. *l. 32. §. 1. ff. de legib.* pro lege & jure custoditur. *l. 33. ff. de leg.* pro lege fusipitur, cum deficit lex. *Tertull. lib. de Corona.* vim legis, *l. 38. ff. de legib.* vim perpetuæ legis obtinet. *J. eod.* τάξιν νόμου. *Ecleg. d. loco.* ἀντὶ νόμου φυλάττεται. *Harm. d. loco.* 21 Consuetudo legem retinet, id est, impedit quominus desuescat, *ut hic*, ejusdem interpres optima. *l. 37. ff. de legib.* 22 Ἀγγέλου Syn. *Basil. d. l.* Principia *hic & l. 12. in fin. ff. de re milit. l. 1. J. de veteranis*, loca ubi principes milites stabant: hinc *principalis porta*, quæ in eo erat loco, in quo principes ordines teodebant. *Festus in principalis.*

TIT. LIV.

DE DONATIONIBUS.[23]

De traditione instrumentorum.

1. Impp. Severus, & Antoninus AA. Lucio.

EMPTIONUM mancipiorum instrumentis[24] donatis, & traditis, & ipsorum mancipiorum donationem[25], & traditionem factam intelligis: & ideo potes adversus donationem in rem actionem exercere. P. P. V. Kal. Jul. FAUSTINO, & RUFINO Conss. 211.

De actionibus.

11. Imp. Gordianus A. Leonidæ.

SI nominis[26] persecutionem in te emancipatam pater tuus titulo donationis transtulit[27], frustra prætendit, qui debitori tuo heres extitit, consensum[28] fuisse debitoris necessarium: cum satis fuerit actiones eo[29] nomine tibi mandatas fuisse. P. P. II. Id. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO Conss. 242.

De spe futuræ actionis.

111. Imp. Decius A. Marcellino.

SPem[30] futuræ actionis plena intercedente donatoris voluntate posse transferri non immerito placuit. P. P. Non. Mart. DECIO A. I. & GRATO Conss. 251.

De functionibus, exactionibus, tributis.

IV. Imp. Probus A. Marsiæ.

SI functiones[31], [exactiones, vel tributa] per eum, cui donata res non erat, vel ab actoribus ipsius nomine celebratæ sunt, tibi obesse non potest. P. P. V. Kal. Jan. MESSALA, & GRATO Conss. 280.

De ultima voluntate.

V. Impp. Carinus & Numerianus AA. Flaconillæ.

SI donatio per epistolam[32] facta non apparet: verba tamen testamenti, quibus liberalitas testatricis confirmata est, fideicommissum continere non ambigitur. P. P. VI. Kal. Febr. *Romæ*, CARINO II. & NUMERIANO Conss. 284.

De absentibus.

VI. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Christianæ.

NEc ambigi oportet, donationes etiam inter[33] absentes (& maxime si ex voluntate donantium possessiones, hi, quibus donatum est, nanciscantur) validas esse. P. P. III. Id. Feb. MAXIMO II. & AQUILINO Conss. 286.

De censualis professione.

VII. Iidem AA. & CC. Julio.

CEnsualis[34] quidem professio[35] domino præjudicare non solet[36]. Sed si in censum, velut sua mancipia deferenti privigno tuo consensisti[37], donationem in eum contulisse videris. P. P. Id. Jul. ipsis AA. IV. & III. Conss. 290.

VIII. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI præses provinciæ non[38] donandi voluntate filiorum tuorum nomine prædia in[39] censum detulisse te manifestis probationibus cognoverit, quod fides veri suggesserit, id statuet. P. P. VIII. Id. Sept. ipsis AA. VI. & III. Conss. 290.

23 Dixi ad XXXIX. D. V. *supr. vide in Cod. Inofficios. & c. 47. Ecleg. 1. & 4. Basil.*

24 Traditio instrumento rei donatæ, res tradita intelligitur. Perficitur donatio non tantum vera traditione, seu & fictitia aut potius symbolica, vide *Fust. 12. Inst. 2.* adde *l. 49. ff. solut. l. 44. §. 1. ff. de legat. 1.*

25 Donatio traditione facta, &c.

26 Nomen donari potest.

27 Transferre, idem quod mandare. An idem quod cedere? Bart. negat in *l. 1. C. de obligat.* Nam ut ille potest, per mandatum non transferetur utilis actio, sed per cessionem tantum.

28 Citra consensum debitoris nomen cedi potuit.

29 Actio potest mandari.

30 *Spes* futuræ actionis potest donari, *ut hic*, spes, ut conditionalis stipulatio. *l. 7. l. 11. ff. de hered. vend. l. 54. ff. de verb. sign. §. 4. in fin. Instit. de verb. obl.* vide quæ scripsi ad Accurs. *in l. 25. ff. de adm. tut.* adde Tiraquellum *retract. de retract. l. gung. §. 25. Glos. 3.*

31 Nuda solutio functionum, nec solventem, *ut hic*, nec eum cujus nomine census solvitur, rei dominum facit, vide *l. 7. l. 8. J. eod.* adde *l. 2. C. pro socio. l. 8. C. de act. empt.*

32 Confecto testamentaria facta inter vivos donationis transit in fideicommissum, quoties de instrumento inter vivos non apparet, *ut hic*, & *l. 16. ff. eod.* 33 Absenti facta donatio valet. *l. 4. l. 10. ff. eod.* an ante ratihabitionem: vide *Clar. 4. fant. §. donatio. qu. 12. 13. & Bolan. 2 post. 1. con. 19. n. 2.* 34 Id est, rei in censum delatæ. 35 De quo dixi *ad l. 6. C. de fide instrumentorum.* 36 De cujus forma vide *l. 4. ff. de censib.* 37 Facta fc. ab extraneo: nam à vero domino facta professio nocet. *l. 10. ff. de probat.* 38 Professio censualis facta à non domino, non nocet domino, nisi dominus consentiat, eo enim casu donare videtur. 39 Dixi *ad l. 4. Tand. Adde l. 8. C. de act. empt. l. 64. ff. de adq. rer. l. 4. §. 4. ff. De excusat.*

De lege donationis.

11. Iidem AA. & CC. Augustianæ.

LEgem[40], quam rebus tuis donando dixisti, sive stipulatione tibi prospexisti, ex stipulatu, sive non: incerto[41] judicio, id est, præscriptis[42] verbis, apud Præsidem provinciæ debes agere, ut hanc impleri provideat. P. P. XVI. Kalend. Maji, AA. Conss.

De ignorante vel invito.

X. Iidem AA. & CC. Hermoniæ.

NEc[43] ignorans, nec invitus[44] quisquam donat. Unde si de hoc fundo non cogitasti, cujus velut[45] donationis[46] consensisse contineur instrumento: majores[46] veritate[47] rei, quam scripturæ vires obtinente, intelligis, de quo non cogitasti, nec specialiter subscripsisti, nihil te perdidisse. S. V. Kal. Maji, CC. Conss.

Si pater filio donaverit.

XI. Iidem AA. & CC. Sabino.

CUm de bonis tuis partem[48] quidem penes te retinuisse, partem vero in eum, quem in potestate[49] habes, donationis titulo contulisse commemores: non est incerti juris in eum qui in sacris familiæ tuæ remanet, destinatione[50] magis paternæ voluntatis factam, quam perfectam donationem pervenisse. †. Delegationes[51] autem nominum in emancipatum[52] collatæ, perfectam donationem actionum efficiunt. S. II. Kalend. Maji, CC. Conss.

De rebus communibus.

XII. Iidem AA. & CC. Aureliano.

POrtionem propriam, rebus nondum[53] divisis, nemo prohibetur titulo donationis in alium transferre. Dat. XVII. Kal. Jun. AA. Conss.

De brevi epistola.

XIII. Iidem AA. & CC. Vraniæ.

SI aliquid per epistolam[54] donatum tibi probetur, brevitas[55] chartulæ, donationi (si hæc recte facta probetur) nihil quicquam derogat. Dat. XV. Kal. Jun. *Sirmii*, AA. Conss.

Si filiusfamilias sponsæ donet.

XIV. Iidem AA. & CC. Ideo.

SI filius tuus res ad te[56] pertinentes sponsæ suæ te non consentiente donavit: ad eam, quod non habuit, transferre non potuit. S. XIII. Kal. Octobr. AA. Conss.

De re aliena.

XV. Iidem AA. & CC. Severæ.

ÆRis[57] alieni[58], quod ex hereditaria causa venit, non[59] ejus[60], qui donationis titulo possidet, sed totius juris successoris onus est. Si itaque nomini obligata[61] prædia per donationem consequuta es, supervacuam geris solicitudinem, ne vel heredes donatricis, vel ejus creditores te jure possint convenire. S. XV. Kalend. Decemb. AA. Conss.

De Senatusc.

XVI. Iidem AA. & CC. Theodoro.

SEnatusc[62] ad donationem faciendam sola, non est impedimento. Dat. V. Kal. Decembr. AA. Conss.

Si pater filio donaverit.

XVII. Iidem AA. & CC. Hermiæ.

SIve emancipatis[63] filiis res donasti, sive in potestate constitutis, & sui juris effectis, ac tenentibus non ademisti: blandiri [tibi] non debes, veluti res donatas ex pœnitentia[64] licet auferre. †. Sane, si ea quæ in tua positis potestate donaveras, post emancipationem contra tuam tenuerint voluntatem: horum penes te dominium[65] remansit: si quidem nec tempore, quo voluisti propter vinculum potestatis sibi quicquam quærere, nec post te invito rebus tuis potuerunt. S. IV. Kal. Jun. AA. Conss.

De furti actione remissa.

XVIII. Iidem AA. & CC. Audiano.

SI donationis causa furti[66] actionem tibi remissam probetur: supervacuam geris solicitudinem. S. V. Kalend. Januar. AA. Conss.

Quæ res donari possunt.

XIX. Iidem AA. & CC. Alexandriæ.

SI avia vestra propriis res quacunque ratione factas titulo liberalitatis in eum, contra quem preces funditis, contulit: quominus hæc rata maneant, quod ex[67] origine patris, vel avi vestri descendunt, nihil prodest. S. XVI. Kalend. Febr. *Sirmii*, CC. Conss.

De subscriptione.

XX. Iidem AA. & CC. Helinio.

VIce[68] donatricis alio voluntate ejus subscribente, jure facta donatio non habetur irrita. S. VII. Kalend. Februar. CC. Conss.

De dote.

XXI. Iidem AA. & CC. Antoninæ.

CONstante matrimonio dotem[69] penes maritum suum constituram, avia tua tibi donare non potuit. S. V. Idus Mart. CC. Conss.

40 Lex donationis servanda.

41 *Incerti, Nat. ad l. 22. in fin. J. eod.*

42 Vide *l. 2. C. de pact. inter empt.*

43 Ignorans non donat. 47. *Ecleg. 1. c. 25. & 3. Harm. t.*

44 Invitus non donat. *d. c. 25. & l. 1. l. 29. ff. eod. & l. 82. ff. de reg. jur.*

45 *l. 18. ff. de probat. l. 14. ff. de condict. & revocat. Scipsal.*

46 Veritas instrumenti narrationi præfertur. *l. 10. ff. de contrab. empt.*

47 *l. 1. ff. plus valere. facit l. 7. ff. eod.*

48 Pars bonorum donari potuit.

49 Donatio facta à filio in potestate posita, donandi potius est destinatio, quam perfecta donatio.

50 Destinatio donationis aliud est, & aliud donatio.

51 Rerum incorporalium, veluti nominum seu obligationum donatio perficitur scripta actionibus.

52 Pater filio emancipato nulla donat.

53 Pars pro indiviso seu indivisi donari potuit. Socius pro indiviso partionem suam donare potuit. 47. *Ecleg. 1. c. 45.* cum tamen à his contrahitur, dixi *l. 1. T. com. divid. l. 3. T. de comm. rer. alienat.* adde *l. 16. T. de jure dot.*

54 Epistola donare possumus, *ut hic, & l. 5. T. eod.* deleo committere.

l. 22. T. de fideicom. ut eon hereditatem conferre. *arg. l. 10. ff. de jure dotis.* dare tuconem. *l. 2. T. de transact.* ferre fentiation. *l. 1. T. commodat.* epistol. nemo quoque ex epistola ad munera additionem compellitur. *l. 5. ff. de public.*

55 Brevius fidem chirographo non minuit.

56 Alienum citra domini consensum donari non potest. *l. 9. in fin. ff. eod.* vide *l. 20. ff. de adquir. rer. l. 54. ff. de reg. jur.*

57 Æs alienum, obligatio persolvenda.

58 Donatarius res defuncti non sequitur, sed hereditem, id est, personalis actio non sequitur singulares successores, sed reales, *ut hic. l. 22. l. 24. T. eod. l. 1. §. 16. ff. ad Trebell. l. ult. T. de hereditatis petitione.* Quid si donatarius omnium bonorum fit? ne in quidem creditoribus satisfacere cogitur. Quo ne in *l. 2. T. ad. Trebell. & ei restituta.* quota est (ut in quantur) fideicommissi quantitatis ad aliquem defertur portionem conventione. *l. 24. T. eod.* non ex diligentione juris. *d. l. 2.* aut hereditatis petitione. *l. hereditatem 28. ff. de donat.* vide *l. mulier. 72. ff. de jure dot.* ut

De

rescripti principis. *l. 1. princeps. 21. ff. de verb. signif. & ibid. Bart.* Quid si omnia bona filio deferuntur? habetur fiscus loco heredis. *text. & ibid. Bart. in l. non intelligitur. 3. §. 1. cum ex casu. 4. ff. de jure fisci. l. 1. T. de heredit. vel act. vend.* Quid si debitor solvendo non est? donatarius omnium bonorum convenire potest. *l. plane 94. §. 1. ff. de leg. 1. & notatur in d. leg. 1. Salliet. in d. l. 2. Barrol. in d. l. princeps. 21. Salic. in d. l. 2.* Ratio dubitandi forsi potest ex leg. 1. *ff. de leg. jur.* 59 Cur ita? vide *l. ultim. in fin. ff. de cont. empt.* 60 Id est, non ejus qui titulo singulari succedit: hic enim opponitur ex hereditaria causa successori. 61 Pignus obligatio realis. 62 Senatusc donare potest, *ut hic*, & testamentum facere. *l. 3. T. qui testam. fac.* & transigere. *arg. l. 27. T. de transact.* id est, Sola ac per se Senatusc donationem, testamentum, aut transactionem non vitiat. 63 Quod emancipationis tempore filio potest non admittit, ei donare intelligitur. *l. 31. §. 2. ff. eod.* 64 Pœnitere semper non licet, ac hic.

65 Suo quod pater donat, non alienat, etiamsi id velit maxime. 66 Furti actio remitti potest. *l. 13. T. de furt. l. 7. §. 14. l. 16. ff. de public. l. 16. §. 1. ff. de furtis. dixi ad leges 21. tabularum lib. 2. tit. 24. §. 5.* 67 Res à parentibus acceptas etiam donare possumus, *ut hic. debitandi ratio simi potest ex lege 14. T. de contrab. empt.* adde *l. 3. T. de comm. rer. alienat. l. 31. vers. verum. J. eod.* 69 *l. 17. 23. T. de jure dot. 47. Ecleg. 1. cap. 55.*

De lege donationis.

XXII. Iidem AA. & CC. Diomedi.

CUm res filio [tuo] emancipato ea [1] conditione, *Ut creditoribus tuis solveret*, te donasse proponas: si stipulatione, vel incontinenti [2] habito pacto huic rei prospexisti, creditoribus quidem [3] non [4] contra cum ex placito vestro, sed adversus te competit actio. Eum autem, cui certa lege prædia donasti, incerta [5] civili actione ad placitorum obsequia urgeri secundum legem donationibus dictam convenit. S. VII. Kal. April. *Sirmii*, CC. Conss.

De rebus reddi sibi donatori.

XXIII. Iidem AA. & CC. Olympiadi.

SI ea, quæ donaveras, posteriori placito, qui acceperat, dono tibi reddidit [6]: donationis antecedentis, instrumentum actis sequentibus [7] nihil obesse potest. Subscriptum V. Kal. Octobr. CC. Conss.

De filio donatoris.

XXIV. Iidem AA. & CC. Macario.

SI patri tuo heres [8] non extitisti, ex facta ab eo liberalitate titulo donationis non posse jura tua lædi, manifestissimi juris est. P.P. Non. Febr. *Antiochiæ*, Diocletiano IX. & Maximiano VIII. AA. Conss. 304.

Ratio conficiendæ donationis.

XXV. Imp. Constantinus A. ad Maximum P.P. [9]

DOnatio [10] sive directa [11] sit, sive mortis [12] causa instituta, sive [13] conditione faciendi, aut non faciendi suspensa, sive ex aliquo notato [14] tempore promissa, sive animo dantium, accipientiumve sententiis (quantum jus finit [15]) cognominata [16], sub hac fieri debet observatione, ut quas leges [17] indulgent actiones [18], conditiones, pactionesque contineat. Hisque penitus cognitis [19], vel recipiantur, si complacitæ sunt: vel rejiciantur, si sunt molestæ [20]: In conscribendis [21] autem donationibus [22], *nomen* [23] *donatoris, jus, ac rem* notari oportet: neque id occulte [24], aut privatim [25], sed aut [26] tabula, aut quodcunque [27] aliud materiæ [genus] tempus dabit, ut ab ipso, vel ab eo, quem sors ministravit [28], præscribatur: actis [29] etiam annectendis, quæ apud judicem, vel magistratus conficienda sunt, ubi hoc leges expostulant. Dat. III. Non. Februar. *Romæ*, Syagro, & Rufino Conss. 323.

De infante.

XXVI. Idem A. Catulino Proconsuli Africæ.

SI quis in emancipatum minorem, prius quam fari possit [30], aut habere rei, quæ sibi donatur, adfectum, fundum crediderit conferendum, omne jus compleat instrumentis ante præmissis. Quod jus per eum servum, quem idoneum esse constiterit, transigi placuit: ut per eum infanti acquiratur. Dat. XII. Kalend. Maji, *Serdicæ*, Sabino, & Rufino Conss. 316.

De insinuatione.

XXVII. Idem A. ad Severum Com. Hispaniarum.

DAta jampridem [31] lege [32] statuimus, Ut donationes interveniente [33] actorum testificatione conficiantur: quod vel maxime inter necessarias conjunctasque [34] personas convenit custodiri. Si quidem clandestinis [35] ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate confingi potest: vel id quod vere gestum est, aboleri. Cum igitur nec liberos quidem ac parentes lex nostra ab actorum confectione secernat: id quod necessario super donationibus apud acta conficiendis jampridem statuimus, universos teneat: gesta autem confici super rebus [etiam] alibi [36] collatis [37], ubicunque sufficit. Dat. III. Non. Maji, Dalmatio, & Zenophilo Conss. 333.

De usufructu retento.

XXVIII. Impp. Honor. & Theod. AA. Monasio P.P.

QUisquis [38] rem aliquam donando, vel in dotem dando, [vel vendendo,] usumfructum [39] ejus retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio: sed omnimodo idem [40] sit in his casibus usumfructum *retinere*, quod tradere. Dat. II. Id. Mart. Honorio A. XI. & Constantio C. II. Conss. 417.

De extraneis, & ignotis. De scriptura, & aliis documentis.

XXIX. Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio [41] P. P.

IN extraneos [42], & sæpe ignotos [43], donationem [44] collatam valere receptum est: & si sine [45] scripto donarum quid fuerit, adhibitis aliis [46] idoneis documentis, hoc quod geritur, comprobatur. Dat. XI. Kal. Maji, Felice, & Tauro Conss. 428.

De insinuatione.

XXX. Imp. Leo [47] Constantino P. P.

IN hac sacratissima urbe conscriptæ donationes ubicunque [48] positarum rerum, apud Magistrum census [49] insinuentur. †. In aliis vero civitatibus, sive absens, sive præsens rector [50] provinciæ sit, sive eadem civitas habeat Magistratus, sive non habeat, & Defensor [51] tantummodo sit: donator habeat liberam facultatem donationes rerum suarum ubicunque [52] positarum, sive apud moderatorem cujusliber provinciæ, sive apud magistratus, sive apud defensorem cujuscunque civitatis prout maluerit, publicare [53]. †. Atque ut ipsi donatio sita est in voluntate [54] donantis, ita ei liceat donationem suam apud quemcumque ex memoratis voluerit intimare: & hæ donationes, quæ in diversis provinciis, & civitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint publicatæ, obtineant inconcussam, ac perpetuam [55] firmitatem. Dat. V. Non. Mart. *Constantinopoli*, Patricio, & Richimere Conss. 459.

De testibus.

XXXI. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P.

IN donationibus, quæ actis insinuantur, non [56] esse necessarium judicamus vicinos, vel alios testes [57] adhibere. Nam superfluum [58] est privatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant. Verum & illas donationes, quas gestis non est necessarium alligari, si forte per Tabellionem, vel alium scribantur, & sine [59] testium subnotatione valere præcipimus: ita tamen, si ipse donator, vel alius [60] voluntatem ejus secundum solitam observationem subscripserit: donationibus, quæ sine scriptis conficiuntur, suam firmitatem habentibus secundum constitutionem [61] Theodosii, & Valentiniani ad Hierium Præfectum prætorio promulgatam. Dat. Kal. Mart. Constantino & Ello V. C. Conss. 472.

De insinuatione.

XXXII. Imp. Anastas. A Euphemio P. P.

SEcundum Divi Leonis constitutionem [62] donationes apud virum clarissimum Magistrum census tantummodo [63] insinuari præcipimus: Hujusmodi forma in illis instrumentis observanda, quæ in hac regia urbe confecta, seu celebrata fuerint: nec concedi quenquam vel apud defensores, seu magistratus aliarum civitatum, vel in aliis quibuscunque locis præter memoratum judicium insinuare: scientibus, tam his, qui ad hujusmodi insinuationem pervenerint, quam his, qui eam susceperint, necnon tabellionibus quicunque testimonium suum non in competenti [64] (ut dictum est) loco [65] vel judicio præbuerint, viginarum librarum auri multa, & alia gravissima indignatione se esse feriendos. S. Dat. Prid. Kal. Maji, Paulo V. C. Conss. 496.

De cessione actionum.

XXXIII. Imp. Justinianus A. Mennæ P.P.

ILlam subtilem observationem amputamus, per quam donationis titulo cessiones [66] actionum accipientes, non aliter suis eas transmittere heredibus poterant, nisi litem ex his contestati essent, vel jus contestationis divino rescripto [67] meruissent. Nam sicut venditionis [68] titulo cessas actiones etiam ante litis contestationem ad heredes transmitti permittitur, simili [69] modo & donatas ad eos transferri volumus: licet nulla contestatio vel facta, vel petita sit. Quod & in procuratore constituendo ad movendas easdem cessas actiones similiter observandum erit, ut minime quis impediatur procuratorem [70] cessarum sibi super donatione actionum dare, licet nulla litis contestatio facta vel petita sit. Quæ in his tantummodo personis locum habere censemus [71], quæ susceptis per donationem cessionibus, adhuc superesse noscuntur: nam jam mortuis hujusmodi personis, vetera jura super hisdem cessionibus posita servari concedimus. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* Justiniano A. P.P. II. Cons. 528.

De insinuatione. 2. De communione indulta & jure efferendi affectionem. 3. De numero donationum.

XXXIV. Idem A. Demostheni P. P.

SAncimus, omnem [72] donationem, sive communem, sive ante [73] nuptias factam, usque ad trecentos [74] solidos cumulatam, non indigere monumentis, sed communem formam habere: ut non usque ad ducentorum solidorum summam teneat: sed in hujusmodi observatione similes sint tam communes [75], quam ante [76] nuptias donationes. †. Si quid autem supra legitimam definitionem fuerit donatum: hoc quod superfluum est [77], tantummodo non valere: reliquam vero quantitatem, quæ intra legis terminos constituta est, in suo robore perdurare: quasi nullo penitus alio adjecto, sed hoc pro non scripto, vel non intellecto esse credatur. †. Exceptis [78] donationibus, tam Imperialibus, quam iis, quæ in causas [79] piissimas

---

1 Lex donationis impleuda. *l. 8. C. ad l. 3. in fin. C. de contrah. empt.*

2 Pactum inconcussi habitum. *l. 3. §. 5. ff. de pact.*

3 Donavi prædia Titio, ea lege, ut creditoribus meis satisfaceret? creditor potest adversus me agere, nec adversus donatarium experiri cogitur.

4 Vide quæ scripsi ad *l. 15. T. eod.*

5 Ad implendam legem donationis adversus donatarium incerti præscriptis verbis actione utimur. *l. 19. in fin. T. eod. l. 28. in fin. ff. eod.*

6 Res a me donata nisi redonari potest.

7 Posteriora priorius actis derogant. facit *l. 12. T. de pactis.*

8 Pater res filii non secundentis instituit donat, aut his, & *l. 14. T. de inoff. testam.* facit *l. 13. Inst.*

9 Præfectum urbi. *l. 1. C. Theod. eod.* vide *Cujac. 20. observ. 30.*

10 Dicta *l. 1.* ius etiam conditionalis pro contrahentibus est in lege *21. T. de adm. tut.*

11 Directa donatio, inter vivos: ei hic opponitur mortis causa.

12 Hodie mortis causa donatio assimilatur testamento & fideicommisso. *l. ult. §. ult. T. de his quæ ut indign.*

13 Donationes conditione vel tempore suspendantur.

14 Puta ex certo tempore ad certum, vel incertum tempus. *l. 2. §. T. de donat. quæ sub modo. l. ult. T. de his quæ.*

15 Quibuscunque enim actibus permissa imaginaria simulatio sit, aliud agi simulatur, aliud vero fingitur, ut si in fraudem legis Cinciæ, vel lege, puta repentinum facta fuerit. *l. 8. in fin. ff. ad l. Jul. repetund.*

16 Venditio imaginaria sit cui nomen venditionis, conditionis & similium adscribitur. *l. 3. l. 7. l. 8. l. 10. T. de contrah. empt. l. 46. ff. locati. l. 16. in fin. ff. de jure dotium. Paul. 2. sent. 23. §. 4.*

17 Donationis lex servanda. *l. 9. l. 22. T. eod.* modo contra bonos mores non sit, *ut hic.*

18 Hodie Theod. actus legitimos, *Cassiodor.* pura cessionem in jure, mancipationem, traditionem sufficiunt: perfecit enim perfici donatio legis actione, ut cessione in jure. *l. 1. C. Herenn. eod.* emancipatione. *l. 4. C. Theod. eod.* vel utroque. *l. 7. T. eod.* Inter parentes & liberos perficitur nuda voluntate. *d. l. 4.* hodie inter omnes perficitur quidem nuda voluntate: consumitur vero & perficitur traditione. 19 Donationis lege intellecta, donatori liberum est, donationem recipere vel rejicere: & igitur donatio non *συναγωγὴ*, *ut hic*: id etiam indicat lex 26. *T. eod. l. 15. T. de sacrosc. l. 21. T. de adm. tut.* 20 Molestæ ita ut minorum defensores, si donationis conditionem neglexerint, rei suilla pœnam præstent. *l. 2. C. Th. eod.* quæ verba in leg. 21. *T. de admin. tut.* sunt translata.

21 Hodie non passim in omnibus donationibus requiritur scriptura. *l. 31. T. eod.* 22 Quænam donationis instrumenta inseri oporteat, observa. 23 Possimus inde colligere donationem conferri nec posse in ignotum. vid. tamen *l. 29. T. eod.* 24 Occulte an per imperitos, aut privatim, *l. 1. C. Theod. eod.* 25 Clandestina donatio vetita. 26 Idem in testamento. vid. *l. 21. l. 23. in fin. T. de testam. mil.* 27 Materia quævis capax est donationis sentiendus hoc est, in quavis materia donationis instrumentum scribi potest, *ut hic.* ita brevitatis chartulæ non offerat facilitas donationi. *l. 23. T. eod.* eadem ratione in qua vis materia testamentum scribi potest, ut nihil interfit tabulæ sint an chartæ, an membranæ, an pelles, aut ebarnei pugillares. *§. 12. Inst. de test. l. 15. in fin. T. de testam.* Quin imiles in pulvere, vel clypeo testamentum potest fabricare. *l. 23. de milit. test.* 28 Ministraverit, *scientibus pluribus præscribatur*, & corporale traditionis, *ut videndum sine atque irrequietum advocata vicinitate, omnibusque arbitris adhibitis, persona pollet fide probabiliter donatam rem, si est mobilis; ex admotatæ traditam donatoris: vel si immobilis, scripta donatis nero dominio potestatem: adhæ etiam, &c. d. l. 1. C. Th.* quæ verba, à Justiniano hic fabricata, id significant, vicinos ac testes fuisse advocandos: quod Zeno mutat, *l. 31. T. eod.* instrumenta publica, vel instrumento donationis consentus. 29 *l. 27. in fin. eod. l. 35. §. 3. T. eod.* Remissa insinuatio a Leone Novell. 50. 30 Pater filio infanti donare potest, adhibitis his qui infantis nomine donationi consentiat, *ut hic.* adde *l. 28. ff. de usurp.* 31 Anno 323. 32 *l. 27. in fin. T. eod.* 33 Insinuare est in acta & testationem publicam judiciariam referre donationem. De insinuationibus donationum, vide Josephum Ludov. *Tit. de donat. Concl. 2.*

34 Conjunctissimasque, Hal. quales sunt parentes & liberi. Quid si donatio facta inter hujusmodi personas legitimam summam non excedit, an insinuatio necessaria fuerit? non requiritur. *l. 23. T. de donat. inter. vir.* ut in eo Dominus inter Græcos, Placentinus inter Lat. fallus sit. Quid inquies, necesse fuit plani insinuationem donationis inter conjunctissimas personas factæ intra legitimam quantitatem requiri? Arg. aut inductione D. Pii, quæ conjunctissimis remisit solennitatem mancipationis & traditionis. *l. 4. §. 7. C. Th. eod.* dicendum videbatur remitti quoque omnino insinuationem, præsertim cum *Paul. 4. sent.* scribat: In donatione facta inter conjunctas personas sufficere quibuscunque verbis expressum voluntatem. vid. *Cujac. 20. obs. 2.* Causa fed hæc decidendi fuit, ne fraudibus conjunctarum vis patefieret: sit enim fraus facile inter conjunctas personas.

35 Clandestinæ ac domesticæ fraudis magnum est periculum. Inter conjunctas personas facile fraus præsumitur. 36 Vide *l. 30. T. eod.* vide quæ dixi ad *l. 1. T. de nuptiis donat. ampl. l. 15. T. de collat. l. ult. T. de probationibus. hanc temp.* 37 Collocatis. 38 *l. 9. C. Theod. in fin.*

39 Perficitur donatio retentione ususfructus, *ut hic*, & *l. 33. §. 5. T. eod. l. 9. C. Theod. eod. l. 42. ff. de donat. int. vir. d. l. 4. Bolog. 1. cap. 61.* Retentio ususfructus traditionem dominii perficit. Pro traditione habetur, vel citra stipulationem, etiamsi donator de evictione non teneatur citra stipulationem. *l. 2. T. de evict.* eoque casu donator donatario possidet non sibi. Idem perficitur constitutione precarii. *l. 28. ff. de adquirend. possess.* conditione rei donatæ. *l. 77. ff. de rei vind.* si rem a se donatam quis retinet tanquam in causa pignoris vel depositi, ut *l. 1. T. eod.* idem perficitur traditione instrumenti. *l. 78. T. eod.* Sic additio hereditatis fiebat re aliqua hereditaria accepta. *l. 1. C. Theod. de leg. hered.* Nemadæ sine est confuetudo Regni Ducis ex *cap. 2. de conjectandine*, qua fundos donatos tradidisse donator videtur, delata una gleba in Ecclesiam, vel altari impositæ, vel tradita in manum episcopi, vel alterius Ecclesiæ præsuli, qui non desumptus videtur ex jure civili, qua una gleba in ea tenuam, in ea tanquam in toto fundo vindicatio fieri solebat, 20. *Gall. 9.* dixi ad *leges* XII. *tab. §. 1. tit. 22. §. 1.* adde *Cujac. 19. observ. 28. his* adde quæ scripsi ad *l. 3. §. 1. ff. de adq. poss.*

40 Idem usumfructum retinere quod tradere. Quid, an prohibito donatario usumfructus exceptio faciendæ? procuratori, domino, patri, curatori, tutori recte: aliis non recte fieri judicatum fuisse refert Papo 11. *Arrest. 2. n. 28.*

41 *l. 31. in fin. T.* 42 Vide *l. 3. T. de mortis causa donat.* 43 Vide quæ notavi ad *l. 15. §. 14. ff. de excus. tut.* dixi etiam quædam ad *l. 25. T. eod. vers. in conscribendo, ibi, numen donatoris.* 44 Ut & legata & hereditates. dixi ad *l. §. 14.* 45 In donatione non requiritur scriptura. *l. 31. in fin. T. eod. l. 12. T. de fide instr.* olim requirebatur *l. 25. in fin. T. eod.* 46 Idoneis instrumenta vicina instrumenti fidilment. 47 *l. 32. T. eod.* 48 Vide *l. 27. in fin. T. eod.* 49 De quo vide *l. 23. T. de testam.* 50 *l. un. T. de off. pud.* 51 Quædam enim civitates habere curias pro senatu, duum virus pro consulibus, defensores plebis pro tribunis plebis, quædam defensorem tantum. vide *l. 9. T. de defensor. civ.* vid. Novell. 15. 52 *d. l. 27. in fin.* 53 Urbanæ donationes apud magistratum census: provinciales, apud judices locorum insinuandæ erant, postea constitutum, ut omnes apud magistratum census insinuarentur. *l. 32. T. eod.* 54 Donatio, est actus voluntarius. *l. 35. §. 5. T. eod.* 55 Rite facta insinuatio abiemque vim & effectum habet.

56 Abrogatur pars legis 2. *C. Th. eod.* de qua dixi ad *l. 25. T. eod. in fin. in verbo, minusve erit.* 57 In donatione quæ fit apud acta judicis, testes non requiruntur. In ea quæ fit extra acta, subscriptio donatoris requiritur: etiamsi a tabellione scripta fuerit. adde Novell. 73. *c. 2.* Novell. 73. *c. 3.* & breviter, Testes in scripturis publicis requiruntur, sublatum est per notarium describuntur, *cap. 2. extr. de fide instrumentor.* nisi consuetudo contraria sit. *Innocentius in c. 2. extr. de his quæ fiunt à prælat.* nisi scripturæ publicæ, de quibus agitur, acta sint judiciaria, *ut hic. c. quoniam extr. de probat.* nisi instrumentum fiat coram populo publice. vide Socin. *reg. 418.*

58 Vide *l. 5. & l. 10. T. de probat.* 59 Videtur id abrogari. *d. l. 25. l. 29. T. eod.*

60 *l. 29. T. eod.* 61 *l. 2. T. eod.* 62 *l. 30. T. eod.* 63 Abrogatur pars legis 30. *T. eod.* 64 Donatio apud incompetentem judicem inutilis. *l. 27. T. eod.* 65 Quæstemporis nulla habebitur ratio in insinuatione? *vide* Paponem 11. *Arrest. 1. Arrest. 24.* ubi existimat intra triginnium annum donationem insinuari posse: *ibid. Arrest. 25.* negat quoque valere factam a morte donatoris. vide Josephum Ludovic. *tit. de donat. conclus. 2. limitat. 1. 2. 3.* Procurator in rem suam mortuus ante litem contestatam rei sibi mandatæ, cessit ac donavit jus ad heredes transmittit. 66 Vid. *Gloss. de scripe. ad l. 1. T. de obligat. & act. S. L.* 67 Vide *tit. T. quando dies legati, principi datur.* 68 Morte ejus qui nomen emit, mandatum non finitur. vide *Cujac. 20. observ. 31.* 69 Argumentum à venditione ad donationem. 70 Donatarius procuratorem constituere potest rei donatæ persequendæ causa. adde *l. 8. T. de procur.* vide *Wormser. 1. prælect. 5. obs. 19.* 71 Vide Novell. 52. *cap. 2.*

72 Insinuari debet omnis donatio. dixi ad *l. 25. T. de donat. inter vir.* 73 An & eam donationem insinuari oporteat quæ inter vivos fit in aliquo testamento? ita judicatum fuisse refert Papon. 11. *Arrest. 1. n. 33.* An & mutuam inter conjuges? non requirit scriptorum: & ita judicatum idem refert *ibid. n. 29.* 74 Hodie usque ad quingentos solidos facta donatio sine insinuatione valet. *l. 36. §. 3. T. eod.* 75 Donationes communes hic, quæ alibi diteliæ. *l. 25. T. eod.* quæ inter vivos. 76 *d. l. 25.* 77 Utilis donatio non vitiatur propter aliam inutilem adjectam. adde *l. 21. in fin. ff. eod.* Novell. 162. *c. 1. l. 94. ff. de reg. jur. l. 1. §. 5. in fin. ff. de verb. oblig.* 78 *l. 19. T. de servit. rustic. l. ult. §. fin. T. de quadriennii præscr.* Novell. 32. 79 *d. l. 19.*

mas procedunt: quarum Imperiales quidem donationes merito indignari [1] sub observatione monumentorum fieri, tam à retro Principibus, quam à nobis sancitum est, sed fitmam habere propriam majestatem.

In Authent. ut non fiant pign. §. 2. alias §. illud quoque col. 5. tit. 7. al. 5. Novell. 52. cap. 2.

Item à privatis in principem etiam cessantibus actio sit donatis.

§. 1. Alias vero, quæ ad pietatem respiciunt, usque [2] ad quingentorum solidorum summam, & sine monumentis esse validas censemus. His insuper ante nuptias donationibus, quæ in adultas minores [3] sui juris constitutas cujuscunque summæ procedunt, secundum veterum legum scita etiam [4], nisi actis intervenientibus corroboratæ sunt, suam retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datæ, sed per res mobiles, vel immobiles, vel se moventes: quantitatem earum æstimari, & siquidem usque ad legitimam solidorum summam erigatur, validam eam esse, & sine monumentis conservari. Sin autem amplioris summæ inveniatur, & minime actis comprobata est, superfluum [5] tantum vacuari. §. 2. Ne autem communione [6] industa, donatori, & ei, qui liberalitatem suscepit, aliqua otiatur contentio: electionem damus ei, qui ampliorem [7] summam in re donata habuerit, reliquam æstimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit, & totum possidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res dividi secundum quantitatem utrique parti competentem, si [8] res dividi sine suo periculo possibilis est. Sin autem in hujusmodi casibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime potest, amplioris summæ dominus noluerit offerre æstimationem: tunc licebit etiam ei, qui minoris summæ habet possessionem, offerre pretium, & totum sibi vindicare. §. 3. Si quis autem per diversa [9] tempora in eandem [10] personam multas faciat liberalitates, quarum singulæ quidem legitimam quantitatem non excedunt: in unum autem compositæ, & prædicto modo exaggeratæ redundare videntur, & majoris esse quantitatis: non videatur eas oportere in unum coadunare, & introducere modos per quos non valeant, & in irritum revocentur: sed è contrario, & plures intelligantur, & singulæ secundum sui naturam obtineant, & monumentorum observatione non indigeant. Cum enim à *veteribus* super hac re variatum est, aliis multas, aliis unam esse definientibus: nobis causa placuit humanior, ut & multæ intelligantur, & omnes validæ, & hi, qui liberalitates accipiunt, sciant veros non falsos suos esse donatores. §. 4. Si quis autem talem receperit donationem, in qua stipulatus fuerit annuam [11] quandam sibi præstari quantitatem tantæ summæ, quæ non excedit legitimum donationis modum: variabatur, utrum eum ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum sit, & eas actis non indigere: an ex totius stipulationis fundamento, & fonte ejus, ex quo annuæ donationes profluxerunt, & unam esse eam donationem putandam, & proculdubio monumentorum observatione vallandam: quod veteres quidem satis, abundeque variaverunt. Nos autem [omnia] certa divisione concludimus [12], ut si hujusmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam personarum stetur, vel dantis, vel accipientis: & multæ intelligantur donationes, & liberæ à monumentorum observatione. Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis suggessit: ut possibile sit unius anni tantummodo, vel brevioris, vel etiam amplioris temporis metas superviverе, vel donatorem, vel eum, qui donationem accepit, & ex hoc inveniri etiam totam summam donationis non excedere legitimam quantitatem. †. Sin autem etiam heredum ex utraque parte fuerit mentio, vel [13] adjiciatur tempus vitæ, vel donatoris, vel ejus, qui donationem accepit: tunc ei quasi perpetuata donatione, & continuatione ejus magnam, & opulentiorem eam efficiente, & una intelligatur [donatio,] & quasi denfioribus donationibus cumulata, excedere legitimum modum, & omnimodo acta deposcere, & aliter minime convalescere. Recitata septimo [14] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. 111. Kal. Nov. Dacio V. C. Cons. 529.

De argento. 1. De annuo reditu. 2. De certo numero servorum. 3. Si donator non habeat argentum, vel annuum reditum, vel numerum servorum donatum. 4. De donatione universitatis. 5. De usufructu retento, vel non retento. De nudo pacto.

xxxv. Idem A. Juliano P. P.

SI quis argentum donaverit [15], certumque [16] pondus nominaverit, non autem alias, vel generaliter, vel specialiter expresserit: necessitatem [17] ei imponimus omnimodo præstatum pondus argenti dare, sive in vasis quibus voluerit, non tamen pejoribus [18] æstimatione [19] massæ, sive in ipsa æstimatione, quæ pro massa rudi in illis [20] locis frequentata est. §. 1. Si vero reditum [21] certum ex possessionibus donaverit, non tamen nomina possessionum edixerit: necesse habere de sua substantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione posuerit: in talibus tamen agris, qui nec omnibus quos habet in possessione anteponuntur: nec deteriores omnibus sunt, sed status [22] mediocris inveniuntur. §. 2. Similique modo si quis certum [23] numerum servorum donaverit, non tamen & hic nominatim servos inscripserit: & hic mediocris figura [24] servos tradere, & neque tales quos non habere magis, quam habere prodest: nec iterum eos [25], qui omnem servorum familiam donatoris antecellunt, sed & hic mediocritas spectetur.

§. 3. Sin autem donator neque argentum, neque servos habens, vel non tantum quantum donavit, fecerit eorum donationem: æstimationem in his celebrari pro eo quod deest: ita tamen, ut argenti quidem (secundum quod prædiximus) æstimatio detur: in servos autem non amplius nec minus quindecim [26] solidis quantitas pro singulis detur. In reditibus autem in quindecim [27] annos æstimationem præster. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumenta requirantur. Sin autem amplioris summæ, tunc ad acta publica recurratur: ita ut in his quæ amplioris sunt æstimationis, secundum nostram legem non totum, sed solum superfluum evanescat. §. 4. Sed & si quis universitatis [28] faciat donationem, sive bestis, sive dimidiæ partis suæ substantiæ, sive tertiæ, sive quartæ, sive quantacunque, vel totius, si non de inofficiosis [29] donationibus ratio in hoc reclamaverit, coartari donatorem legis nostræ auctoritate tantum quantum donavit, præstare: observatione & hic monumentorum (secundum quod jam sanximus) omnimodo requirenda. §. 5. Sed siquidem in omnibus supradictis casibus usufructus [30] fuerit à donatore retentus, & traditionem jure intelligi fieti. Sin autem hoc minime donator expresserit; siquidem stipulatio [31] donationi inserta sit, ex ejus auctoritate traditionem compelli fieri. Sin [32] vero & hoc prætermissum sit, & usumfructum minime detinuerit, nihilominus ex lege nostra necessitatem [33] ei imponi etiam tradere hoc quod donare existimavit: ut non ex hoc inutilis sit donatio [34], quod res non traditæ sunt: nec confirmetur ex traditione donatio: sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur, & necessitatem habeat donator omnimodo, vel res, vel partem substantiæ quam nominaverit, vel totam substantiam tradere. Cum enim in [35] arbitrio cujuscunque sit hoc facere quod instituit: oportet eum vel minime ad hoc prosilire, vel cum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque indevotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere. †. Tantoque magis [36] hæc firma esse, si piis actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit: monumentorum observatione [in his modis] secundum quod specialiter à nobis in hujusmodi casibus prædictum est, observanda: ne in præfatis [piis] causis ex quibusdam machinationibus non solum indevotus [37], sed etiam impius donator intelligatur: pœnasque non solum legitimas, sed etiam cœlestes expectet, resque donatas in omnibus supradictis casibus non solum eos, dum supersunt, sed etiam eorum successores [38] reddere compelli non tantum his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum heredibus. Dat. xv. Kalend. April. *Constantinopoli*, Lampadio, & Orestis VV. CC. Cons. 530.

De insinuatione.

xxxvi. Idem A. Joanni P. P.

SI quis pro redemptione [39] captivorum pecunias dederit, sive per cautionem dare promiserit, cujuscunque [40] quantitatis: cognoscat se neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis posse declinare, utpote gestis (sicut in donationibus) non subsecutis super insinuatione ejusdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice, vel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere: nulla ei molestia, vel inquietudine inferenda, vel ab eo, qui pecunias præbuit, vel ab aliis ex auctoritate legum permissis hoc requirere: sed tantummodo facramentum præstare, quod revera omnem quantitatem sine dolo malo vel aliqua deminutione ad redemptionem dederit captivorum. §. 1. Simili etiam modo à gestorum absolvimus ordinatione donationis rerum mobilium, vel esse moventium, quas viri gloriosissimi magistri [41] militum fortissimis præstant militibus, tam ex sua substantia, quam [42] ex spoliis hostium, sive in ipsa bellorum occupatione, sive in quibuscunque locis degere noscuntur. §. 2. Eandemque liberalitatem nostræ legis indulgemus etiam his quorum domus [43] incendio vel ruina corruptæ sunt: quibusdam forte pecunias cujuscunque quantitatis præbentibus, vel cautionem consicientibus, ut & ipli nec repetitionem timeant, verumetiam exactionem pecuniarum confessioni insertarum facere possint. licet gesta non fuerint subsecuta; nulla eis licentia danda pecunias ad alias causas nisi ad refectionem domorum erogare. Quod si aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars ejus in ædificiis expensa sit, hæc domini domus sacramento dirimetur. §. 3. Cæteris etiam donationibus quæ gestis intervenientibus [44] minime sunt insinuatæ, sine aliqua distinctione usque ad quingentos [45] solidos valituris: hoc etenim tantummodo ad augendas hujusmodi donationes addendum esse ex præsenti lege decernimus, anteriore tempore nostra lege præcedente moderando, qua usque ad trecentos solidos factæ donationes, & sine insinuatione firmitatem obtinere jussæ sunt. Dat. xv. Kal. Novembr. *Constantinop.* post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. 531.

De antiquis verbis rejectis.

xxxvii. Idem A. Joanni P. P.

VErba superflua [46] quæ in donationibus poni solebant, scil. *scierto*, non exigit, *ut hic*, adde *l.* 19. ℞ *de sacrosanct. Eccles.* 40 Donatio bonorum omnium pro redimendis captivis facta valet. 41 Magister militum quod donat, insinuatione non indiget.

42 Dux belli, vel Capitaneus, urbe aliqua capta vel hoste devicto, militibus suis pendum ea dirigenda hostium spolia donare potest: & eo quidem effectu, ut ne quidem a Principe revocari seu revocari possit ea donatio: quod adeo verum ut non modo in ipsa occupatione belli, sed in quibuscunque aliis locis fuerint, ea donare possit, *ut hic.* vide omnino *Gothof.* 4. *cap.* 28.

43 Insinuatione non indiget quod pro refectione domus incendio, vel ruina corrupta donatur.

44 Apud competentem judicem. *l.* 32. *in fin. C. eod.* 45 Insinuationem hodie non requirit quælibet donatio intra vel infra summam 500. aureorum facta, *ut hic*, & §. 2. *Inst. de donat.* olim intra 300. aureos facta, insinuationem non exigebat: ultra exigebat. *l.* 34. *C. eodem.* vide *Clarum* 4. *sententt.* §. *donatio quæst.* 15. 16. 17. 18. ubi inter cætera tractat, quibus in donationibus requiratur insinuatio. *Novella Leonis* 50. remittit insinuationem donationibus etiam ultra 300. solidos, si tamen tribus testibus probari possit: cujus etiam constitutionis meminit Hannibalus 3. *tit.* 1. *in fin.* Quid; donatio ob eandem excedens summam 500. aureorum, estne insinuanda? necessariam insinuationem non exigit. *Accurs. in l. Æquitate* 27. *ff. eod. Bart. in l.* 2. *ff. eod.* Idem si donatio remunerandi causa fiat & merita seu servitia constet obligatoria *Bartol. in l. C. Inst. de donat.* *Imo* 27. *Bald. in l. illud.* 19. *C. de sacrosanctis.* Quid? potestne donator renunciare insinuationi?

fessertis[1], nummi unius, assium quatuor, penitus esse rejiciendos censemus. Quid enim verbis[2] opus est quæ rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem vel [in] Imperialibus donationibus, vel in omnibus aliis de cætero fieri: sed &, si[3] quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, sive remiserit, nulla differentia sit.

1 Cantica, 4. Asserta, 16. fessertus nummi unius, assium quatuor, Hasta, locus assium quatuor, Asserta, &c. apud Cujac. 10. observ. 37. verbis solemnia erant donationis quæ fiebat per mancipationem: ut in veteri inscriptione Ronæ: Hic mancipium L. Tiberine Sabine fi-vro domesti L. Titulo Symphoro, mancipavitque Vitruvius 1. 1. c. 4. Nummo sestertio mancipio dedit. In mancipationibus interponi dicis gratia. l. 4. ff. commodat. Dixi plura de sestertio nummo ad Ciceronis orationes pro Roscii Comœdo, & pro Rabirio Postumo.

2 Verborum sine effectu nullus est usus.

3 Vide l. 17. ff. de testamentis.

TIT. LV.

DE DONATIONIBUS QUÆ SUB MODO, VEL CONDITIONE[6] VEL CERTO TEMPORE[7] CONFICIUNTUR.

Si donatarius non præstat alimenta donatori, quæ ex pacto præstare tenetur, donatio revocatur, & potest donator rem suam vindicare. Bald.

I. Impp. Valerian. & Gallien. AA. Garmicæ.

SI doceas (ut affirmas) nepti tuæ ea lege esse donatum à te, ut[8] certa tibi alimenta præstaret[9]: vindicationem etiam [in hoc] casu utilem eo, quod legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes: id est, actionem qua dominium[10] priſtinum tibi restituatur. Nam [non solum] condictio quidem tibi in hoc casu, id est, in personam actio jure procedit, verum etiam vindicationem quoque divi principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. P. P. XI. Kal. Decembr. Tusco, & Basso Conss. 259.

Si donatur alicui ad vitam suam, post mortem ejus res redit ad donatorem. Bald.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Zenoni.

SI rerum tuarum proprietatem [dono] dedisti, *ita ut*[11] *post mortem ejus, qui accipit, ad te*[12] *redeat*[13], donatio valet: cum etiam ad tempus certum[14], vel incertum ea fieri potest, lege scilicet, quæ ei imposita est, conservanda. P. P. V. Id. Mart. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

Ex pacto celebrato inter donantem, & donatarium, acquiritur utilis actio sequenti secundo donatario, sine aliqua cessione. Bald.

III. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

QUoties donatio ita conficitur, *ut post*[15] *tempus id, quod donatum est, alii*[16] *restituatur*: veteris juris auctoritate rescriptum est, si is in quem liberalitatis compendium conferebatur[17], stipulatus non sit: placiti fide non impleta ei qui liberalitatis auctor fuit, vel heredibus ejus condictitiæ actionis persecutionem competere. Sed cum postea benigna[18] juris interpretatione divi principes ei, qui stipulatus non sit, utilem actionem juxta donatoris voluntatem competere admiserint: actio quæ sorori tuæ, si in rebus humanis ageret, competebat, tibi accommodabitur. P.P. XI. Kal. Octobr. ipsis IV. & III. Conss. 290.

Postea quam donatio est perfecta: forma substantialis ipsius potest mutari voluntate unius. Bald.

IV. Iidem AA. & CC. Idæ.

PErfecta donatio conditiones postea[19] non capit. Quare si pater tuus donatione facta quasdam post aliquantulum temporis feciſſe conditiones videatur, officere hoc nepotibus ejus fratris tui filiis minime posse non dubium est. Dat. Kal. Octob. Tiberiano, & Dione Conss. 291.

Donatio facta sub conditione emancipationis habet effectum quandocunque donatarius efficiatur sui juris. Salic.

V. Iidem AA. & CC. Dexippo.

SI quid mater filiæ suæ in potestate patris constitutæ sub hac conditione[20], si fuerit intra biennium emancipata[21], donaverit: licet hoc matris voluntate sui juris effecta non venerit, tamen prius marito defuncto, sui juris quocunque modo effecta, ad similitudinem[22] legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, vel vindicare potest. S. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. Conss.

TIT. LVI.

DE REVOCANDIS[23] DONATIONIBUS.

Ingratitudine *liberti revocatur donatio. Filii heredes donationem revocare non possunt.*

I. Imp. Philippus A. Cosmino.

ETsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus[24], quantolibet tempore ea, quæ sibi donata sunt, pleno jure ut dominus possederit, tamen si *ingratus*[25] sit, omnis donatio murata patronorum voluntate revocanda est. Quod observabitur, & circa ea, quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum & beneficio comparata sunt. Nam qui obsequiis suis liberalitatem patronorum provocaverunt, non sunt digni quo eam retineant, cum cœperint obsequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obsequium [eos] inclinare deberet, quam ad insolentiam erigere. †. Hoc tamen jus stabit inter ipsos tantum[26], qui liberalitatem dederint: Cæterum, neque filii eorum, neque successores ad hoc beneficium pertinebunt. Neque enim fas est ullo modo inquietari donationes [quas] is, qui donaverat, in diem vitæ suæ non retractavit. Dat. XV. Kal. Jul. Æmiliano, & Aquilino Conss. 250.

Pœnitentia non revocatur donatio hac l. & duabus sequent.

II. Imp. Probus A. Felici.

SI apud provinciæ Præsidem aviam filiæ tuæ quasi *pœnitentia* ductam subtracta instrumenta donationum igne exustiſſe[27] constiterit, vereri te non oportet, ne id quod jure vires acceperat, ex post facto posit in dubium revocari. P.P. III. Non. Maji, *Sirmii*, Probo A. & Paulino Conss. 279.

III. Impp. Carinus, & Numerianus AA. Januario, & Felicio.

POssessionem, quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex *pœnitentia*[28] sola alienare non potuit. PP. II. Id. Januar. Carino II. & Numeriano Conss. 284.

De donatione in fraudem facta.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Proculæ.

CUm[29] profiteatis in[30] fraudem te alterius donasse, professionem inhonestam continere intelligis. Itaque si donationem perfecisti, eam revocare[31] non potes ex memorata allegatione, sub obtentu *pœnitentiæ*, P. P. Kal. April. *Heraclia*, AA. Conss.

Rescripto *Principis donatio non revocatur.*

V. Iidem AA. & CC. Epagatho.

SI donationem rite fecisti, hanc auctoritate[32] *Rescripti* nostri rescindi non oportet. S. V. Kal. Maji, *Heraclie*, AA. Conss.

Absentiæ *mariti & liberorum præsentia, donatio non revocatur.*

VI. Iidem AA. & CC. Herenniæ.

VElles necne filio tuo prædia itemque mancipia donare, fuit in initio tibi liberum[33]. Define itaque postulare, ut donatio, quam perfeceras, revocetur præsentia[34] mariti & liberorum absentia: cum hujus firmitas ipsorum præsentia non indigeat. S. V. Kal. Octobr. *Viminacii*, CC. Conss.

Ingratitudine *revocatur donatio, Quæ mater, & quando revocare possit.*

VII. Impp. Constantinus & Constantius AA. ad Philippum.

HIs solis matribus, quæ non in secundi[35] matrimonii fœdus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, revocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa se esse ostenderint. Quicquid igitur is, qui à matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet, eo die, quo controversiæ qualecunque principium jussu judicantis datur, matri cogatur reddere. †. Cæterum ea, quæ adhuc matre pacifica jure perfecta sunt, & ante inchoatum exceptumque jurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæteraque causis legitime alienata: minime revocamus. Actionem vero matris ita personalem[36] esse volumus, ut vindicationis[37] tantum habeat effectum: nec in heredem detur, nec[38] tribuatur heredi. †. De cæteris autem, quæ portentosæ vilitatis abjectæque[39] pudicitiæ sunt, satis etiam tacite cautum putamus. Quis est enim, qui his[40] aliquid arbitretur tribuendum esse: cum[41] etiam illis, quæ juxta secundas tantum contrahuntur nuptias, nihil ex his privilegiis tribuum esse velimus? Dat. XII. Kal. Octob. Limenio & Catulino Conss. 349.

In Authent. de nupt. §. mater tamen. col. 4. tit. 1. Novell. 22. cap. 35.

Quod mater filio donat, ex ingratitudine non revocatur, postquam transiit ad secundas nuptias, nisi[42] *ex tribus causis. Prima, si vitæ ejus insidiatur. Item, si manus impias in eam intulerit. Tertia, si rationis substantia mobilisve est jactura.*

Liberorum *supervenientia revocatur donatio à patrono in libertum collata.*

VIII. Iidem AA. ad Orphitum P. P.

SI[43] unquam libertis[44] patronus[45] filios non[46] habens bona[47] omnia vel partem[48] aliquam facultatum fuerit donatione[49] largitus, & postea susceperit[50] liberos[51], totum quicquid largitus fuerat, revertatur[52] in ejusdem[53] donatoris arbitrio ac ditione[54] manuram[55]. Dat. V. Kal. April. Arbitione & Lolliano Conss. 355.

Ingra-

39 Mater abjectæ pudicitiæ non revocat donationem à filio ingrato, *ut hic*, nisi tribus casibus.

40 Id est, inhonestæ viventibus. 41 Est enim minus secundas contrahere nuptias, quam vivere inhoneste, *ut hic*. Imo secundæ nuptiæ honestæ. 42 Nota exceptiones legis 7. T. eod.

43 l. 3. C. Theod. eod. 3. Harm. 2. in prin. 47. Ecl. 2. 1. 8. vid. *Tiraquellum & Ripam ad hanc legem, Cujac. 20. observ. 5. Clar. 4. fenr. §. donatio. quæst. 22. & sequentib.* 44 Quid si uni ex liberis parens omnia donavit? huic constitutioni locus non est: sed legi 2. 5. T. *de inoffic. donat.* cum donato superiore casu, in solidum non revocetur, sed sui legitimæ. *Clarus d. loco, versf.* 2. Quid si ecclesiæ? idem dicendum, hinc illud Augustini, *c. nil.* 17. q. 4. *Quicunque vult ecclesiasticis filiis hereditem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum.* Quid si uxori, & ex ejus matrimonio pater liberos susceperit? Idem dicendum videtur etiamsi in donatione verisimilem suscipiendorum liberorum habuerit opinionem. 45 Sed & quivis alius præter patronum, quis is omnibus ratio hujus legis valet, posita in pietatis conjectura; quis nemo verisimiliter extraneo donat in perpetuum, qui de liberis suscipiendis cogitat. *l. 6. §. 1. T. de inoff. t. 101. in fin. ff. de cond. & demonſt.* Quod si valet in omnibus, idem jus in omnibus statuendum. vid. *Clar. d. loco.* 46 Quid si cum donaret, liberos habuit? non potest, prætextu aliorum, qui postea nati sunt, donationem revocare ullo modo. Quid ejus liberi? possunt, sive ante, sive post donationem nati: non tamen solidam, id est, ut inutilem, sed ut immodicam & inofficiosam pro modo legitimæ portionis. *l. 2. in fin. l. 5. T. de inoffic. donat. l. 87. §. 3. ff. de leg. 2.* dixi ad *Novell. 92.* 47 Donatio omnium bonorum etiam valida, ut omnia bona donando ea confestim præstare vel tradere teneatur? in genere non valet, *l. 15. T. de pactis.* Quid? donatis omnia bona nam is intelligitur, qui omnia mobilia & immobilia sua donavit? huic consentur: est enim tertium genus bonorum, quod neque mobile sit, neque immobile per se: ut sunt jura & actiones de quibus dopator in hac specie testari poterit. Idem esse existimatur, si quis omnia bona sua præsentia & futura ubicunque sita fuerint, donaverit. Nam jura & actiones hac donatione quoque videntur exisci, cum incorporalia sint, neque loco contineantur. Idem quoque si quis reservato, hoc est, excepto usufructu donaverit omnia sua bona: hujusmodi enim donatio improprie bonorum omnium est. Quid si quis Ecclesiæ omnia bona donaverit? in fraudem liberorum non valet donatio: ut paulo ante diximus. Quid? si uxori vel filio in potestate donaverit, & morte confirmata fuerit hujusmodi donatio? Vim & potestatem ultimæ voluntatis obtinet ea donatio: ut etiam Falcidiæ obnoxia sit. *l. in donationib. 12. T. ad l. Fal.* Quid? si non expresse omnia bona præsentia & futura, *sed summam seu quantitatem vires patrimonii excedentem donaverit?* fatemur ea donatio, propter spem jacturæ. *Socinus reg. 144.* 48 Habet itaque locum hæc constitutio non tantum donatis omnibus bonis, sed eorum parte aliqua. Aliqua inquam, etiam infra dimidiam: & in donatione particulari, magnæ tamen æstimationis. *Clarus ex communi opinione d. loco, quæst. 22. versf. 4.*

49 Inter vivos: multo facilius donationes causa mortis, *quæ pœnitentia* revocari potest, etiam non suscepto liberis. Quid dicendum in donatione remunerandi causa? *Cujac. d. loco post Paulum*, ne eam quidem excipit. Clarus ex communi opinione *d. loco quæst. 23. versf. quæro*, non admittit hujusmodi donationem in eo quod excedit justam æstimationem remunerandi. Alii hanc legem ad hujusmodi donationem in eo quod excedit justam æstimationem remunerandi. Alii hanc legem ad remunerationem pertinere non putant. vid. *Cujac. 17. observ. 33.* 50 Quid si legitimaverit? idem dicendum, nam legitimatus non differt à legitimo. *Novell. 89. c. 3.* nisi ante donationem à patre factam qui legitimatus est, natus fuit. vide communem opinionem apud *Clarum d. loco quæst. 23. versf. sed quæro. versfic. sed quid.* 51 Ex legitimo matrimonio scil. quid si naturales tantum suscipiat? puto faltem à donatario alendos, argumento eorum, quæ diximus ad *Novellas 89. c. 15.* 52 Ipse jure, ita ut nullius hominis ministerio sit opus. *Communis opinio apud Clarum d. loco quæst. 23. versf. præterea quæro.* Quid si suscepti post donationem liberi moriuntur? convalescit donatio, nisi donator tacite vel expresse donationem revocaverit. *communis opinio adhæsiva Bart.* apud *Clarum d. loco quæst. 23. versf. non.* 53 An & heredum? finge donatorem conditionem neglexisse? dabitur etiam ejus heredibus benigna interpretatione legis 3. *versf. sed cum T. de don. quæ sub modo*, ut contrarium opinionem à Claro defendi mirum sit. *d. loco quæst. 23. in fin.* Quid si pareus generaliter revocationi donationis renunciavit? renunciatio heredibus non nocebit. *Communis opinio apud Clarum d. loco quæst. 23. versf. 3. inferetur.* Quid si fciens prudens specialiter beneficio hujus constitutionis renunciavit? putant à majore viginti quinque annis renunciari posse, non à minore. *Clarus d. loc.* quod vix concedendum, magnus enim liberorum favor nobis semper esse debet, ut hujus constitutioni renunciari tacite non possit. Quid si parens specialiter juramento interposito renunciavit hujus legis privilegio? non impedior revocatio: vide doctores apud Mynsingerum 5. *observ. 63. 64.* quod Tiraquellus hac lege *num. 95. 96. 100.* non probat: nisi quatuor casibus. adde *Zoannetum 47. rerum quotidianarum num. 5.* Probo Mynsingeri opinionem: eo magis quod juramentum hujusmodi naturæ legem impugnet. vid. *l. 7. ff. de bon. damnat.* idemque bonis moribus contrarium. *arg. l. 6. T. de pactis*, & illicitum esse debeat. *l. 9. §. 5. ff. de jurejurando.* Possimus & hoc argumento uti: si eiusmodi jusjurandum in fraudem creditorum non valet, *l. 9. §. 5. d. tit.* in liberorum fraudem non valere merito dicendum videtur, quibus bona parentum lege naturæ debentur. Quid? superscribes casibus, num in solidum ab heredibus revocatur donatio? non in solidum, sed pro modo Falcidiæ, sive ex testamento sive ab intestato. vid. *Cujac. d. loco.* 54 Conditione, *l. 5. C. Theod. eodem.* 55 Cur ita? de liberis non cogitat, qui ita donat. donans eo modo, non præsumitur de liberis cogitasse. vid. *Mynsing. 5. observ. 64.* Nemo successores extraneos suis anteponere intelligitur. *l. 6. §. 1. T. de inoff. l. 101. in fin. ff. de cond. & demonſt.*

1 *l. 6. C. Rom.*

2 *Emancipationis tempore celebratam patet, Gr. ad l. 4.*

3 Donationes in emancipatos liberos collatæ nisi legitimis de causis revocantur. *l. ult. vers. in hac. T. eodem.*

4 Adde quæ scripsimus ex *l. 6. quæ tamen tantum in cognitione disceptari oportebit, & nostro (aliis legunt nostra) admitti judicio, cum hæc inter patres (legunt partes) competentes ultimum fuerit cognitori: aliter judicare non audeo paucis querelis.*

5 Quinque ex causis donatio revocari potest, *ut hic*: adde *§. 2. vers. si tendum, Inst. de donat. 4. Eccl. 2. c. 10. & 3. Harm. 2. in fin.*

6 Ingratitudinis causa donatio revocari potest, *ut hic*. Quid si remuneratoria donatio fuit? etiam ob ingratitudinem revocari non potest. *l. si pater* 34. *§. 1. in verbo, Irrevocabile. ff. de donationibus.*

7 Prima causa Græci ita legunt, *ἐὰν ἀγνωμονῇ ὁ δεξάμενος καὶ ἐπιβουλεύσῃ τῷ δεδωκότι ἢ τοῖς τούτου παισὶν ἢ τοῖς τούτου γονεῦσιν. Harm. d. loco.* 8 Secunda causa, *ἢ ἐὰν λοιδορήσῃ. Harm. d. loco.* 9 Tertia causa. Græci ita legunt. *ἢ ἐὰν μαγεύσῃ. Eccl. d. loco.* Propius vero accedit huic loco Harmenopulus hoc modo *ἢ ἐὰν μαγεύσῃ ἢ φαρμακὸν ἢ εἶδος ἐπιτηδείου.* 10 Quarta causa, *ἢ ἐὰν* (Harmenopulus legit *ἐπὶ τὸν δεδωκότα ἐπιβουλεύσῃ*). *Eccl. d. loco.* 11 Quinta causa. 12 *l. 9. in fin. T. eod.* 13 *Frugalitatem. Hal.* 14 *Eccl. d. loco in fin.* donatoris, scil. Idcoque donatio à patre non revocatur propter ingratitudinem ejus filiæ. 15 Actio revocatoria ob ingratitudinem non datur heredi, *ut hic*, vel in heredem. *in fin. J. eod.* adde *l. 1. l. 7. T. eod.* 16 De hæredibus ingrati hinc colligunt, Pœnam non declaratam adversus auctorem contra ejus heredem non posse declarari. vid. *Gabrielem 7. concl. 35.*

TIT. LVII.

DE DONATIONIBUS CAUSA MORTIS.[17]

In donatione causa mortis potest per fideicommissum substitui.

1. Imp. Alexander A. Daphnæ.

Si donatione contineatur, *Ut altero defuncto, ad*[18] *alterum portio eorum, quæ donabantur, pertineret*: existente conditione, si mortis causa donatio perficiebatur, fideicommissi actio competit. P. P. iv. Kalend. Octob. Maximo ii. & Ælliano Conss. 224.

11. Imp. Gordianus A. Zoilo.

Intestata mortua quondam nutu tua, neptis tua, quæ ex ea filioque tuo quæsita est, quandoque potest ad ejus venire successionem: nec tamen ea post mortem filii tui, ex quo quæsierat filiam, alii nuptui se collocando dotem dans prohibeatur quam velit conditionem eidem doti dicere. Sed si mortis causa donationem in fratrem suum conferens, in causam mortis suæ eam [dotem] eundem fratrem suum stipulari passa est, cum divi Severi constitutione etiam in mortis causa donationibus, si de extero patrimonio quantum Falcidia[19] jubet, heres non habet, provisum sit, is: qui nutui tuæ heres extiterit, ejus constitutionis beneficium non prohibetur postulare. P.P. x. Kalend. Febr. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

111. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Heredi.

Nec fratris[20] sui mortis causa recte factam donationem soroti rescindere[21] licet. S. iii. Kalend. Januar. *Sirmii*, AA. Conss.

IV. Imp. Justinianus A. Juliano P. P.

Cum de mortis causa donatione dubitabatur; & alii quidem inter ultimas voluntates eam posuerunt, & legatis[22] aggregandam esse censuerunt, alii autem inter donationes, quæ inter vivos confiftunt, eam posuerunt: dubitate eorum explosa, sancimus[23] omnes mortis causa donationes, sive juxta mortem facientis fuerint celebratæ, sive longiore cogitatione mortis subsecutæ sunt, actis minime[24] indigere: neque expectare publicarum personarum præsentiam, & ea, quæ super hujusmodi monumentis solent adhiberi: sed ita res procedat, ut si quinque[25] testibus præsentibus vel in scriptis, vel sine literarum suppositione aliquis voluerit mortis[26] causa donationem facere: & sine monumentorum accessione res gesta maneat firmitate valata, & nullam in ea calumniam accipiat: neque propter hoc, quod gesta non accesserunt, inefficax esse atque inutilis videatur: & omnes[27] effectus sortiatur, quos ultimæ habent liberalitates: neque ex quacunque parte abintestato [eis] intelligatur. Dat. Kalend. Septemb. *Constantinop.* Lampadio, & Orestis VV. CC. Conss. 530.

17 Dixi ad xxxix. D. vi. & *§. 1. Inst. de donationib. Novell. 87. & 47. Basil. 3. & 3. Harmenop. 1. & Paul. 3. sent. 8. Cler. 4. sent. §. de mortis causa. ff. 4. 6. 7. Gryff. lib. sent. §. donatio mortis causa.* Donatio causa mortis donatio veluti fiduciaria.

18 In donatione causa mortis potest per fideicommissum substitui. Fideicommissum relinqui potest instrumento donationis. vid. *Cujac. in 20. observ. 1. die melius*, etiam per fideicommissum revocari donationem causa mortis.

19 Ut in legatis, & fideicommissis: ita & in donatione causa mortis. Falcidia locum habet. adde *Cujac. 20. observ. 6.* adde *l. 6. l. pen. T. ad l. Falc. l. 66. in fin. l. 93. ff. ad leg. Falc. l. 1. §. 5. ff. quod legatur.* An & in mortis causa capiones? vid. *Ripertum ad l. 1. ff. quod legat. fol. 71. num. 113.*

20 Nec dicas eum interpretibus communiter, id innui, Etiam ex causa alienæ mortis, mortis causa donari posse. ut *l. 11. 18. ff. eod.* die potius cum *Cujacio 20. obs. 6.* Donationem mortis causa in extraneum collatam & cognatis donatoris revocari non posse. Idem de donatione inter vivos etiam constituitur. *l. 29. T. de donationibus.*

21 Jure legitimæ vel inofficioli querelæ. 22 *l. 15. 37. ff. eodem. §. 1. vers. hæ mortis. Inst. de donat. l. 2. ff. de Publiciana: Novell. 87.* adde quæ scripsi ad *l. 1. & 15. in fin. ff. eod.* vide ad hunc locum *Cujac. 10. obs. 28.* ubi probat donationes causa mortis ad exemplum legatorum capi. 23 Hæc est quinquagesima, & ultima decisio Justiniani, ut videre est apud Inglois. Anr. 24 Donatio causa mortis, cujuscunque sit summæ & quantitatis, insinuatione non eget: olim indigebat. *l. 25. in fin. T. de donationib.* non ita in simplici inter vivos donatione summam quingentorum aureorum excedente. *l. ult. §. 3. T. de donat.*

25 Domitius testatis causa quinque testibus præsentibus perfici debet, tanquam ultima voluntas. Donatio inter vivos (quibus casibus revocetur, dicet infra ordine) scripto constanta est a donatore subscripto, nec ullius testis exigit, *l. 31. T. de donat.* Igitur ex donatione aliorum testamento, iisdem nec ex mortis causa donatione. *l. 35. ff. de mort. caus. donat.* multo hic titulus superiori cohæret.

TIT. LVIII.

DE[28] INFIRMANDIS POENIS COELIBATUS[29], ORBITATIS[30] ET [DE] DECIMARIIS[31] SUBLATIS[32].

1. Imppp. Constantinus, Constantius, & Constans AAA. ad populum.

Ut jure veteri *cælibes*[33] habebantur, imminentibus legum[34] terroribus liberentur: atque ita vivant, ac si numero maritorum matrimonii fœdere fulcirentur. Sitque omnibus æqua conditio capessendi quod quisque meretur.

†. Nec vero quisquam *orbus*[35] habeatur, & proposita huic nomini damna non nocent. †. Quam rem & circa fœminas existimamus, earumque cervicibus imposita juris imperia, velut quædam juga, solvimus promiscue omnibus. Dat. Kalend. April. *Romæ*, Constantio ii. & Constante AA. Conss. 339.

11. Impp. Honor. & Theod. AA. Isidoro P. U.

Inter virum & uxorem[36] rationem cessare ex lege Papia *decimarum*[37]: & quamvis[38] non interveniant liberi, ex suis quoque eos solidum capere testamentis (nisi forte Lex alia imminuerit derelicta) decernimus. Tantum igitur posthac maritus vel uxor sibi invicem derelinquant, quantum superstitis amor exegerit. Dat. P. P. Non. Sept. Varana 19 Cons. 410.

28 *l. 1. in prin. T. eodem.*

29 Cælebs lege Julia & Papia ex aliorum testamentis quidquam capere non poterat, nisi post mortem testatoris intra centesimum diem matrimonium contraheret, præterquam ex tertia parte cognati ad sextum usque gradum, hinc illi ex institutis in tempus capiendæ hereditatis. *l. 86. ff. de hered. inst. l. ult. C. de cadue. toll.* dixi ad *Upian. tit. 13. & Gothofred. ad l. 1. C. Theod. de infirm. pœn.*

30 *l. 1. vers. ne vero quisquam orbi. J. eod.* Orbi fuerit feminæ relicti usufructus matrimonio mortuo.

31 Virum & uxorem intelligo qui inter se matrimonii nomine decimam capere possunt jure veteri certis de causis. *l. 2. J. eod.* dixi ad *Ulp. tit. 15. de decimis. §. 1. l. 18. ff. de aur.* interdum solidum. *Ulp. 16. §. 1.* interdum nihil. *Ulp. 18. §. 1. 2.*

32 Hodie cælebs, orbi, vir & uxor inter se solidi capiendi sunt capaces.

33 De cælibe.

34 Legem Juliam & Papiam intelligit. vid. *l. 11. ff. de custodi.* 35 De orbo. 36 Ille vico & uxore seu decimariis. 37 Decimam vir & uxor inter se matrimonii nomine seu ob honorem matrimonii capiebant. *Ulp. de decimis. 15. §. 1. l. 18. ff. de aur.* nisi ipsi legato adiicere sit mens fideicommissi. *l. 6. ff. de custodi. l. 41. ff. de leg. 2. l. 18. ff. de leg. 3.* Quod si ex alio matrimonio liberos superstites habebant, præter decimam illam quam matrimonii nomine capiebant, totidem decimas pro numero liberorum accipiebant. Ad hæc communis filius; filiave post nonum diem (Nominalia, seu Nominalium dies is erat, qui & Lustricus, quo infantes lustrabant, & eis imponebant nomina, *Tertull. lib. de Idololatria: Macrob. 1. Saturn. 16. Festus in voce Lustrici diei*) unam decimam adjiciebat: duo autem post nonum diem amissi duas decimas adjiciebant. Præter decimas etiam usumfructum tertiæ partis bonorum ejus capere poterant: & quotcunque vel quandoque liberos habuissent, ejusdem partis proprietatem. *Ulp. d. loco.* adde *l. 25. ff. de cond. & demonst. & quæ scripsi ad l. 4. T. quando dies legati.* Hoc amplius mulier petere præter decimam dotem poterat legatam sibi. Goth. Vid. Cujac. *lib. 10. obs. 17. 18. S. L.* 38 Olim solidum tantum capiebant, si unum filium superstitem habuissent, vel si eum puberem amisissent. vid. *Ulpian. 16. §. 1. adde tit. prox. J.* 39 Vid. *J. num. 44.*

TIT. LIX.

DE[40] JURE[41] LIBERORUM[42].

1. Imp. Honor. & Theod. AA. Isidoro P.U.

Nemo posthac à nobis jus[43] liberorum petat: quod simul hac lege omnibus concedimus. Dat. P.P. Non. Septemb. Varana[44] Cons. 410.

Mater succedit filio per Tertullianum. Bald.

11. Imp. Justinianus A. Menæ P. P.

Illam injuriam, quæ contra matrem defuncti, vel defunctæ præteritis fiebat temporibus, pro justitiæ ratione amputavimus, & legitima jura, quæ ex Tertulliano Senatusconsulto[45] ei præstantur, omnimodo eam habere sancimus: licet tres[46] liberos ingenua, vel libertina quatuor minime peperit. Dat. Kalend. Jun. Constant. ipso A. ii. Cons. 528.

40 Vir & uxor jure veteri decimas inter se tantum interdum capiebant. *Ulp. tit. prox. interdum solidum, interdum nihil. Ulp. tit. de filiis & sæpissime inter virum & uxor. tit.* Solidum capiebant, si alterum eorum nondum ejus ætatis erat, quæ liberos exigebat (hoc est, si vir minor viginti quinque annis, uxor viginti quinque annorum minor) vel si utrique lege Papia finitos in matrimonio annos excessisset (hoc est, si vir sexaginta, uxor quinquaginta.) Item si cognati inter se collisset usque ad sextum gradum. Item si vir abesset & donec abesset, & intra annum postquam abesse desisset liberi inter virum & uxorem erat testamenti factio. Præterea, solidum capiebant, si jus liberorum à principe impetrassent: aut si filium filiamve communem habeant: quamvis decim annis filium vel duodecim filiam amisissent: vel si duos trimos, vel tres post nonum diem amisissent, ut intra annum tamen & sex menses. Etiam usque ætatis impubes amissis solidi capiendi jus præstabat. Item si post mortem intra decem menses uxor ex eo perperisset. *Ulp. d. tit.* 41 Jus liberorum, erat conjugum sine liberis invicem loco pignorum hereditatis alternæ conscriptio. *Spartian. in Adrian. l. 9. C. Th. de inoffic. testam. hic quæ sub tit. Novella Valentiniani de testamentis.* 42 Vir & uxor olim poterant inter se solidum capere, si jus utrique quot sufficiebant obtinendæ capacitati affis, a principe impetrassent. *Ulp. tit. 16. §. 1. vers. si jus liberorum.* Proderat etiam matri impetratio, ut filiis ab intestato succederet. vid. *l. 2. J. ad Hadrianum* jus liberorum etiam non petentibus concessum. *l. 2. J. eod.* 43 Jus liberorum hodie omnibus concessum. 44 Al. *Varari*, al. *Phrami*. al. quod verisimilius *Varrone & Plinio Cass. in Rufford. S. L.* 45 Matrus succedunt liberis ex SC. Tertulliano. Olim non patiebantur, nisi tres liberos ingenua peperisset, vel libertina quatuor. *J. eod.* nisi jus liberorum à principe impetrasset. Hodie jus liberorum matribus hac lege datur. *Nov. 78. c. 4.* vid. *Paul. 4. sent. 9. §. ult. l. 7. C. Theod. de legitim. hered. l. 8. C. Theod. de bonor. poss. l. 9. C. Theod. de inofficios. hic quæ sub tit. Novella Valentiniani de testamentis.* 46 *Paul. d. loco §. 4. Inst. de SC. Tertull.*

D. JUSTI-

D. IUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
EX REPETITA PRÆLECTIONE,
LIBER NONUS.

TITULUS PRIMUS.
DE HIS, QUI ACCUSARE NON POSSUNT.

De mutuis accusationibus.

1. Impp. Severus & Antoninus AA. Sylvano.

PRIUS est, ut criminibus, quæ tibi ut graviora [2] ab adversario tuo objiciuntur, cædis, atque vulnerum respondeas: & tunc ex eventu causæ Judex æstimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tametsi prior [3] inscriptionem [4] deposuisti. P. P. v. Id. Martii, Tertullo, & Clemente Conss. 196.

De tutore, & curatore.

11. Imp. Antoninus A. Ingenuo.

SI cautiones quibus Secundinus *solutam Eugenia pecuniam* probare se dicit, tutores [5], vel curatores tui suspectas, ut falsas habent: proptio [6] nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falsi subscribere. Nec enim facile, vel tutores, vel curatores, qui ex officio periculo [suo] res pupillorum, vel adolescentium administrant, sententia notantur, nisi evidens eorum calumnia [7] judicanti apparebit. P.P. xii. Kalend. Octobr. Antonino A. & Geta Conss. 206.

De ratione accusationis instituenda.

111. Imp. Alex. A. Rufo.

QUi crimen publicum instituere properant, non aliter ad hoc admittantur, nisi prius [8] inscriptionum pagina [9] præcesserit, & fidejussor [10] de exercenda lite adhibitus fuerit. Sin veto post satisdationem præsentes non fuerint, [edicto] admonendi sunt, ut [11] veniant ad causam agendam: & si non adfuerint, non solum extra [12] ordinem æstimatione Judicis puniendi sunt, sed etiam sumptus [13] quos in eam rem, & circa ipsum iter [14] ad litem vocati fecerunt, dependere cogentur. P. P. iii. Non. Februar. Alexandro A. Cons. 223.

De fœminis.

iv. Idem A. Dionysio.

VXor [15] tua, si consobrini sui necem vindicandam existimat, adeat Præsidem provinciæ. P. P. xvi. Kal. Jul. Alexandro A. Cons. 223.

Accusatio falsi existentibus tutoribus vel curatoribus non pertinet ad matrem. Bald.

v. Idem A. Marcellinæ.

SEnatusconsulto permissum non est mulieri legis Corneliæ crimine reum facere, nisi res ad eam [16] pertineat. Cum igitur filii tui tutores [17] vel curatores habeant: ipsi deliberare debent, an instrumenta ex quibus adversarium filiorum tuorum obtinuisse dicis, falsa esse accusare debeant. P. P. Kal. Octobr. Alexandro A. Cons. 223.

De accusatione relicta.

vi. Idem A. Probo.

ACcusationem à qua discedere [18] te professus es, repetere non debes. P. P. v. Non. Maji, Juliano ii. & Crispino Conss. 225.

De mora accusatoris.

vii. Idem A. Felici.

SI ea quæ crimen intendit, cognitionem moratur: cetra [19] perferendæ accusationis tempora Judex competens præstet: intra quæ si agere supersederit, renunciasse [20] causæ intelligitur. P. P. xv. Kal. Septembr. Agricola & Clemente Conss. 231.

De militibus.

viii. Imp. Gordianus A. Cajo militi.

NOn prohibentur milites [21] accusationem quæ publici judicii instar obtineat, intendere, si [22] suam suorumque injuriam exequantur. Ideoque consobrini tui necem defendere tibi permittimus. P. P. xvii. Kalend. August. Pio & Pontiano Conss. 239.

De fœminis.

ix. Idem A. Severæ.

NOn ignorat competens Judex, eam [23], quæ ultionem, & mortem filii persequi allegat, non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit. P. P. vi. Non. Mart. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

De militibus.

x. Idem A. Mucatzulo [24] militi [25].

SI crimen ad tuam tuorumque injuriam pertinens exequaris, solemnibus te inscriptionibus adstringe, ut Præsidem provinciæ habere judicem possis. P. P. Kalend. Aug. Gordian. A. & Aviola Conss. 240.

De incendio.

xi. Impp. Philippus A. & Philippus C. Saturnino, & aliis.

DAta [26] opera partis adversæ res vestras incendio [27] exarsas esse asseverantes, crimen legis Corneliæ de sicariis exequi potestis. P. P. xiiii. Kalend. Jul. Peregrino & Æmiliano Conss. 245.

De fœminis.

xii. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Corinthiæ.

DE [28] crimine quod publicorum fuerit judiciorum, mulieri [29] accusare non permittitur: nisi certis ex causis, id est, si suam suorumque persequatur injuriam secundum antiqui juris statuta tantum de quibus specialiter ei concessum est, non [30] exacta subscriptione. Unde aditus Præses provinciæ in primis examinabit, an tale sit crimen cujus accusationem mulier subire non prohibeatur. S. v. Kal. Maji, AA. Conss.

De fratribus.

xiii. Iidem AA. & CC. ad Asclepium.

SI magnum & capitale crimen ac non leve frater [31] contra fratrem suum instituit, non solum audiendus non est, sed etiam exilii pœna plectendus est. Dat. x. Kal. Febr. CC. Conss.

De matre filium accusante.

xiv. Iidem AA. & CC. Æliæ.

PRopter insidias quas tuæ vitæ paratas contendis, accusationem apud Præsidem provinciæ contra filium [32] tuum, si pietas & ratio naturalis animi tui non revocat, intentionem constituere potes. S. xvi. Kal. Mart. CC. Conss.

De existimatione & de periculo calumniæ.

xv. Iidem AA. & CC. Lupioni.

CRiminis accusationem instituere cum [33] periculo [34] calumniæ, si tibi existimatio [35] integra est, minime prohiberis. S. iii. Kal. Mart. CC. Conss.

De pluribus accusatoribus.

xvi. Iidem AA. & CC. Callutico.

CUm rationibus juris congruit desiderium tuum, postulantis accusationem tertiam [36] ei, qui duos reos delatos habet, non permitti contra legis præscripta [37], nisi suas suorumque injurias quis persequatur. S. xii. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. Conss.

De eo, qui in rei domo educatus est.

xvii. Pars sententiæ eorundem AA. & CC. Dat. v. Id. Jan. Diocletiano & Maximiano AA. Conss.

INiquum & longe à seculi nostri beatitudine esse credimus, ut Thaumasius accusandi ejus habeat facultatem, in [38] cujus domo [39] eum (licet ingenuum) à prima ætate tamen fuisse constabat. Quare ex nomine Thaumasii merito super conflictu criminis cum Symmacho conquiescat. †. Si quam sane civilem [40] petitionem idem Thaumasius sibi competere confidit: judicio Præfidali poterit experiri.

De fratre & sorore.

xviii. Iidem AA. & CC. Juliano.

SI sororem [41] [tuam] leviorum commissorum ream facis, accusationem non prohiberis exercere in judicio Præsidali: quo temeratæ commissa, congrua ultione plectantur. Dat. iii. Kal. Mart. Diocletiano ix. & Maximiano viii. AA. Conss. 304.

Si accusatum accuset.

xix. Imppp. Valentin. Valens & Gratianus AAA. Laodiceo [42] Præfecto Sardiniæ.

NEganda [43] est accusatis [44], [qui non suas suorumque [45] injurias exequuntur, licentia criminandi in pari vel minori crimine,] priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum juris conditorum: [ita tamen,] ut & ipsi inscriptiones [46] contra eos etiam pendente accusatione deponere possint. Dat. Prid. Idib. August. *Carnunti*, Gratiano A. iii. & Equitio V. C. Conss. 374.

De familiaribus & servis.

xx. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P. P.

SI quis [47] ex [48] familiaribus [49] vel ex servis cujuslibet domus cujuscumque criminis delator atque accusator emerserit, ejus existimationem, caput, atque fortunas periturus, cujus familiaritati vel dominio inhæserit: ante exhibitionem testium, atque examinationem judicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, ultore [50] gladio feriatur. Vocem enim funestam amputari oportet potius, quam audiri. Majestatis [51] autem crimen [tantum] excipimus [52]. Dat. vi. Id. Novembr. *Constantinop.* Cæsario & Attico Conss. 397.

---

1 Vid. *Clar. l. 5. fin. §. ult. q. 24.*

2 Accusatori suo reus majus crimen possit obicere, ut pote, par aut minus non possit. vid. *l. 19. ff. ad l. 5. ff. de public. jud.* Gratian igitur criminaliter, quod relatum est, oportet prius expelli. *Synopf. Basil. 60. tit. 1. c. 34. & 4. Harm. 2. §. 11. de Accusatoribus vel Clar. 5. 2. obs. 7.*

3 In minori tamen crimine.

4 Vid. *l. 3. ff. vel l. 17. ff. de accusat.*

5 Tunc pupilli, extra adolescentiam existentes accusare non potest: proprio tamen nomine subscribit. *l. 5. verſic. cum igitur. ff. vel l. 12. ff. de his quæ ut indign.* adde *l. 18. §. 6. ff. de jure fisci.*

6 Pupilli nomine. Citatus apud Paul. *5. sent. tit. 5. §. 4.*

7 *l. 15. §. 2. ff. de Senat. l. 12. ff. de his quæ ut indig.*

8 Accusare non potest qui libellum inscriptionis non edidit, ut hic, & *l. 10. ff. vel l. 16. l. 17. ff. de accusat. l. 7. ff. de accusat.* ubi irrelevante libellum inscriptionis hodie negotium esse monet *Clarus 5. sent. §. ult. q. 18. in prior.*

9 Confuetudine Italiæ libellus accusationis non datur, sed simplex accusatio fieri quotidie. *Clar. d. loc. verſ. poſtea.*

10 *l. 7. §. 1. ff. de accusat. Clarus d. loc. verſ. ad ultimo.* negat conſuetudinem hanc ſatisdationem exigi & nihilominus tamen accuſatorem cogi de calumnia jurare. *Idem ibid. verſ. de ritu. Bart.*

11 Citatio gratialis in ad cauſam ſciſſum, vid. *Myns. 4. obſerv. 32.*

12 *l. 2. in fin. ff. ad Turpillian.*

13 Similiter eorum de ſumptibus petendis obſervari, *Clarus negat d. loc. verſ. tenuar autem.*

14 *l. 79. ff. de judic.*

15 Vide *l. 5. ff. ad.*

16 *l. 14. ff. ad* ſi non etiam pertinet, liberorum cauſa, ut hic & *l. 9. ff. ad l. 1. ff. de accuſ. conſobrino, l. 2. ff. ad* patronum, *d. l. 2.* patris, patruum, *d. l.* mariti, *Clar. 5. ſent. §. ult. q. 14. verſ. Præterea.* eorum denique in quem ex lege publicorum judiciorum inſtituendorum poteſtas datur, vide *l. 1. ff. de accuſat.* de quibus vide *l. 4. §. 3. ff. de reſtitut.* Goth. Hanc legem emendata eſt *cap. 3. conſ. 13. 14. Ann.* Regis & Fratrum. *l. 2. §. 10. ff. de quæſtionibus.* alias mulier non accuſat. *l. 12. ff. ad l. 8. ff. de accuſ.* nunquam populari actionem utitur. *l. 6. ff. de pœnal. act.* 17 Vid. *l. 2. ff. eod.* 18 Deſiſtens ab accuſatione expreſſe, aut tac. *l. 3. in fin. l. 4. ff. ad Turpill. l. 2. ff. ad Turpill.* vel tacite, *ut l. 7. ff. eod.* non accuſat.

19 Dixi ad *l. 5. ff. de inq. mam. l. ult. ff. ut inter. ſen. temp. l. 18. ff. de accuſat.* 20 Accuſationes etiam tacite renuntiantur. dixi ad *l. 6. ff. eod.* 21 *l. 3. ff. de accuſationibus.* 22 *l. 18. ff. eod.* Inde pupillo admittuntur ex uſu. *Clar. 5. ſent. §. ult. q. 14. verſ. quæro.* 23 Dixi ad *l. 4. eod.*

24 Baſterus *mihi*, Hal. 25 Dixi ad *l. 8. ff. eod.* 26 Incendium dolo, lata culpa, levi, leviſſima vel fortuito admiſtum, quomodo puniatur, vide apud Angelum *tract. de maleficiis. §. Incendium.*

27 Incendiarius reatur lege Corneliæ de ſicariis. *l. 1. ff. de ſicar.* Cæterum non ita ſimpliciter hunc titulo reſpondet hæc conſtitutio.

28 Mulier accuſare de crimine niſi ſua in cauſa non potuit. *Syn. Baſil. 6. tit. 36. ex lib. 60. tit. 41. cap. 24.* niſi ob eadem parentum, liberorum, patroni, patronæve & eorum filii, filiæve, nepotis, neptifve, & cæterorum in quos invita teſtimonium dicit: licet & ei lege Cornelia teſtamentaria agere (vel de falſo) item & de teſtamentis paternorum, vel maternorum liberorum. *1. Harm. 2. §. 40. Goth.* Hæc lex tranſlata eſt in *cap. 2. quæſt. 3. cauſa 15. Ann.*

29 *l. 3. C. Theod. de accuſ.* dixi ad *l. 3. T. eod.*

30 Subſcriptio an exigatur hodie, dixi ad *l. 3. T. eod.*

31 Vxnec fratrem, ut hic, vel ſororem. *l. 18. T. eod. l. 1. §. 10. ff. de quæſtionibus.* de crimine capitali non accuſat, accuſans punitur, *ut hic. 1. Harmen. 2. §. 48. Goth.* Secus Jure Canonico. *v. Sixterus. 3. quæſt. de Præſumpt. Ann.*

32 Mater filium ſibi inſidiantem accuſare poteſt. adde *l. 3. T. de patria poteſtate.* & ſic publicam accuſationem inſtituere. *1. Harm. 2. §. 42.* Filius ex contrario de facto matris queri poteſt. *l. 11. §. 1. ff. accuſ.*

33 Falſus accuſator, calumniator.

34 Periculum hic vocatur accuſatoris inſcriptio in crimen, quod ex ea accuſator periclietur, ne reus fiat: ſicut ex ſententia judex periclitatur, ne iniqua ſuam faciat, & ne teneatur, *Quod quiſque juris*: & in utique quicunque condemnationem patitur & omnes ſcripturæ noſtræ maxime in judiciis ſimiliter pericula diei poſſunt, non etiam verba quæcunque. *Cujac. ad tit. T. de ſententiis ex periculo recitandis.*

35 Infamis accuſare non poteſt. *l. 4. l. 8. ff. de accuſ.* adde *l. 1. T. de advoc. Diverſ. judic. Synopſ. 60. tit. 1. c. 16.* niſi ſuam ſimulque injuriam exequatur. *l. 11. ff. de accuſ.* & in læſæ majeſtatis crimine. *l. 7. ff. ad l. De leg. Jul. majeſt.*

---

36 Duos qui reos delatos habet, tertium deferre & accuſare non poteſt, niſi ſuam injuriam perſequatur. De tribus reis nemo quæri poteſt, niſi ſuarum injuriarum cauſa. *l. 8. in fin. l. 12. §. 2. ff. de accuſ. l. 6. in fin. ff. de adulter.* adde *Cujac. 6. obſerv. 12.* 37 Quidam legunt *præcepta.*

38 Domeſticus, *ἐδέσποτος ἐν ᾧ ὁ τοῦτο, &c.* Qui degit in alicujus domo, non poteſt eum accuſare: ſed ſi quid peculiarium ſit, recte de eo agit. *Synopſ. Baſil. 60. tit. 1. ex tit. 34. c. 17. Harmen. 2. §. 49.* unde à quibuſdam hic locus refertur ad inquilinos & domeſticos. 39 Alumnus educationem accuſare non poteſt. his adde quæ de alumno alias dixi *l. 1. T. qua res pignor.* facit *lex 20. T. eodem.* niſi forte ſua, ſuorumque injuriarum cauſa. *arg. l. 11. ff. de accuſ.* 40 Civilis petitio & quæ pecuniaria Græcis, Harmenopulo & anthori Synopſeos. facit *d. l. 11. §. 1.* 41 Sororeni leviora admiſi reum facere licet. *1. Harmenop. 2. §. 50.* dixi *d. l. 13. T. eod.* 42 Laodiceo præſidi Sardiniæ. *C. Theod.* 43 Accuſatorem ſuum accuſare non poteſt is cujus nomen inter reos recenſetur, niſi prius ſe crimine purgaverit in ſe collato. *Synopſ. 60. tit. 1. ex tit. 34. c. 17.* adde *l. in qui 4. ff. de accuſ. cap. ſequenda. 3. quæſt. 11.* (Hujus ſententiæ decem exceptiones adfert Marianus Socinus *in c. ex literis de cauſis petitionibus*) poſſit tamen etiam pendente cauſa in eos, qui accuſant ipſum, inſcriptiones deponere, *ut hic. Synopſ. ibid.* 44 *l. 12. C. Theod. de accuſ.* dixi ad *l. 1. T. eod.* 45 Paria ſunt pœna, ſuorum, & ſuas injurias defendere.

46 Vide quæ dixi ad *l. 3. T. eod.* 47 *l. 3. C. Theod. ut prater crimen majeſtatis ſervum dominum, vel parentem liberos, ſive familiarie accuſet. 3. quæſt. 12. a. ſi quis, l. 6. ult. T. de delat. Synopſis d. tit. 34. c. 18. & 6. Harm. 12.*

48 Olympiæ: cui adjungitur apud authorem Synopſeos, *ibid.* ſervus, ancilla, ſilius. 49 De familiaribus & ſervis, *l. 6. §. 3. T. de hæ, aut ad ecclejiam.* 50 Ἐξίρῃ τὴν κεφαλὴν, ferro puniatur. *Synopſ. ibid.* 51 Adde *l. 7. T. ad leg. Jul. majeſt.* 52 Quod ne quidem excepit Tacitus, auctore Vopisco, nec Trajanus, auctore Plinio.

De libertis.

XXI. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus, & Trib. pleb. Senatui S. D.

SI liberti [1], accusatores manumissorum heredumve esse præsumpserint [2]: eodem, quo servi supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. Dat. VII. Id. Aug. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARCIANO Conss. 423.

1 *Hyms. d. c. 18. in fin. l. 4. C. Theod. tit. Ne prætor. l. 8. ff. de accusf. adde l. 10. ff. eod.*

2 Certis tamen casibus possunt. *l. 28. §. 9. ff. de ædil. Edict. D. 21.*

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS [1], ET INSCRIPTIONIBUS [2].

De termino effossi.

I. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

EOS, qui terminos [3] effoderunt, extraordinaria [4] animadversione coërceri debere, Præses provinciæ non ignorabit. P. P. III. Kal. Aug. ALEXANDRO A. Conss. 223.

De servo accusato.

II. Idem A. Syro.

SI cuidam crimini obnoxius servus [5] postulatur, dominus eum defendere potest, & in judicio sistere, accusatoris intentionibus responsurum. Post probationem autem criminis, non [6] ipse dominus; sed servus pro suo delicto condemnationem sustineat. Ideo enim servum suum domino defendere permissum est, ut pro eo possit competentes allegationes offerre. P. P. XI. Kal. Decembr. ALEXAND. A. Cons. 223.

De absentibus.

III. Idem A. Stephanidi.

REOS capitalium criminum absentes [9], etiam per [10] procuratorem defendi, leges publicorum judiciorum permittunt [11]. P. P. IV. Non. Novembr. MAXIMO II. & ÆLIANO Conss. 224.

Non tenet sententia absolutoria lata pro præsente contra absentem non citatum legitime. Bald.

IV. Imp. GORDIANUS A. Archelao.

SI accusatoribus [12] absentibus [13], & non [14] per contumaciam [15] adesse judicio cessantibus, ex una [16] postulatione adita Præses provinciæ non causa cognita sententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detuliti, liberandum existimavit: criminatione etiam nunc perseverante, quæ contumacia, vel cessatione accusatorum non interveniente auferri non potuit: causa intentati criminis apud [17] eundem, vel successorem ejus more judiciorum tractabit. P. P. Non. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO Conss. 242.

De mandato.

V. Idem A. Paulino.

NON [18] ideo minus crimine, sive atrocium injuriarum judicio tenetur [19] is, qui in justam accusationem incidit, quia dicit alium se hujusmodi facti mandatorem habuisse. Namque hoc casu præter principalem reum, mandatorem [20] quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est. P. P. III. Idib. Septembr. GORDIANO A. II. & POMPEIANO Conss. 242.

De absentibus.

VI. Idem A. Avidiano.

ABSENTEM [21] capitali crimine accusari non [22] posse, sed requirendum tantummodo annotari [23] solere, fi defit, vetus jus est. Et ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum [24] esset, per injuriam à Præside provinciæ in metallum damnarum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (ut asseveras) jam nunc fides veri possit illuminari, Præfectum prætorio adire [25] cura: qui quidquid novo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua justitia reformabit. P. P. IV. Non. Aprill. ARIANO & PAPPO Conss. 244.

De relationibus à publicis personis factis.

VII. Idem A. Proculo.

EA quidem, quæ per Officium [26] Præfidibus denuntiantur & citra [27] solennia accusationum posse perpendi [28] incognitum [29] non est. Verum si falsis necne notoriis [30] insimulatus sit, perpenso judicio discipi debet. P. P. VIII. Id. Jan. PEREGRINO & ÆMILIANO Conss. 245.

Apud quem accusari debet.

VIII. Exemplum sacrarum litterarum DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

SI quis se injuriam ab aliquo passum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad stationarios [31] decurrat, sed [32] Præsidalem adeat potestatem, aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponens. P. P. sine die & consule.

Si quis sapius accusetur.

IX. Iidem AA. Honorato.

QUI [33] de crimine publico in accusationem deductus est, ab alio [34] super eodem crimine deferri non potest. Si tamen ex [35] eodem facto plurima crimina nascuntur, & de uno crimine in accusationem fuerit deductus: de [36] altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem super utroque [37] crimine audiens jam accommodabit. Nec enim licebit ei separatam [38] de uno crimine sententiam proferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiat. P. P. IV. Kal. Sept. BASSO II. & QUINTIANO Conss. 289.

De promissione victoria.

X. Iidem AA. & CC. Utiæ.

QUI explicandi negotii spem [39] (cujus finis in Judicis potestate ac motu situs est) pollicetur: non minus ob illicitam sponsionem crimen contrahit, quam qui ad hujusmodi promissionis commercium [40] contra disciplinam publicam adspirat. P. P. III. Kal. Novembr. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

An absolutus accusari possit.

XI. Iidem AA. & CC. [41] liberis Crispinæ charissimæ nobis.

SI quis homicidii crimen existimat persequendum, secundum juris publici formam debebit eum, qui in primordio homicidii postulaverit reum, neque probaverit, ideoque reus absolutus est, prævaricationis [42] arguere: id enim salubriter staturis Principum Parentum nostrorum jurisque forma præscripturn est. Vel si id non putavetit [41] agendum: ad sequens crimen (id est patrorum [44] latronumve) defendere eum coges [45], atque id exequi judicio tuo: cum fiquidem id ab incusato appareat esse commissum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. VIII. Id Aprill. ANNIBALIANO & ASCLEPIODOTO Conss. 292.

De eo, qui se sponte præcipitavit.

XII. Iidem AA. & CC. Aurelio.

FACtum sponte se præcipitantis [46], innocenti [47] criminis periculum afferre non potest. S. XIV. Kal. Jun. *Sirmii*, AA. Conss.

De servis accusatis.

XIII. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Mariniano [48] Vic Hispaniæ.

SI [49] quis servos crediderit accusandos, non [50] prius ad corporum tormenta veniatur, quam se vinculo subscriptionis adstrinxerit. Dat. VI. Kalend. Januar. *Patavii*, MEROBAUDE II. & SATURNINO Conss.

De officio judicis.

XIV. Iidem AA. & ARCADIUS A. Cynegio P. P.

SInguli universique [Judices] cognoscant [in publicis criminibus] non oportere emendicaris uti suffragiis decretorum, [aut relationibus [51] à publicis personis destinandis credere:] sed rei veritatem inquirere. Dat. prid. Kalend. Maji, *Constantinop.* ARCADIO I. & BAUTONE Conss. 385.

De viris potentioribus.

XV. Iidem AA. Tatiano Præfecto præt. post alia.

TUnc [52] convenit potentiores [53] viros adesse judiciis, cum eorum præsentiam [in criminibus publicis [54]] per inscriptionem causa deposcat: [licet in pecuniariis] cautis per procuratores litem substineant. Dat. XV. Kal. Mart. *Mediolani*, VALENTINIANO A. V. & NEOTHERIO Conss. 390.

De forma libelli.

XVI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Pasiphilo. [55]

IN cautis criminalibus dignum est [56], ut inscriptiones præponantur [57], quæ magnitudinem videlicet criminis, tempulque designent [58]: ut alterutram partem digna legum terrere [59] possit auctoritas [60]. Quod si fuerit statutum forte contemptum, hi, qui ex Officio ingrediuntur secretarium [61], quinque librarum auri condemnatione ferientur. Dat. VIII. Id. Januar. OLYBRIO & PROBINO Conss. 395.

De accusationis ordine.

XVII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus & Trib. pleb. Senatui, S. D.

ACcusationis ordinem jam dudum legibus institutum servari jubemus: Ut quicunque in discrimen capitis accersitur, non statim [62] reus, qui accusari potuit, existimetur: ne subjectam innocentiam [63] feriamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum [64] inscriptionis

1 Denuntiationibus, an & quando juris fuerit usurpare, vid. apud Justin. reg. 89.

2 Notoria, et hic, quæ & manifesta inditia in *l. 6. §. 3. ff. ad Treb. manifestissima. Bas. l. 8. tit. 1. ex lib. 60. tit. 2. c. 17.* Sunt aliqua *Veri similitudines* ab apparitoribus prædictum, irrevocabiles, & publicitus perlatas, *l. 14. §. ult. ad* magistratum missa.

3 Sententiæ sunt apparitores dispersi per vicos & provincias certis locis, ut magistratibus denuncient criminis, quæ gerantur. *l. 1. §. ult. ff. de offic. Proconsul. vid. l. 11. §. 12. ff. de offic. præfect. urb. l. 13. C. Theod. de offic. vic. l. 1. C. Theod. de cursu publico, vid. l. 6. ff. de dignitat.*

4 Apud prædictum, aco apud stationarios libellos accusationis prosequendos.

5 Accusatus de crimine ab eo, de eodem crimine ab alio non accusatur. Quod si ex eodem crimine plures actiones instaurare, à diversis personis accusari potest. *Bajol. Bas. tit. 1. c. 10. §. 1. c. 24.*

6 Vid. *l. 16. ff. eod.*

7 Ex eodem facto plurima delicta nasci possunt.

8 Unus & idem delictum minus ejusdemque hominis à pluribus deferri potest. *l. 4. ff. eod. l. 11. §. 2. l. 16. ff. eod.* Diversi vero delicta nasci hominis à diversis hominibus possunt deferri, ac hic, possunt & ab eadem persona. *l. 3. §. 3. ff. eod.*

9 Diversis autem ejusdemque hominis delictis ad judicem delatis, judex habita ratione gravioris causam cognoscere debet: nec in eius arbitrio est minoris habere rationem.

10 Ne absentis causa continentia dividatur. *l. 12. ff. de judiciis.*

11 Spem explicandi negotii vendere quid est? *Conventus* vendere. vid. *l. 2. ff. §. ult. l. 15. §. 30. ff. de aquæduct. Goth.* Adde Dueren. *l. 1. de disput. cap. 25.* Joann. Papon. *l. 2. tit. 2. Arrest. 12. & seqq.* Aut.

12 Hæc conditio pertinet proprie ad fisci vendiones quales fecimus circa Alexander Severus instituit) non ad imperatoris prosilitiones. vid. Cujac. *obs. 9.*

13 Absentes [65] capitali crimine accusari non [66] posse, sed requirendum tantummodo annotari [67] solere, si defit, vetus jus est. Et ideo cum absentem te & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum [68] esset, per injuriam à Præside provinciæ in metallum damnarum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (ut asseveras) jam nunc fides veri possit illuminari, Præfectum prætorio adire [69] cura: qui quidquid novo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua justitia reformabit. P. P. IV. Non. Aprill. ARIANO & PAPPO Conss. 244.

14 Quæ [70] ad Officium [71] Præfidibus denuntiantur & citra [72] solennia accusationum posse perpendi [73] incognitum [74] non est. Verum si falsis necne notoriis [75] insimulatus sit, perpenso judicio discipi debet. P. P. VIII. Id. Jan. PEREGRINO & ÆMILIANO Conss. 245.

15 Alias si per contumaciam à lite primum contestata abesset, notarentur calumniæ. *l. 10. ff. de publ. jud.* ante litem contestatam post inscriptionem extra ordinem. *l. 3. T. de his qui accus. leg. 48. T. ad Turp.* adde *Cujac. 20. obs. 1.* 16 Id est, *pœnæque*, cui contrarium est *remitti*, vel causa cognita. adde *l. 5. §. 4. T. de temp. appell.* 17 *l. 6. T. quando & quando judex.* 18 Mandatarius criminis auctorem laudando non excusatur. *l. 1. §. 14. ff. de vi & vi.* Mandatarii criminum puniuntur. *l. 3. §. 1. ff. de vi privata.* quin mandator tenetur, *ut hic. Synopsis Basil. 60. tit. 1. ex tit. 33. c. 18.* 19 Imo minus tenetur mandatarius, si parere necesse habuit. *l. 169. ff. de reg. jur.* præsertim si de non struci facinore quæritur. *l. 20. ff. de obseq. l. 157. ff. de reg. jur.* aut si id ab aliquo committitur quod mandator (exemplum sit in patre filiam in adulterio interficiente) impune præstare potuit. *Clar. 5. sent. §. ult. quæst. 60. vers. salut.* aut si vis illata facienti, ideoque velunt mulieri, quæ per mœchum adulterium commiserit tenuiori. *Clar. d. loc. vers. quare modo.* Judicem excusari à pœna, si principia justa non observatia juris solennibus, capitalem in aliquem sententiam tulerit. *Glarus ib. vers. solet dubitari.* fabrum excusari, si mercede conductus in alienu fit. a, alterius mandato arborem exciderit, aut in alieno quid everterit. *Clarus dict. vers. solet.* 20 Mandator criminis tenetur. *l. 11. §. 3. ff. de injur. l. 15. in fin. ff. de ficar. Faul. 5. sent. 23. §. 5.* adde quæ dixi ad *l. 4. T. de fugitivis.* 21 De absente non accusando. 22 Absens accusari non potest, *ut hic, & T. 15. T. de adult.* multo minus damnari. *T. eod. l. 5. T. de panis.* alioquin sententia nulla est. Quod igitur remedium est adversus absentem? Bonorum ejus fit annotatio. *T. eod.* Quod bodie in Gallia, Italia, Hispania, *& forte* Ecclesiasticis locum non obtinet, possunt enim absentes contumaces, etiam ad mortem damnari, eorumque bona fisco adjungi. vid. *Clar. 5. sent. §. ult. 5. 44.* 23 An bodie locum habet bonorum alienatio dixi ad *l. 1. vers. saltem vers. sed bodie. vers. licet.*

16 Ex judiciis, scil.

17 Ex una & eadem *l. 8. §. 1. ff. de accusat. Nevell. 134. c. 5. l. 4. §. 6. ff. de damno. l. de defunctus?* vid. *l. 1. §. 1. ff. de curat. bon. dand.* de citatione vide quæ dixi ad *Clarum d. loc.*

18 Nullius fine appellatione potest propoui, vel apud superiorem, vel apud eum ipsum qui sententiam tulit, quisnam executio impediri potest. nulliusve objecta. *Bald. hic.* adde *Wurmser. 1. qu. 24. observ. 37.* 26 Officium, stationarii, *l. 8. T. ad.* publicæ personæ, *l. 14. T. admin. nunciatores, l. 6. §. 3. ff. ad Turp.* Goth. Hanc leg. explicat Zanger. in præmio *tractat. de variis var. cap. 1. num. 23.* Aut. 27 Notoriæ & relationes apparitorum, vel aliarum publicarum personarum non exigunt apparitoris inscriptionem: sunt tamen accusationibus proximæ, quia non minus subit periculum, qui ex eis denuntiat crimina, quam qui defert ex inscriptione, *ut hic, & d. l. 14. l. 6. §. 3. ff. ad Turpil.* Alias ridicula sunt, quæ seriosnis ignoratione Latini veteres interpretes hic sunt commenti de Notorio. 28 Ex judiciis, scil.

29 Denuntiationibus, an & quando juris fuerit usurpare, vid. apud Justin. reg. 89.

30 Notoria, et hic, quæ & manifesta inditia in *l. 6. §. 3. ff. ad Treb. manifestissima. Bas. l. 8. tit. 1. ex lib. 60. tit. 2. c. 17.* Sunt aliqua *Veri similitudines* ab apparitoribus prædictum, irrevocabiles, & publicitus perlatas, *l. 14. §. ult. ad* magistratum missa.

31 Sententiæ sunt apparitores dispersi per vicos & provincias certis locis, ut magistratibus denuncient criminis, quæ gerantur. *l. 1. §. ult. ff. de offic. Proconsul. vid. l. 11. §. 12. ff. de offic. præfect. urb. l. 13. C. Theod. de offic. vic. l. 1. C. Theod. de cursu publico, vid. l. 6. ff. de dignitat.*

32 Apud prædictum, aco apud stationarios libellos accusationis prosequendos.

33 Accusatus de crimine ab eo, de eodem crimine ab alio non accusatur. Quod si ex eodem crimine plures actiones instaurare, à diversis personis accusari potest. *Bajol. Bas. tit. 1. c. 10. §. 1. c. 24.*

34 Vid. *l. 16. ff. eod.*

35 Ex eodem facto plurima delicta nasci possunt.

36 Unus & idem delictum minus ejusdemque hominis à pluribus deferri potest. *l. 4. T. eod. l. 11. §. 2. l. 16. ff. eod.* Diversi vero delicta nasci hominis à diversis hominibus possunt deferri, ac hic, possunt & ab eadem persona. *l. 3. §. 3. ff. eod.*

37 Diversis autem ejusdemque hominis delictis ad judicem delatis, judex habita ratione gravioris causam cognoscere debet: nec in eius arbitrio est minoris habere rationem.

38 Ne absentis causa continentia dividatur. *l. 12. ff. de judiciis.*

39 Spem explicandi negotii vendere quid est? *Conventus* vendere. vid. *l. 2. ff. §. ult. l. 15. §. 30. ff. de aquæduct. Goth.* Adde Dueren. *l. 1. de disput. cap. 25.* Joann. Papon. *l. 2. tit. 2. Arrest. 12. & seqq.* Aut.

40 Hæc conditio pertinet proprie ad fisci vendiones quales fecimus circa Alexander Severus instituit) non ad imperatoris prosilitiones. vid. Cujac. *obs. 9.*

41 *Hanc Crispinæ, Carissimæ nobis, Conss. 1. disp. 15. Cujac. 1. obs. 25.* Fuit autem Crispinæ provincia. vid. *Cujac. ibid.* 42 Prævaricationis tenetur, qui reum non probavit. adde *l. 2. T. de advoc. diversi. judicis.* 43 Sit hæc hypothesis: Qui homicidii & criminis simul publicum & latrocinium accusari potuit, acriuatus tantum fuit homicidii. Accusator homicidium non probavit? Prævaricationis poterit condemnari accusator, nisi à judice cogatur defendere ad alterius criminis evictionem. 44 Crimen *patrorum* hic dicitur, non quod ut Accusatus putet, à Caino & Abele patroribus initium sumpsit: ad quod pastores latrocinia dediti esse confueverunt, ut de Abele & Heniochis scribit Strabo, quos ait vivere *Κατὰ λῃστείαν καὶ σφαγὴν*, eamque sententiam confirmat lex unica, C. Th. *Ne pastoribus detentur filii nutricondi. lib. 15. tit. 11.* fore alioquin, ut qui nutriendos deditis, societatem latrocinii videatur initisse: quamvis alias cultricinis nutriendos dare liceat. Ita cumprimis recte hanc vitam, pastoritiam & latrocinam refert Aristoteles 1. *Polit. 11.* 45 Clarus 5. *§. ult. quæst. 15. vers. item quæro.* scribit neminem bodie cogi accusare: ne heredes quidem accusare. 46 Dixi *T. eod. de bon. eorum, qui mortem sibi consciver.* 47 Potest enim id accidere deliriis impatientia, vel tædio vitæ. vid. *l. 6. §. 7. ff. de injust.* 48 Ad Marinum, *l. 14. C. Theod. vel.* 49 *d. l. 14.* 50 Dixi de subscriptione ad *l. 3. T. qui accusare.* 51 Dixi ad *l. 7. T. ad.* 52 *l. 17. C. Theod. eod.* 53 Vid. *l. 25. & Auth. Hoc jus T. de procurat. Nov. 72. c. 1.* 54 Ad in pecuniariis causis. *d. l. 25.* adde *l. 26. d. tit. de procurat.* 55 Ex una & eadem *l. 8. Cod. Theod. de jurisd.* hæc lex sumpta est, & lex 8. *T. unde vi, & l. 1. T. de abigeis.* 56 Vid. quæ dixi ad *l. 7. T. de his, qui accusar.* adde *Cujac. 1. observ. 20.* 57 Sumptum ex *l. 8. C. Theod. de jurisdict.* 58 Vid. *l. 3. ff. eod.* 59 *Terrere. d. l. 8.* 60 *Auctoritas. d. l. 8.* 61 *d. l. 8.* Secretarium, locum in quem judices solent convenire. In eundem locum certo tempore Carthagini administrabant populus ad ordinandum exactorem. adde *l. 20. C. Theod. de exactionib. in provc.* 62 Innocens omne, si accusatio sufficiat. 63 Innocentium subjectam legis non ferunt. facit *l. 12. T. ad. 64 l. 2. T. sit. prox.* vid. *l. 3. T. qui accusare.* Hodie consuetudine passim recepta nemo accusatori se subscribere ad pœnam talionis cogitur: ut ea ratione valeat consuetudo per quam pœna talionis sublata. *Bart. in leg. 8 cui 7. ff. eod.* ne mera talionis quis ab accusando deterreatur, & delicta impunita sint, contra legum voluntatem. *l. ita 51. in fin. ff. ad l. Aquil.* Quod in reliquum locum habere negat Baldus in *rep. 2. §. superior, de pœn. juramenti firmando, argum. leg. 1. §. præterea. ff. de servo & leg. 2. T. de rebus credit.* Coelenus *singul. 12.*

ptionis arripiat, custodiæ [1] similitudinem (habita tamen dignitatis [2] æstimatione) patiatur: nec impunitam fore novetit licentiam mentiendi [3], cum calumniantes ad vindictam posset similitudo [4] supplicii. Nemo tamen sibi blandiatur objecta cujusliber criminis, de se in quæstione confessus, veniam [5] ipsorum proper flagitia adjuncti, vel [pro] communione criminis consortium [6] personæ superioris optans, aut inimici [7] supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satiandus, aut eripi se posse confidens, aut studio, aut privilegio nominati: cum veteris juris auctoritas de se confessos, ne [8] interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Dat. VIII. Id. Aug. *Ravennæ*, Asclepiodoto & Mariano Conss. 423.

1 *Vid. l. 2. §. 7. supra.*
2 Parvæ judicantur majores vel minores dignitatis.
3 Mendacia haud impunita.
4 Pœna talionis. *Ll. 1. 7. l. ult. §. ult. Cod. ad leg. Cornel. de sicar. l. 7. §. de quæst. de quo supra allat. dict.*
5 Nunquæ quia detexit alios criminis socios. Peccatum igitur non de se confesso non minuitur, ob id quod socios criminis indicavit.
6 Consolatio miserorum est habere pares.
7 De se confessus, non potest de alio interrogari, addit *Rolandinus à Valle 1. consil. 16. num. 7. & 17.* non solum de se confessus fuo confessione inimicum onerare non potest.
8 De se confessus, non potest de alio interrogari, addit *Rolandinus à Valle 1. consil. 16. num. 7. & 17.* nisi in causis legis, vel statuto exceptis, alii tamen putant hoc hodie sustinere. *Clarus §. fortunarium §. ult. quæst. 21. versic. Dictum fuit.* unde sit, criminis consilium ad majorem inquisitionem sufficit. *Clarus dicta loca, versic. rursus.* non ad diem prorsus eis dicendam, aut quæstionem habendam, nisi in casibus & criminibus exceptis, & alia, concurrente tamen aliqua suspicione, *Clarus dicta loca, versic. 4. si vero quæris. versic. successive. versic. sed quid.* Quid si reus socii, vel mandatovis delator, fuerit aliis perjurus? causa cognita favet etiam judicium ad quæstionem habendam. *Clarus dicta loca, versic. scias tamen.* Quod si duo socii criminis tertium aliquem accusent? faciunt indicium ad quæstionem, non ad condemnationem mortis. *Paperius 22. Arrestorum 13. num. 2. 3. Clarus dicta loca, versic. sed pone.* Hic addendum, Socium criminis accusati Eidem non haberi nisi jurato. *Clar. ibidem, versic. quæro.* An vulnerati accusatio sit accusatum, vid. *Clarum ibid. versic. assertio vulnerati.*

TIT. III.

DE EXHIBENDIS [9], ET TRANSMITTENDIS REIS.

Miles à præside captus, ad magistro militum sub fida custodia remittendus. Bald.

1. Impp. Valentin. & Valens AA. Valentino Consulari Piceni.

SI miles [10] in provincia repertus crimen publicum commiserit, cum Rector provinciæ sub custodia constituat: atque ita, vel causæ meritum, vel [etiam] personæ qualitatem ad Magistrum militum referat. Dat. XII. Kal. Februar. *Mediolani*, Valentiniano, & Valente AA. Conss. 365.

Non est quis in carcere legendus aut equum convocatur. Bald.

11. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Eutropio P. P.

NUllus [11] in [12] carcerem priusquam [13] convincatur, omnino vinciatur [14]. Ex [15] longinquo si quis est accidens, non prius insimulanti, [id est, accusatori,] accommodetur adsensus, quam [16] solenni lege se vinxerit, [& in pœnam [17] reciproci stylo trepidante recaverit.] Ei vero qui reducendus exit, ad disponendas res suas, componendosque mœstos [18] penates [19], spatium coram loci Judice, aut etiam Magistratibus sufficientium dierum non minus tamen triginta tribuatur, nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi [20]. Qui posteaquam ad judicem venerit, adhibita advocatione, jus debebit explorare quæsitum: ac tamdiu pari [21] cum accusatore fortuna retineri, donec reperetit cognitio celebrata discrimen. Dat. III. Kal. Januar. *Constantinop.* Gratiano A. V. & Theodosio AA. Conss.

Nullus debet exhiberi, ut reus ad judicium, nisi præcesserit judicis mandatum. Salic.

III. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Diepanio Proconsuli Africæ.

NEminem [22] [in] judicio exhibendum esse præcipimus, nisi [23] de cujus exhibitione Judex pronunciaverit. Dat. P. P. Non. Februar. *Mediolani*, Valentiniano A. III. & Neoterio Conss. 390.

9 *l. 15. C. Theod. l. de si l. 48. §. 3.*
10 *l. 3. C. Th. eod. adde l. 6. T. de jurisd. com.*
11 *l. 3. C. Th. eod. Rosin. Rosf. 60.*
12 *l. 10. tit. 35. cap. 16.*
13 Nemo criminis accusatus in vincula prius conjicitur, quam convictus fuerit. Quod & etiam longo intervallo absens, non exhibeatur ante, quam adhuc interfuerit. Non cuus in insidiis, non desiderio vel cum exhiberi oportet, vel majorandum fisci: dum ei dilatione dierum, quamm fatis erit ad ea sua dispositione, nec minus prospicit. *Synopsis dict. cap. 16.*
14 *l. 3. §. ult.*
15 Intra viginti pœnit. *l. 1. vers. hoc. §. fin. pen. l. 7. §. de exhibitionibus.*
16 *Vid. l. 3. T. qui accusare.*
17 Pœna reciproci, pœna talionis. *vid. l. ult. T. ut. pen.*
18 *l. 3. C. Theod. eod.*
19 Penates, *dict. 807.* Spatium ad omnes pœnates componendos.
20 Id est, *venundare. adde quæ scripsi ad leg. unic. T. de mundatis.*
21 Reus & simul in custodiam publicam conjiciendi. *leg. ult. T. tituli præcip.* vide *Clar. §. fornicarium. §. ult. quæst. 18. versic. quando.*
22 *l. 4. C. Theod. eod.*
23 Vide exceptiones quid Accursium.

TIT. IV.

DE CUSTODIA [24] REORUM.

In cognitione causa criminalis quando partes sunt præsentes debet statim de crimine queri, quod si accusator præsto non sit, reus custodiri debet loco lucido, nec torqueri, vel ferro nelli, vel à custodibus vexari.

1. Imp. Constantius A. ad Florentium Rationalem.

IN [25] quacunque [26] causa reo exhibito, sive accusator exitat, sive cum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur.

†. Quod si accusator abetit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur: id quidem debet quam celerrime procurari. Interea vero reum exhibitum non [per] ferreas [27] manicas, & inhærentes ossibus mitti oportet, sed proliziores catenas [28] [si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit,] ut & cruciatio desit, & permaneat [sub] fida custodia. Nec vetus sedis [29] intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari, [ac sublevari:] & ubi nox [30] geminaverit custodiam [in] vestibulis [31] carcerum, & salubribus locis recipi: ac reverrente iterum die ad primum Solis ortum illico ad publicum [32] lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miserum, noxiis non satis severum esse dignoscitur.

†. Illud etiam observabitur, ut neque his qui Stratorum [33] funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem [34] suam accusatoribus vendere: & innocentes intra carcerum septa lecto dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus Judici imminebit, si aliquem ultra debitum tempus inedia [35], aut quocunque modo aliquis Stratorum exhauserit, & non statim eum penes quem officium custodiæ est, atque ejus ministros capitali pœnæ subjecerit. Dat. Prid. Kal. Jul. *Serdicæ*, Constantino A. VI. & Constantio CC. Conss. 353.

Gravioris criminis reus debet à judice apud acta audiri, & si deliquisse convincatur, non statim punire debet, sed custodiæ in custodiam, & rursus productum interrogare. Nam hæc dilatio veram judicium moderationem reddit, ex Basilicis.

11. Idem A. & C. ad Evagrium P. P.

SI quis [36] in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalore videatur, auditus apud acta, cum [37] de admisso constiterit, pœnam carceris sustineat: atque ita postmodum eductus [38] apud acta audiatur. Ira enim quasi sub publico testimonio commemorato admissi criminis fiet, ut judicibus immodice sævientibus freni [39] quædam temperies adhibita videatur. Dat. III. Non. Febr. *Heraclea*, Constantino A. VII. & Constantio CC. II. Conss. 354.

Carcer mulierum debet esse separatus à carcere masculorum. Bald.

III. Idem A. Acindino P. P.

QUoniam [40] unum carcetis conclave permixtos secum criminosos includit, hac lege sancimus, ut etiamsi pœnæ qualitas permixtione jungenda est, sexu [41] tamen dispares, diversa claustrorum habere tutamina jubeantur. Dat. Non. April. Acindino & Proculo Conss. 340.

In Authent. ut nul. judic. §. necessarium. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 9.

HOdie nova jure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu privatæ causa, aut pro crimine qualibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut private debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitime respondeat. Quod si noluerit vel respondere, vel persequi litem suam, legitime in rebus suis exercuto procedat. Si vero tale sit crimen, ut necesse sit eum custodiri: si quidem fidejussorem dare potest, ipse credatur: si vero juraverit fidejussorem dare se non posse, *juramentum equissimus præfert de judicis observatione. Sed si crimen gravissimum sit de quo accusatur, in monasterium vel xenodochium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Judices autem qui hæc non servant, si majores sint, viginti librarum auri pœnam: si minores, decem solvant. Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium.*

IV. Imppp. Valent. Valens, & Grat. AAA. ad Probum P. P.

AD [42] Commentariensem [43] receptarum personarum custodia observatioque pertinet [44]: nec puret hominem abjectum atque vilem objiciendum esse Judici, si reus modo aliquo fuerit elapsus [45]. Nam ipsum [46] voluimus hujusmodi [47] pœna consumi, cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit. Si vero Commentariensis necessitate [48] aliqua procul ab Officio egerit: Adjutorem [49] ejus pari jubemus invigilare cura, & eadem statuimus legis severitate constringi. Dat. III. Kal. Jul. *Constantii*, Gratiano A. V. & Probo Conss. 371.

Causa carcerariorum debent velociter terminari. Bald.

V. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Eutropio P. P.

DE [50] his [51], quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Jubemus autem ut intra tricesimum [52] diem sempet Commentariensis [53] ingerat numerum [54] personarum, varietatem [55] delictorum, clausorum ordines, ztatemque vinctorum. [Quod si hæc prætermiserit,] Officium [quidem] viginti libras auri aratio nostro jubemus inferre: Judicem vero desidem ac resupina cervice tantum titulum gerentem, extorrem imputrata fortuna, decem auri libras multandum esse censemus. Dat. III. Kalend. Januar. *Constantinop.* Gratiano V. & Theodosio I. AA. Conss. 380.

Græca constitutio Justiniani hic desit. Ejus quadam pars à Tribonianno jam posita fuit in l. 22. supra de episcopali audientia, sed interior, & prolixior, quæ hic esse debuerat, injuria temporum obliterata est. Ejus epitomen ex lib. 60. Basil. tit. 35. & Antonio Augustino ita restituimus: nam multa adhuc Anton. Augustinus ad eam non pertinentia permiscuit.

VI.

Αὐτοκράτορες Ἰουστινιανὸς Βασιλεὺς Ἀλαμανικὸς καὶ Θεόδωρος πατρίκιος.

ΟΥδένα χρὴ ἐμποδισμὸν φυλάσσειν χωρὶς κλειδώσεως καὶ μεγάλων δεσμῶν καὶ ἐν οἴκῳ τινὶ ἀσφαλεῖ.

§. 1. Χρὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον καὶ πληρεστάτην ἢ ἀρχιερατικὴν ἐπιστασίαν τοῦ ὁσίου φυλακῆς, ἵνα μὴ ἐπιτρέπωσιν ἐν ἀνελευθερίᾳ, εἰ δὲ μὴ ἐκεῖνος ἐστὶν, εἶναι τὸν ἡγούμενον, ἐπιμελούμενον αὐτοῦ καὶ ἀφορίζοντα, καὶ τοὺς δεσμοφύλακας, ἢ ἄλλον μὴ φιλάνθρωπον ὁ δεσπότης, κολάζειν αὐτούς. εἰ δὲ ἐλεύθερος εἴησαν ἐπὶ ἀπλήστῳ καταδίκῃ, ἢ ἐκ τοῦ ἐπιτρέπειν ἐκείνοις αὐτοῦ ἢ ἄλλῳ τινὶ ἐξελθεῖν αὐτοῦ ἢ ἐκ τοῦ ἐπιτρέπειν ἐκείνοις ἐξελθεῖν, εἰ δὲ μὴ ἐκεῖνος (ἡγούμενος) ἐμποδίζει φόνου) ἐκ τοῦ αὐτοὺς κρίνειν. εἰ δὲ καταδίκης ἐστὶ τὸ ἔγκλημα, εἶναι λ' ἡμέρας.

§. 2. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχοντα πολίτευμα ἢ ὑπεύθυνος, μηδεμίαν παρέχωσιν αἰτίαν ἢ ἐξελεγξάμενον

Latine Antonii Contii.

NEminem [56] oportet injici custodiæ absque justione magnorum magistratuum [57], aut loconum [58] defensorum.

§. 1. Oportet autem episcopum [59] per quantam ferium [60], aut *parasceven* inquirere eos, qui sunt in custodia, quam ob causam inclusi sint, & siquidem servi sint, intra viginti dies emittere eos, vel castigatos, atque [61] etiam dominis redditos, aut si non apparent eorum dominii, solvere ipsos. Si vero liberi sint pro [62] seditione [63] detenti, confestim [64] judicare ipsos, vel si pro alia quacunque causa, siquidem non habeant fidejussores, & pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidii, statim eos judicari, si vero capitale crimen sit, intra triginta dies.

§. 2. Si vero [65] majore postea dilatione necessaria existente, is, qui detinetur, non præbeat causam, committatur [66] suæ [67] juratoriæ cautioni,

56 *l. 2. C. Theod. eodem.* Goth. Declarationem hujus l. vid. apud Zanger. *de iuriscons. cap. 5. num. 71.* Ans.
57 *l. 2. T. ut. Prov.*
58 Educentur ex carcere custodiæ apud acta.
59 Presi temperies judicibus severis inscienda, ne quem temere in carcerem conjiciant, vel conjectum detineant, vel damnent.
60 *l. 3. C. Theod. eod.*
61 Mulieres & masculis in carcere separandæ. *adde l. 1. T. Juventia fallo.*
62 *l. 3. C. Th. eod. 3. Reg. 20. att. 16. & 17. quæst. 4. cap. desuevit.* 33.
63 *Commentariensis*, qui in commentarium custodias refert *Lexicon* μαντρόφυλαξ. Go. *Synop. 35. cap. 21.*
64 *l. 2. ff. ad.*
65 Fugiens certe ex carcere publico, delictum confiteri intelligitur: ideoque, etsi crimen innocens, punitur. *l. 13. ff. eod.* Quid qui vinculis rupsit, aut effracto carcere, ablove aperto, aufugit? capitaliter puniri negant Interpretes: Sed nec eum qui aufugere conatus est, nec aufugit, quive non legitime in carcerem conjectus sit. *Clar. 5. fornar. §. ult. quæst. 2. vers. Tertio autem.* Quid, si antequam in carcerem conjiceretur, accesserit aufugit? Hojusmodi fugam facere indicium ad quæstionem negant: quia spontanea præsentia ejus fugam purgavit existimant. vide *Clar. dict. loc. vers. fuga.* Quid fuga militis ab exercitu? alias dixi. adde de fuga, *leg. 1. T. de furtis sug. Novell. 53. cap. 4. l. 15. T. de probat. leg. 7. §. 2. de fugitiv. l. 28. in fin. ff. de hom. libert.*
66 Iden in judice: si pecunia accepta reum absolvit. *Paul. 5. sent. 16. §. 12.*
67 *Commentariensis*, cujus dolo vel negligentia custodia evadit, eandem pœnam sustinet quam is qui effugit, sustinere potest, *ut hic.* Negligentia tamen fabristuti, commentariensi non est capitalis. *vers. si vero J. eod.* vid. *Bosf. c. 4. de sententiis.* vid. *Clar. §. fin. sent. ult. quæst. 68.* Eodem modo judex cujus dolo reus legitimam pœnam evasit, pœnam quam absolvus pati debuit, sustinet. *Paul. 5. sentent. 16. §. 12.* Quid si Commentariensis mulierem in custodiam consecta abutitur? suspendio dignum esse putant. vid. *Clar. §. fin. §. Penitentiam, vers. cum carcerarius.*
68 Negligentia adjutoris Commentariensis, pœnam Commentariensis justa ex causa absentis elevat.
49 *l. 6. C. Th. eod.*
50 Duæ hic sententiæ integræ, vide *d. l. 6.*
51 Diu Custodias in carcere detineri non oportet: sed cito vel absolvi, vel puniri. *Synopf. Basil. 60. tit. 35. c. 21.*
52 Commentariensis intra trigesimum diem debet numerum & quantitatem custodiarum profecti inculcare. Græci *lib. 60. Basil.* ita interpretantur *καὶ ἐκάστου ἐνέχου ἐκ. ἐνέχου. 60. Ecl. 35. c. 22.* id est, per singulos dies usque ad trigesimum diem. vid. *Cujac. d. l. 6. de præsentiis.*
53 *Ἐπιτροπεύων Θ. Syn. ibid.*
54 *Τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀκατασκεύων, notitiam inclusorum. Syn. ibid.*
55 *Ἑκάστου ἐκ. d. l. 21.* id est, qualitatem.
56 *Synopf. d. c. 21.*
57 Adde regias urbis. *Synopf.*
58 *Ἐπάρχοις* in provincia. *Synopf.* Porro loci defensores, *ἐκδικοι καθίστανται.*
59 *l. 22. §. 1. T. de episcop. aud.*
60 Καιρὸν τὸν ἑαυτῶν, alii *καιρὸν παρασκευῆς. Ecl. dict. loc.* dixi ad *d. §. 1.*
61 Καὶ τύπτειν, alii legunt, *καὶ τύπτειν. Ecl. d. loc.*
62 *Ἐπὶ ἀπλήστῳ*, Græci hic *ἐπὶ κακῷ. Ecl. dict.*
63 *Ἐπὶ ἀπλήστῳ*, Græci hic *ἐπὶ κακῷ. Ecl. dict.*
64 Seditionis causa morum non recipit. *l. 5. §. 9. ff. de exhibendis.*
65 Vid. *Cujac. 20. obs. 33.*
66 Vid. *Cujac. d. loc.*
67 *Ἐξαγγελία. Synopf.*

UAB Biblioteca de Ciencias Sociales

βεβλῆσθαι αὐτὸν εἰκὸς ἐξαγορεύειν, ἵνα τὸ ψεῦδος ἡδὺ καὶ αὐτὸν ἐκ τῶν λανθανόντων. ὅτι δὲ φόβῳ ἐστὶν οἱ μὲν ἀπολογούμενοι δηλοῦσιν ὅτι ἐκ φόβου ἐψεύσαντο, οἱ δὲ αὐτὸν ἐλέγχοντες ὅτι ἐκ τῆς ψεύδεσθαι ὅτι τὰς ἀληθεῖς ἐξηγήσεις ἐποιήσαντο) παραλείπω. οἱ δὲ τὰς ἐξαγορεύσεις ἐλέγχοντες, αὐτοῦ χάριν τὸ ἀσύμφορον ἐποιήσαντο· εἰ δὲ καὶ ἄλλως ἐστὶν ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐκείνοις μὲν ἐκ τῆς διαπομπῆς, τιμωρίαν δὲ τὸν ἀναλωθέντα κίνδυνον.

§. 3. Προσήκουσε δὲ πρὸς αὐτὸν ἡγεμόνας ὡς ὑπεύθυνον εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ φρουρᾷ, ἕως ὅτε παραγενηθῇ ἡ δίκη. οἱ δὲ ψεύδεσθαι δεῖ τὸ ἐναντίον μάλιστα, οὐκοῦν ἀληθῆ αὐτὸν, ἐὰν ἐν φρουρᾷ ὦσιν, ἐὰν χαλεπαίνῃς.

§. 4. In pecuniaria condemnatione potestatem habentibus cedere bonis. § 5. Episcopis monentibus præsides, sciturosse, & officium suum illaturos decem libras. §. 6. Habentibus etiam Episcopis potestatem deferendi principi, negligentiam (hisce in rebus) præsidum.

1 Vid. l. 7. 14. T. de accusationib.

2 Annus datur causis criminalibus custodiarum finiendis, ut hic, biennium, quotiescunque non dicunt ex carcere. l. ult. T. ut intra cert. tempus.

3 Ut T. qui boni ordinis.

4 Vide quædam in editione Nivallianæ ex Paratitlis Græcis & Theodoro Hermopolita.

TIT. V.

DE PRIVATIS[5] CARCERIBUS INHIBENDIS.

Privati carceris crimen committentes, afficiendi sunt ultimo supplicio, & datur facultas judici de hoc crimine inquirendi. Salic.

1. Imp. Zeno A. Basilio P. P.

Urbemus[6], nemini penitus licere per Alexandrinam splendidissimam civitatem, vel Ægyptiacam dioecesim, aut in quibuslibet imperii nostri provinciis, vel in agris suis, aut ubicunque domi privati carceris exercere custodiam, vito Spectabili pro tempore Præfecto Augustali, & viris clarissimis omnium provinciarum Rectoribus daturis operam sempetque futuris in speculis, ut sæpe dicta nefandissimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam post hanc saluberrimam constitutionem, & vir Spectabilis pro tempore Præfectus Augustalis, & quicunque provinciæ moderator, majestatis[7] crimen proculdubio incursurus est, qui cognito hujusmodi scelere, Iisdam non vindicaverit majestatem. †. Primatibus[8] insuper officiorum ejusdem criminis laqueis constringendis: qui simul atque noverint memoratum interdictum facinus in quocunque loco committi, proprios Judices de opprimendo nefandissimo scelere non protinus curaverint instruendos. Nam illud perspicuum est, eos, qui hoc criminis genus commiserint, etiam pro veterum legum, & constitutionum tenore, tanquam[9] ipsius majestatis[10] violatores ultimo[11] subjugandos esse supplicio. Dat. Kal. Jul. *Constantinop.* Longino V. C. Cons. 486.

Notatur hic duplex Græca constitutio. Ejus epitomen Latinè edideratContius ex lib. 60. Basil. tit. 55. *interprete Cusano.*

5 12. C. Theod. 11. 6. Harm. 14. c. περὶ ἰδιωτικῶν φυλακῶν. l. 23. T. de episcop. aud. l. 9. §. 2. ff. ad l. Aquil. xxxiii. pr. l. 25. ff. de admin. l. 224. ff. de verb. signif.

6 Synopf. Basil. 60. tit. 55. & tit. 55. cap. 2.

7 Imperatlac, &c. Eccl. 35. ex tit. 55. cap. 1.

8 Primates officinarum.

9 l. un. C. Theod. eod.

10 Kabbadarum. Eccl. d. loc.

11 Pœna privatorum carcerem habentium, ut hic, est & alia in l. 2. T. eod. hanc legem quidam extendunt ad judices qui quæstioni subiciunt innocentes seu nos torquendos. dict. ad l. 16. T. de quæst.

12 Ad Menam P. Prætorio vid. Cujac. hic.

13 Prima pœna. 6. Harmenop. 14. d. loc.

14 Altera pœna.

15 d. l. 23. T. de epifc. aud.

TIT. VI.

SI REUS[16], VEL ACCUSATOR[17] MORTUUS[18] FUERIT.

1. Epitome ex lib. 60. Basil. titul. 56. cap. 1.

Si miles λειποταξίου[19], (id est, desertor militiæ,) decesserit, solvitur[20] crimen.

Possunt plures de eodem crimine accusari in uno libello: & uno mortuo pendente processu, nihilominus durat instantia quoad reliquos. Bald.

11. Imp. Antoninus A.

Etsi Marcellus, qui crimine falsi[21] postulabatur, vita functus est, ac per hoc crimen in persona ejus sit extinctum, accusatio[22] tamen non est abolita: cum tam uxorem ejus, quam[23] te eodem crimine postulatos esse proponas. P. P. VII. Kal. Octobr. Lato II. & Cerialе Conss. 216.

Morte accusati liberatur accusator à prosecutione criminis instituti. Salic.

111. Idem A. Proculo.

Si is, quem homicidii[24], seu cujusvis criminis postulasti reum, vita functus est, frustra ob pœnam deserta[25] accusationis conveniris: cum morte ejus crimen cum pœna sit extinctum, ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis. P. P. IV. Kal. Octobr. *Romæ*, Sabino, & Anulino Conss.

16 l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. eod. l. 3. l. 6. ff. de public. judic. l. 15. §. 3. 4. ff. ad Turpill.

17 Laud. num. 5. idem observatur. J. eod. l. 15. ff. de publ. jud.

18 12. Ecleg. 36. lib. 59. cap. 2. Morte rei crimen extinguitur excepto crimine majestatis, proditionis, & insidiarum contra principem. Ecleg. d. loc. t. 12. l. 10. ff. de accusat. recipiendarum. vide l. 30. peculatus & de ruptibus. l. ult. ff. peculatus. mariti ab uxore venene interfecti. l. 9. in fin. ff. de jur. fisc. hæreticus. l. 2. §. 4. T. de hæret. & Manichæis. hæreticus. l. 4. T. de apost. sibi ipsum interficiens. vid. Clar. §. final §. ult. quæst. 91. vers. quæritur & seq. & breviter. In quibus casibus pœna amissionis bonorum est imposita à lege, ipso jure potest de eo crimine tractari contra hæredes, ad bonorum & fructuum inde perceptorum confiscationem. In casu vero pecuniario, si lis contestata. Clar. ibidem versic. solet etiam. Quid, in cadaver mortui potestne judex aliquid statuere, vel ut suspendatur, vel ut exuratur? Quidam negant statui id posse: Sed tamen fatentur contrarium observari, & exempla simul apud Gallos, Castellanos, & Italos extare. Clar. ibid. versic. sed hic incidenter. Nequaquam vero delicto defuncti hæredes obstringi, ultra vires hereditarias: multo minus pœna corporali puniri. Clar. ibid. vers. ulterius, & versic. fixus tamen. 19 De reo desertæ militiæ. 20 Imo non solvitur. l. 2. T. de re milit. 21 De reo criminis falsi. 22 Mortuo rei crimen extinguitur, at non accusatio. 23 Plures eodem libello de eodem crimine accusari possunt. 24 De reo homicidii seu cujusvis criminis mortuo. 25 Mortuo reo, accusator juste accusatione desistit, ut hic, & l. 15. §. 3. ff. ad Turpillian.

Etiam ex mortuo, qui fabricavit falsum instrumentum, si quis ille instrumento uti velit, vel scientes, potest accusari de falso. Bald.

IV. Imp. Alexand. A. Veronitiano.

Si (ut proponis) causa pecuniaria[26] ad emolumentum tuum spectat, licet Anianus cui falsi[27] crimen auctor tuus intendebat, vita functus sit: non prohiberis, si quis adversus te instrumento quod in dubium vocatur, uti cœpetit, accusationem instituere. Quamvis enim in persona principalis rei morte subducti jam subsistere non possit; tamen si[28] quis illo uti voluerit, intelligit se periculo criminis esse subjectum. P. P. VI. Kal. Jan. Alpino & Æmiliano Conss. 228.

V. Imp. Gordianus A. Rufino.

Defunctis reis publicorum criminum, sive ipsi per se ea commiserunt, sive aliis mandaverunt[29], pendente accusatione, præterquam si sibi mortem[30] conscierint, bona successoribus eorum non denegari notissimi juris est. P. P. VII. Kal. Novembr. Pio & Pontiano Conss. 239.

Si moritur accusatus, vel accusator appellatione pendente, finitur instantia etiam quoad bona.

VI. Idem A. Juliano.

Si quis cum capitali[31] pœna, vel deportatione damnatus esset, appellatione[32] interposita, & in suspenso constituta, fati diem functus est, crimen morte finitum est. Idem observatur, & si accusator[33] pendente appellationis tempore ultimum diem obiisset. Sin autem relegationis pœnam sustinuit, & in parte bonorum damnatus appellatione usus est, etiam post mortem ejus nihilominus appellationis ratio examinabitur: cum desideretur, utrum valeat necne particularis publicatio. P. P. VI. Kal. Aug. Gordiano A. & Aviola Conss. 240.

26 l. 6. ff. de pact. inter.

27 De reo criminis falsi. l. 2. T. eodem.

28 Etiam mortuo accusato falsi instrumenti, qui eo utetur, accusari potest.

29 De reis publicorum criminum.

30 De mandatore criminis alias dixi.

31 Mortuo naturali, non adhuc in reatu, capitale crimen extinguitur. adde l. 2. T. qui testam. fac. ut in reatu. Libonis apud Tacit. lib. 2.

32 Vid. l. 3. T. pendente appell.

33 l. 3. in fin. ff. de accusat. l. 1. in fin. ff. ad Turpill. adde l. 10. T. de inoffic.

TIT. VII.

SI[34] QUIS IMPERATORI[35] MALEDIXERIT.

Ex levitate, vel insania maledicens Principi, non punitur, sed si per injuriam, Principi est æstimatio, utrum, & qualiter punatur, quod facit ex causis, & personis. Bald.

1. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Rufino P. P.

Si[36] quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus, improbo, petulantique maledicto nomini nostræ credidetit lacessenda, ac temulentia[37] turbulentus obtrectator *temporum* [nostrorum] fuerit; eum pœnæ nolumus subjugari, neque dunum aliquid, nec asperum [volumus] sustinere: quoniam si[38] id ex levitate[39] processerit, contemnendum est: si ex *insania*[40], misestatione dignissimum: si ab *injuria*, remittendum[41]. Unde, integris omnibus, hoc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum prætetmitti, an exquiri debeant, censeamus. Dat. VI. Id. Aug. *Constantinop.* Theodosio A. III. & Abundantio Conss. 393.

34 12. C. Theod. 9. vid. l. 7. §. 1. ff. ad l. Jul. majest. l. 25. Cod. Apost. cap. penult. 13 quæst. 2. Nov. 22. vers. 28. Nomor. 16. & 12. Alex. 23 & Prov. 17. & 20. Epithal. ad Tit. 3. 1 Corinth. 10. & 6. Harm. 14. Paul. 5. sent. 29. §. 1. in fin. Tacit. lib. 1. Ann. Basil. 36. l. 13. Cujac. 10. observ. 10. adde ff. 5. Decret. 26. de maleficio.

35 Quid si quis in Cæsarem aut consiliarium regis aliquem, aut coram Curia verba injuriosa quis sit usus? vid. Arretium apud Tap. 8. Arrest. 3. Arrest. 6. 7. 8. Goth. de var. crimin. quæst. 105. Inspect. 10. Menoch. de arbitr. Jud. Cas. 377. Ann. 36 l. 1. C. Th. ad l. Jul. majest. adde Bellerivi cap. 3. in fin. n. 1. & Clar. §. fin. §. ult. quæst. 60. num. 7. Anchoranum 2. q. 13.

37 De temulentis & vino adde l. 12. in fin. prin. ff. de custod. l. 12. §. 2. ff. de pœnis. l. 6. §. 7. ff. de re milit. adde Bellerivi cap. 3. in fin. n. 1. & Clar. §. fin. §. ult. quæst. 60. num. 7. Anchoranum 2. q. 13.

38 d. l. 1. Harmenop. d. loco. 39 Κουφότητι, Zonaras & Harm. d. loc. 40 Εξαπατᾶσθαι Harmenop. d. loc. 1. ex somnitate, & male: legendum est ἐξαλλαγῆς: sic apud Zonaram de Thiasarcho. De furioso dixi ad l. 13. ff. de offic. præsid. 41 Id est, condonandum. facit l. 2. T. de rest. cred. Κεχωρισθαι συκοφάντου. Harm. d. loco. Simile quiddam est Titi apud Xiphilinum in Tito. Nemo, inquit, me injuria adficere, vel insequi cunctantibus potest, properata quod nihil ego quod reprehendi meretur, ea vero quæ facta de me dicuntur, prorsus negligo. Ad eundem modum Julianus injuriosos poëtæ Agamemnonis ignorat, Libanius epist. 6. Cæterum sunt qui hoc verbum Remittendum, ita accipiant, ut intelligant rem majestatis remittendam ad principem: male tamen meo judicio. vid. Papon. 2. Not. 1. de crimine læsæ majest.

TIT. VIII.

AD LEGEM JULIAM MAJESTATIS[42].

Si Judex contra constitutiones pronunciasse dicatur.

1. Imp. Alexand. A. Paulino.

Etiam ex aliis causis Majestatis crimina cessant meo sacrilo: nedum etiam admittam te paratum accusare Judicem propterea[43] crimine majestatis, quod contra constitutionem meam [eum] dicis pronuntiasse[44]. P. P. III. Id. April. Maximo II. & Juliano Conss. 224.

De jurejurando.

II[45]. Idem A. Faustiniano.

Alienam sectæ meæ solicitudinem concepisti, quasi crimen majestatis sustineres, si servo tuo iratus[46] [esse] non perseveres, quod semper te facturum inconsulte juraveras[47]. P. P. III. Non. Febr. Juliano II. & Crispino Conss. 223.

Si crimen non probetur.

III. Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U.

Si quis[48] alicui majestatis crimen intenderit, cum in hujusmodi re convictus, minime quisquam privilegio[49] dignitatis alicujus à strictioce inquisitione defendatur: sciat se[50] quoque tormentis esse subdendum, si aliis manifestis indiciis accusationem suam non potuerit comprobare; cum eo, qui hujusmodi esse temeritatis [reus] deprehenditur. †. Illum quoque tormentis subdi oportet, cujus consilio[51], atque instinctu ad accusationem accessisse videbitur, ut ab omnibus commissi conscius institutæ vindictæ possit reportari. P. P. Kal. Januar. Volusiano & Anniano Conss. 314.

De tormentis.

IV. Imppp. Valent. Valens, & Gratianus AAA. ad Olybrium P. U.

Nullus[52] omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidiculatum[53] tormenta inferantur, militiæ vel generis, aut dignitatis defensione uti prohibeatur: excepta[54] tantum majestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est. Datum VIII. Id. Jul. Valentiniano N. P. & Victore Conss. 369.

Quibus crimen majestatis quæritur, nulla dignitas à tormentis eximitur. Paul. 5. sent. 29. §. 2. in fin. l. 4. in fin. l. 16. T. de quæst. l. 20. §. 1. ff. de quæst. Accursius. 19. ubi majestas fuisset. Felinadduc. vel tormenta nullam Cornelia lege exemere fortunam. Chrysost. 11. Tim. 6. & 2. Corinth. 12. ubi. 50 Qui crimen læsæ majestatis probavit semiplene testibus, vel per indicia temere una cum accusato & infligatoribus accusationis, ut hic, & Gr. Ecleg. 36. l. 16. T. de quæst. Goth. Explicat hæc infligatoribus accusationis. 52 l. 1. C. Theod. de quæst. l. 16. T. de quæst. Goth. l. Zanger. de tortur. eorum cap. 1. num. 71. Ann. 53 Fidiculas ob id dici fidiceas putat Fabricius. 27. quod eis rei in oculos torquentur, ut fides invenitur. Ungulas etiam vocari puto. Fidiculariam meminit Prudentius in hymno expiren.

42 Dixi ad XI. VIII. D. eod. adde Menochium 2. de arbitr. judic. casu 377.

43 Judicare contra leges principum non est crimen læsæ majestatis, sed reprehendarum, si judex pecunia corruptus judicet. vid. Cujac. T. ad leg. Jul. repetund. Sallustium, & Sisennam, & falsi, si sine pecunia. l. 1. §. 3. T. de falsis. Cyrillus etiam tenetur judex eo casu. Ind. de oblig. quæ quasi ex delicto.

44 Similia ff. lib. 2. T. de rebus creditis & aliora Alexandri l. 5. T. famil. erciscund.

45 Huc refer quod Papinius scribit 12. Arrest. mem. 22. apud Gallos læsæ majestatis esse crimen a rege ad alium principem appellare.

46 Vid. l. 46. ff. de reg. jur.

47 Perjurio per modum principis non committitur crimen læsæ majestatis. facit l. 2. T. de rel. cred.

48 l. un. C. Theod. eod.

49 Cum de vi adhibenda in quæstione

Quibus modis hic crimen admittitur, & de ejus pœna. 1. *De filiis damnatorum.* 2. *De his, qui pro illis supplicant.* 3. *De filiabus damnatorum.* 4. *De emancipatione, & rerum alienatione.* 5. *De uxoribus damnatorum.* 6. *De satellitibus, consciis, ministris, filiisque eorum.* 7. *De eo, qui conjurationem patefecit.*

v. Impp. Arcadius, & Honor. AA. Eutychiano P. P.

QUisquis cum [1] militibus, vel privatis [2], vel barbaris [3] sceleste inierit factionem [4], aut factionis ipsius susceperit sacramentum [5], vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis [6], & consistorio nostro intersunt, Senatorum [7] etiam (nam & ipsi pars [8] corporis nostri sunt,) vel cujuslibet postremo, qui nobis militat [9], cogitaverit: (eadem enim severitate voluntatem [10] sceleris, qua effectum puniri jura voluerunt) ipse quidem, utpote majestatis reus, gladio [11] feriatur, bonis ejus omnibus [12] fisco nostro addictis. §. 1. *Filii* [13] vero ejus, quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent [14] perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditatii criminis exempla [15] metuuntur) à materna, vel avita, omnium [16] etiam proximorum hereditate, ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuo egentes, & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perveniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate fordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. §. 2. Denique jubemus etiam eos [17] notabiles esse sine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire [18] tentaverint. §. 3. Ad *filias* [19] sane eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata, sive intestata decesserit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum ac nomen heredis. Mitior [20] enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus [21] minus aufuras esse confidimus. §. 4. *Emancipationes* [22] [quoque] quæ à prædictis sive in filios, posi legem dumtaxat latam, sive in filias fuerint collatæ, non valeant. *Dotes*, *donationes* [23], quarumlibet postremo rerum *alienationes*, quas ex eo tempore quolibet fraude, vel jure factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac suscitate cogitaverint, nullius statuimus esse momenti. §. 5. *Uxores* [24] sane prædictorum recuperata dote, si in ea conditione fuerint, ut quæ à vitis titulo donationis acceperunt, filiis debeant reservare: tempore, quo ususfructus abluimitur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, quæ juxta legem filiis debebantur: [&] Falcidia ex his etiam rebus filiabus tantum, non etiam filiis deputata [videatur.] §. 6. Id, quod de prædictis eorum [quæ] filiis cavimus, etiam de *satellitibus* [25] consciis, ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. §. 7. Sane si quis in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, initam *prodiderit* [26] factionem, & præmio & honore à nobis donabitur. Is vero qui usus fuerit factione, si vel sero (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit [27]: absolutione tantum, ac venia dignus habebitur. Dat. Prid. Non. Septemb. *Smyrnæ*, Crispo & Attico Conss. 397.

†. *In libro Anrecdani sic in margine notatur, Ante has leges legitur à Bulgare Græca constitutio. Sed alibi non habent: quia Græca est. Sed ne quid Codici deesset, quod ad ejus rectitudinem pertineret, adjiciendum existimavi legem ultimam ejusdem tituli βασιλικῶν, ut eam edidit, & interpretatus est Cujacius.*

De morte rei. 1. *De alienatione & manumissione.* 2. *De servo in dominum torquendo.* 3. *De morte rei.*

VI. * Ex lib. 6. Basilic. tit. 36.

MAjestatis rei etiam post [28] mortem tenentur, & confiscatur eorum substantia: & post mortem hoc crimen moveri incipit, & memoria defuncti damnatur, & res ejus heredibus auferuntur: nam ex eo tempore, quo hanc cogitationem subiit, propter cogitationem dignus est pœna. §. 1. Qui vero incidit in hoc crimen, neque [29] vendere potest, neque manumittere, neque ullo modo alienare, nec recte ei solvit debitor. §. 2. Sed & [30] servi in eum torquentur. §. 3. Et mortuo eo res ejus servantur, quia existente herede agi oportet.

De morte rei. 1. *De servo in dominum torquendo.*

VII. Paulus libro singulari de publicis judiciis.

MEminisse oportebit, si quid contra majestatem Imperatoris commissum dicatur, etiam [31] post rei mortem in crimen instaurari solere postea quam D. Marcus Drunciani [32], utpote senatoris, qui Cassiani furoris socius [33] fuerat, bona post mortem fisco vindicari jussit [34]: & nostro tempore multis heredibus ablata sunt. §. 1. In hoc item crimine, quod ad læsam majestatem Imperatoris pertinet etiam [35] in caput domini servi torquentur.

De morte rei. 1. *De servo in dominum torquendo.* 2. *De morte rei.*

VIII. Marcianus lib. 1. de publicis judic. ad legem Juliam Majestatis.

POst D. Marci constitutionem hoc jure uti cœpimus, ut etiam [36] post mortem nocentium hoc crimen inchoari possit: ut convicto mortuo memoria ejus damnetur, & ejus bona successori ejus eripiantur: nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mente punitus [37] est. Sic & divi Severus, & Antoninus constituerunt, ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare [38] neque manumittere eum posse: nec ei solvere [39] jure debitorem, magnus [etiam] Antoninus rescripsit. §. 1. In hac causa [40] in caput domini servi torquentur, *id est*, propter causam majestatis. §. 2. Et si decesserit quis: propter incertam personam successoris, bona observantur [41], si in causa majestatis fuisse mortuus arguatur: ut Severus, & Antoninus literis ad Rationales [42] missis rescripserunt. Dat. III. Non. Mart.

TIT. IX.

AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS [43], ET STUPRO [44].

An mulieres accusare possint.

1. Impp. Severus [45], & Antoninus AA. Cassiæ.

PUBLICO judicio non habere mulieres [46] adulterii accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, lex Julia declarat: quæ cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem fœminis privilegium dedit. P. P. III. Kal. Aug. Laterano, & Rufino Conss. 198.

De lenocinio.

II. Iidem AA. Cyro.

CRimen lenocinii [47] contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt [48], non qui suspectam [49] adulteram habuerunt. P. P. Kal. Jul. Anulino & Frontone Conss. 200.

De servis torquendis.

III. Imp. Antoninus A. Juliano.

NOn solum [verba] legis Juliæ de adulteriis coërcendis, sed etiam sententia, per quæstionem quoque servorum, sive ancillarum crimen admissum probare volentis, ad eatum tantum personarum servos [50] ei rei exhibendos pertinet, de quibus specialiter comprehendit, id est, mulieris, & patris ejus, non naturalis, sed justi dumtaxat, quos intra sexagesimum [51] diem ex dissolutione matrimonii numerandum, manumitti, vel distrahi prohiber, quorum dominis caveri præcipit, si defuncti fuerint in quæstione, vel facti deteriores, secuta absolutione. P. P. XV. Kal. Aug. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

De adultero occiso.

IV. Imp. Alexand. A. Juliano Proconsi. Narbo provinciæ.

GRacchus [52], quem Numerius in adulterio [53] noctu deprehensum interfecit, si [54] ejus conditionis fuit, ut per legem Juliam impune occidi potuerit: quod legitime [55] factum est, nullam pœnam meretur. Idemque filiis ejus, qui [56] patri paruerunt, præstandum est. Sed si legis auctoritate cessante inconsulto [57] dolore adulterum interemit, quamvis homicidium perpetratum sit, tamen quia, & nox [58], & dolor justus factum ejus relevant, potest in exilium dari. P. P. fine die, & consule.

De quinquennii præscriptione.

V. Idem A. Vadanti.

ADulter post [59] quinquennium quam commissum adulterium dicitur, (quod continuum numeratur) accusari non potest: easque præscriptiones [60] legibus reo datas auferri non oportet. P. P. Id. Jun. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De marito accusante adulterii.

VI. Idem A. Sebastiano.

JUre [61] mariti adulterii accusare volenti, sexaginta [62] dies utiles [63] computantur: quibus in publico ejus facultas fuerit, apud quem reus, vel rea postulari potest. Et cum præterierint dies isti utiles, maritus quoque jure extranei agere potest. Et qui confidit accusationi, calumniæ [64] notam timere non debet: nam ad probationem sceleris Divi Parentes mei quæstionem de mancipiis eodem modo haberi permiserunt, quasi jure mariti agerctur. P. P. II. Id. Aug. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

De virgine violata.

VII. Idem A. Herculano.

PRopter violatam virginem [65] adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator justus non est, & ideo jure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata [66] sponsa ejus fuerat. Sed si ipsa injurias suas adsistentibus [67] curatoribus [68], per quos etiam negotia ejus gerenda sunt, prosequatur, Præses provinciæ pro debita tanto delicto, si probetur, severitate examinabit. P. P. XII. Kal. Jun. Maximo II. & Æliano Conss. 224.

Ne eodem tempore adulter & adultera accusentur.

VIII. Idem A. Domno.

REos adulterii [69] duos [70] simul matrem & fœminam ex eidem [71] causa fieri lex Julia de pudicitia vetat [72] sed ordine [73] peragi utrosque licet. P. P. Idib. Jun. Juliano II. & Crispino Conss. 225.

De lenocinio.

IX. Idem A. Proculo.

CAstitati temporum meorum convenit, lege Julia de pudicitia damnatam in pœnis legitimis [74] perseverare. †. Qui autem adulterii damnatam, si quocunque modo pœnam capitalem [75] evase-

---

1. *L. 3. C. Theod. ad l. Corn. de sicar.* Quibus modis crimen majestatis admittitur.

2. *Privatis*, *Interpretatio*, *Basilic.* Privatorum nomine intelligit paganos aut milites.

3. Quid? Exteri in exterum principem suum committunt crimen læsæ majestatis? Clarus negat 5. *sent.* §. *lese majestatis* 11. *conf.* vide *Paradoxa* 2. adde *Dion. Cassium*, ubi *Scip. in verbo*, non *Jubitur*, *de re judicat.* Quid clerici, quos potest ob indepos clericatu, *Sidon.* Principis fit esse delinere? Negant doctores convinci ab iisdem crimen læsæ majestatis; quod filium esse confiteor, absque meritis Principis contrarium observant. *Clar. d. loc. verse. sine inferior.*

4 Factio scelerata; adde *Faul. 5. sent.* 29. §. 2.

5 Sacramentum factionis fugitivorum, dare.

6 Vid. *Clar. 5. sent.* §. *lese majestatis* 11. *versicul. Sicut etiam negantes. d. vid. Menoch. 5. præs. 44.*

7 11. *Harm. 6.*

8 Senatus pars corporis imperatoris, & contra, *l. 2. de dignitatib.*

9 *Harmen. d. loc.* Dum exercituum intelligit Papinianus. *Nota 7. de lese majestate.*

10 Primum punitur crimen læsæ majestatis. Nuda voluntas hic punitur, vide quæ scripsi ad *l. 18. ff. de pœn.* adde *Clar. d. loc. verse. filiasque.* *Farin. l. ult. §. ult.*

11 Primo pœna mortis læsæ majestatis nova. *l. 3. §. ult. §. 1. Instit. de pub. jud.* consuluere eorundem locorum simul et in partes fecuti. *Cicero d. loco vers. Id spero.* Restitutus tamen legatus hac crimen aliquando. vide *Papin. 12. Resp. l. num. 8.*

12 Etiam lesæ majestatis confiscatio bonorum antiquum, quæ ipso jure fit, licet non fortasse effectum ante sententiam adde *Instit. l. ult. §. ult. ff. de bon. proscr. 6. Harmen. 14.*

13 Secundum speciale, adde §. 5. *l. ult. Quid filius?* *l. 3. §. 3. eodem.* Quid filii naturales? idem quod in filia legitimis communis opinio apud *Clar. d. loc. verse. sed nunquid.* Quid si legitimæ emerpsi sint & nati sint deliberi? Communi opinione apud *Clar. vers. 457. n. 7.* negatur hoc legem ad eos pertinere: sed ad eumpsas & natas post patris damnationem, ut scilicet eis denegetur legitimi. *Clar. d. loc. vers. fate etiam.* Quid nepotes ex filia? ad eos etiam pertinet hæc constitutio, non tamen ad pronepotes. *eumdem spectat. Clar. d. loc. vers. preterea.* Quid masculi ex filiabus? Idem esse volunt, sed non ultra filios id extendi. *Clar. d. loc.* Illud adjiciendum est, hanc pœnam communi opinione ad eos tantum pertinere, qui in ipsum principem committunt, non adversus eum qui superiorem aliquem recognoscit. *Clar. d. loc. vers. unum tamen*, adde *Cic. epist. ad Brutum 15.*

14 Vide quæ scripsi ad *l. Capitalia, in Marco Antonino.*

15 Exempla criminis hereditarii metuuntur: & quidem præsumptione quadam. de qua vid. *Alciat. 1. præsumpt. 24.*

16 Imo non omnium.

17 Tertium speciale, de his qui supplicant pro læsæ majestatis reo.

18 Pœna supplicantis pro reo majestatis.

19 Quartum speciale de filiabus.

20 Mitius agitur cum mulieribus, quam cum masculis, hoc est, mitius puniendæ, vid. *Tiraq. de pœn. causa 9. l. 38. §. 7. ff. de adult. l. 6. ff. ad l. Jul. peculat.*

21 Sexus infirmus minus audere præsumitur.

22 Quintum speciale de emancipationibus, dotibus, donationibus *l. 6. §. 1 J. eod.* adde & de solutionibus eo factis, *l. 11. in fin. ff. de donat.*

24 Sextum speciale de uxoribus.

25 Septimum speciale de satellitibus: vide quæ notavi ad *Nov. 117. c. 8.*

26 Octavum speciale de conjuratione ac criminis læsæ majestatis indicibus. Fit vero exceptio ad *l. 10. T. de ædilit. l. ult. T. de accus.*

27 Ignoscitur interdum reo fit offerenti. vid. *l. 13. ff. de ædilit.*

28 Nonum speciale. Crimen majestatis post mortem objicitur, de qua vid. *l. 7. l. ult. J. ult. ff. ad l. 6. §. 11. ff. de inoffic. l. 1. §. 3. ff. de publicis. l. 20. ff. de Accusat. §. 3. Inst. de heredit. quæ ab intest. Sco. Eod. 36. c. 20. vers. c. 12.* Quinquennio tamen id fieri potuit. vid. *Clar. d. loc. vers. Item in fin.*

29 Vid. *l. 5. §. 4. T. eod.*

30 Vid. *l. 7 J. eod.*

31 *Duplicitur*, alii *Epigrani.* vid. *Cujac. 6. obs. 19. in fin.*

32 Et genere Aridii, alii.

33 Imo D. Marcus Drunciano pepercit. vid. Capitol. de Volcatium Gallicanum.

34 Legendum Cujacius monet: *d. loc.*

35 Decimum speciale, Servi torquentur in dominum majestatis accusatum, de quo *l. 6. §. 2. T. eod. l. 2. J. de quæst.* vid. *l. 1. 2. 3. 4. C. de probationib. l. 6. T. eod.*

36 Dixi ad *l. 6. T. eod.*

37 Privatus.

38 Dixi ad *l. 5. §. 4. T. eod.*

39 Quod est contra regulam juris communis, *l. 41 ff. de solut. l. 46. ff. de jure fisci.*

40 Dictum est *l. 6. §. 2. T. eod.*

41 Sequestratur.

42 Vid. *leg. ult. ff. de admin. fisci.*

43 §. 4. *Instit. de pub. jud. & Eod. 37. inpi. pauciora*, *hue refer Clar. 5. sentent. §. adulti.* vide XLVIII. D. V.

44 Adulterium quid differat à stupro, vid. *l. 101. ff. de verborum signif.*

45 Leges de matrimoniis. SERVUM tuliste aiz Dio in ejus v. & 300. millia morborum sub eo accusata.

46 Mulier lecti sui injuriam adversus virum persequi non potest: id est, de adulterio cum virgine aut vidua commisso virum accusare non potest. *6. Harm. 2. §. 5. Zoar. c. 48. Angel. de verbor. signif. form. 4.* cum aliena uxore ludit potest. *Menoch. 137. cap. 9. Menoch. 134. cap. 10.* potest etiam mulier in matrimonium retorquere crimen. *l. 13. §. 5. ff. eod.* olim repudiari etiam potuit, vel si impudice vixisset. vid. *Rebellum 4. 2. 17. Gothofredus Jure Canonico c. 4. num 32. 5. 4. c. 20. apud nos. & cap. ult. quæst. 5.* vid. Wurmser. *quæst. tit. 36. obs. 5. num. 3. Aug.*

47 Harmenopulus dicit eosdem relegari. *6. tit. 2. in fin.*

48 *l. 2. §. 2. in fin. l. 29. ff. eod. Paul. 2. sent. 26. §. 2.* Idem Paulus apud Rufinum *tit. 4. collat. leg. Mosaic.*

49 *l. 30. vers. In primis. J. eod. l. 26. ff. eod. l. 34. §. 1. ff. de ritu.*

50 *l. 12. §. 1. ff. qui & à quibus manumiss.* Servi mulieris de adulterio accusatæ, sed & patris mulieris torqueri possunt adulterii detegendi causa: nec possunt intra sexagesimum diem dissoluti matrimonii alienari vel manumitti, ne aliquis petere adulterii probatio.

51 Vide *l. 6. J. eod.*

52 Adulterum noctu deprehensum marito impune licet occidere: sed & si filii ejus ei obtemperantes occiderint, extra noxam sunt. Quod si præcipientes legi hoc non fecit marinus, ignoscitur ei, quia & noxæ deliquit, & facti dolore permotus, ideoque tantum relegatur. *Syn. Basil. 60. tit. 39. c. 44.*

53 *l. 2. Eleg. 37. c. 44. de majorat. reg.*

54 Non omnem adulterum in adulterio licet interficere. *l. 24. ff. de adult.*

55 Vid. *l. 38. §. 2. ff. ad Turpill.* Vide *l. 151. ff. de reg. juris.* facit *lex 23. T. de admin. tut.*

56 *Eleg. d. loc.* vid. *l. 4. ff. de ver. jurid.* Seneca 1. *controv. 4. Vir fortis in bello manum perdidit, deprehendit adulterum cum uxore ea qua filium adulescentem habebat: imperavit filio, ut occideret. Non occidit, adulter effugit, abdicat filium.* vide eundem *Senec. 1. dict. 4.*

57 Vide *l. 38. §. 8. ff. eod.*

58 Nox & dolor justus factum elevant.

59 Adulter post quinquennium accusari non potest. *l. 28 J. eod. l. 29. §. 7. ff. eod.* Adulterii actio intra quinquennium continuum tantum intenditur. *6. Harm. 2. & Eo. Bas. 39. c. 45.*

60 Exceptiones legum auferri non oportet.

61 Intra sexaginta dies post repudium, hoc est, diremptum matrimonium, si uxorem adulteram vir accusat, calumniæ pœnam nihil est quod metuat, sin post sexaginta dies id facit, calumniæ notam subit. *Syn. Basil. 6. tit. 2. §. 19.*

62 Intra sexaginta dies à divortio vir jure mariti accusare potest, absque jure tantum extranei. *l. 3. T. eod. l. 11. §. 6. l. 14. §. 2. ff. eod. 6. Harmenop. 2. §. 19. Tacit. 2.*

63 *l. 1. ff. de diversis.*

64 Vid. *l. 15. §. 2. ff. ad Turpill.*

65 Hanc vocem *virginem* quidam expungunt: Alii ita, *virginem non potest adultus esse caste.*

66 Rem puncti ita definio: Nemo potest agere de uxore, antequam sponsam eam habueret, violata. *l. 13. in fin. ff. eod.* de sponsa violata potest sponsus agere. *l. 1. §. 3.* nisi alteri quam sponso nupserit. *l. 11. §. 6. ff. eod.* maritus factus potest de ea violata, cum sponsa esset agere, non tamen jure mariti. *l. 13. §. 6.* eam extranei potest? Extranei bodie non possunt. *l. 30. vers. de extraneis. J. eod.* alia quædam vide apud *Cujac. 6. observ. 16. & 20. observ. 36.*

67 *Subjectitiæ*, Hal.

68 *l. 1. T. de auctor. præstand.*

69 Aliud in incesto. *l. 7. in fin. ff. eod.*

70 *l. 12. in fin. l. 29. §. 6. l. 32. in fin. ff. eod.*

71 Ex diversa non vetatur. *d. l. 32. in fin.*

72 In Gallia id non servatur. vid. *Papon. 22. Arrest. 9. num. 2. in fin.*

73 Ut incipiat à quo velit.

74 Jurisconsultus dubitanti de eo vid. *Lamprid. in Alexandro.*

75 De quibus vid. *l. 30. in fin.*

76 Hinc colligunt, Alexandrum primum constituisse, ut adulterium capitale esset. vid. *d. l. 30. in fin.*

evaserit, sciens duxerit [2] uxorem [vel reduxerit [2],] eadem lege ex causa lenocinii punietur. P. P. VII. Kal. Febr. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De paßis, de prævaricatione, de pretio pro comperto stupro accepto.

X. Idem A. Demetriano.

DE crimine adulterii pacisci [3] non licet, & par [4] delictum est accusatoris prævaricatoris, & defugientis [5] veritatis inquisitionem. †. Qui autem pretium [6] pro comperto stupro accepit, pœna legis Juliæ de adulteriis tenetur. P. P. V. Non. Maji, FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

An maritus retentam in matrimonio accusare possit.

XI. Idem A. Notuano.

CRimen adulterii maritum retentа in matrimonio uxore inferre non [7] posse, nemini dubium est. P. P. Kal. Septemb. ALEXAND. II. & MARCELLO CONSS. 227.

In AUTHENT. ut lic. matri & aviæ. §. quia vero plurimas. col. 9. tit. ult. Novell. 117. cap. 8.

Sed neve jure [8] potest: & si accusatio vera esse offendatur, tunc repudium mittere debet, & in scriptis eam accusare debet. Si vero illam adulterii accusationem maritus non probaverit, ille subjiciatur supplicio, quæ esset passura mulier, si accusatio comprobata fuisset.

An sententia lata contra adulterum noceat adulteræ.

XII. Idem A. Basso.

ETsi [9] crimine adulterii damnatus restitutus non esset, ut proponis, si tamen soror tua, cum qua adulterium commissum dicebatur, non est accusata: nec pœnæ nec infamiæ subjici potuit, & multo magis cum & accusatorem vita esse functum proponas. P. P. Kal. Jun. SABINO II. & VENUSTO CONSS. 241.

De absente.

XIII. Idem A. Sylvano.

ADulteram, si postea quam crimen contra eam inchoatum est, provinciam excesserit, etiam absentem [10] inter reos recipi posse [11], explorati juris est. P. P. Non. Mart. ATTICO & PRAETEXTATO CONSS. 243.

De foro competente. De ea, quæ post adulterium nupsit.

XIV. Imp. GORDIAN. A. Aquiliæ.

SI dum in tuo matrimonio uxor tua esset, se adulterio polluit, in [12] ea provincia, in qua id [ipsum] factum est adulterium, more solito persequi debes. Nec enim ab ea [13], quæ jam nupta [&] adulterium passa est, exordium accusationis sumi potest, si [14] denunciatio criminis nuptias non præcessit. P. P. Non. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De absente. De milite.

XV. Idem A. Hilarino militi.

SI quondam uxor tua, antequam crimine adulterii accusaretur, provinciam excessit, neque absens accusari potest [15], neque in [16] eam provinciam, in qua stipendium facis, transmitti jure deposcitur. Sane cum per occupationem militarem non licuerit accusare eam, solenniter poteris. Nec enim tempus, quo muneribus militaribus occuparis [17], vindictam tibi, quam mariali dolore percussus deposcis, debet auferre. P. P. IV. Id. Mart. ATTICO & PRAETEXTATO CONSS. 243.

In AUTHENT. ut nulli. §. Si vero quis. col. 9. tit. 17. al. 1. Novell. 134. cap. 5.

Si vero criminis commissi occasione latuerit, aut provinciam illam reliquerit, in qua delinquit, jubemus legitimo edicto à Judice vocari eum, & si non audiat, illa in eum procedere, quæ nostris legibus sunt definita. Si vero cognoscatur, quod in alia provincia degat, jubemus provinciæ illius Judicem, in qua crimen commissum est, epistola publica uti ad provinciæ illius Judicem, in qua delinquens degit. Ille vero, qui publicas susceperit literas, periculo suo, & officii sui comprehendet eum, & ad Judicem provinciæ transmittet, in qua peccavit, supplicio legitimo subjiciendum. Si vero, qui publicam epistolam susceperit, hoc facere, aut Officium ejus imperata neglexerit, tunc & ipsum Judicem tres libras auri, & Officium ejus alias tres pro pœna inferre jubemus. Sin autem Judex, aut aliquis Officialium suorum propter lucrum eum non comprehenderit, aut comprehendens non transmiserit, qui hoc facisse convincatur, feliciter cingulo, & exilio tradatur.

Si maritus desistat.

XVI. Impp. VALERIANUS, & GALLIENUS AA. Archesilao.

ABolitionem adulterii criminis postulans, Præsidem [18], in cujus officio accusatio fuerit instituta, adire debes. Cæterum errás tu marite existimans etiamsi simpliciter, id est, sine abolitione destitisses [19], Senatusconsulto [20] in persona tua futurum locum non fuisse: diversum enim Divi Principes sæpe sanxerunt. Quin hoc amplius scias, nullam fuisse tibi ulterius postestatem instituendi accusationes: quia & decreto Patrum, [&] lege Petronia [21] ei, qui jure viri delarum adulteriorum non pergit, nunquam postea hoc crimen deferre permittitur. P. P. XV. Kal. Jun. MAXIMO, & GALERIONE CONSS. 257.

De senatorio.

XVII. Iidem AA. Victorino.

SIne metu legis Juliæ de adulteriis coercendis revocare uxorem in matrimonium potes: cum nihil [22] amplius, quam libellos accusationis obtulisti: quia postea compertum te affirmas, quod vana indignatione ad accusationem incitatus fueris. Is enim committit in pœnam quam lex certo capite denunciat, qui vel publice adulterio damnatum habet: vel adulteram sciens [23], ut ignorantiam simulare non possit, retinet uxorem. P. P. VI. Kal. Aug. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 258.

De polygamia.

XVIII. Iidem AA. & VALERIANUS C. Theodoræ.

EUm [24], qui duas [25] simul habuit uxores, sine dubitatione comitatur infamia. In ea namque re non juris effectus, quo cives nostri matrimonia contrahere pluta prohibentur, sed animi [26] destinatio cogitatur. Verumtamen ei, qui te ficto [27] cœlibatu, cum aliam matremfamilias in provincia reliquisset, sollicitavit ad nuptias: etiam [28] crimen [29] stupri, à quo tu remota es, quod uxorem te esse credebas, ab accusatore legitimo solenniter inferetur. Cæterum res tuas omnes, quas ab eo interceptas matrimonii simulatione deploras, restitui tibi omni exactionis instantia impetrabis à Rectore provinciæ: nam ea quidem, quæ se tibi, ut [30] sponsæ datorum promisit, quomodo repetere cum effectu potes, quasi sponsa? Accepta Id. Majis. *Antiochiæ*, TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

De absente.

XIX. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. ad Pompeianum.

QUamvis indubitati juris sit, quoticns adulterii crimen intenditur, præsentiam accusatoris præcedere oportere [31]: tamen quoniam ex literis tuis cognovimus Materiam Proposiri viatoris uxorem, habitis quæstionibus, cum Juliano quodam adulterium commisisse, detectam sub ipsa prolatione sententiæ, Viatoris ipsius præsentiam [32] postulasse, non putavimus confecto pene judicio, facinore etiam agitata quæstione convicto, Propositum ab excubiis limitis revocandum. Dat. S. Non. Decembr. AA. & CONSS.

De stupro.

XX. Iidem. AA. & CC. Didymo.

FOEdissimam [33] earum nequitiam, quæ pudorem suum alienis libidinibus prosternunt, non etiam earum, quæ per vim [34] stupro compressæ sunt, irreprehensa [35] voluntate, leges ulciscuntur: quin etiam inviolatæ existimationis esse, nec nuptias earum aliis interdici, merito placuit. P. P. III. Non. Octobr. ipsis IV. & III. A. CONSS. 290.

De eo, qui per occupationes publicas accusationem instituere non potuit.

XXI. Iidem AA. & CC. Silano.

OB commissa adulteria, atque accusandas uxores, certa tempora, quæ utiliter [36] computari solent, præscripta sunt. Si igitur per occupationes [37] publicas accusationem instituere non potuisti, nec ante credirum tibi munus præscripta tempora transacta sunt: post depositam solicitudinem, qua detineris, integram accusandi potestatem habebis: ad quam cum vacare ceperis, properare debebis: nec effrenata licentia ad terrendam adversariam futuræ accusationis speciem prætendas. P.P. XIV. Kal. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De meretrice.

XXII. Iidem AA. & CC. Oblimosi.

SI ea, quæ stupro tibi cognita est, & passim [38] venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se præbuit: adulterii crimen in ea cessat. P. P. XII. Kalend. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De servo. 1. De pœnna data ad redimendam licentiam vexationem, vel captandam impunitatem.

XXIII. Iidem AA. & CC. Proculo.

SErvi [39] ob violatum contubernium [suum] adulterii crimine accusari non possunt. §. 1. Is autem, qui post [40] dissociatum matrimonium uxorem licito jure duxit, obque intentatæ accusationis, ac potentis patrocinii metum, ei, qui accusationem instituerat, aurum & argentum dedit, ad recipiendum id, ulciscendamque turpis lucri cupiditatem, adire Præsidem potest, qui examinatis [partium] allegationibus, & inquisita fide veri, liquidem id ab eo, qui innocens est, ob illati criminis timorem datum esse cognoverit: quemadmodum sententiam formare debeat, ex evidentibus juris placitis instruetur. Sin vero constiterit corrupti matrimonii velut meretedem ad captandam impunitatem solutam [pecuniam] esse: eum, qui etiam adversus Senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri jubebit. P. P. Kalend. Novemb. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De injusto contubernio.

XXIV. Iidem AA. & CC. Dionysio.

SI ejus, à quo nunc adulterii rea postularis, contra juris formam contubernio [41] hæsisti, innumeris auctoritatibus te tueri potes.

De existimatione.

XXV. Iidem AA. & CC. Sossiano.

ETsi libidine intemperatæ cupiditatis ex Actorum lectione exarsisse te cognitum est: tamen cum ancillas [42] compressisse, & non liberas stupratse detectum sit, ex hujusmodi sententia gravaram [43] potius [44] opinionem, quam infamia afflictam esse manifestum est. P. P. V. Id. Mart. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

Si de statu accusari dubitetur.

XXVI. Iidem AA. & CC. Crispino.

QUoniam Alexandrum qui in crimen vocatur, etiam præscriptionem esse pollicitum eo nomine, quod accusator uxorem post deprehensum adulterium penes se habuisse videatur, & de statu suo agere nunc velle perspeximus: ita ordo [45] quæstionis dirimendus videtur, ut in primis [46] quidem de statu Alexandri quæratur: ita ut si liberum eum esse adhibita audientia deprehenderis, præscriptionis ei objicienda facias [47] potestatem. Sin vero eundem esse servum [48] cognoveris, remotis præscriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debebis inquirere: ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, pœnam decernere quam in adulterii crimen legum sanctio statuit. Dat. V. Kalend. Septembr. AA. CONSS.

De nuptiis inter adulteros.

XXVII. Iidem AA. & CC. Phœbo.

COmmissum antea adultetium cum eo cui se postea nuptiis [49] sociavit, velamento [50] matrimonii non extinguitur. P. P. XVIII. Kal. Januar. CC. CONSS.

De exceptione temporis, lenocinii, & ordinis.

XXVIII. Iidem AA. & CC. Concordio Proconsi. Numidiæ.

ITa nobis cordi pudor est, ut removeamus prisci juris ambages, & constituamus in adulterii quæstione, abolitis de medio ceteris præscriptionibus, præter quinquennii [51] temporis, & lenocinii [52] quod marito objicitur, exceptionem, illam [53] etiam quæ post solutum prius matrimonium ante denunciationem [54] nuptæ competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, ut ultionem pudoris [55] præstigia [56] versuti [57] juris excludant. P.P. Kalend. Jun. TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

quo primum accusandus est is cui adultera post matrimonium nupsit.

55 Id est, violatæ castitatis, quæ pudore retinetur.

56 Al. *præstigio.*

57 *subtata admittitur accusatio, si lege non reprobetur accusatoris persona & afferantur probationes per testes extraneos & domesticos, etiam cum quæstione. ut l. 32. §. ult.*

20 *l. 32. §. pen. ff. de donat. inter vir.*

31 *l. 20. C. de accus.*

32 Etiam absente accusatore, reus præsens condemnari potest.

33 Quales hanc legem tulerunt ad Tribunatum usque fœtifices, de quibus vid. *Juvenal. Sat. 6. Martial. l. 8. ep. 38.* vid. *7. ep. 12. Ammian. l. 7. num. 1. Claud. 5. festor. de Fescennin. versu in nuptias Honor. & Theodos. Plautus Aulular. act. 2. sc. 4. Terent. Eun. act. 3. sc. 5.* Sed hodie agitur enim hac lege de mulieribus ultra fortiores & decentibus.

34 Vim passa mulieri, turpitudinem non imputari, *l. 7. §. 4. ff. ad l. Jul. de vi. l. 39. ff. ad l. Pompeiam de parricid. l. 39.* nec est impudicitiæ meliercula, sed vis.

35 Irrepta violentia mulieri, turpitudinem non imputari, *l. 7. §. 4. ff. ad l. Jul. de vi. l. 39. ff. ad l. Pompeiam de parricid. l. 39.* nec est impudicitiæ meliercula, sed vis.

36 *l. 4. §. 23. in fin. ff. ad l. 11. §. 5. ff. eod.*

37 Muneris reipublicæ causa occupato non currunt tempora ad accusandum crimen de adulteriis commissum.

38 Vid. *l. 39. in fin. ff. ad. vide de vetula impudica.* Adulteri non tenetur qui conjungitur ei quæ jam se multis meretricio more prostituit. *Ignat. Sanct. ff. ad. cap. 38. & 6. Num. 2. §. 11.*

39 *l. 24. ff. ad. vid. l. 6. ff. ad.* de qua scripsi ad *l. 3. in fin. ff. de rapt. Vir.* ita? Matrimonium quod non est, violari non potest. alia *l. 13. §. 1. ff. ad.*

40 Sufficit repudium mittere dari potest.

41 Vid. *l. 13. ff. eod.*

42 Stupri cum ancilla domestica non fit infamia. *l. 29. in fin. ff. ad. l. 6. ff. ad. l. 25 ff. de injur.*

43 Opinionis gravatæ & infamiæ differentia.

44 Verberibus cum affici qui cum ancilla propria rem habet, ex novo jure Orientis refert Hermenopulus *5. t. 3. §. 2.*

45 Vid. *l. 1. l. 2. ad. regul. l. 1. l. 2. ff. ad. rubr. proem.*

46 Et in quibuscumque causa criminali antepositum, ut hic, & *l. 9. ff. ad l. 2. C. Th. ad leg. Corn. Pap. de falsis.*

47 Imo non est de facienda. *l. 2. §. 7. ff. eod.*

48 Servi adulteris accusari prohibentur. *l. 3. l. 12. §. 1. ff. de accusat.*

49 Domesticæ pœnam remittit, si aliquis mulieri à matrimonio prohibetur, nisi colligunt Rebuff. *l. 9. n. 34. Paul. de Castr. l. 2. num. 10 ante medium. Ancharan. l. 31. ff. de ritu. nupt. vid. Tiraq. in tract. de retr.*

50 Dixi ad *l. 8. vers. 134. c. de repud.*

51 De quinquennii præscriptione vide *l. 5. ff. ad. Adulteriis.* Ad accusationem repellit temporis exceptio, lenocinii & ordinis.

52 De lenocinio vid. *l. 2. §. 5. ff. ad l. 39. in fin. ff. de furtis. Ad. Sabin. marcia.*

53 Ordinis. *De*

54 *l. 14. ff. ad.*

57 Hæc verba

De domina caupona vel famula.

XXIX. Imp. CONSTANTINUS A. Africano.

QUæ[1] adulterium commisit, utrum domina cauponæ, an ministra fuerit, requiri debebit, & ita obsequio famulata servili[3], ut plerumque ipsa intemperantiæ vina præbuerit: ut si[4] domina tabernæ fuerit, non sit à vinculis juris excepta: Si vero potantibus ministerium[5] præbuerit, pro vilitate[6] ejus, quæ in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abscedant: cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ juris nexibus detinentur, & *mai rusfamilias*[8] nomen obtinent. Hæ autem immunes à judiciaria severitate, & stupri & adulterii præsentur, quas vitæ vilitas[7] dignas legum obtervatione non credidit. Suprascripta. Dat. III. Non. Febr. *Heraclea*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTINO CC. CONSS. 326.

De accusatoribus. Pœna adulterii.

XXX. Idem A. ad Euagrium.

QUamvis[8] adulterii[9] crimen inter publica[10] referatur, quorum delatio in commune omnibus fine aliqua legis interpretatione conceditur: tamen ne volentibus temere liceat fœdare connubia, proximis[11] necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, necnon patruo, & avunculo, quos verus dolor ad accusationem impellit. Sed etiam his personis legem imponimus, ut crimen abolitione[12] (si voluerint) compescant. †. In primis[13] maritum genialis tori[14] vindicem esse oportet: cui quidem & ex suspicione[15] ream conjugem facere licet: vel eam, si tantum suspicatur, penes se retinere non prohibetur: nec inscriptionis[16] vinculo contineri, cum jure mariti accusaret, veteres retro Principes annuerunt. †. Extraneos[17] autem procul arceri ab accusatione censemus: nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterve id faciunt, & falsis contumeliis matrimonia deformant. §. 1. Sacrilegos[18] autem nuptiarum gladio[19] puniri oportet. P.P. *Nicomedia*, VII. Kal. Maji, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO CC. [IV.] CONSS. 326.

In AUTHENT. ut nulli jud. §. Si vero quando col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 10.

SEd hodie[20] *adultera verberata*[21] *in monasterium mittatur: quam intra biennium vire recipere licet. Bonnio transacto, vel viro, priusquam reduceret eam, mortuo: adultera tonsa monastico habitu suscepta, ibi dum vivit, permanet duabus partibus propriæ substantiæ liberis se habet applicandis: tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus existentibus, hujusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur: dua monasterio, quibus prædictis non extantibus, omnis ejus substantia monasterio quæretur, pacto de alium instrumentarum in omni casu vire servando.*

In AUTHENT. ut lic. ma. & aviæ. §. his quoque. col. 8. tit. ult. Novell. 117. cap. 15.

SI *quis ei, quem suspectum habet de sua uxore, ter in scriptis denunciaverit sub præsentia trium testium fide dignorum, & post invenerit cum convenientem uxori suæ in domo sua, vel uxoris, vel adulteri, vel in popino, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat*[22]. *Si alibi inveniat, tribus testibus convocatis tradat eum judici: qui nulla alia ratione quæsita habet puniendi facultatem. Si tamen in sacro oratorio colloqui inveniantur, post tres ut dictum est, denunciationes: licet marito utrasque personas defensori ecclesiæ tradere, aut alii clericio, ut ad eorum periculum divisim ipsi serventur, donec judex cognoscens hoc, mittat episcopo civitatis, quatenus ei ipsi tradantur, ut debeat subire tormentum, ut nuncietur per eum ad præsidem provinciæ, qui secundum leges pœnam imponet legitimam.*

De venere mascula.

XXXI. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. ad populum.

CUm[23] vir nubit[24], in fœminam vitis correctuam, quid cupiatur, ubi sexus[25] perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur[26] in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur[27], jubemus insurgere leges, armari jura[28] gladio ultore, ut exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei. P.P. *Romæ*, XVII. Kal. Jan. CONSTANTINO VIII. & CONSTANTIO CC. IV. CONSS.

De servis torquendis.

XXXII. Imppp. GRAT. VAL. THEOD. & ARCAD. AAAA. Cynegio P. P.

IN[29] adulterii quæstione ab omni[30] familia non solum mariti, sed etiam uxoris, (quæ[31] tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum) quærendum est sine defensione cujusquam. Dat. III. Id. Decembr. *Constantinopoli*, ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De repetitione dotis, vel alterius debiti.

XXXIII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

ADulterii[32] accusatione proposita, præscriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere, atque perstrepere examini consueverunt, jussimus sequestrari, nec earum[33] obice aliquid negotio tarditatis afferri: sed accusatione fundata, hoc est, cum constiterit quo jure, id est, maritine, an extranei, [quove] tempore accusatio fuerit intromissa: discutiatur crimen, facti qualitas publicetur: cum & jurgia, quæ magnitudine superantur[34], & civilis actio criminali jure postponatur, idem tamen, cum competere cœperit, habituri momenti, dummodo non obsit [huic] examini. Dat. VII. Id. Decemb. *Constantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De nuptiis inter accusatos secutis.

XXXIV. Iidem AAA. Rufino P. P.

SI[35] qui adulterii fuerint accusati, & obtentu proximitatis[36] intentata depulerint, per[37] commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur *non debere credi, quod allegatur, vel non potuisse committi*: hi, si postmodum in nuptias, consortiumque convenerint, facinus illud [in] quo fuerint accusati, manifesta fide, atque indiciis[38] evidentibus publicabunt. Unde si qui ejusmodi reperti fuerint, jussimus in eosdem severissime vindicari, & velut convictum facinus, confessumque puniri. Dat. II. Non. Decemb. *Constantinop.* THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De divortio.

XXXV. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P. P.

SI[39] mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa à se dati discesserit, nec viduitatem stupri procacitate commaculet: accusationem repudiato marito jure deferimus. Dat. XII. Kalend. Mart. *Ravennæ*, EUTYCHIO, & AGRICOLA CONSS. 421.

De manumissione servorum adultera post ejus mortem.

XXXVI. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

LIbertatem servorum, qui ad dominium pertinent uxoris, vel mariti, vel parentum eorum: repudio misso propter suspicionem criminis adulterii, legum conditores intra duorum[40] mensium spatium post missionem repudii dinumerandum suspendi definiunt, propter tormentorum quæstionem (si opus exegerit) eis imponendam. Si vero uxor [tua] matrimonio sub prætexto modo dissoluto, rebus humanis exempta fuerit: nihil de tempore quousque servos eos, propter memoratam causam permanere deceat, adjiciunt. Nobis vero necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis quæstionem, utrum in lucro marito cedat, an heredibus mulieris restituatur. Sancimus itaque duos [etiam] menses post mortem mulieris servari, ut intra eos ante dicti servi[41] permaneant, & facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos præstare. Transacto vero memorato tempore licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere: nisi per culpam ejus maritus prohibitus fuerit causam adulterii, tempore videlicet imminente, exercere. Dat. V. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno secundo. 532.

De adulterii pœna.

XXXVII.

Οἱ μοιχοὶ τυπτόμενοι καὶ κουρόμενοι, ξυρουμένου αὐτοῦ. Οἱ δὲ μοιχοὶ καὶ ὑπηρέται τῆς τοιαύτης ἀκολασίας γινόμενοι, τυπτόμενοι, διὰ παντὸς ξυόμενοι.

ADulteris[42] verberatis, & tonsis nares abscinduntur. Nuncii vero & impii hujusce facinoris administri, verberati, & tonsi in perpetuum relegantur.

TIT. X.

SI[43] QUIS EAM, CUJUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

Si tutor quondam committit stuprum cum adulta, debet deportari, bonis omnibus confiscatis. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum Vicar. Italiæ.

SI[44] tutor pupillam quondam suam violata castitate stupraverit, deportationi subjugetur: atque universæ ejus facultates fisci[45] juribus vindicentur, quamvis eam pœnam debuerit sustinere, quam raptori leges imponunt. Dat. Prid. Non. April. *Aquil.* CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

TIT. XI.

DE[46] MULIERIBUS[47], QUÆ SE PROPRIIS SERVIS[48] JUNXERUNT.

Servus, qui concubuit cum domina, debet cremari, & domina decapitari. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

SI[49] qua cum servo [suo] occulte rem habere deteginur, capitali sententiæ subjugetur: tradendo ignibus[50] verberone[51]. †. Sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit Officio copia nunciandi, sit etiam servo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. †. Filii etiam, quos ex hac conjunctione habuerint, exuti omnibus dignitatis insignibus, in nuda maneant libertate: neque per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis acceptori aliquid ex facultatibus mulieris. †. Successio autem mulieris ab intestato, vel filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur, vel ei, quem ratio justis admittit. †. Id autem & quod ille, qui condemnatus est, & quod ex eo suscepti filii quoliber casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum, à memoratis successoribus vindicetur. Dat. IV. Kal. Jun. *Serdicæ*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

TIT. XII.

AD LEGEM JULIAM[52] DE VI PUBLICA[53], VEL PRIVATA[54].

Si ob viri debitum res uxoris pignori capiuntur.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Pelitiæ.

OB[55] debitum viri, vel civile munus, res uxoris, qui pignoti capiunt, vim contrahere videntur. Dat. Kal. Julii, *Romæ*, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

1 Adulterium an & quando admittatur in Tabernæ propositam mulierem. *l. 1. C. de mod. mul. l. 2. C. de Epis. Aud. vel. C. 63. §. 2.*

2 *l. 25. ff. eod.*

3 Adulterium commissum cum domina cauponæ, quando puniri possit, & ipsa per se vinum in taberna præbere sibi licita est. adde *l. 47. ff. de ritu nuptiarum.*

4 *l. 1. §. 5.*

5 Vinum per se potentibus præbere, vile & servile est ministerium: unde negatur hic, adulterium cum ejusmodi muliere commisi. Nam leges hunc existimationis mulierem publicis proscriptionibus proferunt, nulla ullum & commissione dignam ratione habent. *Isp. Regin. vel. 1. 6. C.*

6 *Vid. l. 49. §. 4. ff. de leg. 3.*

7 Stuprum pro divitiis non committi cum mercede, hinc colligunt. *vid. Cler. ad Inst. §. fornicatio §. vers. 1.*

8 *l. 2. C. Cod. Theod. eod.*

9 Adulterii crimen non omnibus licite ullo discrimine intendere permissum est: ut qui volentibus temere liceat fœdare connubia, sed solis proximis, maximeque necessariis personis, avo aut patri, fratri, patruo, avunculo: sed inter omnes maxime virum. *l. Barm. 1. §. 4.*

10 Etiam hodie publicæ accusationes adulterii sunt. *vid. Cujac. 20. observ. 22.*

11 6 Harmen. 2.

12 *l. 2. in fin. ff. de abolit.*

13 *l. 2. §. 8. l. 14. §. 2. ff. eod.* deinde *quæ* à §. 2. foeter. *l. 11. §. 3. ff. eodem.* Quid puellæ? *vid. l. 7. eod.*

14 Maritus tori gnarilis vindex esse debet: possit tamen actione experiri cum adultero, *vide Paræum 23. observ. 9. num. 12.*

15 *l. 2. T. eod.*

16 *Vide Nov. 117. cap. 15.*

17 Extranei hodie non accusant de adulterio.

18 Id est, adulteros, deuti haec Gaianis in Cod. Theod. quam rem verissimile est desumptam ex *l. 4. C. Theod. quæ, cognitionem restringunt.*

19 *l. 9. T. eodem. Gell. 6. decemviral. §. 4. Inst. de publ. jud.* deportationis omnino *l. 4. §. 7. de quæstion. vid. l. 5. ff. de quæst. vid. Cujac. 6. obs. 11. 19. obs. 39. & 20. obs. 19. Hotom. 21. Illust.* hodie adultera punitur. *Anth. prox. T. eod.* dixi ad *Novell. 134. c. 10.* 20 Adulteri pœna olim deportatio. *l. 5. ff. de quæst.* Hodie, hoc est, nova jure civili, adulterium punitur hac constitutione. Novissime jure & consuetudinario, quibusdam in locis fustigatione, exilio arbitrario punitur adultera: adulter ultimo supplicio, aliis locis adulterium mulieri & masculo capitale. adde *Novell. 134. c. 10. Roman. singul. 31. Clarum in summ. §. adulterium.* De variis adulterii pœnis, vid. apud *southerum Synopsim, tit. 1. 67. Ferr. and. 1. Explicat. 4.* vide omnino *Brunch. de arbitr. judic. center. 3. c. 419.* 21 Pœna adulteræ nova. 22 Dixi ad *Novell. 117. c. 15.* 23 *l. 3. C. Theod. eod.* adde *Novell. 77. & 141.* Goth. Intellectum hujus legis vid. apud *Revard. var. lib. 4. cap. 20.* Alciat. *parerg. lib. 10. cap. 11.* Ant. Dambond. *prax. crim. 98.* Jul. Clar. §. *Solemnia, num. 4. 5. l.* 24 Al. *nubit, in fœmina viros projectura, quid capiat &c. d. l. 3.* adde *de fœmina virum partiura, quid capiat. &c.* Hal. *nubit ut fœmina virile partiatur: quid capiatur, &c. Revard. d. Var. 20.* Ita legi potest, *Cum vir nubit in fœminam virile porrecturam quid capiat? Vir mubere* distinct species mulierebris patitur: quoties contra naturam sexus non agit, sed patitur. *J. eod. ibid.* ille *fœmæ perdidit locum*, hoc est, venerem in alteram formam mutare. *J. eod. ibi, ubi Venus mutatur in alteram formam.* vir corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare parientia, nihil discrepans habere cum fœminis, suum sexum turpiter perdere & alienum expetere, sacrosanctum hospitium violare nefas habetur. vid. *cauff. Valentin. apud Rosin. tit. 5. collat. legum Mosaic. Salvian. lib. 7. de Gubern. Dei.* Ita *

De tertia parte bonorum tutoris publicata.

11. Imp. ANTONINUS A. Vero.

TUtoris tui lege Julia de vi privata damnati, si tertia[1] pars[2] bonorum fisco vindicata est, tutelæ actionem pro ea portione adversus fiscum dirige: modo si nulla præscriptio locum habeat. Nam successio 4 pro oneribus portionis suæ respondet[3]. P. P. XV. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De sponsa rapta, vel filio alterius inclusæ.

III. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Bianori.

SI confidis sponsam[6] filii [tui] raptam esse, vel filium tuum inclusum[7]: instituere solenni more legis Juliæ de vi accusationem apud Præsidem provinciæ non prohiberis. P.P. VIII. Kal. Maji, *Verona*, AA. CONSS.

De delictis servorum. De verberibus.

IV. Iidem AA. & CC. Liberatio.

SI criminis accusationem propter res à servo raptas intentandam putaveris, non[8] contra dominum, sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. Sed quoniam à Fiscinulo etiam te verbetibus afflictum adseveras: si hominibus coactis[9] hoc fecerit, de hoc etiam, si legis Juliæ de vi privata reum deferendum putaveris, apud Præsidem provinciæ age, non ignarum, quæmadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. S. XVII. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS.

De ingressu in possessionem fundi.

V. Iidem AA. & CC. Oploni.

IN[10] possessionem fundi licet crediror per vim ingrediatur, Juliæ legis vis privatæ reus deferri potest. S. VI. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De eo, qui vim facere tentat, & causam malorum probat.

VI. Imp. CONSTANTINUS A. ad Catulinum Proconsulem Africæ.

QUoniam[11] multa facinora sub uno *violentiæ* nomine[12] continentur; cum[13] aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera cædesque crebro deteguntur admissæ: placuit, si forte quis, vel ex possidentis[14] parte, vel ex ejus, qui possessionem temere tentaverit, interemptus[15] sit: in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentaverit, & alterutri parti causam[16] malorum præbuerit: & non jam relegatione, aut deportatione insulæ plectatur, sed supplicium capitale[17] excipiat, nec interposita provocatione sententiam, quæ in eum fuerit dicta, suspendat. Dat. XV. Kal. Maji, *Serdicæ*, GALLICANO & BASSO CONSS. 317.

De pœna non probantis crimen. De causa possessionis ante accusationem de vi decidenda.

VII. Idem A. ad Bassum P. U.

SI[18] quis ad se fundum, vel quodcunque aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat: [aut] civiliter[19] super[20] possidendo agat, aut impleta solennitate juris crimen violentiæ opponat[21]: non ignarus, eam[22] [se] sententiam subiturum, si crimen objectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod si[23] omissa interpellatione vim possidenti intulerit, ante[24] omnia violentiæ causam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem pervenerit possidentem: ut ei, quem constiterit expulsum, amissæ possessionis jura reparentur: eademque protinus[25] restituta, [si criminalis quæstio agitetur,] violentus pœnæ non immerito destinatus in totius litis terminum differatur: ut agitato negotio[26] principali, si contra eum fuerit judicatum, in insulam deportetur, bonis[27] omnibus abrogatis. P.P. prid. Non. Octobr. *Romæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO CONSS. 319.

De servis. 1. De utilibus personis. De his, qui sæpius deliquerunt. 2. De judice, qui legitimam pœnam non irrogavit.

VIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Albinum P. U.

Servus, qui proprio motu vim intulit, debet mori: si hortatu, vel jussu domini, pœna mitigatur: & ideo damnatur in metallum. Bald.

SErvos[28], qui feciste violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino commiserint: postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum[29] legem Juliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriæ dignitate[30] non uti: servos vero, quos furoribus talibus paruisse[31] constiterit, metallo post sententiam dedi. §. 1. Viles autem, infamesque personæ, & hi, qui bis aut sæpius[32] violentiam perpetrasse convincentur, constitutionum divalium pœna teneantur. §. 2. Judicem vero nosse oportet, quod gravi[33] infamia sit notandus, si violentiæ crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunitate[34] donaverit, aut molliorem[35] quam præstitimus, pœnam protulerit. Dat. prid. Non. Mart. *Mediolani*, VALENTIN. A. IV. & NEOTHERIO CONSS. 390.

De raptore, & ea qui rapteri rem servat.

IX. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Aureliano P. P.

CRimen[36] non[37] dissimile est rapere, & ei, qui rapuit, raptam [rem] scientem delictum servare[38]. Dat. III. Non. Mart. HONOR. X. & THEOD. VI. AA. CONSS. 415.

De Buccellariis, Isauris, armatis servis.

X. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

OMnibus per civitates & agros habendi Buccellarios[39], vel Isauros[40], armatosque servos[41] licentiam volumus esse præclusam. Quod si quis præter hæc, quæ nostra mansuetudo salubriter ordinavit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis prædiis, aut justa se habere tentaverit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos severissimam proferri sancimus. Viri quoque Clarissimi provinciarum Rectores in speculis esse debebunt, ne quis audeat hæc statuta nostræ mansuetudinis in aliquo violare: scientes, quod ex diffimulatione[42], dignitatis & administrationis cingulo privabuntur, & post centum librarum auri multam, salutis vitæque suæ periculum sustinebunt: primatibus videlicet apparitionis suæ personis præter amissionem fortunarum suarum capitali quoque supplicio setiendis. Dat. V. Kal. Septembr. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

testate consistat: aliam medietatem buccellarius, qui adquisivit, obtineat: adde Alciat. 3. *Disputat.* 20. apud Suidam Buccellarios esse ait Gallogræcos: & ab eodem Graciam, Buccellariorum regionem dici. Is vero qui sub Theodosio juniore militiam Romanam descripsit, auctor est, Buccellarios equites fuisse in exercitu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat: alios que juniores dictos, alios seniores, ut easdimet libet, militare *bellice cum millenoem imperrallent*, Istrocinio & raptu vivere solitos. Turneb. 24. *adversar.* 25. Zosimus notat: & in agmine ante Imperatorem exercitus equitasse, hinc *Buccellatum* Sozomenus apud eundem Mauricium. Meminit Zonaras Ducis Buccellariorum. Quidam à buccellato, panis militari, dici putant. his adde quæ de buccellariis alias scripsi. 40 De Isauris jam dixi ad *l.* 10. T. *de feriis*. 41 *l.* 3. *ff. de vi publicis*. 42 Diffimulanda non est legum executio præsidibus provinciarum vel judicibus.

TIT. XIII.

DE RAPTU[43] VIRGINUM, SEU VIDUARUM, NECNON SANCTIMONIALIUM.

Pro raptu mulieris honestæ imponitur pœna amissionis capitis. Et deprehensus in flagranti crimine, id est, in instanti, potest à conjunctis personis, & tutoribus & curatoribus mulieris occidi impune, & sequenti ubicumque comprehendi potest. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni Magistro offic.

RAPTORES[44] virginum[45] honestarum, vel ingenuarum, sive jam desponsatæ[46] fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum[47] fœminarum, licet[48] libertinæ, vel servæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis[49] supplicio plectendos decernimus: & maxime, si[50] Deo fuerint virgines, vel viduæ dedicatæ: quod non solum ad injuriam hominum, sed etiam ad ipsius Omnipotentis Dei irreverentiam committitur: maxime cum virginitas, vel castitas corrupta restitui[51] non possit. Et merito mortis damnantur supplicio: cum nec ab homicidii[52] crimine hujusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, ut hi, qui hujusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium[53] invasionis tempore præbuerint: ubi inventi fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagranti crimine comprehensi, & à parentibus[54] virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis[55], aut [à] tutoribus[56], vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti interficiantur. †. Quæ multo magis[57] contra eos obtinere sancimus, qui nuptas[58] mulieres sibi sunt rapere: quia duplici[59] tenentur crimine, tam adulterii [scilicet] quam rapinæ: & oportet acerbius[60] adulterii crimen ex hac adjectione puniri. Quibus consumeramus etiam eum, qui saltem sponsam[61] suam[62] per vim rapere ausus fuerit. †. Sin autem post commissum tam detestabile[63] crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere potuerit: in hac quidem regia urbe tam viri[64] excelsi Præfecti prætorio, quam vir gloriosissimus Præfectus urbi: in provinciis autem tam viri eminentissimi Præfecti prætorio per Illyricum & Africam, quam Magistri militum per diversas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis Præfectus Ægypti, & Comes Orientis, & Vicarii, & Proconsules, & nihilominus omnes viri spectabiles & Duces, & viri clarissimi Rectores provinciarum, nec non alii cujuslibet ordinis Judices, qui in illis locis inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, & comprehensos in tali crimine, post legitimas & juri cognitas probationes sine[65] fori præscriptione durissimis pœnis afficiant, & mortis condemnent supplicio. †. Quibus, & si appellare[66] voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquæ Constantinianæ[67] legis definitionem. §. 1. Et si quidem ancillæ[68], vel libertinæ sint, quæ rapinam passæ sunt, raptores tantummodo supradicta pœna plectentur: substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam[69] personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles seu etiam immobiles, & se moventes, tam raptorum, quam eorum [sodalium, comitum, vel sequentium[70],] qui eis auxilium præbuerint, ad dominium[71] raptarum mulierum liberarum transferantur providentia judicum, & cura patentum[72] earum, vel maritorum, vel tutorum seu curatorum. Et si non nuptæ mulieres alii cuilibet præter[73] raptorem legitime conjungentur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: sive maritum nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sanctimus applicari: nemine Judice, vel alia quacunque persona hoc audente contemnere.

†. Nec

43 IX. C. Theod. 24. 25. G. Hermogen. Gr. Eccl. 58. adde Nov. 143. 150. Novell. Leon. 31. vid. Clar. §. fin §. Raptor. §. Item 17. Adde Raptus virginum publicum effectus. *l.* 4. T. *de maleficiis* §. 8. *Inst. de publicis judiciis.*

44 *Ecl. Leon.* §. 8. *verf. Si autem legi. de pub. jud.*

45 *Ecl. d. loc.* *verf. Si autem.* *Harm. d. loc.* §. 1. §. *ff. de vi pub.* Goth. Intellect. huius leg. vid. apud Trebellian. *Ca. dosf.* 17. 26. 33. 40. 41. & *dosf.* 25. Si vir rapiat virum vel mulier mulierem non habet locum. Dombasl. *prax. criminis. c.* 97. *n.* 17. Jul. Clar. §. *raptus. num.* 3. Decian. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 17. Anz.

46 *Harm. Ecl. d. loc.*

47 *Ecl. Harm. d. loc.* *l.* 1. C. Theod. *eod.*

48 *Harm. Ecl. d. loc.*

49 Pœna raptus. Quid si raptor cum rapta non coiit? putatur hic lege, si eam non posset, nolueris: sicus si ultro potuerit: nec enim arbitraria pœna punitur est. vide Clar. §. *raptus. vers. sed quid.*

50 *l.* 2. §. 4. *ff. l.* 54. T. *de episc. & clericis.*

51 Dixi ad *l.* 31. §. *de reg. jur. c.* & T. *adde Argent. d. Rubric. in fin.*

52 Raptor ab homicidii crimine non est vacuus.

53 De raptu consilio & complicibus.

54 De parentibus, vid. *d. l.* 54.

55 De consanguineis: Consanguineus raptoris potest in ipso raptu interficere.

56 Tutor raptus pupillæ in ipso raptu potest interficere.

57 Gravior est raptus in nuptam quam non nuptam: enim crimen hic concurrit, & ideo gravius puniendum.

58 De nuptæ raptu.

59 Duplex crimen majorem pœnam meretur, quam quod simplex est.

60 Acerbius punitur duplex crimina quam simplicia.

61 De raptu sponsæ.

62 Sponsam suam per vim rapere licet. Rapere virginem, vel viduam, etsi sponsam non licet: Quidam tamen patientiæ quidem ejus patre ac crimen remittente, uxorem ducere. *G. Harm. 7. §. 1.* Quidam tamen tant hanc rooem *sponsam*, suppositam subdititiamque esse, *arg. Novell.* 143. *c.* 2. 3. C. Theod. *de rapt. Novell. Leon.* 35. *c. si quis virginem, c. denique* 36. *quæst.* 2. hæc sententia, Nemirem fuit specie rem esse. *Gothof.* Adde *cap. pen. extr. de raptorib.* Thom. Zanchet. de matrimonio lib. 7. Aphorism. 12. *num.* 15. Anz.

63 Raptus detestabile crimen.

64 Raptores conquirendi.

65 Raptori fori præscriptio denegatur. *d. l.* 54. *verf. Sin autem.* adde *l.* 1. T. *de ordine cognit.*

66 Raptor appellare non potest. 67 *l.* 1. *verf. Raptor autem. C. Theod. de raptu virg.* §. 3. 4.

68 Ancillam vel libertinam rapientis pœna. 69 Ingenuam rapientis pœna. Hoc quidem adjiciunt, sorto abrepto arbitrariam pœnam infligi. vid. *Clar. d. loc. vers.* 70 Sequi interdum crimen est. 71 Adde *l.* 54. *vers. hanc autem. Novell.* 143. nisi raptor nupserit: Tunc enim bona ad parentes raptæ, qui raptui non consenserunt: vel his deficientibus ad fiscum deferuntur. *d. Novell.* 143. *& Nov.* 150. adde *vers. Sin autem.* §. *ed.* 72 Raptum. *Authentic. d. Novell.* 143. cui vis illata sit, vindicant fratres, parentes, tutores, curatores, *ut hic. G. Harmenopp.* 7. §. 3. 73 Raptum raptori nubere non licet. Olim si nupsisset pœnæ causa, rapta per licentiam datur ad raptorem. *Justell.* quod & Pontifices redusisse videntur, permisso matrimonio inter raptam & raptorem. *c. ult.* 2. *de raptoribus.* Quid eo casu bona raptoris cui cedunt? fisco? & in quibus? *Clarus d. loco vers. Quæro.* non habita ratione matrimonii jure canonico permissi.

39 Buccellarii. militares, corporis custodes, qui sua dominis assistunt semper. Romanos apud Georgium Tarnovienses. Occyllis buccellarios dicit, & interpretes Græci ἀκολούθους. Ἀκολουθεῖν. & in veteribus glossis, Ad-fecula, buccellarius: & lege Græcorum *Ecl.* Wilgotmorum *t.* 12. 3. Si in patrocinio constitutus fub patrocinio aliquid adquisierit, melius in patrocinii ipsius potestatem ipsius patroni. Cujac. 3. *Paul. ad l.* 8. *de publicis judiciis.*

40 Isauri. Isauria, ab eodem Gallogræcia dicta. Isauri Cilices. Isauria Cilicia. Strabo apud Suidam. Isauria quæ nunc Cilicia. Ammian. *lib.* 14. *Isauri* Cilices. Ammian. *lib.* 19. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 23. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 26. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 27. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 29. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 30. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 31. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 32. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 33. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 34. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 35. Isauri Cilices. Ammian. *lib.* 36. Isauri Cilices. Ammian. *lib.*

† Nec [2] sit facultas raptæ virgini vel viduæ, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulent matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datur à nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili [3] more in nostra republica matrimonia student sibi conjungere. Oportet etenim, ut quicunque uxorem ducere voluerit, sive ingenuam, sive libertinam: secundum nostras leges, & antiquam consuetudinem, parentes [4], vel alios, quos decet petat, ut cum eorum voluntate fiat legitimum conjugium. §. 2. Pœnas autem, quas prædiximus, [5] ... & bonorum amissionis, non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati [6] in ipsa invasione, & rapina fuerint, constituimus: cæteros autem omnes, qui conscii [7], & ministri hujusmodi criminis reperti, & convicti fuerint, vel qui eos susceperint [8], vel quicunque opem [9] eis tulerint, sive masculi, sive fœminæ [10] sint, cujuscunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ tantummodo capitali subjicimus, ut huic pœnæ omnes subjaceant, sive volentibus [11] sive nolentibus vitaginibus, sive aliis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptores metu, vel atrocitate pœnæ ab hujusmodi facinore se tempetaverint, nulli mulieri five volenti, five nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Nisi etenim eam sollicitavetit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non faciet eam velle in tantum dedecus sese prodere: parentibus [12] (quorum maxime vindictæ interest) si patientiam præbuerint, ac dolorem remiserint, deportatione plectendis. §. 3. Sed & si quis inter hæc ministeria servilis [13] conditionis fuerit comprehensus, citra sexus discretionem eum concremari [14] jubemus: cum hoc etiam Constantiniana lege recte fuerit prospectum. Omnibus legis Juliæ capitalis, quæ de raptu virginum, vel viduarum, sive sanctimonialium, sive in antiquis legum libris, sive in sacris constitutionibus posita sunt, de cætero abolitis, ut hæc tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus [14] etiam virginibus, & viduis locum habere sancimus. Dat. xv. Kal. Decemb. *Constantinop.* DN. JUSTINIANO A. P.P. II. Cons 528.

[2] Pœna raptus locum habet etiamsi mulier ipsa raptui consenserit. vid. *Clar. d. loc. vers. adde quod pœna.* Quid si citra raptoris ullas persuasiones raptori sponte, neque coacta consentiat? Hippolytus Marsilius *cons. 61. n. 23.* nuptias hoc casu impediri scribit: & ex facti specie, hanc constitutionem colligit atque restringit. [11] Pater raptum filiæ raptori remittere non potest. adde *Novell. 143. c. 1. vers. Illi quoque. Ayo. 150.* [12] Servi raptoris aut raptæ adhibentis pœna, exustio, *ut hic*, quod ad rapium dominarum referunt Græci, ut nimirum ignis supplicium subeat servus, qui raptus dominæ suæ consilium & participem fuerit. *G. Harm. 7. Eccl. d. loco in fin.* [13] De ignis supplicio dict. ad l. un. *C. de Hillegger.* [14] *l. 5. l. 54. C. de epis. & C. Theod. de raptu & matrim. sanction.*

TIT. XIV.

DE EMENDATIONE SERVORUM. [15]

Dominus servum potest castigare, sed non dolo malo occidere. Bald.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum.

SI [16] virgis [17] aut loris [18] dominus servum afflixerit, aut custodiæ causa in vincula conjecerit: dierum distinctione [19] sive interpretatione depulsa, nullum criminis metum servo mortuo sustinear. Nec vero immoderate [20] suo jure utatur: sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ictu fustis [21] aut lapidis exciderit: vel certe telo usus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo præceperit, vel jussione [22] tetra præcipitandum esse mandaverit, aut veneni virus infudetit, vel dilaniaverit pœnis publicis corpus, ferarum unguibus [23] latera persecando [24], vel exurendo [25] oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes, prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sævitia immanium Barbarorum. Dat. v. Id. Maji, *Roma*, CONSTANTINO A. & LICINIO Cons. 312.

15 9. *C. Theod. 13. Paternus. vol. leg. Mosel. 12. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur. Inst. de his qui sunt sui. S. Harm. 9. §. de ræ villim nocitor. l. 1. §. 8. ff. de off. proc. urb.*

16 *l. 1. C. Theod. ad.*

17 Dumnia in servum virga, lora, vinculo pernitiosior, at non fustes, lapides, tela, venena, ferarum ungues, ignes.

18 *Augen 4 stat. 36. Rich. 2. cap. 2. Supplicium ex lit. 3. c. 3.* Supplicium erat servile. Terent. *in Adelph. operire loris.* S. *loris liberi? Æ. sic erit, ad. l. 8. ff. de repud.*

19 Vid. *Exod. 20.* 20 Nemo suo jure immoderate uti debet. 21 Aliud fustis, aliud virga. *12. Cod. Theod. de curia publica.* 22 De Vedii Pollionis immanitate, servos murenis invadendos obiicientis, vid. Tertull. *lib. de Pallio*, Seneca 3. *de ira 40. & 1. de clementia 18. & 9.* Plinium 23. adde si aliud de immanitate dominorum ex *l. 11. §. 1. & §. ult. ff. de sicariis.* 23 *Ferarum vestigia*, ita legit *d. l. 1. &* alibi, *unguibus fulcantibus latera, l. 7. in fin. ff. de malefic. Tert. in Scorpiace: alios ignis, alios gladius, alios bestiæ Christianos probaverunt, alii fustibus interim & unguibus insuper defossa margaria in carcere sfuriunt. Et in libro de jejunio: Contra unguium Cursus: & in Apologet. 12. unguibus invadunt Christianorum, & cap. 30. Sic it aque non ad Deum passus unguis fodiant, crucesque fodiunt, quas lambant, gladii guttura detruncent, bestiæ lassitent.* Hinc apud Ammianum 14. *unguibus ... lacerari: & Glossa, unguibus lacerare id est, vi Barbarorum. Ferrum in ungues ferarum compositum. Eadem Exegis quod arcuum nervos in corpus figuntur. Tertull. in Scorpiace. Isidor.* 24 Perfulcando.

25 Seneca, *in Regnum Fortuna & quidem durum pervenimus. Illum arbitrio digna atque indigna passuri, Carpentium vagos infolenter, contumeliose, crudeliter: alios ignibus perurit, vel in feras admotis excruciat.*

TIT. XV.

DE EMENDATIONE PROPINQUORUM [26].

Propinquis senioribus licet corrigere minores errantes, nisi facti atrocitas exigat judicium ultionis judiciaria. Bald.

1. Impp. VALENT. & VALENT AA. ad Senatum.

IN [27] corrigendis minoribus pro qualitate delicti seniotibus propinquis [28] tribuimus potestatem: ut quos ad vitæ decora, domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: Neque [29] nos in puniendis minorum vitiis potestatem in immensum extendi volumus, sed jure [30] patrio auctoritas corrigat propinqui juvenis erratum, & privata animadversione compescat. †. Quod si atrocitas facti jus domesticæ [31] emendationis excedat, placet enormis [32] delicti reos dedi Judicum notioni. Dat. prid. Kal. April. VALENTINIANO & VALENTE AA. Cons. 365.

26 9. *C. Theod. 13.*

27 *l. un. C. Theod.*

28 Propinqui seniores minores juvenes pro qualitate delicti curare possunt: ut ex parte feminei seniores propinquis in minores sua quasi jurisdictione sit.

29 Propinqui seniores quibus jus est propinquos minores castigare, quando excedere non debent, sed in puniendo eum servare rationem quam parentes in liberos servare solent: ut ne plus extraneo in extraneum, vel propinquo in propinquum sibi sit commissum, quam parentibus in liberos sit permissum. *Ar. l. 1. §. 2. ff. de patria. Nov. Leonis.* Quod in dubio magis præsumitur, quam nocendi. vid. *Novell. 117. cap. 14.* 30 *l. 3. §. 2. ff. de patr. potest.* 31 Domestica emendatio, vid. quæ notavi ad *Cic. 1. pro Cæcin. 3.* adde *l. 3. C. de patr. potest.* 32 Seu nimia sævitia. *l. 5. in fin. l. 6. ff. ad l. Aquil. l. 7. §. 3. ff. de injuriis. l. 2. ff. de sicariis.*

TIT. XVI.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS [33].

De eo, qui non animo occidendi percussit.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano, & aliis militibus.

FRATER [34] vester rectius fecerit, si se Præsidi provinciæ obtulerit. Qui si probaverit non [35] *occidendi animo hominem à se percussum esse*, remissa homicidii pœna, secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si & voluntas [36] nocendi intercedat. Cæterum [37] ea quæ ex improviso [38] casu [39] potius [40] quam fraude accidunt, fato [41] plerumque non noxæ imputantur. P. P. II. Kal. Febr. LATO II. & CEREALE Cons. 216.

33 Dixi ad *l. 48. ff. h.*

34 Sumpta est hæc constitutio ex Codice Gregoriano *lib. 4. tit. ad l. Corn. de sicariis.* uti constat ex fragmento Rufini 1. *codic. de Sabb. Goth.* Hæc constitutio est in *cap. frater vester 30. distinct.* Auct.

35 Animus homicidam facit. *l. 5. ff.*

36 Voluntas distinguit malefica. vid. quæ dixi ad *l. 53. ff. de furtis.*

37 Sumptum ex eodem Codice Gregoriano *d. tit.* sed ex constitutione Alexandri: ut hæc constitutio compacta sit ex duabus Gregorianis, & quidem diverforum principum, nec minus Antonini, *ut hic*, legitur.

38 Impunita excusationem maerentur.

39 Homicidium casu admissum non punitur lege Cornelia de sicariis. adde *l. 5. §. ad.*

40 Fraus præsidet, casus est improvisus, *ut hic.*

41 Fato imputari. adde *l. 5. §. ad.* Fato autem imputari hic dicuntur, quæ causis ex occultis sunt: quæ extra facientium sunt posita: unde fato hic noxa opponitur.

42 *l. 3. l. 4. §. ad. l. 4. l. 5. ff. ad l. Aquil. 6. Harm. 6. in fin. 36. Eccleg. supplebimus ex tit. 39. cap. 18.* Hinc naturiur exceptio justi homicidii. vid. *Grabald. in tractatu de Homicidio, Tapiam 2. Natar. 7. Clar. 5. fin. §. ult. 7. 60. Mynsing. 3. observ. 17.*

43 Pœna stupri per vim inferendi. *6. Harmen. 6. §. 20.*

44 Vid. *Paul. 5. sent. 23. §. 3. 6. Harm. 6. Eccl. d. loco. cap. 19.*

45 Aggressorem, *l. 2. C. ad. l. 4. l. 8. C. ad. percussorem, l. 3. C. ad.*

46 Homicida non est, qui aggressorem in vitæ discrimine constitutus, interficit, nec primum ictum quis expectare debet, quia irreparabilis esse potest. *Bald. l. 1. C. unde vil. Carsetus singularis Matior. Mansilius l. 1. ff. de sicariis & consil. 41. in fin.* Goth. Hæc Liverbotanus canonizata est *disp. 30. cap. 46. Ans.*

47 Vid. *l. 2. Eccl. d. loco. 19. 6. Harm. 6. §. 17.*

48 Habe *Agathocl. N.* ita legitur in Codice Gregoriano *lib. 4. tit. de sicariis*, uti constat ex Rufino 1. *collat. legum Mosaic.* Ejusmodi salutationem *Habe, id est, Ave*, principes fuleboant præmittere quoties ad judices scribebant. vid. *Cujac. 10. obs. 15.* 49 Plures sunt leges ad eundem Agathonem scriptæ, *ut l. 15. ff. de pœnis, l. 22. C. de probat. l. 31. C. de evict.* 50 Calcis ictu. *J. ad. & Eccleg. d. loco. c. 21.* vel dormiendo, *l. 1. §. 3. ff. de adq. poss. cap. majores. 3. X. de baptismo.* vid. *Clarum 5. sent. §. ult. 7. 60. Payan. 5. Natar. 7.* 51 Homicidii non continuo tenetur eques aut mulio, cujus equus calce mortis occasionem alteri præbuit. Facti enim hæc quæstio est: cujus probatio incumbit ipsi equiti vel mulioni. 52 Occasionem mortis præbens non semper tenetur. 53 Id est, indulgentia subscripta principis manu: sine qua homicidium omnino factum non omnino impunitum remanere debet. Homicidium vero dolo malo factum ne admotatione quidem principis remitti potest. *Novell. Valentin. de homicidio casu facto.* 54 *l. 6. C. de procuratoribus.* 55 Homicidii lege de sicariis tenetur minor virginti quinque annis, si eadem fecerit. *6. Harm. 6. l. 1. C. si adversus delictum. l. 7. ff. de pœn. l. 13. §. 8. ff. de adult. l. 37. §. 1. ff. de minor.* 56 *l. 1. ff. ad. §. 3. Instit. de publ. jud. l. 3. §. 1. ff. de vi publ. Eccleg. d. loco, cap. 23.* adde *Cicer. pro C. Rabirio.* vid. *Ballarof. 1. pract. 13.* 57 Adcentatio, seu conatus homicidii punitur: licet effectus non sequatur, *ut hic.* Quid si sponte, nec deprehensus reus desistit? excusatur. *l. qui sultum 19. ff. de furtis.* Quid? si vel ipso jure vel statuto pœna imponatur? ut pœnam reus subeat, consummatum ac perfectum re ipsa delictum esse oportere notant nostrinos factum vel sicte consummatum, *c. cum contingat 7. X. ext. de elect. 2. perpetuo 7. de elect. in 6. DD. in l. 1. §. Divus. 3. ff. ad. l. 3. §. hoc verbo. 6. ff. de reg. l. quidquid. 29. ff. de verb. obl.* Quid si falsam nemini nocent? idem putant. *Gloss. in c. quanto de purgat.* Quid si nuda cogitatio est? non punitur, *l. cogitationis. 18. ff. de pœn.* Quid si delictum leve sit? aut civile? Idem *Bald. in l. si quis non dicam. 3. C. de epis. & clericis. Gloss. & Bald. in l. si constiterit. 4. C. de rei.* Quid si excommunicationis, vel cessionis pœna imponenda sit? ut id pœnæ genus infligi possit, factum requiritur. *Clar. in cap. præterea requisiti. 40. X. de appell.* adde *Bot. reg. 31.* Quid quod Hippolytus Marsilius *cons. 7. num. 50.* tradit hanc constitutionem & consuetudine & æquitate non servari, cum in pœnis imponendis consideretur effectus potius quam affectus, laudatque ejus opinionis Castrensium *cons. 197. Alex. cons. 40.* quod ut iniquum censeo. 58 In Gallia conatus Castrensium punitur, ita ut hæc constitutio a Gallis non servetur. vid. *Rebuff. in præmm. const. 6. §. 5.* sine effectu non punitur, ita ut hæc constitutio a Gallis non servetur. vid

11. mus. C. Th. eod.
2 *Vid. l. 9. Theod. & d. §. 6.* combustum ait lex Graeca *Eid. d. l. cap.* περὶ κακουργίων *cap. 1.*
3 Corium bovis appellat Juvenal. *Satyr. 13.* Graeci ita βύρσαν *Suidas* vocant. *Cod. adde &* illud ex Seneca *§. contrivo. 4. in fin. Imaginabar mihi cultum, serpentem, profundum.* Hoc respexit Tertull. *lib. de anima 15. Si catervarum sceleratum mercedem cognomina patibula, verricumburia, culleus, ursus & simiolus.* Plura diximus ad *§. 6. Inst. de publ. judic.*

TIT. XVIII.

DE MALEFICIIS[4] ET MATHEMATICIS[5], ET CÆTERIS SIMILIBUS.[6]

Collatio veneni & gladii.

1. Imp. ANTONINUS A. Titio.

PLUS[7] est hominem extinguere veneno[8], quam occidere gladio. P. P. sine die & consule.

De geometria & mathematica.

11. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Tiberio.

ARtem geometriæ[9] discere atque exercere publice interest. Ars autem mathematica[10] damnabilis[11] est & interdicta omnino. S. XIII. Kal. Septemb. *Sirmii*, CC. Conss.

De aruspicibus, & Sacerdotibus.

111. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maxim.

NUllus[12] aruspex[13], [nullus sacerdos[14], nullus eorum, qui huic ritui adsolent ministrare[15], ad] limen alterius accedat, nec ob alterum causam, sed hujusmodi hominum amicitia (quamvis vetus[16]) repellatur: concremando illo[17] aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum advocaverit[18], suasionibus, vel præmiis. Accusatorem[19] autem hujusmodi criminis, non delatorem esse, sed dignum magis præmio arbitramur. P. P. Kal. Febr. *Romæ*, CONSTANTINO A. v. & LICINIO Conss. 312.

De magis.

1v. Idem A. & C. ad Bassum P. V.

EOrum est scientia[20] punienda, & severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis[21] accincti artibus, aut contra[22], salutem hominum moliri, aut[23] pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur. †. Nullis vero criminalibus implicanda sunt remedia[24] humanis quæsita corporibus[25], aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres[26], aut ventis[27] grandinisque[28] lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam salus, aut æstimatio lædetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera, & labores hominum sterneremus. Dat. x. Kal. Jun. *Aquileiæ*, CRISPO & CONSTANTIO CC. Conss. 321.

De divinatoribus.

v. Impp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. ad populum.

NEmo aruspicem[29] consulat, aut mathematicum[30], nemo ariolum[31]. †. Augurum[32] & vatum[33] prava confessio conticescat. †. Chaldæi[34], ac magi, & cæteri, quos *maleficos*[35], ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad partem aliquid moliantur. †. Sileat omnibus perpetuo divinandi[36] curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus, quicunque jussis [nostris] obsequium denegaverit. Dat. VIII. Kal. Febr. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO CC. Conss. 357.

De magis.

VI. Iidem A. & C. ad populum.

MUlti[38] Magicis[39] artibus usi, elementa[40] turbare[41], vitam[42] insontium labefactare non dubitant, & manibus[43] accitis audent, ventilare, ut quisque suos conficiat[44] malis artibus inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis[45] pestis absumat. Dat. prid. Non. Decemb. *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO II. Conss. 357.

De dignitatibus.

VII. Iidem A. & C. ad Taurum P. P.

ETsi excepta[46] tormentis sunt corpora honoribus prædotatum, præter illa videlicet crimina, quæ legibus demonstrantur: etsi omnes magi[47] in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici[48] credendi sunt: quoniam tamen, qui in Comitatu[49] nostro[50] sunt, ipsam pulsant propemodum majestatem: si quis magis, vel magicis carminibus[51] adfrictus, qui *maleficus*[52] vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex[53], aut ariolus[54], aut certe augur[55], vel mathematicus[56], aut enarrandis somniis[57] occultans[58] autem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum simile[59] exercens, in Comitatu[60] meo vel[61] Cæsaris fuerit deprehensus, præsidio[62] [dignitatis exutus] cruciatus & tormenta non fugiat. †. Si [vero] convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando: sit eculeo[63] deditus, unguliſque[64] fulcantibus latera, perferat pœnas proprio dignas facinore. Dat. III. Non. Julii, *Arimino*, TITIANO & CEREALE Conss. 358.

De eo, qui discit, vel docet.

VIII. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Modestum P. P.

CUlpa[65] similis[66] est, [tam] prohibita discere[67], quam docere. Dat. Prid. Id. Decemb. *Constantinop.* VALENTINIANO & VALENTE AA. Conss. 365.

De maleficiis comprehendendis & ad publicum perferendis.

IX. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. Albino P. P.

QUicunque[68] maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum perferrahat[69], & Judicum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam[70] ex agitatoribus[71], [id est, aurigis,] seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit: ultimum[72] supplicium non evadat. geminæ suspicioni[73] obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris[74] sociis publicaret, severitati legum, & debitæ subtraxerit quæstioni: aut proprium fortassis inimicum sub hujusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerit. Dat. XVII. Kal. September. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO Conss. 389.

---

4 *L. 9. C. Theod. 16. περὶ μαθηματικῶν, &c. Leg. 39. περὶ τῶν τὰ τοιαῦτα, &c. Harm. 10.* Maleficî, qui φαρμακείας ad libidinem concitandam utuntur. *Eid. d. loco, c. 39. Harm. d. loco, cap.* περὶ τῶν ἐρώτων & breviter magi, quorum finis atque scopus est incantamentis alicui nocere. *L. 4. §. vers. Chaldæi. l. 7. J. eod.*
5 Mathematici hic & *l. 2. J. eodem. Paul. 5. sent. 21. in inscript. & §. 3. Ruffin. tit. 33. collat. leg. Mosaic.* sunt vaticinatores, qui Mathematicarum liberali nomine adumbrantes suas ineptias, profitentur se fata cujusque nosse & natales syderum observationes. *1. Eid. c.* περὶ μαθηματικῶν. *l. 10. T. de epiſc. aud.* Ammianus 19. Mathematicos, ut memorat vulgus: Mendacissimi homines erant Seneca *in Suda, Petron, Mathematicos aliquando verum dicere. Plerique igitur hîc nascendi, aut nascendi, aut genesim vitæ, Mathematici, Magici vel Aruspices vel Augures putantur, sed qui illis artibus abstinentur ad futura fingenda prædicenda.* Juvenal. *Satyr. 14. Nata Mathematici genesis tua.* Mathematicum alloqui artes modis omnibus propter utilitates varias laudandas. *Cass. 1. Variar. 55. & 7. 2. 5. & 5. eod. 17.*
6 Veluti veneficiis, περὶ μαγείας. *Harm. d. loc. & Paul. d. loc.* de victimatoribus. de veneficiis, *l. 1. J. eod.*
7 Clam interficere gravius est, quam palam.
8 De veneficiis. *l. 3. ff. de sicariis.* vid. 60. *Eccl. tit. 39. Harm. d. l. c.* περὶ φαρμακῶν, &c. *Paul. 5. sent. 23. §. 1.* Goth. Vid. hic Binsfeld. & Alber. Gentil. ANN.
9 Geometriam discere & exercere expedit, *ut hîc:* ad omnes enim artes discendas conducit, *Plato 7. de repub.* Hinc illud jactatum & familiare Platonis ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω: & Philo Geometriam ἀρχὴν καὶ παιδοτρόφιον omnium disciplinarum appellat. Et ita sane est, res admiratione dignas ejus ductu fieri, *ut Lucianus notat in Hermotimo.* Confert maxime ad bella gerenda, urbes condas aut oppugnandas. *Plut. in Marcello. Livius 34. & 7. Plin. 37. Euclid. lib. 15.* Confert maxime ad dimensiones corporum. Hinc denique templa, theatra, amphitheatra, porticus, ædificia, naves, urbes, mensuræ, pondera, domestica supellex, aratoria: omnia denique utensilia & instrumenta sine quibus hominis vita nulla est aut misera. Quid quod Plato (etsi paulo durius) Deum ipsum Geometram facit? quem sane in numero, pondere & mensura omnia creasse cousitat lege nostra. Quod ad inventam Geometriam attinet, ea reperta in Ægypto. *Plato in Phædro. Herodot. in Euterpe. Cic. 1. Tusc. Diod. 1. Suid.* adde *cap. fi. quis autem 20. distinct. 37.* vel à Chaldæis, ut ait *Cassiod. 3. Variar. 53.* de partibus Geometriæ, vid. *16. Gel. 18.*
10 Dixi in epigraphe.
11 Atqui Geometriæ artem paulo ante admittit: quæ pars Mathematicæ est.
12 *l. 1. l. 2. Cod. Theod.*
13 *l. 5. J. eod.*
14 Aruspicum sacerdotes, ministri, amici, consultores, Sacerdos aruspicum. *6. Harm. 12.* τῶν διὰ θυσίων μαντευομένων καὶ κληδόνας.
15 Minister aruspicum.
16 Amicitia interdum licet vetus sit, dissuenda.
17 Pœna aruspicis.
18 Pœna aruspicem consulentis de vi vicomberio dixi ad *l. un. J.* de Nili aggeribus.
19 De accusatore aruspicum.
20 *l. 3. C. Theod. eod.*
21 De Magis. *l. 5. vers. Chaldæi. J. eod.* de magicis artibus. *l. 6. J. eod.* de magicis carminibus. *l. 7. J. eod.*
22 Magorum primus finis adde *l. 7. J. eod.* adde & contra conceptum & copulam maris & fœminæ, vid. *Pet. Greg. 34. syntag. cap. 9.*
23 Secundus finis magorum. *6. Eid. c.* περὶ μαγείας *c. 28. Harm. d. loc. c.* περὶ μαγείας *§.* τὰς δὲ μαγείας. *l. 38. §. 5. ff. de pœn.* vid. *Pet. Greg. 34. syntagm.* de amatoriis incantationibus. Bonum tamen hoc amatorium sine medicamento, carmine, vel herbis, *si vis amare ama, Senec. 1. epiſt. 9.*
24 *l. 1. §. 3. in fin. ff. de extraord. cogn.* adde Petr. Greg. 34. *syntag. 17.* ubi de magicis circa morborum curationes, &c. *cap. 18.* de magicis ad bonorum quondam finem, & *cap. 22.* de remediis maleficiorum ex antiquorum observationibus.
25 Huc refer, Quasi lionis dolorem magicis artibus sivulum, *ex Petr. Greg. 34. cap. 11. num. 5.*
26 Dixi ad *leg. 12. Tabul. lib. 2. tit. 27. §. 10.* de aquis elicitis cœlo, de remediis adversus tempestates, vid. *Petr. Greg. 34. syntag. 13.*
27 De ventis sopitis, vid. *Petrum Greg. d. cap. 13. num. 3.*
28 De grandinum depulsatoribus, vid. *Petrum Greg. 34. syntag. 13. num. 7.* & Senecam 4. *Natural. 6. & 7.*
29 De aruspice, vid. *l. 3. T. eod. l. 4. Cod. Theod. eod.*
30 De mathematico. *l. 2. in fin. T. eod.*
31 De ariolo adde *l. 7. J. eod.*
32 De augure adde *d. l. 7.*
33 De vate vid. *Paul. 5. sent. 21. §. 1.*
34 De Chaldæo. Chaldæi apud Assyrios & Babylonios: ut Magi apud Persas, Gymnosophistæ apud Indos: Druidæ qui & Semnothei apud Gallos, *ut ex Aristotele in Magico & Porisne 13. successionis refert. Laërt. in pr. operis sui.* Pro divinis astrologis & Genethliacis & auguribus astrorum speculatoribus sumuntur apud Danielem 2. *ver. 2.* quia primum hanc disciplinam tradita apud Chaldæos *Cicer. 1. de divin. & 1. Gell 9.* Denique ut Arabs pro latrone: Chananæus, pro mercatore, sic Chaldæus pro Astrologo: quia gens illa valde dedita fuit Astrologiæ: sed & in ea facerdotes maxime. *Diodor. 2.* vid. *Suidam. Satyr. 6.*
35 De Magis, Magi apud Persas.
36 De maleficis, & cur ita dicti adde *l. 7. J. eod.*
37 De divino 60. *Eccl. 10. cap. 31. l. 15. §. 13. ff. de injur. Paul. 5. sent. 21. §. ult.*
38 *l. 5. Cod. Theod. eod.*
39 De magicis artibus.
40 Chymicos, seu mavis Alchymistas hoc in numero collocandos puto: de quibus alio dicetur commodiore loco.
41 Imbres, ventos, grandines, *l. 4. T. eod.* De elementorum per magos turbatione, vid. *Petr. Greg. 34. syntag. 13.*
42 Soleteti, *l. 1. lib. aut contra scientem T. eod. mentem, l. 15. in pr. ff. de injur.*
43 Qui in necem hominum dæmones invocat, gladio plectitur. 60. *Eccl.* περὶ γοήτων *cap. 39. 31. 6. Harm. 20. §. 9.* De manium evocatione vid. *P. Greg. 34. syntag. c. 6.*
44 De hostibus incantatione fictis vid. *P. Greg. 34. c. 2.* De excantatione urbis obsessæ vid. eundem *34. c. 12. n. 3.* De pluviis cœlo elicitis vi magica ab oppidanis Rocrm montis Draconis, vid. apud Posteanum *lib. 5. de Perdomitis I. regn. Neapol.* De pulte ferali, Romæ facto publice sacrificio ritu gentili vid. *Jerom. lib. 2. 1.*

---

45 Feralis pestis. Quid? si illorum supplicium, vel feralis pestis signis supplicium vel carnifice, ut Magi dicta manibus manifestatur, feralis fallax, *Festus*, quod ferunt epulis ad sepulcrum *Feroniæ*, unde feralia dicuntur. *Apul. 2. de Asino feralis religio Tibur. 2. Annal. feralis urna, Tacit. 3. feralis vestis, Tacit. 13.* ut quemadmodum in funeribus pueri abolentur & ipsi cadavera, ita maleficiis conferentur, quos in carnificibus finis invenerint. Alius supplicium capitale: sic crucis lignum feralis Minucius Fusilici in arbore. Goth. Plenius Ruward. *Ver. c. 3. Anal.*
46 *l. 6. C. Theod. eod.* Nulla dignitas maleficium excusat à quæstione.
47 De Magis ad *l. 4. §. 6. T. eod.*
48 Magi generis humani inimici.
49 Comitatus principis, locus in quo versari debet principis nutu. Latini omnes, qui iter instituunt Cæsari sua prosecuturi, additum *ejus*. Comitatus: qui comitantur, & assectatores, & assectatrices, at Græcus locum interpretatur.
50 De carnificibus Magis comitatus imperialis interdictus, vid. *J. eod.*
51 De Maleficis vid. *l. 3. T. eod.*
52 De quo vid. *l. 3. T. eod.*
53 De quo vid. *l. 3. T. eod.*
54 De quo vid. *l. 3. T. eod.*
55 *d. l. 3.*
56 De quo vid. *d. l. 3.*
57 De quo vid. *l. 2. l. 3. T. eod.*
58 Legendum videtur: *occultans artem aliquam divinandi*, &c. ut Arces occultæ sint magicæ.
59 De somniorum interpretibus.
60 Hinc vetitum de salute principis, vel majestate quæsiti consuli, vid. *Paul. 5. sent. 21. §. 3.* Tertull. 35. *Apologetic. Cui, inquit, quis est perfratres per Cæsarie salutem, nisi à quo aliquid adversus illum cogitatum vel optatum: aut post illum futurum, aut sollicitatum?* Firmicus 2. *matheſ. ult. Cave ne quando de statu reipublicæ, vel de vita Romani imperatoris aliquid interrogatus respondeas. Cavendum quoque ne confabulationem principis quis colligat.* vid. *Ammianum 28. 1.*
61 Male Accursius hanc particulam accepit, pro *vel*, non intelligens differentiam Augusti & Cæsaris. Augustus dicebatur, qui reipsa imperabat: Cæsar, qui ab Augusto electus Imperii successor, *ut ex Romulum cunct.* Hodie in Imperio tales sunt, qui *Reges Romanorum*: in Gallia, *Dalphin*, in Hispania, *Infantes.*
62 Pœna maleficî & maleficî in comitatu Cæsaris versantis.
63 *Eculeus, d. l. 6. C. Theod. eod. scutica, Hal.*
64 De ungulis dixi ad *l. un. T. de exhib. reo.* adde Fornerium *de tormentis generib. 2. select. 1.*
65 *l. 8. in fin. Cod. Theod. eod.*
66 Apud veteres culpa dissimilis fuit. Sola namque professio non simplex notitia erat prohibita. vid. *apud Rufinum cap. 15. collat. leg. Mosaic.*
67 Vid. *l. 2. l. 6. T. de hær. & Manich. Paul. 5. sent. 21. §. 4. & 5. sent. 25. §. 11.* vid. quæ scripsi ad *Marcell. 133. cap. 2.* Tertull. *de Idololatria, cap. 9.* Eidem pœna est exuti discipulis & magistris. Hinc libri comburuntur. vid. *l. 10. T. de epiſc. audient.* adde *l. 4. §. 1. ff. famil. Illud sane Pinocyllidis est* μαγικὸν βιβλίον ἀναγιγνώσκω. De Codice noxiarum artium vid. Ammianum 28. *paulo post principium.*
68 *l. 11. Cod. Theod. eod.*
69 *Protrahat, d. l. 11. 6. Harm. 20. cap.* περὶ φαρμακῶν *§. Secundò.*
70 Agitatores, quorum plerique magicis nonnunquam artibus ad versationem equos impediebant, & suos ad cursum incitabant, ut testatur D. Hieron. *in vita sancti Hilarionis.* Arnobius *adversus gentes.* Cassiodorus *l. 3. Variar. epiſt. 51.* 71 *l. 11. J. de spectaculis, d. l. 11.* ἡνίοχοι. *Harm. d. loco.* Quæ lectio sincera videtur.
72 De pœna maleficum non deferentis.
73 Quæ suspicionem teneat maleficum non deferens, sed opprimens.
74 Facinoris socios publicare licet.

TIT. XIX.

DE[75] SEPULCHRO[76] VIOLATO.

De contrectatione rerum religiosarum.

1. Imp. GORDIANUS A. Zenoni.

REs religiosi destinatas[77], quinimo jam religionis[78] effectas, scientes, qui contigerint, & emere[79], & distrahere non dubitaverint: tametsi jure venditio non subsistat, læsæ[80] tamen religionis incidentur in crimen. P. P. III. Kal. Mart. SABINO II. & VENUSTO Conss. 241.

De servo.

11. Imp. CONSTANTIUS A. ad Tatianum P. U.

SI servus[81] in demoliendis[82] sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur: si vero domini auctoritate, vel jussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum[83] aliquid de sepulchro ad domum ejus villamque provectum[84] reperitur: villa, sive domus, aut ædificium quodcunque erit, fisci juribus vindicetur. Dat. VII. Id. Jul. ACINDINO & PROCULO Conss. 340.

Si judex parcam non irrogaverit.

111. Idem A. ad Limenium P. P.

SI[85] quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum Judices[86], si hoc vindicare neglexerint: non minus quam viginti librarum auri, in sepulchrorum violatores statuta pœna multentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. Dat. V. Kalend. April. LIMENIO & CATULINO Conss. 349.

Pœna violantium sepulchra, cadavera, vel reliquias.

1v. Idem A. ad populum.

QUi sepulchra[87] violant, domos[88] (ut ita dixerim) defunctorum: geminum videntur facinus perpetrare: nam & sepultos spoliant destruendo, & vivos pollunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro[89] abstulerit saxa, vel marmora, vel columnas, aliamve quamcunque materiam fabricandi gratia: sive cit id fecerit venditurus, decem[90] pondo auri cogatur fisco inferre: sive quis propria sepulchra defendens, hanc in judicium querellam detulerit, sive quicunque[91] alius accusaverit, vel ad officium

---

75 De sepulchris violatis *9. C. Theod.* 17. adde *Nov. Leon. 96.* dixi ad *l. 47. §. 12.*
76 Non male hic titulus adjungitur superiori. Nam & infames sunt sepulchri violatores. Apuleius 2. *de mortuorum quidem sepultura non sit dicendum: sed de impia & rege religioni pugnandum & vindicandum profligatumque ad extinctos usque pertinere. Cujus rei Cicero testatur. Cadaveris ac nomini Clodii pugnatum est. Ita Tiberius Nero in Germanicum, quo magis pergere ad Manes & manifesta religionis.*
77 Destinata religioni.
78 Religiosa.
79 *l. 21. T. de fid. instr. cassiq. §. 9. l. 1. §. 1. T. de sepulchr. viol.*
80 Cornelius Tacitus 3. *Graves crimen læsæ religionis.*
81 *l. 2. C. Th. eod.* ubi in legitur, *quæ in domibus*, Græci legunt in ἀδείαις. *Eid. l. 3. §. 1.* περὶ τάφων. *l. 3. §. 11. J. eod.*
82 De demolitione sepulchri.
83 De rebus ex sepulchro latronibus ablatis. *Eccleg. d. loc. cap. 9. in fin.*
84 *Provectum, d. l. 2. Tempus. d. cap. 9.*
85 *l. 2. in fin. Cod. Theod. eod.*
86 De pœna judicis sepulchri violatorum non plectentis.
87 *Sepulchra maniem violant, l. 4. Cod. Theod. eod.*
88 Domus defunctorum sepulchra.
89 Monumentis sepulchri, venditionis causa, vel fabricæ gratia, non est detrahendum. *Eccleg. d. loc. cap. 9. in fin.* adde *l. 5. J. eodem.*
90 Vigiuti. *Magist. tit. ut l. 3. T. eodem.*
91 Crimen est publicum sepulchrum violare. *l. 2. ff. eod.*

cium nuntjaverit: Quæ pœna priscæ severitati accedit: Nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchrum violantibus videtur impositum. Huic autem pœnæ subjacebunt, & qui corpora [1] sepulta [2], aut reliquias contrectaverint. Dat. Id. Jun. *Mediolani*, CONSTANTIO IX. & JULIANO CC. CONSS. 357.

De abstatu à sepulchris.

V. Imp. JULIANUS A. ad populum.

PErgit [3] audacia ad busta defunctorum, & aggeres [4] consectatos: cum & lapidem [5] hinc movere, & terram [6] evertere, & cespitem [7] evellere, proximum [8] sacrilegio majores [nostri] semper habuerint: sed [&] ornamenta [9] quædam triclinii, aut porticibus [10] auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, pœna [11] sacrilegii cohibentes. Dat. prid. Id. Februar. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

De non impedienda sepultura defuncti prætextu debiti.

VI. Imp. JUSTINUS A. Theodoro.

CUm sit injustum, & nostris alienum temporibus injuriam fieri reliquiis [12] defunctorum ab his, qui debitorem [13] sibi esse mortuum dicendo, debitumque exigendo, sepulturam ejus impediunt: ne in posterum eadem injuria procederet, cogendis his, ad quos funus mortui pertinet, sua jura perdere, ea quidem, quæ mortuo posito ante sepulturam ejus facta fuerint, vel exigendo quod debitum esse dicitur, vel confessiones aliquas, aut fidejussorem, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus. Redditis vero pignoribus [14], vel pecuniis, quæ solutæ sunt, vel absolutis fidejussoribus, & generaliter omnibus sine ulla innovatione in pristinum statum reducendis, principale negotium ex integro disceptari. Eum vero, qui in hujusmodi fuerit deprensus flagitio, quinquaginta libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persolvendas sit, fisco corpore sub competenti judice pœnas luere. Dat. Kalend. Decembr. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. CONS. 526.

In AUTHENT. ut defuncti seu fu. §. sanciminus igitur, & §. si vero. col. 5. tit. 13. al. 13. Novell. 60. cap. 1.

ITem qui damnum moribundi accedit, ipsum alioſve, quos ejus sunt, molestiam, aut in rebus ejus usu servato legato officio fiscalia imponit: ab altiore post mortem illius cadat, & alterum tantundem exigatur ab hæredibus injuriati: publicandæ tertia parte bonorum, ipsique infamia notatio. Eosdem pœnis subjaceat, qui ex mortuorum arcu funus peccat, cum prohibeat exequiam.

In AUTHENT. ut cum de appellat. cog. §. meminimus, col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 5.

SEd neque ante novem dies ab obitu numerandos, ulla prorsus fiat molestia adversus quemlibet ex personis defuncti. Si quis enim cautio, si quid simile fiat, inutile erit ex hoc nullo præjudicio creditores generando.

TIT. XX.

AD LEGEM FABIAM [15] DE PLAGIARIIS [16].

Vendens ancillam alienam subtractam, potest convenire rei vindicatione, quia dato desinit possidere: & criminaliter coerceri, proposita actione legis Fabiæ de plagiariis. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Placido.

PAter tuus adversus eum, à quo sollicitatam ancillam [17], plagio quoque facto exportatam queritur, apud suum Judicem civiliter in rem [18] actione instituta conflictat. Si [vero] in causa tenuerit, etiam legis Fabiæ crimen persequi poterit. Quod si per violentiam mancipium obreptum est, accusationem ejus non prohibetur intendere. P.P. XII. Kalend. Aprtil. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Actio legis Fabiæ non potest per procuratorem instrui: sed in actione civili servi corrupti bene admittitur procurator. Bald.

II. Imp. Alexander A. Aurelio.

SI ab Ælio servum tuum susceptum, & aliquandiu occultatum [19], moxque eo suadente fugæ datum probare potes, legis Fabiæ crimen per te, vel actionem ad eam rem propositam, id est servi corrupti, per [20] procuratorem tuum persequi potes. P.P. VII. Kal. Aug. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Via ordinaria in crimine legis Fabiæ procedetur. Salic.

III. Imp. ALEXANDER A. Cornelio.

UT legis Fabiæ pœna debeatur, in crimine subscriptio [21], & acculatio, & sententia necessaria est. P. P. VIII. Kal. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Procurator Cæsaris de hoc crimine non cognoscit, nisi gerat vices præsidis. Salic.

IV. Imp. GORDIANUS A. Paulinæ.

NOn valet Procuratoris [22] sententia, si Vicem Præsidis non tuebatur, *quo legis Fabiæ locum esse* pronunciavit: cum ejus legis disceptatio ad Præsidis provinciæ [23] pertineat notionem. P.P. III. Non. Decembr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Pro fratre suppresso fratris cumpetit lex Fabia accusatio. Bald.

V. Impp. VALERIANUS & GALLIENUS AA. & VALER. C. Julianæ.

SI fratrem [24] tuum adversarius [tuus] supprimit [25], legis eum Fabiæ [26] adiro Præside provinciæ reum debes postulare. P.P. Non. Maji, ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Servum in fuga constitutum vendens, incidit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

VI. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Martianæ.

IN fuga servum constitutum, neque [27] vendere, neque donare licet [28]: unde intelligis te in legem incidisse quæ super hujusmodi delictis certam [29] pœnam fisco inferendam statuit: exceptis coheredibus, & sociis quibus in divisione communium [30] rerum licitationem de fugitivo servo invicem facere permissum est. Ita vero licet fugitivum [servum] vendere, & tunc venditio valeat, quando [31] ab emptore requisitus fuerit, & deprehensus. P. P. III. Id. Mart. AA. CONSS.

Alienum servum vel liberum quem plagio abduxit, punitur capite: & de hoc crimine judex potest inquirere. Salic.

VII. Iidem AA. Maximo P. U. [32]

QUoniam servos à plagiariis alienari ex Urbe significas, atque ita interdum ingenuos homines eorum scelere asportari solere perscribis, horum tibi delictorum licentiæ majore severitate occurrendum esse decernimus. Ac propterea si quem in hujusmodi *facinore* deprehenderis, capite [33] eum plectere non dubitabis: ut pœnæ genere deterreri exteri possint, quominus istiusmodi audacia vel servos, vel liberos, ab Urbe distrahere atque alienare audeant. Dat. VI. Id. Decembr. DIOCLETIANO III. & MAXIMIANO AA. CONSS. 287.

Objectum exceptionem propriam, quæ habet examinari seorsum à crimine, impedit processum in criminali. Bald.

VIII. Iidem AA. & CC. Confidio.

PRæses provinciæ, discreto prius [34] jure dominii, intelligat, an audiendum sit plagii crimen, necne. Nam si proprietatis tuæ mancipium esse constiterit, espiraſſe criminis intentionem, emersa dominii luce, manifestabit. Si vero servum alienum esse constiterit, [post] disceptatam proprietatis quæstionem, & criminis causam audiet. P.P. VIII. Kal. Sept. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

Celans mancipium alienum, committit in legem Fabiam de plagiariis. Bald.

IX. Iidem AA. & CC. Eugenio.

EUm, qui mancipium alienum celat [35], Fabiæ legis crimine teneri, non est incerti juris. S. III. Idus Maji, *Heraclia*, AA. CONSS.

Bona fidei emptor non incidit in crimen legis Fabiæ de plagiariis, à plagiario comparans. Bald.

X. Iidem AA. & CC. Dizæ.

COmparantem [36] ab eo qui abduxit plagio mancipia, si delicti socius non probetur, nullo crimine teneri convenit. S. Non. Novembr. * *Lucionæ* [37] AA. CONSS.

Venditione statum non mutatur. Salic.

XI. Iidem AA. & CC. Marpistæ.

ABducti plagio facta venditio, statum [38] non mutat: liberæ enim personæ sollicitatione crimen committitur, non conditioni præjudicatur. S. Id. Novemb. *Lucionæ* *, AA. CONSS.

Suscipiens fugitivum cum rebus subtractis, furti tenetur, & plagii. Salic.

XII. Iidem AA. & CC. Mutiano.

SI quis servum fugitivum sciens [39] cum [40] rebus furtivis susceperit, cum hominem nomine furti [41] actione teneatur, hæc tibi Rector [42] provinciæ cum solita pœna restitui efficiet. †. Sed etsi criminis plagii accusationem institueris, tibi audientiam præbere non dubitabit. S. Kal. April. *Sirgedoni*, CC. CONSS.

Plagii crimine accusatio publica est. Bald.

XIII. Iidem AA. & CC. Severino.

PLagii criminis accusatio publici [43] sit judicii. S. V. Kalend. Decembr. CC. CONSS.

Excusatur errans in delicto, in quibus requiritur dolus. Bald.

XIV. Iidem AA. & CC. Callistheni.

PLagii criminis accusatio cessat [44], si suos servos, vel liberos adleverent hi, qui suppressisse dicuntur non commissi velandi causa, sed ad hanc opinionem [45] justa ducti ratione. S. Frid. Non. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Sciens vendens liberum hominem, plagium committit. Bald.

XV. Iidem AA. & CC. Pomponio.

LIberum, sciens conditionem ejus, invitum [46] venundando, plagii criminis pœna tenetur. Dat. XIII. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

Nobiles de crimine plagii convicti, in metallum damnantur verberati: ignobiles vero servi, vel liberi, bestiis subjiciuntur: ingenui capite puniuntur. Salic.

XVI. Imp. CONSTANTINUS A. ad Domitium Celsum Vicarium Africæ.

PLagiarii [47], qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli [48] pœna cum ceteris ante cognitis suppliciis teneantur. †. Si quis tamen hujusmodi reus fuerit oblatus, postcaquam super crimine claruerit, servus quidem, vel libertate donatus bestiis subjiciatur, ingenuus autem gladio consumatur. Dat. Kal. Aug. CONSTANTINO A. IV. & LICINIO CONSS. 315.

TIT. XXI.

AD [49] LEGEM VISELLIAM [50].

Servus, vel libertus ad publicos honores tacita veritate promotus, incidit in legem Juliam Viselliam: nisi libertus impetrasset jus aureorum annulorum. Bald.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Bacco.

LEx Visellia libertinæ conditionis homines persequitur, si ea [51], quæ ingenuorum sunt, contra [52] honores [53], & dignitates ausi fuerint attentare, vel decurionarum [54] arripere: nisi [55] jure aureorum annulorum impetrato à Principe sustententur. Tunc enim quoad vivunt, imaginem [56], non statum ingenuitatis obtinent: & sine periculo ingenuorum etiam officia peragunt publica. Qui autem libertinus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter, quam etiam ex lege Visellia criminaliter poterit perurgeri. †. In [57] curiam autem se immiscens, damno quidem cum infamia afficitur: Municipibus [58] vero personalibus in patria patroni, quæ congruunt hujusmodi hominibus singulos pro viribus adstrictos esse non dubium est. P. P. II. Id. Febr. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

TIT. XXII.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSIS [59].

De accusatione subjecti partus.

1. Imp. ANTONINUS A. Severino.

SI partus [60] subjecti crimen diversæ parti objicitis, causa capitalis [61] in tempus pubertatis pueri differri non debuit: ficiat jampridem mihi & Divo Severo patri meo placuit. Neque enim verisimile est, eam quæ arguitur, non ex fide causam suam defensuram, cum periculum capitis subeat. P. P. Non. Mart. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

---

1 *Reg. d. l. versic.* vel adverſ.

2 Tit. *ne violentur sepulchra.* Reg. d. l. 1. ex. Reg. d. l. 1. eradicata jam particula sepulcrum, addit. l. 3. §. 4. l. 7. l. ult. ff. eod. l. 38. ff. de religios.

3 l. 5. Cod. eod.

4 Aggeres conſerati, sepulchra.

5 De lapide ex sepulchris moto.

6 De terra ex sepulcris evulſa.

7 De cespite ex sepulcris evulſo. Dar. prid. Id. Februar. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

8 Crimen ſacrilegii gravissimum.

9 De ſpoliatoribus cadaverum & more veteri cuſtodiendum omnimodum, dixi l. 3. §. 7. ff. eod.

10 Qui & portantes, l. 37. in fin. ff. de religios.

11 Pœna mancipiorum cohibentes, l. 7. Cod. Theod. eod.

12 Reliquiæ defunctorum Græcis ἐνάλισμα de defuncti cuniculto cum mortua, vide Cic. 5. fam. §. Similiter. vers. cum mortui.

13 Vid. Nov. 60. Theod. 115. cap. 5. l. 2. ff. de in jus vocand. l. 3. ff. eod. l. 38. ff. de relig. Gothofr. Adde Cujac. var. reſol. lib. 3. cap. 1. n. 9. 10. Andr. Gail. de arreſt. cap. 11. n. 20. Ann.

14 Vid. Ripenſium ad l. 6. 7. 8. 9. ff. d. tit. num. 34.

15 l. 9. C. tit. 18. & Novell. Leo. 66. qui & Flavia & Faviæ. dixi ad Rubr. ff. D. XV.

16 Et Laverna & Fragum dicunt, qui ingenuum liberum aut ſervum alienum vendunt, vel ſuppriment.

17 De ancilla alienа ſollicitata & exportata.

18 Plagiarius convenitur poteſt rei vindicatione, ut hic, lege Fabia, vers. si vero. de criminaliter intercedan. vers. quod. ff. eod.

19 l. 6. 7. eod. l. 1. §. 2. ff. de ſervo corrupto.

20 l. 4. ff. de ſervo.

21 Vid. l. 3. ff. qui accuſare.

22 Cæſaris ſcil. Quidam Procuratorem Cæſaris hoc ſibi aſſeruerunt tam Romæ, quam in provinciis: ut hanc legem intelligas, vid. Dig. 1. 6. ff. de off. proconſ. & pol. Rubr. tit. 24. adde. l. Miſſilius.

23 l. 8. ff. eod. In provincia ſcil. in Italia vero extra conſulem, ut Præf. Prætor. in urbe, & int. 2. centeſimum ad Præfecturam urbis. Rogue, l. 1. cui rei accedat inſcriptio lo. 3. ff. eod.

24 Fratri & ſorori datur etiam hæc actio.

25 l. 5. in fin. ff. eod.

26 Vid. l. 3. ff. de homine libero.

27 l. Reg. 6. ex Ed. &c. tit. 28. c. 12. adde l. 6. in fin. ff. eod.

28 Imo licet. l. 3. ff. eod. vid. l. 3. ff. de fugitivis.

29 Pœnalitatem, l. ult. ff. eod.

30 l. 13. §. 3. ff. comm. divid. l. 33. §. 3. ff. de contrahend. empt.

31 l. 2. §. 2. ff. eod. 32 Vid. quæ dixi ad l. 4. ff. eod.

33 Id dicunt. Leon. Novell. 66.

34 l. 14. ff. eod. id eſt, cognito quis ſit proprietarius.

35 60. Reg. 48. cap. 12. l. 2. ff. eod. l. 3. ff. eod. l. 1. §. 2. ff. de ſervo corrupto.

36 Eſt Adverbium, c. 13.

37 Lucionæ vid. Peutinger.

38 l. 12. ff. de ingenuis vid. l. 23. ff. de liberali.

39 l. 6. ff. de fugit.

40 Vix ſervus fugit, quin ſecum res aliquas dominum ſuo auferat. l. ult. ff. de fugitivis. l. 36. §. 2. ff. de furtis. Vitia hæc duo ſunt conjuncta, fuga & furtum. Hinc Martialis epigr. 57. *Ad poſtibus diſcere mavis pœnam paſſare prætereа, Non mirer ſurum qui fugitivus erat.*

41 Vid. l. 2. ff. de fugit.

42 l. 4. ff. eod.

43 §. 10. Inſt. de publ. jud.

44 Imo non ceſſat, Reſc. d. l. 2. ceſſat, ſi quæſtionem proprietatis juſta ratione ductus moverit, ut hic.

45 Opinio juſta excuſat a delicto, adde l. 11. §. 1. 2. 3. l. 13. ff. de liberali.

46 Reſcr. d. loco, c. 18. l. 2. tit. 1. ex lib. 60. tit. 48. l. 18. l. 1. 4. ff. eod. l. 2. ff. ubi de crimnibus.

47 Leo. C. 77. eod.

48 De pœna plagii dixi ad Leg. ff. eod.

49 Hæc lex abrogata valetur. Nam cum hodie libertini omnes reſtituti ſint natalibus, Nov. ut liberi. de natiuit. 78. nihil eſt neceſſe hic edicere, ut ne libertis hominibus liceat eos honores adipiſci qui ingenuorum ſint propriè eos extraordinaria pœna adficere.

50 l. un. vers. Et cum] quando civiles actiones. Dig. 3. §. 5. Viſelliam Mal. & ita ſcriptum extat in l. un. C. Theod. ubi eam civiliter criminaliter agere. Alii legunt Niſſellam, aliis Nivellam, aliis falſo Miſſellam dici puto, ut ibidem quidam adnotarunt ex tit. de indictis violentiis, & l. Spolia Miſſella tollend. Lata fuit anno urbis 776. Sententiam legis Viſelliæ vid. l. 1. eod.

51 l. 1. un.

52 Circa, Bal.

53 l. 3. ff. de jur. aur. an. inſignia alterius ordinis. Paul. 5. ſent. 29. §. 2. adde & c. 10. tit. l. 13. ff. de ſtatu.

54 l. 1. l. 3. ſi ſervum aut liber ad decurion.

55 l. 5. 6. ff. de jure aur. Suet. in Claudio cap. 24.

56 Imago à ſtatu differt. Prior momentanea ad tempus & extrinſecus eſt. Status durabilior eſt.

57 l. 2. ſi ſervum aut liber ad decurion. adſcriverit.

58 Vid. l. 6. ff. ad municip.

59 l. 9. Cod. Theod. 24.

60 l. 10. ff. eod. l. 19. §. 1. l. 30. §. 1. ff. eod. l. 1. ff. de agnoſc. liber. Leo. Nov. 41. expl. conſtitutio vetera. vid. Boſſium tit. 41. 7 per 7. Not.

61 Pœna falſi ex lege Cornelia capitalis. l. 5. l. 22. in fin. ff. ad Leg. Corn. de falſis. Hic teſtamentum fabricit, ille falſum capitali fraude conſcribit. poſtea falſa non eſt capitalis. l. 1. 22. in fin. l. 1. in fin. ff. eod. l. 18. ff. de tranſact. §. 7. Inſt. de publ. jud. Quanam pœna hodie falſarii afficiantur, dixi ad Novell. Leon. 77.

De solutione.

II. Imp. ALEXANDER A. Valerio.

SAtis aperte Divorum Parentum meorum rescriptis declaratum est, cum morandæ [1] solutionis gratia, à debitore falsi crimen objicitur, nihilominus salva executione [2] criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere. P. P. III. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si Filius legatum consecutus ex testamento, quod verum putavit.

III. Idem A. Cassio.

LIcet ex tabulis, quas sub nomine patris tui uxorem ejus, id est novercam tuam, subrepso vero testamento falsas protulisse allegas, cum crimen admissum ignorares [3], legatum adscriptum tibi consecutus sis: tamen non impedietis accusationem contra eam impletis solemnibus instituere. P. P. XI. Kal. Januar. ALBINO, & MAXIMO CONSS. 228.

De his qui falsis rescriptionibus utuntur.

IV. Idem A. Maximo.

MAjorem severitatem exigit, ut merita eorum, qui falsis rescriptionibus [4] utuntur, digna coërcentur pœna: sed qui [5] deceptus est per alium, si suam innocentiam probat, & eum à quo accepit, exhibet, se liberat. P. P. IV. Kalend. Januar. ALBINO & MAXIMO CONSS. 228.

An filius agere contra matrem possit.

V. Idem A. Petronio.

FAlsi quidem crimen, vel [6] aliud capitale [7] movere vos matri [8] vestræ, secta mea non patitur: sed ea res pecuniarium [9] compendium [10] non aufert. Si enim de fide scripturæ, unde eadem mater vestra fideicommissum sibi vindicat, dubitatio est, inquiri fides veritatis etiam sine metu criminis potest [11]. P. P. III. Kal. Septembr. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

Si is, cui quid relictum est, falsas tabulas dixerit.

VI. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Culpio.

QUi falsas tabulas [12] dixerit, nec obtinuerit: ad defuncti judicium [13] aspirare non potest. P. P. XV. Kal. Aptil. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

De transactione.

VII. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. C. Heliodoro.

IPse significas, cum primum adversarii instrumenta protulerunt, fidem eorum te habuisse [14] suspectam [15]. Facta igitur transactione [16], difficile est, ut is, qui provinciam regit, velut falsum, cui semel acquievisti, tibi accusare permittat. P. P. III. Kal. Jul. TUSCO, & BASSO CONSS. 240.

De codicillis.

VIII. Iidem AA. & CC. Marino.

SI falsos codicillos [17] ab his contra quos supplicas, factos esse contendis: non ideo accusationem evadere possunt, quod [18] se illis negent uti: nam illis [19] prodest instrumenti usu abstinere, qui non ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus usus adstrinxerit. Qui autem compositis per scelus codicillis, in severitatem legis Corneliæ inciderunt: non possunt defensiones ejus recusando, crimen evitare. P. P. III. Kal. Jul. ÆMILIANO, & BASSO CONSS. 260.

Succedens ab intestato, tenetur præbere fideicommissa relicta in codicillis: nisi codicillus arguatur de falso criminaliter accusando, vel civiliter excipiendo. Bald.

IX. Impp. CARINUS, & NUMER. AA. Mesio.

SI docueris apud Præsidem provinciæ, ab intestato [20], te heredem ejus extitisse, qui codicillos scripserat, ordinarium est, ut in hereditatis possessione constitutus, fideicommissa præbeas, quæ jure relicta sunt: nisi consilium est codicillos [21] falsos arguere. Quod si criminaliter [22] cœptum [judicium] interventu indulgentiæ [23] sopitum est: habes tamen resciduam indignationem, & potes de side scripturæ civiliter queri. P. P. III. Kalend. Aptil. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

De partu suppositio.

X. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Legitimo.

CUm suppositi [24] partus crimen patrui tui uxori moveas, apud Rectorem provinciæ instituta accusatione id proba [25]. P. P. XI. Kalend. Octobr. DIOCLETIANO A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De lite pecuniaria.

XI. Iidem AA. & CC. Isidoro.

SI lis pecuniatia [26] apud pedaneos [27] judices remissa est, etiam de fide instrumenti civiliter apud eos juxta responsum viti prudentissimi Pauli requiretur. P. P. Kal. Jul. DIOCLET. III. & MAXIM. AA. CONSS. 287.

De præscriptione temporis.

XII. Iidem AA. & CC. Primo.

QUerela falsi [28] temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti [29] annorum exceptione: sicut cætera quoque fere [30] crimina. S. VI. Id. Ianuar. *Viminacii*, CC. CONSS.

De effectu falsæ scripturæ.

XIII. Iidem AA. & CC. Marco.

QUi velut [31] præsentem [scripsisse] res recepisse suas, cum absens esset conscripserit, non ignoranti quicquam aufert, sed se criminis obligat periculo. P. P. VI. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De testamento celato, vel amoto.

XIV. Iidem AA. & CC. Gentianæ.

EUm, qui celavit [32], vel amovit [33] testamentum, committere crimen falsi, publice notum est. S. Kal. Januar. *Sirmii*, AA. CONSS.

De collusione creditoris cum debitore.

XV. Iidem AA. & CC. Rufo.

SI creditor [34] colludens cum debitore suo tibi prædium venundedit, falsum commisit: & tibi [35] nihil officit, sed se magis criminis accusationi fecit obnoxium. S. XIII. Kal. Febr. CC. CONSS.

De testamentis.

XVI. Iidem AA. & CC. Fortunato.

DE fide testamenti querenti duplex [36] via litigandi tributa est. Quamvis itaque per procuratorem accusationem persequi non potes, disceptatione tamen privata de ejusdem side queri non prohiberis: cum reus ita conventus, non tantum ab alio juste, sed etiam ab eo, qui civiliter egit, solenniter accusari possit. S. VIII. Id. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De temporis intervallo.

XVII. Iidem AA. & CC. Menelao.

SIcut falsi [37] testamenti, vel codicillorum scriptura, temporis intervallo firmari non [38] potest, ita vera quæ jure subsistit, non evanescit. Si itaque de side delicti, vel per accusationem, vel per privatum judicium quereris, Rector provinciæ tunc demum eos exhiberi, de quibus interrogatio fieri potest, jubebit, si prius cæteris indiciis [39] fuerit commotus. S. III. Id. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS.

De effectu falsi.

XVIII. Iidem AA. & CC. Maximo.

EX initio [40] falsi commissi justa possessio non paratur. Unde contra eos, quos de dominio fundi tecum contendere proponis, accusationem instituere potes. S. III. Non. Mart. CC. CONSS.

De furniis.

XIX. Iidem AA. & CC. Cosmiæ.

ET si ad te negotium pertinuit: etiam, atque etiam tecum deliberare debueras, ne improbam institueres accusationem, hoc instrumentum, in quo subscripseras, falsum arguere contendens. At cum mulieribus [41] in aliena causa falsi non sit concessum accusare, tu autem *suæ eadem præstas te prisse alii damnasse*, proponas: fieri tibi facultatem accusandi contra juris postulas formam. S. VIII. Id us Mantii, CC. CONSS.

De errore, & dolo.

Non est falsum sine dolo.

XX. Iidem AA. & CC. Rufino.

NEc [42] exemplum editionis precum aliter per [43] errorem scriptum, cum non [44] nisi dolo [malo] falsum committentes crimini subjugentur, cognitionem dati Judicis moratur. S. XI. Kal. Novembr. *Daresalis*, CC. CONSS.

De decurionatu.

XXI. Imp. CONSTANTINUS A. Mechilio Hilariano Correctori Lucaniæ, & Brutiorum.

SI [45] quis decurio testamentum [46], vel codicillos, aut aliquam deficientis scripserit voluntatem, vel conferibendis publicis, privatisque instrumentis præbuerit officium: si falsi quæstio moveatur, decurionatus honore sepulto, quæstioni [47] (si ita poposcerit causa) subdatur. Sed non statim definit esse decurio, qui in hujusmodi facto fuerit deprehensus: Quantum [48] enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet: quantum [49] ad rem gestam, & veritatem referendam, uti decurionatus honore non poterit [50]. †. Nec vero is qui ante fuerit tabellio [51] ad eludendam quæstionem super his quæ ante scripserit, factus decurio defendi hac poterit dignitate: quoniam scripturæ veritas (si res poposcerit) per ipsum [52] debet probari auctorem. Dat. III. Kal. Febr. SABINO & RUFINO CONSS. 316.

De inquisitione veritatis, & lite compendiosa spatio terminanda.

XXII. Idem A. ad Maximum P.U.

UBi [53] falsi examen incideris, tunc acerrima [54] fiat indago [55] argumentis [56], testibus, scripturarum collatione [57], aliisque vestigiis [58] veritatis: Nec [59] accusatori tantum quæstio incumbat, nec probationis ei tota necessitas indicatur: sed inter [60] utramque personam sit judex medius: nec ulla interlocutione divulget quæ sentiat: sed tanquam ad imitationem relationis, quæ solum *audiendi* mandat officium, præbeat notionem: postrema sententia, quid sibi liqueat, proditurus. †. Ultimum autem finem iftepitus criminalis compendioso [61] spatio limitamus, quem litigantem disceptantemque sas non sit excedere: cujus exordium nosectæ auspicio contestatæ accusationis apud judicem competentem: post probationem supplicio capitali [62], si id exigat magnitudo [63] commissi, vel deportatione ei, qui falsum commiserit, imminente. P.P. VIII. Kal. Aptil. in foro *Trajani*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS.

De judiciis civili & criminali.

XXIII. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENTIN. AAA. ad Maximum P.P.

DAmus [64] licentiam litigantibus, si apud judicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio, profitendi, utrum de falso criminaliter [65] statuat qui dabitet de instrumenti fide experiri, an civiliter. Quod si experens vindictam [66], falsi crimen intenderit, tunc quæstione civili per sententiam terminata, criminis fiat indago: ut si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesque, necnon & rationes privatas, vel publicas, pacta,

---

1 Si à debitore falsum instrumentum dicitur morandæ solutionis gratia. facit *l. 31. ff. de re jud.*

2 Id perfectione, accusatione. Goth. Hinc collige pendente restitutione in integrum non Imperdiri executionem. Pachin. *lib. 12. controv. cap. 12.* *Ann.* Adde Sfort. Oddi. *de restit. in integ. q. 42.* Joann. Sand. *decis. Fris. lib. 1. tit. 8. defin. 4.* Christin. *decis. Belg. vol. 2. decis. 137.* S. L.

3 Vide *l. 3. ff. ad l. 5. ff. de his quæ ut indig.*

4 *Paul. 5 sent. 25. §. 8. Paul. 1. sent. 12. §. 1.* constitutionibus. *l. ult. ff. ad.* falsis Prætoris literis. *l. 25 ff. ad.* de eo qui falso prætoris jussu utitur, vid. *l. 1. ff. de confessis.* & eo qui utitur falsis instrumentis, actis, epistolis. *Paul. d. loco.*

5 Idem heredi accidere potest ob justam ignorantiæ præsumptionem: eo casu id beneficii eo datur, ut producens falsum instrumentum interrogetur eo necne velit uti, dato debitori in eum finem spatio, quo elapso, si fallia instrumentis heres uti coperit, falsi convebitur. *communis opinio apud Citrum 5. sent. §. Fabianus. vers. utens falso.*

6 Falsi crimen capitale hoc ex loco satis colligitur.

7 Dixi ad *l. 1. T. eod.*

8 *Matre* à liberis falsi criminaliter convenire non potest: civiliter potest. *l. 1. §. 43. ff. de vi & vi. l. 11. §. 1. ff. de accusation.* Immo criminaliter potest. *l. 14. T. qui accusare.*

9 Hinc colligunt, Duobus modis agi de falso: civiliter, *ut hic*, criminaliter, *ut T. eod.*

10 Id est, actionem civilem.

11 Quomodo? actione in factum. *d. §. 43.*

12 Testamenti scil. vid. *l. 6. ff. de heredit. petit. Papon. 2. Notar. 7.*

13 Id est, ad legata. *Bel. 42. ex l. 35. c. 33.*

14 *Accusasse, Summ. Basil. 11. tit. 2. lib. 60. tit. 41. cap. 42.*

15 Suspectum habeas instrumentum, qui ex eo transigit, dubius transigit, non enim transigit per errorem, quia suspectum habet: neque scires omnino, quia tantum suspectum habet.

16 Hanc controversiam paucis ita definio. Qui per errorem ex falsis instrumentis transigit, vel pacisitur, *l. 42. T. de transact. l. 2. T. de his quibus ut indig.* instrumentum falsi accusare potest. Qui dubius ex falsis instrumentis transigit, difficulter potest ab inita transactione falsi *accusationem movere, ut hic.* Qui vero sciens de falso instrumento transigit, jure transigit: jure, inquam, id est, jure Romano. *Greci 11. Eclog. 2. cap. 26. & 1. Harm. 10. vid. Conjec. 6. obs. 13. & 20. obs. 19.* & ita etiam ventres accipiunt legem 18. *T. de transactione.* quod Alciatus *in d. l. 18. & 5 Paradox. 8. 9. 10.* Hotomanno *ad d. l. 18. & 21. illustr.* Donello *ad d. l. 18.* Paponi & aliis, de quibus dixi ad *d. l. 18. T. de transactione*, displiceret, quibus accedit usus & praxis Galliæ, ut ibid. notavi.

17 Vid. *l. 9. T. eod.*

18 Falsarius falsi tenetur, etiamsi falso instrumento quod ipse fecit, se velle uti neget. Imo, pœnitentia videtur excusandus. *l. 13. ff. eod. vide Papon. 2. Notar. 7.*

19 Imo & aliis, *d. l. 9.*

20 Heres ab intestato cogitur præstare fideicommissa relicta in codicillis.

21 Etiam codicillos falsi arguere licet.

22 Vid. *l. 16. T. eod.*

23 Abolitio criminis non tollit actionem civilem.

24 Vid. *l. 1. T. eod.*

25 Actu falsum incumbit probatio.

26 Vid. *l. 9. T. eod.*

27 Etiam eorum pedaneis & delegatis judicibus excipi potest de falso instrumento.

28 Quid? licebit-ne actori agere ex falso instrumento post vicennium? Paponius 2. *Notar. 7. cap. de parricidio* negat hunc locum pertinere ad actionem civilem, eo sensu etiam intra tricennium excipi posse de falso civiliter, non tamen criminaliter. *arg. l. 5. in fin. ff. de dol. mali exceptione.* facit *l. 17. T. eod.* Quibus De hac præscriptione vid. Tessaur. *decis. 20.* Imbert. *Instit. forens. lib. 3. cap. 9.* Boër. *decis. 26.* Et quanto tempore præscribatur, accusationi. Tessaur. *decis. 208.* Damhoud. *prax. crimin. cap. 8. num. 25. & seq.* ANT.

29 Sic. *Bel. 42. c. 47.* Præscribuntur criminia regulariter vicennio. Vid. Tiraquellum *tract. de pœnis, causa 29.*

30 Recte id additum. Sunt enim quædam crimina quæ quinquennio tolluntur, ut quæ delegandum ex lege Julia de adulteriis. *l. 29. §. 6. ff. de adulteriis.* peculatus. *l. 7. ff. ad l. Jul. peculat.* Silvaniano senatusconsulto. *l. 13. ff. de SC. Silvaniano.* Quid suppositi partus crimen? nulla præscriptione temporis depelli dicitur. *l. 19. in fin. ff. eod.* nulla, inquam, nisi vicennali, & ita hanc legem accipe, ut & legem *ult. ff. ad l. Pomp. de parricid.* qua offenditur eos qui parricidii teneri possunt, semper accusari posse. adde *Cujac. 4. observ. 14.* Quid Apostasia? vid. *l. 4. T. de apostatis, & ita accusatio criminalis tollitur vicennio.* vid. *Clarum 5. sent. §. ult. quæst. 51.* adde *Bossium d. 41. n. 12. Mevium 2. quæst. 19.*

31 Falsi crimen, quo falsa scripta, vel falsa subscriptio possessionem sibi liberat.

32 *l. 2. ff. ad.*

33 *d. l. 2. ff. ad. l. Jul. repet. §. 2.*

34 Falsum commenti intelligitur si creditor cum debitore litigiosam prædes, reipsa, satisfaciat, aut aliter vertit. *l. 28. ff. ad. vide d. l. 3. ff. de probat. d. l. 3. ff. de fide instrumentorum.*

35 Quo prius tempore fuerit.

36 Civilis & criminalis. *l. 1. T. ad l. 23. l. ult. T. ad.* adde leges quas *annot. T. quando civilis actio &c. Bel. 42. cap. 37.* merito, si hæc adjuncta, vide Capyc. *decisionem 38.*

37 Falsum attinitio testamentum, seu falsa omnia vanitas tractatu antiquaria non firmatur.

38 Temporis tractu non confirmatur quod de jure ab initio non subsistit. adde *l. 29. l. 201. ff. de reg. jur. l. 18. de reg. in 6.*

39 Ex indiciis potest index interrogare. adde *l. 8. in fin. T. de quæst.*

40 Germ. ita loquunt, *kein anfang*, in 60. *Bel. 42. c. 55.* eo sensu. Ex falso possessionem nemo sibi parare potest.

41 Fœminis accusatio falsi non est permissa: sed ita demum, si suum fuerimve injurium persequitur. adde *l. 1. §. in. aliquis Papinianus. ff. ad Turpil.*

42 Vid. *l. 2. T. de errore advocat. Ego. ff. de reg. jur.*

43 *l. 31. in fin. ff. ad Lanic. T. de manumissis testam. vid. Paul. 1. sent. tit. 13. §. 3.* alias præsumitur pro instrumento præsentia notarii. vid. *d. l. 3. ff. de fide instrumentorum.*

44 Falsum sine dolo, non punitur.

45 *l. 1. C. Th. ad.* adde *l. 15. T. de decurion.*

46 Testamentum à decurionibus interdum de facto, non de jure, vide *l. 3. C. Th. de decurion.* quæ cum hac lege componenda sit, facile solvitur.

47 Ob falsum decurio torqueri potest.

48 Respectu diverso non & idem varie considerantur.

49 Vid. *d. l. 15.* vid. Mynsing.

50 Cur ita? vid. *d. l. 15. T. de testibus.*

51 Tabellionis munus exercuit, qui decurio est, non potest.

52 Vid. *l. 1. Nov. 6.*

53 *l. 1. vers. fil. ubi falsi examen. C. Theod. eod.*

54 In crimen falsi acerrima fit indagatio.

55 Indagatio veritatis, fit argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis.

56 Argumenti admittuntur præsumptionis leves. vide *l. judicia 19. T. de rei vindicat. l. ult. T. de probat.*

57 Scripturæ collatione illius dicenti potest. vide *l. 20. T. de fide instrum.*

58 Probationes conjecturæ, indicia & argumenta veritatis vestigia sunt. *d. l. 19. l. ult.*

59 *l. ult. T. ad l. pen. T. de probat.*

60 Inquisitorem inter & judicem.

61 Id est, annali. *d. ver. fol. vide. adde l. ult. T. ut intra certum tempus crim.*

62 Vid. quæ dixi ad *Nevell. Leon. 77.*

63 Puniuntur levius levia delicta: vid. *Tiraquell. de pœn. causa 14.*

64 *l. 4. Cod. Theod.*

65 *l. 16. T. ad. l. ult. l. eod.*

dex in ipsa malefica debet, etiamsi sit qui accuset: ut hinc confiet accusatione non tolli famam inquirendi.

66 Id est, annali. *d. ver. fol. vide. adde l. ult. T. ut intra certum tempus crim.*

67 Puniuntur leviter levia delicta: vid. Tiraquell. *de pœn. causa 14.*

68 *l. 4. Cod. Theod.*

69 *l. 16. T. ad. l. ult. l. eod.*

70 Inquisitorem inter & judicem.

71 *l. 1. C. Th. ad.* adde *l. 15. T. de decurion.*

72 Testamentum à decurionibus interdum de facto, non de jure, vide *l. 3. C. Th. de decurion.* quæ cum hac lege componenda sit, facile solvitur.

73 Ob falsum decurio torqueri potest.

74 Respectu diverso non & idem varie considerantur.

75 Vid. *d. l. 15.* vid. Mynsing.

76 Cur ita? vid. *d. l. 15. T. de testibus.*

77 Tabellionis munus exercuit, qui decurio est, non potest.

78 Vid. *l. 1. Nov. 6.*

79 *l. 1. vers. fil. ubi falsi examen. C. Theod. eod.*

80 In crimen falsi acerrima fit indagatio.

81 Indagatio veritatis, fit argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis.

82 Argumenti admittuntur præsumptionis leves. vide *l. judicia 19. T. de rei vindicat. l. ult. T. de probat.*

83 Scripturæ collatione illius dicenti potest. vide *l. 20. T. de fide instrum.*

84 Probationes conjecturæ, indicia & argumenta veritatis vestigia sunt. *d. l. 19. l. ult.*

85 *l. ult. T. ad l. pen. T. de probat.*

86 Inquisitorem inter & judicem.

pacta, & epistolas vel ultimas voluntates, donationes, venditionesve, vel si quid prolatum aliud instituere [1] conabitur: habeat accusandi facultatem. Civilis autem inquisitionis inter utrasque partes contingentium levior examinatio procedat: cum judex qui præcrit quæstioni, intentiones [actoris] falsas, & conficta crimina [reorum] ex legibus pœnis competentibus possit sicisci. P.P. XVI. Kal. Maji, *Romæ*, VALENTE V. & VALENTINIANO AA. CONSS. 376.

De onere probationis.

XXIV. Imppp. VALENTIN. THEODOS. & ARCAD. AAA. Proculo P.U.

PRæbemus licentiam, ut sive [2] civiliter, sive criminaliter (ut actor elegerit) super prolatis codicillis, vel aliis instrumentis requiratur: incumbat probatio fidei instrumenti [3] ei primitus, qui scripturam obtulerit, deinde ei, qui strictâ [4] instantia falsum arguere paratus sit. Dat. X. Kal. Februar. TIMASIO, & PROMOTO CONSS. 389.

TIT. XXIII.

DE HIS, QUI SIBI ADSCRIBUNT [5] IN TESTAMENTO.

Filius emancipatus sibi adscribens in testamento patris parte dictante, de æquitate à pœna legis Corneliæ excusatur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Valatio.

QUAMQUAM ita [6] interpretantur jurisperiti, ut contra legem Corneliam videatur se scribere heredem emancipatus [7] filius patre dictante: tamen si cum testamentum non esset scriptum, justus [8] successor futurus esset accepta bonorum possessione, filius patri: perinde habebitur, atque si sua manu pater tuus te heredem scripsisset, functus [9] dulci [10] officio. Proposita Non. Sept. DUOBUS & ASPRE CONSS. 213.

Tiffatorii subscriptis etiam generalia excusat à pœna, sed non tribuit jus petendi legatum extraneo, qui sibi adscripsit, nisi specialis fuerit subscriptio testatoris. Salic.

11. Idem A. Atticio.

SI testator codicillis quos scripsisti, *legatum* quoque seu *fideicommissum relinquisse* tibi [11] manu adscripsit: non videris in pœnam Senatusconsulti incidisse. †. Quod si [12] *testamentum dictasse* codicillis significavit, legato quidem vel fideicommisso abstinere debes: pœna vero falsi tibi principali [13] beneficio remittitur. P.P. Id. Decembr. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Vere ignorantiam allegans, & à delicto discedens, pœna remittitur quam incurrit, quia sibi adscripserat. Bald.

III. Imp. ALEXANDER A. Martiali.

SENATUSCONSULTO, & [14] Edicto divi Claudii prohibitum est, eos qui ad scribenda testamenta adhibentur [15], quamvis [16] dictante testatore, aliquod emolumentum ipsis futurum scribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata est; cujus veniam [17] deprecantibus ob ignorantiam [18], & profitentibus à relicto discedere [19], Amplissimus Ordo, vel divi Principes veniam [tato] dederunt. P.P. XVII. Kal. April. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

1. Impp. HONOR. & ARCAD. AA. Pasiphilo.

ABACTI animalis accusatio non solum cum inscriptionibus, sed etiam sine + ea observatione proponitur. Dat. VIII. Kal. Jan. *Mediolani*, OTTERIO & PROTOGENE Conss. 395.

[3] Dixi ad XL. VII. D. XIV. *Gothofred.* 25. 4 *Ecl. d. Sven. c. 4. in fin. l. 8. C. Theod. de jurisdict.* ex qua præter hanc desumpta est. *l. 8. V. unde vii, & ibi pauca T. de accusf.* adde *Cuj. t. 1. obs. 20. in fin.*

5 Probino.

TIT. XXXVIII.
DE [4] NILI [5] AGGERIBUS [6] NON RUMPENDIS [7].

Rumpentes ac terere Nili, vel ejus aquam ultra solitum occupantes concremantur: & ejus crimini participes deportantur, seu ipsa vetusa. Salic.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

SI quis posthac per Ægyptum intra [10] duodecimum [11] cubitum, fluminis Nili ultra [12] fluenta [13] de propriis ac vetustis usibus, præter fas prætergue morem antiquitatis, usurpaverit: flammis eo [14] loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam, & propemodum ipsius Imperii appetierit securitatem, conscius & consortibus ejus, deportatione constringendis: sic ut nunquam supplicandi eis, vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. Dat. X. Kal. Octobr. *Constantinop.* HONORIO VIII. THEOD. III. AA. Conss. 409.

8 Qui *de abactis t. 10. ff. de extraord. crim.*

9 *Corrumpendo, C. Theod. eod.*

10 Id est, cum incrementum Nili nondum excessit duodecim cubitos.

11 Plin. 5. *cap. 9.* loquens de Nilo, *Justum*, inquit, *incrementum est cubitorum 16. Minuere aqua non omnia rigant, amplexæ datimenta tardius recedendo. Ita serendi tempora adjacentes, soli mutantes: illa non dant, sitientes. Utrumque reputat provincia. In 12. cubitis (vota causam hujus cunctationis) famem sentit; in 13. etiamnum ejurit. 14. cubita hilaritatem afferunt, 15. securitatem, 16. deliciæ. (hinc illud Antoniani 22. de Nilo. Eum nemo aliquando extolli cubitis ultra 16. passus optavit; Maximum incrementum fuit cubitorum 18. Claudio principe, minimum quinque Pharsalico bello, veluti novum Magni prodigio quodam fluminis adversante. Cum fervere aqua, aperitis nubibus admittuntur. Hæc Plinius. Videsem est & illud adjicere, Nilum augescere Sole in Cancro, vel ut Græci 58. *Kal. 16. & 19 hinc* adusque transitum in Libram diebus 100. *Aomian. lib. 22. Hic adde Herodot. lib. 2. Diodor. 1. cap. 3.*

12 *Fiella fluminis Hal. Fiella fluenta, Ann. C. Th. eod.* 13 Hoc innuit, Ne enim liceat illos rivos, illave fluenta intra 12. cubitum, seu ὑπὸ τὰς δώδεκα πήχεις τοῦ ἐκβαινοντος ποταμοῦ, *Graci his*, id est, cum incrementum Nili nondum excessit 12. cubitum, derivare sibique usurpare, & hic quidem casus diversus est à *l. penult. ff. de extr. criminib.* Qui contrarias leges existimaverunt, finxere duplices Nili aggeres: unos altissimos ad arcendam aquam Nili, ne urbes & villas obrueret: & de his quidem agi hac constitutione: alios minores ad limum retinendum. vid. *Fors. cap. 14. penult.* 14 De ignis supplicio, adde *l. 28. ff. de pœn. l. 9. in fin. V. ubi causa fiscal. l. ult. V. de muleribus. quæ si proprias servis junct. l. 3. V. de maleficiis. l. ult. in fin. V. de his qui parent. vel liber. l. 2. V. de falsa monet. l. 6. ff. ad leg. Jul. peculat. l. 8. §. 2. l. 28. §. 11. 12. ff. de pœn. l. 1. J. de inoff. testam. cassat. l. 9. J. de re mil.* adde *l. 8. V. de fund. patrim. l. 3. in fin. V. de Judæis l. 6. §. 1. V. de hæret. l. 6. J. de jur. fisci.*

[4] *l. 6. C. Theod. 28.*

[5] *Nili cardinalia vide Scriptores rei agrariæ, quæ Goes. Eccl.* 27. dixi ad XL VII. D. XVI.

[6] *l. 2. ff. eod. l. 1. C. Theod. eod. Eclog. hoc cap. 1.*

[7] *l. 2. C. Theod. eod. Ecl. d. loc. c. 2.*

TIT. XXXIX.
DE [15] HIS QUI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBUS REOS OCCULTAVERINT [16].

Eadem pœna puniuntur receptatores, quæ rei principales. Salic.

1. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. Simplicio Vic.

EOS qui secum alieni criminis reos occultando, cum eamve sociarunt: pat [17] ipsos & reos pœna expectet: & latrones [18] quisquis sciens susceperit, & eos offerre Judicibus supersederit, supplicio corporali, aut dispendio facultatum, pro qualitate personæ & judicis æstimatione plectetur. P. P. *Romæ*, X. Kal. April. GRATIANO A. III. & EQUITIO, V. C. Conss. 374.

11. Imp. MARTIANUS A. Palladio P. P.

SI qui latrones, seu aliis criminibus obnoxii in possessione degant seu latitant: dominus possessionis si præsto est, aut procuratores si dominus abest, seu primates [19] possessionis ultro eos offerant: aut si scientes hoc sponte non fecerint, conveniantur à civili officio, ut tradant provinciali judicio eos qui requirantur, sub examine judicis arguendos, & pœnas post documenta congruas subituros. Si vero exhibere eos domini, vel procuratores aut primates [20] possessionis distulerint: tunc ad detinendos eos [adito] rectore provinciæ omnia civilia dirigantur auxilia.

†. Sin autem propter multitudinem forte eorum qui in prædio sunt, civile adminiculum sufficere non posse constiterit, & memorati audaces executoribus objecerint manus, vel alias parere distulerint: tunc judex provinciæ memor periculi sui, à viro devoto tribuno, seu primatibus militum, qui in locis sunt, auxilium postulet: ut per militarem [21] manum correpti accusati, sine damno atque læsione cujuslibet legibus offerantur, & convicti pœnas subeant competentes: non ignaro judice, quod si adversus innocentem ob aliam causam præter latronum vel aliorum nocentium investigationem, militare auxilium postulaverit, aut dispendiis affici provinciales concesserit: commotione severissima (prout tua celsitudo judicaverit) feriatur. Tribuni etiam sive primates numerorum [vel officiorum] qui in locis sunt, admoniti per literas judicis, si adminiculum militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus damna provincialibus inflicta fuerint: & damna & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum *illustrium* magistrorum militum ferientur. †. Domini etiam prædiorum, seu procuratores vel primates possessionum impunes non manebunt, si præsentes & scientes ultro non obtulerint nocentes, vel admoniti eos exhibere distulerint: nam dominus quidem possessionis dominio privabitur: procurator vero seu primates perpetuo exilio subjacebunt. †. Ipsi quoque procuratori vel domino vel primatibus possessionis, si se ad comprimendam multitudinem rusticanorum sufficere non posse firmaverint, & id provinciali judicio palam fecerint: militare auxilium rector provinciæ à tribuno vel à primatibus numeri facit dari, si civilia non posse sufficere perspexerit. †. Si vero post exhibitionem eorum, qui accusantur, innocentes eos esse, & nihil criminis admisisse patuerit: accusatores pœnam quæ in calumniatores exercenda est, subire cogantur. †. Exemplo enim grave est sic latronem requirere, ut innocentibus periculum fiat. Dat. XII. Kal. Januar. *Constantinop.* MARINIANO & ASCLEPIODOTO Conss. 423.

[15] Dixi ad XL. VIII. D. XVII.

[16] *l. 2. ff. eod. Nov. 134. cap. 5. l. 6. V. de accusf. l. 2. V. de fund. patrim. ex parte ult.*

[17] An hodie adnotatio locum habeat, vid. *Clar. 5. fines. §. ult. q. 44.*

[18] *l. 2. ff. eod. l. 1. C. Theod. eod. Eclog. hoc cap. 1.*

[19] Primates possessionis videntur esse quibus præcipua possessionis cura demandata est, licet non fiat specialiter procuratores possessionis constituti.

[20] De primatibus possessionis, vide *V. eod.*

[21] *l. 68. ff. de vet. venditat. l. 3. ff. ne vis fiat.*

TIT. XL.
DE REQUIRENDIS [22] REIS.

Contra absentem de gravi crimine accusatum non fertur definitiva, sed citatis non comparentibus bonorum annotatio decet fieri. Salic.

1. Imp. ANTONINUS A. Rustico.

CUM [23] absenti reo gravia crimina intentantur, sententia [24] festinari non solet, sed adnotari [25], ut requiratur: non utique ad pœnam, sed ut potestas ei fiat purgandi se, si potuerit. Postquam vero requirendus factus intra annum sederit: si is crimine purgaverit, res arbitrio Judicis dignatas recipiat. Sin vero intra id tempus revertisus, post intimationem suam fuerit defunctus: etsi necdum se purgaverit, ad heredes proprios res transmittat. Dat. * Tusco & Basso Conss. 212.

Adnotati bona intra annum non comparentis, irrevocabiliter confiscantur: & postea veniens reperto nocens, punitur, innocens vero absolvitur, non propterea bona recuperat. Salic.

11. Imp. CONSTANTINUS A. ad Januarium.

QUicunque ex eo die, quo reus fuerit in judicio petitus, intra anni [25] spatium noluerit adesse judicio, res ejus fisco vindicentur. Etsi postea repertus, nocens fuerit deprehensus, severiori sententiæ subjugetur. Sed si argumentis evidentibus & probatione dilucida innocentiam suam purgaverit, nihilominus facultates ejus penes fiscum remaneant. Dat. Id. Januar. CONSTANTINO A. V. & LICINIO CC. Conss. 319.

[22] *l. 2. l. 4. ff. eod.*

Contumax in civili causa, non notatur etiam falsi infamia, contumax vero in causa criminali, adjicitur infamia falsi. Salic.

111. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Palladio P. P.

IN pecuniariis causis edictum contra latitantem propositum, existimationem ejus non lædit. †. Criminalis vero programmatis [26] tenor hanc tantam ferat de jure censuram, ut inter reos adnotati, non tantum patrimonium debeat transferre, sed & famæ existimationem lædere. Dat. VII. Kal. Jul. *Ravennæ*, EUSTACHIO & AGRICOLA Conss. 421.

[23] Vid. *l. ult. comment. quæ præcedunt.*

[24] Dixi ad XLVIII. D. XVIII. adde *l. 9. C. Theod.* 31. *genera quæstionum.* Vid. *apud Cujac. l. Paul. sent. 14. §. 1.*

[25] Adde *Cujac. ad Cod. Gothofr. Hactenus* est causarum in *cap. 19. §. 2. & ff. Impp. donand. & Fisci, non tenet, l. Ann. Ann.*

[26] Vide *Cujac. l. 1. obs. 2.* 29 Vide *Cujac. l. 1. obs. 2. cap. 19. §. 2. & ff. Impp. donand. & Fisci, non tenet, l. Ann. Ann.*

TIT. XLI.
DE QUÆSTIONIBUS [27].

De servis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antianæ [28].

QUÆSTIONEM [29] de servis contra dominos haberi non oportet: exceptis [30] adulterii [31] criminibus, item fraudati census [32] accusationibus, & crimine majestatis [33], quod ad salutem Principis pertinet. In cæteris autem quamquam ea, quæ servus contra dominum dixit, judicaturi sententiam formare non debeant, tamen si aliis quoque probationibus [34] fides veritatis investigetur, præscriptionis invidia evanescit. †. In [35] pecuniariis [36] vero causis nec [37] inopia probationum servos contra dominum interrogari posse manifestum est. P. P. Kal. Jan. Fusco [38] II. & Dextro Conss. 197.

[27] Dixi ad XLVIII. D. XVIII. adde *l. 9. C. Theod.* 31. *genera quæstionum.* Vid. *apud Cujac. l. Paul. sent. 14. §. 1.*

[28] Adde *Cujac. vide Cujac. 2. obs. 13.*

[29] Vide *Cujac. l. 1. obs. 2. cap. 19. §. 2. & ff. Impp. donand. & Fisci, non tenet, l. Ann. Ann.*

[30] Servus in dominum non inquirat nisi in adulterii, vel majestatis quæstione. Quod si prodat is, quæ servus deprehendit, sine contra dominum probationes fiat, ne tum quidem dominus torqueri debet [1] de deprehensum servi, sive probationes illas suscipiendas. *Ita Basil. 7. tit. 6. ex lib. 60. tit. 50. c. 22. 1. Novell. 14. §. 19.*

[31] *l. 8. §. 6. V. de requis.*

[32] *l. 1. §. 10. ff. eod.*

[33] *l. 7. l. ff. ff. ad l. Jul. majest.*

[34] Vid. *Papin. 3. decis. §. 1. seq. 2.*

[35] Servi in caput domini, atque à prætide, neque à procuratore, neque in pecuniariis, neque in capitalibus causis interrogari possunt. *Paul. 5. sent. 16. §. 5.* servi in pecuniariis causis, aut quidem inopia probationum contra dominos nequeunt. *Synops. Basil. tit. cap. 22.*

[36] De differentia pecuniariæ & criminalis causæ, vid. *Cujac. 2. observ. 28.*

[37] *l. 6. in fin. ff. eod. inopia, hic quæ lectio à Cujac. probatur: reprehenditur tamen à Rebuffo 1. comm. §.*

[38] Prisco.

TIT. XLII.
DE [39] QUÆSTIONIBUS [40].

De servis.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antianæ [41].

QUÆSTIONEM [42] de servis contra dominos haberi non oportet: exceptis [43] adulterii [44] criminibus, item fraudati census [45] accusationibus, & crimine majestatis [46], quod ad salutem Principis pertinet. In cæteris autem quamquam ea, quæ servus contra dominum dixit, judicaturi sententiam formare non debeant, tamen si aliis quoque probationibus [47] fides veritatis investigetur, præscriptionis invidia evanescit. †. In [48] pecuniariis [49] vero causis nec [50] inopia probationum servos contra dominum interrogari posse manifestum est. P. P. Kal. Jan. Fusco [51] II. & Dextro Conss. 197.

[39] Dixi ad XLVIII. D. XVIII. adde *l. 9. C. Theod.* 31. *genera quæstionum.* Vid. *apud Cujac. l. Paul. sent. 14. §. 1.*

[40] Adde *Cujac. vide Cujac. 2. obs. 13.*

[41] Vide *Cujac. l. 1. obs. 2. cap. 19. §. 2. & ff. Impp. donand. & Fisci, non tenet, l. Ann. Ann.*

[42] Servus in dominum non inquirat nisi in adulterii, vel majestatis quæstione. Quod si prodat is, quæ servus deprehendit, sine contra dominum probationes fiat, ne tum quidem dominus torqueri debet [1] de deprehensum servi, sive probationes illas suscipiendas. *Ita Basil. 7. tit. 6. ex lib. 60. tit. 50. c. 22. 1. Novell. 14. §. 19.*

[43] *l. 8. §. 6. V. de requis.*

[44] *l. 7. l. ff. ff. ad l. Jul. majest.*

[45] Vid. *Papin. 3. decis. §. 1. seq. 2.*

[46] *l. 1. §. 10. ff. eod.*

[47] Servi in caput domini, atque à prætide, neque à procuratore, neque in pecuniariis, neque in capitalibus causis interrogari possunt. *Paul. 5. sent. 16. §. 5.* servi in pecuniariis causis, aut quidem inopia probationum contra dominos nequeunt. *Synops. Basil. tit. cap. 22.*

[48] De differentia pecuniariæ & criminalis causæ, vid. *Cujac. 2. observ. 28.*

[49] *l. 6. in fin. ff. eod. inopia, hic quæ lectio à Cujac. probatur: reprehenditur tamen à Rebuffo 1. comm. §.*

[50] Prisco.

[51] Servi ut quidem inopia probationum torqueatur contra dominorum nomen, vel nomine, nisi affio causa inflituatur. *Synops. Basil. d. c. 22.*

[52] Sunt enim de mixti loco. *l. 36. §. 4. ff. de furtis.*

[53] *l. 2. §. 2. §. 3. ff. eod.*

[54] Vide locum primum legis 1. *ff. de appellatio.*

43 Si mulier accusetur, quasi maritum suum veneno necaverit, non in eam servi sui tantum, sed & alieni torquentur: prius tamen alieni, ac siquidem veritatis argumentum demonstratum fuerit, sic quoque mulier torquetur. *Synops. Basil. lib. cap. 24.* 44 *l. 8. §. 2. J. eod.* 45 Mulier non queri potest. 46 Potest ita legi, *occultæ facit in visceribus hominum continent. Basil. ejus Latinis quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, finem accumulari non convenit, nisi volenda confitentis sua gratia quem cum eo habuit, prius declarat. Paul. 5. sent. 26. §. 10.* latroni convicto, confessoque non facile credendum, quoties ad societatem flagitii à quo oblatus & proditus est, nisi evidenter appareat, commissio communitur fuerit, quæ impunitatis gratia, hunc ad Illius proditionem festinasse. adde *l. 1. §. 26. ff. eod. l. 37. in fin. V. de liber. caus. l. ult. V. de accusf.* 49 Vide *l. 1. §. 26. ff. eodem.* 50 Socio criminis creditur quoties evidenter probat. 51 Hac est locum adhendisse, custodisse, obtulisse, prodidisse. 52 Nam de minore viginti quinque annis quæstio non habetur. *l. 10. ff. eod.* sed nec de eo qui non fuit sub eodem tecto. *l. 1. §. 21. ff. Ad Turpill.*

53 *l. 19. ff. eod. l. 1. §. 3. ff. de Testamen.* 54 Servus in dominum & pro domino, liberum patronum & pro patrono torqueri non debet. *l. 7 §. eod.* 55 *l. 1. §. 7. ff. eod. fin. V. eod.* 56 *l. 6. V. eod. l. 18. §. 7. ff. eod.* 58 Idem de quibusdam aliis personis. *l. 1. eodem.* & decurione. *l. 9. §. 11. ff. de pœn.* sed hanc defecta sunt in Gallia. *Rebuff. in prax. ff. §. num. 115.*

stipendiis suis videantur esse dimissi: exceptis his, qui scil. ignominiose [1] sunt soluti: quod & in filiis militum & veteranorum servabitur. §. 1. Oportet autem judices nec in his criminibus, quæ publicorum judiciorum sunt, ad investigationem veritatis à cornentis *instrumenta* [2] *sumere*: sed argumentis [3] primum verisimilibus [4] probabilibusque uti. Et si his veluti certis indiciis [5] ducti, investigandæ veritatis gratia ad tormenta puteverint esse veniendum: tunc id demum facere debebunt, si personarum [6] conditio patiatur. Hæc enim ratione etiam universi provinciales nostri fructum ingenitæ nobis benevolentiæ consequentur. P. P. fine die & Cons.

De causa ingenuitatis.

II. Iidem AA. & CC. ad Charissimum præsidem Syriæ.

SUper statu *ingenuitatis* per omnia interrogationum & quæstionum vestigia [7] decurrendum est: ne alienæ forte sordidæ stirpes splendidis & ingenuis naralibus audeant subrogari: vel propria ac debita, per compositam quæstionem, quibus comperit, successio denegetur. Dat. VI. Id. Maji. Emissa ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

Si testamentum falsum dicatur.

X. Iidem AA. & CC. Ptolemæo.

CUm [8] testamentum falsum esse proponas: ad illuminandam veritatem *servos* hereditarios [9] (etsi libertas eis ab eo, qui se hæredem esse adfirmet, præstita est) etiam per tormenta interrogari, constitutionibus principum est permissum. P.P. VI. Kal. Septemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

De his, qui torquendi non sunt.

XI. Iidem AA. & CC. Boëtho.

DIvo Marco placuit, *eminentissimorum* [10] quidem, negnon etiam *perfectissimorum* virorum usque ad pronepotes [11] liberos, *plebeiorum* pœnis, vel quæstionibus non subjici: si tamen propioris gradus liberos, per quos id privilegium ad ulteriorem gradum transfgreditur, nulla violati *puderis* macula adspergit.

†. In *decurionibus* [12] autem & filiis [13] eorum hoc [14] observari vir prudentissimus Domitius Ulpianus in publicarum disceptationum [15] libris ad perennem scientiam & memoriam refert. P.P. V. Kal. Decemb. ipsis IV. & III. AA. Conss. 290.

Si quæstio sit de dominio servi.

XII. Iidem AA. & CC. Aspro.

QUoties de dominio *mancipiorum* tractatur, si aliis probationibus veritas illuminari [16] non possit: de se [17] ipsa esse [18] cum tormentis interroganda, juris auctores probant. P.P. III. Id. Maji, *Sirmii*, Tiberiano & Dione Conss. 291.

Si de hereditate quæratur.

XIII. Iidem AA. & CC. Philippæ.

HOc, quod placet, si de hæreditate quæratur, hæreditarios [19] *servos* interrogari, tibi opitulari non potest. Ubi [20] enim de dominio incertum est [21], ad quem hereditas pertineat: merito per interrogationem hereditarii servi ad veritatis indagiuem pervenitur. Tu autem adseverando servum communem esse, non dubitas portionem ad eum pertinere, contra quem interrogari eum cupis. Quæ res quæstionem haberi ab eo non permittit: cum nec communis [22] servus adversus dominum communem, qui non occidisse socium [suum] dicatur, interrogari possit. S. III. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. Conss.

De servis.

XIV. Iidem AA. & CC. Constantio.

SErvos non solum pro dominis, sub quorum dominio sunt constituti, sed nec pro his, quorum antea [23] fuerunt, interrogari posse constat. S. VIII. Id. April. CC. Conss.

Ubi de facto servi quæritur, ipse potest torqueri. Salic.

XV. Iidem AA. & CC. Maximo.

INterrogari *servos* de facto suo [24], non solum in criminali causa, sed etiam in pecuniaria (veluti [25] quando per eos depositi, vel commodati nomine, vel aliis causis legibus cognitis res aliis præstitæ sunt) posse, non ambigitur. S.V. Id. April. CC. Conss.

De decurionibus.

XVI. Imppp. Valentin. Valens & Gratianus AAA. ad Antonium P.P. Galliarum.

DEcuriones [26] sive ob alienum, sive ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse pœnarum, quas fiduciæ & tormenta constituunt. Quod quidem capitale [27] judici erit, si in contumeliam ordinis exitiumque tentetur. Majestatis [28] tantummodo reos, & (quæ nefanda dictu sunt) conscios, aut molientes ex ordine municipali, manent tam cruenta conditio. Dat. XV. Kalend. Octobr. *Treveris*, Valente V. & Valentiniano AA. Conss. 376.

De his, qui torqueri non debent.

XVII. Impp. Arcad. & Honorius AA. Messalæ P.P.

NIhil [29] sibi deflectens à justitia indignatio cognitorum, nihil venalis [30] exigentium terror in eas, quæ aut innocentia securæ, aut principali sunt honore munitæ, intelligat licere personas, ad inferendas injurias corporales: habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata devotio. Idemque & si munera decurionatus [31] quis deposuerit: nam & ipse propter pristinam dignitatem quæstionem non patitur. Datum XII. Kal. Septembr. Theodoro V.C. Cons. 399.

Si de hereditate, vel de rebus hereditariis quæratur.

XVIII. Imp. Justinianus A. Demostheni P.P.

DE tormentis hæreditariorum [32] *servorum* sancimus nullo [33] discrimine secundum antecliores leges & constitutiones interposito, sive de jure hereditatis aliqua moveatur inter heredes quæstio, sive de corporibus tantum hereditariis, sive de utroque eorum: servos de corporibus tantum hereditariis interrogari, & licere servos eos tantummodo, qui res gerendas detinent [34], sive in servitute relicti sunt, sive libertatem adipisci per ultimam testatoris voluntatem præcepti sunt, in quæstionem eorum hereditatiarum deduci, & ex his ea, quæ occultata sunt, revelari: prius tamen sacramento [35] super his à nobis statuto, præstando. Dat. XV. Kal. Octobr. *Chalcedone*, Dectio V.C. Cons. 529.

---

[1] Ignominiose missi non frumentur privilegio militiæ. [2] A tormentis latium sumi non oportet, *ut hic*, & *l. 1. §. ult. De crimine stellionatus*, quibus quidem adde *l. 6. §. 1. De testibus*. Sed non statuo à tormentis interrogationem esse: idemque est in quæstione per primo argumento. [3] Præsumptionibus. [4] Indiciis. [5] Suspicionibus, *l. ult. §. ult.* plus est quam si indicia dicitur. An diversa omnia testis officia ad quæstionem? fortasse non videtur. *l. 20. §. ult.* quod Bosius non probat *ad tit. Cod. num. 20.* [6] *Vid. Roland. à Valle cons. 14. num. 36. & seq.* [7] Pertinacior, maxime si adhuc veritas cognosci non potest. *l. 9. §. 1. 2. ff. ad Turpill.* [8] Turquentur fieri hereditarii, quam testamentum falsum esse dicitur. *Syn. de tit. §. 1. 31.* [9] Servi hereditarii torqueri possunt. *l. 18. §. ult. in fin. l. 20. §. de Quæst. l. 26. §. ult.* id non ubique usu in Gallia. vid. *Rebuff. in præm. constit. glos. 5. num. 111.* [10] Vid. *l. 3. ff. de senator. vel Clarissim.* 2. *Novell. 20.* [11] *l. 16. §. ult. Cod. Ad L. Jul. de pœnis. l. 2. §. 2. ff. de Quæstionib.* [12] *Syn. Basil. lib. 60. tit. 51.* [13] Filiis non observari. Cujacius ita legit, *to. 1. obs. 29.* [14] Hoc non observari. Cujacius ita legit, *to. 1. obs. 29.* [15] Disputationum, *Rui.* [16] Quibus. *Synop. Basil. lib. 60. tit. 51.* [17] *l. 15. §. ult.* [18] Leguntur videtur, *de se*, nam Græci legunt, καθ' ἑαυτὸν, hæc sententia. Quoties de dominio mancipiorum quæritur, si veritas aliis probationibus illuminari non potest, ipsi de se cum tormentis interroganda sunt mancipia. *Syn. d. loc.* [19] *l. 10. ff. ad l. Jul. ad. l. 11. §. 6. l. 16. in fin. l. 17. §. 2. ff. ad.* [20] Hinc diffinitio hodie sublata est. *l. ult. ff. ad.* [21] Id est, ubi de hereditate inter dominos litigatur. [22] *l. 3. ff. ad.* [23] Vid. *Syn. lib. 60. tit. vid. quæ dixi ad l. ult. De Legatis. l. 8. §. 1. ff. de in jus vocando.* [24] Pro facto suo, de se, in se. *l. 11. ff. ad l. Jul. de repetund. l. 3. §. ult. ff. ad. l. Jul. de adulteriis. l. 17. ff. de probationibus. Paul. sent. lib. 5. §. 3.* [25] Servum de facto suo interrogari posse, ratio evidens ostendit. Quare enim absolvi debet, qui per servum aliquid fieri non cautione commodat aut deponit. *§. 8. 1.* [26] *l. 2. C. Theod. de Decurionibus. l. 17. in fin. l. ult. l. 11. in fin. l. ult. l. 13. ff. de decurionibus. l. 10. ff. de dignitatibus.* vid. quæ dixi ad *l. 9. l. ult. & ad tit. ff. de decurionibus.* [27] Torquens, aut quæstioni adhiberi debet, judex capite punitur, *ut hic*, *argumento quoque à minori ad majus*, *l. 2. in fin. C. de pœnis cancellis.* non igitur nuda injuriarum actione tenentur: quod Hippolytus Marsilius *in l. 1. §. vicesimo. 2. num. 8. ff. de Quæstio.* [28] *l. 10. §. 1. ff. ad. l. Jul. majest.* [29] *l. 6. C. Theod.* [30] *l. 7. l. quando provoc.* [31] Vid. *l. 16. l. 43. l. ult. l. 53. ff. ad.* [32] *l. 13. l. ult.* [33] Abrogatur lex 13. *verf. ubi. l. ult.*

TIT. XLII.

DE ABOLITIONIBUS [36].

Accusatio cujus abolitio concessa est à Præside, non repetitur nisi à Principe impetretur. Salic.

I. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Paternæ.

PRæses provinciæ si perspexerit abolitionem ad [37] omnia crimina, quæ mota sunt, pertinentem à se impetratam: ne semel [38] finita instauretur, intercessione auctoritatis suæ prospiciet. Supplicatione [39] vero porrecta nutui Principali, præfata abolitione sopitum crimen ab [40] eadem persona revocari [41] potest. P.P. Kal. Dec. Diocletiano & Maximiano AA. Conss. 287.

Abolitio privata concedenda est à judice causa cognita. Salic.

II. Imp. Constantinus A. ad Januarium.

ABolitio [42] præsentibus partibus causa cognita non à Principe, sed à competenti [43] Judice postulari debet: id est, si per errorem [44] seu temeritatem, seu calorem ad accusationem profiluerit: hoc enim accusator explanans, abolitioni locum faciet. Sin autem per deceptionem, vel pecuniis à reo corruptus ad postulandam abolitionem venit: redemptæ [45] miserationis vox minime admittatur: sed adversus nocentem reum inquisitione facta pœna competens ingeratur [46]. Hi autem, qui suam [47] suorumque injuriam defendunt, & qui cognatos suos in accusationem deducunt: omnimodo abolitionem petere non prohibentur. Dat. XVI. Kal. Decembr. *Serdicæ*, Constantino A. V. & Licinio Conss. 319.

Per calumniam accusanti non debet abolitio concedi. Salic.

III. Impp. Valentin. & Valens AA. ad Probum.

FAllaciter [48] incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem fincera mente accusationem instituerit, & reus aliquid injuriæ inscriptionibus illatæ toleraverit (id est, si vel carceres [49] sustinuerit, vel tutmenta, vel verbera, vel catenas) abolitio non petetur: nisi forte ille, qui hæc passus est, suum consensum [50] ad petendam abolitionem accommodaverit. Quando autem reus nihil tale passus est: postquam [51] fuerit Officii custodiæ traditus, intra dies triginta accusatori petenti, etiam inviro reo, dari permittitur: Post hoc vero tempus nisi reus consentiat, censemus non esse tribuendam. Quod si ingenuorum, licet plebejorum, qui conscii & participes criminum non erant, testimonii [52] gratia corpora fuerint lacerata verberibus, tormentisque vexata, abolitionem etiam duarum partium consensu petitam, jubemus vigore Judicis denegari: & crimen propositum, cujus examen tormentis jam cœperat agitari. Sin autem testibus tormenta minime sunt illata, etiam sic [53] abolitio non dabitur in [54] illis criminibus (ut in violata majestate [55], aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatus admisso, aut sacramentis desertis, omniaque quæ jure vetere continentur) in quibus judex non minus accusatorem ad docenda quæ detulit, quam reum ad purganda quæ negat, debet urgere. Dat. II. Id. Octobr. *Treveris*, Valen. N.P. & Victore Conss. 369.

---

[36] 9. *C. Theod.* 37. dixi ad 28. VIII. D. XVI. & 60. *Synopf. Basil. l. ult. tit. 64. περὶ τῶν ἀναίρεσεων ἀδικημάτων*, de accusationibus abolitionem petentibus, *l. 16. ff. de adult. l. 15. ff. de jure fisci.* [37] Abolitionis ad omnia crimina quæ mota sunt, genus observa. [38] Semel finita non instauranter. [39] Rescripto principis abolitio à præside concessa repeti potest. [40] Post abolitionem privatam, reus intra trigesimum diem à delatore suo repeti non potest, *ut hic*, *l. 3. §. ult. ff. de accus. l. ult. eod.* *l. 2. in fin. ff. ad Turpill.* post abolitionem publicam, intra illud etiam spatium à suo delatore repeti potest vid. *l. 1. §. de generali abolitione.* [41] *Rescripti, Hal.* [42] *l. 1. C. Th. eod.* [43] *l. 16. ff. de adult. add. l. 12. ff. de decurion. l. 15. ff. de jure fisci.* [44] Defumptum ex *l. 1. in fin. Cod. Th. eod.* [46] *Exercetur. l. 1.* [47] *l. 29. §. 1. in fin. ff. de adult.* Abolitionis potendæ justa causa est, Si quis suæ suorumve injuriæ gratia accusationem instituit. [48] *l. 2. C. Th. eod. Gratiani, Valentiniani & Theodosii, l. 9. ff. de calumn.* Abolitionem petere non potest, qui scienter se non vera proferre accusavit. At si quis vere commissum crimen existimans, egerit, & injuriam reus perpessus fuerit, abolitio non petitur, nisi consentiat is, qui affectus est injuria. Quod si nihil injuriæ pertulit, potest accusator intra triginta dies pernitere. Post illos dies triginta nisi reus consentiat, non potest: Ita & testes qui producti erant, torti fuerint, quamvis alii consenserint, abolitio dari non debet *Syn. lib. cap. 3.* [49] Vid. *Act. Apost. 16. verf. 37.* [50] *Eod. l. 3. l. ult. ff. ad Turpill.* [51] Sumptum ex *l. 4. C. Theod. eod.* Honorii & Arcad. [52] Sine quæstione, & sic sine testibus tortis abolitio non petitur, etiamsi accusatori consentiat reus. [53] *Etiamsi, Hal.* adde *l. 3. T. de epiſc. aud.* [54] Sumptum ex *l. 2. in fin. Cod. Theod. eod.* Ideoque hæc constitutio conflata ex tribus constitutionibus, una Valentiniani, Valentis & Gratiani, altera Valentiniani & Theodosii, tertia Arcadii & Honorii: utraque hic tribuitur Valentiniano & Valenti. [55] Hinc colligunt, Aliud majestatis, aliud perduellionis crimen. vid. *Cujac. obſerv. 23. in fine.*

TIT. XLIII.

DE GENERALI [56] ABOLITIONE.

Generalis abolitione finita, intra XXX. dies accusatio potest repeti, & non ultra. Salic.

I. Imp. Antoninus A. Rutiliano Consulari Ciliciæ.

QUi potentatus [57], & vis, aliorumque criminum reum fecit, si post abolitionem ex forma solita reorum factam, & post edicta proposita intra diem statutum [58] repetere supersederit: persequi crimina volens non est audiendus. P. P. VIII. Kal. Maji, Lætio II. & Cerealе Conss. 216.

Si reus non erat accusatus tempore, quo publica abolitio supervenit: eo finita etiam post XXX. dies accusari non prohibetur. Salic.

II. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Paulino.

CUm eo tempore, quo indulgentia nostra crimina extinxit, accusatio à te instituta non [59] fuerit: publicæ abolitionis præscriptio cessat. P. P. VI. Id. Febr. Maximo II. & Aquilino Conss. 286.

Indulgentia remittit pœnam, non infamiam. Salic.

III. Imppp. Valent. Valens & Gratian. AAA. ad Senatum.

INdulgentia [60], Patres [61] Conscripti, quos liberat, notat [62]; nec infamiam [63] criminis tollit: sed pœnæ [64] gratiam facit. Dat. XIV. Kal. Jun. *Treveris*, Gratiano A. II. & Probo Conss. 371.

---

[56] Et publica *l. 10. §. 10. ff. ad Turpill.* quæ ex ipso jure, pro tempore certo feriuntur. vid. *l. 3. T. de epiſc. aud.* hoc titulo respondet titulus *C. Theod. de indulg. crimin.* [57] Post abolitionem publicam reus à suo delatore etiam intra trigesimum diem repeti potest, *ut hic*, *l. ult. princip. vers. 10. ff. ad Senat. Turpill. Paul. 5 sent. 17. §. 1.* post privatam non potest. *l. 1. T. tit. proc.* [58] Dierum 30. *d. l. 10. §. 2. Paul. 5. sent. 17. §. 1.* [59] *l. 5. §. 2.* [60] *l. 5. C. Theod. de indulg. abolitionem principes concedens facit ut pœna* corporalis aboleatur: infamiam vero quæ naturaliter publica crimina comitatur, non abolet. *Syn. ibid. c. 4.* [61] Patres conscripti, etiam à principe, senatores inter se junctos appellari solitos, alias dixi. [62] *l. 7. §. de sent. pass. l. 15. §. 5. ff. ad Turpill.* Hinc illud Ovidii, *Pœna potest cælo, culpa pervenit orci.* Imo non notat. *l. 1. §. 10. in fin. ff. de pœnis.* & ita servatur apud Gallos, vid. *Papon. 3. Not. 10. c. 2. abolition.* [63] Indulgentia sive generalis sit, sive specialis, infamiam non tollit. *ut hic*, adde *l. 6. l. 7. T. de sent. pass.* vid. *Aberdam. Gibbam. 1. addi. de reſtit. 4. 49. artic. 4.* [64] Indulgentia pœnam corporalem remittit, non infamiam. vid. *Aberdam. Gibbam. d. loc. n. 2.*

TIT. XLIV.

UT INTRA [65] CERTUM [66] TEMPUS CRIMINALIS QUÆSTIO TERMINETUR.

Non prosequens accusationem intra tempus legitimum, in quarta parte bonorum multatur, & infamia notatur. Salic.

I. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Desiderio Vic. Afric.

QUisquis [67] accusator reum in judicium sub inscriptione detulerit, si intra statutum tempus accusationem coptam perlequi

---

[65] Accusator intra biennium suam accusationem implere debet. Quod si negligens fuerit, & ultimus die non adfit, vel differat, quarta bonorum ejus multatur, & infamis notatur, *Syn. Basil. lib. 60. tit. 61. & 1. Mar. 2. §. 37.* [66] *Ut intra annum, Syn. 9. C. Th. 36.* vid. *Cujac. to. 1. obſ. 8. annum*, inquam, *ut l. 6. §. 2. in fin. C. de calumn. l. 2. in fin. C. Th. ad l. Corn. de falſ. l. 15. §. 3. ff. ad Turp. l. 7. ff. de muneribus.* adde *l. 14. T. de jud.* bodie biennium. *l. ult. T. eod. Edict. d. loc.* [67] *l. 1. C. Th. eod.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

persequi supersederit, vel (quod est contumacius) ultima die adesse neglexerit: quarta[1] bonorum omnium parte multatus, aculeos consultissimæ legis incurrat: scilicet manente infamia, quam veteres jusserant sanctiones. Dat. IV. Id. Jul. *Treveris*, Arcadio A. I. & Bautone Conss. 385.

Dilationes necessarium non superuacuas debet judex dare utrique parti. Salic.

II. Impp. Honor. & Theod. AA. Cæciliano P.P. post alia.

Noverint[2] judices, cuilibet culmini, honorive præsidentes, necessariis utrique parti (si petantur) dilationibus non negatis, præcedentibus scilicet inscriptionibus, intra[3] certum tempus criminales causas limitandas: quo emenso, subeat accusator, qui destitit[4], pœnam legibus constitutam. Et si persona vilior fuerit, cui[5] damnum famæ non fit injuria, pœnam patiatur exilii[6], nisi forte intra statuti temporis metas consensus partium abolitionem poposcerit. Judicum autem debet esse diligentia, ut si nulla rationabilis à reo, vel accusatore dilatio[7] postuletur, urgeant talium causarum notionem non expectatis moris. Dat. XII. Kal. Februar. *Ravennæ*, Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Conss. 409.

Causa criminales intra biennium sunt terminanda, pœna judici negligenti imminente.

III. Imp. Justinianus A. Mennæ P.P.

Criminales causas omnimodo intra duos[8] annos à contestatione[9] litis connumerandos finiri censemus, nec ulla [alia] occasione ad ampliora produci tempora: sed post biennii excessum minime ulterius lite durante[10], accusatum absolvi: scientibus Judicibus eorumque Officiis, quod si litigatoribus admonentibus, ipsi litis introductionem vel examinationem distulerint, pœna vicenarum librarum auri feriantur. Dat. Kal. April.

---

1 Pœna non agentis actoris intra legitimum tempus, multa quarta parte bonorum & infamia. 2 Vid. *l. 2. C. Th. eod. vid. Cujac. d. loc.* Causæ criminales intra duos annos impleri debent, ab inscriptionis die computandos, necessariis dilationibus utrique parti concessis. Elapso hoc tempore, qui negligens fuit accusator pœnam legibus constitutam subeat: & si vilior est, relegatur nisi forte interjecto tempore abolitionem patierit. *Synops. d. c. 65.* 3 Vid. *l. 13. C. de judic. l. 6. §. 2. l. 12. ff. ad Turpill.* 4 *l. 16. C. de adult.* 5 Vili personæ damnum famæ injuria non est. adde *l. 15. §. 28. ff. de injuriis.* vid. *Bellov. t. 1. probl. 3 n. 70.* 6 Id est, relegationis. *Græci in l. 4. C. ad l. Jul. de adult.* Puniendus infamia, si ipse jam infamis sit, alia puniendus est. vid. *Anton. Corset. singulari, pœna.* quo jure notant, cum cui membrum aliquod abscindi debeat, aliam pœnam subire, si eo membro destituatur. 7 Vid. *l. 1. in fin. ff. de feriis & dilat.* 8 Olim annus 9 *C. Th. 36.* dixi ad *inscription. hujus tit.* Infantia igitur litis seu causæ criminalis, biennio tantum durat, *ut hic*, fallit in specie, *l. unica, §. 1. C. ut omnes judices &c. l. de submergis 3. ff. de data, cap. numerabile 20. extra de jud. civilis*, triennio. *l. properandum, 13. C. de judiciis.* 9 Olim à die inscriptionis. 10 *l. 7. C. qui accusare, l. 18. ff. de accusat.*

TIT. XLV.
AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM[11].

Desistens præter abolitionem à causa criminis publici judicii, incidit in Turpilianum. Salic.

I. Imp. Antoninus A. Amato.

Is[12] demum in Senatusconsultum incidisse videtur, qui crimen publici[13] judicii detulit: & causa criminis ordinata (id est, *inscriptionibus depositis, & fidejussore*[14] *de exercenda lite præstito*) eoque qui accusatur, sub custodia[15] Officii facto, non impetrata abolitione ab executione [criminis] destitit.

Fidejussor non tenetur ultra quantitatem quam promisit. Salic.

II. Imp. Gordianus A. Appio.

Si pro eo qui in crimen subscripsit, fidem tuam adstrinxisti, isque destitit, & commissa stipulatio est: non ultra[16] quantitatem quam spopondisti, obligatus es: eo qui destitit, infamia nihilominus notando[17], & extra ordinem[18] secundum judicialem motum puniendo.

Desistens ab accusatione criminali sub prætextu certæ finalis causæ, non potest ad illam reverti. Bald.

III. Impp. Valerian. & Gallien. AA. Syllano.

Quamvis eum ordinem scriptura contineat, ut primo abolitio criminis posceretur, & tunc dehinc omnibus placitis obtemperaretur, non observantibus tamen adversariis pactorum fidem, instaurare[19] accusationem minime potes, à qua ipse desistitisti. P. P. Prid. Non. Jul. Tusco & Basso Conss. 259.

Qui accusationem deseruit, amplius illam non repetit. Salic.

IV. Iidem AA. Patrophilo.

Si is de quo supplicas, contra patentes vestros desertam (ut dicis) accusationem cœperit persequi: præscriptio illi in judicio Præsidis destitutæ[20] rei poterit opponi. P. P. Prid. Non. Maji, Seculari & Donato Conss. 261.

Mulier pacto desistens ab accusanda, incidit in Turpilianum. Salic.

V. Impp. Diocletian. & Maximian. AA. Matronæ.

Si fœmina suam[21], suorumque injuriam exequatur, cum ipsa pacto[22] contra vetitum destitisse profiteatur: in Senatusconsulti Turpilliani pœnam eam incidisse certi juris est. S. VII. Non. April. CC. Conss.

Ille dicitur destitisse, qui deposuit animum prosequendi, non qui aliquantisper distulit. Bald.

VI. Iidem AA. Lucio.

In executionibus criminum obtinuisse videtur, illos destitisse, qui animum[23] accusationis implendæ prorsus deseruerunt. Cum igitur aliis ex causis[24], vel simplicitatis[25] ratione, necdum te ad finem vindictæ perveniisse preces tuæ testentur, poteris postposita formidine impedimenti super aliquantulo silentio, institutam accusationem secundum leges perferens, quam probabis tibi debitam vindictam reportare. P. P. III. Kal. Jul. Diocletiano VI. & Maximo AA. Conss. 296.

TIT. XLVI.
DE CALUMNIATORIBUS[26].

Accusatoris calumnia judicis officio mercenario puniendo est tempore, quo fertur absolutoria, non postea. Salic.

I. Imp. Alexand. A. Sabino.

Calumnia eo *tempore* coërceri soler, quo[27] de causa præsente accusatore judicatur: ideoque posteaquam de causa judicatum est, contra consuetudinem calumniam accusatoris puniri desideras.

A præsumpta calumnia excusatur mater, & hæres vindicans necem defuncti. Salicet.

II. Idem A. Apolloniæ.

Mater[28] inter eas personas est, quæ[29] sine calumniæ timore necem filii sui vindicare possunt. Ideoque beneficium Senatusconsulti, & in aliis publicis judiciis servatum est.

†. Sed extraneus *hæres*[30], qui suspicionem quam de morte sua habuisse defunctus cavit, exequitur, hoc nomine à calumnia excusatus est: cum inter voluntariam accusationem[31], & officii necessitatem heredis, multum interfit. P. P. VI. Kal. Jul. Juliano & Crispo Conss. 225.

---

11 Dixi ad XXVIII. D. XVI. 12 Calumniæ tenetur, qui & inscripserit & fidejussores dederit, & aliquem adprehendi curaverit, & citra abolitionem destiterit. *Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 61. cap. 6.* 13 *l. 5. de calumn.* 14 60. *Basil. 1. ex tit. 66. cap. 1.* 15 Vid. *Cujac. 8. observ. 30.* 16 Fidejussor ultra quantitatem promissam non tenetur. 17 Desistens ab accusatione, notatur ut hic, nisi desistat justis judicia. *l. 13. in fin. ff. eod.* 18 *l. 3. Qui accusare non possunt l. 6. §. 2. ff. de decur. Paul. 5 sent. t. §. 1.* 19 Vid. *l. 6. Qui accusare non possunt.*

20 Sic reus restitutus, apud Paulum *1. sent. 6.* ab accusatore defertus. 21 Imo quæ suam & propriam injuriam exequitur, si desistit, Turpilliana non tenetur. *l. 4. ff. eod.* 22 Ratio decidendi.

23 *l. 6. §. 1. ff. eod. l. 10. ff. de judic.* 24 Qui ex causa desistit, desistentis pœnam non patitur. 25 Simplicitas excusat à Turpilliani pœna.

26 *l. 9. C. Th. 39. 3. ff. 6. 6. Harm. 9.*

27 Id est, tempore sententiæ. *l. 3 §. ult. l. 1. §. 4. ff. ad Turpill.* 28 Mater sine calumnia vindicare defuncti filii necem præsumitur. 29 *Link ff. de pub. jud.* 30 A præsumpta calumnia excusatur hæres vindicans necem defuncti: judium ejus ignorantiæ causam habuit. *l. 42. ff. de reg. jur.* 31 *l. 1. §. 14. ff. de vi armat. l. 14. §. 9. ff. de bon. lib.*

Non probans crimen, quod intendit, non infamatur, nisi de calumnia damnetur. Salic.

III. Idem A. Æmilio.

Qui *non*[32] *probasse crimen, quod intendit*, pronunciatur, si calumniæ non damnetur, detrimentum existimationis non patitur. Non enim si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest justam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est.

Filius accusans de morte patris, excusatur à præsumpta calumnia. Bald.

IV. Impp. Carus, Carinus & Numerianus AAA. Arcadio.

Calumniæ pœna in *paterna*[33] *morte accusatione* cessat. P. P. XII. Kal. Decemb. Caro, & Carino AA. Conss. 283.

In causa criminali non probans punitur de calumnia, non in causa civili etiam liberali. Salic.

V. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. Cæsio.

Qui *calumniatores*[34] pronunciantur, in publicorum[35] duntaxat judiciorum quæstionibus, non etiam in liberalibus causis, quæ privatas disceptationes continent, periclitari solent.

Faciens torqueri servos alienos per calumniam, tenetur ad duplum. Bald.

VI. Iidem AA. Domitio.

Dominus[36] *servorum* per accusatoris calumniam tortorum, adversus eum pœna dupli[37] lege Julia providetur. S. XV. *

Ante inscriptionem accusatoris nedum reus non debet adduci, sed nec accusatio recipi. Salic.

VII. Impp. Valent. & Valens AA. ad Valerianum P. U.

Non[38] prius quenquam Sinceritas tua ad tuæ sedis examen jubebit adduci, quam solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris adserere: cum juxta formam juris antiqui, ei, qui cœperit arguere[39], aut vindicta proposita sit, si cœperit deseruerit: aut supplicium[40], si fefellerit.

Accusator licet submissus, à pœna calumniæ non excusatur. Salic.

VIII. Impp. Gratianus, Valent. & Theodos. AAA. Menandro Vic. Afric.

Nostris[41], & parentum nostrorum constitutionibus comprehensum est, eos[42], qui accusationem *alienis nominibus* præsumpsissent, delatorum numero esse ducendos: atque ideo calumniosissimum caput[43], & personam judicio irritæ delationis infamiæ[44] supplicium sequatur: quo posthac singuli universique cognoscant, non licere in eo, quod non possit ostendi, Judicum animos commoveri. Dat. VIII. Id. Maji, *Constantinop.* Arcadio A. & Bautone Conss. 385.

Per calumniam accusantibus non prosunt beneficia abolitionum, etiam à principe concessa. Salic.

IX. Iidem AAA. Floro P. P.

Fallaciter[45] incusantibus, maxime post exhibitionem accusati, nullius juris color veluti derivata excusatione proficiat: non publica [quidem] abolitio, non privata talibus proficiat subveniatque personis: non specialis indulgentia, nec beneficium quidem eos generale subducat. Dat. XV. Kal. Jun. *Constantinop.* Antonio & Syagrio Conss. 382.

Nemo potest mentiri impune. Bald.

X. Impp. Honorius & Theodosius AA. Coss. Præt. Trib. pleb. Senatui. S. D.

Quisquis crimen intendit, non[46] impunitam fore noverit licentiam mentiendi: cum calumniantes[47] ad vindictam poscat similitudo[48] supplicii. Dat. VIII. Id. Auguſt. *Ravennæ*, Asclepiodoto & Mariniano Conss. 423.

---

32 Ut reus absolutus non quasi noxius inde videatur, accusatio denuo quem post judex absolverit: tunc demum ejus accusator, ut calumniator, punitur, cum judex pronunciaverit calumniatorem ejus, non enim sufficit si dictum à judice fuisse, nec probasti, adde *l. 5. §. 4. C. l. 1. T. eod.* 60. *Synops. Basil. cap. 30.* 33 Filius accusans aliquem ut interficerit patris interfectorem à præsumpta calumnia excusatur, adde *l. 2. T. eod.* 34 Si judex in furti interlocutione *Calumniator* &c. *d. §. 4.* 35 Non privatarum. *l. 7. in fin. ff. ad Turp.* 36 Dominus servi qui quæstioni subjectus fuit, accipere duplum debet ab eo qui per calumniam vexasit. *Synops. Basil. 7. tit. 6. ex tit. 60. lib. 1. c. 33.* vel in fi. in caput suum servum torqueri. Et absolvere, domino ex lege Julia in duplum condictio competit, *ut hic. l. ult. ff. de calumniat.* Quid si in alterius caput torquendum servit torqueatur servus non nisi singuli torqueri poterunt, quod invito domino non est permittendum: nisi delator, cujus interest quod intendit probare, previa eorum, quæsti dominum tantaverit, paratus sit inferre, vel certe deterioris facti servi, solvere taxationem. *Paul. 5 sent. tit. 16 §. 3.* 37 *l. ult. ff. tit. l. 17. in fin. ff. de adult. l. 6. ff. de quæstion.* 38 Accusator aliquo non ante reus in judicium trahitur, quam is ille satisfecerit, à se reum periculum iri: ut eo vera docente, reus condemnetur: aut si fefellerit, ipse periclitetur. *Syn. 26. c. 34. l. 9. C. Th. de accusat. l. 2. C. de exhibendis reis.* 39 Utpote, Calcidius apud *Paul. 5. sent. 14. §. 1.* 40 Vid. *l. 17 in fin. C. de accusat.* 41 *l. 2. C. Th. eod. vid. Cujac. 4. obs. 29.* 42 Calumniator in crimine publico, infamia notatur & deportatur: modo si alienam accusationem persecutus est, ut suam causam. *Syn. Basil. 60. sept. exercetur. tit. 9. cap. 36. 6. Harm. 9. §. 1.* 43 Sic apud Justin. 16 *Historiar. et, mendacissimum caput. d. tit. c. 36.* 44 *l. 1. C. Theod. de abolit. l. 3. C. de abolit.* Imo ferro puniuntur. *1. Harm. 9. in fin.* adde *l. 6. C. de delatoribus.* 45 *l. 15. ff. de jure fisci.* 46 *l. ult. vers. nec impunitam. C. de accusat. l. ult. vers. ne impunitam, Cod. Theod. de accusat.* 47 Calumniator talioni (ἀντιπαθεῖ) subjicitur. *6. Harm. 9. §. 3.* 48 De pœna talionis supra dixi.

TIT. XLVII.
DE PŒNIS[49].

Collatio damnatorum in opus perpetuum & deportatorum.

I. Imppp. Titius, Ælius & Antoninus AAA. Lucio.

Etiam in *opus perpetuum*[50] damnati, non dissimilis conditionis sunt ab his, qui deportantur in insulam. P. P. sine die & Conss.

De Procuratore Cæsaris.

II. Imp. Antoninus A. Valerio.

Procurator[51] meus, qui vice Præsidis non fungebatur, exilii tibi pœnam non potuit irrogare: ac propterea frustra veteris sententiam, quæ nulla juris ratione subnixa est.

De Decurionibus.

III. Idem A. Senatui.

Decurionem[52] in opus publicum dari non oportere manifestum est.

De nato ex damnata in metallum.

IV. Idem A. Marinæ.

Si ante[53] *conceptum* est puer, de quo libellos dedisti, quam mater ejus in metallum condemnaretur: natus conditionis ejus est, cujus ante condemnationem ejus mater fuit.

De liberis veteranorum.

V. Idem A. Senatui.

Honor *veteranis* etiam in eo habitus est, ut liberi[54] eorum usque[55] ad primum duntaxat gradum pœna metalli[56], vel operis publici non afficiantur, sed in insulam relegentur.

De vinculo perpetuo.

VI. Idem A. Alphio.

Incredibile[57] est, quod allegas, liberum hominem, ut *vinculo*[58] *perpetuo* contineretur, esse damnatum. Hoc enim vix[59] in sola servili conditione procedere potest. P. P. III. Id. Febr. Messala & Sabino Conss. 215.

De ætate.

VII. Imp. Alexander A. Isidoro.

Impunitas delicti propter[60] *ætatem*[61] non datur, si modo in ea quis sit, in quam crimen, quod intenditur, cadere potest[62].

---

49 Dixi ad XLVIII. D. XIX. 50 *l. 34. ff. ad Damnati in opus perpetuum, sine* fiant deportati in insulam. 51 Adde *l. 2 tit. Pro de pœnis lib. 1. de publicanis. vid. l. 3. T. ubi cæteri ff. eod.* 52 Adde *l. 9. ff. eod. l. 9. §. 11. l. 10. ff. eod.* adde *l. 16. ff. de quæstionibus.* 53 Vid. *l. 7. l. 8. ff. de pœnis. Item l. 10. ff. de pœnis. ff.* si post damnationem *l. 24. §. 6. ff. de fideic. lib.* 54 *l. 9. §. ult. l. 10. §. ult. pœnis. ff. de quæst.* 55 Eadem ratione in liberis decurionum non fit. *l. 9. §. 13. ff. eod.* 56 Vel operis publici. *l. 3. §. 1. ff. de re militari.* damnatione ad lectisternium, fustigatione, *l. 8. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus*, vel munerum perfunctione. *l. 9. §. ult. ff. de quæstionibus. l. 1. §. 1. T. de muneribus.* 57 Cessat in hoc quemque fieri præsumi hinc inde licuit. 58 Pœna perpetuorum vinculorum nihilo minus liberis hominibus imponi non potest. vid. *l. 21. §. 3. Cod. de pœnis. vid. l. 21. §. 1. Cod. Harm. 5. §. 3. Cod. l. 14. ff. de Senat. Syllan. l. 9. §. 2. ff. de minoribus l. 36. ff. de adult. Auct. car. 6. Harm. 9.* doli capacem &c. 62 Id est, si modo sit proximus pubertati, & ea fortitur in quibus deliquit. *d. c. 44. l. 16. §. 3. in fin. ff. eod. l. 23. §. 2. in fin. ff. de minoribus. l. 23 ff. de furtis, l. 22 ff. de*

De bonis damnatorum.

VIII. Idem A. Victori.

Deportatorum[1] in insulam ab eo: cui id faciendi jus erat, bona fisco vindicantur: *relegatorum* autem, non[2] nisi[3] sententia specialiter adempta fuerint.

De condemnatione in ministerium metallicorum, vel in opus metalli.

IX. Idem A. Demetrio.

SI matrem tuam *decurionis filium*[4] fuisse probarum fuerit, apparebit eam non oportuisse in ministerium metallicorum, nec in opus metalli dari.

De vinculo.

X. Idem A. Catulo.

SErvus sub pœna *vinculorum* fine[5] temporis præfinitione domino[6] reddi jussus sententia Præsidis provinciæ, perpetuo[7] vinctus esse debet.

De metalli suppicio.

XI. Imp. Gordianus A. Titiano.

Metalli supplicium tam ad personas liberas[8], quam etiam ad servileis[9] pertinet conditiones.

De filiis decurionum. 1. De vocibus populi.

XII. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. in Consistorio dixerunt.

Decurionum[10] *filii* non debent bestiis subjici. §. 1. Cumque à populo exclamatum esset, iterum dixerunt: Vanæ[11] voces populi non sunt audiendæ[12]: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderat.

De servis.

XIII. Idem AA. Visino.

SErvo ex sententia damnato, si quoquo modo ex sententia proprietatis jus[13] amputatum non sit, domino suo obsequi eum par est.

De pœna temporali operis publici.

XIV. Iidem AA. & CC. Vicario.

SI operis publici temporalis pœnæ sententia præfinitus nondum *excessit dies*, hunc expectari[14] convenit: cum non[15] remitti pœnam facile, publice interfit: ne[16] ad maleficia temere quisquam prosiliat.

De pœna non revocanda.

XV. Iidem AA. & CC. Agatho.

POEnam sua dictam sententia Præsidi provinciæ *revocare* non[17] licet.

De sententia capitali.

XVI. Imp. Constantinus A. ad Catulinum Proconsulem Africæ.

QUi[18] sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non[19] prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii, vel homicidii, vel maleficii crimine, aut[20] sua[21] confessione, aut certe omnium[22], qui[23] tormentis, vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirante[24] concordanteque[25] rei finem, convictus[26] sit: & sic in objecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea, quæ commiserit, negare sufficiat. Dat. III. Non. Novembr. *Treveris.* Accepta XV. Kalend. Maji, *Hadrumeti*, Volusiano & Anniano Conss. 314.

In qua corporis parte pœna scribi debet.

XVII. Idem A. Eumelio.

SI[27] quis in metallum[28] fuerit pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in ejus facie[29] *scribatur*: cum & in manibus & in suris possit pœna damnationis una inscriptione comprehendi: quo faciès[30], quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata, minime maculetur. Dat. XII. Kal. April. *Cabilono*, Constantino A. IV. & Licinio IV. Conss. 315.

De condemnatione non differenda.

XVIII. Imp. Constantius A. Theodoro V.P. Præsidi Arabiæ.

CUm[31] reis manifesta[32] probatione convictis spatium temporis ante sententiam datur, faculras supplicandi, [vel quibuldam malignis artibus, tam Præsidum, quam Officialium, pœnas evitandi[33]] criminosissimis patet: cum & in homicidii crimine, & in aliis detecti gravioribus causis ultio differenda[34] non sit. Igitur de cætero justa criminis qualitatem legem oportet servari, & in scelerosos, & noxios proferri juris sententiam. Dat. Id. Octobr. Constantio A. IV. & Constante CC. Conss. 342.

Ne quis pœna causa alicui corpori adhibeatur.

XIX. Impp. Valent. & Valens AA. ad Olybrium P.U.

NE[35] quis pro coërcitione delicti[1], vel pistoribus[36], vel cuicunque alteri *corpori* (cum alterius sit corporis) *adhibere*[37]: sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruæ severitatis excipiat. Dat. III. Id. April. Valentiniano & Valente AA. Conss. 365.

De rescriptis.

XX. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Flaviano P. P. Illyrici & Italiæ.

SI[38] vindicari in aliquos *severius* contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu jusserimus, nolumus *sterim* eos aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed[39] per dies triginta[40] super statu eorum sors, & fortuna *suspensa* sit[41]. Reos sane excipiat vinciatque custodia & excubiis solertibus vigilanter observet. Dat. XV. Kal. Sept. *Verona*, Antonio & Syagrio Conss. 382.

De apparitoribus.

XXI. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Principium P. P.

NE[42] diu apparitorum prava[43] admodum venalisque perfidia impune in publica commoda desæviat, censemus etiam in *absentes* eos pro competenti ultione debere consurgi. Dat. Kal. Jun. Arcad. A. & Bautone Conss. 385.

Qui punendi sunt.

XXII. Impp. Arcadius & Honorius AA. Eutychiano P. P.

SAncimus[44], ibi esse pœnam, ubi & noxia est. Propinquos[45], notos, familiares procul à calumnia submovemus, quos reos sceleris societas non facit. Nec enim adfinitas, vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum. Hoc singulis quibusque Judicibus intimetur. Dat. VIII. Kal. Aug. *Constantinop.* Eutropio & Theodor. VV. CC. Conss. 399.

De exilio.

XXIII. Impp. Honor. & Theod. AA. ad Anthemium P. P.

OMnes[46], quos damnationis conditio diversis exiliis[47] destinatos, metas temporis præstituti in carceris impleviste[48] custodia deprehenderit, solutos pœna vinculisque laxatos, custodia [liberari] præcipimus, nec formidare miserias ullas exilii. Sit[49] satis immensorum cruciatuum semel[50] luisse supplicia, ne [hi] qui[51] diu privati sunt auræ[52] communis hausiu, & lucis[53] aspectu, intra breve spacium catenatum ponderibus prægravati, etiam exilii pœnam sustinere iterum compellantur. Dat. XIV. Kal. Maji, Constantio & Constante VV. CC. Conss. 414.

Ille, qui fecit in exilio, quantum debuit, non debet incarcerari posse. Bald.

XXIV. Iidem AA. Monaxio P. P.

REctores[54] provinciarum convenire præcipimus, ut hi, qui suo crimine pœnam exilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto præfinito tempore, nec claustris carceralibus, nec in locis, cuibus exules versati sunt, teneantur. Dat. III. Kal. Sept. *Eudoxiopoli*, D. N. Theodosio A. VII. & Palladio V. C. Conss. 416.

De his, qui conficiendi naves peritiam Barbaris tradiderint.

XXV. Iidem AA. Monaxio P. P.

HIs qui conficiendi naves[55] incognitam ante peritiam Barbaris tradiderint, capitale judicium proponi decernimus. Dat. VIII. Kal. Octob. *Constant.* Monaxio & Plinta Conss. 419.

De exilio perpetuo vel temporali.

XXVI. Constitutionis argumentum, quæ lingua Græca primum fuerat edita, *ex lib. 60. Basil. tit. 51. cap. ult.* Jacobo Cujacio[56] interprete.

COnstitutio jubet, ut ne missi in exilium, eis locis, in quæ missi sunt, degant in custodia, & ut ne qui relegetur in propugnaculum Gypsi[57], vel alia præsidia: sed si quidem morte dignum sit crimen, huic pœnæ subjiciatur: si exilio perpetuo vel temporario, tum in exilium mittatur: ita tamen, ut non jubeatur esse in custodia eis locis in quæ mittitur: sed in provinciam eat, quam judex statuerit, citra civitates & provincias inferius exceptas, cum potestate versandi in tota provincia, qua tamen exire nequeat, nec manens in ea quicquam seditiose, & inciviliter agere, nisi velit ultimo supplicio adfici à Præside provinciæ, vel à Præside illorum locorum in quibus exulat. §. 1. Et conjecti in carcerem, ut in Regia Urbe, in eo non sint supra[58] constitutum jam tempus in superiori titulo *de custodiis*, & simili modo in provinciis: ut compendio criminum causæ finiantur: & reus, si dignus exilio, damnetur, non in custodiam, sed in provinciam quæ non sit ex prohibitis, ea lege ut ultimo supplicio adficiatur, si provincia excesserit, vel ibi inciviliter quid admiserit. §. 2. Magistratus[59] autem Alexandriæ & Thebaidos solos jubet in Gyplum, & in Oasin[60] mittere, vel in sex menses, vel ad summum in annum. Quod si perpetuum sit exilium, neque in Gypsum mittere, neque in Oasin, neque in custodiam alterius provinciæ, sed ut dictum est, in provinciam integram ea conditione, ut si quid deliquerint, vel si excesserint justa Præsidum qui miserunt, ultimo supplicio adficiantur. §. 3. Jubet autem Officiales cujusque judicii, hujus legis commonefacere præsides: nec quemquam detinere ultra relegationis tempus, sed itatim dimittere sine damno & mora, & eum quicquid ausus fuerit accipere, quadruplum reddere. §. 4. Prohibentur vero Præsides relegare in provincias & civitates constitutioni subjectas[61].

---

1 Bona deportati confiscantur, non relegati. *l. 97. ff. de reg. jur.* 2 *l. 11. l. 14. §. 2. ff. de interdict. & relegat. qui notavit ad l. 8. §. 5. ff. de bonis damnat.* Inde colligunt, non omnes confiscatas esse deportatis, sed tot omnes deportati sint confiscati. *vid. Cujac. ad l. 5. §. 2. de extraordin. fisc.* 3 *Vid. l. 5. C. eod. l. 5. C. ne quis. conf. to. fis.* 4 *Vid. l. 12. C. eod. l. 23. ff. eod. 6. l. 13. C. eod. l. 18. in fin. C. eod.* 7 *l. 17. §. 10. ff. de admin. ad cur. in decurionatu, l. 23. ff. eod. adde l. 8. in fin. l. 34. ff. eod.* 8 Non tamen ad venerea, *l. 9. §. 11. ff. eod.* 9 *l. 8. §. 12. ff. eod.* 10 Adde *l. 9. §. 11. ff. eod. l. 13. in fin. C. de quæstionib. l. 35. C. de decurionibus.* 11 Vanæ voces populi non sunt audiendæ. 12 Etiam imperatoris. *l. 31. ff. ad l. 1. Horm. 4. vers. 8 1368 Basilicor. l. 3. C. qui manumittere, l. 17. ff. qui & a quibus manumitt.* 13 *l. 10. C. ad l. Jul. de sicar. l. 8. §. 3. ff. de injur. l. 8. §. 2. ff. ad l. 11. in fin. C. de quæstionib. l. 35. C. de decurionibus.* 14 *l. 6. C. eod.* 15 Pœna facile non remitti reipublicæ interest. 16 *l. 31. §. 2. vers. quod si quis. ff. ad Legem Aquil. propter exemplum dixit ad l. 3. §. 3. in fin. C. de haret.* 17 *l. 1. C. sent. rescind. non pos. l. 3. C. de sent. ex perdit. l. 14. ff. de re jud. l. 27. ff. de pœn. Augustus de sent. Justitiani, inquit, non licere sententiam in rem datam rescindi vel mutari: sed licet, ut de pœnam remittere. Ita §. 9. ff. de offic. præsid. l. 2. §. 2. ff. de quæst in jus vocat.* 18 *l. 1. C. de sent. rescind.* 19 Capitalis sententia in rem prius non fertur quam sit confessum vel convictus. adde *l. 11. ff. eod. ad fin. de suspicionibus non judicantur.* Accusatore non probante rem absolvendus, *l. qui accusare. 4. C. de accusat. non probat autem accusator, qui dum tantum testes habet omni exceptione non majores, veluti si fides habenda est quibusdam: si habeam testis deponit adversus clericum: vel testis sit de audito tantum alicujus, vid. Marsil. conf. 41.* 20 In convictum rem, & re torqueri potest, sive non potest, pro modo admissi facinoris distinguendum est. *Paul. 5. sent. 16. §. 13.* 21 Quid si perire possit nisi confessus? *l. 3. §. 2. ff. de libertis. l. 6. in fin. ff. de accusat.* 22 Testium conspirantes in unam confessionem quis convincitur. adde *l. 15. ff. De probat.* Convictus ita damnari potest, licet confessus non sit. 23 Quidam hunc locum accipiunt de decernere à quo tormentis confessio non est elicienda. vid. *Cujac. apud Paul. dict. §. 13.* 24 Conspirantem concordantemque rei finem. *d. l. 1.* conspirantes concordantesque. 25 At enim hoc posse fieri non videtur: quod testes unanimes subornati proferantur. vid. *l. 3. §. 1. ff. de testib.* 26 Non tantum confessus, sed convictus punitur. *l. 18. l. ult. vid. Pap. 24. Arrest. 9. artic. 1. Paul. 5. sent. 16. §. 13.* 27 *l. 2. Cod. Theod. eod. Gothofr. Eccl. 54. qui adfirmationem. cap. 52.* 28 In lodum vel metallum, *dict. l. 2.* 29 De inscriptionibus frontis, manuum, fororum. vid. quæ alias retuli ad *l. 13. ff. de testib. l. 1. in fin. ff. de fugit. Ulp. 1. §. 11.* adde Bosticum *ff. de confessatione, Cic. pro Roscio Amerino, Senec. 3. de Ira, Cujac. 7. obs. 13.* 30 Facies ad similitudinem pulchritudinis cœlestis: sic alibi, caput, id est, unde cujusque imago cognoscitur, *l. 44. ff. de relig.* Crescit etiam injuria, si quis in facie aut mala percutiatur, *l. 16. §. 6. ff. de pœn.* 31 *l. 4. Cod. Theod. eod.* 32 Vid. *l. 16. in fin. C. eod.* 33 Ratio decidendi: est & alia ratio in *l. 15. C. eod.* 34 In gravioribus causis ultio non est differenda. *Et pœn. C. de custod. l. 6. §. 9. ff. de injuriis, l. 16. in fine. ff. de sicar.* etiamsi reus dicat se habere quæ principi referat, fabula ipsius causa. *l. 6. ff. eod.* differtur tamen in prægnante muliere. *l. 3. ff. eod.* & servo qui ordinem gesserit domini. *l. 1. C. de bon. proscr.* Imo causa cognita semper differri potest, vid. *l. 20. C. eod.* Imo non semper, cum d. legis 20. cusus sit specialis. 35 *l. 3. C. Theod. eod. l. 38. C. de decurion.* 36 *d. l. 3. l. 5. §. ult. ff. de pœnis.* vid. *l. ult. ff. de concess. tut.* 37 Vid. quæ dixi ad *l. 3. C. de custod. reor.* Imo negotiationes alicui interdici potest, *l. 9. §. 10. ff. eod.* 38 *l. 13. Cod. Theod. eod. Goth.* Rationem hujus legis vid. apud Duaren. *de Sacr. Eccles. minister. cap. 2. in fin.* Adde Mevium *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cons. 334. num. 6.* Boll. *tit. de homicidio, num. 11.* Cujac. *ad. 3. obser. 9. S. L.*

---

1 Ire pœnam, aut excipere sententiam. *l. 19. C. eod.* Carcer pro exilio cedit. Pœna exilii quis liberatur ob carceris diuturnitatem. vide Tiraquell. *tract. de pœnis, causa 41* 48 *l. 24. C. eod.* vid. *l. 8. ff. de publicanis.* vid. *Paræus. 24. Arrest. 9. Arrest. l. 3.* 49 Humana sententia, *l. 33. §. 2. C. de episc. & clericis. l. 28. in fin. C. de episc. aud. l. 4. §. 2. ff. de lege Rhod.* 50 Semel puniri sufficit. 51 Carcere qui detinetur, aura communis hausta & lucis aspectu privati intelliguntur. 52 Aëris, lucisque aspectus, communis omnium est: ut mirum sit Michaelem Papadopoleum aëris hauriendi facultatem subditis vendidisse: & in eam rem vectigal indixisse, quod ab eo ficlere *hecatic* appellatur Cedreno & Procopio, ut notavi in Nomenclatore *ad Harm. 1. tit. 4. §. 47. hecatic* appellatur Cedreno & Procopio, ut notavi in Nomenclatore *ad Harm. 1. tit. 4. §. 47.* 53 Lucis aspectus, cujus natura communis est. Est vero Philosophis lux, qualitas quæ in lucido corpore videri potest: lumen vero à luce est actus perspicui. Lucet autem reverbatis fiat omnia, lucem etiam perpetuam fore Julius Cæsar Scaliger alicubi defendi posse existimat. 54 *l. 23. C. ad. l. 23. Cod. Theod. eod.* 55 Naves ante ignotas qui barbaros fabricari docet, capitali pœnæ subjicitur. *l. ult. Cod. Theod. 60. Bas. 36. ex tit. 51. cap. 53.* 6. facit *l. 2. C. qui ex civitate portari.* 56 Quem vide *§. obs. 38. in fin. 8. obs. 17. 20. obs. 31.* 57 De Gypso vide *§. 2. J. eod. Novell. 22. cap. 8. Novell. 142. cap. 1.* 58 *l. 14. C. eod.* 59 Id est, juridicus. 60 Oasis infestis cubicibus & muscis grandioribus. Nec fuit tamen insula, vid. *l. 7. §. 5. ff. de interd. & relig.* Ideoque in Oasin relegatio nuncupatur, quasi in insulam relegatio à Nazianzeno dicitur *in nupt. & hymn.* 61 *§. 1. C. eod.*

---

39 Hujus constitutionis fautor fuit D. Ambrosius *l. 7. Epist.* & Hieronymus Apollinari 2. *epist.* tribuitur SC. Tiberianus, *Ex verbis*, inquit, *SC. Tiberiani de XXX. dies ultimo post sententiam transeat.* Idem refert Tacitus 3. Annal. *in Tiberio c. 75.* In eo tantum dissimiles, quod 2. tantum dierum mentionem faciunt, & haud dubie sanctissima est constitutio; nam talis dilatio potestPrincipis iram mollire atque temperare, sicut & de ipso Theodosio scribit Aurelius Victor, *ab ira servare properata, modica dilatione excellentissimum.* Superioribus convenit illud Senecæ in Agamemnone, *Da tempus ac spatium ultio: Sanctæ rationi quæri, fortis flamabit mora.* Hanc constitutionem revocavit Nicephorus Botoniates περὶ τῶν ἐν τῷ ἀντ. ἐγκλημάτων γινομένων ἀνακρίσεων. Edictalibus verò à. ἐπιφέρει ὁ λόγος τὰ διατασσόμενα ἀναιρεῖ. Scilicet multis profuisse, ejs decessorum antiquæ constitutionis rationem suggestam eandem Principi à sobolissimo quodam Herode, quem vocat, si meritissimum, nominare tamen non velim. adde *Cujacium 5 obs. 9. & 20. obs. 32.*

40 Damnato à Principe irato, dantur justi dies triginta.

41 Vide *l. 2. C. de sententiæ, ex pericolo:* Imo suspendi non debet, *l. 18. C. eod.* non est differenda, si ab ipso judice sententia lata sit. Alioquin sententia revocari potuit. *l. 13. C. eod.* differenda est: si ab ipso principe, quia adhibita modesta dilatione sapiens fit, ut flectatur.

42 *l. 14. C. Th. eod.*

43 Alias parcissime apparitoribus præsidum jus dicitur. *l. 16. ff. de officio præsid.*

44 *l. 18. C. Theod. eodem. vid. l. 2. & 7. ff. de decurionibus, l. 14. ff. de reg. juris cap. 22. de reg. in 6. l. 24. C. de donation. inter virum.*

45 Bonorum Imperatorum constitutio hæc est: aliquin sub malis, ne quidem propinqui qui & familiares satis esse sunt. *vid. Nov. 32. in pr. Novell. 118. c. 12. Novell. 127. c. 4.*

46 *l. 12. C. Th. eod.*

47 Tempus exilii temporalis, cum quis liberatur ob carceris diuturnitatem. vide Tiraquell. *tract. de pœnis, causa 41* 48 *l. 24. C. eod.* vid. *l. 8. ff. de publicanis.* vid. *Paræus. 24. Arrest. 9. Arrest. l. 3.* 49 Humana sententia, *l. 33. §. 2. C. de episc. & clericis. l. 28. in fin. C. de episc. aud. l. 4. §. 2. ff. de lege Rhod.* 50 Semel puniri sufficit. 51 Carcere qui detinetur, aura communis hausta & lucis aspectu privati intelliguntur. 52 Aëris, lucisque aspectus, communis omnium est: ut mirum sit Michaelem Papadopoleum aëris hauriendi facultatem subditis vendidisse: & in eam rem vectigal indixisse, quod ab eo ficlere *hecatic* appellatur Cedreno & Procopio, ut notavi in Nomenclatore *ad Harm. 1. tit. 4. §. 47.* 53 Lucis aspectus, cujus natura communis est. Est vero Philosophis lux, qualitas quæ in lucido corpore videri potest: lumen vero à luce est actus perspicui. Licet autem reverbatis fiat omnia, lucem etiam perpetuam fore Julius Cæsar Scaliger alicubi defendi posse existimat. 54 *l. 23. C. ad. l. 23. Cod. Theod. eod.* 55 Naves ante ignotas qui barbaros fabricari docet, capitali pœnæ subjicitur. *l. ult. Cod. Theod. 60. Bas. 36. ex tit. 51. cap. 53.* 6. facit *l. 2. C. qui ex civitate portari.* 56 Quem vide *§. obs. 38. in fin. 8. obs. 17. 20. obs. 31.* 57 De Gypso vide *§. 2. J. eod. Novell. 22. cap. 8. Novell. 142. cap. 1.* 58 *l. 14. C. eod.* 59 Id est, juridicus. 60 Oasis infestis cubicibus & muscis grandioribus. Nec fuit tamen insula, vid. *l. 7. §. 5. ff. de interd. & relig.* Ideoque in Oasin relegatio nuncupatur, quasi in insulam relegatio à Nazianzeno dicitur *in nupt. & hymn.* 61 *§. 1. C. eod.*

TIT. XLVIII.

NE[62] SINE JUSSU PRINCIPIS CETERIS JUDICIBUS LICEAT CONFISCARE.

Judices merum imperium non habentes, non possunt sine officio prætor legem exercendo bona confiscare. Salic.

1. Impp. Theod. A. & Valent. C. ad Hietium P. P.

NUlli[63] Judicum liceat (exceptis, qui in summa[64] administrationis sunt positi potestate) proscriptionis temperate totius[65] substantiæ aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur. Dat. X. Kal. Febr. *Constantinop.* Theod. A. XI. & Valent. C. Conss. 425.

62 *l. 9. C. Theod. 41. & 60. Eccl. 52. ex tit. 47.*

63 *l. un. C. Theod.*

64 Ut sunt præfecti prætorio, Præfecti urbi non præsides.

65 Bonorum omnium publicatio, principe inconsulto, fomnia tantum judicibus permissa.

TIT. XLIX.

DE BONIS PROSCRIPTORUM, SEU DAMNATORUM.

De peculio servi damnati.

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

SERVORUM capitis crimine damnatorum peculia dominis non auferri notum est: sed quod servum dominus habuisse probaverit, recipiet, pretiumque rerum, si quæ ab eo distractæ sunt. Ipsius [2] quoque præsentiæ potestas ei dabitur, quoad rationes per eum administratæ reddantur, ac disponantur [3]. Sed meminisse dominum oportebit instare, ut id velocius fiat, ut pœnæ suæ reddi possit.

De rebus post deportationem acquisitis.

II. Imp. ALEXAND. A. Frontoni.

DEportati, nec earum quidem rerum, quas post [4] pœnam irrogatam habuerint, heredem habere possunt: sed & hæ publicabuntur [5].

De peculio filiifamiliæ damnati.

III. Idem A. Juliano.

SI filius tuus, cum esset in [tua] potestate, in insulam deportari meruit, peculium ejus, nec quod in castris [6] acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet. P. P. VI. Id. Sept. ALEXAND. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De damnatis in metallum, & restitutis.

IV. Imp. GORDIANUS A. Callimorpho.

IN metallum damnatus pœnæ [7] servus efficitur: & ideo ejusmodi sententiam passi bona vindicantur [8] rationibus fisci. Quare si [9] quid rerum habuit is, quem postea nostra indulgentia liberatum esse proponis, ad jus fisci potius, quam ad ipsius dominium pertinet.

De tutore.

V. Imp. PHILIPPUS A. Arriano.

SI (ut proponis) bona ejus, qui tutelam tuam administravit, sententiam passi ad fiscum sunt devoluta: Procuratorem nostrum adire [10] cura: qui si quid jure posci animadverterit, non negabit.

De filiis deportatæ.

VI. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Gaudentio.

DE bonis matris deportatæ filiis [11] nihil [12] deberi, juris absolutissimi est

De bonis deportati describendis, & ad Principem referendis.

VII. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P. P.

SI quis [13] intra provinciam pro qualitate delicti stylum proscriptionis incurrerit, per ordinarii Officii sollicitudinem bonorum ejus indago [14] diligentissime celebretur: ne quid rei privatæ commodis per gratiam atque colludium furto subducatur: & plena descriptio comprehendat, quod spatium, & quod sit ruris ingenium [15], quid aut incultum sit, aut colatur, quid in vincis, olivetis, aratoriis pascuis, sylvis fuerit inventum: quæ etiam gratia, & quæ amœnitas sit locorum, quis [in] ædificiis ac possessionibus [sit] ornatus: quorve mancipia in prædiis occupatis, vel urbana, vel rustica, vel quarum artium generibus imbuta teneantur: quot sint censuarii, vel coloni, quot boum exercitiis terrarum atque vomeribus instruentium: quot pecorum & armentorum gregres, & in qua diversitate numerati sint: quantum auri & argenti, & vestium ac monilium, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus, quidve in apothecis sit repertum: Tunc demum omnia [ea] quæ velle nos perspicis, inquisitione constricta Rationalis rei privatæ tradantur officio, aut Palatinis super hac causa missis, nostro necessaria patrimonio. Mox vero ad nos sub literis publici Judicis figillatim de omnibus nominatimque referatur, proculdubio negligentia multanda. Nam si quid post factam à prædicto Officio investigationem, Rationalis rei privatæ, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis invenerit, Officium fraudulentum ea condemnatione ferietur, ut aliud tantum, quantum [fuerat] subtractum, ex propriis facultatibus infetat. Dat. III. Non. Maji, *Treveris*, VALENTINIANO NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

De liberis damnatorum.

VIII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI [16] deportatus suos [17], & emancipatos filios habuerit: pars [18], quæ ex bonis liberis concessa est, ad eos tantum, qui in potestate erant, transferatur: si emancipati [19] ea, quæ consecuti erant emancipationis tempore, damno suo existimant conferenda. Sin autem confusionem bonorum, & donationis elegerint: ea omnia, quæ fiscus [liberis damnati] concedit, æquæ divisionis partibus sortiantur. †. Quæ regula etiam in dote filiæ, vel neptis ex filio deportati conferenda, custodienda erit. Dat. XV. Kal. Jul. *Thessalon.* GRATIANO V. & THEOD. Id. AA. CONSS. 380.

De viro & uxore. 1. De donatis filiis emancipatis ante reatum patris. 2. Quibus fiscus præferatur.

IX. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario P. P.

SI [20] quis posthac stylum (quod absit) proscriptionis excepserit: uxor [21] ejus res proprias ex quocunque titulo sibi quæsitas veluti manu [22] injecta mox vindicet, aut certe quoquo modo occupatas statim recipiat. Dos [23] etiam, non quæ aliquoties inaniter [24] dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quam se corporaliter [25] tradidisse docuerit, repræsentetur. Ea etiam quæ ab innoxio adhuc marito ante [26] nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionem pervenerint, apud eam firmiter permaneant. §. 1. Si quid etiam in emancipatos liberos ante tempus criminis ac reatus patrem contulisse [27] claruerit, integrum iisdem citra inquietudinem reservetur. Quod [28] vero nec uxor, nec emancipati liberi potuerint vindicare; captum à publicis personis ita ad me referri specialiter censeo, ut illud quoque addatur, utrum filios habeat qui damnatus est: simulque adjiciatur, utrum iidem apud se ex causa donationis aliquid vindicaverint.

§. 2. Sed [29] in his, qui fiscalibus actibus nexi sunt, & pro ratiociniis proscribuntur, & condemnantur: placuit si quid proprium uxor habuerit, vel à marito dotum ante initium actus, ex quo origo fraudis ac vitii in judicium deducta est, si quid deinde in emancipatos filios donatione collatum est, antequam crimen oriatur, incœmeratum apud accipientium jura perstitere: nec quicquam fisco in qualibet causa teneatur obnoxium, nisi quod in dominio proprio cum obligari cœpit, habuerit: vel quod agens tam suo, quam uxoris suæ, vel filiorum, vel cujuscunque præterea nomine comparaverit: exceptis duntaxat Cæsarianis, vel Catholicianis [30], qui ab omni juris beneficio excluduntur, nisi probata à me purgataque [31] ratiocinia fuerint, ut quod innoxie habuerint, transmittendi copiam habeant. Datum III. Non. August. *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

Si condemnatus liberos habeat, vel non habeat.

X. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hierio P. P.

QUando [32] quis quolibet crimine damnatus capitalem pœnam deportationemve sustineat: si quidem sine liberis mortuus sit, bona ejus ad fiscum perveniant. Si vero filii, vel filiæ, vel nepotes ex defunctis filiis relicti erunt, dimidia [33] parte ærario vindicata, alia eis reservetur. Idem est & si posthumos dereliquerit. †. Decurioni vero, qui hoc incurrerit, si liberos non habeat, succedat Curia, bonaque universa detineat aut ipsa per se, aut suo ordinatura periculo munera subituram.

†. Sin [autem] erit soboles Curiali: & si ea necdum procreata est, integris patris fortunis fulciatur. Si filia vel filiæ fuerint, pars dimidia ad eas devolvatur facultatum, altera dimidia ad Curiam. Sin [autem] mares Curiales fuerint intermixti, dimidia pars eis Curiæ nomine deferatur: & alia quam in commune omnibus tribuit indulgentia Principalis, pro virili dividatur portione: excepta sola majestatis [34] quæstione: quam si quis sacrilego animo adsumpserit, juste pœnam ad suos etiam posteros transmittet. Dat. X. Kal. Februar. *Constantinop.* D. N. THEODOS. XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

De bonis fisco deferendis.

XI. Αὐτοκράτωρ * Græca constitutio.

Sententia l. ult. Cod. de bonis proscriptorum, lib. 9. Cod. tit. 49. *Ex Eusebio.*

Περὶ κεφαλικῶν διαγνωσμάτων.

Οἱ ἔχοντες πραξικοπῆσαι ἢ κτησάμενοι ἐκ τυραννικῆς ἐν τῇ βασιλίδι πόλει εἴσω δύο μιλίων, ἢ ἔξω ἀπὸ τῶν αὐτῆς ἐπαρχιῶν ὀφείλουσι παραχωρεῖν, ἐπείτοιγε μὴ τὰ πραγμάτων τὸ πλεονασμὸν περιχωσιν.

QUicunque [35] habent, vel detinent bona damnati perduellionis, in Regia quidem Urbe intra duos menses: In provincia vero intra octo menses debent ea fisco deferre. Alioquin enim una cum ipsis bonis quadruplum insuper præstabunt. 35 Interpretis Cujacii.

Ejusdem constitutionis epitome integrior ex lib. 60. Eclog. tit. 52. cap. 15.

Εἴ τις ὡς ἐκ τυραννικῆς ἐκλογῆς δήμοσιον κατορύσσει. οἱ μὲν ἔχοντες αὐτὰ πραξικοπήσαντες, ἢ ληστεύσαντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, εἴσω δύο μιλίων ὀφείλουσι καὶ τὰ σφετερίσαντες καὶ ἢ μὴ ληστεύσαντες ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, εἴσω ἑπτὰ μιλίων. εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσουσι, μετὰ τῶν πραξικοπούντων τὸ πλεονασμὸν περιχώσουσι.

SI [36] quis perduellionis crimine convictus, publicationem bonorum sustineat, ii, qui bona ejus habent, si versantur in Regia Urbe, intra duos menses, si non versantur in Urbe Regia, intra octo menses ea deferre debent. Quod si non fecerint, cum bonis quadruplum præstant. 36 Interpretis Leunclavii.

In AUTHENT. ut nulli Jud. §. fin. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. ult.

BOna damnatorum [37] *seu proscriptorum non sunt lucro Judicibus, aut eorum Officiis: neque secundum veteres leges fisco applicantur, sed ascendentibus & descendentibus, & ex latere usque ad tertium gradum, si superstit. Uxores vero eorum dotem & ante nuptias donationem accipiant. Si vero sine dolo sint, de substantia mariti accipiant partem legibus definitam sive filios habeant, sive non. Sed si nemineum prædictorum habent, quis deliquerunt, eorum bona fisco fuciantur.* †. *In majestatis vero crimine condemnatis veteres leges servari jubemus.* 37 Constitutiones hujus auth. Nov. 17. c. 13. & cum Nov. 134. cum auth. insuper. Cod. de bonis proscr. & in milit. supr. vid. apud Ritterhus. in explic. Nov. part. 4. num. 33. & omnino part. 13. cap. 4. Bas.

TIT. L.

DE BONIS EORUM, QUI MORTEM [38] SIBI CONSCIVERUNT.

Ubi quis mortem sibi conscivit ob crimina publici conscientiam, bona ejus publicantur.

1. Imp. ANTONINUS A. Aquiliæ.

EORUM demum bona fisco vindicantur, qui conscientia delati, admissique criminis, metuque futuræ sententiæ, manus sibi intulerunt. Eapropter fratrem, vel patrem tuum, si nullo delato crimine, dolore aliquo corporis, aut tædio vitæ, aut furore, vel insania [39], aut aliquo casu suspendio vitam finisse constiterit, bona eorum, tam ex testamento, quam ab intestato ad successores pertinebunt. P. P. XII. Kalend. Jun. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

II. Imp. ALEXANDER A. Rustico.

EORUM, qui in [40] reatu diem suum functi sunt, si non perduellionis [41] causam sustinuerunt, nec ob metum criminis [42] mortem sibi conscivisse, bona ad successores transmittuntur. Dat. Idib. Maji, ALEXAND. A. iterum, & MARCELLO A. CONSS. 227.

38 Dixi ad XII. TABB. tit. XII. adde *l. 12. T. de inoffic. test. l. 2. T. quæ sit.*

39 Dixi ad *l. 3. §. 4. ff. ad. l. Jul. de adult. l. 45. §. 1. ff. de jure fisci. l. 4. T. de jure fisci. Goth. Vid. Leonin. consultat. lib. 3. cap. 12. num. 11. Aug.*

40 Id est, mortis.

41 Hujus legis praxin vid. *ambros. Forneri. select. lib. 1. cap. 21. num. 10. S. L.*

TIT. LI.

DE [43] SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITUTIS [44].

Quid sit in integrum restituere.

1. Imp. ANTONINUS A.

CUM [45] salutatus esset à Gentiano [46], & Advento, & Opilio Macrino [47], Præfectis prætorio, Clarissimis viris: item Amicis, & Principalibus [48] officiorum, & utriusque Ordi-

42 9. C. Theod. dixi ad XII. TABB. tit. XXIII. & C. Bas. 44 De hac restitutionis genere vid. Sterninn. Oddum vallens. de restitutione sæcul. 94. 95. 96. ad 100.

43 *Imperator A. Antoninus M. cum salutatus esset, &c.* Cujac. 15. *observ.* 3.

45 Eudictionem hic enim apud Lampridium in Alexandro. Sunt autem Principes officiorum, principes agentium in rebus.

46 *Gentiano. Cujac. ibid.* 47 *Macrinio. Cujac. ibid.* 48 *Principibus. Cujac. ibid.*

1 *l. 9. C. Th. 42. dixi ad XII. TABB. D. XX. & Gor. Bel. 32.* Hodie bonorum confiscatio certis tantum casibus locum habet. *Novell. 17. c. 13. Nov. 134. cap. ult. vers. Ut autem.* adde Gandinum *de malefic. Rubrica de bonis malefactorum.*

2 Pœna mortis variis ex causis differri potest. velut si à reo petatur rationum redditio, *ut hic*, si de crimine graviore accusabitur, *l. 1. in fin. ff. nihil novarie* si appellet, *l. 20. T. de appellat.* (quæ in specie, existimant reum, si forte neglecta ejus appellatione ad supplicium ductus fuerit, impune manibus officialium eximi posse. *Bald. Angel. in l. 29. T. de appell. Antun. §. pen. Inst. de act.*) nisi reus, quo de agitur, manifestarius sit: si princeps pœnam solito duriorem imposuerit: tunc enim expectandi triginta dies. *l. si vindicari 20. T. de pœnis*: si morti sententia judicis addictus decurio, vel consiliarius civitatis sit: (Tunc enim expectandum superioris est rescriptum. *l. 6. §. 7. ff. de iniquis l. 26. in fin. ff. de decur. l. 27. §. 1. ff. de pœn. l. 2. §. 1. ff. de bonis eor. qui mortem sibi conscierunt. l. 1. vers. simili modo. ff. quando de appellandum sit.*) si populi tumultus aliter sedari non possit. *Gloss. in d. vers. simili modo.* si mulier prægnans, sit damnata. Tunc enim expectandum id tempus quo pariat. *l. 3 ff. de pœnis.*

3 *Disponantur* à quibusdam ita legi monet Accurs. eaque lectio probatur à Cujacio *hic*, & in Basilicis κατὰ χειρισθῆ.

4 *l. 7. §. 5. ff. eod. vid. Conf. C. tit.* 23.

5 Imo non sequitur fiscum. *l. 22. §. 5. ff. mandat.*

6 Castrensia filiorum non confiscantur.

7 Hodie pœnæ servus nemo efficitur. *Nov. 22. c. 8.*

8 *l. 1. ff. de bonis damn. l. 3. ff. de interdict.*

9 *l. 3. ff. de fur. pass.*

10 Et ita fiscus heredis loco habetur. dixi ad *l. 128. ff. de reg. jur.*

11 *l. ult. T. eod.*

12 Vid. *Nov. 17. cap. 12. Nov. 134. cap. ult.*

13 *l. 7. C. Theod. hoc tit.*

14 De inventario bonorum damnati faciendo, *l. 3. T. de bon. vac.* & de incorporatione, *l. 2. T. de aquæduct.* Huic constitutioni confer *l. 4. de confisc. Nov. 1. c. 2. l. 22. §. 2. T. de jure delib.*

15 Ingenium rustica est ejus natura & conditio, bonitas, sterilitas. Ager diffusus in sylvis: pictus in pratis: pecorosus in pascuis: peculiosus in palturibus *Sidon. 3. epist. 2.*

16 *l. 8. C. Theod. eod.*

17 Sui, qui in potestate: emancipati, extra potestatem.

18 Damnati patris bona quædam, hoc est, pro parte, ejus liberis addicuntur. 19 Vid. *l. 2. §. ult. T. de emancip. l. 17. in fin. T. de collat. Novell. Leon. 25.* 20 Interpolata est hæc constitutio ex *l. 5. Cod. Theod. eod.* 21 Publicatis bonis viri, res uxoria non occupantur, *ut hic, Go. Bel. 52. c. 14. Nov. 134. c. 13. in fin. vide ad hunc locum Gandin. tract. de malefic. rubr. de bon. malefactorum.*

22 Manu injecta vindicare. 23 De dote. 24 Vid. *l. 1. T. de dote cauta.* 25 Corporaliter tradere, reipsa. Confessio dotis receptæ fisco non nocet: si tamen fiscus intra tempora propositerit exceptiones non numeratæ pecuniæ. *Tiraquell. de retract. gentil. §. 1. gl. 18. num. 91.* adde *Rol. à Val. 1. conf. 31. n. 43.* 26 De donatione ante nuptias, *d. l. 1. vers. & donatio, l. 31. in fin. ff. de donat.* 27 De donatione facta emancipatis liberis. *d. l. 1. vers. si quid deinde in emancipatos.* 28 *d. l. 1. vers. quod vero.*

Ordinis [1] vitis, & processisset, oblatus [2] est ei Julianus Licinianus, ab Opilio [3] Ulpiano tunc Legato in insulam deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit: *Restitue 4 te in integrum provincia 5 tua*, & adjecit: *Ut autem scias, quod 6 sit in jus eorum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris &c 7 restitue.*

1 Senatorii Equestris.
2 Ut deportatus in insulam restituatur.
3 Elio Cejac. ib.
4 Julius Lucianus deportatus à legato Cæsaris restituens honoribus, ordini, & cæteris omnibus.
5 Restituam provincie, vel luribus fuis, bonis: dignitati vero & bonis, patriæ potestati, reflictus intelligitur. Bonorum quippe appellatione liberi continentur. vid. *Sfortiam Oddum d. loco, quæst. 95. art. 1.*
6 In integrum restituere quid sit hoc loco.
7 Hæc restitutio plenissima est. Nam & patria potestas, jus patronatus, bona, testamentum & omnia quæ per deportationem amissa sunt, restituuntur.

De bonis.

II. Idem A. Quieto.

CUm patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, cujus quidem bona merito à fisco occupata sunt: nec ideo quod ex indulgentia [8] mea *pœna tantummodo mortalis liberatus esset*, etiam [9] bonorum restitutionem impetravit: nisi [10] speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

De re aliena.

III. Imp. Alexander A. Stratonico.

SI debitor pœnam sententiæ passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quamvis postea *civitati Romanæ restituatur*, non totam substantiam, sed aliquid [11] ex indulgentia Principis ut haberet, impetravit, æris tamen alieni ex præcedente tempore pœna liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur [12]. Quod si ob pecuniam debitam fisco bona ejus occupata sunt, manet una cum [suis] fidejussoribus propriis creditoribus obligatus.

De tutela actione

IV. Idem A. Valentinæ.

TUtor filiorum [tuorum,] quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in [13] metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus [14], quamquam locupletior [15] sit, actione tutelæ administratæ tibi non tenetur, si non ex gratia sententiæ facta, specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperaverit.

De actionibus.

V. Idem A. Juliano.

SI ademptis bonis in insulam deportatus sis, quamvis ex indulgentia communi rediisti [16], actiones [17] tamen, quascunque habuisti remanent in causa bonorum publicatorum: nec ex ordine est, quod petis, ut contra hæredes tutorum actiones tibi præstentur.

De patria potestate.

VI. Imp. Gordianus A. Fabriano P. P.

IN insulam deportato filio [18], hacque ratione vinculo paternæ potestatis exempto: si postea ex indulgentia D. Alexandri (ut proponis) reditus in patrium solum [19] præcedensque dignitas [20] restituta sit, potestas tamen patria [21] repetita non videtur.

De reditu, De militia, De existimatione.

VII. Imp. Philippus A. & Philippus C. Cassio.

GEneralis indulgentia nostra reditum [22] exulibus seu deportatis tribuit [23]: non etiam loca militiæ [24] pridem adempta concessit, neque [25] integram atque illibatam existimationem reservavit.

De servis.

VIII. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Seleuco P. P.

FRustra [26] adhuc servum [27] esse tui juris existimas, qui in metallum damnatus, pœna ejus postea liberatus est. Per hujusmodi enim indulgentiæ occasionem integrati dominium prius non placuit: verum idcirco tamen impune tibi eum Præses provinciæ injuriosum esse [28] non patietur. Quod si quid rerum tuarum tenet, Procuratori vobis judex erit: fisci enim cœpit esse mancipium.

De patria potestate.

IX. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Restitutæ & aliis.

SI pater vester in insulam deportatus, generali indulgentia restitutus est, nec ut liberos in [29] potestatem reciperet, specialiter [30] impetravit: in dubium non venit, Hæreditatis commodum per vos ei acquiri, quos sententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuisse.

De effectu indulgentiæ.

X. Iidem AA. & CC. Demetrio.

CUm indulgentia nostra intervenciente sis reversus ad lares tuos, frustra veretis, ne ex annotatione Præsidis, quæ jam abolita est, calumniam [31] patiatis.

De lite ante deportationem mota.

XI. Iidem AA. & CC. Philippo.

CAsus ejus, qui fundi moverat quæstionem, & ex benignitate nostra facta [32] in eum cum bonis restitutio, statum pristinum causæ non immutavit.

De re aliena.

XII. Iidem AA. & CC. Tryphoni P. P.

SI deportationis sententiæ veniam indulgentia nostra consecuta suam recepit [33] substantiam, se protegese scelcris pœna contra [34] creditores, quominus jure debitum solvat, improbe conatur.

De patria potestate, & ejus effectibus. 4. De bonis, dignitate, & patria potestate.

XIII. Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U.

IN [35] quæstione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisset, remotis Ulpiani, atque Pauli notis, Papiniani placet valere sententiam. Ut [36] in patris sit filius potestate, cui [37] dignitas, ac bona restituta sunt. §. 1. Ita [38] tamen, ut gesta per filium, cujus consilia legitima ætas firmaverat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat (quod est maxime absurdum [39]) eodem [40] tempore nec in patris, nec in sua quemquam fuisse potestate. §. 2. Minores enim ætate jure quicquam agere prohibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est ut ab officio suo recedat, regresso eo, quem non solum nomine [41] redire, sed etiam officium [42] suum nulla pravitate corruptum liberis præbere oporter, ut eorum bona tueatur, & augeat. Nam [43] si patria potestate ad [44] corrumpendi, atque effundendi patrimonii licentiam abutatur: ut furioso, ac dementi, itemque prodigo [45], libidinum omnium, vitiorumque servo, non est eorum pecunia committenda: [quin] ab administratione fugiat, neque tutor esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis præstet. Sententia vero deportationis nullo patrem præjudicio diminuat.

§. 3. Quem si comperta integritas, ut naturæ, ita officio liberis restituerit, ei gubernacula [46] rerum tradenda sunt, cujus ad imitationem publici juris provisa custodia est. Quæ nisi bonis patribus detur, luctuosior erit [filiis] reditus, quam discessus.

§. 4. Ideoque tantum [47] ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit: utque *deportatorum* ipsum per se [48] nomen [49] rerum omnium spoliatio est: ita indulgentiæ restitutio [50], bonorum [51] ac dignitatis, uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filii emancipationem à patribus officiis petant: ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant. Dat. XVIII. Kal. Octobr. *Sirmii*, Crispo II. & Constantino II. CC. Conss. 321.

XIV. [52]

Explicatus est Codicis DN. Justiniani PP. A. Repetitæ prælectionis liber nonus.

1 Ordinis vitis, & processisset, oblatus est ei Julianus Licinianus, ab Opilio Ulpiano tunc Legato in insulam deportatus: tunc Antoninus Augustus dixit: *Restitue 4 te in integrum provincia 5 tua*, & adjecit: *Ut autem scias, quod 6 sit in jus eorum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris &c 7 restitue.*

De bonis.

II. Idem A. Quieto.

CUm patrem tuum in metallum damnatum fuisse proponas, cujus quidem bona merito à fisco occupata sunt: nec ideo quod ex indulgentia [8] mea *pœna tantummodo mortalis liberatus esset*, etiam [9] bonorum restitutionem impetravit: nisi [10] speciale beneficium super hoc fuerit impetratum.

De re aliena.

III. Imp. Alexander A. Stratonico.

SI debitor pœnam sententiæ passus est, quam bonorum ademptio secuta est: quamvis postea *civitati Romanæ restituatur*, non totam substantiam, sed aliquid [11] ex indulgentia Principis ut haberet, impetravit, æris tamen alieni ex præcedente tempore pœna liberatus est. Si vero partem bonorum accepit, pro rata portione ejus tenetur [12]. Quod si ob pecuniam debitam fisco bona ejus occupata sunt, manet una cum [suis] fidejussoribus propriis creditoribus obligatus.

De tutela actione

IV. Idem A. Valentinæ.

TUtor filiorum [tuorum,] quorum te bonorum possessionem accepisse dicis, in [13] metallum damnatus, & postea ex indulgentia generali regressus [14], quamquam locupletior [15] sit, actione tutelæ administratæ tibi non tenetur, si non ex gratia sententiæ facta, specialiter statum pristinum cum bonis omnibus recuperaverit.

De actionibus.

V. Idem A. Juliano.

SI ademptis bonis in insulam deportatus sis, quamvis ex indulgentia communi rediisti [16], actiones [17] tamen, quascunque habuisti remanent in causa bonorum publicatorum: nec ex ordine est, quod petis, ut contra hæredes tutorum actiones tibi præstentur.

De patria potestate.

VI. Imp. Gordianus A. Fabriano P. P.

IN insulam deportato filio [18], hacque ratione vinculo paternæ potestatis exempto: si postea ex indulgentia D. Alexandri (ut proponis) reditus in patrium solum [19] præcedensque dignitas [20] restituta sit, potestas tamen patria [21] repetita non videtur.

De reditu, De militia, De existimatione.

VII. Imp. Philippus A. & Philippus C. Cassio.

GEneralis indulgentia nostra reditum [22] exulibus seu deportatis tribuit [23]: non etiam loca militiæ [24] pridem adempta concessit, neque [25] integram atque illibatam existimationem reservavit.

De servis.

VIII. Impp. Valerianus & Gallienus AA. Seleuco P. P.

FRustra [26] adhuc servum [27] esse tui juris existimas, qui in metallum damnatus, pœna ejus postea liberatus est. Per hujusmodi enim indulgentiæ occasionem integrati dominium prius non placuit: verum idcirco tamen impune tibi eum Præses provinciæ injuriosum esse [28] non patietur. Quod si quid rerum tuarum tenet, Procuratori vobis judex erit: fisci enim cœpit esse mancipium.

De patria potestate.

IX. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Restitutæ & aliis.

SI pater vester in insulam deportatus, generali indulgentia restitutus est, nec ut liberos in [29] potestatem reciperet, specialiter [30] impetravit: in dubium non venit, Hæreditatis commodum per vos ei acquiri, quos sententia contra eum prolata patresfamilias effecit, nequaquam potuisse.

De effectu indulgentiæ.

X. Iidem AA. & CC. Demetrio.

CUm indulgentia nostra intervenciente sis reversus ad lares tuos, frustra veretis, ne ex annotatione Præsidis, quæ jam abolita est, calumniam [31] patiatis.

De lite ante deportationem mota.

XI. Iidem AA. & CC. Philippo.

CAsus ejus, qui fundi moverat quæstionem, & ex benignitate nostra facta [32] in eum cum bonis restitutio, statum pristinum causæ non immutavit.

De re aliena.

XII. Iidem AA. & CC. Tryphoni P. P.

SI deportationis sententiæ veniam indulgentia nostra consecuta suam recepit [33] substantiam, se protegese scelcris pœna contra [34] creditores, quominus jure debitum solvat, improbe conatur.

De patria potestate, & ejus effectibus. 4. De bonis, dignitate, & patria potestate.

XIII. Imp. Constantinus A. ad Maximum P. U.

IN [35] quæstione testamenti, quod deportati filius remeante patre fecisset, remotis Ulpiani, atque Pauli notis, Papiniani placet valere sententiam. Ut [36] in patris sit filius potestate, cui [37] dignitas, ac bona restituta sunt. §. 1. Ita [38] tamen, ut gesta per filium, cujus consilia legitima ætas firmaverat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat (quod est maxime absurdum [39]) eodem [40] tempore nec in patris, nec in sua quemquam fuisse potestate. §. 2. Minores enim ætate jure quicquam agere prohibentur. Quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est ut ab officio suo recedat, regresso eo, quem non solum nomine [41] redire, sed etiam officium [42] suum nulla pravitate corruptum liberis præbere oporter, ut eorum bona tueatur, & augeat. Nam [43] si patria potestate ad [44] corrumpendi, atque effundendi patrimonii licentiam abutatur: ut furioso, ac dementi, itemque prodigo [45], libidinum omnium, vitiorumque servo, non est eorum pecunia committenda: [quin] ab administratione fugiat, neque tutor esse desinat, omniaque minoris dispendia suis ipse damnis præstet. Sententia vero deportationis nullo patrem præjudicio diminuat.

§. 3. Quem si comperta integritas, ut naturæ, ita officio liberis restituerit, ei gubernacula [46] rerum tradenda sunt, cujus ad imitationem publici juris provisa custodia est. Quæ nisi bonis patribus detur, luctuosior erit [filiis] reditus, quam discessus.

§. 4. Ideoque tantum [47] ad restitutionem indulgentia valeat, quantum ad correctionem sententia valuit: utque *deportatorum* ipsum per se [48] nomen [49] rerum omnium spoliatio est: ita indulgentiæ restitutio [50], bonorum [51] ac dignitatis, uno nomine amissorum omnium sit recuperatio. Et filii emancipationem à patribus officiis petant: ut libertatem non damnationis, sed lenitatis paternæ testem habeant. Dat. XVIII. Kal. Octobr. *Sirmii*, Crispo II. & Constantino II. CC. Conss. 321.

XIV. [52]

Explicatus est Codicis DN. Justiniani PP. A. Repetitæ prælectionis liber nonus.

8 Indulgentia quamvis ad mortis pœnam tollendam valeat, non tamen restituit famam, nisi specialiter hoc fuerit impetratum.
9 Indulgentia generali patriam & in eam reditum tribuit. *ut hic*, & *l. 4. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* adde *Sfort. Oddum d. tract. de restit. quæst. 94. art. 2.*
10 Indulgentia generalis, neque militiam, neque famam restituit. *Synops. Basil. 6. tit. 60. cap. 11.* adde *leg. 3. ff. de generali abolit. l. 10. in fin. ff. eod.* Ideoque si generali principis indulgentia redierint omnes relegati & deportati, neque militias suas recipient, & infames manebunt. *Syn. ille loco.*
11 Restitutis à pœna servi non restituuntur.
12 Vide quæ scripsi ad *leg. 3. ff. de generali abolitione.*
13 Si missus in metallum postea revocetur, quamvis detectus locuples fiat, veniet tamen tenetur eorum nomine, quæ ante metalli damnationem debuit: nisi pristina ejus bona fuerint ei restituta. *Synops. Basil. 6. Tit. 3. ex lib. 60. tit. 68. cap. 8.*
14 Vid. quæ scripsi ad *l. 7. ff. eod.*
15 Revocatus ex metallo, licet locuples postea factus fuerit, non tenetur creditoribus eorum nomine quæ ante pœnam metalli debuit, nisi pristina ejus bona sint ei restituta. *l. 12. ff. eod. 6. Rel. 5. ex lib. 60. tit. 68. c. 8. Goth.* Adde Joann. Bapt. Cos. *de quæst. & eat. quæst. 130.* Ant.
16 Vide eundem *d. l. 7. ubi scripsi.*
17 Deportatis restitutis actio in debitores non restituitur, *ut hic*: nisi cum bonis restitutio facta sit. *l. 11. ff. eod.*
18 Filius restitutus, in patriam potestatem non revertitur, *ut hic*, nisi ea conditione restitutus sit, ut jus potestatis redintegraretur. *arg. l. 9. ff. eod.*
19 Indulgentia generalis patriam restituit. vid. *d. l. 7.*
20 Indulgentia generali fama non restituitur. *l. 3. ff. de generali abolitione.*
21 Indulgentiam generalem consecutus liberos suos in suam potestatem non revocat. vide *Sfortiam Oddum d. tract. de restit. quæst. 94. art. 3.*
22 Indulgentia generalis patriam & in eam reditum tribuit. *ut hic*, & *l. 4. §. 1. ff. eod.* adde *Sfort. Oddum d. tract. de restit. quæst. 94. art. 2.*
23 Indulgentia generalis, neque militiam, neque famam restituit. *Synops. Basil. 3. ex lib. 60. tit. 58. cap. 11.* adde *leg. 3. ff. de generali abolit. l. 10. in fin. ff. eod.* Ideoque si generali principis indulgentia redierint omnes relegati & deportati, neque militias suas recipient, & infames manebunt. *Syn. ille loco.*
24 Restitutis à pœna servi non restituuntur.
25 Vide quæ scripsi ad *leg. 3. ff. de generali abolitione.*
26 Indulgentia generali domino concessa non restituuntur ei servi fisco commissi ex deportatione ipsius domini.
27 Servi restituti, domino injuriosi esse non debent. dixi ad *leg. 13. in fin. ff. de pœnis.*
28 Restitutis jus patriæ potestatis non restituitur, nisi specialiter jus potestatis restitutum fuit. *Rot. dicta loc. c. 13.* adde *leg. 6. ff. eod.* aut dignitas ac bona sint restituta. *l. 13. in princ. ff. eod.*
29 Præses non deportat, sed deportandum admittat, eamque adnotationem plerumque sequuntur principes. *l. 6. §. 2. ff. de interdict. & relegat.*
30 Vide *l. 2. in fin. ff. eod.*
31 Restituti adversus præsidis admonitionem statum in dubium revocasti non debet.
32 Dixi ad *l. 5. ff. eod.* adde *l. 31. ff. de verb. signif.*
33 Dixi ad *leg. 4. ff. eod.*
34 Restitutus in integrum, non potest uti beneficio restitutionis in fraudem creditorum.
35 *Lucic. C. Theod.*
36 Patriam potestatem recuperat deportatus, cum primum restitutus est.
37 Dixi ad *l. 9. ff. eodem.*
38 Restrictio regulæ: facit *lex 8. ff. de pact. dotalib.* atque ita restituta patria potestate deportato restituto, quæ intermedio filio tempore gesta sunt, per eum filium rata sunt.
39 Absurditas vitanda.
40 Contraria duo simul coexistere non possunt. Nec enim quis potest esse eodem tempore sui juris, & in alterius potestate.
41 Nomine tantum restituitur patriæ potestati, qui administrationem rerum filii non recuperat: quique ad ejus bonorum administrationem non restituitur.
42 Patris officium est res liberorum recte administrare.
43 Restituta alicui patria potestate, restituitur eidem jus administrandorum bonorum, si modo legitimæ administrationis capax sit.
44 Adde *l. 30. ff. ad Trebell.*
45 Prodigus libidinum, omniumque vitiorum servus, *ut hic*, neque modum, neque finem expensarum habens, bona dilacerans atque dissipans. *l. 1. ff. de curat. fur.* eversor dixi ad *l. Cajus ff.* his addatur elegans prodigi descriptio ex *Paul. 3. sent. 4. §. 7.*
46 Vide quæ scripsi ad *l. 11. ff. de verb. oblig.*
47 *l. 6. §. 12. ff. de injusto.*
48 Nominis vis spectanda.
49 Deportatio, rerum omnium spoliatio.
50 Indulgentia bonorum, dignitatis restitutio. his adde quæ de verbo restituendi scripsi ad *l. 35. l. 75. ff. de verb. sign. l. 178. §. 1. ff. de reg. jur.*
51 Vide quæ scripsi ad *l. 2. T. eodem.*
52 Desit hic constitutio, quam vide apud *Cujac. 20. observ. 31.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER DECIMUS[1].

TITULUS[2] PRIMUS.
DE[4] JURE[5] FISCI[6].

De donatione præcedente obligationem fiscalem.

1. Imp. ALEXANDER A. Attico, & Severo [7].

SI prius [8] quam fisci rationibus pater vester obligaretur, perfectam [9] prædiorum donationem [10] feciſſe fuerit probatus: quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcinditur [11].

De computatione à Tabulariis facta.

2. Imp. GORDIANUS A. Serenio [12].

INſtar rei judicatæ obtinere minime [13] poteſt computatio à Tabulariis [14] facta: niſi ſententia Procuratoris [15] fuerit comprobata.

De venditione in fraudem fiſci.

3. Idem A. Atticæ.

SI minori [16] pretio, quam res eſt, aperta fraude [17] emptoris vel gratia, quæ obligata ſunt fiſco [18] venierint: aditus Procurator [19] meus debitam quantitatem inferenti [20] reſtitui ea prædia jubebit.

De metroicis.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Niceti [21].

CErta forma ſuper metroicis [22] data eſt, qui juſſu Principis in aliam civitatem tranſlati ſunt. Nam prædia [23] eorum, quæ antequam demigrarent, habuerint, ſi ab eis [24] diſtracta non eſſent, fiſci rationibus vindicari jampridem decretum eſt: niſi aliud ſpeciali præcepto Auguſta majeſtas decrevit. Ut igitur à Principibus ſalubriter ſtatutum eſt, ita ſalvis his quæ utiliter placuerunt, parentibus [25] heredes eos exiſtere minime oportere, nulla legis ſanctione ſtatutum eſt.

De bonis non capiendis ſine auctoritate Principis.

5. Exemplum ſacrarum literarum eorumdem AA. ad Flaccum.

PRohibitum [26] eſt, cujuſcunque bona, qui fiſco locum feciſſe exiſtimabitur, capi, priuſquam [27] à nobis forma fuerit data. Et ut omni proviſionis genere occurſum ſit Cæſarianis [28], ſancimus licere [29] univerſis quorum intereſt, objicere manus his qui ad capienda bona alicujus venerint, qui ſuccubuerit [30] legibus: ut etiamſi Officiales auſi fuerint à tenore datæ legis deſiſtere, ipſis privatis reſiſtentibus, à facienda injuria arceantur. Tunc enim is cujus intereſt bona alicujus non interpellari, Officialibus volentibus ea capere, debet acquieſcere, cum literis [31] noſtris cognoverit non ex arbitrio ſuo Cæſarianos (id eſt Officiales) ad capiendas eaſdem veniſſe facultates: ſed juſtitiæ vigorem [32] id fieri ſtatuiſſe.

Si non ſuo tempore agnoſcatur.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad provinciales [33].

JUſtas etiam, & quæ locum habent, fiſci actiones præcipimus concremari [34], ob hoc ſolum, quod ſuis [35] temporibus prolatæ non ſunt: ut [36] jam [37] calumniæ privatorum eo ſaltem arceantur exemplo, quo juſtas fiſci lites ſilere præcipimus. Dat. III. Kal. JUN. CONSTANT. A. V. LICINIO CC. CONSS. 319.

De bonis lite pendente non occupandis, ſi poſt rem ſecundum fiſcum judicatam interverſum quid fuiſſe apparuerit.

7. Idem A. ad Voluſianum P. P. [38]

DEfenſionis [39] facultas danda eſt his quibus aliquam inquietudinem fiſcus infert: cum facultates eorundem adhuc [40] controverſia pendente inquietari deſcribique fas non ſit. Ubi ergo controverſia extiterit, fiſco alicujus patrimonium vindicante, apud eum [41] omnibus facultatibus conſtitutis cognitio ventiletur [42]: ut cum res exitus debere eas vindicari [43] probaverit, tunc demum res perſequi liceat, & ſuper modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quæ per conditionales [44] ſervos inveſtiganda eſt: ut ſi quid ſubtractum [45] fuerit, exigatur, & extrinſecus integrum tantum [46] aliud multæ nomine, quantum fuerat per fraudem ablatum. †. Sane in hujuſmodi quæſtione, ſi Cæſariani [47] nomen inciderit, ad uſurpationem conſtitutionis iſtius non debebit accedere [48]: ſiquidem conſuetudo fraudum, quibus prædicti [49] omnia temerare conſueverunt [50], exceptionem eorumdem meruit [51]. Dat. prid. Kal. *Sirmii*, CONSTANTIO A. VII. & CONSTANTIO CC. CONSS. 326.

De interverſorum pœna.

8. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Dracontium. Vic. Afric.

QUi [52] in contractibus ſceleſtis, ac fiſco perniciosis interverſorum [53] maſculoſis ſeſe fraudibus implicuerint: quadrupli [54] redhibitione teneantur. Dat. XV. Kalend. Decembr. *Adrumeti*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De ſuſceptoribus. De Irenarchis. De Optione.

9. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Patricio Comiti rerum privatarum [55].

SUper [56] creandis ſuſceptoribus [57] periculo Procuratorum [58] rei dominicæ [59], diſpoſitionem tuæ ſublimitatis firmam eſſe præcipimus: ita ut omni ambitione ceſſante, quæ ſtatuta ſunt, quæque antiqua conſuetudine commendantur in publis [60], vel ſumptu familiæ miniſtrando, intemerata permaneant: ſuper Irenarcha [61], & Optione [62] omni antiqua [63] conſuetudine obſervanda. Dat. III. Kal. Januar. *Conſtantinop.* THEOD. A. IX. & CONSTANTIO II [64]. CONSS. 420.

De bonis mortuorum ante condemnationem.

10. Iidem AA. Palladio P. P. Otientis [65].

EOrum patrimonia mortuorum [66], qui vitæ ſuæ tempore diverſis conſcientiam ſuam dicuntur polluiſſe criminibus, fiſci rationibus nequaquam competere [67], [vel ab eo alienari [68]] cenſemus, niſi poſt publicam accuſationem eos conſtiterit fuiſſe convictos [69]. Dat. VIII. Id. Jul. *Ravennæ*, EUSTATHIO, & AGRICOLA CONSS. 421.

Intra quod tempus lis finienda ſit.

11. Pars undecimæ conſt. ex *lib.* 50. Basil.

Πᾶσαν δημοσίαν δίκην ἐντὸς ἓξ μηνῶν μὴ πλείονας ἐκτείνεσθαι μεμηχανημένων πανηγυρικῶν, εἰ μὴ ἄρα συμβοὴ τῶν ἀναγκαίων ἢ ἀσθένεια, ἢ δικαιοδοσίας τινὸς ἕνεκα ἐξ ὑπερορίων ἀγομένου τοῦ βασιλέως πάλιν, ἢ αὐτοῦ τοῦ συκοφάντου τὴν αὐτὴν ὑπερθέσεως τοῦ δικαίου ἐπιζητοῦντος.

OMnis [70] publica actio intra ſex [71] menſes poſt litis conteſtationem peragatur: niſi forte contingat, ut ſit neceſſe, vel perſonas, vel inſtrumenta quædam ex provinciis accerſiri in Regiam Urbem, aut ſi ipſimet, qui conveniuntur, cauſam dilationis præbeant, utpote ſi ſe imparatos dixerint.

---

1 Al. *Ex repetita prælectione.*

2 Ad hunc librum & duos ſequentes ſcripſere *Joann. de Platea, Lucas de Penna, Jacob. Butrigarius, Pyrrhus, Alciatus, Cujacius, Franciſcus Connan, &c.* & alii. ANT.

3 Titulus hic generalis eſt: de privilegio vero fiſci F. ſpecialis, ut quo de ſpeciali hypotheca fiſci tractatur.

4 Addebant veteres, *& populi*, & Paul *lib. 5. ſent. 12.* ſic Lampridius *in Alexandro* ſcribit, *cum leges de jure fiſci & populi moderarentur & juſtas tolliſſe.* Const.

5 Id eſt, privilegio, addo *l. 7. tit. 73. Cod.* XI. IX. D. XIV. Fiſcus nam eodem modo reſtituitur *in integrum*, ut minor & Eccleſia: & ſic hi tres in reſtitutionibus comparantur ſi per ſuos geſtores & procuratores damnum ſentiant? Comparantur. *Pyrrhus l. 6. J. eod. Gloſſ. l. ſi curator 5. in fin. ff. de jure fiſci. l. ſub ſpecie 4. C. de re jud. l. un. J. de ſent. adverſ. fiſc. verſ. l. Interatores 35. ff. de re judic. c. auditis. de in integ. reſtit.* vid. *Everard. loco à minoribus ad fiſcum.* 64. de ſecunda vide quæ ſcripſi ad *l. 3. C. in quibus cauſ. in int. reſtit.* de mora *l. 14. C. de ſervient.* Goth. Ad hunc tit. vid. Boff. *tit. de fiſco & ejus privileg.* Alciat. & Cujac. ANT.

6 Id eſt, ærarii tam ſacri quam privati *l. 9. J. eod.* Porro fiſcalium originem ita veteres quidam repetunt à provinciarum inter Principem & Populum partitione: quaſdam enim Imperatoris, quaſdam pop. Romani factas fuiſſe, ut ex earum provinciarum reditu haberet P. Romanus aliquid quod in rem ſuam, proprioſque uſus verteret, & hæc fiſcalia ſeu publica appellata, quæ pleno jure dominii populi eſſent, ita ut ea etiam alienaret pro ſuo arbitratu. Cæterum P. Romanus, ita civitates reliquæ quaſdam etiam res peculiares habuere, fundos puta, ſervos & familia: quibus adminiſtrandis, imo etiam alienandis, à principe idoneus quis præficiebatur. Quin hujuſmodi res quoque in dominio cujuſque civitatis erant, ut primores illæ in P. Romani: hoc tantum differentia fuit, quod quæ P. Romani res erant, fiſcales & publicæ propriæ: quæ civitatum, proprie civiles, improprie vero publicæ & fiſcales dicebantur. *l. Harm. 2. §. 46. Suet. in Aug.*

7 *Hujus legis inſcriptio ſic ex manuſcript. l. reponenda eſt.* Impp. Severus & Antoninus AA. Attico & Severo. *al.* Serenio. 8 Adde *l. 10. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 4. C. de privil. fiſci.* Quid ſi quis eadem die cum alio contraxit, qua cum fiſco? Fiſcus præfertur ſi cum privato contractum fuerit titulo lucrativo, *ut hic*, ſecus ſi oneroſo. Ripenſ. ad *l. 10. de pign. n. 8.* Fraus enim facilius præſumitur adverſus fiſcum in cauſa lucrativa, quam onerioſa. *l. 1. §. ſi quis in fraudem 12. ff. ſi quid in fraud. patroni.* vid. Ripenſ. *ibi n. 9. & 10.* 9 Perficitur vulgo donatio traditione vel mancipatione: in filias, etiam nuda voluntate. *l. 4. C. Theod. de donat. Cujac. hic.* 10 Vid. *l. 9. §. ſed in hic. J. de bonis proſcript.* 11 *Sub.* Pauliana: at non hypothecaria vel in factum, quarum neutra reſciſſoria. *Cujac.* 12 Al. *Sereno.* 13 Poteſt igitur retractari. 14 Tabularii qui dixi ad *l. 7. J. de exact. tribut.* 15 Qui & rationalis. 16 Vid. *Cujac. 16. obſ. 29.* 17 Aliud ſi bona fide. *l. 2. J. ut fiſcus.* 18 Id à fiſco, id eſt, procuratore vel officio ejus. 19 Imo præſes. vid. *l. pen. ff. de reſtit. vendit.* 20 Vid. *l. 16. J. de reſcin. l. 2. J. de fide & jur. haſtæ. l. 1. J. de præſcr. 30. an. l. 9. ff. de reſtitut.* 21 Mucatranlo, ut *l. 7. ff. de reſt. vend.* 22 Al. *Metoecis*, & octies. *Metoeci* ſunt coloni & incolæ qui ex una civitate in aliam migrant, juſſu principis, *ut hic. l. 12. in fin. ff. de excuſ. tut.* Dixi ad *tit. ff. ad municip. & de incolis.* 23 Prædia incolarum (qui hic *μέτοικοι* quæ antequam migrarent juſſu principis habuerunt in fiſcum religenda, niſi princeps id eis conceſſerit, ut ea ſibi retinerent. 24 Al. *hic.* 25 Metoeci non arcentur à ſucceſſione parentum in ea civitate relictorum ex qua migrarunt. 26 Nunciis principis non creditur ſine literis. *Bart.*

27 Officiales procuratoris Cæſaris bona caduca occupare non poſſunt, ſine auctoritate principis.

28 Cæſariani officiales procuratoris Cæſaris, dixi ad *l. 10. ff. de publicanis.* 29 Reſiſtere licet officialibus & Cæſarianis, bona caduca occupantibus ſine juſſu Principis, atque ita permittitur cuique injurioſa conatus eorum prohibere, ſi quid injuria facere experiri aut volnerint: licet, inquam, id iis quorum intereſt, *ut hic.* Tenentur quoque injuriæ. Paulus *l. 5 ſent. 12. §. 6.* Quoties ſine authoritate, judicati officiales alicujus bona occupant, vel deſcribunt, vel ſub obſervatione eſſe faciunt, adito procuratore injuriis ſubmovetur: & hujus rei authores ad P. Prætorio puniendi mittuntur. *Goth.* Vid. Marci *deciſ. 772.* Anton. Fab. *ad Cod. l. 7. tit. 20. defin. 15.* Pece. *de jure ſiſtendi dep. 22. & 24. 2. L.* 30 Legend. *quæ ſuccubuerint*, id eſt, ceciderint in cauſa caduci.

31 Vid. *l. 1. J. de manud. priner.* 32 Vigore. 33 *C. Theod. eod. tit. l. 3.* 34 De igne & ignis pœna, vid. *l. un. J. de Nili aggeſt.* 35 Fiſci actiones intra ſuum ac legitimum tempus inſtituendæ: poſt tempus legitimum, moreri non poſſunt. 36 In C. Theod. deeſt, *ut.* & ſic novus verſiculus incipit, *ſane, &c.* 37 Si fiſci litibus etiam juſtis præſcriptio objiciatur, quanto magis injuſtis privatorum objici poteſt & debet. 38 C. *Theod. eod. l. 5. deſunt.* 39 Id eſt, reclamandi copia. adde *l. 45. ff. eod. & 1. Harm. 2. §. 44.* 40 Conventorum à fiſco bona, pendente ipſa lite neque deſcribi, neque diſtrahi debent. Poſſeſſio apud reos remanere debet, *ut hic.* niſi officiales ſint procuratores Cæſaris. *verſ. ſane. J. eod.*

41 Poſſeſſorem. 42 *Ital.* apud rationalem. 43 *Flaccum*, ut *C. Theod.*

44 Conditionales tabulani, hic conditionali adſcripti & mancipati, adeo ut non poſſint ad aliam aſſurgere adſcriptionem vel dignitatem. dixi ad *l. 11. J. pat. natura.*

45 Al. *ut ſuum.* 46 Et de duplione, ut *l. 46. §. 1. ff. eod.* Imo quadruplum, ut *l. 8. J. eod.* dixi ad *l. 45. §. 13. ff. eod.*

47 Cæſarianus ita officialis Procuratoris Cæſaris *l. 6. ff. eo.* ouvrons hoc ſtatim ſeu ab initio litis ipſius mora, à fiſco poſſidentur, vel deſcribuntur, *ut hic*, quod is alius non eſt. †. adde. Cur hic aliud à Cæſariano, quam alio habitum? Præſumptionem male fidei, poſſeſſionis confertus fraudem indocit. *in fin. J. eod. l. 2. C. Theod. de bonis vacantibus.*

48 Al. *ſtatim.*

49 Al. *prædicti.*

50 Præſtringimus male poſſidentes, qui confundi aliena ſtudium. Jus id in rapinas λῃστὰς ſeu præſumptione eſt, ut notant Gloſſ. ſi ſit Cujacio ad *Novell. 22. in fin.* Hinc colligunt publicos rei adminiſtratores qui ad illud munus impoſitum ſe intereſſe, & poſſe divinis factis fuiſſe præſentes, ſi modo in conſuete adminiſtratione, adquieverint, non poſſe reddituæ Reipublicæ rationes adde quæ dixi ad *l. 10. in fin. J. de bon. vacant.*

51 Meruerint, in *C. Theod.* al. *meruerunt.* 52 Ex *lib. 10. tit. 1. l. 10. C. Theod.* 53 Interverſor hic & *l. 12. J. de ſuſcept.* decoctor pecuniæ publicæ. dixi ad *l. 2. J. de Palatina ſacrarum largit.*

54 Vide quæ ſcripſi ad *l. 45. §. 13. ff. eod.* 55 *C. Theod. eod. tit. l. 17.* hinc conſtat, agi hoc titulo de rebus ærarii privati, ut *l. 1. J. de locat. prad. civil. l. 1. J. de bon. fundor. ſſſ.* alias propriis fiſcus, ſacrum ærarium, ſacræ largitiones, ſacri theſauri. 56 Comitis rerum privatarum diſpoſitione, ſuſceptores rei privatæ creantur, pabula & annonæ præſtantur familiæ rei privatæ, hinc enim famulos ſtaamque familiam res principis privata habuit. 57 Suſceptores rei privatæ creantur periculo procuratorum rei privatæ, *ut hic*, ex Comitis rerum privatarum diſpoſitione, *ut docet hujus legis inſcriptio.* 58 Comes rerum privatarum principis privati ærarii curam gerebat per procuratores, *Theod. 3. c. 12. Graci 6. Baſil.* Differt autem à Comite ærarii ſive ſacrarum largitionum, ſive theſaurorum, de quo ſcripſi ad *l. 2. J. ut dignit. ordo ſervetur.* uterque tamen eſt illuſtris.

59 Id eſt, rei privatæ ipſius principis. 60 Pabula quæ & capita, *†. de annonis & capit.* annonæ, & familiæ dominicæ ſumptus. 61 Vide J. de Irenarchis. 62 Optio eſt erogator annonæ militaris. 63 Creantur Irenarchæ & Optiones periculo decurionum, ut diſpoſitione tamen Præſidum. *l. 1. J. de Irenarchis.* 64 *Al.* III. 65 Ex *C. Theod. l. 16. tit. 10. lib. 30. ubi additur*, poſt alia. 66 Mortuorum ante condemnationem bona fiſco non vindicantur.

67 *Campeti*, in *C. Theod.* 68 Abſunt à *C. Theod.* 69 Id eſt, condemnatos. 70 Ex *collatione Aut. Auguſtini.* 71 Omnis cauſa fiſcalis poſt eam conteſtatam finienda eſt intra ſex menſes: ideoque in *l. properandum. 13. J. de judiciis*, recte excipiuntur cauſæ fiſcales.

TIT. II.
DE CONVENIENDIS FISCI DEBITORIBUS[72].

1. Imp. GORDIANUS A. Saturnino & aliis.

NOn injuſta ratione deſideratis, repromiſſa fiſco indemnitate, eos priore [73] loco conveniri, qui reliqua contraxerunt, mox ad vos pervenire qui ab his quædam mercati eſtis.

Cautio quæ non probat contra fiſcum, ſed contra officiales facit ut officiales prius conveniantur. Bart.

11. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Erophilo [74].

FIſco quidem contra te manet actio, quod argentum [75] quod inferre debebas, rationibus fuerit relatum, ſi cautionem quæ tibi ſuper eo expoſita eſt, Tabularius non ſubnotavit, æquum [76] tamen eſt, ut prius de bonis ejus qui exactor fuit, ſi ſolvendo eſt, [& 77] conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fiſci ſatisfiat [78]: tunc à te, ſi ſervari hic modus non poſſit, repoſcatur.

111. Impp.

72 Vid. Perezium. *de jure fiſci lib. 6. tit. 3. num. 1. & lib. 6. tit. 7. n. 1.* ANT.

73 Fiſcus hoc modo excepit debitorum: priusquam ipſo ea rerum ipſum principalem, cum interveſſoribus, deinde poſſeſſorem hypothecarium. *vide l. 46. ff. de jure fiſci.* Siquidem quidem exactor publicorum tributorum debitorem ſolvit, ſed tum demum, cum fiſcalis jam nullus hypotheca: prius tamen exactis rerum principium quam poſſeſſorem.

74 Vid. Perezium. *de jure fiſci lib. 6. tit. 3. num. 1. & lib. 6. tit. 7. n. 1.* ANT.

75 Fiſci debitor non cenſetur liberatus, quæ tibi ſuper eo expoſita eſt, Tabularius non ſubnotavit, æquum [76] tamen eſt, ut prius de bonis ejus qui exactor fuit, ſi ſolvendo eſt, [& 77] conveniendi ejus facultas datur, indemnitati fiſci ſatisfiat [78]: tunc à te, ſi ſervari hic modus non poſſit, repoſcatur.

Fiſcus eam electionem non habet. 74 *Patrophilo*, vet. 75 Fiſci debitor non cenſetur liberatus, quæ tibi ſuper eo expoſita eſt, Tabularius non ſubnotavit, hoc ipſo quod exactor retulit in rationes publicas debitorem ſolviſſe, ſed tum demum, cum tabularius ſubnotaverit: ut hinc conſtet exactorem à tabulario diſtingui. Exactoris munus inde fuit exacta in rationes publicas referre, tabularii ſubnotare. *l. 1. J. de canone Serapi. alt.* cætera fuit exacta in rationes publicas referre, tabularii ſubnotare. *l. 1. J. de canone Serapi. alt.*

76 Apocha quæ non probat contra fiſcum, ſed contra exactorem fiſci, tantum id efficit, ut à fiſco prius conveniatur exactor, quam debitor. 77 Deeſt in quib. lib. al. *aut.* 78 Satisfactio.

111. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. & CC. Januario & aliis.

QUoniam [1] Augerio [2] ac filio ejus ad exigenda reliqua [3] consortes [4] vos atque consocios [5] esse dicitis, eisque certorum [6] duntaxat nominum exactionem mandatam [7]: nec inter eum [8], & cæteros, qui exactores fuerant nominati [9], confusæ exactionis mutuum periculum constitutum [10], sed separato muneris [11] obsequio [12] discretam sollicitudinis rationem fuisse adseveratis, à jure non discrepat, ut prius [13] ex bonis exactorum qui principali loco ad exactionem fuerant destinati, indemnitati fiscali satisfiat: postque eos, si solidum debitum exolutum non sit, nominatores conveniri. Rationalis [14] igitur noster juris ordinem sequetur: excussisque exactorum facultatibus nec non etiam nominatorum, si fiscus in universi debiti quantitate [15] securitatem indemnitatis consecutus non fuerit, etiam vos ad restituenda fiscalia debita adstringet [16].

IV. Imppp. Valent. Valens & Gratianus AAA. ad Archelaum Com. Orientis [17].

HI [18], qui fisco nostræ mansuetudinis obnoxii sunt, omissa frustratione [19] teneantur, ut quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exolvere: servatis [20] eam complexerint [21], allegationibus propriis, si quas adversus quoscunque ex suis contractibus debitores competere sibi ex jure crediderint: ita ut adversus eos, quos sibi obnoxios adseverant, legibus & judiciis experiundum esse cognoscant. Dat. III. Non. Jun. *Noviodun.* Valentiniano N. B. P. & Victore Conss. 369.

Scriptura propria non facit fidem pro scribente, vel ejus herede, etiamsi fiscus sibi successerit. Bart.

V. Iidem AAA. Fortunatiano Comiti rerum privat. [22]

INter [23] chartulas confiscati [24] brevis [25] quidam adseveratur inventus [26], qui nomina continebat debitorum, seu contractuum [27], cum tamen neque testibus credita pecunia probetur, neque cautionibus [ea] quæ [28] [brevi] inserta sunt, ostendantur, iniquum [29] esse perspeximus, ut sub propria adnotationis manu unusquisque sibi faciat debitorem. †. Occasionis igitur hujusmodi calumniam præsenti volumus jussione cohiberi: ut brevis vanitate rejecta, nullus ad redhibitionem [30] de his quorum nomina conscripta sunt, urgeatur [31]. Quod & in aliis similibus [32] causis observandum esse censemus. Dat. prid. Non. Jul. *Hierapol.* Gratiano A. IV. & Merobaude Conss. 377.

Αὐτοκράτωρ Ζήνων.

VII. Imp. Zeno.

SI [72] alicujus bona publicentur, atque vendantur, licet tam Comiti rerum privatarum [73] Augusti, quam [74] scholæ Palatinorum, quam [75] etiam fisci Advocato emere aliquas res ex eadem auctione, isque contractus à nemine calumnietur. P. P. III. Kal. Aug. post Consul.

[1] Si divisa est administratio à tuitione, vel ab ejus officio: scilicet prima convenitur genera, secunda fisci & nominatores ipsius, quam pervenit ad collegam. *Bart.* Vid. Ludovic. Roman. *Singular.* 324. Ans.

[2] Augerio.

[3] Reliquis exigendis plures exactores eligebantur: quidam ad certorum tantum nominum exactionem, *ut hic.*

[4] Consortes consocii.

[5] Socios.

[6] Al. *exterorum.*

[7] Mihum interest exactio divisa mandatur, an pro indiviso.

[8] Al. *inter eos*, quod rectius videtur. *Cujac. ut in sequentibus.*

[9] Nominatim.

[10] Al. *additur*, male.

[11] Al. *munitis.*

[12] Al. *additur*, male.

[13] Fiscus, quoties pro indivisis exactoribus mandata est debitorum fiscalium exactio, prius loco experitur silvestris exactoris: deinde adversus nominatores exactoris: & pro divisis prius experitur ad exactionem nominatorum, quam adversus exactoris collegas, *ut hic, & l. 2. §. de subscriptis, paragraf. & accessor.* hinc colligit Decius in *l. in toto jure* 80. *ff. de regulis jur.* num. 21. In mandatis fiscalibus mandata specialia non derogare specialibus aliis mandatis.

[14] Fisci procurator.

[15] Quæstitatem.

[16] Constringet.

[17] *C. Theod. l. 10. tit. 16. l. 2.*

[18] Fiscus obnoxii sine mora conveniantur *Chorographicus Portulanus* & ubi fisco satisfecerint tum demum adversus creditores experiantur. *Synops. Basil. 9. tit. 1. ex tit. 36. tit. 6. c. 40. §. 10.*

[19] Id est, tergiversatione, & moratoria dilatione. Frustrari, est mocum trahere, tergiversari, vid. *l. 233. ff. de verb. sign.*

[20] Fiscalis actio non differtur, quoad ipse debitor fisci suos debitores exegerit. adde *Nov. 128.*

[21] Complere debitorem his libris, est salvere & satisfacere creditori. *l. 43. in fin. ff. de administr. tutor. l. ult. §. 3. ff. de test. manum.*

[22] *C. Theod. eod. tit. l. 34.*

[23] Fiscus ex brevi aris rationibus confisceti quemquam convenire, quasi confiscati debitorem suo potest.

[24] In *C. Theod.* erat *deportati*, sed Tribonianus elegit nomen generalius.

[25] Id est, chartula, sive libellus brevis. Galli dicunt, *brevet.*

[26] *Sub.* utilis fisco, *l. 7. ff. de probat.*

[27] *Contractuum*, in *C. Theod.*

[28] *l. 2. ff. de fide instrum.*

[29] *l. 5. l. 6. l. 7. ff. de probat.*

[30] Redhibitio hic, solutio est, oratio vero ita hic legenda, *nullus de his quorum nomina conscripta sunt, ad redhibitionem urgeatur.*

[31] *Urgeantur*; cætera absunt à C. Theod.

[32] Ex brevi debitoris sui privatus creditor neminem convenire potest, quasi debitoris debitorem.

TIT. III.

DE FIDE [33] ET JURE [34] HASTÆ [35] FISCALIS, ET DE ADJECTIONIBUS 36.

1. Imp. Antoninus A. Curiæ.

QUod in libellum contulisti, Procuratori meo ad cujus officium desiderium tuum pertinet, allega: cui [37] si probaveris non [38] auctore Procuratore, vel eo cui vendendi fuit facultas, neque habitis hastis, neque omni ordine pacto venditas res esse: & id quod ex causa judicati debes, exolveris, rescissa venditione mala fide [39] facta, easdem res recipies cum fructibus quos ad emptorem mala fide perveniss, vel [40] pervenire debere constiterit. P. P. Non. Jan. Antonino A. IV. & Balbino Conss. 214.

11. Imp. Gord. A. Heracleoni.

DUplex ratio desiderium [41] tuum juvat: & quod prætermissa haftarum solemnitate possessiones tuas ex officio [42] distractas suggeris: & quod pretii vilitate [43], ob exiguum debitum gratiosam [44] emptionem in fraudem tuam, in utilitatemque [45] rationum mearum, adversarium commentum fuisse dicis. Quapropter illicita ista redargue, tam indemnitati fisci consulturus, quam tuæ securitati operam laturus [46]. P. P. v. Kal. * Gordian. A. & Aviola Conss. 240.

111. Idem A. Crispo.

ETsi [47] instrumenta emptionis non extent, quibuscunque etiamen probationibus uxor tua ostenderit [48] ad se eam domum pertinere, quam à fisco ejus nomine dicis comparatam, pretiumque ab ea exolutum, & in eam dominium translatum, frustra fiscum ex persona matris [ejus] referre quæstionem Procurator meus non sinet. P. P. v. Kal. Novemb. Gordiano A. v. & Aviola Conss. 240.

Intra tempus in subhastatione statutum quilibet veniens admittitur, licet res jam alteri fuerit vendita. Bart.

IV. Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. & CC. Marcellinæ.

SI [49] tempora, quæ [50] in fiscalibus [auctionibus [51], vel] hastis statuta sunt, patiuntur, cum [52] etiam augmentum re facturam esse profitearis: adi rationalem [53] nostrum, ut justam [54] uberioris pretii oblationem admittat. P. P. III. Id. Jan. *Sirmii*, iptis IV. & III. AA. Conss. 290.

Venditio facta à fisco solemniter non retractatur pretextu rescripti, vel minoris ætatis. Bart.

V. Imppp. Valent. Valens & Gratian. AAA. ad Viventium P. P. Galliarum [55].

QUæcunque [56] pro reliquis prodigorum [57] in annonario titulo, cæterisque fiscalibus debitis, in quibuscunque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco [58] auctore vendantur: ut perpetuo [59] penes eos sint jure dominii, quibus hujuscemodi sub hastæ solennis arbitrio fiscus addixerit, & si quid [60] unquam, ut à fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet: cum etiam minoribus [61], si quando aliquid ex rebus eorum pro fiscalibus debitis adjudicatur emptoribus, repetitionis [62] facultas in omnem intercipiatur ætatem. Dat [63]. III. Non. Novemb. *Treb.* Valentiniano NB. P. & Victore Conss. 369.

Qui solemniter emit à fisco, solum ad pretium tenetur, & ab aliud debitum non convenitur. Bart.

VI. Iidem AA. ad Felicem Comit. sacr. larg. 64

SI, qui [65] proscribente [66], ac distrahente fisco, debitorum fiscalium emerint facultates: pro earum tetum tantum pretio obnoxii sint, quas eos patuerit decursis [67] hastis, & proscriptione habita comparasse. Nam ita eos minimus, ut nullius conventionis [68] [reliquorum [69] fiscalium nomine [70]] patiamur extrinsecus subire jacturam. Dat. VII. Id. Mart [71]. *Martianop.* Valentiniano, & Valente AA. Conss.

[33] Perperam inscribitur, *de fide instrumentorum*, cum in *C. Theod.* inscriptio, de fide & jure habeat.

[34] In fiscali emptione hæc requiruntur, proscriptio, *l. 6. ff. sed* auctoritas procuratoris fisci, *l. 1. ff. sed.* Hafta, *l. 6. ff.* Pretio, Quæstor addictio, *l. 4. ff. sed.*

[35] Fiscalis hasta, auctio est qua fit à fisco de bonis exactis, vel commissis, vel obligatis. Dicitur autem hasta, quod ejus venditionis signum esset hasta in foro posita. *Cicero 1. de fin. & Philipp. 2. 11. ad Attic. 3. Dyar. de Aquis Apric. Diac. 98. & Val. Max. 3. 6. Festus 1. de Ire, & de constitue. ad Martianum l. 10. Macr. 1. Sat. 2. Pliny in Natu. Servius Æneid. 3. & 24. Varro de vita populi Romani 1. Rupe 8. ad verrinas, & in verrem secundum, ad hastam quoque fieri bonorum locatores. Colum in præf. 1. de re rustica. Ovid. 4. de Tristibus elegia 5. & de Cornelius Nepos in Cornelio Attico. Livius 39. & 43. Senecæ Suasor. 6. Vere. Apologet.*

[36] Al. *auctionibus.* Adjectio quid esset, dixi *l. 1. ff. de vendendis reb. civitatis.* Guth. Vid. ad hunc tit. Mynoch. *de Arbitr. jud. lib. 2. cas. 129.* & de subhastationis & licitationis solemnitate, vid. Peregrin. *de jure fisci lib. 6. tit. 1. num. 45. num. 1.* Ans.

[37] Cujus.

[38] Fiscus capta pignora ex causa judicati, sine hasta aut ludicrum solemnitate vendere non potest. Quæ sine hastis ejusmodi venditio intercedit, rescindituir facta debitori fisci (debitum offerenti) potestate recuperandi pignoris ac fructuum, quorum simul & percipiendorum. vid. Alciatum 3. *præsumpt.* 13.

[39] Præsumitur mala fides, ubi non servatur solemnitas.

[40] Male fidei emptor tenetur de fructibus etiam percipiendis.

[41] Preces.

[42] Officialibus.

[43] Vide *l. 3. ff. de jure fisci.*

[44] *l. si quis 16. ff. de rescind.*

[45] *Institutatum*, Cujacius ut in *l. ult. §. 1. ff. de fornic. & aqua. l. 3. §. hoc autem. ff.* reprehensus à Roberto 1. *except. l. 31.*

[46] Opem daturus.

[47] Fiscalis seu quæ à fisco facta est emptio, etsi non extent ejus instrumenta aliis modis probari potest. adde *l. 10. ff. de probat.* Guth. Vid. Boer. *decis. 81. num. 3.* Ans.

[48] *Sub.* apud Procuratorem Cæsaris.

[49] Si statuta fiscalibus emptionibus tempora patiantur augenti tibi pretium venditionis à fisco facta, præsertim licet ei qui prædem emit. *Synops. Basil. 56. tit. 13. num. 6. cap. 1.*

[50] Adde *l. 1. in fin. ff. de vendendo bonis civit.* Est vero tempus vicinum sive nonnumeratio id per dies viginti proscriptum & propositum habet & ut plus offerenti addicatur. *Novell. 120. c. 6. vers. Præquam vero Græc. Authentica, hoc jus parvilium. 10. C. de fisco. Ecclesiast.*

[51] Includi debuit in text.

[52] Post additionem factam à fisco emptori, adjectio & licitatio admitti intra certa tempora potest, *ut hic*, post additionem factam à Republica, adjectio non admittitur, nisi ex privilegio. *l. 21. §. 7. ff. ad municip.* Meliores sit conditionis fiscus quam Respublica aut municipium, hic fiscus semper hypothecam habet. *l. Auctorum 46. §. Fisco 3. ff. de jure fisci.* Respublica, nonnisi ex privilegio. *l. 2. §. de jure Reipub. & Anconitanorum 37. ff. de reb. auct. jud. poss.* Fiscus semper hypothecam habet, *l. quod quis, 34. ff. de reb. auct. jud.* Idem nunc habet etiam Respublica. *l. hanc 38. §. 1. ff. de reb. auct.* ollim non habuit, nisi ex privilegio, ut ex epistola Plinii ad Trajanum constat, *Glos. de exactione pecuniarum.* Lia filicalia terminanda est intra menses sex, ita Reipublicæ intra triennium, atque ita melior est fisci quam Reipublicæ conditio, *l. 1. §. illud 3. ff. de publicis.* vide *Cujacium 2. observation. 24.*

[53] *Id est*, procuratorem. Cons.

[54] *Di junta jure uberioris, &c.*

[55] *C. Theod. eod. tit. l. 1.*

[56] Venditio facta à fisco solemniter præterea rescripti, vel minoris ætatis non rescinditur. *Bart.*

[57] *Prodigi* sunt annonæ expensæ, quibus apponuntur corpora.

[58] Fiscus hic pro Cæsaris procuratore sumitur.

[59] Fiscalia hastæ rite factæ ea via est & fides, ut nec rescripto principis, nec beneficio ætatis, nec alia ulla ratione convelli possit, *ut hic*, nisi minor fuerit indefensus. *l. ult. ff. si propter publ. pensit.*

[60] Siquidem.

[61] Dixi ad *l. 6. ff. de remiss. pignor.* contra judicatum vid. apud Paponem 18. *Arrest. 1.*

[62] Repetitionibus.

[63] Al. *III. Id. Mart. Ravenna, &c.*

[64] *C. Th. eod. tit. l. 2.*

[65] Al. *quis.*

[66] De proscriptionibus, vide *l. ult. §. 5. ff. de delatorib. l. 15. §. 32. ff. de inspectis.*

[67] *Decursis* hastis hic dixit, ut *l. 1. ff. habitis hastis.*

[68] *Conventioni*, in *C. Theod.*

[69] Qui à fisco auctionem comparat, pretium tantum præstat, non reliqua fisco debita, *ut hic.* de quo vide plura quæ scripsi ad *l. ult. ff. de emptione.*

[70] Absunt à *C. Theod.*

[71] Al. *ff. III. Id. Novemb. Valentin. N. P. & Victore Conss.*

[72] Ex collectione *Ant. Aug.*

[73] Ad curam comitis res privatæ & procuratorum provincialium, qui sub ejus dispositione erant, pertinebant, quæ publicabantur. *l. 3. C. Theod. undo vi.*

[74] Palatini pertinebant ad Comitem patrimonii seu rerum privatarum.

[75] Fisco vendente, Comes rerum privatarum, Palatini & patronus fisci possunt etiam res auctioni proscriptas emere. *l. ult. ff. de rescind. vend. facit l. 2. §. inter 8. ff. pro emptore.*

TIT. IV.

DE VENDITIONE RERUM FISCALIUM CUM PRIVATIS COMMUNIUM.

Ratione partis fiscus potest vendere totum. Bart.

1. Imp. Alexand. A. Epicteto.

FOrma [76] est, quotiens ad fiscum, vel [77] minima portio rei pertinet, ut universa à Procuratoribus meis *distrahatur* [78]: sed pretium partis tantum in fiscum redigatur, reliquum dominis partium restituatur. Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum Judicem conveni, usurum defensionibus [79], si quæ sibi competunt. P. P. VII. Kal. Octob. Fusco, & Dextro Conss. 226.

[76] Forma, id est, regula, canon, hinc *formata epistolæ* in vetustibus conscriptis vocantur quas Græci vocant κανονικὰς, & canonicas, hic forma pro lege. Sumitur in *l. 4. ff. de jurisdict. omn. jud. l. ult. ff. de admin. tut.*

[77] Fiscus solidum rem ac totam insito etiam socio vendere potest. fit enim facilius tuitio.

venit emptorem, & tamen cum ita vendit, pars pretii socio servatur. *l. 2. ff. de com. rer. alien.*

[78] Distrahantur.

[79] Al. *addatur*, male.

TIT. V.

NE FISCUS REM, QUAM VENDIDIT, EVINCAT.

Res fisci solenniter vendita non evincitur, licet non pertinuerit ad stationem venditoris: & officiales invicem experiuntur etiam durante officio. Bald.

1. Imp. Alexander A. ad Herminm.

GRAVISSIMUM [80] verecundia mea duxit, ut [81] cujus rei pretium, cum bona fide esset addicta, semel fiscus acceperit, eius controversiam referat. †. Non solum ergo emptorem ab eadem statione [82], sed ne ab alia quidem quæstionem pati debere æquum est: cum etiam in his venditionibus emptore non inquietato officia inter se possint experiri. Dat. XV. Kal. Maji, Modesto, & Probo Conss. 229.

11. Imp. Honor. [83] & Theod. AA. Palladio P. P. Orientis.

RETractare [84] fiscum, quod semel vendidit, æquitatis honestatisque ratio non patitur. Dat. Kal. Jan. CP. Martiano A. & Adelpho, Conss. 431.

[80] Pars epistolæ Imp. Alexandri ad Rationales.

[81] Qui rem emit à fisco, pretiumque solvit non amplius convenitur. *Synops. Basil. 19. tit. 13. lib. 56. tit. 6. c. 9.*

[82] Statio, mansio in qua officium fiscale consistit. *l. 2. ff. de fabet.* ut sit sensus: Quod una fisci statio emptori addixerit, id alia retrahere non potest. Goth. Vid. Cujac. *lib. 2. observ. c. ult. S. I.*

[83] Al. Arcad.

[84] Fiscus re semel vendita retractare venditionem nequit. *Synops. ibid. c. 10. l. 1. ff. de fundis rei privatæ. l. 5. ff. de locat. prad. civili. l. 17. ff. de evictionib. l. 6. ff. de fundis patrimonialib.* nisi *laverit*, id est, servus honorum administrator venditus sit: Nam hujusmodi servorum venditiones retractantur. *Synops. ib. l. humorum 8. ff. de jure fisci. l. interdum 16. ff. de publican. l. penult. ff. de offic. pros.* Goth. Vid. Afflict. *decis. 304.* Ans.

TIT. VI.

DE HIS, QUI EX PUBLICIS RATIONIBUS MUTUAM PECUNIAM ACCEPERUNT.

Qui accipit pecuniam mutuam ab officialibus fisci, tenetur in quadruplum. Bart.

1. Impp. Valent. & Valens AA. ad Probum P. P. [85]

SI [86] quis ab exactoribus, tabulariis, [& [87]] arcariis, officiisque [88] rationum fornebrem pecuniam sumpserit, detectus quadruplum reliquet tenere tenetur. *Synops. Basil. 9. tit. 5. ex tit. 6. c. 11.* Goth. Vid. Mynn. de Eficubar. *de Rationiis. c. 14. num. 31.* Petr. Heig. *quæstion. 21. num. 48.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. centur. 6. cas. 386. num. 12. 13.* Ans.

[85] *C. Theod. l. 10. tit. 24. l. 1. ex qua hac inscriptio restituta est, antea erat in quadam non legebatur.*

[86] Fenoris pecuniam fiscalem sumens ab exactoribus, vel tabulariis, vel officialibus, quadruplum reddere tenetur.

[87] Desunt in *C. Theod.*

[88] *Officiisque*, in *C. Theod.*

1 Vid. quæ scripsi ad *l.* 45. §. 13. *ff. de jure fisci*, & *l.* 8. *C. de jure fisci.*

2 Comiti sacr. largitionum in *C. Theod.* 10. 24. *l.* 2.

3 Mutuum ex fiscalibus thesauris nemo accipere debet. Quod si quis ex sacro ærario, vel occulte, vel palam, vel sub cautione scripta, vel fidejussoribus mutuum sumpserit, proscribitur & deportatur itidemque is qui de sacris thesauris mutuum dederit, pœna capitis adficitur. *Syn. ibid. c.* 12. & 3. *Marm.* 5. §. 95.

4 *Neque dandi, neque accipiendi*, in *C. Theod. ed.*

5 Occulte fieri interdum dicitur, quod fit sine auctoritate principis, de quo vide Cortesium *singulari, secundo.*

6 Ablata à *C. Theod.*

7 Accepit.

8 *Ait*, in *C. Theod.*

9 *Sententia*, in *C. Theod.*

TIT. VII.

POENIS[10] FISCALIBUS CREDITORES PRÆFERRI.

Persecutio pœnæ præfertur quando pœna additur per nomina multiplicativa, in dubio tacit simplum. Bald.

1. Imp. Alexander[11] A. Marcello.

Rem[12] suam persequentibus pœnæ exactio postponitur. Sicut itaque in sortis quantitate fisci persecutio potior est: ita in triplo[13] quod pœnæ nomine adjectum est, propria forma servanda[14] est. P. P. Kalend. Jul. Juliano, & Crispino Conss. 225.

10 *l.* 11. *l.* 17. *ff. de jure fisci.*

11 Sic restituimus eum autem perperam legeretur, *Antoninus. Cont.*

12 Fiscus pecuniam suam repetens, omnibus præfertur: pœnam vero persequens, creditoribus cedit in eo quod multæ nomine petitur. *Synops. ibid. cap.* 13.

13 Vide quæ scripsi ad *l.* 45. §. 13. *ff. de jure fisci.*

14 Al. *servanda.*

TIT. VIII.

DE FISCALIBUS USURIS.

Ex mora pœnæ non accedunt usuræ. Bart.

1. Imp. Antoninus A. Antiochio[15].

Jus[16] summæ, quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, usuræ non exigentur. Nec[17] enim multam tibi procurator meus[18] irrogavit ultra[19] quam placitum est, sed pœnam[20] te jussit inferre. P. P. xv. Kalend. Decembr. Sabino, & Anulino Conss. 217.

15 Antiocho.

16 Usuræ pœnæ inflictæ ex contractu, delicto, vel quasi, exigi non possunt. *l. ult. ff. de magist. conveniend.* multa potest, si intra tempora judicati non solvatur. Cur tam varie? Pœna pœnæ esse non debet. Si usuræ pœnæ admitterentur, pœna pœnæ esset, nihil enim aliud usura quam pœna non solventis. *l. cum quidam. 17. §. fi. papillo. 3. ff. de usuris.*

17 Corrigit Imperator errorem proponentis in libello multam pro pœna. *Cujac.*

18 Noster.

19 Procuratori Cæsaris multæ dictio non est. *l.* 2. *T. de modo multarum.*

20 Procerator Cæsaris pœnam infligere potest legibus definitam.

21 Victorio.

22 Usuræ pœnæ retentionem pignoris servantur, quæ non servarentur pacto, nisi pignus intervenisset. *Ing. quæsivit*, 3. *l. per exactionem*, 4. *l. pignoribus* 22. *T. de usuris.*

23 Extenso juris io privato consti tuti ad fiscum.

24 Heredis personæ jus non mutatur. *l.* 2. §. *ex hic* 2. *ff. de verb. oblig.*

25 Fiscus succedens privato, eas usuras præstat quas creditor à priyato potuisset exigere ex pacto nudo pignori adjecto. Ut privatus debitor eas usuras præstat, ita & fiscus succedens privato. Multo igitur magis usuras stipulatione debitas à Titio creditore, fiscus Titio succedens præstabit.

26 Usuræ ex pacto nemo regulariter præstat, sed ex stipulatione, si tamen in eas usuras quæ pacto tantum promisse, pignus qui acceperit, retentione pignoris usuras servabat, quas pacto non servasset.

27 Usuras majores semissibus nemo regulariter stipulari potest.

28 Usuras ab agricolis & illustribus trientes: ab argentariis besses: ab Ecclesiis quadrantes stipulari possumus. *l. ult.* 26. *T. de usuris.*

29 Usuras majores semissibus fiscus exigere à suis debitoribus non potest: sive ipse fiscus nominatim eas stipulatas sit, sive creditoribus debitoris successerit: adeo ut semisses etiam consequatur, etiamsi ei creditori successerit qui leviores semissibus stipulatus sit. adde *l.* 2. *in fin. T. de his quibus ut indign. l.* 27. §. *si debitores.* 6. *ff. de usuris*, *l.* 6. *ff. de jure fisci.*

TIT. IX.

DE SENTENTIIS ADVERSUS FISCUM LATIS RETRACTANDIS.

1. Imp. Antoninus[30] Acutiano[31].

Causas[32], in quibus contra fiscum judicatum est, intra triennium[33] retractari posse, & post id tempus, si prævaricatio[34] arguatur, vel manifesta fraus probetur, nocuit. P. P. Non. Jul. Duor. & Aspris Conss. 223.

30 Sic repositus, cum antea legeretur, *Alexander. Contius.*

31 Aristæo.

32 Fiscales causæ judicatæ, ex causa retractari possunt intra triennium: post triennium vero si prævaricatio, vel manifesta fraus arguatur. *l.* 1. *ff. de jure fisci.* aut repertum instrumentum simulum. *l. Imperatores* 35. *ff. de re judicata.* aut testes: parum enim vim illa duo obtinent. *l. in exercendis* 15. *T. de fide instrum.* & instrumentorum appellatione testes continentur. *l.* 1. *ff. de fide instrum. l. Natalenses* 99. §. *instrumentorum. ff. de verb. sign.*

33 *l.* 10. *ff. de diversis & temporalibus præscript. l.* 1. *ff. de jure fisci.*

TIT. X.

DE BONIS VACANTIBUS[34], ET DE INCORPORATIONE[35].

Etiam ex privilegio civitates non succedant in bona vacantibus & si occupaverint, ab eo auferantur. Bart.

1. Imp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. ad Euchatium[36].

Cives debet gravitas tua intestatorum[37] res qui sine legitimo herede decesserint, fisci nostri rationibus vindicandas: nec civitates audiendas, quæ sibi earum vindicandarum jus veluti[38] ex permissu vindicare nituntur: & deinceps quæcunque intestatorum bona civitatibus obtentu privilegiorum[39] suorum occupata esse compereris, ad officium[40] nostrum eadem revocare non dubites. Dat. prid. Id. April. Annibaliano, & Asclepiodoto Conss. 292.

34 *Vacantia bona* δεσποτικὰ, eorum qui heredes non habent, quæ ideo ad fiscum pertinent. *l.* 98. §. 1. *ff. de leg.* 1. adde 10. *C. Theod.* 8.

35 *Incorporare* est in fisci corpus redigere. Ammianus 16. *adcorporare* dixit: quod fit solemniter ex dispositione Comitis rerum privatarum, & Catholicorum summa cura descriptis bonis omnibus & titulis publice adfixis. *l.* 2. *T. de apocha fiscor.* adde 10. *C. Theod.* 9.

36 Serioni, al. Rationali.

37 Intestatorum bona & eorum qui nullos heredes habent, ad fiscum pertinent. Nec enim civitatibus licet eorum bona vindicare. Quin & si quæ civitates obtentu fisi juris sui occupaverint, ab eisdem vindicantur. *Synops. Basil. 56. tit. 13. καὶ τὰ ἀμέτοχα τῶν εἰς τὸ δ. c.* 10. & breviter, Vacantia bona fisco cedunt, non civitatibus: etiamsi de hoc privilegio donatas contendant.

38 Quod Nicenses sibi concessum ab Augusto, sub Trajano contendebant Plin. 10. *epist.* 87. 88.

39 Privilegio impetrari non potest jus occupandorum bonorum vacantium.

40 Legendum *fiscum*: *ut in var. Cont.* Sed officium hic, nihil aliud quam fiscus. *l. pen. ff. de præscript. fori cubic. l.* 56. §. *quæres. ff. de leg.* 2.

Si res concedatur integro statu per principem: intelligitur cum pertinentiis, & cum jure suo, & instrumentis, & omnibus fructibus, & mancipiis, quæ in eo sunt. Bart.

II. Imp. Constantinus A. ad Æmilium V. P. Rationalem[41] rei privatæ.

Si quando adnotationes nostræ contineant *possessionem, sive domum quam*[42] *donaverimus, integro*[43] *statu donatam*: hoc verbo ea vis continebitur, quam ante scribebamus, *cum adjacentibus*[44], *& mancipiis, & pecoribus, & fructibus, & omni jure suo*: ut ea quæ ad instructum possessionis, vel domus pertinent, tradenda sint. Dat. vi. Id. Mart. *Mediolani*, Constantino A. iii. & Licinio Conss. 313.

41 C. Theod. l. 1. ead. tit. Sicinio Dextro. Idibus januar.

42 Quæritur, id est, illa domus, de *l. Seia.* 22. *in fin. l. prædia* 27. §. *inter.* 4. *ff. de pecul.* Integra data res donata à principe, intelligitur donata cum adjacentibus, mancipiis, pecoribus, fructibus, & omni jure suo, ut l. 22. *in fin. ff. de pecul.* Dubitandi vana est à nostra interpretatione. *l. penult. ff. de manumiss. fideic.* 30. *Inst. de act.* Decisa vera est à Justiniano

tenentur: cum omnibus notissimum sit [1] eos solos [2] execrabiles nunciatores esse, qui [3] fisco deferunt. P. P. III. Kal. Sept. CARINO & NUMERIANO AA. Conss. 284.

Delatur non admittitur sine patrono fisci, & male deferentes ex consuetudine, gravissime puniuntur. Bart.

V. Imp. CONSTANTIUS A. ad provinciales 4.

OMnes [5] Judices invigilare præcipimus, delatores [fine [6] fisci advocato denunciantes [7],] pœnis adficere: apertissimi enim juris est, ut quod ex cujusque [8] patrimonio ceciderit [9] in casum, & legibus & recto jurisordine fisci advocatis agentibus vindicetur. †. Sed quia nonnulli præcipites, secundum jus possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus [licentiam [10],] qui se læsos existimant, contra delatores severitatem judicum implorare ferro [11] districtam [12]. Dat. 11. Kal. April. *Constantinop.* CONSTANTIO & ALBINO Conss. 335.

Servus punitur, si dominum deferat, præterquam in crimine læsæ majestatis. Bart.

VI. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Pallio [al. Panhellenio] Consulari Lydiæ [13].

SErvum [14] domini delatorem jubemus in exemplum omnium proditorum severissimæ sententiæ subjugari, etiamsi objecta probaverit: [excepto [15] crimine majestatis [16].] Dat. VII. Kal. Novemb. *Constantinop.* ANTONIO & SYAGRIO Conss. 382.

VII. Constit. pars ex Basilicis.

ΟΥτε εἰκὸν, ὥστε ἐλεύθερον ἔξεστι κακοῦργον, οὔτε μηδὲν δίκαιον ἐᾷ μήτε ἀκούειν μήτε ἀκούεσθαι περὶ τοῦ τοιούτου. εἰ δέ τις ἢ ἄλλως πως κακοῦργον ἢ τινα ἢ ὡς δοῦλον ἀκούσεσθαι ἀξιώσειε, εἰσάτω μὲ ὁ κατηγορῶν ἐλεύθερον ὄντα, καὶ μάλιστα εἰ ἐξ ἀστῶν κατηγορεῖ. ἐλεύθερον γὰρ ἀνάγκη καὶ τὸν ἀστῶν ἀπόγονον καὶ τὸν πολίτην ἴδιον τοῦ ἄρχοντος καὶ τοῦ βασιλέως γενέσθαι βασιλικῶν.

NEque [17] servo neque libero homini liceat deferre id, ex quo quisquam aut mortem, aut bonorum suorum amissionem pertimescat. Quod si quis aliter fecerit, vel si propterea quod thesaurum [18] invenerit, deferat quenquam: servus quidem statim igni tradatur, maxime si dominum suum detulerit: liber autem homo bonis ademptis, & civitate amissa extra fines Romani imperii abeat.

Pars VIII. const. sive ejus epitome ex Basilicis & versione Ant. Aug.

ΜΗ ἐξέστω τοῖς τῆς δημοσίας πραγματείας λέγειν ὡς πεπραγμένων τινὰ κακουργῶν δικαίως, καὶ ἀλλ' ὅμως τοῦ τῆς ἀληθείας κρίνοντος ἐπιβουλεύει ἑτέρῳ, ἀλλὰ καὶ ὁ κρίνων παύσεται, καὶ ἡ ποινὴς αὐτὴ ὑποστήσεται.

§. 1. Καὶ μηδὲ ἀνὴρ πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀπελεύθερος πατέρα ἐπὶ δημοσίοις κρίμασιν, μηδὲ ὁ ἐξορίας ὑπομένων, ἢ ὁ ἐπὶ συκοφαντίᾳ κρινόμενος, ἢ πάντως αὐτῷ ὑποστήσεται.

§. 2. Οἰκέτης ἢ ἐπὶ δημοσίοις αἰτίαις, ἢ ἐπὶ ἄλλῃ τινὶ δι' αὐτὸν κρίνομενον, οὐ μὴν φθάσας τὴν κρίσιν ἐκτελέσαι, εἰ μὴ ἀληθὴς κρίσις ἦν ὁ ἔλεγχος.

§. 3. Καὶ ὁ σχολὴ τῶν παλατίων ἐὰν κρίνομενον τινὲς (μόνα δὲ αὐτὰ ἢ δίκαια) κρίνομένων, καὶ ἀναπράξει) ἢ ἢ ἐπεῖ ὁ ὁ νόμος συγχωρεῖ μαρτυρεῖσθαι δὲ κρίνομένοις ὁ δὲ δημόσιος ἀφορᾷ.

§. 4. Καὶ εἰ μὲ ἐπὶ τῷ βασιλεῖ πόλεως ἦσι ὁ κρίνομένοις ὁ ἀβδελλᾶς δὲ κόμητος τῶν ἰδίων ἐκκομμουνικάδων, καὶ μηδὲν πάντων τῇ τῶν παλατίων σχολῇ, καὶ τοῦ κ. καιροῦ πεμπομένῳ, καὶ τοῖς δὲ δημοσίοις συναγορεῖς δίδοται τῶν παπύρων NN. μήτε ὑπὸς τῶν ὑπομνησίων, μήτε ὑπὸς ἀπόδολῆς δὲ σὺβολεῖς. καὶ ἐκείνως ἢ ἀβδελλᾶς τὰ πεπομπευμένα διαπεμπέσθω σὺν τῷ ἐρημίῳ δικαστηρίῳ παρεῖναι, καὶ ὑπὸς τῶν ἀβδελλᾶς τῶν ἀπόντων, καὶ ὑπὸς ἀπόδολῆς δὲ σὺβολεῖς. καὶ ἐκείνως ἢ ἀβδελλᾶς τὰ πεπομπευμένα διαπεμπέσθω σὺν τῷ ἐρημίῳ δικαστηρίῳ παρεῖναι, καὶ ὑπὸς τῶν ἀβδελλᾶς τῶν ἀπόντων, καὶ ὑπὸς ἀπόδολῆς δὲ σὺβολεῖς.

§. 5. Εἰ δὲ ἢ πρᾶγμα μόνα κρίνομενοι) ὡς ἐπιφέρουσα τοῦ ἐρημίου τιμῆς, ἀγνοεῖται ἢ ὁ πάντα ἀβδελλᾶς, καὶ ὁ τῷ βασιλεῖ πολὺ τὸ πρᾶγμα ἢ ὑπὸ τῶν αὐτῆς ἐπεσθαι, ἢ ἀπαντᾶς δὲ ἀπὸ αὐτοῦ μὴ ὑποδέχεσθαι πόλεως ἢ χρόνῳ τῶν παλατίων, μετὰ ἐπιβαίνειν αὐτῆς, ἀλλὰ

NE [19] liceat advocatis fisci dicere sibi esse relatum detinere quemquam bona ad fiscum pertinentia, & propter hanc occultam accusationem insidias aliis agere: sed delator adsit, ejusque qualitas consideretur.

§. 1. Et neque [20] filius patrem, vel matrem, aut libertus patronum de rebus fiscalibus deferat, neque exilium passus, aut calumniæ causa damnatus, aut fustibus à magistratu cæsus, aut alius à jure prohibitus audiatur.

§. 2. Servus [21] autem sive in fiscali, sive in alia qualibet dominum accusaverit, ejus vox in ipsa accusationis oratione opprimatur, etiamsi vera contra dominum detulerit.

§. 3. Schola vero Palatinorum, quæ est, potest & cogitur delationes facere, aut is cui à jure permittitur, si quenquam deferat, patronus fisci delatoris meminerit.

§. 4. Atque si est in urbe regia is, qui delatus est, decreto Comitis rerum privatarum conveniatur, neque amplius quatuor nummis toti Palatinorum scholæ, & pro tempore Primicerio, atque fisci advocatis pro citatione aut pro comparitione procuratoris exsolvat. Sed in singulis cognitionibus constitutas expensas in jam dicto judicio præbeat, tam pro ipsa cognitione, quam pro actorum conscriptione. Quod si innocens sit, absolvatur à petitione: si vero obnoxius esse videatur, non ea solum, quæ habeat, aut debitum, quod debeat, exsolvat, sed etiam sumptus, quos fiscum fecisse contigerit, in duplum auctos restituat, ex quo temere litem suscepit.

§. 5. Si vero solum bona deferantur, ut ad sacrum ærarium pertinentia, & ignoretur eorum possessor, sint tamen ea intra regiam urbem, aut in suburbanis, si quidem immobilia fuerint, non eis titulos schola Palatinorum imponat, neve ea occupet, sed comes rerum privatarum Augusti dicta

§. 6. Sciat vero is, qui convenitur, se, si succubuerit, non solum sumptus in eo judicio factos soluturum, sed & illa, quæ apud ipsum reperiantur, restituturum, & eorum adjecturum æstimationem.

§. 7. Hæc cum generaliter de rebus fiscalibus constitutio statuisset, propriam deinceps sanctionem de publicatis ob crimen læsæ majestatis [25] decernit, ut de eo crimine renuncians nullo pacto delator appelletur, sed recte fuscipiatur: & si quidem hi nunciatores calumniati fuerint, ut cæteri delatores puniantur: si vero vicerint in delatione, non solum pœna careant, sed etiam octavam [26] partem bonorum delatorum accipiant.

§. 8. Delati autem, si res ab eis possessa, vel eorum facultates minores quinquaginta auri libris æstimabuntur, ejus quantitatis, quæcunque fuerit, fidejussores dabunt: si vero excedens eam summam usque ad quinquaginta easdem libras nihilominus dabunt fidejussores, pro reliqua autem quantitate jurabunt, addentes in eadem cautione juratoria se adfuturos in judicio sacrarum privatarum Augusti, aut per seipsos, aut procuratores, neque id tribunal desertos. Si vero post id jusjurandum deferant, ter vocantur denis [27] diebus inter singulas vocationes interpositis: fient quoque tria proclamata contra eos: & si ne tunc quidem venient, aut ipsi aut eorum procuratores, vel defensores, possessionem bonorum sacer fiscus apprehendat, absentibus reservata eorum defensione.

§. 9. Quod si bona delata in provincia sint, & Præses provinciæ sive sponte sua, sive ex jussione Comitis rerum privatarum Augusti de causa cognoscat, nihil cum tumultu, aut per vim fiat, sed expensæ solvendæ ejus judicii tertiam partem earum, quæ in regia urbe solvuntur, non excedant.

§. 10. Unusquisque autem deferens sive Comiti rerum divinarum privatarum Augusti, sive scholæ Palatinorum, sive clarissi-

εἰς τοὺς ἐπαρχίας, ἢ πολιτικῶν ἔργων, ἢ στρατιωτῶν χρημάτων, ἢ λιμενικῶν ἢ τῶν ἄλλων δημοσίων ὀλκῶν τῶν πάλαι διατεταγμένων, ἢ εἰς τειχισμοὺς, ἢ εἰς ἐδαφισμὸν, ἢ χαράκων κατασκευὴν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν λιμενικῶν χρημάτων, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν εἰς πολιτικὴν ζήτησιν ἀναφερομένων χρείας βασιλικὰς τύπτειν.

†. Αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς οὔτε ἐκ δημοσίου χρείαν ἐπιτρέψῃ εἰς τειχισμὸν ἢ ἑτέραν πασῶν ἔργων κατασκευὴν, εἰ μὴ ὅσον παρ' ἑτέρων κατὰ τὰ παλαιὰ γράμματα πάλαι εἰς ἄπαξ, ἢ εἰ δίκαιος ἐστὶ, τὴν αὐτοῦ φιλοτιμίαν, πέμπειν τὸν λογοθέτην εἰς τὸ ἔργον ὀφείλοντα μερίσασθαι τὰς ἀκολούθους λογαριασμοὺς παντοδαπῶν, εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ κρίσει ἀναγκαῖον ἐφ' ὅτῳ χθονίῳ ὀφλὰς ἢ δυνάμενος ἴδιος χθονὸς παρ' αὐτοῦ τοῖς διδασκομένοις ἀμελεῖσθαι, ἢ μηκέτι δίκαιος ζήτησιν αὐτοῦ ὑποφέρειν, ἢ κληρονόμοις, αὐτοῦ ἢ ἀλλοδαποῖς.

†. Εἰ δὲ ὁ λογοθέτης πεμπόμενος ἐπίτηδες παύσει ἀμελουμένων τοὺς ὀφλὰς διδασκομένους τὰ χρήματα καὶ μὴ τὰ τῶν λόγων ὀφλήσας ἐκθεῖ αὐτῶν ἀμελουμένων τοῖς ὀφλὰς διδασκομένοις, ἔστω καὶ αὐτὴ κυρία ὡς μήτε ἴδιας ἀμελουμένας δοῦλαι τὸ λοιπὸν μηδεμίαν ἀσφάλειαν τῶν διδασκομένων, ἢ τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ ἢ ἀλλοδαποῖς. ἀλλ' ἀρκοῦσαι τῇ δὲ λογοθέτῃ ἀσφαλείᾳ.

†. Ἐπιχειρεῖται δὲ καὶ διαπέμπειν διδόναι τοῖς λογοθέταις ἢ ἀλλήλοις ἐφ' ὅτε ἀζημίως αὐτῶν πομπὴ τῷ λογοθεσίῳ. ὁ δὲ αὐτὸς διαπεμπῶν ἢ εἰς ἔργα ἢ πόλεις, ἢ εἰς ἄλλα κοινοφελῆ χρείαν μηδενὶ ὑποκείσθω λογοθετῶν μηδὲ αὐτὸς μηδὲ κληρονόμοι μηδὲ ἀλλοδαποῖς αὐτοῦ μηδὲ ἐπὶ ζητήσει δημοσίων λογισμῶν οἷον ἐπὶ κεφαλῆς ἢ τῶν λογοθεσίων ἀγωγικῶν ὅτε παραπομπικῶν ἢ τῶν διαπεμπόντων εἰς τοὺς δημοσίους ὄντας ἢ σηκλάτους ἢ διαγωνιζομένων καὶ τῶν ἄλλων ἀ χθονὶ ὀνόματι κληθέντι Solemnia.

†. Μηδεὶς δὲ τῶν ἀρχόντων πεμπέτω λογοθέτην, ἀλλὰ ἀναφερέτω, εἰς βασιλέα ἐφ' ὅτε παρ' αὐτοῦ πεμπτὸς ἢ ἐπὶ τούτοις λογοθέτην, μηδὲ ἄλλως ἐκεῖσε ὁτιοῦν ὀφειλόντα κεφάλαιον, ἀλλὰ πάντι δημοσίῳ λόγῳ καὶ τοῖς ὑποπλάτοι φυλάττειν τὸ δίκαιον. Εἰ δὲ ἐν ὁρῶ ἐν τοῖς καὶ χρήματα δημόσια ὁ λογοθέτης ἀνάγκη αὐτοῦ καὶ εἰς τὸ ἴδιον ornamentum εἰσκομίσῃ, ἐξεῖναι αὐτῷ κατασκίσαι λίτραν ἓξ νομισμάτων ὑπὲρ ἰσχυρείας ἀναγκαίας. Εἰ δὲ παρὰ τὰ ἄνωθεν ἐπιτρέψειν ἢ ἐκθέσθαι ἢ ἀγόντων ἄχρεος ἐπὶ ὀλίγῳ λαθὼν αὐτὸς μὲ τὸ λαμβανόμενον λανθάνειν πεφροντικέναι ὀφείλων εἰσκομισθῆναι τοῖς δημοσίοις καὶ πᾶσης βασιλικῆς πειρᾶται ὡς τὸ δημόσιον ἀφελόμενος ἢ τοῖς συμβεβηκόσι ἀδίκοις. ὁ δὲ ἀναχόμενος παρεχέτω ὡς ἀφ' τῶν κομιζόμενος ὑποβάλλεται αὐτὸν εἶναι τοῖς δημοσίοις ἀπαιτηθεῖσι πάλιν τὰ ἐξεῖ ὄντα ὑπόμενα ζήτησιν ὀφείλοντα εἰσκομισθῆναι τῷ δημοσίῳ λόγῳ.

†. Καὶ ἐπὶ πάσῃ τῇ τῶν Solemnium ζητήσει ὁ βασιλεὺς μηνυθέντων τῶν ἀμελουμένων τοῖς λογοθετουμένοις, ἴδιαν ἀμελουμένων ὀλίγῳ τοῖς λογοθετουμένοις, μηκέτι δὲ ὕστερον διλαθόντων τοῖς λογοθέτοις ἐπιβάλλειν τοῖς λογοθετουμένοις πασῶν ἀμελουμένων ἐφ' ὅτε τοὺς τοιούτους λαμβάνοντας μηκέτι δίκαιος μέρει λογοθέτων, μήτε ἢ ὑπὲρ τῶν ἠνορθωμένων λαμβάνειν τι παντελῶς ὁ λογοθέτης, ἀλλ' ἐὰν ὅλως ἐπιχειρήσῃ τι λαβεῖν, ἀδεῶν ἐχέτω οἱ κλήτορες καὶ πολίται καὶ ἀπαιτεῖσθαι τὰ ἐκδικασθέντα αὐτῷ, καὶ δίκαιος ἐπιδίδωμι τοῦ κατ' ἐμοῦ βασιλέως ὧν πεμφθῶσι πρὸ τοῦ χρόνου τὰ ὀφειλόντα ποιεῖν, εἶναι ἐξεῖναι τὰ ἐπιτρέψαντα τὰ ἀπαιτήσαι.

pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum, vel eorum, quæ impenduntur in aquæductus, murorumve constructione, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum institutionem, sed neque pecuniarum ad lavacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad civilem rationem pertinentium.

†. At princeps, sive ex ratio pecunias miserit ad mœnium, vel alterius operis constructionem, sive ab alio relictas civitatibus pecunias invenerit, semel vel etiam sæpius cum is fecerit animo, mittat discussorem, qui opus admetiatur, & rationes putet exacte, & ad se referat: ut si recte sumptus facti sunt, iis, qui fecerunt sacra securitas conficiatur, qua freti nullam iis postea, vel heredes eorum, aut bonorum possessores quæstionem patiantur.

†. Valeat, & ab discussore post rationum discussionem emissa securitas, nec sacra apocha, nec alia qualibet cautione indigens.

†. Sumptus [1] autem discussoribus pollicetur Constitutio, ut sine damno ratiocinia tractent. Eos vero, qui de suo impendunt in opera civitatis, vel alias publicas necessitates, heredesque eorum, nullam vult discussionem sustinere, vel lucrorum, vel eorum, quæ dicuntur, ἀγωγικὰ [2] aut παραπομπικὰ, vel sumptuum, qui fiunt circa mulos fiscales, aut muliones, vel prosecutionum ratione, vel eorum, quæ generali nomine vocantur solemnia.

†. Cæterum præsidum nemo discussorem mittat, sed referat ad principem in hoc, ut ab eo mittatur, qui hæc discutiat, ac ne unum quidem obolum inde corradat, sed tam fisco, quam collatoribus jus suum conservet: & si inventas apud aliquos pecunias fiscales exegerit, & sacro ornamento [3] intulerit, licito jure sibi in singulas libras sex solidos pro solatio retineat. Quod si, vel obolum invitis, aut volentibus provincialibus acceperit, is quidem quod accepit reddat, quadruplum fisco inferens, & criminaliter coerceatur, quasi proditor fisci, collatorumque concussor. Qui autem dedit, quasi hoc ipso confessus se fisci rationibus obnoxium, rursus discutietur, & exigatur.

†. Discussione autem solennium facta, & ad principem perlata, discussis sacra securitas detur: dari etiam ea potest à discussoribus, ita ut utroque casu nullam illi postea discussionem patiantur. Neque vero ob securitatem à se expositam discussor quidquam accipere potest, vel si quid exigat, possessoribus, & municipibus cum propulsandi [4] jus est: referendi etiam ad principem, ut mittat aliquem, qui hoc genus concussionis coerceat.

†. Εἰ δέ τις ἄρχων μὴ τῷ παρόντι νόμῳ χρεὼν ἦσιν ἐσγραφὴν καθίστασι ἀπὸς αὐτὸν πεμπομένης δοκιμάζῃ λογοθέτην ἐπὶ οἷον δήποτε τῶν εἰρημένων, ἢν αὐτὸς μὲ ἄρχων εἶναι ζημίας λίτρας πεντήκοντα. ἢ ὁ πέμψας αὐτὸν, πλὴν τῷ Νόμῳ, μήτε ἀφαιρεῖσθαι ἀναγκαζέσθω ἐκ τοῦ τοῖς τοιούτοις ἀκολουθοῦντας, τῷ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων ἀπὸς τοὺς δημοσίους τῶν καλυμμένων ἀφαιρεῖσθαι καὶ ἐρεπίων, ἢ τὸ τοῖς μεσιτεύουσι τῶν πάλαι ὑπερημερούντων ὡς ὀφειλόντων ἀναγκαζόσθω, ἢ εἰς εἰκόνων ἐπὶ αὐτοῦ λόγων ὅλως ἐπιτρέπειν ἢ πολλῶν ζητήσεων πεποιθὼς πάσης ἀπὸς ἐκείνης. Εἰ δὲ τῷ πεμφθέντι, ἀνδρὶ ἐχθρὸς ἢ οἱ ἐν τοῖς πόλεσι τῶν τοῦ ἐκείνου ἐκβιάσασθαι ἀπειλοῦσ, τῷ μαθόντι δίκαιος ἐπιστεῖλαι τοῖς τοιούτοις τοῦ ἐξεῖναι ὑπὸ τῶν ἀρχόντων βασιλεῖ καὶ δι' αὐτὸν διδάσκειν τὰ γινόμενα ὡς ἂν ὁ βασιλικὸς ἀξιωματικὸς ἐπικαλεῖσθαι διορθωσαι, ἀφ' οὗ τὸ τῶν ἀποστελλόντος ἀρχόντων χθονὶ τι τοῦτο ὑπὸ χρόνου λίτρας ἀπομιᾶς καὶ μείζονα ἀποδιδόναι βασιλικῷ ἀγαπᾶσθαι. Τὰς δὲ πεποιθόσεις αὐτοῦ πλεῖς μὲ ἐξεῖναι τῶν πόλεων καὶ τῷ Νόμῳ ἐχούσις λιτρῶν, καὶ τῶν εἰκόνων πρωτείων ὑποκείσθω. μόνοι δὲ ἔξεισι τῷ βασιλεῖ καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐπιτρέπειν ἀνδρὶ κυβερνᾷ καὶ πεῖ ἀλλοῖς καὶ ἀπὸς ἀφίλειαν τῶν πόλεων τὰ τοιαῦτα ζητοῦλε, καὶ μηδὲ πωλελῶς ὑπὲρ αὐτῶν κομιζομένου.

†. Προστίθεμεν δὲ καὶ οἱ τῶν πόλεων πολίτας καὶ οἱ τῆς κλητόρων διανέληπται ἀπὸ μηδένα πολλεκτὸν τῶν ἢ δημόσιον ἢ ἀπὸς τὰ τοῖχα ἢ ἐν ποῖς δημοσίοις χρείᾳ ἢ λαμπρίσεις ἢ ὀκυδηλατῶν κειμένων ὑπάντων ἀλογως κινήσεσθ καὶ μὴ ἐκβιάσθω τῶν πολλῶν χρεὼν ἦσιν τινῶν. τὰ δὲ παρ' αὐτῶν μὴ ἀρθῆς ἐπιδιδόμενα ἀναμφισβητῶς καὶ ζημιῶν οἱ ἐξελησθέντες. ἀφ' ἑνὸς τινῶν ὁ αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἴδιῳ νομῷ ὑδάτων μὴ πλεονεκτεῖν τῶν ἴσων καὶ τῷ μὴ πλέον, τῷ ὁ ἔλασσον λαμβάνειν.

†. Ἐγχρῆ δὲ ὅσα μεγαλοπρεπεστάτῳ κόμητι τῶν ἴδιων ἰδίων καὶ βασιλέως καὶ τῶν ὑπορχημάτων αὐτοῦ πολλαλεῶν διορθωθῆναι πάντα, καὶ τῶν ἀφοσιωμένων καὶ τῷ τῶν ἐπιτρεπόντων ἀφοσίωσιν ἀφοσιωμένων εἰκόνων ἐχόντων λίτρας ἀφοσιωθῆναι, τῷ ὁ πέμψας αὐτὸν πέμπει καὶ Νόμῳ.

1 Discussor sumptus accipit ex publico, non à collatoribus.

2 Species illatæ à provincialibus, vel ad arcam P.P. transmittebantur, vel consumebantur in ipsâ provincia. Transmittebantur autem sumptibus provincialium, quæ ἀγωγικὰ, & παραπομπικὰ hic dicuntur. Pro his vero, quæ in ipsâ provincia consumebantur, exigebantur ἀναγωγικὰ, adde Novell. 128. c. 9.

3 Sacrum ornamentum hic nihil aliud, quam sacrum ærarium: quod Nicetas vestiarium quoque appellat.

4 Officialem injuste exequentem repellere jus est. dixi ad l. 5. §. 1. de extraordinariis.

†. Præses, qui post hanc legem non accepta ex scripto jussione principis, discussorem quacumque ex causa miserit, xx. librarum auri, & officium ejus xv. pœnæ subjiciatur, qui nec occasione repurgationis cloacarum, vel ædificiorum muris adjunctorum, vel ruinæ eorum: vel ob factas in publicis porticibus ἀφοδείας, ut vocantur, & areas, vel eorum, quæ in civitatis intercolumniis ædificata sunt, quasi destruenda sint, vel de imaginibus, aliisve à se excogitatis modis, aut civilibus quæstionibus ullas jussiones facere potest. Sed & si fecerit, licet [5] civibus executioni earum obsistere, minimeque eis satisfacere, præsidibus provinciarum hoc silentio transmittentibus, & omni civili, publicoque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis, qui voluerunt preces principi offerre, & gesta perdocere, ut principalis indiguationis correctio consequatur: præsidibus item talia jubentibus viginti libris auri multandis, majoremque principis commotionem expectantibus: officio autem obsecundante præter multam quindecim libr. auri in corpus castigando. Soli enim principi licet horum inspectionem [6] vito integro & fideliter atque ex usu civitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti mandare.

5 Officiali injuste exequenti licet resistere.

6 Discussori hic inspectionem tribuit de quo vide Cujac. hic.

†. Provideant autem patres civitatum possessorumque potiores, ne quis civilem, vel publicum ullum locum in muris, vel in publicis porticibus, vel obsequiis, vel aliubi injusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur quidquam ex publico sine sacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita, non recte rescindentur: & in damno versabuntur, qui acceperint. Iidem provideant, ne, qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, quid usurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat.

†. Hæc autem magnificus Comes rerum privatarum, & ei obsequentes Palatini perscrutati & defetre debent, impositasque pœnas exigere: vel si neglexerint, viginti libris auri multantur, officium vero xv.

TIT. XXXI.

DE [7] DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM, ET QUIS DECURIONES HABENTUR, ET QUIBUS MODIS A FORTUNA CURIÆ [9] LIBERENTUR.

An pater, & ejus heredes pro filio teneantur.

1. Impp. Valerian. & Gallien. AA. & Valeriano C. Cæsario.

Si cum te patet *decurionem esse* voluisset, & illo in rebus humanis agente honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam heredes ejus Reipubl. nam in hac parte vice fidejussoris pater accipitur: sed non ante, nisi [10] tuis [propriis [11]] rebus excussis. P. P. v. Kal. Decembr. Æmilio & Basso Conss. 260.

De ratione nominandorum magistratuum.

11. Exemplum sacrat. literarum Diocletianus & Maximianus AA.

Observare oportebit Magistratus, ut decurionibus solenniter in [12] curiam convocatis, *nominationem* ad certa munera faciant: decurionibus, ac

7 Decuriones publici consilii causa in colonias ac municipia constituebantur. l. 239. §. 5. ff. de verb. sign. Suæ curiæ quasi Senatores erant. l. 33. §. ult. Ex iis magistratus ipsi, id est Duumviri, Ædiles (in aliquibus municipiis Dictatores, Prætoresque) creabantur: nec aliis quam decurionibus illi honores demandabantur. l. 7. §. 2. ff. eod. Pecunias publicas tractabant, erogandas nona civitati uti superesset, providebant. Curatores frumenti, olei comparandi, vel operum publicorum, aut alterius negotiationis publicæ causa, Legatos, Syndicos & Tutores petendos constituebant: Tributa, census, & legata Reipublicæ exigebant: omnium denique quæ universa ad Rempublicam pertinebant, curam gerebant. l. 30. ff. de reg. jur. l. 2. 8. 17. §. 7. l. ult. §. 2. ff. ad municip. l. 5. ff. de administr. tutor. Procuratores, conductores, aut earum fidejussores esse non poterant. l. 30. ff. de locato. militia eis erat interdicta, l. 55. §. ult. eod. Tot muneribus obnoxii decuriones cum essent non mirum quod plerique fugitivi quasi loco, Decurionatui addicerentur, de quo dixi ad l. 18. §. ult. eod. Pro his tamen oneribus, magnis vicissim privilegiis honorati, ut neque fustibus, l. 5. ex quibus causis infamia. neque quæstioni subjicerentur. l. 28. ff. de quæstionibus. non in metallum, vel opus metalli damnari: non fureis affigi, ad bestias, aut in opus publicum dari, vel vivi exuri, poterant: (adeo ut si pœnæ superiores indictæ essent, à principe liberarentur. l. 9. §. 11. l. 28. §. 3. ff. de pœnis. l. 3. §. ff. de veteranis. l. 3. §. ult. de pœnis.) Denique non capite puniri. l. 15. ff. de pœnis. Sed si quid capitale admittebant, in carcerem tantum conjiciebantur ac vinciebantur, interea dum Princeps causa cognita de crimine cognoscebat. l. 6. §. 7. ff. de interdict. l. 27. in fin. ff. de pœn. l. 1. in fin. ff. quando appellandum. Idem honos (quod magis est) parentibus & liberis eorum tribuebatur, ut ex legibus superius propositis manifestare patet. Ab extraordinariis etiam muneribus immunes. l. 21. ff. eod. Ac ne curiæ inopia civium deserereutur, à Theodosio primum constitutum, deinde ab ejus successoribus confirmatum, ut naturales filii Curiæ oblati legitimi fierent, successoque heredum jura sanciarentur. l. 3. l. 4. ff. de naturalib. liberis. §. 2. Inst. de hered. ab intest.

8 ff. l. 50. tit. 2. Novell. 38. Eel. lib. 54. tit. 2. Novell. Leon. 46. Decuriones subtati, proinde hic titulus in Basilicis deest. 9 Al. curiali. 10 l. 27. §. 2. ff. ad municipalem. 11 Al. dos. 12 Al.

ciant: eamque statim in notitiam ejus, qui fuerit nominatus per officialem publicum perferri [2] curent: habituro appellandi [3], si voluerit, atque agendi [4] facultatem apud [5] Præsidem causam suam jure consueto: quem si constiterit nominati minime debuisse, sumptum [6] litis eidem à nominatore restitui oportebit. Sine die & consule.

De statu.

III. Iidem AA. & CC. Julio.

CUm decurionatus honorem [7] sponte susceperis ab albo [8] eximi, [licet] annosam te esse dicas, non potes. P. P. Id. Novemb. DIOCLET. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De filiis adoptivis.

IV. Iidem AA. & CC. Cassiano S. P.

CUm adoptivum [9] filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit: pro atrocibus injuriis eum quem ad [10] vicem [11] naturalis [12] pignoris tibi adscribebas, à Præside provinciæ illicitis corporis cruciatibus adfici non oportuit [13]: hooque congruenti pœna coërcebitur. P. P. [14] II. Kal. Decembr. DIOCLET. A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De filiis familiar.

V. Iidem AA. Alexandro.

FIlios [15] in potestate patris positos, ad munera seu honores non posse evocari [16] falso tibi persuasum est. Sane si [17] ad nominationem [18] filii consensum non accommodaveris ob administrationem ipsius minime conveniri poteris. P. P. VI. Id. * MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De expertibus litterarum.

VI. Iidem AA. & CC. Leontio.

EXpertes [19] litterarum decurionis munera peragere non prohibent jura [20]. Dat. VIII. Kal. Maji, AA. CONSS.

De fratribus habentibus bona indivisa.

VII. Iidem AA. & CC. Diogeniano.

LIcet indivisa [21] bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine civilibus tenentur muneribus. P. P. IV. Id. Maji [22], Ipsis AA. CONSS.

De infamia. De ornatu amissis.

VIII. Iidem AA. & CC. Platoniano.

INfamia [23], quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum [24] casus, quæsitum tibi adimit honorem. Dat. XVI. Kal. Febr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De his, qui filios habent, vel non.

IX. Iidem AA. Aurelio.

IN albo decurionum præscriptis [25], patrem non [26] habenti filios anteferri constat.

De statu.

X. Iidem. AA. & CC. Aurelio.

SI ultra septuagesimum [27] ætatis annum patrem tuum esse Præses provinciæ perspexerit: eum personalium munerum vacatione perfrui providebit.

Ne uxor pro marito conveniatur.

XI. Iidem AA. & CC. ad Maximinum.

UXorem [28] pro marito decurione conveniri non posse, proculdubio [29] est.

De infamia.

XII. Iidem AA. & CC. Zotico.

NEc infames [30] immunitatem habere, cum [31] hæc privilegii, non notæ sit, convenit. Dat. V. Kal. Febr. AA. CONSS.

De sententia Præsidis, de ætate, de podagra.

XIII. Iidem AA. & CC. Proculo.

A [32] Muneribus decurionatus nec [33] sententia Præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta [34], nec podagræ [35] valetudo præstat excusationem.

Quis vacationem tribuere possit.

XIV. Imp. CONSTANTINUS A. ad Euagrium.

NEmo [36] judex [37] aliquem suo arbitrio de curia liberet: nam si quis fuerit hujusmodi [38] infortunio depravatus, ut debeat sublevari, de ejus nomine ad nostram scientiam referri [39] oportet: ut certo temporis spatio civilium munerum ei vacatio porrigatur. P. P. Id. Martii. CONSTANTINO A. III. & LICINIO III. CONSS. 313.

De Tabellionatu.

XV. Idem A. Mechilio Hilariano correctori Lucaniæ & Britioram.

UNiversos [40] decuriones volumus à Tabellionum [41] officiis [42] temperare. Dat. III. Kal. Febr. SABINO & RUFFINO CONSS. 316.

De discessu.

XVI. Idem A. ad Hilarianum Proconsl. Africæ [43].

SI quis decurio, vel propriæ rei causa, vel Reipublicæ cogatur nostrum adire comitatum: is non [44] ante discedat, quam insinuato Judici [45] desiderio proficiscendi licentiam [46] consecutus. Quod si pro sua audacia parvi aliquis hanc fecerit jussionem, indignationem [47] competentem fortiatur. P. P. VII. Id. Jul. *Carthag.* CRISPO III. & CONSTANTINO [48] III. CONSS. 324.

De militia.

XVII. Idem A. ad Euagrium P. P. [49]

QUi derelicta curia militaverit [50], revocetur ad curiam. Datum XVI. Kal. Jun. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

Si ad magistratum nominatus latuit.

XVIII. Idem A [51].

SI ad magistratum [52] nominati aufugerint, requirantur: & si pertinaci [cos 52] animo latere patuerit [53], his ipsorum bona permittantur, qui præsenti tempore in locum eorum ad Duumviratus [54] munera vocabuntur: ita ut si postea reperti fuerint, biennio integro oneta Duumviratus cogantur agnoscere: Omnes enim qui obsequia publicorum munerum tentaverint declinare, simili conditione teneri oportet. Dat. III. Kalend. Octobr. *Serdicæ*, CONSTANTINO A. [55] IX. & CONSTANTIO IV. CONSS. 326.

De rescriptis.

XIX. Idem A. ad Lucretium Patrenum [56].

VAcuatis [57] rescriptis, per quæ munerum civilium nonnullis est vacatio præstita [58], omnes civilibus necessitatibus aggregentur: ita ut nec consensu civium vel curiæ præstita cuiquam immunitas valeat [59], sed omnes ad munerum societatem conveniantur. Dat. VIII. Kal. Novembr. *Heraclæ*, CONSTANTINO A. [60] III. & CONSTANTIO IV. CONSS. 326.

De magistratuum desertoribus.

XX. Impp. CONSTANTIUS & CONSTANS AA. Ordini civitatis Ædesenæ [61].

CIrcensium [62] magistratus desertores ad eam Gravitas tua faciat necessitatem conditionis urgeri, ut qualscunque pro his expensas civitas prærogaverit, refundere protinus ac repræsentare cogantur. Dat. XIV. Kalend. Februar. *Naissi*, ACINDINO & PROCULO CONSS. 340.

De immunitate.

XXI. Idem A. Nemesiano Com. [63] largitionum.

CUriales omnium civitatum nullam [64] pro re privata nostra debent inquietudinem sustinere: nec hujusmodi oneribus velut extraordinariis occupari: quoniam satis est, si civitatum munera per eos congrue compleantur [65]. Dat. Prid. Id. Aug. *Bessa*, ACINDYNO & PROCULO CONSS. 340.

Qui sequuntur matrem.

XXII. Imp. JULIANUS A. Juliano Comiti Orientis [66].

EOs indulserunt veteres Principes ex [67] materno genere curialibus Antiochenis [68] adscribi, quos patris conditio [69] nullius vindicaret juri civitatis. Dat. V. Kal. Septemb. *Antiochiæ*, MAMERTINO & NEVITTA CONSS. 362.

De debitis aliorum.

XXIII. Idem A. Juliano Comiti Orientis [70].

PRovidendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne [71] præteritis debitis susceptorum onerentur: sed conventis propter hæc debita [his] qui ea præcedentibus delegationibus [72] contraxerunt, nullam eos molestiam pro sarcina nominationis alienæ sustinere patiaris. P. P. *Byrrhio*, Kal. Novembr. MAMERTINO & NEVITTA CONSS. 362.

De duodecim liberis.

XXIV. Idem A. Leontio Consulari Palestinæ [73].

SI quis decurio pater sit duodecim [74] liberorum, honorarissima [75] [munerum [76]] quiete donetur. Dat. Kalend. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

An curiali ultra terminos suæ civitatis exhibere sui præsentiam debeat.

XXV. Impp. VALENS, & VALENT. AA. ad Byzacenos [77].

CUriales [78] ultra [79] terminos provinciæ civitatis non jubeantur à moderatoribus provinciarum exhibere sui præsentiam, nisi publica necessitas exegerit. Dat. prid. Id. Septembr. *Aquisdivo* JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

De pretextu religionis.

XXVI. Iidem AA. ad Modestum P. P.

QUidam ignavi [80] sectatores, desertis civitatum muneribus captant solitudines, ac secreta [81], & [sub] specie religionis cum coetibus monazontes [82] congregantur. Hos igitur atque in hujusmodi deprehensos erui latebris consulta præceptione mandamus: atque ad municipia patriarum [83] subcunda revocari, & pro tenore nostræ sanctionis familiarium rerum cerere illecebris: quas per eos censuimus vindicandas, qui publicatum essent subituri munera functionum. P. P. *Byrrho*, Kal. Januar. VALENTINIANO & VALENT. AA. CONSS. 365.

De militia paterna, vel avita.

XXVII. Iidem AA. Mauris Sitifensibus.

PRivilegio [84] militiæ [85] paternæ se [86] non vindicet, quem assuetus [87] curiæ nexus astringit. Quod si militari avo, & patre decurione nascetur, paternæ erit succedaneus functionis [88]. Dat. IX. Kal. Mart. [89] *Trevor.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

De monachis.

XXVIII. Iidem AA. & GRATIA. ad Volusianum P. U. [90]

NUllus qualibet prærogativa fultus, à debitis [91] muneribus habeatur immunis. Dat. IV. Kal. Jul. *Mediolan.* VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 368.

Utrum gibus notatur, adde l. 32. §. penult. T. de episc. & clericis. adde *Amm.* 1. *Polit.* 4. De operis monachorum Hieronymus ad Rusticum monachum, c. nunquam 33. *de conversatione. Distinct.* 3. *Gratian.* 133. c. 6. ubi adversus ignavos, adde *Cyr. Leon.* 20 82 E secretis fuit ignavior fectatores ad suam curiam, *ut hic* (ut metallarii ad sua metalla) revocantur. *l. ult. T. de metallariis.* Eorum autem, qui in secretis ita vivant, præfecti, archimandritæ, *de quib. T. de religios.* 83 Id est, solitariorum monachorum. hoc autem constituit Valens Arrianus Basilio Magno monachorum multorum principi ac patri infesto, *ut testatur Gregorius Nazianzenus*, & tamen hæc lex probat à Justiniano: ut & SC. factum Neronis Imperatoris tempore, *l. 1. T. ad Treb.* 84 Patriam deserens impius. *l. pen. T. de relig. vend.* Goth. Vid. Alciat. *lib.* 3. *Disputat. cap.* 21. & Francisc. Amajam *hic.* Aug. 85 *Ex eod. tit. l.* 64. *C. Th.* 86 Avo decurione, patre milite natus xvii patre decurione, avo milite, patris conditionem sequitur. Militiæ præfertur ita curia. adde *l.* 35. *in fin. T. eod.* 87 *Habitus, in veter. lib. quod idem est, mores, avitus, ut legitur in C. Th.* 88 *Functus, in C. Th.* 89 Al. *Maji.* 90 *C. Th. ind. l.* 67. ex qua aliquid huc detractum. 91 Decurio dignitatem, aut militiam adsecutus, immunis à muneribus esse potest. adde *l.* 19. *T. ind.*

46 *Deportationem, in C. Theod.* 47 Al. *Cæs.* 48 *C. Theod. ind. l.* 13. *in fin.* 49 Decurio, miles, relicta curia esse non potest. *l.* 51. *l.* 55. *de privil. T. eod.* 50 *C. Theod. ind. l.* 16. 51 Duumviratum fcil. 52 Al. *decst.* 53 *Patrocinia, in Cod. Theod. & quibusd. lib.* 54 Duumviri sunt magistratus municipales annui. Duumviralitii, qui duumviratu abierunt. *Augustin. de cura pro mortuis habenda.* 55 *Al.* VII. 56 *C. Theod. ind. l.* 17. 57 *l.* 28. *l.* 37. *l.* 43. *in fin. l. ult. in fin. T. eod.* 58 Prædiatura. 59 *Ex eod. tenet. l.* 29. 60 *Al.* VII. 61 *Sic Cujac. restituit*, al. *autem legunt*, Constantinæ. 62 *Al.* Cyrenensium, verum intelligit ludos Circenses, ut satis lex ipsa indicat. Jubet autem Duumviros non edentes ludos Circenses, Reipublicæ protinus reddere compellis eo, quæ in rem Reipublicæ prærogaverit, *ut hic.* Idem est in Prætoribus. *l.* 6. *C. Theod. eod.* 63 *C. Theod. ind. l.* 30. 64 *l.* 14. *T. de susceptoribus. l.* 2. *T. de Silentiario, l.* 17. §. 7. *l.* 18. *ff. ad municip.* 65 *Congrue compellantur, in C. Th.* 66 *C. Theod. ind. l.* 31. 67 *Qui, in C. Th.* 68 *Lex. in prima. T. eod.* 69 *Dignetur, in C. Theod.* 70 *Cod. Theod. ind. l.* 34. *nominis Zosimus lib.* 5. 71 Decurio novus non tenetur solvere ea alienum sotecessoris sui, quem non nominavit. 72 Susceptor nemo creatur sine delegatione. 73 *C. Theod. ind. l.* 35. 74 *In C. Theod. & ant. excusp.* XIII. unde Cujac. legendum existimat XVI. duobus II. mutatis in V. 75 Al. *honorissima. & ita in l. semper* 5. *ff. de jure immunitatis*, ὃ ἐστιν Ἴσον τῷ μάλιστα τιμιώτατον ἀπολελυμένος. 76 Deest *in Cod. Theod. & quibusd. manuscr.* 77 *In C. Th. l.* 60. *eod.* 78 Vid. *ipsum C. Th. & Alciat lib.* 13. *Disputt. cap.* 11. 79 Curialis extra civitatem petrahi non potest, nisi publica necessitas aliud exigat. adde *Novell.* 45. *in fin. princ.* 80 *C. Theod. ind. l.* 63. pertinet autem hæc lex ad monachos Ægypti, quibus Valens pertinaciter infensus fuit, ut ex ipsa Cod. Theod. constat. 81 Ignavi, eorumque sectis lenonis Hieronymus ad Rusticum monachum, c. nunquam 33. *de conversatione. Distinct.* 3. *Gratian.* 133. c. 6. ubi adversus ignavos, adde *Cyr. Leon.* 20 82 E secretis fuit ignavior fectatores ad suam curiam, *ut hic* (ut metallarii ad sua metalla) revocantur. *l. ult. T. de metallariis.* Eorum autem, qui in secretis ita vivant, præfecti, archimandritæ, *de quib. T. de religios.* 83 Id est, solitariorum monachorum. hoc autem constituit Valens Arrianus Basilio Magno monachorum multorum principi ac patri infesto, *ut testatur Gregorius Nazianzenus*, & tamen hæc lex probat à Justiniano: ut & SC. factum Neronis Imperatoris tempore, *l.* 1. *T. ad Treb.* 84 Patriam deserens impius. *l. pen. T. de relig. vend.* Goth. Vid. Alciat. *lib.* 3. *Disputt. cap.* 21. & Francisc. Amajam *hic.* Aug. 85 *Ex eod. tit. l.* 64. *C. Th.* 86 Avo decurione, patre milite natus xvi patre decurione, avo milite, patris conditionem sequitur. Militiæ præfertur ita curia. adde *l.* 35. *in fin. T. eod.* 87 *Habitus, in veter. lib. quod idem est, mores, avitus, ut legitur in C. Th.* 88 *Functus, in C. Th.* 89 Al. *Maji.* 90 *C. Th. ind. l.* 67. ex qua aliquid huc detractum. 91 Decurio dignitatem, aut militiam adsecutus, immunis à muneribus esse potest. adde *l.* 19. *T. ind.*

1 Id est, perferre. *al. proferre.* 2 Vid. *l.* 1. §. 3. *T. quando appellandum. l.* 1. *pr. ff. de vocat. muner.* 3 Peragendi. 4 Vide Specimen *reg.* 87. *l.* 54. *T. ad. d.* §. 3. *Limic. in fin.* §. *ult. ff. pubi. mun. l.* 37. *in pr. ff. ad munic.* 5 Vid. *l. unic. T. de sumptum remitt.* 6 *l.* 2. *in fin. ff. eod.* 7 Album quid, *vid. ff. de albo scribendo.* 8 Adoptivus dignitate adoptantis fruitur. 9 Adoptivus filius ad vicem naturalis pignoris adscriptus, seu adoptatus. 10 Invicem. 11 Pignora naturalia vocat filios naturales, sunt enim *insopor filii*, Theophylact. Simocatt. *in epist. Theophil. Inst. de satisfd. patronor. in princ.* Senec. pignora pacis. 12 *l.* 5. *T. ex quib. caus. infam. irrogatur.* 13 *Al.* XI. 14 Decuriones evari enim filiifamilias possunt. 15 Devocari, *al. revocari.* 16 Pro filio decurione pater non tenetur nisi in ejus decurionatum consentiat. *l.* 3. *ne filius pro patre. l.* 3. §. *quod pater* 5. *l.* 17. §. 1. *ff. de muneribus. l.* 4. *T. de filiofamil.* 17 Denominationem. 18 Litterarum expertes & imperiti decuriones creari possunt. 19 Nostra jura. 20 Communio bonorum, nemini obligationi alienæ astringit. *adde l.* 3. *T. de muneribus. & honoribus non continuand.* 21 Al. *Vacantia.* 22 Infamia removetur à decurionatu. 23 Cæcus excitus ipse decurionatum non adpetendo, aut liberos non habenti præferendo, *ut hic. l.* 6. §. 5. *T. eod.* Præsumitur enim liberos habere de republica magis sollicitos quam se, qui non habet. Vid. Alciat. *l. pr. ff.* 35. *ad quadam l.* Julianum apud Gellium, *lib.* 2. 24 Al. *profectibus. al. defectibus.* Cuj. 25 Vid. *l. ult. T. qui exim. l.* 3. *l.* 5. §. 7. *T. de jure immunit.* 26 Uxor pro marito decurione convenire non potest. *adde l.* 2. *T. ne uxor pro marito.* 27 Non est. 28 Non est. 29 Infamis immunitatem munerum habere non potest. *adde l.* 2. *T. ind. l.* 49. *T. eod. l. unic. T. de infamib. l.* 3. §. *fi in metallum* 2. *ff. de minorib. Nov. tit.* 47. 30 Privilegio frui non meretur, qui pœnam meretur. *l. Judæos* 11. *ubi Gloss. T. de Judæi, l. qui sine* 38. *ff. de negotiis, v. privilegium, l.* 4. §. 2. *c. mar. c. ut privilegia, de privilegiis.* 31 Al. *De.* 32 A decurionatu non liberat Prædiis sententia. adde *l.* 14. *T. eod.* 33 *Sic legit Eustathius* περὶ γερουσίας. *Cujacius* tamen mallet, *l. ult.* 34 Podagra non liberat à decurionatu. adde *l. Podagra* 3. *T. qui morbo se excusent.* 35 *Cod. Theod. lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 1. Sed hæc lex multum eft immutata. 36 Adde *l.* 13. *T. eod.* adde *l. unic. T. de his qui à principe vocant.* 37 Al. *hujus decurio eft, ut hic*, adde *l.* 21. *T. de fabris.* Cur ita jus eft? An quod scribæ munus vile? ita post Amurfium, Bartolum & alios notat Tiraquellus *cap.* 30. *de Nobilitate. Livium* 9. *C. Flaminio Cos. filius scribæ, patre librorio, humili fortuna orto. Facit quod scribæ merces pro opera non pro industria datur*, licet Alciatus contra sentiat, *in l. mercis appellatio* 66. *ff. de verb. sign.* Sed & libem servi publici appellantur, *l. non aliter* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *ff. cum pupilli fabrum fors. Theophil. Inst. de adopt. Quid*, quod Cicero 5. *Verrina*, Scribæ tabellarium præconum & viatorum præferat: quasi dignum majori mercede? Quæ omnia ad minutos & minorum judicum scribas referre possis: nec enim magni Senatus, vel Principis scribas, viles possis dicere, vel ignobiles, qualem dixeris Eumenem Alexandri, *Plutarchus in Eumene*, Porsenæ scribam, *Livius* 2. Æschinem Atheniensium Litterarum *in argumento orationis* περὶ παραπρεσβείας, quales denique scribæ illi quos munus honorificentissimum fuisse apud Græcos refert Æmilius Probus. His adde Guidonem Papæ *quæst.* 50. Adde Novellam Leonis περὶ κτητορικῶν συμβολαίων Procemium, ubi de creatione Tabellionum. 41 Tabelliones tamen qui sunt publici contractuum scripturas ad decurionatum vocari possunt. *l. si quis decurio.* 21. *T. ad. leg. Cornel. de falsis.* 42 *Cod. Theod. ind. l.* 9. 43 Decurio rei propriæ vel publicæ causa, Comitatum seu aulam principis adire non potest antequam judici desiderium proficiscendi insinuaverit, & missionem impetraverit. 44 Id est, Ea *honoretur*, adde *l. pen. T. de legationib.*

Utrum filius patris, vel matris conditionem sequatur.

XXIX. Iidem AA. Germano P.P. Galliarum.

NAti ex inquilinarum [1] noſtræ domus matrimonio & patre decurione, non patrum ſuorum, verum [2] mattum conditionem ſequantur. Dat. III. Id. Octob. VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 368.

De actionibus publicis.

XXX. Iidem AA. ad Modeſtum P.P.

PRocuratores [3] reipublicæ actionibus publicis debere uti non venit in dubium.

De curialibus in publicum protrahendis.

Poteſt quis extrahi de domo ut acceptet officium, & occultatur punitur. Bart.

XXXI. Imppp. VALENT. VALENS, & GRATIANUS AAA. ad Modeſtum P.P.

EX omnibus domibus [5] producti, qui origine ſunt curiales [6], ad ſubeundam publicorum munerum functionem protrahantur [7]: quippe cum occultatoribus [8] talium, præter jacturam exiſtimationis, etiam rerum diſcrimen incumbat, ſi ulterius progreſſi, utilitatem publicam privatis cuſtodiis [9], & patrociniis poſtponant. Dat. III. Id. Jul. *Anicyra*, GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

De fabricenſibus.

XXXII. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Neotherium P.P. [10]

FAbricenſes [11] ordinibus [12] reſtituantur, qui originem curialem & propria [13] munera declinaverint civitatis: reliqui ne [14] levi quidem inquietudine pulſentur. Dat. XVI. Kal. April. *Theſſal.* GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De tormentis.

XXXIII. Iidem AAA. Eutropio P.P. [15].

OMnes Judices provinciarumque Rectores à conſuetudine temeritatis uſucapionis abſtineant, ſciantque neminem omnino principalium [16] aut [17] decurionum ſub qualibet culpæ aut erroris [18] offenſa cruciatibus [19] eſſe ſubdendum. Quod ſi quis forte Judicum in hanc pertinaciam illiciti furoris eruperit, quod audeat principalem aut decurionem, & ſuæ curiæ (ſi fic dici oportet) Senatorem [20], tormentis [21] ſubdere, viginti librarum auri illatione multatus, & perpetua infamia inuſtus, ne [22] ſpeciali quidem reſcripto notam eluere [23] mereatur: & officium quinquaginta librarum auri multam fiſco noſtro cogatur inferre: quoniam ut pertinaciæ judicis [ſui [24]] reſiſtat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. Dat. XII. Kal. Auguſt. *Heraclea*, EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratione.

XXXIV. Iidem AAA. Floro P.P. [25].

SI quis procurationem [26] facultatum ſuarum curiali crediderit eſſe mandandam, totius dignitatis exceptione depulſa, graviſſima pœna plectetur: ille vero qui immemor libertatis & generis, infamiſſimam ſuſcipiendis vilitatem [27], exiſtimationem ſuam ſervili obſecundatione damnaverit, tradatur exilio. Dat. X. Kalend. Novembr. *Conſtantinop.* ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

De filiis decurionum.

XXXV. Iidem AAA. Poſthumiano P.P. [28]

IN filiis decurionum retinendis priorum [29] præceptorum decreta ſublimitas tua cuſtodiat: eoſque [30] qui advocationis [31] obtentu [32] curialia onera declinant, agere univerſa [33] compellat: quæ etſi neceſſitas non exigit, tamen patria non remittit: ipſos quinetiam filios magiſtrorum [34] qui ex curiali ſtirpe deſcendunt, ſimili modo obnoxios eſſe decernat. Dat. VIII. Id. April. *Conſtantinop.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

Utrum filii patris an matris conditionem ſequantur.

XXXVI. Iidem AAA. ad Baſilium, Com. S.L. [35]

EXemplo [36] Senatorii ordinis, patris [37] originem unuſquiſque [38] ſequatur: nec valeant ſpecialiter [39] delata reſcripta, ſi quis ſe, matris origine defenſa [40], à majore curia ad minorem transferri fortaſſe promeruerit: neque ulla pro more [41] provinciæ referri [42] ſinatur exceptio. Dat. XVI. Kal. Jul. *Romæ*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De reſcriptis.

XXXVII. Iidem AAA. Poſthumiano 2. P.P. [43]

QUotieſcunque ſe ex reſcriptis [44] noſtris aliquid impetraſſe contendunt hi quos obnoxios curiæ, vel [45] origo fecerit, vel latum inter partes judicium deſignaverit: nullam prorſus ſpem curiam declinandi ex colore ſacræ juſſionis accipiant. Dat. XIV. Kal. Auguſt. *Conſtantinop.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De pœnis.

XXXVIII. Iidem AAA. ad Cynegium P.P. [46].

NE quis officialium [47] pœnæ [48] ſpecie atque æſtimatione curiæ dedatur [49]: niſi ſi quis forte curiam defugiens, ob hoc cœpetit militare [50]: ne [51] ingenitis [52] fungatur officiis. Omnes itaque omnino Judices [53] tuæ cenſuræ ſubditos admonebis, ne quis [eorum [54]] exiſtimet curiæ loco [55] ſupplicii quenquam deputandum: cum utique [56] unumquemque criminoſum [57] non dignitas debeat, ſed pœna comitari. Dat. VIII. Id. Novembr. *Conſtantinop.* RICOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

De privilegio domus Principis.

XXXIX. Iidem AAA. ad Eufignium P.P. [58]

CUriales qui ſeſe privilegio [59] domus noſtræ defendi poſſe crediderint, ad curiam retrahantur, & [60] propriis functionibus mancipentur, & publica damna ſarciant. Dat. VIII. Kal. Januar. HONOR. N.P.B. & EUDOXIO CONSS. 386.

De delictis.

XL. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCADIUS AAA. Cynegio P.P. [61]

QUilibet principalium [62] vel decurionum, [ſi [63]] vel dector [64] pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adſcriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inventus: juxta priſtinam conſuetudinem non ſolum à vobis, quibus [65] propter loci dignitatem rerum ſumma [66] commiſſa eſt, verum & à judicibus [67] ordinariis plumbatarum [68] ictibus ſubjiciatur [69]. Dat. die Kal. April. *Conſtantinop.* VALENTIN. A. IV. & EUTROPIO CONSS. 387.

De conditione non mutanda, & curia non relinquenda. De ſenectute.

XLI. Iidem AAA. Cynegio P.P. [70]

DEcurio fortunam, quam naſcendo meruit, ſuffragiis atque ambitione non mutet: & ſi vacare per ſenectutem [71] potuerit propter ordinationem, quæ per plurimos cito [72] definiri ſolet, curiam non derelinquat. Dat. prid. Non. Jul. *Conſtantinop.* VALENTINIAN. A. IV. & EUTROPIO CONSS. 387.

De viris militibus.

XLII. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Abundantio Com. & Magiſtro utriuſque militiæ [73].

MIlitaribus [74] viris nihil ſit commune cum curiis nihilque [75] ſibi licitum ſciant, quod ſuæ non ſubjectum eſt poteſtati: nullum injuria, nullum verbere, nullum gravi pulſatione Tribunus, Duxve [76] ille, aut Comes ſit, curialem principalemve contingat. Si quis poſthac temerario, & inconſiderato auſu ullum ex principalibus viris uſurpata attrectaverit injuria: ſciat ſe decem libris auri eſſe multandum. Dat. prid. Kal. Auguſt. *Conſtantinop.* ARCADIO A. I. & RUFINO CONSS. 392.

De officiorum privilegiis, actuum præjudiciis, reſcriptis & adnotationibus.

XLIII. Iidem AAA. Rufino P.P. 77

OMnes, qui curiali obſtricti ſanguine diverſis ſe officiorum [78] privilegiis & actuum [79] præjudiciis aggregarunt, reddendos muniis [80] eſſe non ambiges. Sed nec reſcripta, aut adnotationes ad munerum fugam prodeſſe permittimus. Dat. Prid. Id. April. *Conſtantinop.* THEOD. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De matris conditione.

XLIV. Iidem AAA. Rufino P.P. [81]

NUllus [82] ſolius materni [83] ſanguinis vinculis illigetur: quia [84] mulierum infirmitas nunquam hujuſmodi functionibus reddit obnoxios, à quibus ipſa habetur immunis. Dat. V. Id. Auguſt. *Conſtantinop.* THEODOS. A. III. & ABUNDANTIO CONSS. 393.

De curialibus eligendis.

XLV. Iidem AA. Theodoro P.P. [85]

AD ſubeunda patriæ munera digniſſimi [86] meritis [87] & facultatibus [curiales] eligantur: ne tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non poſſunt. Dat. XIII. Kal. Februar. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De forma nominationum.

XLVI. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Ennoio Proconſ. Africæ [88].

NOminationum [89] forma vacillare non debet, ſi omnes, qui albo curiæ detinentur [90], adeſſe non poſſunt: ne paucorum abſentia, ſive neceſſaria, ſive fortuita debilitet, quod à majore [91] parte ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum: cum duæ [92] partes ordinis in urbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibeant. Dat. XVII. Kal. Jun. *Mediolan.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

De comitiva dignitate.

XLVII. Iidem AA. Cæſario P. P. [93]

CUriales, qui honorariam adepti ſunt comitivam [94] dignitatem, formidare debent eos, quorum [95] moderationi tunt commiſſi: nec ſe exiſtimare ideo meruiſſe dignitatem, ut judicum præcepta deſpiciant. Quod ſi in eadem culpa perſeverent, quinque librarum auri multæ obnoxii ſubjugantur: honore quoque, quem prodiderint, ſpoliandi. Dat. IV. Kal. Januar. C.P. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De ſucceſſione curialium.

XLVIII. Iidem AA. Florentino P. U.

IN ſucceſſione curialium decernimus, ut etiam [96] ſi patres deceſſerint, teneatur agnatio [97]. Dat. XII. Kal. Jan. *Mediolani*, CESARIO & ATTICO CONSS. 397.

---

[1] Inquilinorum. [2] Curiali patre, matre inquilina, vel colona domitica natus, colonus eſt, non curialis: ingelitum ſequitur potius quam curiam, *ut hic*, quod abrogatum videtur. *Novell. 38. cap. 2.*

[3] Procuratores Reipublicæ cauſas Reipublicæ agunt apud Præſidem aut Principem. *4 Cod. Theod. tod. l. 76.*

[5] Vid. *l. 39. J. eod.* [6] *Curiali, in Cod. Theod.*

[7] Vid. *l. 103. ff. de rer. jur. Peckium cap. de jure ſiſtendi.*

[8] Occultator decurionis punitur. [9] *In quibuſd. l. ſtudiis.*

[10] *C. Theod. tod. l. 81.*

[11] Fabricenſes *ſacrarum.*

[12] Curiales qui ſe Fabricenſium collegio dederint, retrahendi, & ordini ſeu curiæ ſuæ reſtituendi. *l. 4. J. de Fabricenſibus.*

[13] *Propria, in C. Theod. & nec quibus ſib.*

[14] Al. *nec.*

[15] *Cod. Theod. tod. tit. l. 85.*

[16] Principales decurionum primi. Pro curiarum amplitudine quinque, decem, vel viginti erant: Principalium primus, primus Curiæ, *l. 36. J. tod.* quæ *conſul.* His principalibus pene ſimiles ſunt qui nobis Capitolini & Scabini, alias pro quolibet curiali ſumiatur principalis. Sic Auguſtinus Areopagitæ, principales Athenienſium vocat.

[17] *Ac in C. Theod.* ſunt autem principales, decurionum primi.

[18] Al. *Anteriorin in lib. Aur & Dioyſ. ſub cujuſlibet culpa aut anteriorin offenſa*, &c.

[19] *Plumbatarum eruciatibus, in Cod. Theod.* quod eſt à compoſitoribus plumbatarum, ut paulo poſt, ubi repoſuerunt, *tormentis. l. 40. J. eodem.*

[20] Decuriones, ſuæ curiæ quaſi Senatores erant: Curia ipſa, minor ſenatus. *l. 36. J. eod. l. 239. §. 5. ff. de verb. ſign. Novell. 38. Rungiſius l. 3. Majoriannæ Novell. de Decurionibus. Caſſiodor. 9.*

[21] Decuriones à pœnis aut tormentis plebejorum immunes ſunt. Pœna plebejorum eculi ungulæ, fidiculæ. *l. 37. l. 38. J. tod. l. ult. ff. eod. l. 2. J. de decur. Urbis Rome. l. 12. T. de pœnis. Novell. 43. Augeſt. epiſt. 63 & l. 3. contra Creſconium.* ex gradu & conditione reorum forma tormentis datur.

[22] *Nec, in Cod. Theod.*

[23] Eruere. [24] Al. *deeſt.* [25] *En Cod. Theod. tod. tit. l. 92.* quem vide & confer. multa enim hic ſunt detracta. [26] Decurio procurator alterius eſſe non poteſt. adde quæ ſcripſi *ad l. 6. §. 2. ff. eodem.* [27] Vide *Wernher. 1. Obſervat. 12.* [28] *Cod. Theod. tod. tit. l. 98.*

[29] Leges anteriores ſequendæ in filiis decurionum in curia retinendis. [30] Eos quoque.

[31] Adrocatione fungi decurio poteſt. *l. 56. l. 57. J. tod. l. 13. §. 2. ff. de faciſt.* tabellio eſſe non poteſt: *l. 15. T. eodem.* Licet à decurionatu vocari poſſit. *l. ſi quis decurio 11. T. ad leg. Corn. de fal.* [32] Decurio advocationis obtentu civilia munera detrectare non debet. [33] *Onera univerſa, in Cod. Theod.* [34] Magiſtrorum, id eſt, profeſſorum artium liberalium, ex curiali genere deſcendantium filii à civilibus muneribus non excuſantur ut patres. [35] *Cod. Theod. tod. tit. l. 101.* [36] Exemplo ſenatorii ordinis dixit. eſt enim ſua inter ſenatores & curiales ſeu Decuriones ſimilitudo. dixi *l. 33. T. tod. Novell. 38. cap. 6.* [37] Originem patris ſequuntur ut Senatorii, ita Decuriones. [38] Municipes *unuſquiſque, in Cod. Theod.*

[39] Privilegium privatus impetrare non poteſt, ut ne ſequatur patria, ſed matris conditionem, *ut hic*, civitatis vero & provinciæ poſſunt. *l. 22. T. eodem.* [40] *Defendens, in Cod. Theod.* [41] Conſuetudine hoc jus adquiri non poteſt, ut liberi ſequantur matris originem.

[42] Referre. [43] *Cod. Theod. tod. tit. l. 102.* [44] Privilegia impetrata in fraudem curiarum non valent. *l. 19. T. eodem.* ut incolatus poſſidendi conditio. [45] Curiæ ſubjicitur quis origine vel ſententia, *ut hic.* [46] *Cod. Theod. tod. tit. l. 108.* [47] Officiales hic, colonarii officiales penſidum. [48] Pœnæ ſpecies olim, curiæ ſubjici, ut hic: mox dicetur plenius. [49] *Edatur, in Cod. Theod.* [50] Militia decurionibus interdicta vide *l. 55. J. eodem.* [51] Nec ingenuis. [52] Ingenita officia, originalia. *l. 50. J. tod. l. 3. T. de officio P. Prætor. Orient.* [53] Id eſt, Præſides.

[54] Al. *dett. tion in C. Theod.*

[55] Decuriones malefici inſcribi erant obnoxii alieno ut pœnæ loco Chriſtiani ab impiis principibus Curiis addicti ſint: ut tradatur Caſſiodorus 2. *Tripartitæ 9. & 6. 7.* Ita defertores monachi & clerici addicuntur coloniæ Præſidis. *Nov. 5. cap. 6.* (quod Leo in Novell. 8. mutat & *Novell. 123. cap. 42.*) apparitores P. urbi corpori piſtorum. *l. 1. T. de apparit. Præfect.* Hoc enim genere, conditionem mutant in deterius. Non ſic pœnæ ſpecie cohortalis addiciter curiæ, *ut hic*, vel ſtatuæ patrimo. *l. 19. T. de pœnis*, quia rei conditio ſic deterior non fieret.

[56] Pœna ea conditio eſt, ut deteriorem faciat conditionem ejus qui punitur, non meliorem.

[57] Crimen pœna, non dignitas comitari debet.

[58] *Cod. Theod. tod. tit. l. 114.*

[59] Decuriones nullius domus patrocinio tueri ſe debent, cujuſcunque illi dignitatis ſint vel fortunæ. *l. 31. T. tod.*

[60] Et ut in *Cod. Theod.*

[61] *Cod. Theod. tod. tit. l. 117.*

[62] Principales, curiæ primi. *l. 33. T. tod.* qui & primates & primores.

[63] Abeſt à *Cod. Theod. & quidem lib.* ſed teſtudum non videtur.

[64] Decoctores hic & *l. 12. T. de ſuſceptoribus.* vid. quæ dixi ad *l. 2. J. de palatinis ſacrarum largitionum. Torell. Apologet.*

[65] Caſſiodorus *in Pſal. 104.* Præfecti vice ſua judicant & conſtitutum provinciarum poteſtatem maximam habere noſcuntur.

[66] *Annian. 17. anteqcas. 3. Euag. 42.*

[67] Præſides ſubjecti ſunt P. Prætorio.

[68] Plumbatarum ictibus caligari decuriones hodie poſſunt, maxime ſi everſores pecuniæ publicæ, ſi inſequam deſcriptionem feciſſe meritibi, ſi ſuperexactore, vel conſciſores fuerint. adde *l. 2. C. Theod. lib. 9. tit. 38.* plumbatarum ictus verberare. *l. 2. T. de conſtit. milit. l. 2. C. Theod. de quæſtion. l. 7. Cod. Theod. de exaction. Ammianus* 29. Principatus *aqua petentibus.*

[69] Al. *ſubjacentur.*

[70] *C. Theod. tod. tit. l. 118.*

[71] Senectus ante exactat à decurionatu. vid. tamen *l. 3. in pr. ff. de jure immunit.*

[72] Immunitas non tribuit excuſationem ab iis, quæ cito expediri poſſunt. *Cod. Theod. eodem tit. l. 128.* [74] In decurionum jurisdictio eſt civilibus magiſtratibus: at non militaribus. *l. 47. J. eodem.* vid. *l. 2. T. de offic. milit. jud.* [75] Niſi *comes ſit*, in plerisque lib. & ita legendum exiſtimat *Cujac.* [77] *Cod. Theod. tod. tit. l. 134.* [78] *l. 21. l. 28. l. 32. l. 37. l. 39. T. eodem.* [79] Actuum præjudicia: adde *l. 31. l. 39. T. eodem.* [80] *d. l. 39. T. tod.* [81] *Cod. Theod. tod. tit. l. 137. §. nullus. In materni, &c. in C. Theod.* [83] Curiæ maternæ civitatis non obligatur, qui patre non curiali, matre vero ex curiali genere natus eſt. Maternus ſanguis curialem non facit. adde *l. 1. §. 2. ff. de municipalem. excipe l. 62. J. tod.* [84] A matre nemo recte habere poteſt, quod ipſi matter non habeat, unde notant non militem, militem facere non poſſe. Dare nemo regulariter poteſt, quod ipſe non habeat. [85] *Cod. Theod. tod. tit. l. 142.* [86] Digniſſimis ac potioribus munera injungentur, non ordinationi, *l. unic. J. de poſtulibus nominandis. l. 7. in pr. ff. tod.* [87] Et meritis, *in C. Th.* [88] *C. Th. 11. 1. l. 150.* [89] Nominatio decurionis non ſit irrita quorundam decurionum abſentia. [90] *Continentur, in C. Theod.* [91] Major pars decurionum quod facit, cæteri videntur feciſſe. vid. *l. 19. ff. ad municip. Roland. à Valle 1. conſ. 90. num. 19.* [92] Duæ partes curiæ, curia aut curiæ inſtar: duæ partes, duæ tertiæ. *l. 3. ff. de decurio ab ordin. faciendis.* [93] *Cod. Theodoſ. tod. tit. l. 140.* [94] Comitivam honorariam adipiſci decurio poteſt: curiæ dignitatas etiam curialibus data. [95] Curialis licet honoretur titulo comitivæ conſiliorianæ, eſt tamen ſub Præſidis jurisdictione. vid. *l. 42. T. tod.* [96] *l. 57. J. tod. l. 7. in pr. J. de principalibus agentibus in rebus.* [97] Agnationis vocc hic liberi intelliguntur. *l. 155. C. Theod. tod.* aut quod nihil verisimilius ſit ipſis agnati.

De superstitionibus.

XLIX. Iidem AA. Theodoro P. P. [a]

OMnes, qui quolibet [modo b] curiæ jure debentur [1], cujuscunque superstitionis [4] sint, ad implenda munera [5] teneantur. Dat. Id. Septembr. *Mediolani*, Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. 398.

De curia non relinquenda.

L. Iidem AA. Eutychiano P. P [6].

OMnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis [7] perseverent: & qui ex his ad [8] provinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione pervenerint, sciant se non solum in sua curia remansuros, sed & [9] cunctis rursus ab exordio muneribus servituros. Dat. VIII. Kal. Nov. *Constantinop.* Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. 398.

De bonis eorum, qui curias deserunt.

LI. Iidem AA. & Theod. A. Messalæ P. P. post alia [10].

QUamvis [11] provisum fuerat congruæ emendationis occursu, quemadmodum curiales [12] militiæ [13] nomine & honore suspenso, officiis redderentur: tamen quia [14] hoc callido consilio repererunt, ut evitatis [15] provinciæ suæ finibus, tanquam his eorum tantum interdictis fuisset accessus, peregrinos [16] experetenr commeatus: ne diutius in perniciem curiarum [17], latitandi spes [18] [perseveret [19].] & solatia [20] eos impunitatis sequantur [21], horum cupiditatibus obviamus: ut ex eorum bonis, qui se vel persecutioni [22], vel muniis civitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ, vel qualibet [23] fraude subtrahere conati fuerint [24], curiis, quas deseruerant, consulatur. Itaque si vocati edictis intra anni metas, hi tamen, qui manifestis curiæ nexibus illigantur, latere potius, quam redire maluerint [25]: sciant post emensum annum [26] interpellatis provinciarum moderatoribus, ex facultatibus suis, curiis, quas destituerunt, esse consulendum. Neque enim de immaturo præjudicio temporis possiunt breviatarem [27] causari. Dat. XVII. Kal. Septemb. Theodor. V. C. Cons. 399.

De ameribus.

LII. Iidem AA. Probino Proconsi. Africæ. [28]

QUis tam inveniti iniquus arbiter rerum potest, qui in urbibus magnifico statu præditis, ac votiva curialium numerositate locupletibus, ad iterationem [29] quempiam transacti oneris compellat [30]: ut cum alii necdum pene initiari curiæ sacris fuerint, alios & continuatio, & repetitæ sæpe functiones adficiant? Dat. XVI. Kal. April. *Mediol.* Cæsario & Attico Conss. 397.

De potestate fascium.

LIII. Iidem AA. Euchario Proconsi. Africæ [31].

DUumvirum impune non liceat extollere potestatem fascium [32] extra metas territorii [33] propriæ civitatis. Dat. VI. Id. Mart. *Ravennæ*, Honor. IX. & Theod. V. AA. Conss. 412.

De decurionibus curia vindicandis.

LIV. Iidem AA. Palladio P. P. [34]

GEnerali lege sancimus, ut si quis suum decurionem curiæ vindicare maluerit: si Præfidis [35] desit [36] copia, in eundem manus [37] injectione concessa, sciat ad examen cognitionis resultantem esse deducendum: ita ut moderator provinciæ, (si quæstio fortasse fiducia defensionis ulla generatur [38]) nisi intra tres [39] menses causam originis competenti disceptatione cognoverit, atque convictum cum pœna restituerit debitis muneribus, vel libenum ab inquietudine pronunciaverit [40], decem librarum auri multam cogatur exsolvere: ejus etiam officium pari damni irrogatione teneatur [41]. Datum V. Non. Maji, *Ravennæ*, DN. Theod. VII. & Palladio Conss. 415.

De militia.

LV. Impp. Theodos. & Valentin. AA. Isidoro P. P. post alia [42].

SI quis decurio, aut subjectus curiæ ausus fuerit ullam affectare [43] militiam, nulla temporis præscriptione muniatur, sed ad conditionem propriam retrahatur: nec [44] ipse, vel ejus liberi post talem ipsius statum procreati, quod patriæ debetur, valeant declinare. Dat. III. Non. April. *Constantinop.* Isidoro & Senatore Conss. 436.

De curia Alexandrina principalibus.

LVI. Iidem AA. Isidoro P. P [45].

ALexandrinis principalibus [46], etsi [47] advocatione [48] fungantur, nihilominus [49] onus peregrinationis [50] incumbat: nec publica cura [51] nisi in sua tantum civitate committatur: & primus [52] curiæ quum [53] muneribus universis expletis ad summum pervenerit gradum, Comitivæ [54] primi ordinis fruatur post biennium, dignitate præstita: in curialibus tamen [55] permaneat. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* Isidoro & Senatore Conss. 436.

LVII. Iidem AA. Isidoro P. P [56].

QUinque [57] summates [58] ordinis Alexandrini [59] à corporalibus [60] injuriis immunes esse censemus, ut voce liberas [61] commoditates patriæ defendant: cum possint, si quid egerint criminose, pecuniariis coerceri dispendiis. Æstimabuntur autem præsente curia, viri spectabilis Augustalis [62] judicio. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* Isidoro & Senatore Conss. 436.

LVIII. Iidem AA. Isidoro P. P [63].

EUm, qui triginta [64] annos in Alexandrina civitate civilibus militiæ [65] muneribus, corporalibus [66] injuriis [67], non pecuniariis excusari convenit: habita consideratione videlicet meritorum, ut hoc [67] bene cogniti [68] privilegium consequantur, nec eo passim [69] fruantur indigni. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* Isidoro & Senatore Conss. 436.

Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus.

LIX. Iidem AA. Isidoro P. P [70].

SI quos spontaneos [71] hypomnematographi [72] munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, jubemus non [73] expectandum esse consensum pro tempore viri spectabilis Augustalis, qui sit plerunque venalis, sed utriusque [74] patris sufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat: tunc ad memoratum Judicem [75] tam nominati, quam etiam creatoris [76] consona relatione currente, quam si suscipere, vel confirmare distulerit, sciat se vigintiquinque librarum auri condemnatione plectendum. Dat. prid. Non. Aug. *Constantinop.* Isidoro & Senatore Conss. 436.

An quis per substitutum satisfacere muneribus possit.

LX. Iidem AA. Thomæ [77] P. P.

NUllus, qui nexu genetis curiæ tenetur obnoxius, per substitutum [78] quamcunque personam curiales [79] impleat functiones: sed ipse per se debitum patriæ munus exolvat, etsi spectabili [80] dignitate decoratus sit: nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. Hi [81] vero, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt per substitutos [82] periculo suarum facultatum curiæ muneribus satisfacere non verentur [83].

De Dorotheo, Irenæa, & eorum liberis ad L. cos 22. *supr. h. t.*

LXI. Imp. Leo A. [84]

NEque [85] Dorotheum virum illustrem, & totam ejus substantiam, neque Irenæum virum spectabilem Tribunum & Notarium, etsi ante [86] paternas illustres dignitates natus est, ullam inquietudinem pro curiali genere, & conditione sustinere decernimus. Liberos quoque eorum, qui vel jam sunt, vel futuri sunt, eorumque posteros, quoticscunque continuata temporum, & successionum perpetuitate nascentur, à conditione curiali, & functione esse liberos: lege [87] divæ [88] memoriæ Iuliani (quæ de materno curialium Antiochenæ civitatis genere promulgata est) nihil in persona viri illustris Dorothei, vel viri spectabilis Irenæi, vel adversus facultates eorum, vel adversus liberos eorundem, qui vel jam nati sunt, vel postmodum quoquo tempore nascentur, vel adversus substantias [89] eorum roboris vel juris habitura. †. Circa alias sane universas personas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ civitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam [90] firmitatem.

De his, qui ex materno Curialium Antiochenæ civitatis genere procreati sunt.

Qui obligatus curiæ ratione originis, eam declinare non potest, & si curia non pulsaverit patrem, filium pulsare non poterit. Bart.

LXII. Idem A. Constantino P. P.

SI ille, qui ex [91] filia decurionis Antiochenæ [92] splendidissimæ [93] civitatis, & patre, qui nullius alterius civitatis muniis debebatur, procreatus est, sub examine provincialis Judicis vel sponte confessus: vel certe convictus fuerit, quod ex filia sit curialis progenitus, & albo decurionum adscriptus fuerit: nullam sibi superesse facultatem negandæ vel evitandæ conditionis existimet: & curialem non adspernari forunam avi materni sui perveniet, nec dubitet se muniis curialibus subjicere [94]. Quod si quem [95] curia, de qua præsens sanctio loquitur, natum ex filia curialis minime secundum præstiturum ordinationem sibi sociandum curaverit: prolem ejus pulsare nullo modo penitus poterit: nec enim patrimur conventionem ejusmodi prætermisso filio, quem curialis filia ediderat, à nepote, vel pronepote, vel ulterius incipere.

De Dositiis. De natis ex illustribus.

LXIII. Idem A [96]. Ad Senatum.

DOsitii viri clarissimi [97] jubemus fortunam supercurialis conditione nullo modo [esse] nquietandam [98], nec facultatibus ejus: sed eo, qui hujusmodi conamen inierit, sacrilegii pœnam [99] luituro. §. 1. Omnes, qui post [100] peractam illustrem administrationem, vel adhuc in ea posito patre [101] suo gignuntur, à curialium intentione defendantur una cum paternis sine dubio substantiis, quas cum persona patris à curiali nexu liberas esse nemo dissimulet.

De dignitatibus.

LXIV. Imp. Zeno A. Sebastiano P. P.

NEminem ex his, qui obnoxii curiæ constituti ab [102] initio felicissimi nostræ pietatis imperii, Comites [103] privatarum [104] nostrarum, vel [piissimæ [105]] Augustæ patris, five Comites [106] largitionum, vel Comites [107] domesticorum, Quæstores, vel Magistri [108] officiorum, [licet] ad actum administrationis gerendum provecti sunt, vel in posterum provehentur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus evitare [109]: sed obligatos cum liberis suis quandocumque progenitis, & facultatibus suis post administrationem depositam, curiæ commoditatibus infervire: nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. Nam alia universa legitima vel ex constitutionibus data privilegia integra

---

[a] *Cod. Theod. ad.* 12. [1] Al. *debet*, & *sibi quoque* à C. *Theod. al. hab.* [2] 16. 45. *in pr.* [3] Superstitio hic facile est, l. 7. *T. de hæreticis*; Judaica, vel samaritanorum. l. 3. *in fin. ff. eod.* [4] Al. *omnia.* [5] C. Th. *ad.* 179. [6] Curiam deserre nemo curialis potest. l. 55. *T. eod.* l. 1. *ff. ad l. Jul. de privil. curiar.* [7] *Curialis* restituta civitate. l. *an. in fin. T. de privil. curiar.* [8] Curialis præsis provinciæ factus, ad curiam revocandus est *immunis* munera ex integro repetiturus. [9] Al. *sed etiam.* [10] C. Theod. *ad.* l. 161. in quo desunt hæc verba, & *Theod. d.* [11] Bona ejus, qui quocunque fraude curiam evitat, si per annos centum fuerit, applicantur curiæ. *Bart.* [12] Al. *ifti*, *ut in Cod. Theod.* [13] Militia decurionum interdicti à militia ad curiam revocantur. vid. l. 55. *T. eod.* l. 57. *T. eod.* [14] Qui. [15] Al. *civitate.* [16] Decurioni non tantum in patria militia interdicta est, sed & in sola peregrina. [17] Al. *curialium.* [18] Al. *gaudet*, & *pulc.* [19] Abeft à *Cod. Theod. & quibus lib.* [20] *Solatium*, in *Cod. Theod.* [21] *Sequatur*, in *Cod. Theod. quod retinet al. si sequatur*, *sibi.* [22] Perfecutioni fe fubtrahit, qui absit longissime. [23] *Leg. T. de crimine. eod.* [24] *Subtraxerit*, in *C. Theod. & quib. lib.* [25] Hic quædam omissa & distracta *sunt* à *C. Theod.* [26] Curiales, qui militia curia militant, revocandi: aut post annum bona eorum addicentur curiæ, aut iis sine qui eorum vice munera subeant. [27] *Brevitate*, in *Cod. Theod.* [28] *Cod. Theod. eod.* tit. *l. 3.* [29] Iterare decurionatum nemo cogitur, si alii sint filiorum, sicut si defunct. l. 3. *T. quemadmodum decuriæ mun.* [30] *Impellat*, in *Cod. Theod.* al. *compellatur.* [31] C. Th. 12. 1. 174. [32] Duumviri præferebant fasces & bastilos. Cic. 2. *Verrin.* [33] De Territorio, vid. l. 239. §. 8. *T. de verb. sign.* vid. l. 15. *ff. ad municipalem.* [34] *Cod. Theod.* 12. 1. 181. [35] *Judice*, in C. *Theod.* [36] Quid si præsens existit aut adsit quidem præsens: dies tamen feriata sit? dixi ad l. 11. *T. de feriis.* [37] Manus injectio in decurione suo vindicando permissa. adde similes casus, l. 2. *T. eod.* l. 9. *T. de servis fugitivis*, l. *ult. pretur.* 10. §. *fi debitorem.* 16. *ff. de his qui in fraudem*, l. 19. *in pr. T. de testib.* l. 1. *ff. de relegat. reor.* alias non permissa manus injectio. l. 13. *in fin. ff. quod metus caus.* l. 25. *ff. de adult.* vid. Hervem. 2. *Gall.* 1. c. 1. [38] Geratur. [39] Ea originis sive de conditione curiali intra tres menses finienda. [40] *Vindicaverit. in C. Th.* [41] Dixi ad pragmaticam sanctionem Justiniani 1. 18. [42] C. Th. 12. 1. 188. sed confer, quia hic multa omissa sunt. [43] Militia decurionibus interdicta. l. 17. l. 38. l. 51. *T. eod.* [44] Al. *ne.* [45] C. Th. 189. [46] Principales qui essent, dixi ad l. 33. *T. eod.* [47] Alexandrini principales etsi advocatione fungi possint, non tamen cogantur inviti extra suam civitatem legatione fungi. [48] Advocatione fungi decuriones possunt. [49] *Nihil peregrinationis Pyrrhus*, *nec unus*, &c. *Aurel.* Sed Cujacius hic adhibendum accipit pro *minime*, *ut l. 2. §. 1. ff. ad Senatum*: vid. *Robert. 2. Receptæ Isitionis 23.* [50] Peregrinationis onus, legatio. [51] Curam hic à munere separat Cujac. Principalis munere explens, curas fuscipit. [52] Curiæ primus qui in curia summo loco, ante principales, ante decuriones. l. 227. C. Th. *eod.* huic similis est qui hodie quibusdam dicitur major populi, *Maire*, ut & Parisiensibus, *Prevoft des Marchands* quibusdam in locis Scabinus, vel Capitolinus. [53] *Quin in C. Th.* [54] Alexandrinæ curiæ primus decurio post biennium comitiva primi ordinis natura, non quidem ex curia, sed ex primicerio. [55] Al. *tantum.* [56] C. Th. *eod.* 190. [57] Curiæ principales seu primi, pro curiæ amplitudine quinque, decem vel viginti. *ut hic*, erant quisque. Hinc decem primi curiales, l. 2. *in fine C. Th. de quæst.* l. 42. l. 44. *C. Th. de ru qui T. vel Com.* l. 39. *C. Th. de episc.* [58] Id est, principales, five primates, ut etiam legitur *in C. Th. l. 1. T. de Alexand. primatib.* Summates dicit ut l. 6. *T. de navicular.* [59] De curia Alexandrina, vid. *T. tit. de Alexandriæ primatib.* [60] Principales curiæ Alexandrinæ pro patria advocatione fungentes, corporalibus injuriis adfici non debent, à P. Augustali, *ut hic*, idem principalibus Vultinensium in Hetruria datis, *l. ubi 61.* *Cod. Theod. ad.* Cujac. *hic.* [61] Cum advocatione fungantur. Libertas permissa advocatio. [62] De hac vice, Augustalis, vid. *ad hunc locum*, Alc. *ad* 3. *lib. C.* [63] *C. Theod. eod.* 191. [64] Alexandrini curiales, qui triginta annis functi muneribus, immunes à corporalibus muneribus non à patrimonialibus. [65] Corporales injurias appellat, corporalia munera, cui opponit pecuniaria. [66] Deest, in manus. recte, al. *munia*, *ut in C. Theod.* [67] Tamen. [68] *Cognitum*, *in C. Theod.* [69] Hi teste Alciato ad hunc locum ducuntur, qui commentaria scribunt. [70] *Cod. Theod. eod.* 192. [71] Id est, si fidelitor in decurionatu functi sint, non defultorie. [72] *De hoc*, vid. *Scr. ab. lit. 22. Geograph.* [73] Nominationem commentariensis Alexandrini Præfectus Augustalis etiam invitus ratam habere cogitur. [74] Ex nominantis & nominati. [75] Decurionis nominatio confirmatur judicio *præfidum*, *ut hic*, & nominationibus interesse solent. l. 1. §. *fed tit præfect* 4. *ff. quando appellandum fit.* [76] Al. *creationis*, sed creatur hic nihil aliud quam nominatur decurionis. vid. l. 2. §. 7. *ff. de adm. tut.* inter quem ad ipsum nominatum appellantem in causa appellationis lis esse solet. Quid tamen si filius nominatum præsidi alicui honorem detulerit, & is qui ita nominatus est, à præside appellaverit? Aristides lib. 4. *Sapiis* refert se Trajanum à Severo Asiæ præside ita nominatum appellasse non ab ipso præside, sed ab ipsius magistratibus municipalibus qui literas ei præsidis reddidissent, quasi videretur ille ipse eum nominasse. vid. *Cujac.* 9. *obs.* 27. Al. *Theodora.* 78 l. 2. *T. quo quisque ordine.* [79] Curialis origine licet spectabilem dignitatem, puta comitivam adeptus sit, per subditionem munus civile obire non potest: nisi specialiter id ei à principe sit concessum: Illustres vero curiales per substitutum possunt, periculo tamen suo. [80] Spectabilis dignitas, comitiva, & ei similes. [81] *Hæc vid. quæ ad finem sumpta sunt ex l. 12. tit. 1. l. 1. C. Theod.* [82] Vid. l. 21. *in fin. T. de epise. & cleric.* [83] Verentur. [84] Al. *Juliano.* Al. *Iidem Aa.* [85] Curiæ obnoxius Dorotheus & Irenæus, *dicam ad l. 63. T. eod.* [86] Natus ex illustri vel administrante, vel administrationem perfuncto, curiæ non tenetur, *ut hic*, (excipe casum l. 61. *T. eod.*) unde notant Natos ante illustratum & regnum patris neque illustres, neque regis filios esse: quæ de quæstiones plura dicemus ad l. 11. *T. de dignitatibus.* [87] *Extat T. l. ult. hac tit.* [88] Divinæ. [89] Al. *subjectis.* [90] Perpetuum. [91] Curia Antiochena eos sibi fumque curiæ vindicat, qui nascuntur patre libero, matre decurionis filia quod in aliis non est. l. 22. l. 61. *T. eod.* [92] Antiochia splendidissima civitas, *ut hic. Oriente pulcher opes Asiamque* 20. *non multum Roma inferior Herodia.* 4. *Arvitia*, *magnitudine*, *hominum multitudine*, *omnium urbium quæ in Oriente prima*, *Procop.* 1. *de Bello Persico.* [93] Adde *l. in fin. ff. ad mun.* [94] Subjacere. [95] Si qua. [96] Iidem AA. ad Senatum. Ad senatum autem ideo scribit, quippe de senatore. [97] Alias, *clarissimi juvenis.* [98] Inquirendam. [99] Pœna. [100] Natus patre illustri, puer in ea dignitate posito, vel ea ortus functo, illustris est. unde colligitur natum patre nondum illustri ante adeptam illustratum non esse illustrem. adde l. 61. *T. eod. l. pen. l. ult. T. eod. dicam ad l. 11. T. de dig.* [101] Patri. [102] Natus patre illustri, curia liberabatur: nondum illustri seu ante illustratum patrem natus, curiæ patris tenebatur ante hanc constitutionem. Post hanc constitutionem liberi etiam post illustratum patris nati curiæ tenentur, sive pater illustratum per se sive per substitutum gesserit. Hac tamen sententia excipiuntur quædam dignitates illustres, de quibus in fine *T. eod.* [103] Al. *comitum privatar. rer.* [104] Modo ante hanc constitutionem eam gesserit dignitatem. l. 65. *T. eod.* [105] Al. *dextræ.* [106] Seu comitis & *dextræ* sacrarum. [107] Al. *comitis.* [108] Al. *dextræ.* [109] Illustres seu hæ dignitates, comitatus rerum privatarum, largitionum, domesticorum, Quæstura, magistratus officiorum.

integra volumus, illibataque servari [1]. Ne [2] tamen indulti honoris [3] inane nomen retinere videantur, dignitatum titulis potiantur, per substitutos suarum [4] periculo facultatum curialibus muneribus respondentes: habeantque [5] integra, illibataque privilegia dignitatis. Eos vero, qui præfatas dignitates ante initium [6] nostri imperii consecuti sunt: cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis filiis à curialibus nexibus, vel onere [7] decrimus liberari. Hos autem, qui quocunque tempore Patricii [8], vel Consules, aut Consulares facti sunt, aut in posterum fuerint, aut Magistri militum, vel Præfecti prætorio Orientis [9], vel Illyrici, vel Urbis administrationem in actu positi quandoque gesserunt, aut postea gesserint: omnimodo cum facultatibus suis, & post eam dignitatem progenitis [10] filiis, à curiarum nexibus, vel onere [11] decernimus liberari.

1 Observari.
2 Nec.
3 Honores.
4 Natus patritio, consulibus, consulari, magistro militum, P. Prætorio, vel urbis (sunt & hæ dignitates illustres in eo quod mox sequetur, à superioribus differentes) curia illustrium: etiam patris illustris post imperium Zenonis illustratum administravit, ante dignitates superiores à patre adeptas natus, non liberatur curia.
5 Habeant.
6 Nunciam.
7 Honore.
8 Substituto interposito servitus periculo sui Scrvit. l. 5. §. 3. ff. de adm. tut.
9 Hæc lex pertinet tantum ad Orientale imperium.
10 Vid. l. ult. ff. de excus. muner.
11 Honore.

XXV. Imp. ANASTASIUS A. Polycarpo P. P.

Divæ memoriæ Zenonis sacratissimam constitutionem [12], quæ de curialibus post certas excelsas administrationes, seu dignitates conditionis nexu liberandis lata [13] est, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cavetur eos etiam, qui ante eandem constitutionem, ab initio ramen ejusdem divæ recordationis Zenonis imperii, comites privatarum rerum nostræ, vel piissimæ Augustæ partis, seu Comites [sacrarum [14]] largitionum, vel Comites domesticorum, Quæstores, aut Magistri officiorum [licet] ad actum administrationis gerendum provecti sunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc evitare, sed obligatos cum liberis suis quandocunque progenitis, & facultatibus suis, post administrationem depositam curiæ commoditatibus inservire, nisi forte aliis privilegiis super hoc legibus cognitis muniantur. His etenim, qui memoratas administrationes, vel unam ex his peregerunt, necnon liberis, & rebus eorum, beneficium quod ante per illustrem administrationem peractam eis acquisitum est, intactum, illibatumque jubemus servari: ut relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales dispositiones sibi concessa, tam ipsi, quam liberi eorum post hujusmodi administrationem adeptam procreari una cum propriis substantiis potiantur, & si contigerit, eos post divæ memoriæ Zenonis constitutionem, sive per se, sive substitutos suos curiæ competentia munera subisse: eadem videlicet constitutione divæ memoriæ Zenonis ex die, quo promulgata est, suas vires obtinente: cum conveniat leges [15] futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare.

12 Data.
13 Al. dest.
14 Leges futuris regulam imponunt, non præteritis. l. 7. ff. de legib. l. 20. ff. de usur. l. ult. ff. de fund & legitimis. l. 22. ff. de leg. l. 1. §. 2. ff. ad l. Falf. Nov. 73. c. 9. vers. valent. Nov. 115. in pr. l. 11. 22. ff. de fac. eccl. l. 53. §. 1. in fin. ff. de epifcop. & cleric. l. nov. ff. de contrab. jud. l. 3. ff. de pact. pign. Potest tamen princeps etiam pendenti negotio legem dare. Nov. 3. Leges trahuntur etiam ad præterita, si id lege nova nominatim sit expressum. Nov. 12. l. ult. ff. de pact. pign. l. 1. ff. de cond. jud. Citeriore denique tempore leges obligant, si id specialiter sanctum. Novell. 57. & 136. His addendum appellationis causa finiri secundum leges quæ dicendæ sententiæ tempore obtinebant, non secundum novas, quæ post sententiam, à qua appellatum est, in valuerunt, etiamsi novæ nominatim porrigantur ad præterita. Nam hæc clausula, quoties novis legibus adjicitur, de præteritis negotiis modum finitis accipienda est, non de iis quæ jam finita sententia judicis, vel transactione partium. l. 1. in fin. ff. de cauto. jud. l. 22. ff. de fact. excl. Nov. 111. & 115. in fin. Quid si negotium quoquomodo in judicium deductum? Accurfius existimat eam clausulam non eo porrigi: verum Accurfio repugnat Nov. 113.
15 Futuris regulam imponunt, non præteritis.

XXVI. Imp. JUSTINIANUS A. Demostheni P. P.

Curialibus [16] consoniis consulentes, censemus, ut nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet: sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem [17] sibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquandis. †. Si quis igitur vel summum Patriciatus honorem fuerit consecutus, sive insulis Consulatus honoratii [18] aut ordinarii fuerit ampliatus, ut vel Consul, vel Consularis [19] efficiatur: seu Præfectorum prætorio insulas susceperit gubernandas, vel Urbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, necnon Magistri militum officium gerendum susceperit, is gaudeat se hujusmodi conditionis esse exortem, & liberum cum suis facultatibus suaque posteritate, quam postquam meruerit dignitatem, vel actum gesserit, ediderit: anterioribus filiis in conditione pristina temansuris, tam Præfecturæ [20] quæstoris quam viri eloquentissimi fisci patroni: tam [21] Præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præsidet sedibus, quam Urbicariæ, nexibus curiæ liberantur, cum ad fisci patronatum pervenerint, una cum substantiis & liberis suis, quos vel ante habuerint, vel postquam ad eundem gradum provecti sunt. †. Viri etiam clarissimi principes agentium [22] in rebus, curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt: & viri spectabiles proximi sacri scrinii [23] nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon lacri [24] scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum & dispositionum cum substantiis suis & liberis quos post emensa [25] stipendia susceperant: hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum quos multo, longo, prolixoque tempore pertulerint [26], intactum illibatumque conservamus: ut hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia, suaque sobole, secundum ea quæ prædiximus. Ex ævo autem sequente progenitos antea, nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos: ut ne quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alii sibi audeant vindicare: sed progeniti filii antequam [27] ad fisci patronatum pervenerint, in conditione pristina remaneant.

†. Aliis [28] [autem modis] quam his quos figillatim numeravimus [29], sive legibus [30] antiquis comprehensi sunt (qualis [31] erat is quem ex tribus [32] maribus concessum ante fuerat patri maximo [33] Senatui sociare) sive comprehensi anterioribus scriptis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed sive pragmatica super hoc processit, sive sententia eminentissimæ [34] Præfecturæ, sive alius modus quicunque excogitatus est: ea omnia penitus vacuari, & pro infectis [35] haberi, & curialia corpora suis reddi civitatibus, & substantias eorum subjacere, nulla excusatione eis [36] penitus competente.

16 Curialibus consoniis consulentes, censemus, ut nemo sibi blandiatur, & non certis modis sese liberum esse existimet: sed pro nostra forma tantummodo sciat posse libertatem curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis quos non comprehendit præsens sanctio, ex præsenti die antiquandis.
17 Libertatem.
18 Honoratii.
19 Efficiatur.
20 Præfecturæ.
21 Præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præsidet sedibus, quam Urbicariæ.
22 Agentium.
23 Scrinii.
24 Necnon sacrorum librorum, sacrarumque.
25 Emensa.
26 Procalefactum.
27 Curiæ nullæ dignitates liberant præter superius enumeratas. Ita Comitiva privatarum, vel largitionum, vel domesticorum, vel quæstura, vel magisterium officiorum curia non solvit.
28 l. 132. Cod. Theod. de decur.
29 Memoravimus.
30 Natus patre jam patrono fisci, curia una cum patre, liberatur: ante natus, non liberatur. vide quæ scripsi ad l. 61. ff. ad l. 11. ff. de dignitatibus.
31 Quia.
32 Quartam Sabinianam datam adoptato ex tribus maribus tollit. §. sed ea omnia. 14. Inst. de hered. ab intest. de qua dixi ad l. penult. §. 1. ff. de adopt. vid. hic Chiar. Mic. 4. parer. 3.
33 Senatus maximus urbis Romæ.
34 Eminentissimæ.
35 Imperfectis.
36 Ejus.

TIT. XXXII.

SI SERVUS, AUT LIBERTUS AD DECURIONATUM ADSPIRAVERIT.

Libertus, qui non habet jus annulorum aureorum, nec restituetur ei natalibus, cum pœna à curia removetur. Bart.

I. Impp. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AA. & CC. Saturnino.

Si 37 libertus, vel jus aureorum [38] annulorum adeptus non est, vel natalibus suis non restituetur: Præses provinciæ non tantum curiæ [39] participare non permittat, sed juxta legis [40] severitatem congruenti pœna ulciscatur.

II. Idem AA. Oricinæ [41].

Præses provinciæ si eum qui Ædilitate [42] fungitur [43], servum suum esse cognoverit, si quidem non ignarum conditionis suæ ad Ædilitatem aspirasse perspexerit, ob violatam [44] servili macula curiæ dignitatem congruenti pœna afficiet. Si vero quum opinione [45] publica mater ejus pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, domino tuo eum subjugabit.

37 Curiam.
38 Legem Vifelliam, de qua T. ad l. Vifel.
39 Curiales. 40 Legem Vifelliam, de qua T. ad l. Vifel. 41 Oricinæ. magistratus est municipalis, l. qui infulam. 30. §. ædile. 1. ff. locata. Servius. fatyr. 3. ita Argimus habuit ædiles. Cic. 13. fam. & 15. ad Att. Capua Prætores Cic. 2. Agrar. Lanuvium, Dictatores. Cic. pro Milone. In aliis duumviri Spartianus in Adriano. Per Latina oppida Dictator & viri sunt, in aliis Quatuorviri. l. 1. ff. de fabri. & lib. debit. erar. Alexandriæ, Hypomnematographi. l. 59. ff. de decur. 43 Fungi ædilitate, & nihilem esse differunt: hoc jurat, illud facti
44 Curialis, seu decurio esse non potest, qui servus sit. 45 Opinio publica tribuit servo ædilitatem gerenti. adde l. 11. ff. de liberali. Quid gesta per eum, cujus sint manumissi? ipso jure nulla: utilitatis tamen causa sustinentur. arg. l. Barbarius. 3. ff. de offic. prætor.

TIT. XXXIII.

DE PRÆDIIS DECURIONUM [46] SINE DECRETO [47] NON ALIENANDIS [48].

De prædiis decurionum.

I. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [49].

Si quis decurionum vel rustica prædia, vel urbana [50] venditor necessitate coactus addicit [51], interpellet Judicem competentem, omnesque causas figillatim. quibus stranguletur, exponat: & ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma [52] enim venditio erit, si hæc fuerit forma [53] neglecta: ita enim fiet, ut nec immoderatus venditor [54] nec emptor, [cujuscunque sit [55] conditionis,] inveniatur injustus: denique nihil erit postmodum quo venditor vel circumventum se infidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat: quandoquidem sub fide actorum, & de necessitate distrahentis, & de voluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas itaque personas, cujuslibet loci quem tamen [ei [56]] decurio distrahebat [57], comparator exiterit: sciat se pretio [58] quod dedit, esse privandum: & locum quem comparavit, cum [59] fructibus esse restituendum. Datum VIII. Kalend. Decembr. Constantinopol. HONORIO NB. F. & EUDOXIO Conss. 386.

46 Curialium.
47 Subaudi, præpositi. vid. Cassiod. lib. 7.
48 Id est, vendendis, ut constat ex l. ult. h. tit. T. de jure emphy.
49 Cod. Theod. tit. 3. l. 1.
50 Urbana vel quælibet mancipia, in Cod. Theod.
51 Decurionum bona vendi non possunt a creditore, nisi causa probata apud acta prædiis. vide l. 2. T. de offic. ejus qui vices alicujus jud. adde l. 15. §. in fraudem. 2. ff. ad municip. Cassiodorum 7. & 8. Novellam Majorani de curiali. bus. Goth. Vide Plaut. Theatr. contro. cap. 61. num. 2. Ans.
52 Nullius est actus, qui legis formæ neglecta fit, l. constitutionis. 14. ff. ad municip.
53 Forma neglecta actus infirmus, nempe quia informis.
54 Decreti interpositio efficit ut ne sit locus l. 2. T. de rescind. vend.
55 Absit à C. Theod.
56 Deest in Cod. Theod.
57 Distrahat, in Cod. Theod.
58 Emens fundum decurionis, causa non probata apud acta prædiis, pretium admittit, ut hic, similes casus vide in l. 7. T. de ær. & cens. l. ult. T. de fundo rei privatæ.
59 In emptionibus quæ nullæ sunt, emptor fructus non lucratur.
60 Hæc pertinet l. 1. tit. 3. l. 12. C. Theod.
61 Curiæ non hereditarium quæsitum nemo emere potest sine decreto curiæ.
62 Solvere curiæ debitor hereditarius ejusdem non potest, nisi decreto interveniente.
63 l. 3. in fin. T. de rescindenda vend & in solutione hereditariorum in prædiorum com
64 Pars videtur interest. desiderii. Novell. 38. in pr.
65 Donari potest
66 Ditiores pauperioribus præferuntur. 68 Hanc legem accusat Justinianus. Novell. 38. in pr. §. 1. vers. Et rursus. 69 l. 22. T. de administ. tutor. vers. Præterea. 70 Emptionis. res curiæ, exti vendi non possunt sine decreto, unde hanc lex mirabilis dicitur in Addi. Novell. 38. Causa tamen differentiæ esse potest, quod facilius vendamus, quam donemus. Hodie neuter actus valet sine decreto d. Novell. 38. Imo ne quidem donatio cum decreto valet. Novell. 87. 71 l. 163. de reg. jur. 72 Pluribus. 73 Præsumitur emptio & venditio contracta, ubi pretii facta mentio est, ut l. illicitæ 6. ff. de offic. præsidis. l. apud Celsum §. 3. ff. de doli except. l. ult. §. 20. l. si inter virum 24. T. de jure dotium: nisi hoc actum sit in contractu ut dominium transferatur: tunc enim æstimatio seu pretii mentio emptionem non facit, sed ut periculum rei transeat in accipientem. Bald. in l. si pasconda. 8. T. de pactis. Zachæus regul. 116. 74 Emptionis.
75 Ratio dubitandi in hac lege. 76 Theatralis liberalitas, largitio curiæ ad theatra.
77 Decretum curiæ ubi exigitur, ex tabella seu periculo vel bonitulo fieri non debet, sed viva voce, consensu curiæ & sententia competentis judicis, ne quid pro scriptura exceptoribus detur
78 l. 59. §. 2. ff. de decurionib. 79 Oratio in Senatu. Dec. in l. 3. ff. de reg. jur.

Tit. XXXIV.

QUANDO ET QUIBUS QUARTA PARS DEBETUR EX BONIS DECURIONUM, ET DE MODO DISTRIBUTIONIS EORUM.

Si extraneus succedit alicui decurioni, debet curia habere quartam. Bart.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P. P.

SI decurionum consortio sit alienus, qui curiali succesſit: competentis eidem [1] juris sive ex asse, sive ex parte heres sit bonorumve possessor: partem quamdam [2] jure optimo à curia peti decernimus. Dat. v. Id. Jun. C. P. Felice & Tauro Conss. 428.

Curiales debent habere quartam extranео succedente curiali, non tamen de singulis rebus. Bart.

11. Iidem AA. Apollonio P. P. [3]

MEminimus, nuper emissa lege divali [4], portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet novissima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemque (præterquam [5] si ad filios [curiales]) deferatur [6] curialium [7] deputasse corporibus: sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata, unusquisque rei sibi particulam [8] vindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque jura præcipitent: Quorum nimiam licentiam provida dispositione refrenantes [9], ipsis [10] quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui, copiam denegavimus: hæres [11] autem ad quem ab intestato, vel ex posterna voluntate directis, vel fideicommissariis verbis decurrit hereditas, omne [12] patrimonium quod relictum est, in partes quatuor dividi procuret: ut rebus totis in [13] sortium [14] casum deductis, vel curiæ quadrantis, vel heredi aut [15] fideicommissario per universitatem dodrantis electio ex sortis felicitate [16] contingat: ita scilicet & præfati successores, & curia promiscui rerum dominii liberabuntur incommodo. *Naturale* [17] *quippe vitium est neglici quod communiter* [18] *possidetur: utque se nihil habeat, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem eorumpi patiatur, dum invidet alienæ.* Sed ubi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidem res quæ [19] nec latere facile possunt, nec [20] cuiquam [21] (si divulgentur) officiunt, sub aspectu etiam curialium æstimari dividique concedimus: mobiles autem res, vel [22] se moventes, vel instrumenta, vel si quid aliud [etiam [23]] in hujusmodi jure [24] consistat, in medium proferri divulgarique non [25] patimur: sed juratis [26] successoribus, cum apud se diligenter æstimaverint, quæ quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus. *Quid* [27] *enim tam dirum tamque inhumanum est, quam publicatione pompæque rerum familiarium, & pauperatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere* [28] *divitias?* In exigendis vero debitis, si pretium quod pro quarta parte actionum curiæ competit, successores præstare noluerint: cautionibus juxta [29] fide ptolatis in medium, unusquisque à debitoribus convenientem sibi exigat portionem. Æque ex diverso æs alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quam curia pro sua sorte [30] restituere compellantur. Quod si sæpe dicti successores sacramentum sibi crediderint exsecundum: tunc vero ad similitudinem rerum immobilium diligentior [31] curialibus omnium rerum indago præbebitur, scilicet ut universis mortui facultatibus in aperto propositis, vel æstimatio rerum, vel divisio [32] sub præsentia curialium celebretur. In omnibus autem casibus ubi quarta pars curiæ competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decernimus. §. 1. Ad [33] filiorum [34] vero [curialium [35], vel neporum, ac pronepotum, scilicet decurionum] similitudinem [36], ad quos integras opes pervenire censuimus, filiam, quinetiam neptem, proneptemve principali ejusdem civitatis unde pater, avus, vel proavus oritur, nuptam, rerum vel ab intestato, vel ex dispositione ultimæ voluntatis quæsitarum, integrum nullaque parte minutum dominium habere sancimus. Quod si post parentum obitum inveniantur innuptæ vel viduæ, in impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis vero quæ pubertatem excesserint [37], vel etiam in viduis post mortem parentis triennium [38] duntaxat volumus expectari: ut interim quarta portio suspensa, aut apud eam, si in matrimonio curialis ejusdem civitatis fuerit collocata, perpetuo jure permaneat: vel si intra id tempus [39] alienum [ab [40]] eadem curia sortiatur maritum, penitusve nupta non fuerit, memorata pars [totius [41] substantiæ] curiæ cum triennii tam urbanonum quam rusticorum prædiorum dumtaxat fructibus addicatur: ita tamen, ut [& [42] opinionis conditio in offerendis rebus quartæ partis vel dodrantis [43]] & sacramenti tam de quantitate quam de æstimatione rerum mobilium, deque actionibus inferendis, vel excipiendis (sicut in extraneis personis dictum est) ratio conservetur. Sed & si mater mortui vel avia tempore quo filius nepotve moritur in conjugio ejusdem civitatis curialis inventa fuerit: ne ipsas quidem patimur quartæ portionis subire jacturam. Reperta quinetiam heredem propinquitatis quidem jure discretum, curiæ tamen ejusdem civitatis [44] obnoxium supradictæ portionis dispendio liberamus. Dat. VII. Id. Mart. *Constantinop.* Dioscoro & Eudoxio [45] Conss. 442.

111. Imp. Justinianus A. Mennæ P. P.

SI quis curialibus [46] muneribus obnoxius, uno forte vel pluribus filiis vel filiabus derelictis, filio quidem vel filiis substantiæ suæ partem minimam dereliquerit, (eam tamen quæ [47] excludere eos ab inofficiosi querela potest) aliis autem suam substantiam dereliquit, ut ex hac patrimonii distributione apud filium [48] quidem vel filios curiales minima pars substantiæ remaneat: totum autem curiale munus masculis imminet, sive filii sint, sive nepotes vel pronepotes, curiali tamen conditioni obnoxii: sancimus hujusmodi iniquitatem resecari, & non minus quarta portione in masculos posse testatorem transmittere: sive unus est filius, sive plures: nulla diminutione ex permixtione fororum eis [49] facienda: ut non solum corporibus, sed etiam substantiis laborantes, possint curiale habere consortium. †. Ad hoc sancimus, si quis curialis, filiabus pluribus derelictis, ab hac luce fuerit subtractus: quarum una curiali ejusdem nupserit civitatis: aliis filiabus quæ ad hujusmodi vota non migraverint: vel extraneis in reliquam partem heredibus derelictis, non videri curiæ ex sententia legis Theodosianæ [50] ad Apollonium scriptæ satisfieri: sed omnino [51] quartam [52] partem patrimonii curia consequatur: sive uni filiæ quæ curialibus nuptiis copulata fit, deputanda est: sive ex aliis heredibus colligenda: filia proclusdubio quæ curiali nuptit immuni ab hujusmodi quartæ datione servanda: cum per maritum ejus quantum ad ipsius personam [53] curiæ sit satisfactum: & hoc observari [54] non solum si ultimo elogio condito testator curialis decesserit: sed etiam si intestatus [55] diem suum obierit. [Sed &] si quid [56] minus [57] quarta [parte] fuerit, vel minime derelictum: hoc modis omnibus filio curiali, vel filiæ quæ nupta est ejusdem civitatis decurioni, ex substantia patris curialis modis omnibus, vel deputari, vel adimpleri: nullo obstaculo curiæ opponendo, si secundum prædictam [58] legem filius, nepos, pronepos, pater, avus, proavus, curiali morienti fuerint derelicti, qui nexibus curialibus ex quacunque, vel dignitate, vel occasione fuerint absoluti. In hoc enim Theodosianæ [59] legi apertissime volumus esse derogatum. Et generaliter definimus ex omni causa, neque masculos liberos, neque filias copulatas matrimonio curialis, minus quarta parentis substantiæ habere: vel non extantibus filiis, vel filiabus, sed aliis heredibus, ipsam curiam secundum anteriores leges quartæ curialis mortientis habere solatium. Datum Kalend. Januar. C. P. Justiniano A. 11. Conss. 528. [60]

Tit. XXXV.

DE IMPONENDA LUCRATIVA [61] DESCRIPTIONE.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. ad Apollonium Præfectum prætorio.

DEscriptionis [62] onere siliquarum [63] quatuor, quas [ex [64]] lucrativis jugationibus tantum non humanis, vel animalium censibus, neque mobilibus rebus jubemus indici: & si curiales non sint majores, ac [65] posteros liberamus: ut si parer, avus, proavus, filio, nepoti, pronepoti, vel filiæ, nepti, proneptive (nec interest [66] nuptæ sint curialibus necne) posterna voluntate, vel inter vivos etiam donatione quicquam de suis opibus largiatur, memoratæ descriptionis cesset indictio. Æque [67] ex diverso, si posteriores ad majores prædicta sibi consanguinitate [68] devinctos præfatis titulis suas conferant facultates: nullius [69] accessione [70] gravaminis hujusmodi liberalitas oneretur: *In tam* [71] *enim necessaria* [72] *sibi conjunctissque personis, sub liberalitatis appellatione debitum naturale persolvitur.* Cujus auctoritatem juris pariter valere sancimus, etiamsi ab intestato succedant sibi præniti [73] generis ordine sociati. Ex his enim successionibus maxime debiti potius solutio quam muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiam dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur. Cæteri [74] vero licet quadam inter se cognatione jungantur: nunquam tamen curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur: nisi is forte cui lucro res cesserit, ejusdem civitatis ordini sit obstrictus: qui licet inter extraneos numeretur, vacuum tamen ea functione quod datum est, consequatur: nam cum personæ conditio non mutetur, nec rei quidem statum convenit immutari. †. *Lucrativæ* [75] vero res eas tantum volumus appellari, atque à prædictæ descriptionis gravamine excipere, quæ hereditatis, legati, fideicommissi jure, mortis causa donationis [76], vel cujuslibet posternæ voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter vivos etiam donatio simplici liberalitate confecta, lucrativæ merebitur & nomen, & sarcinam. †. Si vero, vel socer futurus, filii, vel nepotis, vel pronepotis sponsæ affinitatis coëundæ causa donaverit: vel parens etiam filiam, vel neptem, vel proneptem curiali, seu extraneo nubentem dotaverit, licet casus eventu [77], ex ejus, cui data est, vertatur ad lucrum, nec [78] inter lucrativas numerabitur, nec descriptionis oneri subjacebit. *Nec enim juris optimi est matrimonium* [79], *cum res* [80] *tantisque suis difficultatibus opprimatur, ad contrita etiam cumulare ponderibus.* † Res vero, quæ memoratis causis lucrativæ semel nomen exordiumque sortita est, licet ab eo, qui susceperat, ad alterum emptionis, vel cujuscunque contractus jure migraverit, cum prædicto descriptionis gravamine proclusdubio transferetur: ut vel sciens sibi imputet, qui accepit oneratum: vel si ignoraverit, quod interest consequatur. Contraque si cujuslibet contractus exordio lucrativæ nomen evaserit: & si posita lucri titulo in dominium alicujus ceciderit, sarcinam memoratæ descriptionis effugiet. Nulla enim in hujusmodi causis confusionis intercedit occasio, etsi ad [81] primordium tituli posterior quoque formetur eventus: nisi forte res decurionis, quæ ad eum cujuslibet mercimonii jure pervenerit, ad alterum fuerit posterna cjus voluntate, vel ab intestato, vel inter vivos donatione translata: tunc enim quia semel in personam cecidit principalis (veterum titulorum nequaquam ratione perspecta) conditionem, & onus merebitur lucrativæ. Datum VII. Id. Mart. *Constantinop.* Dioscoro & Eudoxio VV. CC. Conss. 422.

Tit.

---

1 Ejusdem.
2 Quartam hereditatis defuncti decurionis extraneus ejus heres curiæ præstare debet. In quibusdam locis Germaniæ extranei sive peregrini vel forenses similem heredes facit, quartam hujusmodi præstare compellitur.
3 Novella Theodosii quæ integra hodie extat in breviario Alarici, tit. de bon. decurr.
4 Id est, l. 1. T. sup.
5 Id abrogatum videtur Nov. 38. pr. §. 1. in fin.
6 Defertur, in N. T. de bonis decurion. mort. & naturali. filio servato.
7 Curiarum, in Nov. Theod.
8 Quarta debitæ curiæ ex universo semitur, non ex singulis rebus.
9 Al. frenantes, ut in Nov. Th. sed.
10 Al. ipsius.
11 Hic, ut etiam, T. sequens, quadam C. C. Theod. innovatus sunt: quorum vide.
12 Hæres extraneus bona defuncti decurionis dividit in quatuor partes & eligit vel fors dederit.
13 Sorti electio committitur. In eligit cui fors dederit, ut hic, unde hic notat Cujac. Interim in divisione hereditatis, interdum & fideicommissorum, fortium sorte commissis, vel inter fratres, majorem divisis, minorem vero electis. Hæc fideicommissa ingens reperiuntur. Instit. 6. de exhib. & restit. Vinder. in Inst. oratio. quod & hodie fit multis locis: de qua genere divisionis vide Myringer. 4. obs. 37. l. 3. T. comm. de leg. Divisio fit in sorte, multis locis, sicut vel mixtando digitis. §. optimus 23. Inst. de legat. ubi Vinnius. l. sed cum modo 24. ff. de jud. Olim dandis in judicium & dijudicandis vera pars potior debetur dispare, forte res dirimatur, ita prolet adscripticia bona adscripticiorum dominus dominus forte divisitur. Nov. 156.
14 In scriptura antiquæ, valde, & sic legitur in Nov. Theod.
15 Al. ut, in Nov. Theod.
16 Cautione, in Nov. Theod.
17 Vitium quodam à natura, habituali, corrupto.
18 Communia omnibus jure nefigurare, ut hic, quotationes Arist. 2. Pol. 2. Communiones regulam introduxerunt à Socrate in his Republ. perperam, nam pro communibus vehicul. & mulier. Sic. Instit. vide: hos autem adversus Ambitiosos, communiones patrocinio, pollis recte adsimpsit.
19 Immobilia latere non possunt, apparent enim facile, non occultantur ut mobilia. Immobilium bonorum possessionis evulgatio non officit possessori.
20 Quicquam, in Nov. Theod.
21 Mobilia ab alio: moventia à se ipsis moventur ut animalia: Immobilia à nullo. Leg. ff. de contr. fgm.
22 Al. detrit.
23 Rerum aliæ immobiles, aliæ se moventes aliæ jura.
24 Rerum tyrannicum est, ut quisque mobilium suorum numerum posteri apud acta & publicos engrossent.
25 Vide Warnefrid. in 1. praef. 36. cap. 2.
26 Vide Warnefrid. in praef. 38. cap. 8.
27 Ea re putant quidam inaliquo ædificium facile obligari: in rusticum non æque. Dall. ad l. 4. ff. de publ.
28 Patere, in Nov. Theod. & quibus lib.
29 Vide Warnef. in praef. 38. cap. 8.
30 Per fasas forum, in Nov. Theod.
31 Diligenter, in Nov. Theod.
32 Divisio prout successores elegerint, in Nov. Theod.
33 Descendentium masculi curiales, vel fœminæ nuptæ curialibus, vel extranei curiales succedunt in totum. Bart. Goth. Intellectum hujus §. vid. apud Decher. lib. 2. dissert. 1. num. 11. Decius. vol. 1. resp. 192. Ans.
34 Id abrogatum Nov. Theod.
35 Inclusa abhinc à Nov. Theod. Hic autem ut T. in pr. curialis addidit Trib. adjecit etiam curialium & scil. decurionum, ut hæc lex congruenter cum Justin. l. 1. princ.
36 Nonnemo, in Nov. Theod.
37 Adepta ætate, in Nov. Theod.
38 Conditio si nupserit, tempus habet limitatum.
39 Tempora, in Nov. Theod.
40 Abest à Nov. Theod. & quibus lib.
41 Absunt à Nov. Theod.
42 Inclusa abhinc Nov. Theod. & quibus lib.
43 Al. per ejus partis, in omnibus manuscriptis & perperam inserta sunt ex libro Nov. Theod. vide Cujac. 3. Inst. 1.
44 Absunt à Nov. Theod.
45 VV. CC. additur in Nov. Theod.
46 Hujus sunt legis sententiam Græce recitat idem Justinianus, in Novell. 38. Const.
47 Adde Novell. 38. cap. 13.
48 Al. Eliam.
49 Sororis ejus.
50 Id est, Sapientiæ.
51 Omnimodo.
52 Legitima liberorum curialium, olim quarta bonorum omnium reliquorum liberorum quarta legitima portionis, ut hic. Hodie curialibus plus debetur quam cæteris. Curialibus dodrans omnium bonorum: cæteris trientes, vel semis legitimæ partis. Nov. 2. tit. 2. & sequ. 18. c. 2. Nov. de decurion. 38. c. 3. Mutatur itaque novo jure quadrans in dodrantem.
53 Hujus persona.
54 Servari.
55 Intestato.
56 Sequitur.
57 Hodie dodrans Nov. 38. c. 3.
58 Vid. Nov. Theod. si filius, nepos, pronepos, avus, pater, proavus non curialis curiali successerit, curiæ nihil debetur.
59 l. 2. T. sed.
60 Videtur hic deesse Graca constitutio, cujus meminit Nov. 38. c. 2. ut curiales filii suis dodrantem relinquant. Cuj.
61 Lucrativi tituli qui sint vide T. eadem. De lucrativa descriptione adde l. 1. T. de annon. l. 16. C. Theod. de agricol. in reb.
62 Sumpta est hæc l. ex eadem Nov. Theodosii, ex qua saperior, l. imminimus, T. tit. prax. ex libro Novell. Theod. qui hodie extat.
63 Siliquarum earum (quod & singulatim) præstatur ex singulis jugationibus non ex capitibus vel rebus mobilibus, quas in re derogatur l. 1. C. Theod. eadem. adde Novell. 131. cap. 5. in fin.
64 Deest ex, in Nov. Theod.
65 Al. sed.
66 Al. refert. ut in Nov. Theod.
67 Æque hic, Al. dein, ex.
68 Consanguinitas hic pro cognatione accipitur, cum tamen fraternitatem significet, & in aliis locis consanguinei dicantur fratres. Consanguinei, fratres ex eodem patre, germani, fratres legitimi. l. 32. ff. de leg. 3. Consanguinitas, fraternitas. Hic tamen generaliter pro cognatis accipit consanguinitatem, ut l. 1. C. Theod. de legit. heredib. ut Lycophron Chalcidensis & Zetzes. sec. vid. Cujac. 15. observ. 36.
69 Vectigal ex lucro sol vendum, non solvitur ex hereditate patris seu à patre delata. vide l. 9. ff. pro socio.
70 Eadem ratio de vicesima remissa domesticis hereditibus est apud Plin. in Panegy.
71 Ita enim, in Nov. Theod.
72 Lucrativa causa non est, quam necessitate ab alio accipimus, necessitate præstare videtur.
73 Præfati, in Nov. Theod.
74 Cæterum, in Nov. Theod.
75 Lucrativa causa est hereditas, legatum, fideicommissum, mortis causa donatio, quodque ultima quavis voluntate ad nos venit, ut hic. Non lucrativa dos, donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio & similes. vide Decium ad l. 33. ff. de regulis jur.
76 Al. donatione, ut in Nov. Theod.
77 Casu eventuve quo, cui, al. additur mortis vel divortii, sed præter auctoritatem auctor. lib.
78 Dos non est titulus lucrativus marito cum accipienti: sed mulieri tantum cui quis dotem constituit. l. ult. §. si à patre, in fin. ff. quæ in fraudem creditor.
79 Matrimonium multis difficultatibus opprimitur.
80 Afflictis nova afflictio non est imponenda.
81 Ad primordium tituli posterior eventus formatur. Inde notent, lucrativo titulo rem non accipere qui eam ab ingrato jure suo revocat.

l. Amari 29. ff. de donat. Quod necessaria persona necessariæ personæ præstat, necessitate præstare videtur. 73 *Præfati, in Nov. Theod.* 74 *Cæterum, in Nov. Theod.* 75 Lucrativa causa est hereditas, legatum, fideicommissum, mortis causa donatio, quodque ultima quavis voluntate ad nos venit, ut hic. Non lucrativa dos, donatio propter nuptias, Emptio, Permutatio & similes. vide *Decium ad l. 33. ff. de regulis jur.* 76 Al. *donatione, ut in Nov. Theod.* 77 *Casu eventuve quo, cui, al. additur mortis vel divortii, sed præter auctoritatem auctor. lib.* 78 Dos non est titulus lucrativus marito cum accipienti: sed mulieri tantum cui quis dotem constituit. *l. ult. §. si à patre, in fin. ff. quæ in fraudem creditor.* 79 Matrimonium multis difficultatibus opprimitur. 80 Afflictis nova afflictio non est imponenda. 81 Ad primordium tituli posterior eventus formatur. Inde notent, lucrativo titulo rem non accipere qui eam ab ingrato jure suo revocat.

1 Salaria quæ ad usum dantur, vide *l. 4. §. 2. ff. de decretis, l. 1. l. 17. ff. mandati. l. 7. l. 35. §. pen. ff. muner.*
2 Al. *Comites Orientis.*
3 *C. Theod. lib. 12. tit. 2. l. 1.*
4 Hanc legum ex serie titulorum recte sic accipit Cujacius, ut non possit decuriones cuiquam salarium constituere sine justis principus. 5 Salarium decuriones ex publico constituere non possunt, sine principis voluntate: excipe tamen casus. *l. 4. §. 2. ff. de decretis.* 6 *Viribus, in C. Theod.*

TIT. XXXVI.

DE PRÆBENDO SALARIO[1].

1. Imp. Constantinus A. ad Marcellinum Corr.[2] post alia[3].

NULLUM[4] salarium[5] tribuatur ex juribus[6] reipublicæ, nisi ei qui jubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. Dat. v. Non. Octob. *Constantinop.* Limenio & Catullino Conss. 349.

TIT. XXXVII.

SI CURIALIS RELICTA CIVITATE RUS HABITARE MALUERIT.

Omnes curiales revocantur ad civitatem, & ad curiam, & locus, in quo rure habitant, publicatur. Bart.

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P. P. post alia[7].

CURIALES[8] omnes jubemus interminatione, moneri, ne[9] civitates fugiant, aut deserant rus habitandi causa: fundum quem[9] civitati prætulerint, scientes fisco esse sociandum: eoque ture[10] se curiatores, cujus causa impios[11] se patriam vitando, demonstraverint. Dat. XVIII. Kalend. Januar. *Constantinop.* Arcad. IV. & Honor. III. AA. Conss. 396.

7 *C. Theod. 12. 18. 2.*
8 Cur fugiebant patriam civitatemque suam? Non tam Philosophiæ studio ruris umbra fedierent, quam quod curiæ munus omni quoque esset: & curialium; utpote primorum urbis, præsentis civitates, urbes ac municipia decuriari & augeri Principes ipsi cuperent: ad municipiorum cultum id pertinere putarent. *Ad hanc pene modum nobilibus Italis necessitas à quibusdam principibus imponitur hodie, curtis anni temporibus in urbibus morandi, quod & ad urbium ipsarum splendorem, & vectigalia simul augenda satis excogitatum ingeniose.* 9 Rustica vita urbanæ non præferenda. Romani quidem senatores in agris sæpe versati: in urbem tamen accurrebant arcisi: quin & ipsos victores sæpe antevertebant. 10 Al. *jure*, sed rectior est ex causa lectio, quæ confirmatur *C. Theod.* 11 Patriam qui vitat, *impius. l. penult. ff. de resc. vend.* Ita *Apostolus* qui fuerum curam non habet, impius est.

TIT. XXXVIII.

DE[12] MUNICIPIBUS [ET[13]] ORIGINARIIS[14].

In loco originis & incolatus cogitur quis subire munera. Bart.

1. Imp. Alexander. *al.* Antoninus, A.[15] Silvano.

CUM[16] te Byblium[16] origine, incolam autem apud Beritios esse proponas, merito apud utrasque[17] civitates muneribus fungi compelleris.

11. Imp. Gordianus A. Frontoni.

SI, ut proponis, ea, quæ ex causa fideicommissi te manumisit, ab ea libertatem justam fuerit consecuta, quæ originem ex provincia Aquitania[18] ducebat: tu quoque ejus conditionis, ejusque civitatis jus obtines, unde, quæ te manumisit, fuit. Eorum enim conditionem sequi ex[19] causa fideicommissi manumissos[20] pridem placuit, qui libertatem præstiterint, non qui dari rogaverint.

Filius sequitur originem patris, & non matris nisi ex alia causa civitati matris sit adstrictus. Bart.

111. Imp. Philippus A. Patrocio.

FILIOS apud originem[21] patris, non in materna civitate, etsi ibi nati fint (si modo non domiciliis retineantur) ad honores, seu munera posse compelli, explorati juris est.

IV. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. Secundo.

ORIGINE[22] propria[23] neminem[24] posse voluntate sua eximi manifestum est.

V. Imp. Constantinus A. ad Maximum Vic.[25] urbis.

SI quis[26] cum ex majore, vel ex minore civitate originem ducit, eandem evitare studens[27], ad alienam se civitatem incolatus[28] occasione contulerit: & super hoc, vel preces dare tentaverit, vel qualibet fraude niti, ut originem propriæ civitatis eludat, duarum civitatum decurionarus onera sustinear, in una voluntatis[29] & in una originis[30] gratia. P. P. VIII. Kal. Januar. Paulino, & Juliano Conss. 325.

12 *ff. lib. 50. tit. 1. C. lib. 1. tit. 55.*
13 *C. ff.* deest, *&c.*
14 Originarii opponuntur voluntariis, de quibus *in l. 22. §. 2. ff. ad municipal.*
15 *Antonino A. hoc in meo manusc. Cont.*
16 Byblus, urbs est in Phœnicia non longe à Libano & Berytho.
17 Ad Munera quia vocatur, vel ut originarius, vel ut incola. *l. 19. ff. ad municipalem.*
18 Aquitania duplex: Primæ metropolis Bituriges, secundæ Burdigala. *Antonini Itinerarium.*
19 Liberti patronorum originem sequuntur, sunt enim ejus loci cives cujus est eorum patronus. dixi ad *l. 6. in fin. l. 29. in pr. ff. eod.* adde quæ de libertis scripsi ad *l. 108. ff. de cond. & dem.*
20 Manumissus originem manumittentis sequitur. *l. 17. §. ex causa 8. ff. ad municip.*
21 Originem patris non matris in honoribus gerendis sequuntur liberi. *l. 1. §. qui ex duob. ff. ad municip.* 22 Origitis jus nemo mutare potest, *ut his, l. ult.*] *eod.* incolatus potest. Cur? illud naturale, hoc civile jus est. Unde sequitur unum & eundem, duarum civitatum municipem esse posse, quia videlicet originarius est: alterius vero incola. *l. ult.*] *eod.* adde *l. 11. ff. de senator.* 23 Al. *Origini propriæ*, &c. Hujus autem legis ratio est quod jus originis naturale *sit.* 24 Imo uxores eximuntur. *l. 22. §. 1. l. 32. l. 37. in fin. l. ult. §. 3. ff. ad municip.* 25 Comitum oriestis. 26 *Ex lib. 12. tit. 1. l. 12. C. Theod.* al. *qui.* 27 Al. *studeat.* 28 Originem incolatus occasione nemo potest mutare. *l. 22. §. 2. ff. ad municip.* 29 Al. *voluntate.* 30 Voluntaria non est origo, sed necessaria: Incolatus voluntarius est: inde municipem alii origine, alia voluntate municipes sunt.

TIT. XXXIX.

DE[31] INCOLIS[32], ET UBI QUIS DOMICILIUM HABERE VIDETUR, ET HIS, QUI STUDIORUM CAUSA IN ALIENA CIVITATE DEGUNT.

Postquam quis transtulit incolatum, non potest revocari ad municip. Bart.

1. Imp. Antoninus A. Paulo[33].

NON[34] tibi obest, si cum incola esses, aliquod munus suscepisti: modo[35] si antequam ad alios honores vocareris, domicilium[36] transtulisti.

Scholares non dicuntur constituere domicilium, ubi studunt nisi X. annis steterint, vel alia ratione constiterint. Bart.

11. Imp. Alexander A. Crispo.

NEC ipsi[37], qui studiorum[38] causa aliquo loco[39] morantur[40], domicilium ibi habere creduntur, nisi X.[41] ann. transactis eo loco sedes sibi constituerint, secundum epistolam Divi Hadriani: nec patet [qui] propter filium studentem frequentius ad eum commeat. Sed si aliis rationibus domicilium

31 *ff. lib. 50. tit. 1. Ecleg. lib. 14. tit. 1.*
32 Incola quid? vid. *in l. 239. §. incola ff. de verb. sign.*
33 Paulino.
34 Si is qui quodam in loco fuit incola, munusque sustinuit antequam ad alium honorem vocaretur, domicilium suum transtulit: quo amplius eo loco munera subire cogitur. Nam transtulisse domicilii *ἀφορμὴν εἶναι*, id est, originem quidem non mutat, sed *personæ* incolatum. *Synops. Basil. 54. tit. 1. ex lib. 55. tit. 2. c. 1.* ita qui subscriptum munus modum implevit, renunciare incolatui non potest. *l. incola. 34. ff. eod.*
35 *l. 34. ff. ad munic.* 36 *l. 31. ff. ad munic.* 37 Ipsis. 38 Studiis qui dant operam, intra decennium pro incolis non habentur. *l. 3. §. Annum. 2. ff. de injuriis.* post decennium jam non discipuli, sed incolæ censentur, *ut hic.* Seneca 19. Epistolarum: *Nec omnino quæsiam qui mihi apud Philosophum annis perfuderint & ne calvum quidem diuerint? Pertinacissimos quidem & assiduos quos ego non discipulos philosophorum, sed inquilinos voco.*
39 Loci. 40 O *mutuo in civitatibus* leg. vid. *l. 78. ff. de leg. 3.* Incolatus & domicilium decem annis præscribitur & eo tempore fit quis incola & domicilium constituisse intelligitur, & consequitur civitatem, jus, & privilegium civitatis adquisivisse, ut ita civis verus sit, & fictus originarius. *Bart. vide de præfect. Balb. 5. de præfer. 5. quæst. 14.* 41 Congruit *hic l. 3. qui apud eos profess.* I. G.

in splendidissima civitate Laodiceorum[42] habere probatus fuerit[43], mendacium[44], quominus muneribus fungatur[45], non proderit.

111. Impp. Diocletr. & Maxim. AA. Alexandro.

EST verum eos, qui in territorio alicujus civitatis commorantur, velut[46] incolas ad subeunda[47] munera, vel ad capiendos[48] honores non adstringi.

Propter solum possessionem quis non revocatur ad munera. Bart.

IV. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CUM neque originales[49], neque incolas vos esse memoratis: ob[50] solam[51] domus, vel possessionis, licet ex substantia decurionis acquisita sit, causam, publici juris auctoritas muneribus subjugari vos non sinet.

V. Iidem AA. & CC. Maximo[52].

SI in[53] patria uxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium defixisti, incolatus jure altro te ejusdem civitatis muneribus obligasti.

Origo & domicilium facit quem vocari ad munera, nisi per privilegium contrarium sit expressum. Bart.

VI. Iidem AA. & CC. Marcellino[54].

PRivilegio speciali civitatis non interveniente, tamen originis ratione, ac[55] domicilii voluntate[56] ad munera civilia quemque vocari certissimum est.

VII. Iidem AA. & CC. Aurelio.

CIVES quidem origo[57], manumissio, allectio[58], vel[59] adoptio: *incolas*[60] vero (sicut & Divus Hadrianus Edicto suo manifestissime declaravit) domicilium facit. Et in eodem[61] loco singulos habere domicilium non ambigitur, ubi[62] quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam[63] constituit, unde [rursus[64]] non sit discessurus, si nihil avocet: unde cum profectus est, peregrinari videtur: quod[65] si rediit, peregrinari jam desstitit.

VIII. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA[66] ad Senatum.

SENATORES[67] in sacratissima[68] urbe domicilium dignitatis habere videntur. Kalend. Mart. Valentin. A. & Neoterio Conss. 390.

Mulieres ex persona maritorum sortiuntur dignitates, & forum. Bart.

IX. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Martiano Comiti Orientis[69].

MULIERES honore[70] maritorum erigimus, [& [71]] genere nobilitamus[72], & forum[73] ex eorum persona statuimus. [Sin autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate privatæ, posteriores mariti sequentur conditionem[74]] & [71] domicilium[76] mutamus. Dat. IV. Kalend. Februar. C. P. Arcadio II. & Rufino Conss. 392.

42 Laodicea hæc diocesim obtinet Lydiæ, quæ Laodicenum est, non Laodicenorum, *vide de Lydiæ, in hunc l.*
43 Laodicea dicti sunt, *de quo Plin. lib. 5. cap. 29.*
44 Id est, falsi adseverantis.
45 Al. *fungatur.*
46 *l. 31. ff. ad municip.* Imo ex incolas. *l. 239. §. incolas. ff. de verb. sign.*
47 Obeundis.
48 Capessendos.
49 O *ubi opportune*, id est, qui neque originalis est, nec incola, nec domicilium in aliquo loco habet, sed domum, fundumve tantum possidet, munera subire non cogitur. *Syn. 54. tit. 1. cap. 4.*
50 *l. 17. §. sive ratione. l. §. sola domus. 13. ff. ad municip. Pol.* Sit quis, quo loco habet bona ejus neque originalis esse, neque civilis, ideoque nec ejus loci ullis habetur ratio in testamento, vide *Cujac. 12. obs. 7. 12. Asoch. Vid. Tessaur. decis. sup. Grivell. decis. Sabaud. 31. Ans.*
51 Al. *domus*, *vel possessionis*, & postea, *casis.*
52 Maximo.
53 Qui domicilium habet in aliquo patria, vel alia quadam civitate tanquam incola fruitare munera cogatur. *Syn. d. tit. 54.*
54 Marcello.
55 *l. 7. ff. ad.*
56 Municipes alii origine, alii voluntate. *l. 22. §. 2. ff. ad municip.*
57 *Civem facit vel Tacitus quidem origo ex aliquo loco ducta ut & manumissio* ab aliquo facta ex ea civitate oriunda: sed & *vel incolatus quidem*, vel *adscriptio* in numerum civium: ut & adscriptio in eadem civitate instituta. *Synops. Basil. 54. tit. 1. c. 6.* adde *l. 1. ff. ad municip.* Goth. Declarationem hujus l. vid. apud Johann. Zanger. *de Except. part. 2. c. 1. num* 39-42. Ans. 58 Adjectio. *l. 6. ff. de muneris.* Potest ex hoc loco satis colligi, civitatem à quoquo mutari posse. Tertull. §. *adversus Marcionem*, allectio nationum à novissimis diebus exorta est. 59 Id est.
60 Incola loci est, qui ibidem domicilium habet, non momentarium, sed ubi larem & summam rerum & fortunarum suarum constituit: unde non sit discessurus, nisi necessitate avocetur: unde si discedat, peregrinari incipit: quo si rediit, peregrinari desstitit. adde *l. 203. de ver. sign.*
61 Al. *& in eo loco. Cujac. emend.* & in eo demum loco. 62 Addo *l. 27. §. 1. ff. ad municip.*
63 *Tho Ippolita.* 64 Al. *quo.* 65 Al. *Constantinus A.* 66 *Pars l. 2. T. ubi senatores vel clarissimi.* 67 Constantinopoli & Romæ. *l. 22. §. pen. ff. eod. l. 2. T. ubi senat.* 68 *Ita in C. Theod. 2. 1. 7. Extat eadem lex iterum*] *l. lib. 12. tit. 1. l. 13. Cunct.* 69 Ursi à matre mutatur honorem, genus, forum, domicilium, *ut hic, Ravenn. 105. cap. 2. & 22. cap. 36.* 70 Al. *dixit, ut in C. Theod.* 71 Nobilitatur à marito uxor. adde *l. 1.] de dignit.* 72 *Idem forum, in C. Theod.* 73 Forum mariti uxor sequitur. *l. 5. ff. de Ritu l. 1. §. 5. ff. de lib. exhib. l. pen. ff. de jurisd. l. exigere autem. 65. ff. de jud. l. cum in test. 6. T. de donat. ante nupt. l. ceterum 4. §.* mulieri *1. ff. de usu & habit. Hortius 3. Amicl. ibi*, & *patria Andromachen iterum essitis marito.* adde *Costanum cap. 10. num. 47.* 74 Inclusa desunt *in C. Theod.* 75 Domicilium mariti mansio in domo mariti uxor retinet. 76 *Domicilia, in C. Theod.*

TIT. XL.

DE MUNERIBUS[77] ET HONORIBUS NON CONTINUANDIS INTER PATREM ET FILIUM ET DE INTERVALLIS[78].

Continuatio honorum, & munerum impeditur in his, qui sunt idem, vel quasi: intervalla vero in his tantum qui sint idem vere. Bart.

1. Impp. Severus, & Antoninus AA. Septimio[79] Zenoni.

SI cui[80] honores & munera cum pater, & filius decuriones sunt[80], in[81] eadem domo continuari non oportet: ita vacationum concessa tempora non[81] aliis prodesse possunt, quam [his,] qui ad eosdem[82], vel alios honores eademque, vel alia munera denuo vocantur. †. Pro[84] infante vero filio quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum astrinxeris, tamen onera sustinere non cogeris: cum ad ea [tantum[85]] quæ mandari possunt, voluntatem dedisse videaris.

11. Imp. Gordianus A. Cyrillo.

AB honoribus ad honores eosdem quinquennii[86] datur[87] vacatio: triennii vero, ad alios: Legatione[88] autem perfunctis[89] biennii[90] vacatio concessa est[91].

Frater propter fratrem non habet vacationem, sed propter alios idoneos nondum gravatos relle excusatur. Bart.

111. Impp. Diocletr. & Maximian. AA. Critiæ[92].

INtervalla temporum, quæ in unius[93] persona locum habent, fratribus (licet communia possideant bona) minime prodesse, frequenter constitutum est. Sane his missis[94], qui necdum functi muneribus, ad hæc idonei constituti vocari debent, vos si ad obsequium civilium munerum repereris paruisse: ne interim[95] interpellemini, Præses provinciæ providebit.

77 Munus est delictum privati hominis, cum utilitas ad singulos, universosque cives redit.
78 Intervalla, vacationum tempora ut ne quis continuate honores cogatur. *l. de vac. 18. ff. ad municip. l. hanc 14. §. 5. ff. de municipibus.*
79 Meminit hujus rescripti Paulus *in l. 21. §. 6. ff. ad municip.*
80 *l. 3.]. de ff. Tiberian.*
81 *l. 4. §. 1. ff. de excus. tut.*
82 *l. 3. in fin.]. ad. l. 6. ff. de legationibus.*
83 Eos.
84 *d. l. 21. §. Imperat. 6. ff. ad municip.*
85 Al. *dicit.*
86 Vide *Dion. 55. Cic. Lib. 7. & 10.*
87 *Synops. Basil. 55. tit. 3. cap. 1.*
88 Legationem.
89 Functis. Vide apud Livium *Papirium Crassum*, & Ciceronem de legibus.
90 Legatione functis biennii vacatio datur. dixi ad *l. 3.]. de legation.* 91 *lib. 7. & 10.* legem quæ vetabat, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet: & Ciceronem de legibus. 92 Al. *Acciæ*, vel *Miniæ.* 93 *l. 1. T. eod. l. 7. T. de decur.*
94 *Vide l. 3.]. quemad. civilia munera.* 95 Al. *ne iterum.*

TIT. XLI.

DE MUNERIBUS PATRIMONIORUM.

1. Imp. Antoninus A. filio[96].

CIVILIA[97] munera per ordinem pro modo fortunarum sustinenda sunt.

96 Al. *Philippo Al. filio Syriæ.*
97 Ordine civilia munera sustinenda sunt. adde *l. 7.]. de pens. sine ordine. l. ult. ff. de muner.*

11. Idem

1 Patrimonialia onera ab omnibus subeunda. *l. 3. l. 5. l. 7. l. 10. ff. eod. vide l. 2. in fin. ff. de vacation.*: unde patet, immunitatem modo alicui datam, tutelam semper excipi, *l. pen. §. 1. ff. de vacat. munerum*, aliud erit, si plusquam immunitas data sit. Plenissima enim immunitas omnium tributorum & omnium publicorum munerum remissio est, etiam extraordinarium, seu corvos tantum populorum qui non sunt Hiensis. *I. non tantum 17. §. Hinc fluit 1. ff. de excusat.*

2 Obnoxia.

3 *l. 2. T. eod.*

4 Hospitis recipiendi onus patrimoniale. *l. 3. §. 14. ff. de mun.*

5 Abhorret.

6 Equos curules dicere hic hippalia manus est patrimonii, non personæ.

7 Legendum *curules*, qui & Circenses.

8 Vide *l. 7. T. de appell.*

9 Commissio.

10 A patrimonialibus ætas non excusat numerum liberorum. *l. 2. §. 1. ff. de vacat. & excus. muner. l. 7. §. ult.*

11 Al. *excusationem.*

12 *l. 1. §. ult. & Philosophi. 4. ff. de extraordin. cog. & l. 6. §. Philosophos 4. ff. de vacat. muner.*

13 A professione sua alienum quidquam pastulare, & negotiari & lucrifacere.

14 Philosophum decet avaritia & rapacitas: ideoque à patrimonialibus muneribus non excusatur. Philosophia denique ejusve professio non excusat à patrimonialibus. *l. 8. T. de professoribus. l. 8. §. Philosophos 4. ff. de vacat. & excus. l. 6. §. 6. & 7. ff. de excus. tutor.*

15 De avaritia & rapacitate, adde *l. ult. T. ff. de victoria munic. potestate.* 16 *Avaritia cæcitate, in magistrat. manuss.* 17 A patrimonialibus minor ætas non excusat. *l. 5. T. eod.* 18 *Tyrannus, profusus*, verum protostatæ principalitatem significat. vide *his Alciat.* dixi ad *l. 3. T. de filiis familiar.* 19 *Sacerdotia, Hal.* Sacerdotium hic, munus est quo qui funguntur, ludis in honorem Dei alicujus lustratis perfunt cum sumptu aliquo. Talis fuit Alytarchia, Asiarchia, Syriarchia, Phœnarchia: de quibus dixi ad *l. in honoribus, 8. ff. de vacat. & excus. muner.* 20 Decapotis, *damus primatus, Sexdecaprotos*, decemprimi. 21 Corporalia munera personalia, quibus hic opponuntur patrimonii onera. 22 Al. *sed tamen.* 23 Patrimonii onus est protostasia, secundum decaprotia, *ut ibi.* Imo mixtum ex personis & patrimonio. *l. ult. §. 26. ff. de muneribus.*

24 Patrimonialia munera etiam mulieribus indicuntur: sexus non excusat à patrimonialibus. *l. unica, in fin. T. de mulieribus, & quæ in loco.* 25 Extraordinariæ indictiones sunt, quæ præter morem indicuntur ad tempus ex improviso. 26 Patrimonii muneribus continentur extraordinariæ indictiones. 27 Patrimonii muneribus nemo excusatur. *l. 1. ff. de muneribus*, ne quidem Ecclesia. *l. nemo. 22. T. de sacros. Eccles.*

T I T. XLII.
QUEMADMODUM[28] CIVILIA[29] MUNERA INDICUNTUR.

Non debet quis eodem tempore habere plura officia. Bart.

1. Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus 1° AAA.

Cum te curatorem[31] ad cogendas angarias creatum appellationem interposuisse proponas: Præses provinciæ si alterius curiæ[32] te esse animadverterit, ad[33] alieni corporis munera vocari non sinet: quia ejus patriæ[34] oneribus respondere debes, cui te attributum esse commemoras.

11. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. Dionysio.

Majoribus[35] honoribus[36] functos, ad minores devocari non[37] oportere rationis est[38].

111. Iidem AA. Eutychiano.

Cum[39] te omnibus muneribus functum esse adseveres, ad eadem munera, si aliorum civium copia est, qui obsequiis civilibus fungi possint, Præses provinciæ devocari te non permittet.

IV. Iidem AA. & CC. Regio.

Ulta[40] modum sumptuum te muneribus civilibus gravari levatis[41] aliis, Præses provinciæ non patietur: sed æqualitatem[42], tam juris quam censuræ memor circa ordinem[43] custodiet.

28 Similia est *lib. in C. Theod.*

29 *Edict. tit. 12. lib. 3.*

30 Al. *Alexander A.*

31 Curator ad cogendas angarias est qui compellit, adigit & exhibet angarias.

32 Al. *curatoris*, al. *creationis*, *sive nominationis*; unde creator appellatur, qui ad munera nominat.

33 Officium alienum corporis fictitiæ nomine cognator.

34 Patriæ.

35 A majoribus ad minores vocari rationis non est. Idem vitia versum Dionysio tyranno Siciliæ, quod esset Carthag. & ludi-magistrum professus, in trivio pueros doceret. *Justinus lib. 21.* 36 Al. *honoribus*, sed perperam, error inde natus quod veteribus *honor* scriberetur, 2. *Gell.* quæ vox pro *honore* interdum adscribitur. 37 Recusari, al. *excusari.* 38 Cur ita? *Rationes cujus singulorum*, videsatur injuria adfici. *Sym. Basil. 54. l. 52. T. de decurionibus, l. 4. T. eod. l. 3. §. 15. ff. de honoribus & muneribus. l. unica, §. 1. T. de patriciis ad munera, l. 2. in fin. T. de apochis.* 40 *l. 3. §. præses 15. l. 4. in fin. ff. de muneribus & honoribus.* 41 Sublevatis, al. *elevatis.* 42 Æquabilitatem. 43 Id est, formam & delectum publicam.

T I T. XLIII.
DE HIS, QUI SPONTE PUBLICA[44] MUNERA SUBEUNT.

1. Imp. Alexander[45] A. Feliciano.

Veteranis[46] qui cum possent se tueri immunitate his concessa, decuriones se fieri in patria sua maluerunt, redire ad excusationem quam reliquerunt, non possunt: nisi certa lege, & pacto servandæ immunitatis, vel partem ejus honoris agnoverint.

44 Al. *dest.*

45 Al. *Alexandrum.*

46 Renuncier veterani privilegio, qui se decurionem creari passi sunt, non excepta immunitate fisci. Hi non sub decurionatus fastidium veterani privilegium excusationis à muneribus personalibus: sed si suum excusationem, cum juvaret, omisit. vide *l. 7. in fin. ff. de jure immunitatis, l. 2. l. ult. ff. de privil. veteran.* Renunciasse alioqui privilegio privilegium non præsumitur. Nemo enim præsumitur donare; est autem renunciatio donatio. vide *Rhenchium & Perezium. 42. & 3. 45. num. 11.*

22. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. Valerio.

Qui publici muneris vacationem habet, si[47] aliquem honorem excepto decutionatu sponte susceperit, ob id quod patriæ suæ utilitatibus cesserit, vel gloriæ cupiditate pauliper jus[48] publicum relaxaverit, competens privilegium non amittit.

111. Imp. Leo A. Fusco[49] P. P.

Qui conditioni[50] non obnoxius curiali, quemlibet honorem, vel munus voluntate[51] propria in quacunque gesserit civitate, nullum præjudicium circa fortunam suam, statumque sustinet: sed tam ipse, quam liberi ejus, & qui ex his in posterum procreandi sunt, ab omni hujusmodi nexu cum suis facultatibus liberi alienique permaneant: ita tamen, ut si aliqua functio volentibus eis fuerit injuncta, ex qua necesse sit eos aliquid accipere, quod ex data sibi pecunia in reliquis apud eos manisse[52] constiterit: solventes, sine ulla molestia, vel conditionis suæ formidine discedant. Si quis vero ex his omnia decurionum munera, vel functiones, vel honores nulla imminente necessitate, sed sua sponte peregerit: eum pro sua liberalitate patrem[53] civitatis, in qua voluntarius municeps apparebit, si hoc libuerit ei, fieri constituique hac lege decernimus. Dat. v. Id. Novemb. C. P. Basilisco & Armerico Conss. 465.

47 *l. 2. in fin. T. de jure immunitatis.*

48 Jus publicum intelligit quo concessa immunitas est.

49 Al. *Faustino P. P.* Fuit hic Fusius Præfectus prætorio: qui etiam consul anno consulatum gessit cum Joanne, quo Anthemium Occidentis Imperatorem Leo fecit.

50 *Pars l. 1. T. de officio comitis Orientis.*

51 *l. 4. T. eod.*

52 Remansisse.

53 Pater civitatis, quasi pater patriæ, defensor pecuniæ publicæ, perpetuusque publicorum: auxilium munus in sua civitate implens: cogens dominos, ædes collapsas restituere, *Greci*: curans denique ut manda fit civitas. *Ulp. in Demosthenem. F. de ruticin. oper. publ. Cujac. hic, Myrill. 17. in fin. & 22. observ. 30. l. unic. T. de schol. & liberal.*

54 Post. *Gothofr.* Pater per positum liberis immunitatem reservare potest. vid. *l. nemini mor. §. final. T. Segundo & quibus quarta pars. Auct.*

55 Curiæ qui se alicui obligat deserve liberos loco, curiæ non obligat, etiam post eam sui deditionem vel obligationem natus.

56 Conditionem.

57 Pactum non valet, ut qui ex me nascentur liberi, curiam meam sequantur.

58 Decuriones.

59 Si quidem.

60 Debent.

61 Curiæ offerre naturales liberos pater potest. 62 Exposita. 63 Recte Accurs. sup. plet, *vel feminæ, curialibus nuptæ.* 64 Sustinentibus.

T I T. XLIV.
DE HIS, QUI A PRINCIPE VACATIONEM[65] ACCEPERUNT.

1. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Rufino P. P.

Nullus[66] vacationem temporalem[67] curialis accipiat: nisi id forte veris[68], ac probatis causis adnotatio[69] nostra concesserit. Dat. Prid. Non. Jun. C. P. Theodos. & Abundantio Conss. 390.

65 *Sub.* numerum.

66 *C. Th. 12. 1. 135.*

67 *Temporarium* in *C. Theod.*

68 Puta ob meorum egestatem.

69 Quippe Præsidis adnotatio non sufficit. *l. 13. T. de decurionibus.*

T I T. XLV.
DE[70] VACATIONE PUBLICI MUNERIS.

Vacatio simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria. Bart.

1. Imp. Gordianus A. Januario.

Muneris publici vacationem[71] ea continere[72] quæ non lege[73], non Senatusconsulto, non constitutionibus Principum injunguntur, merito responsum est[74], ad quam formam juris pertinens[75], si cœperis ad munera extraordinaria[76] à Magistratibus devocari[77], appellatione interposita poteris apud[78] Præsidem juris rationibus protegi.

70 *ff. lib. 50. tit. 5.*

71 Vacatione.

72 Contineri.

73 *l. 6. l. 7. l. 8. §. 3. ff. de vacat. muner.*

74 Intelligie *l. in honoribus. 8. §. qui munere. 3. ff. de vacat. mun.*

75 Pertines.

76 *l. 12. ff. de muneribus.*

77 *l. 1. ff. de vacat. munerum.*

78 *l. 2. T. de decurionibus.*

T I T. XLVI.
DE[79] DECRETIS DECURIONUM SUPER IMMUNITATE QUIBUSDAM CONCEDENDA.

1. Impp. Diocletian. & Maxim. AA. Ursatio.

Exceptis[80], qui liberalium studiorum antistites[81] sunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto[82] immunitas nemini tribui potest.

11. Iidem AA. & CC. Cassio.

Ordinis ambitiosa[83] decreta sacris constitutionibus improbantur.

79 *l. D. 17.*

80 *l. 4. §. 1. ff. eod.*

81 Antistites liberalium artium hic dicuntur, ut à Quintiliano Servius Sulpitius, juris antistes & à Plinio 7. *Plin. 2.* Platu sapientiæ antistes, adde quæ scripsi ad *l. 2. ff. de publicis.*

82 Probantur eorum decreto. *l. 2. T. de professoribus & med.* 83 Id est, gratiosa, *χαριζομενα*: vide *Cujac. hic.* Goth. Adde *l. ambitiosa. T. de decurionib.* Auct.

T I T. XLVII.
DE[84] EXCUSATIONIBUS MUNERUM.

De his, qui fuerunt Procuratores patrimonii Cæsaris.

1. Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus AAA. Demetrio[85].

Etiam hi, qui nostra procuratione[86] monstrantur, muneribus civilibus[87], quæ dignitati eorum congruunt[88], fungi debent[89].

84 *l. D. v.* Huc refer Papinian. 1. *Matur. 7. des heredes & exemptos.*

85 Al. Diocletian. & Maximian. AA. & CC.

86 Muneribus ex procuratores. *De etiam Cæsaris non excusentur. Greci in l. 9. T. eodem.*

87 Curialibus. 88 Non congruit autem ut sint capsarii vel pistores. *Greci in l. 9. T.* 89 Cur debent? finita administratione, finitur privilegium. *l. adigere. 6. §. quæritur. 2. ff. de jure patronat.*

De dignitatibus.

II. Pars actorum DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC.

INductis [1] Firmino, & Apollinario, & cæteris principalibus [2] Antiochensium adstantibus Sabinus dixit, * [3] *& cætera* Diocletianus dixit.

CErtis dignitatibus data à nobis [4] indulgentia est munerum civilium, & personalium, id est, his qui aut ex *protectoribus* [5] sunt, aut ex præpositis [6]. Hi ergo ad munera personalia aut civilia non vocabuntur.

De tutelis.

III. Iidem AA. & CC. Martiano.

TUtela solicitudo à muneribus civilibus non excusat: utpote [cum 7] nec tres [8] simul injunctæ diversarum [9] domuum, hujusmodi beneficium præstent.

De Hydraulis.

IV. Iidem AA. & CC. Attalo.

HYdraula [10] munerum civilium immunitatem sibi jure concessam approbare [11] minime [12] possunt.

De Procuratoribus absentium reipublicæ causa [13].

V. Iidem AA. & CC. Marcellino.

PRocuratores *absentium reipublicæ causa*, munerum civilium vacationem non habent.

De venatoribus.

VI. Iidem AA. & CC. Cajo.

VEnatoribus [14] immunitas ob hanc professionem solam nullo [15] jure concessa probari potest.

De negotiatoribus.

VII. Imp. CONSTANTINUS A. ad Catullinum Vicarium.

NEgotiantes vestiatios, linteones [16], purpurarios, & particarios [17], qui devotioni nostræ deserviunt, visum est secundum veterem consuetudinem ab omni munere immunes esse.

Qui possint aliquid inferendum judicare, vel non.

VIII. Impp. A. CONSTANTINUS, & JULIANUS C. ad Taurum P. P.

PLacet [18], nullum omnino judicem de cætero provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio pensitentur, quæ canonis instituti forma complectitur, vel nostra clementia decernit inferenda, vel delegatione solenniter sanciente, vel epistolis præcedentibus: sed si quid utgere forsitan cœperit, referri ad Celsitudinem tuam statuimus, & auctorem [19] te fieri, & eo persoluto referri ad scientiam nostram, ut nobis jubentibus roboretur. Si quis autem usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli [20] repetitione teneatur: quæ severitas jussionis ad ordinariorum judicum, officiorumque terrorem debebit excurrere [21], ut si eorum, vel gratiosa conniventia, vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni simplicis [22] pœna castiget. Dat. April. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO CONSS. II. 357.

De muneribus personalibus.

IX. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Claudium Proconsulem Africæ.

ILlud [23] convenit præcaveri, ne quis hanc, quæ personalis est functio, pretio [24] putet esse taxandam. Dat. Kal. Decembr. *Treveris*, VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

De prædiis principis.

X. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. ad Hypatium P. P. [25].

PRivatæ rei [26] nostræ privilegiis permanentibus, nihil [27] extra ordinem prædia jure perpetuo consignata sustineant: neque adjectis [28] læpius, ac præter primum delegationis canonem postulatis afficiantur impendiis: quandoquidem neque aurario [29] canoni sub privilegiis æstimato, aliquid ex ea jubentibus nobis præbitionum diversitate decutitur, & pari cum cæteris æstimati sorte non convenit, quos præter annonarias functiones æstimatas [30] perpetua [31] pensitationum prætogativa nexuerunt. P. P. *Carthagine*, Idib. April. post consulatum STAGRII, & EUCHERII. 382.

De dignitatibus.

XI. Iidem AAA. ad Syagrium P. P. [32]

EOs, qui cum honore [33] Comitum, nomine Magistrorum memoriæ [34] præfuere, vel epistolis [35], vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis, signandisque responsis nostræ [36] mansuetudinis [37] obsecundant: omnium [38] civilium munerum fieri jubemus exortes. Igitur qui ex eo gradu palatio nostro adhæserint [39], adesse sibi competentia privilegia glorientur: qui vero superioribus dignitatibus creverint [40], nihilominus ejus loci privilegia præsto sibi fuisse lætentur. Lecta III. Kal. Septemb. *Capuæ*, ANTONIO & STAGRIO CONSS. 382.

Palatini in dignitate constituti etiam post dignitatem finitam, & magistri scientiarum, & legati, à sordidis muneribus hic declaratis sunt exempti. Io. de Plat.

XII. Iidem AAA. ad Hypatium [41]. P. P.

MAximarum [42] culmina dignitatum, Consistoriani [43] quoque comites, Notarii etiam nostri, & Cubicularii omnes, atque excubicularii [44], ab omnibus sordidis muneribus vindicentur. Cæteros autem palatina, vel militari intra palatium prærogativa munitos, ita demum privilegium simile contineat [45], si [46] prioribus statutis se ad hujusmodi exceptionem [47] docuerint [48] pertinere: ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati, vel corpori hujusmodi beneficia doceantur fuisse concessa, circa [49] Rhetores, atque Grammaticos eruditionis utriusque [50] vetusto more durante. †. Sordidorum vero munerum talis exceptio [51] sit, ut patrimoniis dignitatum superius digestarum, nec conficiendi [52] pollinis cura mandetur [53], aut gannis [54] excoctio, aut obsequium pistrini, nec [55] paraveredorum hujusmodi juris [56], aut parangariarum præbitio mandetur: exceptis his, quibus ex more Rhæticus limes [57] includitur: vel expeditionis Illyricæ pro necessitate, vel tempore utilitas adjuvatur. Operarum quoque [58] artificum diversorum, excoquendæ etiam calcis obsequia, nulla de talibus adjumenta poscantur. Materiam lignorum [59] atque tabulata exceptorum vitrorum patrimonia non præbeant: Carbonis [60] quoque, nisi eum quem moneta solennitet, vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab hujusmodi vitis præbitio desistat. Publicis, vel sacris ædibus construendis, atque reparandis: capitalis [61], atque temonis necessitas nulla mandetur: legatis [62] atque adlectis [63] sumptus possessio hujusmodi privilegiis munita non conferat [64]. Hoc tamen his patrimoniis prosit, quæ dignitarem proprio videntur nomine possidere. Eos etiam, qui simili honore functi [65] sunt, generali prærogativa à præbitione sordidorum munerum vindicamus. Dat. v. Id. Dec. ANTONIO, & STAGRIO CONSS. 382.

De successoribus.

XIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Neotherium [66] P. P.

SOrdidorum [67] munerum excusatio [68] delata personis, ad heredem, successoremve transire non potest. Neque enim potest esse perpetuum [69], quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis, atque militiæ indulsisse nos constat. Dat. XVIII. Kal. Maji, *Mediolan.* ARCAD. A. I. & BAUTONE, CONSS. 385.

Ad l. 18. Cod. Theod. h. t.

XIV. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P. Orientis [70].

EAm legem [71], quam de extraordinariis, sordidisque muneribus, expressis vocabulis functionum, & insignibus dignitatum, sine ulla ambage præscripsimus; ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, esse præcipimus servandam, ut iisdem beneficiis non quandiu militaverint, sed quandiu vixerint, perfruantur. Dat. XI. Kal. April. *Mediolan.* TATIANO, & SYMMACHO CONSS. 391.

De prædiis Principis.

XV. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messiano Com. R. P. [72]

EVidenter, atque absolute jubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo, seu perpetuo jure teneantur, aliquid præter ordinem superindicti vel pretii [73] nomine de sordidis quibuscunque muneribus agnoscant: Nam & hoc à divis Principibus imperatum [74] est, & à nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur judicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus suis, alia de officiis suis, totidem & de curialibus qui exequi mala jussa festinant, noverit eruenda. Dat. VII. Kal. Jul. *Mediol.* OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De illustribus.

XVI. Iidem AA. & THEOD. A. Melitio P. P. post alia [75].

A B [76] illustribus [77] personis sordida munera, & extraordinariæ necessitatis damna removemus. Dat. XV. Kal. Mart. *Ravenn.* DD. NN. HONORIO IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

---

tit. 16. l. 19. 71 *Intelligis l. 18. ejusd. tit. C. Theod.* 72 *C. Theod. ad. tit. Just. l. 20.* 73 Petiti *in C. Th. & Gratus legere petiti notat Cujac.* 74 Impetratum. 75 *C. Theod. ad. tit. Just. l. 64. in fin. T. de decurionibus, l. 23. in pr. ff. ad municip.* 76 Illustres hic senatores, maximarum dignitatum culmina, *l. 12. T. eod.*

TIT. XLVIII.

DE [78] QUIBUS MUNERIBUS, VEL PRÆSTATIONIBUS NEMINI LICEAT SE EXCUSARE.

I. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Herculeo P. P. 79 Illyrici.

COMPARATIONI [80] transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coartentur ad necessitates Illyricanas [81]: nam in his duntaxat titulis nullum sub quopiam cessare privilegii velamento censemus: sed sub hac conditione, cum tempus exegerit, hujusmodi collationi succumbent [82], ut non tantum requiratur idoneus, verum universi pro portione suæ possessionis jugationisque ad hæc munia [83] coartentur, & à summis sarcina ad infimos usque decurrat. Dat. III. Id. April. *Constantinop.* BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

II. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Taurum P. P.

UM [84] ad [85] felicissimam expeditionem [86] nominis [87] nostri, omnium provincialium per loca qua [88] iter arripimus, debeant nobis [solita] ministeria exhiberi [89], neminem ab angariis, vel parangariis, vel plaustris, vel quolibet munere [penitus 90] excusari præcipimus: sed omnes, sive ad divinam [91] nostram domum, sive ad venerabilis Augustæ, vel ad sacrosanctas Ecclesias, vel quaslibet illustres domos pertinent, nec lege pragmatica, nec divina adnotatione, sacrove oraculo excusatos, indictionibus magnificæ [92] tuæ sedis tempore nostræ expeditionis obedire decernimus. Dat. XIII. Kal. Mart. *Constantinop.* VALENTINIANO A. V. & NONIO CONSS. 445.

III. Imp. LEO *ad S.*

HAc providentissima lege statuimus, omni excusatione cessante, nullaque personali [93] dignitate penitus excepta, in quibuscunque locis administrationis sublimitatis tuæ commissis [94] opus exegerit murorum [95] constructionem, seu comparationem [96] frumenti, aliarumque specierum sine ullo impedimento, prout commodum atque necessarium magnitudo tua perspexerit, fieri.

---

in fin. 92 Magnificentiæ. 93 *Aliæ*, personæ, vel dignitate. 94 Commissis. 95 In murorum constructione, vel comparatione frumenti, aliarumve specierum, nemo exemptionem habet. *Synops. Basil. 54. tit. 7. cap. 3.* vide *l. 2. T. eod.* 96 Parationem.

TIT. XLIX.

QUI ÆTATE [97], VEL PROFESSIONE [98] SE EXCUSANT.

Studentes habent immunitatem à muneribus personalibus usque ad XXV. annum ætatis suæ. Bart.

I. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Severino, & aliis Scholaribus Arabiæ [99].

CUm vos adfirmetis liberalibus [100] studiis operam dare, maxime

---

tata ad l. 3. T. eod. S. L. 98 Al. *studiis desunt.* De privilegiis Scholarium *habita. T. Me filius pro patre.* & Tractatum Horatii Luschi *de privilegiis scholarium.* Arabia Beryti. 100 *l. 2. T. eod. l. 29. ff. quib. ex causis majores.*

77 *Excepta fa, C. Theod.*
78 Quæ quibus cum pollinis conficiendi incumbit, *Synopf. Basil.* Apud Accarium legitur, *confirmate jubet.*
73 *Mandatur*, in *C. Theod.*
74 Agrariorum, quibus panis exercitio injungitur. *Syn. Basil.*
75 *Ne*, in *C. Theod.*
76 *Virar*, in *C. Theod. & quib. lib.*
77 *Augg. 24. ff. de excus. Dol.* 118.
78 *Atque*, in *C. Theod. & quib. lib.*
79 *Lugdun.* in *C. Theod. & quib. lib.*
80 Curso requiritur ad monetam & armis fabricandis. *Vegat. 4. c. 4.*
81 Legendum *capitali*, ex *C. Theod.* quem vide & conferas; ex eo enim multa hic sunt detracta. Copiosam Græca interpretantur *separatis averseis.*
82 Legati qui immittuntur ad principem.
83 Adlecti *d. l. ult. Sororibus exhibemus*, qui cum principe evocantur publici negotii causa. Vide *l. unic. T. de præsentibus laborum.*
84 *Cursum*, in *quib. lib. ut. confirmatur. fidei in C. Th. ferat*, ut in *lib. Accurs. & Dionys.*
85 *Perfunctis*, in *C. Theod.*
86 *C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 16.*
87 *l. 1. §. 1. ff. de jur. immunit.*
88 Al. *consistatio*, in *C. Theod.*
89 Perpetuum privilegium, perpetuæ exactionis esse non potest, quæ non rebus, sed personis contemplatione dignitatis mandatur.
90 *C. Theod. lib. 11. tit. 16. l. 10.* 73 Prisci *petiti in C. Th. & Gratus legere petiti notat Cujac.* 74 Impetratum. 75 *C. Theod. ad. tit. Just. l. 64. in fin. T. de decurionibus, l. 23. in pr. ff. ad municip.* 76 Illustres hic senatores, maximarum dignitatum culmina, *l. 12. T. eod.*
78 Al. *Ex quibus.*
79 Ad *rempub. Illyrici.*
80 Comparatio specierum *exponit. addit l. ult. T. ad l. ult. T. ut nemini liceat in emptione fecerunt.*
81 Illyricianas.
82 Succumbat.
83 Munera.
84 Hæc causa summe necessaria, ideoque nemo ab ea excusatur. *Jun. Et nemini licet in empt. addit l. 11. T. de sacrof. eccles. l. 11. T. de curiis.*
85 *Jungi cum l. 11. T. de sacrof. eccl.*
86 Ab expeditionis (*vi quorundam*) coercibus, ne quidem Ecclesiæ, aut aliis quibusdam immunibus coercibus, inquam, expeditionis, præ angariis & parangariis. *Synopf. t. tit. 1. cap. 5. & ibi ex lib. 56. tit. 17. cap. 22. l. 22. T. de curiis publicis.*
87 Numinis.
88 Quibus.
89 Exhibere.
90 *Deest in d. l. 11.*
91 Addit *Nonii Tiberii l. cap. ult.*
92 Commiti.
93 *Aliæ*, personæ, vel dignitate. 94 Commissis. 95 In murorum constructione, vel comparatione frumenti, aliarumve specierum, nemo exemptionem habet. *Synopf. Basil. 54. tit. 7. cap. 3.* vide *l. 2. T. eod.* 96 Parationem.
97 Ext. minoris annis quinquagesimus quinquennii tempus hoc Senatusconsulto privilegium Gothofredi. Addit *l. 22. §. ult. l. 11. ff. de decurionibus, l. 1. ff. de jure Immunitatis.* Jacob. *l. unic. T. Qui ætate se excusent.* De senatusconsulto vide *Authenticum*, 99 Qui ex

maxime circa juris [1] professionem, consistendo in civitate *Berytiorum* provinciæ Phœniciæ [2]: providendo [3] utilitati publicæ & spei vestræ [4] decernimus, ut singuli usque [5] ad vicesimum quintum [6] annum ætatis suæ studiis non avocentur [7].

1. Iidem AA. & CC. Theodoro.

CUm filios tuos patria potestate liberatos, adhuc minores legitima [8] ætate esse dicas, merito postulas, ut liberalibus [9] studiis non avocentur [10]: & ideo muneribus personalibus, quæ ad patrimonium non pertinent, non adstringentur, si civium inopia [11] non est.

Majores quinquaginta quinque annis excusantur à muneribus personalibus, non patrimonialibus. Bart.

III. Iidem AA. & CC. Plautiano.

MAnifesti juris est, majores quinquaginta quinque [12] annis invitos ad munera personalia vocari non posse. Cum itaque septuagenario majorem te esse profitearis, si à nominatione facta appellationis auxilium interposuisti, tueri te notione Præsidis provinciæ potes jure concesso.

1 Juris professio, liberale studium est: *ut hic.*
2 Al. *Phœnices*, al. *Phœnices.*
3 *Al.* providendo.
4 Nostræ.
5 Cur ita? colligo ex l. 11. *ff. de decurionib.*
6 Congruit. *l. 2. C. de lenoñ.*
7 Al. *advocentur.*
8 Minor viginti quinque annis dicitur heri, vel ad honores civilia administri non potest: *ut hic. non tantum. l. 11. ff. de decurionib. Ad Rumpaldin. ff. de minorib. & honorib. l. 2. in pr. ff. de vacat. muner.* 9 Vid. *l. 1. C. eod.* 10 *Advocentur*, al. *revocentur.*
39 Plumarii, & sic Græcos legisse scribit Cujac. sunt autem qui vestimenta ex plumis avium consuunt. 40 Pollices, vid. l. ult. ff. de jur. immun. 41 Dealbatores, an sint albini seu albarii, de quibus T. dixit? an gypsoplastræ, de quibus Caffiod. 5. Var. 5. ubi vide de parietum incrustatione, seu fusore, cameram seu camerarum rotatore, quos sub Cura Palatii fuisse refert.

42 Μετάκτης enim significat bracteam atque solium. Cuj. 43 Recte sic, non ut antea, Mensores, nam hi rejiciebantur. 44 Geometris datur immunitas, ut hic, cum & ex constitutione Theodosii spectabiles sint: non tamen data censetur à tutelis. l. Geometræ 22. ff. de excusat. nec. Nam generaliter data immunitate, semper tutelæ excepte videntur, l. 2. T. de muner. patr. de Geometris à Chaldæis inventa, ab Ægyptiis recepta, ejusdem usu vid. Caffiod. 3. Var. 52.

45 l. 1. §. architecti. T. eod.

46 2. Paul. Sent. tit. 6. & 29. l. 46. T. de decurionib. l. 7. ff. de decurionib.

47 Potiores ita nominantur ad tutelam, l. 2. ff. de ff. dotior. & munera.

48 Nominare potiores solent, qui ad munera publica vocati, ut hic, l. ad subeunda 46 T. de decurionib. l. 7. ff. de decurionib. Potiorem autem non recte nominare is videtur qui causam nominati potioris non exprimit. Paul. 2. Sent. tit. 8. §. 1. Contra potiorem nominat qui causam exprimit: causam, inquam, facultatum & facultatum. Potior enim quis esse debet, non solum gradu generis, sed & rei familiaris facultatibus. Paulus ibid. §. 2. Facultates potius spectamus, quam propinquitatem generis. adde l. 4. T. de decurionibus civilia munera. 49 Quid si potiorem quidem nominaverit, & is facultatibus suis sit? nominator tenetur perinde ac si fideijussisset. l. 1. 2. 3. T. de periculo nominatorum. Goth. adde l. 11. ff. de mun. & honor. l. 3. §. 15. ff. eod. Auc.

50 l. 6. §. 17. 1. 2. §. 1. ff. de vacat. muner. §. 9. Inst. de excusat.

51 Affectatio, al. vid. utrumque deest, & legitur publicæ.

52 Inimicitia.

53 Examinatione.

54 Sub. si quis contra legis privilegia & excusationem injuste sit nominatus.

55 Vid. l. 4. in pr. ff. de muneris.

56 Appellationem interpositam.

57 l. 2. T. de decurionib. l. 1. in fin. ff. si tutor vel curator.

58 Al. mun.

59 Creatio hic nominatio ad munera. l. 1. T. quemadmodum civilia munera indicantur, unde creator, nominator.

60 Convenire.

61 l. 1. T. de decurionib.

62 Al. De tabellariis holographis, id est, scribis censualib. C. Theod. lib. 8. tit. 2.

63 Tabularii per tabulas ei ea quæ publice inferuntur.

64 Scribæ sunt magistratus municipalium.

65 Logographi tributorum rationes scribunt.

66 Censuales, magistri censûs in urbe operam accommodant. l. ult. §. 16. ff. de muneris.

67 Al. Imp. Constantius & Constans AA. ad Catullinum P. P.

68 Imp. Constantius & Constans AA. ad Catul. P. P.

69 Nullus.

70 Al. logographiæ, al. holographiæ.

71 Curiis officiisque.

72 Al. Imp. Gratianus, Valentin. & Th. AAA.

73 Vid. l. 54. T. de decurionib.

74 C. Theod. 8. tit. 2. l. 5.

75 Servus non potuit esse tabellio. Bart.

76 Solidis provinciæ, integræ, non pars earum.

77 Tabellarii, in C. Theod.

78 Tabularii actus, olim erat argumentum servitutis. adde l. 1. ff. de re militari. l. 3. T. de servis Reipub. vid. quæ notavi ad l. 2. ff. rem pupill. vid. Commun. 2. commentar. 2.

79 Consentientes sibi obligantur non ignorantes.

80 Culpa adscribitur auctori. 81 Al. Fabricio. 82 Legendum demogrammateos: Verum Cujac. hunc locum sic emendat: Boëthos legistarum demogrammateos logistæ, sunt curatores reipub.

83 Περὶ ἐπιτρόπων καὶ ἐπιτροπευόντων καὶ ἐπιτροπευομένων, &c. De horreariis, qui & susceptores dicuntur, & de horreis, & de speciebus in iis recondis. Synopsis Basil. lib. 56. tit. 11. cap. 7.

84 Susceptores sunt, qui annonas & tributa utriusque annonæ recipiendis occupantur. Rem possis. 5. ff. de cenſib.

85 Præpositi sunt, qui horreis, in quibus species fiscales deponuntur, præsecti. 86 Arcarii, qui his qui in arcam præsectus prætorio inferuntur, suscipiendis præpositi sunt. Cujac. hic, unde arcarii Præfectorum dicuntur & Cassiodoro lib. 1. vid. l. 1. §. 2. ff. de muner. adde l. 25. T. de sacrof. eccles.

87 Al. Antoninus.

88 Tres autem hæ provinciæ sunt Sicilia, Sardinia, & Corsica: ut constat ex notitia imperii, l. 2. C. Theod. comm. Arel. 89 C. Theod. 12. 6. 2. 90 l. ult. T. ead. Goth. Vid. Zanger. de Except. part. 3. cap. 2. num. 151. Anc. 91 Præsumitur enim pro qualibet officiali. Alciat. 2. præsumpt. 15. 92 Opponere. 93 Sola oblatio liberat etiam à publicis debitis. ut hic. adde l. 9. T. de solut. Imo non liberat. l. 72. ff. de solut. 94 In duplum.

Quod[2] autem susceptores, judice, cujus interest, negligente[3] violaverint[4], ex[5] ipsius Judicis facultatibus sarcietur[6]. Dat. XIV. Kal. Aug. PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

Ad nominatores susceptorum in subsidium devenitur, nec licet ab eis emere. Bart.

II. Impp. VALENT. & VALENS AA.[7] ad Secundum P. P.

JUxta inveteratas leges nominatores[8] susceptorum, & eorum, qui ad præposituram horreorum, & pagorum[9] creantur, obnoxii teneantur, si minus idonei sint, qui ab eisdem fuerint nominati: nec quidquam ex eorum substantia, celebrata per interpositam personam emptione, mercentur. Dat. III. Kal. Aug. C. P. VALENTIN. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Ei debet solvi, qui est officialis tempore solutionis, non ei, qui fuit tempore, quo fieri debuit solutio. Bart.

III. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Mamertinum P.P.[9]

SUsceptores novi non modo[10] præsentis anni debita, verum etiam species, quas[11] ex reliquis inferunt, quia novæ sunt ac recentes[12], suscipiant. Dat. Prid. Kalend. Novembr. *Romæ*, VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

Non debet quis in officio reformari, nisi primi officii rationes reddiderit.

IV. Iidem AA. ad Florentium Com. S. L.[13]

NEminem susceptionis munere functum ad idem munus adstringi, nisi[14] se prius vinculo solicitudinis superioris absolverit. Nam neque eos, qui placuerint, gravare, justi[15] est, neque eos, qui displicuerint, tenere, prudentis est. Integro igitur singuli[16] anniversario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis susceptæ dispersentur: ut facilius si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare jacturam, non perpetui[17] autem exactores teneantur in continuata vexandorum provincialium potestate, velut concussionum dominatione: sed per annos singulos judiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis, aut auctoritas[18] ordinis eos per biennium esse compellat[19]. Dat. Prid[20]. Kal. Decemb. *Constantinop.* HONORIO N. P. & EUODIO CONSS. 386.

V. Iidem AA. ad Germanianum Comitem S. L.

QUotiescunque[21] certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri massa transmittitur, in septuaginta[22] duos solidos libra feratur accepta. Dat. VI. Id. Januar. *Romæ*, LUPICINO & JOVINO CONSS. 367.

VI. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA.[23] Probo P. P.[24]

FRumenta, quæ horreis inferuntur, pro illationis modo illico[25] apocharum cautionibus adnotentur: non autem oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumenta constituti. Dat. V. Id. April. *Treveris*, post consulatum GRATIANI A. III. & EQUITII V. C. 374.

VII. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Hypati N.[26]

DIu[27] minime penes ipsos susceptores maneat facta collatio: sed statim[28] quodcunque à provincialibus fuerit exsolutum[29], sactis thesauris inferatur. Dat. III. Kal. Maji, *Constantinop.* post Consulatum ANTONINI & SYAGRII, 383.

VIII. Iidem AAA. Cynegio P. P.[30]

EXactores vel susceptores[31] in celeberrimo cœtu civiæ, consensu & judicio omnium[32] subactorum testificatione firmentur: provinciarumque Rectores[33] eorum nomina, qui [ad] publicum[34] munus officii editi atque obligati fuerint, innoteicant: & animadvertant[35] quicunque nominaverint[36], ad discrimen suum universa, quæ illi gesserint, redundare. Datum VI. Kalend. Nov. *Constantinop.* HONORIO NP. & EUODIO CONSS. 387.

IX. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P.[37]

MOdios[38] æneos vel lapideos cum sextariis[39] atque ponderibus per mansiones[40] singulasque[41] civitates jussimus collocari: ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modis, sciat, quid debeat susceptoribus dare: ita ut si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque[42] vel pondenum notmam putaverit excedendam, pœnam se sciat competentem esse subiturum. Et submotis quæ contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti[43] quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini & lardi[44] vicesimas susceptoribus dari præcipimus. Humanitatis autem necessitate commoti[45], in Armeniæ partibus susceptoribus longinquitatis causa, frumenti & hordei quadragesimas, vini & lardi quintasdecimas dari præcipimus. Dat. IV. Kal. Decemb. *Constantinop.* HONORIO, N. P. & EUODIO V. C. CONSS. 386.

X. Iidem AA. Cynegio P. P.[46]

SUsceptores præsentibus defensoribus & modum jugationis possessorum, & species singulas, vel eorum[47] numerum quantitatemque describant[48]. Dat. IV. Kalend. Decembr. C. P. TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

XI. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Benigno Vicario urbis Romæ[49].

SEcuritates[50] semel publicatas & gestis lectas vini[51] susceptoribus imputari, & cœptam mercedis discussionem volumus in apertum quæstra ratione deduci, & omnes publicas securitates[52], quæ gestis tenentur, à susceptoribus accepto ferri. Dat. VI. Idus Jun. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

XII. Iidem AA. Pompeiano[53] P. C. Africæ.

SI[54] aliquid[55] à susceptore, vel à tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat: nemo eorum semel de interversione[56] convictus, id[57] rursus officium gerat, in quo ante decoxit[58], etsi rescriptum nostrum elicitum clandestina[59] supplicatione[60] intulerit. Dat. prid. Kalend. Januar. *Mediolani*, STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

XIII. Iidem AA[61]. Lucio Comiti sacrarum largitionum[62].

DUos tabularios, [seu numerarios[63],] & susceptores, totidem per universas provincias oportere constitui; clementia nostra præcepit. †. Scire autem volumus, Prætorianam amplissimam Præfecturam, eos[64], qui aurum largitionale susceperunt[65], nihil cum arca[66] ratiociniis habere commune: Judices autem provinciarum quinque libris auri multandos, & primates Officiorum capitali pœna plectendos, si hoc non fuerit custoditum. Dat. VI. Kalend. Februar. BASSO & PHILIPPO CONSS. 401.

XIV. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Euchario[67].

HUmilioribus officiis, aut extraordinariis oneribus occupari[68] curiales non patimur, ne publica vacillet utilitas. Susceptorem[69] itaque vestium æquius est ab officio Proconsulari, vel ab his, qui in eodem meruerunt[70], solenniter procurari. Horum namque interest hujusmodi explorare rationem, & quærere qualitatem eorum, quorum ad constituendum[71] commodior cura est: Neque enim æquum est, ut ad officium lucra, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus injuriam submovemus: exceptis his, qui curialium in officio memorato, aut militasse, aut militare fuerint deprehensi. Dat. 7[a] prid. Kal. Mart. *Ravenn.* HONORIO IX. & THEODOSIO V. AA. CONSS. 412.

XV. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Volusiano P. P. post alia[73].

AUrum sive argentum quodcunque à possessore confectur[74], arcatius, vel susceptor accipiat: ita ut provinciæ moderator, ejusque officium ad crimen suum noverit pertinere, si possessoribus ullum fuerit ex aliqua ponderum[75] iniquitate illatum dispendium: & quidquid ex provinciis ad nostrum dirigitur ærarium, id ad illustres viros ærarii[76] nostri Comites[77] relatione deferatur. Dat. III. Kal. Mart. *Ravenn.* post. Cons. FELICIS & TAURI VV. CC. 429.

Non potest quis exercere officium, in quo semel deliquit. Bart.

---

[2] Quos. [3] Negligentum. [4] Violaverit. [5] Ex ex. [6] Sarcientur. [7] Al. *Alexander A.* [8] Adde *l. 3. T. de extraordinar. sitis debitoris.* [9] Pagorum præpositura, unde pagis præpositi. *Eutrop. 9. cap. 1. l. 5. C. Theod. de erogat. militaris annonæ: ὑπερτῶν. Novell. de Alexandrinis, l. 49. C. Theod. de decurio. l. 2. C. Theod. de pœnis.* [9] 9 C. Th. 12. 6. 10. [10] Al. *non præsentis.* [11] Quas in. [12] Al. *ad crescentes.* [13] *C. Theod. 12. 6. 11.* [14] Adde *l. 9. §. 2. ff. de publicis.* [15] Al. *justitiæ.* [16] *l. 3. T. de exactoribus.* [17] *Ex l. 22. eod. tit. C. Theod.* [18] *Rectius*, legendum existimat Cujac. *id est*, paucitas hominum *Græce τὸ ἀνώνυμον.* [19] Al. *Dat. 15. Kal. Octobr. Mamerti, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Conss.* [20] *Dat. 15. Kal. Octobr. Mamerti, Gratiano NB. P. & Dagalaifo Conss.* [21] *Ex eod. tit. l. 23. C. Theod.* [22] Libra septuaginta duos solidos habet. *Synops. Basil. 56. tit. περὶ ζυγοῦ καὶ τίτ. 5. cap. 15.* vid. *Cassiod. 17. Variar. 9. Goth. De Assis & solidorum in assem computatione* vid. *cautor. forens. nostrum lib. 2. c. 8. num. 11. S. L.* [23] Al. *ad Collatorem.* [24] *C. Theod. eod. tit. l. 16.* [25] Vid. *l. 3. T. de exactio. in publicas horreis.* [26] *C. Th. eod. 17.* [27] Susceptori pecuniæ publicæ exactam quantitatem non licet fenerare, vel aliter ea uti. *d. cap. 15.* adde *l. 2. T. de exactore largitionali.* [28] *Tributa statim thesauris inferenda provinciæ, ne diu sint penes susceptores. l. 2. T. de comm. largit. tit. l. un. T. de offic. comit. sacrar. largit. l. un. T. de auri publici perfectoribus.* [29] Solutum. [30] *C. Theod. eod. tit. l. 20.* [31] Susceptores publicorum tributorum ex decurionibus creantur. *ut l. 3. T. de exact. tribut.* quod tamen ejis ademit Anastasius constitutis vindicibus. [32] Pars major quod facit, omnes videntur facile: quod in executoribus testamento datis, & compromissariis electis hac formula, *ut quod omnes fecerint ratum habeatur*, notandum. Satisfactum enim formulæ videbatur, etiamsi non omnes, sed majori ex parte fecerint. [33] Rectoribus. [34] *Al. deest*, & postea legitur, *publici muneris*, al. *publici muneris.* [35] Vid. *l. 2. T. eodem.* [36] Nominaverit. [37] *C. Theod. eod. tit. l. 21.* [38] Μόδιοι χαλκοῖ καὶ λιθικοί, &c. Modii ænei, & lapidei cuchii debent, ut ne unusquisque tributarius secure salvat. *Synops. 56. hoc tit.* adde *Suidam in voceme. & l. 1. T. de exhibit. in publicis horreis.* [39] Mensuræ insuper prohibentur. Ponders eodem modo iniqua prohibentur. *l. ult. T. eod. l. pen. T. de defensi. civit. Novell. 128. cap. 15.* [40] Mansiones quid, dixi in *l. 2. T. de bonis advocat.* [41] Singulas quasque. [42] *Alias deest*, que. [43] Ut susceptores frumenti, quinquagesimam; hordei, quadragesimam: vini & lardi quintasdecimam acciplant. *Synopsis eod. 2 Harmen. 6. §. 2.* Susceptoribus rerum, pars ita certa rerum ipsarum datur. Sic optionibus, id est, erogatoribus militaris annonæ decimaquinta pars copiarum dabatur. *Nicephor. 130. cap. 1.* [44] *Lardi*, in *C. Theod.* [45] Commoti. [46] *C. Theod. eod. tit. l. 23.* [47] *Eorum*, in *C. Theod.* [48] *Proscribunt*, in *C. Theod.* [49] *C. Theod. eod. l. 26.* [50] *l. 2. T. de quadr. prosper. l. 2. T. de discussoris.* [51] Sic forte legendum, *non binæ*, ut in *C. Theod.* Hinc autem arca vini. [52] Id est, *Harm. 2. §. 13.* [53] *C. Theod. eod. tit. l. 27.* [54] Susceptor aut tabularius (tabularii vocabantur, qui apud magistratus, & præsides circa ministerium tam convictus, quam amplius illorum officium gerunt. *Symmachi ibid. cap. 9.* Ita tabellionis, qui semel fallum admiserit, postea fides non adhibetur. [55] Quis. [56] Interversorum qui, *l. 8. T. de jure fisci.* [57] Officium id exercere tamen amplius potest, in quo semel deliquit & condemnatus est. vid. *Cassiodorum fungal. Tabul. lit.* [58] Decoctores, *hic, & l. 40. T. de decur.* vid. *quæ diximus ad l. 1. §. de pactis. Pol. de ambitu.* [59] *Hic est*, obreptitia. [60] Tulerit, al. *detulerit.* [61] Al. *Et Theodosio A.* [62] *C. Theod. l. 30.* [63] Hanc adjecit Tribonianus quæ abfunt à *C. Theod.* sed de tabularios & numerariis, vid. *hic Cujac.* [64] Tribuerum tituli non sunt confundendi: ut quod uni arcæ inferendum sit, alteri non inferatur. *l. 3. T. de exactoribus.* [65] Officiorum confusionem prohiberi, hinc [66] Arcæ P. Prætorio fit mentio. *in l. 21. T. de cursu publ. ubi dixi.* [67] *Ex C. Theod. eod. l. 31.* [68] Vid. *l. 21. T. de decurionib.* [69] *Susceptorem*, in *C. Theod. & quib. lib.* De subscriptoribus vestium militarium & intellectu hujus l. vid. Ravard. *Conject. lib. 3. cap. 8.* Ant. [70] *l. 4. C. Theod. eod.* [71] *Constituendum*, in *C. Theod.* [72] Al. *3. Kal.* [73] *C. Theod. eod. tit. l. 32.* [74] Statim. *l. 2. T. eod.* [75] Ponders iniqua prohibita. vid. *l. 6. T. eod.* [76] Comites ærarii, largitionum privatarum comites. [77] *In C. Theod. non salum ad illustr. viz. ærar. nostr. sed etiam ad eminentiam tuam pari relatione, &c.*

TIT. LXXI.

DE[78] PONDERATORIBUS[79], ET AURI ILLATIONE.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Eustrasium Rationalem trium provinciarum.

AUrum[80], quod[81] infertur à collatoribus, si quis vel solidos voluerit, vel materiam appendere, æqua lance, & libramentis paribus suscipiatur. P. P. XIV. Kalend. Aug. PAULINO, & JULIANO CONSS. 325.

II. Imp. JULIANUS A. ad Mamertinum P. P.[82]

QUotiens de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem sermo Græcus Zygostatem[83] appellat, per singulas[84] civitates constitutum, qui pro sua fide, atque industria neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere[85]. Dat. IX. Kal. Maji, *Salonæ*, JULIANO A. IV. & SALUSTIO CONSS. 363.

[78] Ἡσὶ ζυγοστασίου καὶ ἀναβολέως. De ponderatoribus qui collationes suscipiunt. *Synops. Basil. 56. tit. 5. adde Eclog. Justiniani 11.* [79] Al. *ponderationibus.* [80] *Ex lib. 12. tit. 7. l. 1. C. Theod. confer.* detractum enim est initium & extera valde immutata. [81] Æqua lance suscipienda sunt quæ inferuntur, habente libra singulorum duos solidos. *Synops. ibid. cap. 15. l. 5. T. tit. prox.* [82] Sic in *C. Theod. lib. 12. tit. 7. l. 2.* post alia. *Cont.* [83] Id est, ponderatorem. [84] Vide *Edictum Justiniani 11. cap. 2.* [85] Atque ita uti creditur. dixi ad *l. 1. in fin. ff. de verb. sign.* Goth. Quærenda & quibus casibus peritis in arte sit credendum vid. *l. 9. §. 10. ff. Ad Legem Aquil. l. 1. T. de mutatis, l. hac edictali. §. si illud T. de secund. nupt.* Ant.

TIT. LXXII.

DE AURI PUBLICI PERSECUTORIBUS.

Susceptores non debent pecuniam acceptam sine licentia in massam redigere, & habita licentia retardare. Bart.

I. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.[86]

AUri persecutores partim nulla præmissa (ut assolet) persecutoria[87], aurum [præsumunt] persequi[88]; partim diutius retentant, quod statim[89] fuerat adsignandum. Ideoque censemus, ne quis absque præcepto viri illustris comitis sacrarum largitionum, vel coquendum[90] aurum sumat[91], vel capiat deinceps retinendum. Dat. XIII. Kal. Aug. HONOR. VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

[86] *C. Theod. 12. 8. 1.* [87] Persecutoria, diploma aut prosequendi quod à Comite sacrarum largitionum fabricatur. [88] *Adest à C. Theod.* [89] Vide *l. 1. T. de census largitional. tit.* [90] Decoquendum, Ἑψεῖν, al. *ut supra*, præfiguandum. [91] Sumatur.

TIT. LXXIII.

DE HIS, QUÆ EX PUBLICA COLLATIONE ILLATA SUNT, NON USURPANDIS.

Pecuniam publicam non potest quis accipere mutuo, vel alio titulo, vel in suum utilitatem aliter convertere. Bart.

I. Imp. CONSTANTINUS A.[92]

NUllus[93] Judicum quod à republica[93] ex collatione susceperit[94], mutui interventione oppositi, vel invadat[95], vel conetur[96] invadere. Dat. Prid. Non. Mart. *Treveris*, PAULINO & JULIANO CONSS. 325.

[92] *C. Theod. 12. 9. 1.* [93] Ad exemplid. [94] Vide *l. 1. T. de quo ex publico retinendum.* [95] Vide *l. ultim. T. eod.* [96] Conetur. [97] *C. Theod. eod. tit. l. 2.* [98] Vide *l. ultim. T. eod. l. ult. T. de comitiv. & publicis horreis.*

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Have Lampadi K. N.[97]

NUllus penitus ex eo, quod refertur in conditis, vel in arca continetur, ad quemlibet titulum[98] usurpet: nisi forte præsumendi facultatem sublimium potestatum jussione percepcerit. Dat. III. Id. April. *Constantinop.* ANTONINO, & SYAGRIO CONSS. 382.

III. Impp.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. Messalæ P. P. post alia [1].

SCiant Judices [2] nihil sibi ex privatæ rei canone, vel ex eo, quod ex iisdem titulis exegerint, ad necessitates alias transferre licere: nisi [3] malint gravissima severitate suam licentiam coërceri. Dat. XVI. Kal. Jun. *Mediolan.* Theodoro Conss. 399.

1 *C. Theod. ead. tit. l. 5.*

2 Repetitur *l. ult. C. de collat. fund. patr.* ex qua hæc verba ex iisdem titulis ad patrimoniales & emphyteuticarios fundos referenda esse existimat Cujac.

3 *l. 1. l. 2. C. eadem. l. 7. §. ultim. C. de exactor. tribut.*

Tit. LXXIV.

DE AURO CORONARIO [4].

1. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Cynegio P. P.

AD [5] collationem auri coronarii placuit neminem absque conflictudine [6] esse cogendum. Dat. XV. Kal. Febr. *Constantinop.* Richomere, & Clearcho Conss. 384.

4 *Aurum coronarium*, quod Græci στεφανικὸν nuncupant, decuriones præstio annone offerebant principi cum curiosis *auri. l. 4. C. Th. eod. tit.* ab lætitiæ vel similem causam, puta adoptionem: (quale oblatum fuit Pio teste Capitolino) Id etiam offerebant Satrapæ. *l. ult. C. Theod. eod. & Jodoc. l. 17. C. de Judæi. Cicer. pro Flacco.* Aliis authoribus aurum coronarium sit quod triumphantibus offerebatur. *5. Gell. 6.* sicut ea coronarium æneæ coronæ histrionum. *23. Plin. 7. 34. cap. 8. Meier. 6. parerg. 4.* putat coronarium aurum dictum quod Imperatores coronis ex lauro pedes ex auro tulerant. adde Fercat. *c. 20. Cupidinis num. 7.* 5 *Ex lib. 12. tit. 13. l. 1. Cod. Theod.* verum quid sit aurum coronarium, explicat *l. 1. eodem. tit. Cod. Theod.*

6 Consuetudo in auro coronario conferendo servanda. Non indicitur a principe: si tamen offeratur, accipitur. Imo indicitur si consuetudo id ferat, *ut hic.*

Tit. LXXV.

DE IRENARCHIS [7].

1. Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P. P. [8]

IRENARCHAS, qui [9] ad provinciarum tutelam, quietis, ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, à [10] decurionibus judicio Præsidum provinciarum idonei nominentur. Dat. VIII. Kalend. Januar. *Constantinop.* Honor. VIII. & Theodos. III. AAA. Conss. 409.

7 Irenarchæ munus institutum, ut per eum provinciæ tutela, quietis ac pacis per singula territoria concordia fiat. Aristides 4. ἱερῶν, Irenarcham vocat φύλακα τῆς εἰρήνης, leges Gottlorum pacis assertorem. vide eas ex Jure Gothorum Isiquerdi. vide Cujac. 1. observ. 33. *l. super ertandis. 9. ff. de jure fisci.* vide quæ scripsi de Irenarchis ad *Novell. 80. & l. 6. ff. de custodia reorum.*

8 *Ex C. Theod. eod. tit. lib. 1.* Const.

9 Irenarchæ creantur periculo Decurionum, & ex dispositione Præsidum, *ut hic.* adde *l. 9. in fin. ff. de jure fisci.*

10 Irenarchæ perpetuantur, qui disciplinam publicam & corrigendis moribus præpositi erant. *l. 9. ff. de jure fisci. l. 6. ff. de custod. reor. l. ult. §. Irenarchæ. 7. ff. de muner. & honor.*

Tit. LXXVI.

DE ARGENTI PRETIO, QUOD THESAURIS INFERTUR.

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P. P.

JUBEMUS [11], ut pro argenti summa, quam quis thesauris fuerit illaturus, inferendi auri accipiat facultatem: ita [12] ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. Dat. XI. Kal. Mart. *Constantinop.* Cæsario, & Atticо Conss. 397.

11 *C. Theod. lib. 13. tit. 2. l. 1.* Goth. Intelligitur hujus l. vid. apud Cowarr. *de verer. numisma. collect. cap. 3. §. 2. num 6. Arcad.*

12 *l. ult. C. de collat. auri.*

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER UNDECIMUS.

TITULUS PRIMUS.

DE NAVICULARIIS [1] SEU NAUCLERIS PUBLICAS SPECIES TRANSPORTANTIBUS, ET DE TOLLENDA LUSTRALIS [2] AURI [3] COLLATIONE.

Argumentum Græcæ constitutionis quæ deest *tit. 1. lib. 11. Cod. de lustrali auri collatione*, tale reperi in antiquissimo exemplari manuscript. quam fidem ei habere debeat prudens lector perpendet. *Contius.*

Indictionibus trino lustro digestis, auri primo pro rebus sanctis præter annuum canonem indicitur: aurumque quod ex tali collatione dependitur, est lustrale. Quindecim vero annorum spatium in se quinquennia continens tria lustra, primo aurum, secundo argentum, tertio æs exsolvere collatores perurget. In lustra vero conglomeratio per subadjuvas mello proximos adjutores, & arcarios ad hoc effici deputatos sub forma exactionis inserta hoc expedite cursu perstringat.

ΣΥΓΧΩΡΕΙ πᾶσιν εἰς πλοῖον τῶν σιτηλατῶν ἢ χρυσοπρᾶσον, ἐξορμῆσαν τῆ πόλεως ἢ καμῶνος τῆ λαβόντων τὸ κῆ πληρώσαντων βάλλειν ὕστερ ἢ σιτηλατῶν τῶν ἄγων τὸν λιτὸ ἢ δημοσίᾳ ἀδεῖ) ἢ ὕστερ ἢ σιτηλατῶν τῶν. οἱ ἢ τὸ πλοῖον τῆς παρέχειν ἐξόδιον ἐξέτι ἢ Καυσιλιανῶν Λῆ, ἔτι ὃν τῆ ἐπαρχίας τῆ βαλλειν αὐτὸ, ἔτι ἢ τεσσαρῶν κῆ σιτωνίων εἴτε ὕστερ πλοίαριον ἔτερα μόνον ζεύγους ἢ λαμβάνῃ εἰ ἢ τὸ ὃν σιτηλατῶν εἰ μὴ τὸ πλοῖον πλοῖ· ἀναλαμβάνεται εἰς ἀσυγκρίσεις ἢ πόλεως, οἷον ἄρτα ἢ σιτωνείων ἢ φόρων ἢ τὸ ὁμοίως. ἔσχεν ἢ λιτρᾶς ἀδεῖς ἀσφαλῶν τῆ χαλῆ ἢ πολλῶν ἢ τοῖς ἀρχαῖς ἢ τῆ πόλῃ ἢ τοῖς πολίταις, εἰ τοῦτο παραβαίνειν πάσιν.

REMITTIT omnibus prorsus collationem auri argenti, exceptis civitatibus aut vicis, qui quid ultima voluntate sub hoc collationis onere acceperunt, vel si quid à fisco eadem lege datum sit. Qui vero tale onus agnoscunt, in eorum arbitrio sit id solvere Constantinopoli, vel in provincia, five quarto quoque anno, five ultra quadriennium: sine damno, & pervertitate ulla. Ac si quid eo illato supersit, id in alias civitatis necessitates impendatur, veluti opera, aut frumenti coemptionem, aut lumina [4], aut similia. Constituit autem pœnam C. librarum scholæ palatinorum, & præsidibus, & cohorti, & municipalibus, si hæc quandoque non observaverint.

II.

ΜΗδεὶς λαγγαφίδων εἰς ἀναγκάζῃ ἢ ἄλλα τινὰ ἀσφαλῆ ἢ κωφαλλάνην τῆ σιτηλατῶν ἢ λεπτὸ ἢ χρυσοπρᾶσον. ἐκεῖ ἢ ἀσφαλῶν ἢ πάντα ἐκείνων).

NE quis, quo sit relevatus auri, atque argenti collatione, describatur in spectacula, vel alia quædam: alioquin supradicta pœna imminebit.

De naviculariis publicas species transportantibus.

III. Impp. Constantius A. & Julianus C. Olybrio P. V. [5]

NUllam [6] vim oportet naucleros [7] sustinere, delegatas species annonariis transferentes, nec concussiones perpeti, nec aliquod genus incommodi: sed venientes, ac [8] remeantes omni securitate potiri, decem librarum auri multa proponenda his, qui eos inquietare tentaverint. Dat. Kalend. Jun. *Rom.* Constantino IX. & Juliano C. II. Conss. 357.

IV. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eusebio P. P. [9]

COmpertimus naucleros [10] susceptas species in [11] negotiationis emolumenta convertere [12]: ideoque decernimus, ut intra annum [13], quas susceperint, inferant species, & securitates reportent, quæ etiam diem illationis edoceant, ut intra alterum annum eis reddantur, à quibus species præstitæ sint. Dat. X. Kal. Januar. *Mediol.* Arcad. III. & Honorio III. AA. Conss. 394.

Qui cum naviculariis fecerunt rapinam, tenentur in quadruplum. Bart.

V. Iidem AA. Flaviano P. U. [14]

AB his, qui in naucleros prædas [15] egerunt, volumus eorum commodis satisfieri, & ideo ne crescat in posterum eorum audacia, sancimus, ut quicunque in rapinis fuerit deprehensus, pœna [16] quadrupli [17] teneatur. P. P. *Romæ in foro Apronii*, IX. Kal. Februar. Stilichone, & Aureliano Conss. 400.

Quando id, quod per personas certæ regionis debet expediri, non potest, debet expediri per homines circumstantes expensis publicis. Bart.

VI. Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P. P. [18]

CUm navarchorum cœtus circiter provincias Orientis inopia navium titubaret, & investigandæ classis obtentu insularum recessus [19] obiret [20], & navigandi opportunitate transacta, judiciorum indignatio sine transvectionis expectatæ effectu: merito celsitudo tua Præfecto Augustali, & Insularum [21] Præside conventis civitatis Alexandrinæ, & Carpatiæ classis summates [22] & nonnullos alios naucleros ejus [23] professionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus qui per Orientales navarchos ex Alexandrinæ civitatis conditis consueverat [24] ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum, ad eadem Augustissimæ urbis horrea comportarent [25]: salariis [26] pro mercedula præstitis ex tributariæ pensitationis immunitate: vel ex eo quod vocatur σιλικὸν [27], necnon etiam aliis [28] quæ conditionis limavit [29] examen. Dat. XIV. Kal. Febr. Honor. VIII. & Theod. AA. Conss. 409.

Qui per rectam viam non vadit, & species publicas distrahit, capitali pœna punitur. Bart.

VII. *Al.* Impp. Theod. & Valent. AA. Iidem AA. Anthemio P. P. [30]

QUi fiscales species suscepit deportandas, si recta navigatione contempta, littora devia sectatus, eas avertendo [31] distraxerit, capitali pœna plectetur. Dat. XIV. Kal. Aug. *Constantinop.* Honor. VIII. & Theod. III. AA. Conss. 409.

Si judices patiuntur tempore tuta navigationis naucleros in suo territorio commorari, puniuntur, & ipsi & municipes. Bart.

VIII. Iidem AA. Faustino P. P. post alia [32].

JUdices, qui in partibus [33] diœceseos suæ onusta navigia, cum prosperior flatus invitat, sub prætextu hyemis [34] immorari permiserint: una [35] cum municipibus, & corporatis ejusdem loci fortunarum proptiarum feriantur dispendiis. Naucleri [36] præterea pœnam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit revelatum. Dat. XVIII. Kal. Septembr. *Ravennæ*, Varana V. C. Conss. 410.

* *Constitutio Græca.* *

Tit. II.

DE PRÆDIIS ET OMNIBUS REBUS NAVICULARIORUM.

Etiam ad domum principis res navicularierum transeunt cum onere suo. Bart.

I. Impp. Valent. & Valens AA. ad Aurelianum P. annon.

DOMUM [37] etiam [38] mansuetudinis nostræ in his quæ navicularia nomine obnoxia sunt, agnoscere præcipimus debitam functionem. Dat. III. Kal. Octobr. Lupicino, & Jovino Conss. 367.

Pro

mus transit cum suo onere: & ex parte principis utitur jure privati. adde *l. si divina. 8. ff. de condit. inst.* Cui ita? Omne reale rem comitatur, nec novi possessoris privilegio mutatur. *l. qui. 7. de servit. l. 23. §. si fundus 2. ff. de servit. præd.* Hoc autem onus reale est. *l. 2. C. eod.*

1 *Navicularii*, nauclerii, navarchi, nautici, exercitores navium, idem sunt. *Vigenius 4.* Diversi ab his sunt magistri, *l. 3. C. de naviga. act. l. penult. C. Theod. de navicular.*

2 Lustrale aurum, ut mox dicemus, mercatoribus rerum minutarum, leocubios, meritoriis puellis, fœneratoribus & similibus indictum. Fuit & iisdem indictum si liquescentibus venditionem in mundis proponendam, quod Græci κρίσιμον appellant. Monopolium vero ab eo præstabatur, qui pulli principis id exercebat. *l. 1. C. de Monet. Cassiodor. 2. Cujac. hic.*

3 Lustrale aurum κρυσίργυρον, cujus auctor quarto quoque anno, id est, lustro, pendendi auctor Constantinus. Cum autem erat mercatorum, & negotiatorum (quale negotiatorum fuit id, cujus memoriæ Lampridius in *Alexandro*) rerum minutarum, pistorum, fœneratorum, cujus pensationis quidem quoque lustris solvenda erat. *l. 3. C. de epistagio. l. 1. C. de annon. & tribut. l. 5. C. Theod. de lustrali collatione.* Verum id tributi genus pedes fidelit Anastasius, ut Euagrius & Zonaras testantur. adde *l. 11. C. Theod. de lustrali collatione.*

4 Luminis habendorum intelligis, ut *l. quia plurimæ 19. C. de operibus publ.*

5 *C. Theod. lib. 13. tit. 5. l. 9.*

6 *l. 1. C. ordinar. l. un. C. de litterarum & litterarum exhibit.*

7 *Naviculariæ*, in *C. Theod.*

8 Securitas interdum datura legem, ut *hic.* adde *Authenticum Habita. C. Ne filius pro patre. l. si proconsul 6. in fin. & §. 1. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. l. quisquis 5. in fin. C. ad l. Jul. majest. l. ult. ff. de legat.*

9 *C. Theod. ead. tit. l. 26.*

10 *Naviculariis*, in *C. Theod.*

11 Species annonariæ ab his qui eas transferebant, in privatum negotiationem, non sunt transferendæ. adde *C. tit. de his qui ex publicis rationibus.*

12 *Hic multa desunt à C. Theod.*

13 *l. 6. C. eodem.*

14 *C. Th. ead. 29. al. Fabiano.*

15 Vid. *l. 3. C. ead.*

16 *In pœnam*, in *C. Theod.*

17 Vid. *Pap. 3. Notar. 8.*

18 *Ex C. Theod. ead. tit. l. 32.*

19 *Recessus*, in *C. Theod.*

20 Conspiraret.

21 Cycladas intelligit. De Cyclado præside adde *Novell. 165. 41. 50.*

22 Summates classis Carpatiæ, *hic*, ut summates ordinis Alexandrini. *l. 37 C. de decur.* Symmachus, Summates Ariciam urbis.

23 *Ex. in C. Theod.*

24 *Consueras*, in *C. Theod.*

25 *Comportarit*, in *C. Theod.*

26 *Salariis*, in *Cod. Theod.* fecit *l. 6. ff. de extraord.*

27 Id est, annicalle, quod datur annis.

28 *Aliis*, in *C. Th.*

29 Al. *limat.*

30 *C. Theod. ead. tit. l. 33.*

31 *l. 3. C. qui res omitt.*

32 *C. Theod. ead. tit. l. 34.*

33 *Pertusbat*, in *C. Theod. de quib. lib. manuscr.*

34 Adde *l. 6. C. ead.* Hymne periculosa navigatio. Hinc fuscipi annonæ publicæ debent & subvehi æstate, non hyeme: nisi vento valde favonio *l. 3. C. de naviga. agit.*

35 Delicto judicis interdum ipsius cives puniri hinc colligimus: & reipublicæ in concedi adversus omnes cives, ob justitiam denegatam à ejusdem loci. *Cortium singulari judex.*

36 *Navicularii*, in *C. Theod.*

37 *C. Theod. l. 5. tit. 6. lib. 13. confer.*

38 Navicularii juris docuum omnes, omnis navicularium agnoscere debet. Quod ita verum, ut id locum habeat etiam in principe emente, ut *hic.* Navicularia agitur dep

Biblioteca de Ciencie

Pro rata rei quæ pervenit ad aliquem de bonis naviculariorum debet onus sustinere, nec patrimonium vel persona ulterius aggravatur.

21. Iidem AA. & Gratianus A. Achilleni Proconsuli Africæ [1].

IN his quæ naviculatii vendunt (quoniam intercipere [2] contractum emendi vendendique fas prohibet [3]) emptor naviculatii functionem pro modo portionis compatæ subeat. Res [4] enim oneri addicta est, non personæ mercatoris [5]. Neque [6] navicularium jubemus [7] fieri eum, qui aliquid comparavit: sed eam partem, quæ empta est, pro suo modo, ac ratione esse mumficam [8]: nec enim totum patrimonium ad functionem navicularium [9] occupandum erit, quod habuit, qui rei exiguæ mercator accessit: sed illa portio, quæ ab initio navicularii fuit, ad pensionem hujusmodi [10] functionis sola tenenda [11] est: reliquo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est otioso, & immuni servando. †. Domus [12] vero, quarum [13] cultu decus urbium potius quam fructus acquiritur, ubi à navicularibus venunt, pro [14] tanto modo ad hanc pensionem obligari placet, quantum habebant emolumentum, cum [15] pecunia mutuaretur [16]. Ubi vero spatium [17] [loci [18]] & exiguitas nullam habuerit pensionem, aut exstructio, cujus est ardua, difficilisque molitio, aut decus sumptuosum, aut (ut est plerumque liberale institutum) habitationem quis suam urbis [19] ornamento adjecerit, nolumus munificentiam, quæ postea addita est, improbam licitationem existimationis excipere: sed vetusta [20] potius loci species, & pensio cogitetur, quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi [21] accessit. Dat. III. Non. Aug. post consulat. Gratiani A. III. & Equitii V. C. 375.

[1] *C. Theod. tod. tit. 2.*

[2] Libera est cuique emendi & vendendi facultas: libera æstimatio & venditio est: Libertati vendendi & emendi faciendum: nec ea facultas coercenda. *l. 7. C. de advoc. diversi judic.*

[3] Imo non prohibet: multis enim casibus emptio rescinditur. *l. ibidem 14. C. de contr. empt. l. si in emptione 34. §. 1. ff. de contr. empt.*

[4] Realia comitantur possessorem.

[5] *Mercantia*, in *C. Theod.*

[6] Navicularius non est, qui emit rem navicularia obnoxiam, *ut hic*, unde notant vasallum Titii non esse qui rem à Titii vasallo emerit.

[7] *Illico jubemus*, in *C. Theod.*

[8] Vide *l. 18. in fin. ff. de verb. sign.*

[9] *Navicularii munerio*, in *C. Theod.*

[10] *Hujus*, in *Cod. Theod.*

[11] Navicularia rei onus rem comitatur ut onus tributi vel pignorum. *l. ult. C. sine censu vel reliquis. l. Imperatores 7. ff. de publicanis.*

[12] *Domus*, in *Cod. Theod.*

[13] Ædificiis urbes ornantur, sunt ad ornatum potius quam ad fructum: quod tamen passim in omnibus ædibus non admittendum: ut vocem, *quarum*, taxatiram intelligamus esse.

[14] Valor rei colligitur ex ejus reditu. Extenus res valet, ut fructum reddit, non ut vendi potest.

[15] Id est, venditionis tempore: et ita non habeatur ratio temporis postea secuti, quo forte pluris locari & æstimari cœperunt.

[16] *Pecuniam mutuarentur*, in *C. Theod.* emendat *Cujac. pecunia mutaretur, in libr. Observ. pecunia mutuarentur.*

[17] Spatio.

[18] Al. deest legitur, *hoc.*

[19] Urbium ornamento cives plerunque suas habitationes adiiciunt.

[20] Antiquum statum rei considerari, non præsentem hinc colligunt.

[21] Animosus emptor qui plus æquo pretii præstat vel offert.

[22] *C. Theod. tod. tit. 2.*

[23] Valet res tantum, quantum æstimatur communiter, hoc est, Publice, & à publicis personis, ne obstet, *l. si fundum sub conditione. 81. §. si libertum 4. ff. de leg. 2. l. cum pater 77. §. pater qui filio 30. ff. de leg. 2.*

[24] *Habetur*, in *C. Theod.*

[25] Opinio hic censûs & professio, *l. ult. C. de collat. fundor. fiscal.*

[26] Sic legitur in *C. Theod.* al. *impunitio arbitrio*, quibusd. manuscr. *impositæ censitio arbitrio*, quod magis probat Cujacius.

[27] Pactiones adversus fiscum, fisco non nocent, sed paciscenti tantum.

[28] Testis qui rei alicujus æstimationem hanc vel aliam esse suo arbitrio suaque opinione dicit, recte deponitur & probare censetur, si modo suam opinionem ad communem exterorum sententiam retulerit. *Corsetus singulari, Testis An. Testis.*

TIT. III.

DE NAVIBUS NON EXCUSANDIS.

Naves quæ sub nomine, & titulo alieno excusantur, publicantur. Bart.

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Longiniano P. P. [29]

MULTI [30] naves suas diversorum nominibus & titulis tuentur: cui fraudi obviantes, præcipimus, ut si quis ad evitationem publicæ necessitatis titulum crediderit opponendum, sciat navem esse fisco sociandam. Nam ut privatos [31] quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus: cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis obedire, & subvectionem sine dignitatis privilegio celebrate. Dat. III. Januar. *Ravennæ*, Arcad. A. VII. & Probo Conss. 406.

Nulla navis ob necessitatem publicam excusatur aliquo privilegio in corpore juris inserto, vel non inserto. Bart.

II. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P. P.

JUbemus nullam navem [32] ultra [33] duorum millium modiorum capacem, ante felicem embolam [34], vel [35] publicarum speciarum transvectionem, aut privilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogativa personæ, publicis utilitatibus excusari posse subtractam: nec si cœleste contra proferatur oraculum, sive adnotatio sit, sive divina [pragmatica] sanctio [36], providentissimæ legis regulas oppugnare debebit. Quod etiam in omnibus causis cupimus [37] observari: ut generaliter si quid ejusmodi contra jus, vel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. Quidquid enim in fraudem istius legis quolibet modo fuerit attentatum, id navigii quod excusatur, publicatione corrigimus. Dat. IX. Id. April. Theod. XVII. & Festo Conss. 439.

[29] *C. Theod. tod. tit. 2.*

[30] Immunitatis sive privilegium alii per fraudem communicans, atque ita eum excusans bonorum publicationem patitur, *ut hinc colligit Corset. sing. Gabellæ*, adde *l. 2. C. eod.*

[31] Navigia privati habere possunt: ut vel in flumine publico, vel in mari etiam sine permissu principis navigent, adde *l. 1. ff. ut in fluviis. publ.* Porro qui naves habere possint, vide *l. 3. ff. de vac. mun. leg. auferetur 45. §. quod à præsidi 2. ff. de jur. fisc. l. 15. ff. de interd. & releg. l. pen. ff. de veteran.*

[32] *l. 1. C. eodem. l. un. C. de Mauris Tiburtinis.*

[33] Vide Novellam Theodosii, *de navibus ultra duorum millium modiorum capacitatem non excusandis.*

[34] Embola sunt Nilus, publicarum specierum transvectio. adde *l. 10. C. de sacros. eccles.*

[35] *Vel*, particula plerumque interpretativa sumitur: id verbi *ἐφαπλοῦται.*

[36] Al. *decret.*

[37] Præcipimus.

TIT. IV.

NE QUID ONERII [38] PUBLICO IMPONATUR.

Qui cogit nautam ad accipiendum aliquid ultra onus, tenetur ad emendationem damni, & criminaliter punitur. Bart.

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Rufino P. P. [39]

ONERI [40] publico farcinam privatam ne [41] quis imponat, nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate compellere. Hoc enim facto atque commisso non in dispendium solum atque naufragii [42] damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicæ coercitionis experietur vigorem. Dat. V. Id. Januar. *Constantinop.* Olybrio, & Probino Conss. 395.

[38] Id est, navi onustæ ex publico.

[39] *C. Th. tod. t. 1.*

[40] Id est, navibus onustis ex publico, quæ publicas species deferunt.

[41] Cur ita? minus onusta navis, periculo minus obnoxia est: fit enim jactus rerum ea re, ut navis sit levamis. *ff. ad leg. Rhodiam.*

[42] Casum itaque fortuitum præstabit, qui onus imponit: nempe quia ejus culpa casum præcessit. de quo vide plura apud Rebuff. *hic.*

TIT. V.

DE NAUFRAGIIS.

1. Imp. [43] Constantinus A.

SI quando naufragio [44] navis expulsa fuerit ad littus, vel si quando aliquam [45] terram attigerit, ad [46] dominos pertineat: Fiscus meus sese non interponat. Quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate [47], ut de re tam luctuosa compendium sectetur?

Navicularius, qui dicit se fecisse naufragium, debet hoc probare per testes coram Judice illius loci, & intra annum præfella nuncupat. Bart.

II. Imppp. Valentinian. Valens, & Grat. AAA. ad Modestum P. P. [49]

SI quis naviculatius naufragium se sustinuisse adfirmet, provinciæ [50] Judicem, ejus [51] videlicet in qua res agitur, adire festinet, ac probet [52] apud eum testibus eventum: relatioque etiam ad sublimissimam referatur Præfecturam: ita ut intra anni [53] spatium veritate revelata [54] competens dispositio [55] procedat. Quod si per negligentiam [56] præfinitum anni spatium fortasse claudatur, supervacuas [57] serasque interpellationes [58] emenso anno placuit non admitti. Dat. F.P. *Bersti* [59], Non. Jun. Modesto & Arintheo Conss. 372.

[43] *Eod. tit. 13. tit. 1. de 3. de naufragiis*, hoc adde: Solicitus fuisse piæterea naufragii sui portare in tabula, fortasse ea fuis fui hitheriens, & affensu ita à proximantibus postcenta. *Perennius*, 14. *illi mersa navis non fuerit & quæ ipsius Dominus negat & pisces sit tempestate tutur. Idem naufragii in ipsis numeris, tamen terra mersisque tenebat. Perennius. ibid.* id est, tamen solebant: nam in nostra fundos & suam pecuniam servabant.

[44] In meo ver. manuscr. legitur, *Imp. Autor.* recte meo quidem judicio: nam hæc videtur Antonini constitutio, quæ citatur in *l. ult. eod. tit. Cont.*

[45] *l. ult. C. rubr. l. pen. ff. de incend. ruin.*

[46] Al. *reliquum*, forte *reliquis attributur terram pertinuerunt.*

[47] Vid. *Aut. Navigia, C. de furt.* Fiscus res naufragiorum sibi non facit. vid. *Greg. l. 1. quæst. 7. c. 6. Quæstiones. 16.* multo minus privatus.

[48] *l. 3. §. ult. ff. de incendio.*

[49] *C. Th. tod. t. 1.*

[50] Præfidem. *l. ff. de incend.*

[51] Testes in loco interrogari petitulare quis jure potest, ubi causa aliudve infortunium passus fuerit. *Corset. sing. in loco.*

[52] Præsumi non solet naufragium, nisi probetur. adde quæ scripsi ad *l. 40. ff. ad Aquil.*

[53] Navicularius qui publicas species exportat, intra annum probare debet naufragium quod allegat, *ut hic.* Imo intra biennium probare potest. *l. 3. §. ult. eod.* Dic, pro locorum intervallo annum, aut biennium statuendum esse. *l. 1. C. Theod. eod.* Hinc etiam colligunt, Rationibus quatannis reddendis mercatores obnoxios esse. *Corset. singulari*, Mercatores.

[54] *Relata*, in *C. Th. Remedium ex incidentia cognoscitur*, in *C. Theod.*

[55] Additur, *bonis*, in *C. Theod.*

[56] Imo neque supervacuus, neque fere fuit prorogatio post annum. *l. 1. ff. de incen. l. 18. ff. de furtis.*

[57] *Alienis*, in *C. Theod.*

[58] Impedimento aquæ, id est, honesta sit persona, nec aliter iniri probatio possit, hinc colligit Baldus, *decis. 317.*

[59] Beryti.

[60] *Cod. Theod. tod. tit. 1. 3.*

[61] Vide quæ scripsi ad *l. 19. §. 1. ff. de probat.* Augustin. *sermone 32. ad fratres in Eremo, Homines ad tormenta dolori eruntur, ut de falsis pœna veritas secundum confessionem quæreretur.*

[62] *Allunde*, in *C. Theod.*

[63] Probari mortem in ipso, quod is de quo agitur pro mortuo habeatur inter liberos & conjunctos, notat ex hoc loco Corsetus *singul. Mort.* verisimilius enim notant facta conjunctorum conjuncti quam extranei.

[64] *Seniores*, in *C. Theod.*

[65] Jutamento impedimento probari, si is de cujus impedimento agitur, honesta sit persona, nec aliter iniri probatio possit, hinc colligit Baldus, *decis. 317.*

[66] Id est, annonæ publicæ æstate suscipiendæ & subducendæ, non hyeme.

[67] Navigationis opportunum tempus à Kalendis Aprilis in Kalendas Octobris: quia caloris & æstatis beneficio vis frigorum mitigatur. *Gub.* Vide *l. 36. in fin. ff. de re mil.* Alciat. *lib. 10. c. 10. 19.* Aus.

[68] *Et*, Et ita etiam in *C. Theod. emendandum existimat Rub.*

[69] *C. Theod. eod. tit. 14.* fed alter Contius.

[70] Mandat ob eam causam Theodoric. comiti rerum per varium, ut naufragia prosecutoribus frumenti publici, quibus nihil præter lacrymæ superfuit, mediationem tritici publici, naufragio amissam, faciat reputari. Crudelitatis namque genus esse, ultra naufragium velle defiexire & eos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur immanis elementa detulisse. *Cassiod. 4. Var. 7.*

[71] *C. Theod. eodem tit. 1. 6.*

[72] Vide quæ scripsi ad *l. 2. C. eodem.*

[73] Levato velo hic est, aperta fore, solebant enim foribus solum prætendi vela, ut recte Alciatus *Σκιάφιον* dixerit, *Καὶ ἐν ἱερῷ σκιάδιον*, & Stephanus *Σκιάδιον τὸ ἔδος τῆς θύρας.* Hinc Cujac. *Liber Cujac. T. ad nunc pertinet titulus prædia fiscalia, quæ alienis imponat, aut vela regia suspendat. Aug. 7. 1. 1. tam pia jus publici vela dixit.*

[74] Vid. *Auct. Navigia. T. de furt.*

[75] Al. *denique.*

[76] Adiicitur. *l. 14. §. ult. ff. de incend.*

[77] Al. *plenaria*: quod quidam magis probant, ut *l. 4. C. de fabr.*

[78] *l. 4. §. ult. ff. de incend.*

[79] Id est, præscriptione biennii.

[80] Mediatio, id est, modius frumenti, hic dicitur mediocris, *hoc loco. & l. 2. C. de annon. civ. lib.* ut ne penitentionem frumenti putes cum quibusdam. non est quæ quinquagenaria, de qua *l. 9. C. de fabricens.* Est enim hic mediatio, mensura, quinquagenaria illa, *ἑπτάμοδος.* Non est quoque hic mediatio navis æstimatio ex lege Rhodia, quæ navem capacem mille modiorum æstimat navris quinquagiesta.

[81] Delicto unius alius teneri potest, de quo vide quæ scripsi ad *l. 3. C. de Fabricens.*

[82] Nauclerorum vel usclerorum.

[83] Sal.

TIT. VI.

DE METALLARIIS[1], ET METALLIS[2], ET PROCURATORIBUS METALLORUM.

1. Impp. Valent. & Valens AA. ad Cresconium Com. metallorum 3.

Perpensa deliberatione 4 duximus sanciendum, ut quicunque metallorum exercitium velit affluere, is labore proprio, & sibi & reipubl. commoda comparet. Itaque si qui sponte conduxerint 5, eos laudabilitas tua octonos 6 scrupulos in balluca 7 (quæ Græce χωνάριμ@- 8 appellamus) cogat exsolvere. Quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, à quo competentia ex 9 largitionibus nostris pretia suscipiant. Dat. IV. Id. Decembr. *Parisiis*, Valentiniano & Valente AA. Conss. 365.

II. Iidem AA. ad Germanianum Com. S. L. 10

Ob metallicum 11 canonem in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim 12 uncias balluca pro singulis libris constat inferri. Dat. VI. Id. Januar. *Remis*, Lupicino & Jovian Conss. 367.

III. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Floro P. P. 13

Cunctis 14 qui per privatorum 15 loca saxorum 16 venam laboriosis effossionibus 17 persequuntur 18, decimas 19 fisco, decimas etiam domino repræsentent: extero 20 modo [propriis 21] suis desideriis vindicando. Dat. IV. Kalend. Septembr. *Constantinop.* Antonio & Syagrio Conss. 382.

Officiales exeuntes metallum, non debent ad aliam dignitatem promoveri, nisi prius illud officium perficiant. Bart.

IV. Iidem AAA. Eusinio P. P.

Cum procuratores 22 metallorum intra Macedoniam 23, Daciam mediterraneam, Mœsiam, seu Dardaniam 24, soliti 25 ex curialibus 26 ordinari, per quos solennis profligatur exactio, simulato hostili metu, huic se necessitati subtraxerint, ad impendum munus retrahantur: & nulli 27 deinceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitates, quam subeundam procurationem fideli solertique devotione 28 compleverint.

V. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Romulo Com. S. L. 29

Per annos singulos septem 30 per hominem scrupuli largitionibus infetantur ab aurilegulis 31 non solum in Pontica 32 diœcesi, verumetiam in Asiana. Dat. XI. Kal. Mart. *Constantinop.* Arcad. A. II. & Rufino Conss. 392.

VI. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Paterno 33.

Quosdam operta humo esse saxa 34 dicentes, id agere cognovimus, ut defossis in altum cuniculis, alienarum ædium 35 fundamenta labefactent. Qua de re si quando hujusmodi marmora sub ædificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur. Dat. XVII. Kalend. April. *Constantinop.* Theod. A. III. & Asunda Anio Conss. 393.

Adstrictis ad fodiendum metallum, si aufugerint, ad aliud officium retrahantur, etiamsi familiares principis fuerint. Bart.

VII. Imp. Theod. A. Maximo Com. S. L. 36

Metallarii, [sive metallariæ 37,] qui quavis ea regione deserta, ex qua videntur oriundi 38, vel oriundæ, ad externam 39 migraverint: indubitanter sine ulla temporis præscriptione ad propriæ originis stirpem, laremque una cum sua sobole revocentur, etiam quos domus 40 nostræ secreta 41 retineant. Sciant autem nullum exinde præjudicium fisco esse generandum, etiamsi quis ex his, quem metallicum esse constiterit, privatis censibus suum nomen indiderit 42. Dat. V. Id. Jul. *Constantinop.* Victore V. C. Cons. 424.

1 Z. C. *Theod.* 19. Porro metallariorum alii voluntarii. *l. 2. J. eod.* alii conditione. *l. ult. J. eod.*

2 Metalli nomine intelliguntur etiam lapides, ut *l. 3. & 6. J. eodem.* scripti adeo quæ scripsi *ad l. 3. in fin. ff. de rebus cor. qui sub tut.*

3 C. *Theod. eod. tit. l. 3.* hanc annonam comites faciebant in Illyrico, in notitia Romani imperii constat.

4 Principi ex metallis in privatorum fundis effossis certa debetur portio, quam *l. 2. & l. 3. h. t.* Cassiod. & decimas vocant. vide Clapp. *de reg. Anton. cap. 61. n. 1.* & Sop. Petr. Heig. *part. 1. quæst. 13.* qua de causa D. D. *eas unire, qua jus regalis* decimam metallorum principibus portionem do regalibus tantum adscribendam. Bossi. *tract. de Metall. & Appertiñ. num. 3.* Pet. Gregor. *lib. 3. Syntag. c. 10. n. 1.* Berlich. *concl. de Regal. Anis.*

5 *Conducerint*, in C. *Theod.*

6 Octonos *subd.* in *singulos* legitur: at leguntur in sequentibus *l. 3. J. eod.* non in *octo* vel *septem* unciæ: ne quis cum Accursio fallatur.

7 Vid. in hanc ipsam *Alciat. in lumen ejus tit. in annotat. ad l. 3. pag. 116. C.*

8 Χωνάριμ@-, Balluca, quæ nuper est effossa è terra.

9 Vide quæ scripsi *ad l. 2. J. de extraord.*

10 C. *Theod. eod. tit. l. 4.*

11 Metallicum canonem fuit varius, pro varietate provinciarum. *l. 4. J. J. eod.*

12 Libra balluæ quatuordecim unciis, *ut hic*: obryzæ, duodecim unciis continetur. *l. 1. J. de salsament.* Carpinia æstimatur libra balluæ quas obryzæ? semper quia multum diminui solet.

13 C. *Theod. eod. tit. l. 10.* 14 Lapides qui in privato cæduntur, unus decimus fisco: alterus domino præstatur, reliquum ipsi pro suo labore habent. *Syn. Basil. 56. tit. 12. c. 5.*

15 *Adde l. 6. J. eod.* 16 Metallorum nomine lexa etiam intelliguntur. *l. 6. J. eodem.*

17 Al. *effodiuntur.* 18 *Harm. §. 14.* 19 Decimam fisco: alteram decimam fendi dominо præstat fossor, qui in ejus fundo marmor eruit: reliquum sibi habet. 20 Al. *cæteris.*

21 Abest à C. *Theod. & quib. lib.* 22 Metallorum hi procuratores Comites metallorum erant: de quo in *l. 1. T. eod.* 23 Hæ provinciæ Illyrici sunt: ut hinc constet in Illyrico frequens fuisse metallorum commercium. *l. 7. J. 8. C. Theod. eod.* 24 Metalliferæ hæ Illyricæ provinciæ Macedonia, Dacia mediterranea, Mœsia, Dardania. 25 Al. *insolvi.* 26 Metallorum procuratores ex curialibus ordinabantur: ad eos pertinebat creatio procuratoris metallorum.

27 *Nullus*, alias *nulla.* 28 Exactione. 29 C. *Theod. eod. tit. l. 12.* 30 *Septeni*, legendum ex C. *Theod.* ut octoni in *l. 1. T. eod.* 31 Aurilegulus χρυσολέγος. *Synops. lib. 2. 9. χρυσολέγος. Harm. 5.* 32 Metallicus hic canon erat in diœcesi Pontica & Asiana. 33 *Confer.* C. *Theod. eod. tit. l. 14.* multa sunt enim in hoc detracta. 34 *l. 3. T. eod.* 35 Marmor in alieno ædificare licet, eriam invito domino: dum tamen præstetur ei solarium seu decima. *l. 3. T. eodem.* & in aliis cæsicalis nocetur alienis ædificiis. adde *l. 26. ff. de damno.* 36 C. *Theod. eod. tit. l. 15.*

37 Defunt in C. *Theod. ut pœnæ. quæro, vel oriundæ.* 38 Metallarii qui sunt conditionis, ea conditione se non liberant præscriptione temporis, *ut hic*, nisi forte 20. annorum, *l. 4. T. de præscript. XX. ann.* 39 Externa. al. *extraneum.* 40 Quod nos damus. 41 Confecrata, al. *cognita.* A secretis revocantur metallarii. adde *l. 26. T. de decurionibus.* 42 Indixerit.

TIT. VII.

DE 43 MURILEGULIS, ET GYNÆCIARIIS 44, ET PROCURATORIBUS GYNÆCII ET DE MONETARIIS 45, ET BASTAGARIIS 46.

De monetariis.

1. Imp. Constantinus A. ad Bithynos.

Monetarios 47 in sua semper conditione 48 durare oportet: nec dignitatis 49 cujuscunque privilegio ab hujusmodi conditione liberari. Dat. XII. Kalend. Aug. Gallicano & Bassо Conss. 317.

De baphiis, & gynæciis.

II. Idem 50 A. ad Felicem Procuratorem rei privatæ.

Baphii 51, & gynæcii, per quos, & privata nostra substantia renuatur, & species 52 gynæcii confectæ corrumpuntur, in baphiis 53 etiam admixta temeratio navum adducit inquinatæ allavionis: suffragiis abstineant, per quæ memoratas administrationes adipiscuntur: vel si contra hoc fecerint, gladio feriantur.

De his, qui se gynæciariis junxerunt.

III. Impp. Valentin. & Valens AA. ad Germanum Consularem 54.

Ingenuæ mulieres, quæ 55 se gynæciariis sociaverint, si conventæ denunciatione solenni, splendorem generis contuberniorum vilitati 56 præferre noluerint, suorum maritorum conditione teneantur. Dat. IV. Kal. Jul. *Mediol.* Valentiniano, & Valente AA. Conss. 365.

De bastagariis.

IV. Iidem AA. ad Auxonium P. P. 57

Quod ad præsens remedium pertinet, quantum 58 animal bastagariis pro reparatione 59 præbeatur. Dat. Id. Decembr. *Marcianop.* Valentiniano, & Valente AA. Conss. 365.

De occultatore gynæciarii.

V. Imppp. Valent. Valins, & Grat. AAA. ad Filematium Com. S. L. 60

Qui aliquem ex familiis gynæcii in latebris habere comperti sunt: quinque librarum auri damno subjiciantur. Dat. XII. Kal. Septemb. *Ciliciæ*, Modesto, & Arintheo Conss. 372.

De occultatore mancipiorum textrini.

VI. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Eucherium 61.

Qui textrini 62 nostri mancipia occultatione 63 celaverit: ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectetur. P. P. *Carthagine.* III. Kal. Mart. post. consulat. Auxonii, & Olybrii. 380.

De his, qui se monetariis junxerunt. 2. De filiabus monetariorum.

VII. Iidem AAA. ad Hesperium P. P. 64

Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhærens consortio, decus nativæ libertatis amittat: Quod si qua 65 ab hac præceptione statutum nostræ serenitatis 66 abduxerit: ea 67 vel legitima admonita conventione discedat, vel si complexui 68 monetarii putaverit inhæriendum, non ambigat se [sibi 69,] & liberis prædicaturam, & ejus conditioni esse nectendam. §. 1. Si qua vero originaria 70, seu colonaria possessionis alienæ, ignaro domino, seu sciente, monetario adsociabitur: hi conventi mox juri agrorum debitas personas retrahere festinent: vel de extero sciant repetendi facultatem, silentii sui conniventia perditisse. §. 2. Sed ut monetario nullam extraneam 71 necti volumus, ita & ex monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. Dat. Prid. Id. Mart. *Aquilan.* post consulatum Auxonii, & Olybrii. 380.

De bastagariis.

VIII. Iidem AAA. Trifolio Com. S. L. 72

Æternam fiximus legem, ne unquam bastagariis militiam, vel suam deferre liceat, vel aliam antequam eam impleverint, surreptitia 73 impetratione tentare. Dat. IX. Kal. Aug. *Heraclea*, Richomere, & Clearcho Conss. 384.

De navicula lectiani conchyliorum deputatis.

IX. Iidem AAA. ad Principium P. P. 74

Si quis naviculam 75 functioni muricis, & legendis conchyliis deputatam ausus fuerit 76 usurpare, duarum librarum auri illatione teneatur. Dat. VI. Octob. *Aquil.* Arcad. A. & Bautone Conss. 385.

De sericobladia, & metaxa.

X. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Philometori Com. S. L. 77

Lotas 78 in posterum sericobladiæ 79, & metaxæ 80 hujusmodi species inferri præcipimus; viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant: prioribus etiam cujuscunque officii, si statuta cœlestia à quoquam passi fuerint temerari. Dat. V. Kal. Jul. *Constantinop.* Arcad. Avi. & Probo Conss. 406.

De murilegulis.

XI. Impp. Theodos. A. & Valentinian. C. Maximino Com. S. L. 81

Murileguli 82, qui derelicto, atque despecto propriæ conditionis officio, vetitis se infulis dignitatum, & cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriæ artis, & originis vincula revocentur: Ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere, & solennibus ministeriis inservire manifestum est, omnia quæcunque constiterit ex quocunque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si 83 alienigenæ detentores 84 oneribus conditionis extraneæ maluerint subjacere, quam restituere facultates, & futura deinceps agnoscant munera 85 sibi esse subeunda: & de præterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, à semetipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. Dat. XVII. Kalend. Novemb. *Constantinop.* Victore Cons. 424.

De natis ex murilegula, & ingenuo.

XII. Iidem A. & C. Maximino Com. S. L. 86

Hi, qui ex filiabus murilegulorum, & alienæ 87 originis patribus sunt, vel fuerint procreati; jura maternæ conditionis agnoscant. Dat. IX. Kal. Jun. Theod. A. XI. & Valentiniano C. Conss. 429.

De substitutu.

XIII. Impp. Theod. & Valent. AA. Acacio Com. S. L. 88

Si quis ex corpore 89 gynæciariorum, vel linteariorum, vel lymphatiorum 90, monetariorum 91, vel murilegulorum, vel

43 Hyp. κογχυλιαρίων. *Eccl. lib. 54. tit. 16.* Sunt autem conchyliorum genera hæc, purpura, murex, buccinum, cnyx, *de quibus*, ut Strythippus ait, quorum fimbrias lasciviunt Romæ imperatoris uxores destinatæ, murileguli, qui & murilegi legunt, conchyliorum piscatores hoc meruerunt additili cognomine. hæc refer *l. 9. l. 12. l. 13. l. 14. J. eod.*

44 Gynæcii procuratores sunt, per quos species, id est, Gynæcia confectæ corrumpuntur. Gynæciorum ministri, qui conficiunt & contexunt vestes imperiales & eius ministrorum. hæc refer *l. 2. l. 3. l. 5. l. 13. J. eod.* Goth. Vid. Alciat. *l. 2. Cod. de metall.* Aur.

45 Monetarii sunt qui monetam cudunt. adde *l. 1. l. 7. l. 13.* 46 *Et de vestiariis.* additur in quibusdam libris. vid. in hunc *tit. Alciat.* Bastagarii fervisunt vecturæ rerum ad fiscum rerarium pertinentium, quam propelia jumentis faciunt excepta parte quinta quæ de fisco reparatur. adde *l. 4. l. 7. J. de cursu public.* 47 C. *Theod. lib. 20. tit. 20. l. 1.* 48 Τάξις. *Synops. lib. περὶ συντάξεων ἕνα.* Procuratores rei privatæ, *Baphii & Gynæcii*, &c. ut tria procuratorum genera hic proponit.

49 Verbi gratia militiæ, ut *l. 11. J. eod.* 50 Cujuslus ita legit, *idem ad Felicem* 51 Græci ita hanc constitutionem reddunt, Quoniam generales rerum nostrarum procuratores (sic enim dicuntur) & tinctores & gynæciarii multa corruperunt & inquinarunt: idque factum est hac quod rerum administrationi præpositi fuerint: idcirco volumus in posterum, ne quis talis fiat: quippe gladio feriatur. *Synops. Basil. lib. 2. 2.* 52 Id est, vestes, *l. 4. J. tit. prox.*

53 Baphii procuratores fuere per quos Baphia 54 missa temeratio *vitio addit inquinatæ allavionis, ut hic.* Baphii seu Baphia, minutiri xingendæ Imperatoris purpuræ.

54 C. *Theod. eod. tit. l. 3.*

55 Adde *l. 7. J. eod. l. Lucius 27 ff. depositi.* dixi ad *Utpiane.* 11. §. 11. adde *l. edictum 10. C. Theod. hoc titulo. l. senatus consulto tit. 179. C. Theod. de decurionibus, l. 1. J. de dignit.*

56 Utilitati.

57 C. *Theod. eod. tit. l. 4.*

58 *Decimum*, in C. *Theod.*

59 Reprobatione, al. *reportatione.*

60 *l. 2. & 7. Cod. Theod. eod.*

61 C. *Theod. eod. tit. l. 9.*

62 *Vestrini*, sed male. Sed Græci τὸ γυναικῶν legunt, hanc sententiæ, ut qui gynæcii mancipium celaverit, ternas auri libras præstet. *Syn. lib. 2. 6. dicit. c. 8.* edictur quoque, ut qui corruperit mulierem deputatam gynæceo, duas libras solvat.

63 Occupatione.

64 C. *Theod. eod. tit. l. 10.*

65 Si quam.

66 Personitatis.

67 Defunt hic quædam è C. *Theod.* detracta.

68 *l. 3. T. eod.*

69 Abest à C. *Th.*

70 *Originaria*, in C. *Theod. & quib. lib. sed rectius videtur cuncta delitio.*

71 Matrimonium tamen cum extranea seu extraneo terræ, muliere discuto prohiberi non posse notant: cum id genus datori libertatem tollat matrimonii. *contra l. Titia 34. ff. soluto l. cum ita 63. ff. de condit. & demonst. l. 134. ff. de verbor. obl.* eo magis quod in matrimoniis cauſis, quæ juris sint divini, Lælii nihil jurit, atque imperii habere dicantur: *Cornelius singul. statutum, Fannia senatus.*

72 C. *Theod. eod. tit. l. 11.*

73 *Subreptivam*, in C. *Theod.* ex quo multa detracta sunt, al. *subreptivæ.*

74 C. *Theod. eod. tit. l. 12.*

75 Naviculæ functioni muricis & legendis conchyliis deputatæ fuerint, ad has naves & earum mutua pertinet hic Cassiodori locus 2. *Variar. 2. scribitur, inquit, ut ratione in tali (Id est sacra & Imperatoria vesta & ejus fimbriæ) percere: Quid enim egregius tot artifices, tot mutatarum cantrix, tot familiæ ruftizarum.*

76 *l. 3. T. de tendicis in pub. luser.*

77 C. *Theod. eod. tit. l. 13.*

78 *Metas*, legit *Alciat. hic.*

79 *Sericobladiæ*, C. *Theod.* quidam malunt *serimbladæ.* Cont. Vid. *l. 1. T. quæ res venire.* Est vero blatta purpurea. adde Cassiod. 2. *Variar. 2.*

80 *Metaxa*, in C. *Theod.* Iade metaxarii. *l. ult. T. de pign. & hypoth.* adde *l. ult. §. 7. ff. de publicanis.*

81 C. *Theod. eod. tit. l. 14.* 82 Si murilegulus militaverit, aut dignitatem confecutus fuerit, nihilominus ad propriam conditionem revocetur. Quod si quis ejusdem originis cum ipso species ab eo quidam acceperit, eas ipsis restituat. *Syn. lib. c. 11.* 83 Feudum licet non possit alienari invito domino, *tit. de prohib. feud. alien.* si tamen emptor onera sustinere velit, quæ primo feudatario imminebant, emptorem eo casu recte admitti colligunt ex hoc textu Bartol. & Angelus, Corsetus *feog. feud.* 84 *Detentores*, in *Cod. Theod.* 85 Munia. 86 *Cod. Theod. eod. tit. l. 15.*

87 Alienigenæ. 88 C. *Theod. eod. tit. l. 16.* ostendit autem notitia Romani imperii, eos omnes qui hac in lege enumerantur, licet diverse sint functionis, sub dispositione comitis sacrarum largitionum fuisse. 89 Corpus (quod intra collegium) gynæciariorum, linteariorum, lymphatiorum, monetariorum, murilegulorum. 90 *Lintiariorum*, ex C. *Theod. emendat Cujac.* Lintearii sunt artifices linteæ vestis: linifarii, linifices, in quibusdam tamen hæc vox deest. 91 Monetarii qui monetam cudunt: quod tamen Alciatus non admittit, immerito.

[2] Sub dispositione comitis largitionum fuerunt Gynaecarii, lintearii, linifarii, monetarii.

2. Sanguinis, seu originis jure hi pertinebant ad sacras largitiones.

3 Antea corpus appellavit.

4 Dextræ triumphalis absolutio hic & *l. pen. C. Ne de annona civilibus.* nihil aliud quam admotatio principis. *Eusebius 2. de vita Constant. τοῦ τροπαιούχου δεξιᾶς ἀφῆς.*

5 Coritus data forma, hoc est, ab Imperatore, à principe. Ita de principe loquuti veteres. Socrates Christiane corte non tulit, Imperatores vocari *βασιλέας καὶ Imperatores*: ut nec Tiberius passus est occupationes suas vocari *sacras*.

6 Universus.

7 Prosapia, quam & prolapsum, genus, generis longitudo, a prosiquando seu *proferendo*. Cato originum libro 1. veteres prosapias. Festo Prosapia, progenies, id est, porro sparsi & quasi jacti liberi. Varro de Coelium prosapis ita esse arbitror. Nam hi sunt unoculi.

8 Additur in quibus. *Cons. S. L.*

9 Linteum.

10 Magistri vestis privatæ vel linteariæ.

11 Præpositi thesaurorum.

12 Procuratores baphiorum ac textrinorum, ut *l. 2. T. eod.*

13 Digna satisfactio, idoneæ. Sic Plutarchus *Καθαιρεῖν ἔξιον.* 14 Prosecutoriæ, probatoriæ. *l. 9. T. de diversis officiis.* 15 *C. Theod. eod. tit. l. 17.* ex qua hic adjiciendum: *Valeria Com. S. L.*

16 *Hæc lex correcta est per Novellam 38. c. 6.* 17 Liberi patris conditionem interdum sequuntur, dixi ad *l. 7. T. de rei vind.* 18 *Conchylio legulæ*, in *Cod. Theod.* al. *conchylii legulo.*

19 Ambiguæ.

20 De probatoria vid. *d. l. 9.*

TIT. VIII.

DE VESTIBUS HOLOBERIS[21] ET AURATIS[22], ET DE INTINCTIONE SACRI MURICIS[23].

1. Imppp. Valentin. Valens & Grat. AAA. Archelao Com. S. L.

AURATAS[24] ac sericas paragaudas[25] auro intextas viriles[26] privatis usibus contexere[27] conficereque prohibemus: & in gynæciariis[28] tantum[29] nostris fieri præcipimus. Dat. v. Non. Jul. Nebiodun. 1. Accept. xv. Kal. Aug. *Martianop.* Valentiniano N. P. & Victore Conss. 369.

11. Imppp. Grat. Valentin. & Theodos. AAA. Floro P. P.

NEMO[30] [vir[31]] auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis patagaudas: [nisi hi tantummodo quibus hoc propter[32] imperiale ministerium concessum[33] est:] non enim levi animadversione plectetur, quisquis vetito se & indebito non abdicaverit indumento[34]. Dat. III. Kal. April. *Constantinop.* Antonino & Syagrio Conss. 382.

Non debent lana vel panni tingi aliquo colore simili colori murecis. Bartolus.

III. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA.

VELLERA[35] adulterino colore fucata[36] in speciem sacri muricis intingere[37] non sinimus: nec tinctum cum Rhodino[38] prius serico[39], alio[40] postea colore fucari[41]: cum[42] de albo omnium colorum tingendi copia non negetur: nam capitalem pœnam illicita tentantes suscipient.

IV. Imp. Theod. A. Maximino Com. S. L. 43

TEMperent[44] universi, cujuscunque[45] sint sexus[46], dignitatis, artis, professionis, & generis ab hujusmodi speciei[47] possessione, quæ soli[48] Principi ejusque domui dedicatur: nec pallia tunicasque domi quis sericas[49] contexat, aut faciat. Quæ tinctæ[50] conchylio, quæ nullius[51] alterius permixtione contexta sunt, proferantur ex ædibus, trandanturque tunicæ aut pallia ex omni[52] parte texturæ cruore infecta conchylii. Nulla stamina[53] subtexantur tincta conchylio, nec ejusdem infectionis arguto pectine[54] solidanda fila decurrant: reddenda ærario holoberis[55] vestimenta virilia[56] protinus effectantur: Nec est, ut quisquam de abjurato pretio[57] conqueratur: quia sufficit calcatæ legis impunitas[58]. Ne quis vero nunc hujusmodi suppressione in laqueos novæ constitutionis incurrat: alioquin[59] ad similitudinem læsæ majestatis periculum sustinebit. Dat. XVII. Kal. Februar. *Constantinop.* Victore V. C. Conss. 424.

V. Impp. Theod. & Valent. AA. Apollonio Comiti sacrarum largitionum[60].

PURPURÆ[61] nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitæ, recenti quoque interminatione vetamus, & ideo septimum de scrinio[62] exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum[63] ad baphia Phœnices per[64] certum tempus mitti præcipimus, ut omnis fraus eorum prohibeatur solertia, timentium ne quæsitis longo[65] fulgore stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. Dat. VIII. Id. Mart. *Constantinop.* Isidoro, & Senatore Conss. 436.

[22] *Holoberia*, Hal. sed *holoserica* velles, nihil aliud quam togæ fericæ: *ὅλοβος* enim Zonaras cilicium vestes fericas. vid. hic *Alciat.*

22 Vestis holoserica, & auratæ sit hic mentio, utriusque par pretium, libra enim auri tunc libra fericæ erat, ut Vopiscus scribit in Aureliano, & in lege Rhodia, *Iactum ἀπὸ λιθων τὸ χρυσίον.*

23 Sive Lacræ vestis, al. *sinthinæ.*

24 *C. Theod. eod. tit. l. 1.*

25 Paragaudæ, vestes auratæ, & sericum auro intextæ phrygio vel barbarico opere, pro numero filorum aureorum intextorum, monolores, dilores, trilores, pentelores facit Vopiscus in Aureliano. Onera vocari ab Ammiano refert Pet. Fab. *2. Semest. 16.*

26 Additur, *muliebres*, in *C. Theod.* sed hoc detractum est, quia eas matronis induigebat Justinianus. *l. 2. l. 4. T. eod.*

27 Intexere. 28 Gynæceis. 29 Tantummodo.

30 *C. Theod. tit. l. 2.* 31 Abest à *C. Theod.* vid. *l. 11. T. eod. l. 4. T. eod.* 32 Principes ministro vestis aurata permittitur quæ aliis non permittitur. 33 Inclusa desunt in *C. Theod.*

34 Indutu. 35 Colore adulterino lanam ita tingere, ut in speciem tincta videatur muricis colore, capitale. 36 Id est, *tinctæ.* quidam legunt, *fucatæ*, sed male. Dibaphiæ seu bis tinctæ pretiosiores. Fulgentius, *Tale tamen resulgens bis tinctume vestem*: Tibullus, *Vellera bis Sarrano tinctæ ostro*: Propertius, *Bis Tyrio fucata murice lana.* Cicer. 2. *epist. Curtius dibaphum cogitat, sed eum inspectior moratur.* 37 Tingere.

38 Rhodinum sericum, an à rosa, ut Accursius putat? An à Rhodo insula, ut Alciatus? an à rosæ colore (*ῥόδον* enim Græci rosam appellant) ut Forcatulus, *c. 21. penult.* eadem ratione qua Rhodinum oleum Plinio, id est, è rosis, Rhodia radix Dioscoridi, quod contritas rosas redoleat. Rosis enim purpureus color inest: & ut poëtæ fingunt Veneris sanguine tinctus, cum dea in rosis incidisset. Ausonius in Rosa, *Hanc tenui filo purpura rubra notat.* Claudianus in rapta Proserpina, *Sanguineo rubet ore rosa.* An vero legemus *Tauchino*, ut dixi ad *l. 2. T. quæ res venire.* 39 *Serico*, *in quibusdam.*

40 Fit enim ut hac dibapha, seu hac duplici tinctione roseum vellus efficiatur magis simile purpuræ. Nisi dicamus alio externo colore tingi hic vetari. vid. *l. 4. T. eod.* 41 Fucare est tingere. vid. *Forcat. c. 21. penult.* 42 Sensus est, licet sericum album, id est, crudum, antiquumque quolibet alio colore inficere: tinctum Rhodino colore, non licet alio inquinare. *C. Theod. 10. 21. 3.* 44 *l. 1. l. 2. T. eod. l. un. T. Nulli licere in Venet.* adde quæ scripsi ad *l. 9. ff. de inspic.*

45 *Qui cujuscunque*, in *C. Theod.* 46 Prohibitiones ut generaliores videantur, sexum, dignitatem, artem, professionem & genus admittentia in legem comprehendunt.

47 Species hic pro vestibus accipit, ut *l. ult. T. de militari veste.* 48 Principis vestem nemo subditus imitari debet. 49 *Serica*, in *C. Theod.* 50 Color conchylii, & purpuræ soli Principi reservatur. 51 Purpuræ crustæ (Crustas vocabant, quibus color alius purpureo est admixtus. *l. 11. C. Th. de Veterin. l. 1. T. eod.*) nemini interdictæ, ad usum tamen sacræ domus fieri vetitæ.

[52] Holosericæ vestes, omni ex parte purpureæ: quibus nullus alius color immixtus. Hic privatis interdictæ.

53 Purpura hæ textæ intertextæ, quas staminarias Leo interdixit *Novel. Leo.* de quo vide quæ scripsi ad *l. unic. T. de murib. & purpur.*

54 Virgil. *Argutoque comere pectine.* Sic in *l. 31. T. de Episc. Cateri facere fimbrias*; & in *Nov. Valentiniani de Apostolicis. Extensa mitra, aut arcuata fibula*: & *l. 4. C. Theod. de apparitoribus.* vide & dorsuales.

55 *Holovera*, *C. Theod.* id est, *holosirica.* 56 Virilia ideo addidit, quod muliebribus eorum usu non interdixerit. *l. 1. ibi, virilesque l. 2. ibi, vir. T. eod.* Licet, inquam, mulieribus uti holoveris, & holosericis auratis, vel auro intextis paragaudis: non viris. Quid ita? Ornatus, & cultus mulieris proprius, est non virorum. Purpura tamen quæ serico semper pretiosior fuit, aliis muliebribus interdicitur. 57 Purpuram privati quam habent, sacris thesauris reddere debent, minorem recepturi pretio. 58 Quandam detracta sunt à *C. Theod.* 59 Purpuram privati poli nunc legum imbentes læsæ majestatis tenentur. Majestatis itaque crimen incurrit, vel is, qui vestes Imperatori proprias usurpat: qui vestibus iisdem utitur, quibus Imperator. 60 *Ex lib. 10. tit. 20. C. Theod.* sed multa hic sunt immutata. 61 Purpuræ nundinæ, negotiationes & venditiones interdictæ privatis. *l. 2. T. quæ res venire.* 62 Scrinia hæc largitionum fuere, fortissimum exceptorum, canonum tabulariorum, vestiariorum. 63 Alc. hæc legit, *de scrinio vestiarii ad baphia Phœnices.* Addit Haloander, *quæ sunt de scrinio vestiariorum*: quod abest à *veterib. libr. & C. Theod.*

64 Cur Phœnices baphia seu officinas tinctorias explorari jubet potius, quam alias? nempe quod ibi pretiosissimus purpura, quæ dicebatur Tyria. *§. 33. Inst. de actio.* vel etiam Tyrum, à Tyro colonia Phœnicia *l. 1. ff. de censibus.* 65 *Multo*, in *C. Theod.*

TIT. IX.

DE[66] FABRICENSIBUS[67].

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Tatiano P. P.[68]

OMNIBUS fabricis non pecunias[69] pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri[70] præcipimus: ut venerabilis[71], & quæ facile deducatur[72] ignibus, seu liquescat ferri materies præbeatur: quo promptius adempta fraudibus facultate, commodo publico consulatur. Dat. XV. Kal. Novembr. Theod. AA. II. & Cyntegio Conss. 388.

Primicerius fabricensis per biennium habet vacationem à muneribus. Bart.

II. Idem AAA. Rufino Magistro officiorum[73].

PRIMICERIUM[74] fabricæ post biennium[75] non solum vacatione, verumetiam honore donari præcipimus: ita, ut inter protectores [ejusdem fabricæ per[76] biennium[77]] adoratus[78], æternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. Datum VIII. Id. Mart. *Mediol.* Valentiniano A. IV. & Neoterio Conss. 393.

Fabricensibus tyronibus stigmata brachiis infliguntur. Bart.

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. Osio Magistro officiorum[79].

STIGMATA (hoc est nota publica) fabricensium brachiis[80] ad[81] similitudinem tyronum[82] infligantur, ut hoc saltem modo possint latitantes agnosci[83]: his, qui eos susceperint[84], vel eorum[85] liberis sine dubio fabricæ vindicandis[86], & qui subreptione quadam declinandi operis, ad publicæ cujuslibet sacramenta militiæ[87] transierint. Dat. XVIII. Kal. Januar. *Constantinop.* Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. 398.

IV. Impp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P. P.[88]

SI[89] quis consortium fabricensium crediderit eligendum in ea urbe, in qua natus est, vel in qua domicilium collocavit: his[90], quorum interest convocatis, prius acta conficiat, sesque[91] doceat[92] non avo, non patre curiali progenitum: nihil[93] ordini civitatis debere: nulli se civili commanere[94] obnoxium: atque ita demum gestis confectis, vel apud moderatorem provinciæ, vel, si is abit, apud defensorem civitatis, ad militiam quam optaverit, suscipiatur: quod si absque hac cautione[95] quispiam ad fabricensium consortium obrepserit[96], sciat se ad ordinis cui debetur, patriæque suæ munera[97], esse deducendum[98]: ita ut nulla cum, nec temporis[99], nec stipendiorum prærogativa defendat. Dat. XV. Kal. Jun. *Constantinop.* Honorio IX. & Theod. V. AA. Conss. 412.

V. Impp. Theod. & Valent. AA.[100]

JURE provisum est, fabricenses artibus propriis inservire: ut exhausti[101] laboribus immorentur[102] cum sobole professioni cui nati sunt. Denique quod[103] ab uno committitur, id totius delinquitur periculo numeri[104]: ut constricti nominationibus suis, sociorum actibus quandam speculam gerant, & unius damnum ad omnium transit[105] dispendium: universi itaque veluti in corpore unius formæ[106], unius decoctionis[107], si ita res tulerit[108], respondere cogentur. Dat. prid. Non. Novemb. CP. Theod. A. XVI. & Fausto Conss. 438.

[66] Ἠερὶ λατομῶν καὶ τειχοποιῶν. *Eclog. lib. 17. tit. 3.*

67 Fabricenses, qui in publicis fabricis bellica arma fabricant. His fola arma fabricare licuit, non privatis, adde *Novel. 85.* & quæ scripsi ad *Aut. ff. de jure immunit. l. ult. T. de servis fugit. & Nov. Theodos. de bonis fabricens. l. ult. T. de baliscis decur.*

68 *C. Theod. 12. 12. 1.*

69 Ferrum ad aurum non debent fabricenses, hoc est, purum ferrum fabricensibus pensitandum non pecunia pro ferro: ne aliquin vicem ferrum emant.

70 Additur in *C. Theod. in perpetuum firmanda hac forma.*

71 *Vena nobilis in aur. libr. manuf. ut Cassiodorus: Succulo suo producit nobile vena primor. in C. Theod. venæ nobiles.*

72 Reducatur.

73 Scripta est ad magistrum officiorum, ut *l. 8. 7.* quia sub ejus dispositione fuerunt fabricæ & fabricenses. *Cujac. hic & Not. de armis. §. 74. C. Theod. eod. tit. l. 3.* De præfectis fabrorum, vide *l. Pigri. 11.*

77 Primicerius fabricæ biennio primicerietum fabricæ administrasse debet, ut hic idem, in primicerio notariorum. *l. 2. T. de primicerio.*

76 Inclusa desunt in *C. Theod. de vacat. quib. tit.*

77 Hyperbole quam Ammianus *lib. 15.* irridet. Honor autem ille maximus, jus adorandæ fcil. purpuræ sacræ consequi. 78 Corpora seu collegia non conditionalia, perpetuos primicerios non habebant, sed alias vel annales, biennales, triennales: qui post id tempus immunitatem consequebantur. 79 *C. Theod. eod. tit. l. 4.*

80 Testis qui eum de quo agitur, se ex brachio vel facie recognoscere testatur, dicit *I. cum in diversis 44. ff. de relig. Cornel. sicar. Treb.* 81 Tyronibus stigmata inurebantur, Veget. *1. c. 8.* Punctis signorum scribendus Tyro: *l. 2. c. 5.* Puncturis in ante punctis milites scripti & matriculæ inserti jurare solent. Greg. *2. Epist.* Ælius Amidenus *8. c. 12.* Eo alludit, non tam *quidem fidei, sed militiæ & quidem magnæ Jesu Christi.* Paulus *Galat. ult. vers. 17.* ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. Eadem ratione aquarii in manibus signabantur: nomine principis eis inspresso. *l. 10. in fin. T. de aquæductib.* 82 Fabricensium fuit militia quadam. vid. *l. 5. T. eod.* 83 Zos. *2. conf. 6.* hinc colligit signatum ei competere, qui fit domus venatoria. 84 *Vid. l. 1. ff. de vacationibus.* 85 *Liberos*, in *C. Theod.* 86 Al. *Judicandos.* 87 Hinc conflat quosdam esse fabricensium militiam. 88 *C. Theod. eod. tit. l. 6.* 89 Forma fabricensis creandi.

90 Citandi sunt quique in re hi omnes quorum interest. *l. de manumissis 47. ff. de re jud.*

91 *Se se docent*, in *C. Th.* 92 Probat autem id, si doceat quo patre natus sit. 93 Negotium probare cogitur, si totius intentionis ea causa sit. 94 *Civica munera*, in *C. Th. adde Cujac. & Donell.* 95 Cautione. 96 Oppressisset, al. *appressisset.* 97 Sua. 98 *Reducendum*, in *C. Th.* 99 *Vid. l. 35. T. de decur.* 100 *Ex Nov. Theod. & Valent.* in qua addenda, *Sacrum C. R. P.* ut emendat Pithœus. 101 *Exhausti.* in *Nov. Th.* 102 *Immorentur*, in *Nov. Th.*

103 Delicto unius, alter obligari, teneri & puniri interdum etiam potest, ut hinc colligunt, & *l. ult. T. de manumiss.* unde notant, statutum Florentinorum defendi, quo carcerior, ut unus adigatur in locum quente cæteri agnatorum teneantur. adde *l. ult. T. de primipilo. l. in fin. T. ne filius pro patre. Cujac. sing. statuta Florentinorum.* 104 *Numeri* verbum hic, & *l. ult. T. ad militare*: ut hinc conflat Fabricenses fuisse gradus militiæ, *ut hic.* Inde tyronibus comparantur *l. 2. T. eod.* 105 *Transitat*, in *Nov. Th.* 106 *Uniformi vitam*, in *Nov. Th.* 107 *Cognitionis*, *emendant* quidam. al. *decoctionis.* Decoctionem vero esse intercipere, administrare. *l. 12. T. de fabr. l. 9. C. Th. eod. tit. l. ult. T. de bonis decur. decur.* 108 *Remittit*,

Fabricenſes, & eorum uxores, & liberi durante officio, vel finito, non poſſunt, niſi eorum profeſſa pretaxta, vel magiſtro officiorum convenire. Bart.

VI. Impp. Leo & Anthemius AA. Euſemio [1] mag. off.

EOs, qui inter fabricenſes ſacræ fabricæ ſociati ſunt, vel eorum uxores, aut filios, qui iridem inter fabricenſes militare dicuntur: non alibi pulſare volentibus reſpondere præcipimus, niſi in judicio tuæ ſublimitatis, ad cujas juriſdictionem, poteſtatemque pertinent: nec eos poſt ſtipendiorum finem, & militiæ, ſuper civilibus, vel curialibus muneribus, quibus nullo modo ſubjacere monſtranter, à viris clariſſimis rectoribus provinciarum, vel eorum officiis præter licitum inquietari.

Prohibet fabricenſes aliquam adminiſtrationem, vel agriculturam adſumere. Bart.

VII. Imp. Anastasius A. Euſemio magiſt. off.

NUllus fabricenſium conductioni [2], vel adminiſtrationi, vel agriculturæ alienarum rerum ſe poſthac immiſcere conetur: dominis quidem, ſi [qui] contra hæc ſtatuta meæ pietatis venire auſi fuerint, res vel prædia, quæ ſcientes, quod Fabricenſes ſunt, iiſdem Fabricenſibus miniſtranda commiſerint, amiſſuris: fabricenſibus vero graviſſime coërcitis [3], poſt facultatum ſuarum amiſſionem perpetui exilii pœna, & animadverſione retinendis.

†. Quotiens ſane in tranſlatione [4] armorum angariæ [5] neceſſariæ fuerint, ſublimitas tua literas ad eminentiſſimam jubeat dirigi præfecturam: & numerum [6] ei armorum, & ex quo loco transferenda ſunt, indicare: ut continuo ſuper præbendis angariis pro numero eorum, quæ transferuntur armorum, præceptione ſua viros clariſſimos moderatores provinciæ conveniat [7]: ut ſecundum miſſam à ſublimitate tua notitiam, naves, vel angariæ confeſtim de publico præbeantur. Quod ſi aliqua tarditas, vel negligentia poſt datas à ſublimitate tua ad eminentiſſimam præfecturam literas, in deſtinandis auctoritatibus [8] ampliſſimæ tuæ ſedis interceſſerit, & ex hoc armorum tranſvectio fuerit impedita: [in 9] quinquaginta libras [10] auri, tam numerarium pro tempore officii ejuſdem ampliſſimæ ſedis, quam alios, quorum intereſt, condemnari præcipimus: eamque auri quantitatem protinus exactam fiſci juribus aggregari: multa præterea triginta librarum auri propoſita, tam viris clariſſimis, quæ provincias regunt, quam eorum apparitoribus [11], ſi conniventibus his armorum ſubvectio tarditate aliqua fuerit præpedita [12].

1 Eufrico. al. Euſemio.

2 Conductores & adminiſtratores eſſe alienarum rerum, fabricenſes prohibiti. *ut hic. l. C. Theod. mod. quemadmodum & quibus. l militari* 31. *T. de locato.*

3 Coërcendis.

4 De numeris militaribus, adde *l. 8. T. eod.*

5 Angariæ, ſunt præſtationes provinciales militibus eorum vehendorum bajulandorumve cauſa impoſitæ, id eſt, jumentorum vel plauſtrorum præſtationes.

6 Arma uti transferenda ſint.

7 Conveniant.

8 Auctoritibus.

9 Al. *leeſt.*

10 Libris.

11 Apparitionibus.

12 Impedita.

TIT. X.

DE [13] VETERIS NUMISMATIS POTESTATE.

I. Impp. Valent. & Valens, AA. [14] Germano P. P.

SOLIDOS [15] veterum [16] Principum veneratione [17] formatos, ita [18] tradi, ac ſuſcipi ab ementibus [19], & diſtrahentibus jubemus, ut [20] nihil omnino refragationis oriatur, modo, ut debiti ponderis ſint, & ſpeciei [21] probæ: ſcituris [22] univerſis, qui aliter fecerint, haud leviter in ſe vindicandum.

Minuta æſtimatione ſoreni, minuitur æſtimatio rerum, quæ venduntur ad ſorenum. Bart.

II. Iidem AA. ad Julianum P. P. [23]

PRo imminutione [24], quæ in æſtimatione ſolidi forte tractatur, omnium quoque pretia ſpecierum [25] decreſcere [26] oportet [27].

Omnes aurei debent capi æquali æſtimatione, & contra facientes graviſſime punitur. Bart.

III. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Atintheo P. P.

UNiverſos auctoritas tua propoſito edicto commoneat [28] obryzatorum [29] omnium ſolidorum uniforme [30] pretium poſtulare: capitali ſcilicet ſupplicio puniendo, qui vel juſſa noſtræ majeſtatis [31] avaritiæ [32] excitate contempſerit, vel æternales [33] vultus, dum fraudibus ſtudet, duxerit violare [34].

13 Dpi reparatio vetuſtatis. Syn. *Baſil. lib. 14. tit. 18.* de veteribus ſolidis *adde l. 1. C. Th. de quæ ſolidi retentione cessetur, Nov. 8. Theod. de pretio ſolidi.*

14 Al. Conſtantium A.

15 Xenilia eſt conſtitutio in *C. Th. l. 9 quæ ſolidi retent.* retro. Solidi ſecundum veteris Græci vocant) habentes, ſine omni refragatione tradantur & ſuſcipiantur, modo pondus & ſpeciem probam (hoc poſtremum ſolus ſenſus habeant. *Syn. ib.*

16 Dubitandi ratio videbatur quod nummorum veterum alia ipſa veritate ſatis ſublatus videretur.

17 Monetis aureis vultus ſuos Romani Principes, etiam ingeſſerunt. Ac proinde ſolidi Principum veneratione formati, hic ſunt aurei quibus ſolidum ſunt facies veterum Principum: æternales vultus in *l. 3. T. ſed. l. 6. C. Theod. de jud. cr. Eunom ex divini cultus.* vid. apud *Paulum 5. ſent. 25. §. 1.* Vultus principum qui monetam conflat pirarum, teneri lege Cornelia dicitur. *Stratico, Quæ dicam in vultum igni formandæ liquefcat. Maſſæ quid deſinit ſcriptum erepet igne moneta.* Et ita omnis generis monetæ ſuos vultus impreſſiſſe reges Gothi, refert Caſſiodor. *7. Variar.* Idem Francorum reges. Perſis autem religio argento vultus ſuos imprimere, non auro, *Procop. 3. de bello Gothor.* Juvenalis 14. eleganter pecuniam argenteam appellat, *Conſimm argentum in vultibus, ſtatuiſque minentur.* Hinc fortaſſis ab Apoſtolo: Avaritia dicitur Idolorum ſervitus, à pecudis Titulo & figura, Pecunia videri poſſit dicta: ut à victoria, dea & quadriga numma impreſſis, victoriati, quadrigati nuncupati. Æris nota fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis. vid. 33. *Plin.* 3. 18 In nummis hæc tria conſiderantur, *τύπος, ἐπιγραφὴ, καὶ ὑλη* ſeu *materia.* Forma principis, pondus, ſpecies proba *Græcis.* In numiſmate tria quærantur, metallum, figura & pondus: ſi ex iis aliquid deſerit, numiſma non erit. 10. *Iſid. 37. in fin.*

18 Id eſt, ab his quicquid emant venduntve. Quæ ſolidi veteres principum interdum vendi ſoliti. *Ita ad l. 9. §. 2. ff. de ſuppl.*

20 Nummos probos monetamve vultu principum ſignatam, præter adulterinam, id eſt, ſi non adulterina ſit, reprobans, lege Cornelia de falſis tenetur. *Paul. 5. ſent. 25. §. 1.* Cedren. in Niceph. Phocæ: *τὰς καὶ ἴδιας ἐκόντων ἐκκόπτειν ἀνεπίτρεπεν ὁ δὲ τὸ ἐναντίον ἐποίει.* & *l. 1. C. Theod. ſi quis ſolidi circulum exterioris.* conſtituitur, ut omnes ſolidi uno pretio æſtimentur atque veneantur, & in *Novella Theodoſii de pretio ſolidi:* Ne inſigniti ſolidi aurei veterum Imperatorum nominibus, ab ullo emptore recuſentur. Et ut ne minoris diſtrahantur quam empti ſint à collectario. adde *Leonem Novell. 52.* Arrianum ad Epictetum 3. Pragmaticam Juſtiniani ad Vigilium de mutatione ſolidorum.

21 Speciem hic interpretor materiam ipſam nummi, quæ & qualitas. Porro materia ipſa ex metallo. In nummis vero tria præcipue notalia, aurum, argentum, æs: unde Trium viri monetales, auri, argenti, æris flatores. *l. 2. §. 30. ff. de origine juris.* Plautus in Moſtellaria quendam accuſat, qui plumbeos cudere ſolebat, ſcazontis uti ſuos Siculos aliquando coëgit Dionyſius Tyrannus: Spartanis, ut & Byzantiis ferrea fuit etiam pecunia. Æroſie meminit Juriſconſultus. *l. 102. ff. de ſolut.* Leo Novella 52. hæc curiosius, καὶ ὅσοι τὸν ἀπὸ χαλκοῦ ἢ ἀργύρου ἢ χρυσοῦ ἐκκόπτουσι.

22 Monetam publicam minori vel minori pretio dare & accipere non licere, quam ſit publica indicatura ſive æſtimatio, hic colligit Molinæus *tract. de uſuriis, quæſt. 100. num. 814.* Unde rurſus notat, pactum contrarium non valere: neglectoque pacto ſecundum æſtimationem publicam eſſe recipiendam. Uſum monetæ ejus probitatis, juris eſſe publici. *l. 1. ff. de contrab. empt.* quod pactionibus privatorum mutari non poſſit. *l. Jus publicum* 38. *ff. de pactis.* Sufficere debitam pecuniam ſolvere ſecundum uſum & probitatem publicæ definitam tempore ſolutionis. Pecuniam publice ſignatam, in diſpoſitionem deducti non poſſe tanquam maſſam, ſed tanquam pecuniam publicam. Fore alioqui in hujuſmodi ſpeculatione magnam captionem & quaſi aleam. 23 Is Præf. annonæ. vid. *l. 2. C. Theod. de canone frum. arb. Rom. & l. 1. T. de canone frum. urb. Rom.* 24 *Minutione*, ſed Græci κατὰ τὴν ὑλοτομίαν, &c. pro imminutione ſolidorum, venalium quoque rerum pretia minuuntur. *Synopſ. Baſil. lib. cap. 1.*

25 *Speciarum* voce Græci hic accipiunt τὸ νόμισμα τῶν ὠνίων pretium rerum venalium. *Syn. ib. c. 2.* Hotomanus *c. 17. Illuſtr.* vero non res ipſas, ſed ſpecies alias monetæ & pecuniæ accipit: ut una aurea gradatim omnes reliquæ monetæ pro rata cujuſque portionis decreſcant. De quo dubitari poteſt merito. 26 Pretium rei decreſcit, ſi decrecit moneta, ut hic, per contrarium augetur pretium monetæ augeſcente. Eadem enim eſt contrariorum poteſtas, ut Ariſtoteles ait *lib. 2. de Cel. cap. 3.* Quid, quæ de imminutione nummi hic agitur? An de ea, quæ ſit abuſu & tyrannide principis: an potius de ea quæ ſit ex juſta cauſa & ad alias monetas proportione? Hoc poſtremum putat Molinæus *tract. de uſuriis quæſt. 93. num. 716.* Omnibus monetis pari proportione, minutis vel auctis, novum pretium ſubire locum veteris, auctaque vel minuta pretia videri. Aureo tantum nummo, cæteris monetis in ſuo ſtatu manentibus, pretia in ſuo ſtatu manere aliarum monetarum reſpectu. Reſpectu vero auri minuti, non minui auri pretium. Quæ ſumme notanda ſunt, cum in pecuniis nummis poſſint eſſe uſui. *l. 59. ff. de verb. obl.* Solvi enim aurei pro aureis poſſunt, ſive nulla, ſive diminuta ſit eorum æſtimatio. *Plin. 33. cap. 3.* Conſtitutum eſt, inquam, ut aſſes qui liberales erant, ſextantario pondere ferirentur, ita quinque partes facile lucri, diſſolutum ex nummum. Gud.

27 Hujus l. interpretationem vid. *Conſar. Forenſ. mutu. lib. 2. cap. 8. num. 13. S. L.*

28 AD. 366. Nemo ſolidorum obryzorum (Græci ἔμπαλιν) diverſum pretium indocat. Hinc capitali ſupplicio punitur, qui obryzos ſolidos antiquos levius æſtimat. *Syn. lib. cap. 3.*

29 Qui ex auro optimo & puriſſime conflati ſunt. Plin. ſcribit obryzum aurum vocari, quod eum igne probatur, ſimili colore, quo ignis rubet. obryzatorum porro ſit mentio in *l. unic. T. de obryz. aur.*

30 Pretium uniforme ſolidorum.

31 Al. *ſereniſſ.* tio.

32 *Vid. l. 6. T. de monetibus pa-trum.*

33 Vid. quæ de principum monetis inſculpi ſolito ſcripſi ad *l. 1. T. eod. lib. de monetis.* quod magis probat *Cujac. in lib. Bareſanden.*

34 *Violare*, in quib.

TIT. XI.

NULLI LICERE IN FRENIS ET EQUESTRIBUS SELLIS ET IN BALTEIS MARGARITAS ET SMARAGDOS ET HYACINTHOS APTARE, ET DE ARTIFICIBUS PALATINIS.

I. Imp. Leo A. Leontico.

NUllus [35] prorſus liceat in frenis, & equeſtribus ſellis, vel in balteis ſuis margaritas, & ſmaragdos, & hyacinthos aptare poſthac, vel inſertere: aliis autem gemmis frena, & equeſtres ſellas & balteos ſuos privatos exornare permittimus. De cucumis [36] vero omnem prorſus qualiumcunque gemmarum habitum [37] præcipimus ſubmoveri: fibulis [38] quoque in chlamydibus his utantur, quæ ſolo auro, & arte pretioſæ ſunt. Si quis autem contra interdictum pietatis meæ fecerit, ſciat ſe continuo quinquaginta libris auri eſſe multandum.

†. Nulli præterea privatorum liceat (exceptis [39] ſcilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium quam virilium amictorum habitu) aliquid ex auro, & gemmis, quod ad cultum, & ornamentum Imperatorium [40] pertinet, facere: neque illud ſub [41] hoc colore, & prætextu præparare, quod [42] velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre: pietas enim mea hujuſmodi dona non expetit, neque regium [ſibi] offerri à privatis cultum requirit. Sane ſi quis poſthac aliquid contra vetitum hujuſmodi ſanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ uſibus regiis deputata ſunt, auto gemmiſque decorata, auſus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione ſciat ſe eſſe feriendum: capitali quoque ſubdendum eſſe ſupplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meam fieri [à palatinis] artificibus debent: non paſſim in privatis domibus vel officinis [43] parari. Unde ſumma ſeveritate ſancimus, ut quod in cultu ornatuque [44] noſtro ſacrum, & adoptabile [45] eſt, id facere temeritas privata non audeat. Si quis ſane contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam ſuperius multam ab his per officia [46] palatinorum exigi, & ſacris largitionibus noſtris jubemus inferri.

35 Adde *l. 1. T. de veſtib. holoſeric.*

36 Al. *cercumis.* Ano qui ait eſſe eum partum freni equini, quæ ori equi impoſitur & vulgo morſus equi appellatur. Cujacius tamen magis probat cucumis, vel cucumis. Quibuſdam Curcuma vox Chaldæa videtur, quæ fundalium ſignificet. Heſychius tamen cucumas interpretatur, tamen genus ornamenti equeſtris quod freni, vel orex vice ſit, ut illo loco Pſalmi *In capiſtro & in χαμωλῷ*, ut poſt Emmanuelem Bonefidium ſcribit Cujac. 11. *obſ. 20.* Ego pharetras interpretor: ut in Commentariis ad hunc locum dicemus aliquando plenius.

37 Ambitum.

38 Vid. Alciat. hic. & Panciroll. *rur. memorabil. tit. de fibula & ibid. in not.* & de habitu Imperatoris apud eundem *tit. de habitu Imperatoris.* Aug.

39 Vid. *Novell. Leon. 81.* 40 Ornatum Imperatorum. 41 Super. 42 Qui. 43 *Officinis*, quod magis probat *Cujac.* 44 Ornamentoque. 45 Optabile. 46 Id eſt, officiales Comitis ſacrarum largitionum.

TIT. XII.

DE CLASSICIS. [47]

I. Impp. Valentinianus & Valens AA. Auxonio [48] P. P. [49]

CLASSEM Seleucenam [50] aliaſque univerſas ad [51] officium, quod magnitudini tuæ obſequitur, volumus pertinere: ut claſſicorum numerus ex incenſitis [52] vel accrescentibus [53] compleatur, & Seleucena [54] ad auxilium purgandi Orientis, aliaſque neceſſitates comiti Orientis [55] deputetur. Dat. Indictione XII.

47 *Claſſici*, milites deputati navibus annonis purgandorum fluminum & aliarum neceſſitatum gratia.

48 Orientis.

49 *G. Theod. eod. tit. l. 1.*

50 Claſſis varia pro regionum & fluminum varietate fuerunt.

51 Juriſdictionem in mari adjacenti, quoſcunque magiſtratus exercere poſſe hinc colligunt: ut non ſolum puniant delinquentes in ipſis mediterraneis locis ſui territorii, ſed & in mari, ſub territorio adjacenti. vid. *Corſetum ſingulari juriſdictio.* 52 Incenſiti, coloniæ conditioni minime adſcripti, *l. ſimili 6. C. Theod. de conſ. ſive aſſcript. l. 6. l. 7. C. Theod. de tironib.* 53 Adcreſcentes, qui ex Claſſicis nati. 54 Orontis fluvii, qui annuis eſt Syriæ Seleuciam affluens. 55 Quippe Seleucia ipſa de qua hic, in Syria & Oriente.

TIT. XIII.

DE DECURIALIBUS [56] URBIS ROMÆ.

I. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Trifolium P. P. [57]

SI quis decurialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulſandum, intelligat ſe curiæ [58] interpellare debere judicem [59]. Dat. XIV. Kalend. Februar. *Mediolani*, Timaſio & Promoto Conss. 389.

56 Al. *curialibus.* in *C. Theod. Decurior.* Corpus decurialium fuit Romæ. *G. Theod. Caſſiod. 5.*

57 *C. Theod. l. 14. tit. 2. l. 3. conf. ſ. quis.*

58 *Decurie*, in *C. Theod. de quibuſd. manuſc.* erant autem decuriarum urbis Romæ judices, qui etiam à Caſſiodoro rectores appellantur.

59 Hodie principes. *Novell. 13. in.* 60 *C. Th. 14. 4.*

II. Imppp. Honor. Arcad. & Theod. AAA. Exuperantio, Julio, & cæteris decurialibus [60].

LEges decuriales tam à ſuperioribus Principibus, quam à divo parente [61] noſtro conditas, noſtra auctoritate firmamus. Singulos itaque Judices ſcire volumus, ne quis huic collegio injuriis [62] corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis, quæ rationibus approbantur, audeat ſeparare: huic enim collegio volumus antiquam privilegiorum prærogativam ſervari. Dat. VIII. Id. Jul. *Romæ*, Honorio A. VI. & Arbazenzo Conss. 404.

61 Al. *patre.*

62 Vid. *l. 33. T. de decurionibus.*

TIT. XIV.

DE PRIVILEGIIS CORPORATORUM [63] URBIS ROMÆ.

Incola urbis Romæ gaudent privilegiis civium. Bart.

I. [64] Impp. Honorius & Theodosius AA. ad Alypium P. U.

NUlli [65] ſit liberum, nulli permiſſum, ut novum aliquid urbis incolæ in urbe ſuſtineant: ſed [66] in honorem æternæ urbis corporatis indulta ſuffragia valere præcipimus. Cura [67] autem Rectorum provinciarum corporati urbis Romæ, qui in peregrina tranigreſſi ſunt, redire cogantur: ut ſervire [68] poſſint functionibus, quas impoſuit antiqua ſolennitas. Datum Ptid. Id. Jul. *Aquilejæ*. Tatiano & Symmacho Conss. 391.

63 *Corporati ſunt* ufibus & neceſſitatibus populi Romani deſtinati, ſic dicti, tanquam ex corpore civitatis, vel collegii: de iis autem ſequentibus titulis ſingulatim tractatur.

64 *Al.* Imppp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius AAA. ad Alypium P. U.

65 Hæc conſtitutio ex 2. 3. & 4. conſtitut. conflata eſt, quæ extant in *C. Theod. lib. 4. tit. 2.* quare ex eo loco pete inſcriptiones & conſules, eumque enim hic reponi non poterant, niſi hanc conſtitutio rurſus diſſoluta fuiſſet in ſuas illas conſtitutiones. 66 *l. 3. Cod. Theod.*

67 *l. 4. C. Theod. eod.* 68 *l. 50. T. de decurionibus.*

TIT. XV.

DE PISTORIBUS [69].

I. Imp. Leo A. Viviano P. P.

QUicunque ex mancipiis [70] comitis horreorum dignitatem & officium, vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, ſeu quolibet alio [71] modo poſthac fuerit adſectus:

69 Piſtores à mancipes dicti: puni civili conficiendo obnoxii. *Ita l. 2. T. de pistoribus urbis Conſtantinop.*

70 *Mancipibus*, in *lib. Aurel. & al. ſcr.* vid. *hic Cujac.*

71 Quoquo modo.

2 Mancipium, & rastæ, ut etiam constat ex *l.* 18. *C. Theod. ead. tit.* ubi pistores mancipes appellantur, & eorum mancipatus fit mentio. adde 12. *C. Theod.* 16.

3 *l.* 2. *J. eadem.* & porcinaria. *l.* 1. *J. eod.*

3 Susceptores vinarii, caupones vocat, qui fiscale vinum populo vendebant. Vinum enim pervaro populo gratuitum dabatur. *Papiscus in Aureliano.*

4 Desunt in plerisque lib.

5 *C. Th.* 14. 4. 6. sed vide, multa enim hic detracta sunt.

6 Porcina gratuito P. Romano dabatur.

7 Al. *Hilarii P. P.* ut *C. Theod.* 14. 4. 8. *Unde sumpta est hæc constitutio.* 8 Al. *corporalium.* 9 Adjutorium.

TIT. XVI.

DE SUARIIS[1] ET SUSCEPTORIBUS VINI[2] [ET CÆTERIS CORPORATIS 4.]

1. Imppp. Valent. Theodos. & Arcad. AAA. ad Albinum P. U. 5

POSCINARII[6] urbis æternæ, cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant: sordidis semper muneribus liberentur. Dat. VIII. Kal. Septemb. *Romæ*, Timasio & Promoto Conss. 389.

Prætor urbis est judex porcariorum, sive ipse agant, sive conveniantur. Bart.

11. Impp. Arcad. & Honor. AA. Florentio P. P. 7

QUicunque ex corporibus[8] suariorum, sive excipiendæ necessitate litis adstrictus, sive inferendæ voluntate spontanea provocatus judicium voluerit experiri: fori urbani auditorium[9] prætoletur. Dat. XVIII. Kal. Februar. *Romæ*, Basso & Phillippo Conss. 408.

1 Al. suarios. 2 *l.* 2. *J. eadem.* & porcinaria. *l.* 1. *J. eod.*

3 Susceptores vinarii, caupones vocat, qui fiscale vinum populo vendebant. Vinum enim pervaro populo gratuitum dabatur. *Papiscus in Aureliano.*

4 Desunt in plerisque lib.

5 *C. Th.* 14. 4. 6. sed vide, multa enim hic detracta sunt.

6 Porcina gratuito P. Romano dabatur.

7 Al. *Hilarii P. P.* ut *C. Theod.* 14. 4. 8. *Unde sumpta est hæc constitutio.* 8 Al. *corporalium.* 9 Adjutorium.

TIT. XVII.

DE COLLEGIATIS[10], ET CHARTOPRATIS[11], ET NUMMULARIIS.

Qui intrat munus collegium, & munera, ad quæ ordinatus est, non exercet: non effugit munera alterius collegii, de quo exivit.

1. Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro P. U.

QUi [sub 12] prætextu decanorum[13] seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere: eorum fraudibus credimus esse obviandum: ne[14] quis sub specie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris onetibus relevetur: ne argentariorum, vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati, vel decani festinant. Ideoque si quis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatum se vel decanum appellat: sciat pro se alium subrogandum, qui prædicto muneri sufficiens approbetur: subrogatione videlicet[15] memoratorum, vel eorum, qui moriuntur, primatum ejus[16], qui subrogatur admissa[17] judicio.

Qui supra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegii. Bart.

§. 1. Quod autem supra[18] numerum, qui in cautis[19] brevibus continetur, nemo se quolibet patrocinio, vel cujuslibet adsumpta potentia debeat excusare, hoc nostræ est serenitatis censere, & tuæ sublimitatis tuique officii cautius observare. Hoc inter omnes æqua lance servari præcipimus: nullo divinæ domus patrocinio, nulla sacrosanctarum ecclesiarum reverentia, nulla qualibet, vel cujuslibet potentia se excusante. †. Sed ne tantum circa munera relevanda supplicibus consuluisse videamur: illud etiam dicendum[20] observandumque esse censemus, ut chartæ[21] venditio, quæ de provinciis ad corporatos supplicum per innovationem[22] transfata est, primæ constitutionis terminis concludatur[23]: hoc est, quod in initio dispositionis constitutum est[24], id in posterum nulla addita[25] novatione servetur. Dat. x. Kal. April. Theod. XVII. & Fausto Conss. 439.

10 *Collegiati*, ecclesiarum, quorum corpus incendiis arcendis destinatum. *Symmachus de corporib. ad Valentinianum*, ex diversis corporibus assumpti. *l. pen. J. de commercia.*

11 Vid. *Alciat. lib. 2. præsertim. Budæum in annot. posteriores. ad Pandect. & Tyrchum hic.*

12 Jam semel posita fuit hæc *l. sub. tit. de sacrosanct. eccles. l. qui sub præsentia 9.*

13 Decani, ledi, carii, copiarii, vespillones, *l. 4. T. de sacrosanct. eccles. Novell. 3. & 43. 59. l. si qua 22. §. 1. T. de episcopis, l. 15. C. Theod. eod. l. 2. C. Theod. de sanct. eccles. Epiph. 3. tom 7. Annal. Baron.* vid. *Piem. 2. de hæret. 21.*

14 Tributorum vitandorum causa ecclesiæ, vel cujuscunque alterius dignitatis nomine abuti non oportet: idque ne gravetur Respublica, quæ quo pluribus datur immunitas, eo certe majora tributa pendit. *l. 12 T. de annon. & trib. l. 4. T. de exact. trib. l. 2. J. de petitor. domus Augustæ. Novell. 43.* 15 Ubi videlicet. 16 Ei, qui. 17 Amisso. 18 Supernumerarius, collegii, munerii, vel dignitatis alicujus beneficio ac privilegio dignitatis, vel collegii frui non potest. *Carsetus singulari supernumerar.* 19 *Encautis* emendat *Cujacius.* Encauta vero, sive encautaria dicuntur monumenta civitatis sive chartæ publicæ. *l. 9. J. de agric. censib. & col.* 20 Edicendum. 21 Chartæ & chartariorum cura sub P. urbi (ut docet hujus legis inscriptio) pertinuit & ad Comitem sacrarum largitionum. *Novell.* 44. Chartariæ autem Romæ, & Constantinopoli fuere in 4. regione. 22 Invocationeto. 23 Emptoribus certæ in publico tabernæ (*Saumaso* Barbari appellant) ut & tabellionibus, commodi, & incommoda tabernæ cohærere notat ex hoc loco post Angelum Corsetus *susp. Ostiens.* 24 Constitutum vel præceptum est. 25 Adita.

TIT. XVIII.

DE STUDIIS[26] LIBERALIBUS URBIS ROMÆ, ET CONSTANTINOPOLITANÆ.

1.[27] Impp. Theodosius & Valentin. AA. P. U.[28]

UNIVERSOS[29], qui usurpantes[30] sibi nomina *magistrorum*, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoveri: ita ut si quis[31] eorum post emissos divinæ sanctionis affatus, quæ prohibemus, atque damnamus, iterum forte tentaverit, non solum ejus quam meretur, infamiæ notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa, ubi versatur illicite, urbe cognoscat. †. Illos vero, qui intra plurimorum domos eadem exercere privatim[32] studia consueverunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra patietes domesticos docent, nulla hujusmodi interminatione prohibemus. †. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii[33] auditorium constituti, hi omnibus modis privatarum ædium studia sibi interdicta esse cognoscant: scituri, quod si adversus cœlestia statuta facientes deprehensi fuerint, nil penitus ex illis privilegiis consequantur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti sunt, merito deferuntur. †. Habeat[34] igitur auditorium specialiter nostrum in his primum quos[35] Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidem, tres numero: Grammaticos[36] vero decem. In his etiam, qui facundia gravitatis[37] pollere noscuntur, quinque numero sint Sophistæ[38], & Grammatici æque decem. Et quoniam non his artibus tantum adolescentium gloriosam optamus institui: profundioris[39] quoque scientiæ atque doctrinæ memoratis magistris sociamus auctores: Unum igitur adjungi cæteris volumus, qui philosophiæ arcana rimetur: duos quoque[40], qui juris ac legum voluntates[41] pandant: ita ut unicuique loca[42] specialiter[43] deputata adsignari faciat tua sublimitas: *ne discipuli sibi invicem positis obstrepere vel magistri: neve linguarum confusio permixta, vel locum, aures quorundam, aut mentes à studio literarum avertat.* Dat. III. Kal. Mart. *Constantinop.* Theodosio A. XI. & Valentiniano Conss. 425.

26 Scholam publicam aperuisse fuit Domitiano Quintilianum quidam scribunt: & à fisco salarium accepisse, quod præstat ex Sueton. in Vespasian. adscribi.

27 Al. Imp. Theod. A. & Valentiniano C. Theophilo P. U.

28 *C. Theod. eod. tit. l. 3.*

29 Adde *l.* 1. *J. de professoribus.*

30 Profitendi publice authoritatem nemo usurpare debet: pœna aliquot infamiæ & urbe ejectio.

31 Vel, in *Cod. Theod.*

32 Profiteri privatim cuique licet: privatim autem est intra parietes domesticos, *ut hic.*

33 Profiteri in Capitolio solliti professores: ubi & eorum auditorium fuit.

34 Al. *Habeant.*

35 Professorum publicorum numerus hic fuit Romæ: linguæ Latinæ Oratores 3. Grammatici 10. Græcæ vero linguæ Sophistæ tres; Grammatici 10. Philosophus unus: Jurisperiti duo.

36 Al. *grammatici.* 37 *Gravitate* in *C. Th.* al. *Græcanitate.* 38 Sophistæ Rhetores Græci.

39 *Professiones*, in *C. Theod.* Philosophiæ studium & professionem anteponit Justinianus Grammaticæ & Oratoriæ. 40 Professores juris duo Romæ: sic mentio Leonti Jurisperiti & professoris in *C. Theod. & Lexio apud Sidonium.* 41 *Formulas*, in *C. Theod.*

42 Vacuæ loca. Narrat magi potes favore publico & religionis, supere cujus causa & ipsa summe publica &, hinc colligunt. adde *l.* 12. §. 1. *J.* tis indifferetam fuisse ante hanc legem constare ex hoc loco potest. Jubet enim auditoria separari, ne discipuli sibi invicem obstrepant, & ne linguarum confusio permisceatur.

TIT. XIX.

DE HONORATORUM VEHICULIS.

Antiquitus in signum dignitatis & honoris in dignitate positi ibant in curribus seu vehiculis. Bart.

1. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Nebridio P. U. 44

OMNES[45] honorati[46], seu civiliunt, seu militarium[47], vehiculis dignitatis suæ[48], id est, carrucis[49], intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. Dat. III. Kal. Febr. *Constantinop.* Honor. N. P. & Evodio Conss. 386.

44 *C. Theod. l.* 14. *tit.* 14. *l.* 1.

45 Carrucæ non omnibus in urbe permissæ, civili vamque vel militari dignitate præditis tantum senatoribus ea permittebat Severus: ut & primus Aurelianus.

46 Al. *decurial.*

49 Bijugis additur

47 *Militarium dignitatum*, in *C. Theod.* in *C. Theod.* 48 Vehicula pro carrucis.

TIT. XX.

DE PRIVILEGIIS URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

1. Impp. Honorius & Theodosius AA. 50 Philippo Præfecto Illyrici.

URBS Constantinopolitana non solum juris Italici[51], sed etiam ipsius[52] Romæ veteris prærogativa lætetur. Dat. prid. Id. Jul. Eustathio & Agricola Conss. 421.

50 *Pars l. 6. de sacrosanct. eccles.*

51 Quod indulserant Valentinianus, Valens, & Gratianus, *l. 1. C. Theod. lib. 14. tit. 13. de jure Italic. urbis Constantinopolitanæ. Cons. l. 1. J.* vide *exp. 28. Synod.* ubi de privilegio

de consulibus. 52 Constantinopolis prærogativam veteris Romæ habet, *Chalcedon. Progm. Justiniani ad Vigilium, cap. ut fabricæ.* adde *Novell.* 131. *cap.* 2. Archiepiscopi Constantinopolitani.

TIT. XXI.

DE METROPOLI[53] BERYTO.

In eadem provincia possunt esse duæ matrices civitatis. Bart.

1. Impp. Theodos. & Valent. AA. Hormisdæ P. P.

PROPTER multas justasque causas metropolitano nomine ac dignitate civitatem[54] Berytum decernimus exornandam, jam suis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeat dignitatem. Tyro nihil de jure suo derogetur. Sit illa mater provinciæ majorum nostrorum[55] beneficio: hæc nostro, & utraque, dignitate simili perfruatur.

53 Metropolen duxe in Syriæ Phœnice, Berytus & Tyrus: ut in Phœnice Amasia & Cæsarea: *Novell.* 28. ut in Cappadocia, Cæsarea & Thyana. Cæsarea vide apud *Cujac. hic*, & quæ scripsi ad *l.* 29. *in fin. T. de episcopali audientia.*

54 Al. *dicit.* 55 Id est, Hadriani, à quo id Paulus Tyrius orator primus impetravit, ut *Cluver. Suid.* vide *Alciat. lib. 4. parerg. cap. 15.*

TIT. XXII.

DE CANONE[56] FRUMENTARIO URBIS ROMÆ.

Nauta debet confiteri se recepisse species incorruptas. Bart.

1. Imppp. Valentinianus, Valens & Gratianus AAA. ad Julianum P. F. annonæ[57].

NAUTICI[58] apud Præfidum[59] aut magistratuum acta confiteantur incorrupta species susceptisse, eorumque apud quos deponitur ista testatio, præsens aspectus probet nihil in his esse vitii: quod eo tempore quo ad sacræ urbis portum pervenit, Præfecturam jugiter observare præceptum est. Dat. XVIII. Kalend. Jul. *Remis*, Gratiano A. 2. & Dagalaipo Conss. 366.

56 Canon urbis Romæ erat frumentum, oleum, porcina, bubula. Hæc conferebantur à provincialibus populo alendo.

57 *C. Theod. 14. tit. 15. l. 2.*

58 Al. *navitæ annonæ*, sed Nautici, navicularii & classicarii sunt.

59 *Curatorem*, in *C. Theod.*

11. Impp. Arcadius & Honorius, AA. ad Senatum[60], & Populum.

SI quid[61] frumenti, vel hordei[62] urbicarii canonis remissione indultum est speciali beneficio: contra commodum publicum [rescripta 63] elicita non valeant. Dat. XVII. 64 Kal. Maji[65], *Mediolan.* Cæsario, & Attico Conss. 397.

60 *C. Theod. ead. l.* 3.

61 Summitas frumenti & olei non inferendi impetrata nihil valet. *Syn. Basil. 44. tit. 8. καὶ Ἀνεδόθη τὸ τῶν 24. cap. 1.*

62 Al. *ubi*, & sic legitur in *C. Theod.*

63 *Cassa à Cod. Theod. & quib. ab. lib.*

64 *Al.* XVI.

65 Martii.

III. Idem AA. Messalæ P. P.[66]

NEminem[67] patimur in mutando[68] canone urbis Romæ nostræ clementiæ beneficium postulare, sed etiam ea rescripta quæ quoquo modo potuerint impetrari, suscipi non sinimus: eos vero qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos esse decernimus Vicarios, quinetiam cæteros Judices (nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant) deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali supplicio subjugari perpetua auctoritate sancimus. Dat. prid. Non. Septembr. *Ailtono*, Theodoro V. C. Cons. 399.

66 *C. Theod. eod. tit. l.* 5.

67 *Hæc quoque constitut. ex* 5. & 6. *cap.* rejectis mutatis & transcriptis constitutionibus coagmentata est. Extat in *C. Theod. lib.* 14. *tit.* 15. *l. ult.* §. *decimo sibi T. eod. t. tit. prox.*

68 Canon prædiis Romanis impositus mutari non potest: Qui mutavit; duplum ab ipso repetitur: qui concessit mutari vicarius & judex, deportatur: primates ipsi officiorum, capitali supplicio adficiuntur. *Syn. ib. t. 1.*

TIT. XXIII.

DE[69] FRUMENTO[70] URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ[71].

Quod debet dari in pane, non debet solvi in frumento. Bart.

1. Impp. Honorius & Theodosius AA. Urso P. U. 72

NULLI[73], ne divinæ quidem domui nostræ, frumentum[74] de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: sed integer canon mancipibus[75] confignetur annona in pane cocto domibus exhibenda: ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Constantino[76] præstitus, necnon à divo pietatis meæ avo[77]

69 Al. *De canone & frumento urbis.*

70 *Reinc. lib. 14. tit. 25.*

71 Usqui *Justinianus* ita *Augustus* ut non *curarum* usus *est* ejus *augustus.*

De annonis urbis Constantinopolitanæ ac scholarium, *Synes. Epist. 58.*

72 *C. Theod. 14. 20. 2.*

73 Ut nulli penitus ne divinæ quidem domui, pro annonis frumentum præbeatur: sed mancipibus detur, ut domibus cocti panes exhibeantur. *Syn. ib.* 74 *Frumentum* (quod gratuito Constantinopoli præbetur à principe) pro pane, populo præberi non oportet, sed integrum id, quidem mancipibus, id est, pistoribus dandum est, deinde populo panis coctus exhibendus: ne si frumentum non panis populo detur, id populus in alios usus vertat facile, & postea panem emere cogatur, qui ipse aliis vendere potuisset. Ad hanc modum panes canonicarii canonicis hodie præbentur, & breviter, quod in pane solvi oportet, id in frumento solvi non potest. *Cassiod. Epist. Frumentum.* 75 *Mancipes*, hic & *l. 2. J. vid. Salmas. Hyperaspist.* 76 Annonam gratuitam adsignata millium fere modiorum. *Socrates l. 3.* primus Constantinus Constantinopolitanis fuit dedit: ut antea gratuita P. Romæ. dabatur. Suidas hunc canonem panes palatinos videtur appellare, forte quod è palatio erogarentur: nisi malis palatinos appellare, quod palatinis darentur. Panem enim alii populares, alii militares. *l. 7. C. Theod. de annonis civil.*

1 Canonem annonæ graviter à Constantino Constantinopolitano conditum, ut T. dicimus, Theodosius auxit, ut hic, & pro. C. Theod. de annona civili. ut & Martianus l. 2. T. hic. pros. vt & Romæ Aurelianus vetus Papiæ, quæ antea à Trajano & Severo constituta.

2 Abest à C. Th.

3 Vide l. ult. T. hic pros.

4 Ad frumenti publici coëmptionem auri statuta erat Constantinopoli quantitas, ei pecuniæ perpetuo ita dicta destinata, ut certus effectus etiam urbis præfecto eam minuere vel in alios usus vertere.

5 Id est, 611. auri libras. ex C. Theod. eod. tit. l. 3.

6 Frumenti coëmptio nomen, vid. Cujac. 1. obs. 39.

7 l. 2. §. quod de frumentario §. sin autem, ff. de adm. rerum.

8 Frumentum publicum ita enebatur. Pecunia ex arcu frumentaria promebatur, testato mancipibus, pistoribus mutui nomine, hoc est, in antecessum dabatur. Inde frumento videlicet, pistores vel frumentum vel panes reddere cogebantur.

9 Id est, pistoribus, hoc est, pistoribus mutui nomine, hoc est, in antecessum dabatur. Inde frumento videlicet, pistores vel frumentum vel panes reddere cogebantur.

10 Mutuum hic promutuum est, quod videlicet alicui in antecessum ex arcu, datur. dixi in l. 15. §. 6. ff. locati.

11 Sed &c.

12 Vid. l. 2. T. de apparit. pros. verbi.

13 Imputare, in C. Theod.

14 Pœna hæc est P. urbi frumentariam pecuniam in alios usus convertenti, ut in duplum teneatur, & in id quod ex ea pecunia lucri fecit.

15 Vid. l. 5. l. 13. ff. pecul.

16 Excreverit.

17 Lucrum affluxit naturam ipsius capitalis. Cœterum singulari Lucrum.

18 Fenitus, in C. Theod.

TIT. XXIV.

DE ANNONIS CIVILIBUS.

Annonæ civiles non dantur pro titulis in dignitatibus, sed pro meritis. Bart.

I. Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Proculo P.U. 19

ANNONAS 20 publicas 20 non tam titulis dignitatum, quam singulorum virorum 21 meritis attributas divi Constantini liberalitate satis claruit. Ideoque nihil ex his scholarum nomine vindicetur: sed pro 22 uniuscujusque merito, quæ sunt concessa, serventur, ut quicunque perceptarum annonarum emolumenta, vel in heredes proprios jure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo tranciripserunt: maneat quod gestum est, vel hereditatis merito, vel alienationis arbitrio. Dat. VII. Kalend. Jul. *Constantinop.* Arcadio A. II. & Rufino Conss. 392.

19 C. Theod. eod. tit. l. 10.

20 Civicar, in C. Theod.

21 Meritis, in C. Theod. & quidem. quod magis probat Cujacius.

22 l. 2. in pr. T. eod. l. 1. T. de frumento Alexand. vid. Papin. 3. Necar. 8. l. 2. des lettres de Sidoine Apollinaire & Rufino.

II. Imppp. Theodos. 23 Arcad. & Honor. AAA.

CEntum 24 vigintiquinque modios frumenti, præter solitum canonem, per singulos dies de præsenti sexta indictione ex die Kalend. Januarii 25 nomine 26 parapetcumatis 27 de horreis publicis hujus almæ urbis, insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus, datis sacris apicibus ad 28 sublimissimam quoque per Orientem Præfecturam, quibus possit, & modum 29 nostræ donationis agnoscere, & incunctanter præbere, quæ jussimus: quam modationem jugiter, & in perpetuum civibus nostris debere conferri, valitura in eum hac lege sancimus.

23 Æ. Martianus A. Tatianæ P. P. ita legi apud Cujac.

24 l. 1. T. eodem. Canon annonæ gravitate in hunc modum auctus à Martiano, ipsius legis auctore, ut fatimus. De quantitate catamis à Constantino & Theodosio constituti, scripsi ad l. 2. T. de frumento urbis Constantin.

25 Injuriam.

26 Panibus publicis nomen imperiale, seu impera totius imprimi consuetum ex hoc loco quidam notant.

27 Tesseræ nomine, quæ σύμβολ Græcæ appellatur, & petenda, Cujac. hic. Quidam legunt, peritomata, al. peritiomatia, vide Alciat.

28 Sublimissima, & postea præfectura.

29 Commodum.

TIT. XXV.

DE 30 MENDICANTIBUS VALIDIS 31.

Qui sine necessitate mendicant, possunt inficiari: & qui eos insecerit, & prodiderit, & esse probaverit, dominium eorum consequitur, si sunt servi: vel jus colonatus, si sint liberi, salva domini actione servi corrupti.

I. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theod. AAA. ad Severum P. U. 32

CUNCTOS 33, quos 34 in publicum quæstum incerta mendicitas vocaverit, inspectis, exploretur in singulis, & integritas corporum, & robur annorum: atque 35 inertibus, & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio servilis, proditor studiosus & diligens dominium consequatur: eorum vero, quos natalium sola libertas persequitur, colonatu perpetuo fuleiatur, quisquis hujusmodi lenitudinem 36 prodiderit ac probaverit: salva dominis in eos actione, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterunt. Dat. XII. Kal. Jul. *Patavi*, Antonio & Syagrio Conss. 382.

30 Ilpi ἀναπήρων leviter. Eccl. lib. 34. tit. 7. vid. Novell. de pistore pupill. §. 1. 4. & 5. Petrum Gregorium 15. Syntag. 21. adde l. 5. §. 7. ff. de liberis agnoscendis, scripsi etiam ad legem XII. tab.

31 In C. Theod. leguntur, non juvenaliter. Arcad. Carthag. Goth. De Orbi patre & Mendicantibus. Item de his qui falsa signa irrogant, vid. Hieron. part. 2. mal. 27. Ann. Adde Dombeid. pan. criminal. cap. 112. num. 53. Antonio & Syagrio Conss. 382.

32 C. Theod. 14. 18. 1.

33 Cunctos affatim, in C. Theod. & quib. lib.

34 Mendicantes qui sint simul & annis vegeri sunt, civis licet perverti gatores in publicum adducere, ac tales esse probare: ut si quis servus esse deprehensus fuerit, in suam eum potestatem redigat: sin liber, domino nihilominus adversus eum qui celavit, vel corrupit actionibus salvis. Syn. lib. fit & ejus rei mentio Novella de Spectore lib. c. 5.

35 Aliqua ex, in C. Theod.

36 Legendum videtur, Instituendum.

TIT. XXVI.

DE NAUTIS TIBERINIS.

Qui navem Tiberinam habet, annæ publicum cogitur suscipere, nec ullo privilegio excusatur. Bart.

I. Imp. Valent. & Valens AA. ad Symmachum P.U. 37

QUI navem Tibetinam habere fuerit ostensus: onus 38 reipublicæ necessarium agnoscat. Quodcunque igitur navigium in alveo 39 Tiberis invenietur, competentibus & solitis oblequiis mancipetur: ita ut nullius 40 dignitas, aut privilegium ab hoc officio vindicetur. Dat. VIII. Id. Octob. *Altini*, divo JovIano & Varroniano Conss. 364.

37 C. Theod. 14. tit. 1.

38 l. 2. T. de navicul. non excus.

39 De alveo Tiberis, adde Prosper. Tyron. c. 25.

40 Al. nulla.

TIT. XXVII.

DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

I. Imp. Honor. & Theod. AA. Anthemio P.P. 41

IN æstimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam 42 convehitur, quicquid de crithologia 43 & zygostasii munere, & pro nauclerorum 44 tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus: ut cutialibus prædæ auferatur occasio, jubemus eos ad hujusmodi solicitudinem affectandam nunquam accedere, designata officia tuis provisionibus examinata, sollicitudinem prædictam implere. Dat. V. Kal. Febr. *Constantinop.* Honor. IX. & Theod. V. AA. Conss. 412.

41 Al. Alexandrinæ.

42 Alexandrina autem curia, de qua hic, à Severo instituta est. Spartianus, Alexandrinis jus Bulentarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus ante vivebant, uno judice

43 Crithologia nomen civitatis.

44 Naucleros. 45 C. Theod. 14. 26. 2.

46 l. 2. T. de annona civili.

47 Perisschoregia superexactio. vid. Acciar. hic, & Cujac. Goth. Budæus quasi redundantem frumenti delargitionem interpretatur à choragio, id est, loco unde omnia promuntur ad lædas necessaria.

48 Cassato (hoc vocabulum fecamus, qui Osca & Langobardica jam pridem vocabula hoc seculo Latinis permiscri finimus) nomine, cassari effectum: cassatis futuro nominibus officialium, cassari protinus & incontinenti ipsos officiales, hinc notat Cœterum singulari officialis.

TIT. XXVIII.

DE ALEXANDRIÆ. 49 PRIMATIBUS 50.

I. Impp. Theod. & Valent. AA. Isidoro P. P. 51

CORPORATOS civitatis Alexandrinæ repugandi fluminis onere liberamus: & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinummio vectigali memoratæ civitatis præcommodari decernimus, ita ut ex titulo navium 52 modis omnibus repensetur. Dat. ptid. Non. Jun. *Constantinop.* Isidoro & Senatore Conss. 436.

49 Al. Alexandrinæ.

50 Qui Archigerontes. vid. l. archigerontes, 3. T. de epist. aud.

51 C. Theod. 14. 27. 2.

52 Al. navigium.

(in eâ Jurisdictu Alexandrinæ contenti, quem Cæsar dedisset.

TIT. XXIX.

DE JURE REIPUBLICÆ.

Sententia lata contra civitatem indefensam est ipso jure nulla. Bartol.

I. Imp. Antonianus A. Dionysio.

SI quid adversus Rempublicam indefensam 53, in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint, neque ut crearentur, placuit, statutum est: actionibus ejus nihil est præjudicatum.

Respublica non habet tacitam hypothecam, nisi ex ipso speciali privilegio vel ex pacto. Bart.

II. Idem A. Phorodio & aliis.

ANte 54 Respublica, in cujus locum successistis 55, ideo quia 56 satisfeciste debito vos proponitis, jus pignoris in eo habeat, apud suum judicem quæritur: si enim neque 57 beneficio sibi concesso id jus nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit: causa ejus non separatur à cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem.

III. Imp. Alexander A. Salvinino.

REmpublicam 58, [ut 59 pupillam 60] extra ordinem juvari moris est.

Quod civitas facit secundum sua statuta, non revocatur per præsulem vel præsidem. Bart.

IV. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Urbano.

[SI] secundum legem civitatis Respublica, cujus meminisli, ruina collapsis 61 ædificiis tuis distraxit aream 62: nihil contra hujus legis tenorem Rector provinciæ fieri patietur.

53 Respublica in eo comparatur pupillo, vel adolescenti. l. 3. T. eod.

54 Tacitam hypothecam Respub. non habet nisi ex privilegio. l. Antisthenissime 37. ff. de reb. auct. jud. l. 10. ff. ad municipalem. vid. Cujac. 2. observ. 24. in fin. An respublica loco privatorum habenda. vid. Forner. 2. select. 11.

55 Vos successistis.

56 Eo quod.

57 Hypothecam Respublica non habet nisi ex privilegio, ut hic, & l. Antisthenissime 37. ff. de reb. auct. jud. possid. fiscus semper. l. Anfortas 46. §. fiscus 3. ff. de jure fisci. Deterior ea re conditio est Reipquam fisci, dixi ad l. 4. T. de fide & jure hastæ.

58 Rempublicam & fiscum Accursius hic confudit male.

59 Restituitur Respubl. ut pupillus. l. 4. T. quib. ex causis majores. l. 1. T. de officio ejus, qui vicem alicujus jud. obtinet, vid. Cujac. 4. obs. 8. Argumentum ita ducitur à pupillo ad Rempublicam, vid. Everardum Topica loco 66. à pupillo ad Rempubl. & è contra. vid. eundem ibid. loco 77.

60 Al. deest, al. pupillum.

61 Collapsa.

62 Aream domorum vacuas occupare fisco licet, quod & Vespasianus permisit auctore Suet. in Vespasiano, c. 6. & Villan. adde l. 7. ff. de off. præfid.

TIT. XXX.

DE ADMINISTRATIONE 63 RERUMPUBLICARUM.

I. Imp. Philippus A. Crescentiæ 64.

FUNDUM vectigalem 65, si suis quibusque temporibus debitæ quantitates inferantur, invito possessore auferri non posse manifestum est.

Si officialis est negligens in exigendo canonem de legato, vel fideicommisso præstando, tenetur ad interesse. Bart.

II. Impp. Diocles. & Maxim. AA. & CC. Julio & Zenodoro.

CONtra 66 eos, qui Rempublicam administrantes, per officii necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti Reipublicæ interest satis non [esse] acceptum, dirigendam esse actionem perspicitis 67. P. P. VII. Kal. Decemb. CC. Conss.

63 Administratoribus.

64 Crescentio.

65 Vectigalem seu Emphyteuticarium fundum Respubl. auferre emphyteuticario non potest, nisi per triennium cessaverit in solvendo canone. l. 2. T. eod. de jure emphyt. An & confusim? Minime, ut hic, in Commentariis dicemus plenius de agris vectigalibus. l. 1. ff. si ager vectig.

66 Extat in l. 2. T. ut in poss. legat.

67 Prospicitis.

TIT. XXXI.

DE VENDENDIS 68 REBUS CIVITATIS.

Venditio pura & perfecta non debet à republ. revocari, licet per alium major pretium offeratur. Bart.

I. Imp. Antoninus A. Herculiano.

[SI] sine ulla conditione prædia vendente Republica comparasti: perfecta venditione 69, nulla tatione veteris 70, ne adjectione 71 facta, auferri tibi dominium possit. Tempora 72 enim adjectionibus præstituta 73 ad causam fisci pertinent: nisi si qua civitas propriam legem habeat.

Locatio perfecta non revocatur, licet alius majorem pensionem offerat. Bart.

II. Impp. Valerianus & Gallienus AA.

QUamvis incrementum conductioni factæ publici prædii videatur offerri, non tamen additamenti specie oportet fidem locationis 74 infringi: præsertim, cum tantum jam temporis ex contractu decessisse proponas 75.

68 Vid. Cujac. 2. obs. 24.

69 Perfectam venditionem.

70 l. 3. T. de fide & jure hastæ, l. 21. in fin. ff. ad munic.

71 Adjectio, est licitatio, sive promissio offerentis majus pretium. sic & l. 2. in fin. T. de locationibus prædiorum civilium. l. pen. T. de annal. agro deserto. & T. tit. de fide & jure hastæ fiscalis, & de adjectionibus. Galli Encheres. Addictio vero, collocatio est penes eos, qui pluris licitati sunt res fiscales. adde quæ scripsi ad rubricam vic. ff. de in diem addictione.

72 Adde l. 4. T. de fide & jure hastæ fiscalis, & quæ ibid. scripsi. adde Everardum 2. Select. 21.

73 Al. præstita.

74 Adjectio in locationibus à republica semel facta non admittitur.

75 Proponas.

Immobilia civitatis, & mobilia, quæ servando servari non possunt, pro utilitate civitatis permittuntur alienari auctoritate principis in utraque Roma: in aliis urbibus auctoritate præsidis, & consensu cujuslibet possessoris. Bart.

111. Imp. Leo A. Erythrio P. P.

SI quæ hæreditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia vel mancipia ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenerint: super his licebit civitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum [1]: ut summa pretii exinde collecta [2], ad renovanda sive restauranda publica mœnia dispensata proficiat.

†. Indefessa vero cura prospicientes, ne quis adversus civitatum commoda quicquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu nundinatione [3], vel colludio seu conniventia hujusmodi venditiones [4] procedant: hoc [etiam] in posterum observandum esse censemus, ut si quidem ad hanc inclytam urbem domum, vel civiles annonas, aut alia quælibet ædificia, vel mancipia pertinentia contigerit venundari: non aliter nisi Imperiali auctoritate vendantur, in provinciis [5] vero, præsentibus omnibus seu plurima [6] parte, tam curialium quam honoratorum, & possessorum civitatis, ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, sigillatim unumquemque eorum, qui convenerint, jubemus sententiam, quam putet [7] utilem patriæ suæ designare: ut ita demum decreti recitatione in provinciali judicio interveniente, emptor [8] competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, sive jam completi fuerint, sive postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus.

1 *l. 11. ff. de operib. publicor.*
2 Collata.
3 Al. *inordinatione*, sed male.
4 Venditionis.
5 Adde *l. 2. vers. si vero in fi. ff. de præd. decur.*
6 In venditione rerum universitatis, dum quam minimum portes consilii præsides & authores esse debent: contractum consilium esse debet, & decretum judicis interponi. *Rolandus à Valle 1. consil. 99. n. 6. 17. 22.*
7 Putent.
8 Emptio.

TIT. XXXII.

DE DEBITORIBUS CIVITATUM.

Debitores civitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primo debitum solvant. Bart.

1. Imp. Antoninus A. Diodoro.

NOn prius debitorem [9] Reipublicæ honorem in Republica subire, quam id, quod debere constiterit, conventus exsolverit: tam meis quam divorum Principum constitutionibus declaratur.

11. Imp. Constantinus A. Verino [10] S.

APud eos, quos superstites integris facultatibus esse pervidetis [11]: vel quorum heredes incolumia retinent [12] patrimonia, fortes Reipublicæ [13] perseverare debebunt: ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque temporibus exolvant: cum simul & Reipublicæ utile sit retinere idoneos debitores: & ipsis sit commodum, cumulum debiti minime nutriri. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus [14] alienatis [15], circumscribi civitates: placuit, si quis debitor Reipublicæ civitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam Reipublicæ sumeret, donaverit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perpecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur, pro rata ab eo [16], qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque usuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur ejus patrimonium, cujus nomen civitati alicui [17] invenitur obnoxium, Judex omni diligentia & sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione transierint debitoris facultates: ut singuli æqua æstimatione habita, pro rata rerum, quas possident, conveniantur: personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur. †. Ab eo autem, à quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quæ apud eum resederit, transferri ad idoneum oportebit.

†. Quod si quispiam debitor Reipublicæ civitatis, fisco nostro locum fecerit [18]: emptores, qui à fisco nostro comparaverint, manifestum est, secundum jus vetus, & rescripta divorum [Principum [19]] constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere. †. Quod si quis debitor non comparuerit [20], vel certe omnia sua ita consumpserit, ut nemo aliquam rem ex ejus bonis possideat, id debitum convenit ad dispendium Reipublicæ pertinere: ideoque cura patris civitatis [21] apud idoneos, vel dominos rusticorum prædiorum pecunia collocanda est. P. P. III. Kal. Febr. Volusiano & Anniano Conss. 314.

9 Reipublicæ debitor non prius honorem subire poterit, quam id quod debeat, exsolverit, *arg. hic, l. 6. §. debitores. 1. ff. de numerib. & honorib.*
10 *Ex Cod. Theod. l. 12. tit. 11. l. 1.* ubi legitur, *Locrio Verino sine S.*
11 Al. *prædebitoribus.*
12 *Retinere*, in *C. Theod.*
13 *Kalendarii*, in *C. Theod.*
14 *Mancipiis.* Corpora hic accipit pro patrimonio corporali, id est, ejus, cujus nomen obnoxium est civitati.
15 Al. additur *forte*, al. *fortè*: sed abest à *C. Theod.*
16 Facit cap. constitutus, verb. juxta ratam, *extr. de relig. dom.* Guid. Pap. *decis. 432. n. 4.* Adde Joann. à Sand. *decis. Frisic. lib. 3. tit. 12. defin. 1.* Ans.
17 *Kalendario, civitatis alicujus*, in *C. Theod.*
18 Fisco locum facere bona dicuntur, quæ publicata sunt, ut *l. 5. ff. de jure fisci, l. 3. C. Th. de bonis proscript.*
19 Abest à *C. Th. & quib. lib.*
20 Al. *comparaverit.*
21 *Curatorio Kalendarii*, in *C. Theod.* sed eundem dici existimandum est qui Pater civitatis, nempe curator reipublicæ & discussor publicæ pecuniæ, de cujus officio Ulpianus librum singularem edidit. vid. *l. 33. ff. de usuris.* vid. *Cujac. ad l. 3. ff. de iis qui apud. mon. posit.*

TIT. XXXIII.

DE PERICULO NOMINATORUM.

Electores officialium publicorum non tenentur pro electis, licet fidejussores non receperint, si tempore depositæ administrationis solvendo fuerint. Bart.

1. Imp. Gordianus A. [23] Serino.

HI [24], qui à te collegaque tuo magistratus creati sunt: etiamsi maxime fidejussores non exegistis, tamen si per id tempus [25], quo magistratus honor deponebatur [26], solvendo fuerunt, periculo vos creationis non fecerunt obnoxios, ex eo quod casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit: cum cessationi suæ id debeant imputare, damnaque Reipublicæ, si qua ob culpam eorum passa est, farcire: qui cum nomine publico eos convenire potuissent, id facere supersederunt.

Nominatus tenetur pro nominato officiali in quantum ipse conveniatur ex persona sua.

11. Imp. [27] Philippus A. & Philippus C.

SI successoris tui successor non idoneum loco sui magistratum denominaverit, administrationis ejus periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest. Etenim nominati [28] successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur: nec ad nominatoris nominatorem manus jure porrigi possunt.

22 *Ecl. l. 54. tit. 1.*
23 Al. *Gratianæ.*
24 Magistratus tunc pro collega tenetur, quum & ipse magistratus & nominatores (*honoratis*) solvendo non sunt: nec tempore depositi magistratus solvendo erant. Nam cæteroqui administrationis suæ nomine quisque tenetur. *Synops. Basil. 54. tit. 1. cap. 6.* adde quæ scripsi ad *l. un. C. de patriciis. ad munera nominandis.*
25 Temporis.
26 *l. 15. §. in emo, ff. ad municip.*
27 In veteri scriptura: *Idem A. Rufino.*
28 *Nominatim successoribus*, al. *nominatis successoribus.*

TIT. XXXIV.

DE PERICULO EORUM, QUI PRO MAGISTRATIBUS INTERVENERUNT.

Fidejussores tenentur reipublicæ ad interesse, non ad plenum, in quem magistratus delinquendo incurrunt. Bart.

1. Imp. Antoninus A. Augustali.

FIdejussores [29] magistratuum in his, quæ ad Reipublicæ administrationem pertinent, teneri non in his, quæ ob culpam, vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi quam divo Severo patri [meo] placuit.

29 Adde *l. fidejussores. 68. ff. de fidejussorib.*

TIT. XXXV.

QUO QUISQUE ORDINE [30] CONVENIATUR.

1. Imp. Antoninus A. Luciano.

ETsi duobus simul cura pecuniæ civitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur: singuli non pro virili portione, sed [31] in solidum Reipublicæ obligantur: cum autem de indemnitate civitatis ejus quæritur, prius [32] ejus bona, qui administravit, ac mox si satisfieri non poterit, collegæ conveniuntur: Vos tamen, qui heredes unius ex curatoribus extitistis, damno, si quod post [33] mortem ejus dolo, vel culpa collegarum accessit, onerari, non est rationis.

Duobus si committitur pro indiviso administratio, quilibet ante nuncupatorum primum conveniatur? secus si separatis portionibus.

11. Imp. Gordianus A. [34] Valerio.

QUoties duobus non separatim, sed pro [35] indiviso munus injungitur, & ita ut unusquisque eorum periculo solliditatis [36] videatur obstrictus [37]: manus ad nominatorem [38], priusquam utrique, qui [id munus] administraverunt, solenniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. †. Si vero separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius [39] pro portione conveniantur qui id munus administraverint [40]: item fidejussores eorum. Si nec ab his quidem indemnitas fuerit servata, tunc demum creatorem [41]: ac si nec is quidem sufficiat, novissime participem muneris conveniri debere Præses non ignorat.

111. Imppp. Carus, Carinus, & Numerianus, AAA. Theodosio [42].

SI ita Duumviri creati estis, [hoc expresso [43],] *ut mutuus periculo teneamini*, in dubium non venit vicariis [44] damnis vos esse obstrictos: cum [45] in magistratibus prius nominatores [46] conveniendos esse (hoc quod in persona nostra [47] custodiri consideratis) constitutum est.

Si administratione divisa unus collegarum pecuniam collocaverit, quam resp. consequi non potest, ex mortuo hæres ejus conveniendus est primo, secundo possessor, tertio nominator, quarto collega. Bart.

IV. Imp. Diocletian. & Maxim. AA. Dioni.

CUm te & collegam tuum magistratus vestri tempore publicum fœnus collocasse proponas, nec potuisse debitum à quibusdam Reipublicæ restitui: cum paratus sis pro te id, quod solus gessisti, Reipubl. satisfacere, consequens est rempublicam, si separati actus vestri contractus fuerint [48], successores collegæ tui, vel rerum ejus [49] possessores prius ob personam ejus congredi [50]: & si solida indemnitas Reipublicæ servata non fuerit, nominatores ejus [51] interpellare: ac postremo loco, si quid ex nomine collegæ tui defuerit, ob [52] culpæ nexum te interpellare: priores enim nominatores, veluti fidejussores placuit obstringi.

30 Ordo in conveniendis Reipublicæ debitoribus quis servetur.
31 *l. 11. in princ. ff. ad municip.*
32 *l. 2. §. sed. vid. l. 3. in pr. ff. de administr. rerum.*
33 *l. 1. in princ. ff. de operib. publ.*
34 Al. *Gratianus.*
35 Indivisio, seu pro indiviso quocunque injungatur [], ea pericula solliditatis gerentes obligantur, sicuti si separatis portionibus injuncta.
36 Al. *solidatis.*
37 Constrictus.
38 *l. 3. l. uit. in fin. l. ult. ff. ad municip. l. 11. in fin. ff. ad mun.*
39 *l. 1. ff. ead.*
40 *l. 13. ff. ad municip.*
41 Creator hic est nominator; qui quem ad munera civilia nominavit. *l. 59. in fin. ff. de decurionib.* Sicut *l. 2. §. 7. ff. de al. mun. vor. adjic. vir.*
42 Al. *Eleo A.*
43 Dosit in plerisque manuscr. & defendum existimat Cujacius.
44 Vid. *l. 1. Cod. l. 11. in pr. ff. ad municip.*
45 *Cum pro quamvis accipit Cujac.*
46 Vid. *l. 2. C. ead.*
47 Vebra.
48 Vid. *l. ult. §. 1. ff. de admin. rer.*
49 Ei.
50 Progredi.
51 Vid. *l. 2. in pr. C. ead.*
52 *Imperatur* ut, *ff. ad municip.*

TIT. XXXVI.

NE QUIS LIBER [53] INVITUS [54] ACTUM [55] REIPUBLICÆ GERERE COGATUR.

1. Imp. Alexander A. Urbico.

SI, ut proponis, decreto [56] ordinis ad libertatem ductus [57] es, non [58] debere te invitum actum Reipublicæ administrare, Curator Reipublicæ non ignorat: præsertim cum servi hujusmodi officia administrare debeant.

11. Impp. Diocles. & Maximian. AA. Tiberio [59].

SI cum ingenuus esses, ad actum gerendum à Republica [60] compelleris, auxilium Præsidis, & juris præsidia, prout usus exigebat, implorate potuisti.

53 Liberis actoribus non utuntur. Ideoque plerique ad actum gerendum se vocare patiuntur. *l. 8. §. invitum. 5. ff. de impens.*
54 Invitus liber actum civitatis gerere non cogitur.
55 Actus Reipublicæ, munus est, pecuniæ dandæ, fœnerandæ, stipulationis contrahendæ, rationum domini tractandarum. Cujusmodi actores servi erant sub dispositione curatoris Reipub. vel Kalendarii, vel patris civitatis. *l. 1. ff. de solut. & liberat.*
56 Vid. *l. 2. ff. ead.*
57 Productus.
58 Vid. *l. 1. C. de serv. Reip. administrand.*
59 Al. Impp. Diocletianus & Maxim. AA. Diodoro.
60 Reipublicæ.

TIT. XXXVII.

SUMPTUS INJUNCTI [61] MUNERIS AD OMNES COLLEGAS PERTINERE.

1. Imp. Maximian. A.

CUm ad munus [62] exhibendarum angariarum cum aliis creatus, à consortibus muneris solicitudine deserta, solum te functum esse proponas: sumptuum detrimenta, si [63] qua acciderint, collatione eorum quos munus oportuerat participare, provisione [64] Præsidis dividentur: Quod si etiam à te obsequium derelictum esse cognoverit: quid censuræ [65] publicæ congruit, non ignorat.

61 Al. *brevis.*
62 Angariarum exhibendarum munus est quoquo cogitur angarias agere: qui id sustinet, curator ad cogendas angarias dicitur. *l. 1. ff. quemadmodum servit. amittat.* Sic munera indicuntur.
63 Sunt enim plerumque fere.
64 Promissione. al. *permissione.*
65 Censura.

Sumptu. l. 4. ff. quemadm. civilia munera indic. *disciplina, judicatio publica, l. 3. ff. de candid. ab turpem causam, l. 4. ff. quemadmodum civilia munera indicuntur.*

TIT. XXXVIII.

DE HIS, QUI EX OFFICIO, QUOD ADMINISTRARUNT, CONVENIUNTUR.

Si pecunia mutuatur per administratorem reipubl. ad ipsum dominum fortè pertinet, non ad rempublicam. Bart.

1. Imp. M. Antoninus A. Octavio.

FOenoris Reipublicæ, quod non tua culpa perditum esse [66] apparuerit: sufficit sortis damnum, non [67] etiam usurarum ejus [68] sustinere [69].

66 Vid. *l. 24. ff. ff. ad municip. l. 2. in fin. ff. de admin. rer. ad civit.*
67 Et, al. *haud* utrumque.
68 Tenere.

TIT. XXXIX.

DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS [69] DEBITORUM CIVITATIS.

1. Imp. Alexander A. Quatuorviris [70], & Decurionibus Fabretanorum.

CAutiones servorum publicorum ita demum firmam securitatem debitoribus præstant, si Curatorum [71] adsignantium, & reipublicæ, sub hic adnotat Cujacius recte. vid. quæ scripsi ad *l. 2. ff. si servum aut liberum ad decur. adject.*
71 Curator hic, Reipublicæ curator, qui & pater civitatis, *l. 1. C. de curatore reipubl.* Graci hic: *ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως ἀναγραφέντων.* Ulpianus in Demosthenem *de falsa legat.* Ἐξήτασεν ἐν Δημοσθένους. quo vide *l. 1. ff. de alearibus, l. 1. ff. de ratione. publ. operum. l. ult. ff. de infantibus expositis, l. 3. in fin. de his qui ignote publica munera subeunt. l. 1. ff. quib. muneribus. excusf. l. 2. in fin. ff. de debit. civit. Gothof. ad l. curatores. ff. de Annona. Novell. 15. c. 4. §. 1. 85. c. 2. 128. cap. 16. vers. si quis. 160. in pr. l. ult. valentes. 19. ff. de Judiciis.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tium, vel eorum quibus exigendi jus est, auctoritate fabricæ sunt. Cum autem is qui excoluisse dicitur, solam scripturam actoris suscipientis pecuniam promat, ea tantum defensio consuevit admitti, si quod exsolutum est, rationi Reipublicæ profecisse doceatur. Sane curator vester, si fraude servi constiterit effectum ut interciperentur à curatore illatæ à debitoribus quantitates, de peculio ejus quod eo modo deest, restituet.

TIT. XL.

DE[1] SPECTACULIS[*], ET SCÆNICIS[†], ET LENONIBUS[4].

I. Imppp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. ad Hesperium Proconsulem Africæ [5].

NOS invidemus, sed potius cohortamur, amplectenda felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri, populi studiis ac voluptatibus [6] grati esse cupiant, promptius permittimus, ut integra voluntas [7] sit, quæ volentium celebratur impensis. Datum VI. Id. Mart. *Treveri.* Valente V. & Valentiniano AA. Conss. 376.

Deservientes sacris Indis, nullo afficiuntur supplicio. Bart.

II. Imppp. Gratianus, Valentin. & Theodos. AAA. ad Valerianum. P. U.[8]

EOS[9] qui [10] agitandi munus exercent, illustris auctoritas tua nullis, præter Circense [11] certamen, adfici noverit oportere [12] suppliciis. Datum VIII. Id. Maji, Eucherio, & Syagrio Conss. 381.

III. Iidem AAA. ad Valerianum [13] P. U.

QUisquis equos [14], quos vel serenitas nostra [15], vel ordinarii Consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum obduxerit [16], unius libræ auri condemnatione multetur. Dat. VIII. Kalend. Maji, *Treb.* Eucherio, & Syagrio Conss. 381.

In loco in quo principis imagines consecrantur, non debent fieri spectacula, nec histriones, vel vilis pictura introduci. Bart.

IV. Imppp. Theodosius, Arcadius, & Honorius AAA. Rufino P. P. [17].

SI qua in publicis porticibus, vel in his civitatum locis in quibus nostræ solent imagines consecrari, pictura pantomimum [18] esse [19] humili, & rugosis [20] finibus agitatorem, aut vilem offerat histrionem, illico revellatur: neque unquam [21] posthac licebit [22] in loco honesto inhonestas [23] adnotare personas: In aditu vero circi, vel in theatri prosceniis [24], ut collocentur, non vetamus. Dat. III. Kalend. Jul. *Heraclea*, Arcad. A. III. & Honor. A. II. Conss. 396.

V. Impp. Honor. & Theodos. AA. Anthemio P. P. [25]

NEmo [26] judicum ex quacunque civitate in aliud oppidum vel ex provinciæ solo equos curules, aurigas, bestias, histriones, cives tentet traducere: ne dum popularibus plausibus intemperanter [27] serviunt, & publicarum rerum statum fatigent, & festivitatem impediant in cunctis oppidis celebrandam, ita ut si quis hanc violaverit jussionem, pœna teneatur ea quæ legum violatores persequitur. Dat. VIII. Id. August. *Constantinop.* Honorio VIII. & Theodosio III. AA. Conss. 409.

Patres vel domini si filiabus aut ancillis peccandi præbent necessitatem, earum perdunt potestatem. Bart.

VI. Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio P. P. [28]

LEnones [29] patres & dominos, qui suis filiabus, vel ancillis peccandi necessitatem imponunt; nec jure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis jure frui valeant, neve quid eis ita possit acquiri: sed ancillis filiabusque [30], si velint, conductisve pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior, Episcoporum liceat, judicum etiam Defensorumque implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi [31]: ita ut si insistendum eis lenones esse crediderint, vel peccandi ingerant necessitatem invitis, amittant non solum eam quam habuerint potestatem, sed proscripti, pœnæ [32] mancipentur exilii, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna est, quam si præcepto lenonis cogatur quispiam coitionis sortes ferre, quas nolit. Dat. XI. Kalend. Maji, Felice, & Tauro Conss. 428.

VII.

Μηδεὶς παραδυναστεύτω ἢ λοιπὸν, μηδὲ παρ' ὁντινοῦν τῶν πάλαι ἐπιτρεπόντων ἐπιτηδεύειν μήτε ἐν θεάτροις ἢ ἱπποδρόμοις ἢ ἐν ἄλλοις τοιούτοις τὴς ἐπὶ ὄψεσι μὲν ἢ τέρψει πολλὴν ἀφὴν παρεχούσης, τὴν δὲ ἐπὶ τοῖς ἀκροάμασι καὶ ὠδαῖς ἢ ὀρχήσεσι ἡδονὴν ἐκφερούσης. τοιαῦτα γὰρ ἢ ἐπιτηδεύματα ἀφανίσει καὶ αὐτὴν ἐκ τῆς οὐσίας. ἀναιτίους δὲ οἱ ζημιωθησόμενοι τούτων ἀπολήψονται, εἰ ἢ θεάτρων εἰς τὰ ἀναγκαῖα τοῦ πόλεως πόρου πεπτωκότος ἀναδοχὴν, εἴτε ἄλλης εἴτε γυμνικῆς εἴτε κλασσικῆς ἢ ῥαψῳδικῆς τέχνης ἐπιδείξεως. τοῦτο γὰρ φυλαττόντων οἱ ἀρχοντες οἱ μείζονες καὶ οἱ ἥττονες καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν πανταχοῦ ὑφορῶμαι καὶ εἰς τὰ ἔμπροσθεν καὶ οἰκοῦσι λήψουσι.

NE quis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur, nullus ancillam ingenuamve prostituat: alioquin humilior, qui id fecerit, coërcitus metalli, & exilii pœna damnabitur: honestior bona, & militiam, ac dignitatem amittat. His quoque abstineant thymelici. Quod si ancilla prostituta sit, ut gratuito vindicetur ab omnibus viris, aut fœminis, clericis, aut monachis. Et uti hæc observent magistratus, tam majores, quam minores, & officia eorum, corporis, & xx. librarum imminente pœna.

TIT. XLI.

DE[33] EXPENSIS LUDORUM PUBLICORUM[34].

Pecunia deputata ad spectacula, in refectionem murorum potest convorti, & ipsis refectis causa pristina firma permanet. Bart.

I. Impp. Diocles. & Maxim. AA. Marcellio.

CUM [35] Præsidem provinciæ impensas [36], quæ in certaminis [37] editione erogabantur, ad refectionem murorum transtulisse dicas: & quod salubriter derivatum est, non revocabitur: & solennes [38] certaminis spectaculum post restitutam murorum fabricam, juxta veteris consuetudinis legem celebrabitur: Ita enim & tutelæ civitatis instructæ murorum præsidio providebitur: & instaurandi agonis voluptas, confirmatis his, quæ ad securitatis cautionem spectant, insecuti temporis circuitione repræsentabitur.

murorum impenderit, laudandus erit: ut qui præstiterit quo spectacula secure edantur. *Synops. Basil. 54. tit. 12. ex tit. 38. c. 8.* 36 Ludorum impensæ, Lucar. 37 Vid. Lipsium 1. *saturn.* 12. 38 Solennis.

TIT. XLII.

DE[39] AQUÆDUCTU[40].

I. Imp. Constantinus A. ad Maximilian. Consularem [41].

AQUARUM possessores, per quorum fines formarum [42] meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse immunes: ut eorum opera aquarum ductus fordibus oppleri, mundentur: nec ad aliud superindictæ rei onus iisdem possessoribus arrinendis: ne circa res alias occupati, repurgium formarum facere non curent [43]. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: nam fiscus prædium ejus obtinebit, cujus negligentia [44] perniciem formæ congesserit.

†. Præterea scire [45] eos oportet, per quorum prædia aquæductus commeat [46], ut dextra, lævaque ex ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant: Observante officio [47] Judicis, ut si quo tempore pullulaverint, excidantur: ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Dat. XV. Kal. Jun. Gallicano, & Symmacho Conss. 330.

II. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Pancratio P. U. [48]

SI quis de cætero vetiti furoris [49] audacia florentissimæ urbis commoda voluerit mutilare, aquam ad suum fundum ex [50] aquæductu publico derivando [51]: sciat eundem fundum fiscalis rituli [52] præscriptione signatum, privatis rebus nostris aggreganda. Dat. VIII. * *Constantinop.* Timasio & Promoto Conss. 389.

Avertens aquam de publico aquæductu, debet ipsam ducere per castellum, vel alium parvum foramen ne matrices fistulæ corrumpantur. Bart.

III. Iidem AAA. Albino P. U. Romæ [53].

EOS qui aquæ copiam, vel olim, vel nunc per nostra indulta meruerunt, usum [54] aut ex castellis [55], aut [56] ex ipsis formis [57] jubemus elicere [58], neque earum fistularum, quas matrices vocant, cursum ac soliditatem attentate, [vel ab ipso aquæductu trahere [59].] Quod si quis aliter fecerit: non solum id quod prius jure beneficii fuerat consecutus, amittet: verum pro conditione quoque personæ severissima pœna plectetur. Dat. V. Kal. Septemb. *Romæ*, Timasio, & Promoto Conss. 389. & P. P. IV. Kal. Jun. *Constantinop.* Olybrio, & Probino Conss. 395.

IV. Impp. Arcad. & Honor. AA. Asterio Comiti Orientis [60].

USUM aquæ veterem [61], longoque dominio constitutum, singulis civibus manere censemus, nec ulla novatione turbari: ita tamen, ut quantitatem [62] singuli, quam veteri licentia percipiunt, more ulque in præsentem diem perdurante percipiant: mansura pœna in eo, qui ad irrigationes agrorum, vel hortorum delicias, fustivis aquarum meatibus abutitur. Dat. Kal. Novemb. Cæsario, & Attico Conss. 397.

Qui beneficium ducendi aquam ex publico aquæductu impetravit, debet illud intimare Præfecto, & non alii. Bart.

V. Impp. Theodos. & Valent. AA. Cyro P. P.

SI quis per divinam liberalitatem meruerit jus aquæ, non viris clarissimis Rectoribus provinciarum, sed tuæ præcellentissimæ sedi [63] cœlestes apices intimare debebit: condemnatione [64] contra illum qui preces moderatoribus insinuare conatur, quinquaginta librarum auri, & contra universos administratores qui rescriptum per surreptionem elicitum suscipere moliuntur, proponenda: apparitoribus nihilominus eorumdem virorum clarissimorum provinciæ moderatorum animadversionibus pro vigore tui culminis subjugandis: & amplissima tua sede dispositura, quid in publicis thermis, quid in nymphæis [65] pro abundantia civium conveniat deputari: quid his personis quibus nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua debeat impartiri.

Servitus aquæ ducendæ ad aliqua loca privata ex aquæductu palatii Hadriani, etiam per rescriptum est prohibita. Bart.

VI. Iidem AA. Cyro P. P.

OMnis servitus aquarum aquæductus Hadriani sive domotum, sive possessionum, sive suburbanorum, sive balneorum, vel per divinos affatus [66] intimatos in quolibet judicio, vel per usurpationem impetritos, penitus exprobetur: malumus etenim prædictum aquæductum nostri palatii, publicarum thermarum ac nymphæorum commoditatibus inservire, & decernimus hanc dispositionem modis omnibus in posterum servari: nemini licentia tribuenda, ab eodem aquæductu precibus oblatis usum aquæ

---

1 Περὶ διάφορων καὶ διαπόντων. *Syn. Basil. 54. tit. 3. cap. 4.* Quod ad theatra attinet, Spectaculorum loca apud veteres varia, theatra, amphitheatra Circi. Theatrum erat veluti pars circuli dimidia, & eo amplius dimidii quarta pars: nec tamen Senecæ tilla fuisse theatra, & forma ipsa minus arridens, & ovata forma amphitheatrorum quæ hodie extant, Romæ, Oriculi, Veronæ, Nemausi, Arelatis judicio sunt) eum ex duobus theatris junctis, amphitheatrum esse ad ludos gladiatoriæ ferarumve venationes. Circi, ad ludos curules, cursus & auriga. adde *Florentinum 5. & 7. Pan. 36. 1. 15. Cassiod. 3. & 5. Variar.* adde Tertullianum libro de spectaculis, ubi de ludis, circulo, apparatibus, loco, Circo, theatro, scæna, aurigis, agonibus & muneribus.

2 *L. 15. C. Theod. 5.* 3 *L. 15. C. Theod. 8.* 4 *L. 15. C. Theod. 8.* 5 *Ex Cod. Theod. l. 15. tit. 7. l. 3. al. Confessione d.* 6 Voluntatibus. 7 Hilgers, in *Cod. Theod.* 8 *C. Theod. 15. 7.* 9 Agitandi munus Constantinopoli qui exercent (ἡνίοχοι κέλητες Græci) à præfecto urbi non verberantur: sali in ipso circensi certamine peccaverint. *Syn. Basil. 54. tit. 5.* 10 Al. legitur post *l. quisquis.* 11 *l. 1. §. 2. ff. de muneribus.* 12 Pertinere. 13 *C. Th. 15. 6. 7.* 14 Adde *l. 2. C. Theod. 15. de equis curulibus.* 15 Al. vestra. 16 Adduxerit. 17 *C. Theod. 15. 7. 12.* 18 De Pantomimo adde *l. 43. in fin. ff. de ad. empt.* de Archimimo, *l. 5. §. 1. ff. de spectaculis.* 19 Pantomimi vestis humilis fuit. Caterum ex hac loca potest colligi, id picturæ decori à pictoribus servandum esse. Ludicras Mathematicus, Alabandeus civilem esse dicebat: sed propter hæc vitium minus prudentia, quod in gymnasio eorum omnes imagines essent casibus æquales in foro, divina tenuitas aut pia ludantur. 20 Rapidus finus agitatoris vocat, quod nudi ex parte corporis & soli expediti adstitas regiæ curruum. Caterum, ad quem modum finxit Hieronymus aratrum rigens fuisse effigiem illi scribit.

21 *Nec jam*, in *vulgat. lib.* 22 Meretrix publica cogi potest à vicinis conductis ex ædibus, loco proprio alium in locum migrare. *Pap. 12. arrestor. 9. arrest. l. 4. & 18.* Sane meretrices in loca intra ambitum proxima quasi relegatas & submotas à lictoribus in publico notat Lipsius 23. *electior.* 23 Inhonestas personas non esse pro infamibus accipiendas existimant, sed pro abjectis & vilibus quæ inter honestas numerari non debent. ne pugnet *l. 4. ff. de his qui not. infam.* cum hac lege. vid. *Petrum Faber. 1. semestr. 20. in fin.* & Tertull. alioqui libro de spectaculis, scribit artem non artificem, ad quem modum finxit Hieronymus aratrum rigens fuisse effigiem illi scribit. 24 Prosceniam, locus ante scænam. 25 *C. Theod. 15. 7. 3. de spectaculis.* 26 Nemo judicum ex civitate in aliud oppidum vel ex provincia in Illam provinciam traducat aurigas, histriones, bestias. Nam unamquamque civitatem suam habere *ejusque*, id est, *suis quam sua Stephani habere jussa mihi.* Hic observari etiam potest. Vitruvium 5. *cap. 10.* in balneis aliena tria locare, calidarium, tepidarium, frigidarium: sed quid Cujacius putat? Nymphæa esse ædes publicas in quibus nuptias celebrant, qui nubibus carent, & ad choreas capaces: cujusmodi multæ Lutetiæ sunt, & ita Zosimum explicare in Leone Magno. Inde Νυμφικὰ λαχεῖα, Solida 12 de γάμοις in τῆς ἑορτῆς καὶ ἀρχιερ. λαμπαδηφορίας. 27 Insolentia. 28 *C. Theod. 15. 8. 2.* Jam semel adposita fuit hæc lex in *l. 12. ff. de appell. eod.* 29 *d. l. 12.* adde *l. 24. in fin. ff. de pœn. all. l. ult. ff. si quis à parente manumiss.* 30 Vid. *l. 7. §. 3. ff. de injuriis.* 31 Hic casus excipiendus est ex *l. 4. ff. de manicip.* 32 *Syn. Basil. 54. tit. 5. Cod. Theod. 9.*

33 Theodorus Basilissus immeruit hunc tit. 41. *Justin. lib. 3. tit. 1. cap. 1. Justin. tit. sale vectigalia. Augustinus in lib. Basilic. de reliquiis veteranis libere pertractavit. Nunc iterum certissima edita, ut interiores eidos semper facere vob. Cout.* 34 Si præses ea quæ spectacula dedicata fuerant in refectionem [illegible] dixi ad Festum.

35 *Syn. Basil. 54. tit. 12. ex tit. 38. c. 8.* 36 Ludorum impensæ, Lucar.

37 Editio, *l. 38. tit. 19.* 38 Solennia.

39 *Vid. Lipsium 1. Saturn. 12.*

40 *De aquæductibus.* Hal. de Aquilege aquarum inventore, ejus Galatico, & mechanico ei adjuncto, vid. *Cassiod. 3. Variar. ult.*

41 Sic in meo manusc. *Cont. C. Theod. 15. 2. 1.* 42 *Ferrarum*, mallet hic *Alciat.* Sed rectæ legitur *formarum, lib. 98.* aquæductuum. ut notavi ad *Herald. de mend. prisc.* Cont. ut *l. 3. 1. 6. 7.* sed dixi ad *l. 17. §. 3. ff. de usufr.*

43 *Non curaverint*, in *C. Theod.* 44 Negligentiæ. 45 Circa fontes publicos arbores plantare ocmo potest, nisi intermisso legitimo spatio, *ut hic, & l. 6. §. ult.* alioquin publicatur suburbanum, in quo secundum aquæductum arbores plantatæ ut pruntum, balneum, aqua mola. *46 l. 6. §. super hæc, l. 10. §. hac etiam, eod.*

47 *Tuo officio*, in *C. Theod.* 48 *C. Th. 14. eod.* 49 Vid. quæ not. ad *l. 7. ff. unde vi.* 50 *l. 10. in princ. eod.*

51 Dirigendo. 52 De castellis dixi ad *l. 1. §. 38. ff. de aqua quotidiana.* 53 *C. Th. ad l. 5.* 54 *Usu*, al. *ejus usum*, ut in *C. Theod.* 55 Tituli prædiis in fiscum redigendis aut redactis à judicibus imponi jus fuit, non à privatis aut aliis. dixi ad *l. 3. ff. de bonis vacantibus.* Theodoricus rex apud Cassiodorum: *Cæsar ejus appellatione titulus, fisci vestri jura vindicabat. Et alia loca, Fiscis titulus publicos debes applicare. Quinetiam ea-thesia titulorum impositi interdicitur scandis à Gregorio Mauritii Augusti tempore habita. Caterum hæc titulorum impositio tefato fiebat, publicis personis præfectibus, servata juris ordine. Athalaricus apud Cassiodorum: Si quis legum ordine præteremisse, publicos titulos præsumpserit affigere.* & Gregorius ad Constantium Augustum 4. *epistolarum*, *queritur de Stephano quodam chartulario quod nomine fisci loca singula*

56 Aurum. 57 Ut *l. 1. ff. eadem.* 58 Al. *allegere.* 59 Inclusa à compositoribus addita sunt. 60 *Cod. Theod. eod. tit. 7.* 61 Veteri. 62 *Quantitate*, *Cod. Theod.* 63 Sedis. 64 *Leg. 12. ff. eod.* 65 Nymphæa Græci vocant hydria, *ut hic.* Cujac. notat ex Suetonio 4. *c. 8.* separantur hic à balneis calidis. Alciatus putat balneum in quo mulieres lavare solitæ: sed verius est viros sin habuisse quoque Nymphæa. Nymphæa autem fuisse, lavacra seu balnea aquarum tepidarum habentia, non valetudinis, sed voluptatis causa, quod ex Strabone & Pindaro 12. Olymp. probat Forest. 12. *Capitolinus* 2. dictum autem à Nymphis, Deasæ comitibus quæ in pomeridianis locis ablubent. Quod & Romani servarunt in octavam diei horam, lotionem differentes: octavam, id est, secundam post meridiem. Martialis 11. *Epigr. 53. Octavam poterit fervare, lavabimus una.* 66 Assatus.

1 Al. *amphitheatrum.*
2 *leg. 1. circa fin. T. eod.*
3 *Adde leg. 1. §. 2. ff. de manumiss.*
4 Thermarum Achillearum meminit Cedrenus, & Socrates *lib.* 7. quid Calliodorum. Achilleas autem dictas Cedrenus refert, quod positæ juxta altare Achillis. Forcatulus 12. *Cæpionis* 3. putat quidem ab Achille dictas, sed quod Thetis inter aqua Stygia abluisse eum memoretur, præter talem: quod etsi fabulosum, ingeniose tamen inventum est.
5 Providentia magnificentiæ.
6 *Ut leg. 1. T. eod.*
7 Sublimitati.
8 *Adde leg. 10. §. universos, T. eodem.*
9 Nequæ.
10 Huc pertinet *l. 23. de operibus public. C. Theod.*
11 Aquæductus.
12 *l. 8. T. eod.*
13 Vid. *Cujac. hic.* qui multis rationibus legendum edit *stadia* ostendit. al. *cadmiæ*, quidam emendat *cubulæ*, in *lib. Aurel. de Diuturnitate.* Scalæ autem maritimi trajectus fuere Constantinopoli, vide *Not. 69.*
14 Cyzicenii. al. *Zpzimenii*, al. *Nicæmenii*, al. *Nicomenii*, al. *Titeonii*. meminit œconomorum Cyzicenorum Vitruvius 6.
15 Producere.
16 Quæcunque descriptione.
17 Sustineant.
18 Aquam venalem esse in urbe execrabile. Venalis videtur, si cives ad reparationem aquæductus conferre tenentur.
19 Al. *Adamantio P. P. rectius.*
20 Aquæductibus aurum deputatum in alios usus verti non debet, *l. 7. T. eod.*
21 Repræsentare, *in quinquenni. cuidibus.*
22 Ad aquæductuum aurum levandum *specialis* arcarius fuit Constantinopoli.
23 Ad aquæductus pecuniam largiebantur sæpius Consules. ut *l. 2. l. 3. T. de consulibus.*
24 Al. *Eparatio.*
25 Investigare.
26 Fontes publici rescripto principis privatorum fieri non possunt: facti revocantur, *ut hic.* usus tamen ex publico fonte concedi potest. *l. 4. T. eod.*
27 Et quid.
28 Rescripta adversus utilitatem publicam nullius sunt momenti. *l. 2. T. de novellis non convenit. l. 2. T. de consuetudine & jure prudentium verb. Rescripta.*
29 *Quamlibet dignitatem præcedant. Cujac.*
30 Id est, tenuiores & diminutos aquæductus, ut *l. 1. T. de defensor. civit. l. 3. C. Theod. de indulg. deb. Augustin. 7. de civil. 4.* Alciat. hic *minutarios* legendum putat: & ita quoque legit Haloander.
31 *l. 1. in prin. T. eod.*
32 Al. *paralogiis.* Paragni minuscularii aquæductus, de quibus T.
33 *d. l. 1. T. eod.*
34 Idem scribit *Cassiodor. l. 5. c. 38.* Cont.
35 *Thaumatorum.* Molas aquarias fuisse apud veteres hoc ex loco satis constat, ut ne frustatiles tantum fuisse quis existimet. Porro Aquaticarum molarum, aliæ publicæ, aliæ privatæ. *l. 4. C. Theod. de extraord. muner. verb. Rom.* vide Calliodorum 3. ubi scribit diligenter esse conservandas aquarum formas, propter aquæ molas.
36 Aquariola, ut etiam legit Pyrrhus, sed rectior est excusa lectio.
37 *l. 6. in fin. T. eod.*
38 In manu, principis nomine, aquarii signabantur, *ut hic*, ut & tyrones & fabricenses. *l. 3. T. de fabricensibus.*
39 *Adversus*, sed male.
40 Angariæ hic separantur ab operis. Angariarum nomen latius patet quam operarum: operæ, angariæ quædam sunt: operæ, opera corporalia (Galli *Corvées*) quasi corporis vultus: adde *l. un. T. ne opera à collectoribus exigantur.* Caterum quid corvatæ unde dicantur, & ubi præstandæ, vid. Guidonem Papium quæst. 482. & cujus sumptibus præstandæ, vide eundem *quæstione* 217.
41 Servio P. P.
42 In judicio.
43 *l. 5. T. eod.*
44 Consenserint.
45 Atque.
46 Gladiatoribus, *Mercurialis, l. 15. C. Theod. 12. vid. Tertullian. lib. de Spectaculis, Salmas. 2. Parerg. 65. Lipsium lib. de gladiatoribus.* Qui ad gladium damnantur, intra annum
47 Sic *ver. manuscr.* de hoc titulo sic Theodorus Balsamon ad Photii Nomocan. *tit. 13. c. 22. tit. 43.* tollit spectacula gladiatorum. Honorio sublatos Theodoretus & Nicephorus auctores sunt permoti cujusdam Monachi sermone monomachis infesti, quem Telemachum vocant. Otho Frisingensis Dirimachum corrupte vocat. *Ammian. 14.* detestanda, *l. 3. ff. de lib. & posthum. l. 2. C. Theod. de gladiatoribus.*
48 Gladiatores ab
49 *Ex lib. 15. tit. 12. l. 1. C. Theod.* vide *Symmachum lib. 2. Synesium de Insomnio. Ammian. 14.* detestanda, *l. 3. ff. de lib. & posthum. l. 2. C. Theod. de gladiatoribus.*
50 In pace, tale civili & domestica quiete, cruenta spectacula non placent.

TIT. XLIII.

DE GLADIATORIBUS[46] PENITUS TOLLENDIS[47].

1. Imp. Constantinus[48] A. Maximo P. P.

CRUENTA[49] spectacula in otio[50] civili, & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. P. P. *Beryti*, Kalend. Octob. Paulino, & Juliano Conss. 325.

TIT. XLIV.

DE VENATIONE[51] FERARUM.

1. Impp. Honor. & Theod. AA. Mauriano Com. Domestic. & vices agen. Magist. milit.[52]

OCCIDENDORUM leonum[53] cunctis facimus potestatem, neque aliquam finimus quenquam calumniam formidare. †. Bestias[54] autem, quæ ad comitatum ab omnibus finitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem[55] diebus intra singulas civitates detineri præcipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fisci juribus[56] illaturis. Dat. 2111. Kalend. Jun. Constantio, & Constante VV. CC. Conss. & Dat. Kalend. Octob. *Constantinop.* DN. Honor. A. XI. & Constantio II. V. C. Conss. 417.

51 Venatio ferarum hic persequitur. Hi autem venatores diversi ab his qui dicebantur *mercipsal* bestiis domitandis.
52 C. Theod. *l. 15. tit. 11. l. 1.*
53 Leones cujus rei causa occidere liceat, adde *l. 1. §. ult. ff. de adq. rerum dom.*
54 C. 70. *ibid. l. 2. vers. illorum.*
55 Ut satis quæ duces ad principem
pem transmittunt, septem tantum diebus resideant, & alantur in singulis civitatibus, *ut hic*, equis præscribuntur dies quinque. *l. 1. T. de vectil. & portor.*
56 Viribus.

TIT. XLV.

DE MAJUMA[58].

1. Impp. Arcad. & Honor. AA. Cæsario[59] P. P.

CLEMENTIÆ nostræ placuit, ut Majumæ provincialibus lætitia reddatur: ita tamen, ut servetur honestas[60], & verecundia castis moribus perseveret. Dat. VII. Kal. Maji, *Constantinop.* Arcad. IV. & Honor. III. AA. Conss. 196.

57 *l. 15. C. tit. 6.*
58 *Majuma* quid & quare ex Sozomeno & Gregorio ait *Chronographia, vide Alciat. hic.* De Tiberina descriptione, vid. Cicerones *1. de finibus.* & quod Festum in Piscatoriis Indis. Suidas autem scribit Majumam fuisse ludum quo mense Maio lasciviendi, Hustiam maritimam urbem oppugnarent: & sese in aquas marinas dejicerent. Alii Majumam Syriace aquam significare scribunt. Baronius tamen existimat hoc spectaculum & ludicrum in oriente exhiberi solitum imbonibus, ab Arcadio & Honorio hic coërceri, videri autem hoc spectaculum esse in quod declamat Chrysostomus *homilia de David & Saule.* ut sit verisimile, Arcadium Chrysostomi declamationibus ad hoc spectaculi obsequium coërcendum permotum fuisse. Julianum quoque Antiochenos de Majumis ferijs in Misopogone redarguisse. A civitate autem Majumorum hoc spectaculum dictum esse (quæ civitas portus & navale Gazæ fuit: a Constantino, Constantia dicta: a Juliano, odio Constantini Gazæ subdita: per Synodum tandem restituta. vid. Eutrop. 4. *de vita Constantini 37. & 38. & 2. Sozomen. 4. & 5. c. 3. & 1. Nicephor. 4. & 8. c. 33.*) ibi namque Veneris turpissimum simulachrum cultum fuisse in loco, qui dicebatur, Textramphodes, ad tempora usque Arcadii, quod efficacia crucis (agente Porphyrio Gazensi Episc.) sponte collapsum & confractum. Eam historiam scripsit Marcus Diaconus Gazæus: refertur eam Metaphrastes in diem 20. Februarii. vid. Baronium in Martyrologio die 26. Decembris.
59 *Cod. Theod. 15. 6. 1.*
60 Potestas, & honestas.

TIT. XLVI.

UT ARMORUM[61] USUS INSCIO PRINCIPE INTERDICTUS SIT.

Nulli licet arma portare sine principis licentia.

1. Impp. Valentinianus, & Valens AA. ad Bulephorum Conf. Campaniæ[62].

NULLI prorsus nobis insciis, atque inconsultis, quorumlibet armorum movendorum[63] copia tribuatur. Dat. III. Non. Octobr. *Altini*, divo Joviano, & Varroniano Conss. 364.

61 Armorum usus inscio principe subditis interdictus est. *Nov. Sy. 1. 4. Synes. in epist. Pol. 6. Cicer. Philippica de suppl. adde l. 3. vers. sed. leg. ff. ad leg. Jul. majest. l. 11. ff. ad leg. Jul. de vi pub.*
62 *C. Th. 15. 15. 1.*
63 Movere arma est armis uti: & movere equos dicimus. *leg. 4. ff. ad l. Aquil. de corpus public.*

TIT. XLVII.

DE[64] AGRICOLIS, ET[65] CENSITIS[66], ET COLONIS.

De oneribus extraordinariis.

1. Imp. Constant. A. ad Æmilianum P. P.

NUNQUAM[67] sationibus[68], vel[69] colligendis frugibus insistentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur: cum[70] providentiæ sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. Lecta VII. Id. Mart. Januario, & Justo Conss. 328.

64 Bar. ad. 31. tit. 1.
65 Agricolarum duæ conditiones hic proponuntur. Alii censiti: alii coloni.
66 Censiti, qui & capite censiti Juliano in Novella dicuntur & tributarii, sunt conditionibus quasi adscripti, sine adscriptione, qui capitis censione præstant, & ii quidem servi sunt. Coloni vero, qui liberi sunt, non tanquam domini habentur: & tantum domino terræ reditus certos ac pensiones præstant in pecunia, vel in specibus pro fundi *Cujacius hic.*
67 *C. Th. 11. 15. 4.*
68 *Rationibus*, legit *Cujac.*
69 *Xenophon vel xenophontis interpres* author Synopseos
55. tit. 1. cap. 1. collectionis & ordinem, ut hic ridendum Græci *ex tionibus* legitis, non, *fationibus*, sententia: ut ne agricola colligendis fructibus aut rationibus occupatus
patus ad extraordinaria *Synops. ibid.*
70 Hoc est, necessariis occupationibus detinentur.
71 *C. Theod. 13. 10. 3.*
72 *C. Theod. 11. 1. 13.*
73 Vid. *l. 12. T. eod.*
74 Globes in *C. Theod.*
75 Observare.
76 Al. *Modestum P. P.*
77 *C. Theod. 11. 1. 14.*
78 Pro colonis in
79 *l. 13. T. eod.*
Græcis [illegible] munia functionum à dominis exiguntur. *Synops. ibid. cap. 4.*
80 *Censiti in C. Theod.*
81 *Adscripti*, in *C. Theod.*

†. Sane quibus terratum erit quantulacunque possessio, qui in suis conscripti locis proprio nomine libris censualibus detinentur: ab hujusmodi præcepti communione discernimus [1]: eos enim convenit propriæ commissos mediocritati, annonarias functiones sub solito exactore agnoscere. Dat. Kal. Maji, *Constantinop.* Gratiano A. & Dagalaipo Conss. 366.

Quid dominis prædiorum præstatur.

V. Iidem AA. ad Oricum P. P.

Domini prædiorum id [2], quod terra præstat, accipiant, pecuniam non requirant, quam rustici optare [3] non audent: nisi consuetudo prædii hoc exigat.

De adscriptitiis, colonis, vel inquilinis revocandis.

VI. Iidem AA. & Gratian. A. ad Germanianum.

Omnes omnino fugitivos adscriptitios, colonos, vel inquilinos, sine ullo sexus, muneris, conditionisque discrimine, ad antiquos penates, ubi censiti, atque educati, natique sunt, provinciis præsidentes redire compellant.

De alienatione.

VII. Iidem AA. ad Maximum P. P.

Quemadmodum originarios [4] absque terra, ita [5] rusticos, censitosque servos [6] vendi omnifariam non licebit. Neque vero commento fraudis id usurpet legis illusor [7], quod in originariis [8] sæpe est actitatum [9], ut parva portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: sed cum soliditas fundorum, vel certa portio ad unumquemque perveniat, tanti quoque servi, & originarii transeant, quanti apud superiores dominos, & possessores, vel in soliditate, vel in parte manserunt: & emptor [10] pretium quod dederit, amissum existimet: nihilominus venditori ad repetendos servos cum agnatione eorum vindicatione concessa, & si aliqua denique ex causa dissimulaverit legis usurpare beneficium, atque iste sub hac taciturnitate decesserit: & heredibus ejus, & contra heredes emptoris vindicationem damus, longi [11] temporis præscriptione submota [12]: * malæ [13] fidei [14] namque possessorem esse nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

De eo, qui adscriptitium recepit, vel ejus operas condixit.

VIII. Iidem AA. ad Probum P. P.

Omnes profugi in alieno latebras collocantes, cum emolumentis tributariis, salva tamen moderatione revocentur: scilicet, ut si hi homines apud quos reperiuntur, alienos esse noverant [15] fugitivos, & profugis in lucrum suum usi sunt, hoc est, sive excoluerunt agros fructibus [16] dominis profuturos, sive aliqua ab iisdem sibi injuncta noverunt, nec mercedem laboris debitam consecuti sunt, ab illis tributa quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterum si occultato eo profugi, quod [17] alieni esse viderentur, quasi sui arbitrii ac liberi apud aliquem se collocaverunt, aut excolentes terras, partem fructuum pro solo debitam dominis præstiterunt, cætera proprio peculio reservantes, vel quibuscunque operis impensis mercedem placitam consecuti sunt, ab ipsis profugis quæcunque debentur, exigentur: nam manifestum est privatum jam esse contractum. †. Si qui vero inter agricolas (ut assolet [18]) ex quibuscunque commerciis hujusmodi hominibus esse inveniuntur debitores, coram pattibus constitutis Judex ab obnoxiis quod debetur, exposcat.

De immunitatibus specialiter datis, & jugatione, & capitatione.

IX. [19] Iidem AA. ad Populum [20].

Immunitates [21] specialiter datæ, & jugatio, & capitatio libris publicis, & civitatum, aut provinciarum encautariis [22] sine aliqua probatione factæ, penes fruentes ereptæ in functionem pristinam redeant. Dat. III. Non. Mart. *Mediolan.* Merobaude II. & Saturnino Conss. 383.

De agricolarum capitatione censenda.

X. Iidem AA. Cynegio P. P.

Cum [antea] per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma sit censa, nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem [23] quaternis unius [24] pendendi capitis attributum est. †. Quocirca sublimitas tua hujusmodi census per Comanensium [25], & Ariaratensium [26], & Armeniæ secundæ, Amasenorum, Helenopontii [27], & Diocæsariensium Cappadociæ secundæ urbes, salubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis jubebit annecti.

De originariis colonis.

XI. Impp. Arcad. & Honor. AA. ad Populum.

Originarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate, nulla census auctoritate excolari præcipimus: sed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam sunt elicita, domino, vel fundo esse reddendos.

De receptatoribus.

XII. Iidem AA. Florentio.

Servos [28], vel tributarios [29], vel inquilinos [30], apud dominos suos volumus remanere. Nam cum [31] meru damni deterritus unusquisque eum, quem incognitum habuerit, à se cœperit propulsare: voluntas fugiendi servis non erit. Nemo enim dominum suum deseret, sciens nunquam sibi latendi locum esse derelictum: sed aut cognitum sibi ingenuum unusquisque suscipiet: aut eum qui se liberum esse simulaverit, à se submovebit metuens his quæ statuta sunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitivis apud quemlibet fuerit repertus [32], duodecim libras argenti fisco nostro inferat detentator: ipsi autem cujus fuerit, præter eundem fugitivum, alterum etiam ejusdem æstimationis inferre decetnimus.

De liberis colonarum, vel inquilinorum. 1. De colonorum translatione.

XIII. Iidem AA. Vincentio P. P.

Definimus, ut inter inquilinos colonosve (quorum quantum ad originem pertinet vindicandam, indiscreta eademque pene [33] videtur esse conditio, licet sit discrimen in nomine) suscepti liberi, vel utroque, vel neutro [34] parente censito statum paternæ conditionis agnoscant. §. 1. Illud etiam servandum est, ut si quando utriusque fundi idem dominus de possessione rescripta cultoribus, ad eam coloniam quæ laborabat tenuitate, colonos transtulerit, iidemque fundi ad diversorum jura dominorum, qualibet sorte transierint, maneat quidem facta translatio, sed ita ut prædii ejus dominus, à quo coloni probantur fuisse traducti, translatorum agnationem restituat. Datum III. Id. Jun. Stilichone & Aureliano Conss. 400.

De fugitivis.

XIV. Iidem AA. Vincentio P. P. Galliarum post alia [35].

Si coloni, quos bona fide quisque possidet, ad alios fugæ vitio transeuntes, necessitatem propriæ conditionis declinare tentaverint, bonæ [36] fidei possessori primum oportet celeri reformatione succurri: & tunc [37] causas originis & proprietatis agitari [38]. Dat. IV. Id. Jul. *Mediolani*, Stilichone, & [39] Anthemio Conss. 400.

De fiscalibus debitis.

XV. Impp. Honorius & Theodosius AA. Probo.

Colonos [40] nunquam fiscalium nomine debitorum ullius exactoris [41] pulset interitio: quos ita glebis [42] inhærere præcipimus, ut nec puncto [43] quidem temporis debeant amoveri.

De colona quæ se junxit ingenuo libero.

XVI. Iidem AA. Palladio.

Mulier [44] quæ fuisse originaria docebitur, si cujuscunque liberi hominis secuta consortium, in urbibus, vel in quibuscunque locis victura constiterit, ejus omnem [45] sobolem secundum vetera constituta conveniet revocari. Dat. VI. Kalend. Jul. *Ravennæ*, Maximo, & Plinta Conss. 419.

Præjudicium possessioni per colonum fieri non potest.

XVII. Iidem AA. Joanni P. P.

Et colonum præjudicium possessionis invito, vel inscio domino imponi non posse, & jure & legum auctoritate declaratur. Dat. Id. Jul. *Ravennæ*, Honorio XIII. & Theod. X. AA. Conss. 422.

De adscriptitiis, & acquisitis possessione triginta annos.

Αὐτοκράτωρ Ἀνάστασιος.

XVIII. [46] Imp. Anastasius.

Τῶν γεωργῶν οἱ μὲ ἐναπογράφοι εἰσὶ, καὶ τὸν τόπον πεπαίλασι τοῖς ἐκατὸν ἔτεσι, οἱ ἢ χρόνῳ ἢ τεσσαρακονταετίας μισθῷ ἐπὶ γῆς ἐλλόγως μένοντες μὴ πρὸς ἡσύχιον αὐτὸν, καὶ ὅτι ἢ ἀναγραφὴ καὶ τὰ τέλη γίνεται γεωργεῖ, καὶ τὰ τέλη παρέχουσι. τοῦτ' ἢ καὶ διατηρεῖν καὶ τοὺς γεωργοὺς ἀνελλιπεῖς.

Agricolarum [47] alii quidem sunt adscriptitii [48], & eorum peculia dominis competunt: alii vero tempore annorum [49] triginta coloni fiunt, liberati [50] manentes cum rebus suis: & ii etiam coguntur terram colere, & canonem præstare. Hoc & domino, & agricolis utilius est.

De militia, & apparitoribus.

XIX. Impp. Theod. & Valent. AA. Probo P. P.

Colonos nulla ratione ad ullum quamvis humilioris militiæ [51] locum sinimus admitti: Sed nec apparitores Magistratus potestatis, censibus [52] adscriptos probari concedimus: quia in hac parte, & dominorum [53] juri, & publicæ consulimus honestati.

Si de terra dominio dubitetur, & locatio negetur.

XX. Imp. Justinianus A. Demostheni P. P.

Litibus imponentes celeritatem, sancimus, si quando coloni cujuscunque conditionis contra dominos terræ declamaverint, super hoc ipso dubitantes, utrum is terræ dominus est, necne: an ipsi coloni dominium fuæ terræ possident (eos tamen dicimus, qui non ex longo prolixoque tempore, vel longinqua, & inveterata redituum [54] susceptione sufficientem habent cautelam: in quibus casibus ne contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præscriptione, vel reditui frequentissima consequentia [55], colonorum impetum [56] excludente) talem esse super reditu, vel publicarum functionum præstatione formam censemus, ut si tales coloni, quales prædiximus, idoneum fidejussorem [57] totius summæ, quæ ab his dependitur, præstiterint, quod omnes reditus sine ulla procrastinatione, si melior causa dominorum judicetur, eis restituent, & talis fidejussor per triennium accipiatur, eoque impleto iterum removeatur [58]: coloni in medio nullo modo super reditibus à dominis inquietentur. §. 1. Si autem hoc coloni minime facere voluerint vel potuerint: tunc iidem reditus per officium judicis annui exigantur per solita tempora, in quæ etiam dominis dependebantur, & deponantur [59] in ædc [60] sacra, vel [61] in *xenodochio* [62] civitatis, sub qua possessio sita est: vel si localis ecclesia ad susceptionem pecuniarum idonea non sit, in metropolitana ecclesia remaneant cum omni cautela: & post plenissimam definitionem, vel dominis dentur, vel colonis restituantur. §. 2. Sin autem reditus non in auro, sed in speciebus inferuntur [63], vel in totum, vel in partem [64]: iterum [65] per officium judicis fructus vendantur, & pretia eorum secundum prædictum modum deponantur. §. 3. Hæc de reditibus definientes, ad publicas transeamus functiones. Et si quidem coloni more solito eas dependebant [66], ipsi maneant in pristina consuetudine, nullo prædicto dominis generando, qui etiam [67] quiescentibus colonis, & non contradicentibus, ad publicum tributarias functiones minime inferebant. Sin autem moris erat dominos totam summam accipere, & ex ea partem quidem in publicas vertere functiones: partem autem in suos reditus [68] habere: tunc fiquidem fidejussor à colonis detur, eundem fidejussorem dominis sine prædictio litis tantam summam inferre, quantam tributa publica faciunt, ut à dominis publicis rationibus persolvatur: nullo ex hoc colonis prædicio generando, super reditibus enim domini fidejussione fiant contenti.

§. 4. Sin autem fidejussione [69] cessante ad sequestrationem res veniant, & pecuniæ deponantur [70]: ex earum summa tantam [71] judices separare, quanta ad publicas sufficiat [72] functiones, & eam dispositionem dominum accipere: quatenus ipse eam persolvens, publicas accipiat securitates: reliqua quantitate, quæ in reditus puros [73] remanet, in tuto collocanda, & litis terminum expectante: nullo prædicio, sive colonis, sive dominis post sequestrum lata. *Dott. in d. §. ult.* Quid in sequestro ut summaria cognitio, ita citatio partis, vel alius ordo judiciarius exigitur: propter suspicionem videlicet fugæ reique amittendæ. *Bald. in d. §. ult. Paner. d. c. 2. arg. l. ait prætor 10. §. si debitorem 16. ff. quæ in fraudem.* vid. *Bald. decis. 240.*

1 Dominus pro colono, vel adscriptitio convenitur non potest. *l. 21. ff. de adquir. adde quæ scripsi de claritatione ad l. 13. ff. de consul. app. desertis, & in authentica hodie 12, T. ne filius pro patre.*

2 Coloni reditus exactos & pensiones dominо terræ præstant in pecunia, vel in speciebus pro solo, *l. 8. C. 10. T. penult. T. sed.*

3 *Id est, ἀγοράζειν. Cujac.*

4 Vendi originarios, & censiti servi ablegata terra non possunt. Reipublicæ enim interest, ut censiti terræ suæ adhæreant. *adde l. 112. ff. de legatis 1.*

5 Censiti, & rustici ab originariis differentia.

6 Vide *leg. 13. T. colon.*

7 Illusio.

8 Originarios.

9 Agnitum.

10 Emptio confirmabilis absque terra, parva est præstare amittere. Similis pœna in eo qui prædium dominium emit dempto canone. *adde leg. 7. T. de fundo rei privatæ. Quid: quibus casibus emptor prætium amittat, vel pretium emit: venditori an fisco? Sic. Arimef. lect. & l. penult. T. de rejudicanda.*

11 Dic. *ad l. 11. T. de præscript. 30. Annor.*

12 Imo non est submota in mandata. *l. 3. ff. de divers. & temporal. præscript.*

13 Præsumitur mala fide possidere, qui contra legem interdictam mercatur. *l. 27. ff. de regulis cap. 2. Bar. ad de regulis ff.*

14 Mala fide.

15 Noverant, al. nouerarent.

16 Vid. *l. 5. T. sed.*

17 Qui.

18 Solet.

19 *Al.* Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. ad Populum.

20 *C. Theod. 13. 10. 7.*

21 Si quis cuicunque donaverit immunitatem, nihilominus contribuere cogitur. *Bynkersh. Resp. lib. 4. cap. 28. 30. 31. 1. 2. 8. vide l. 1. T. de immunitate veteris concessa.*

22 Vide quæ scripsi ad *l. 17 ff. de inspic. Sic in Cod. Theod. Cont. Encaria, legit Adrian.*

23 Aut.

24 Jus unius.

25 Comagenensium & Amasenensium. *Adrian.*

26 *De Adriana Strabonem; al. Adrianense.*

27 *Al. Amasiensium Helle-Ponti, & Helenopolitanorum. al. Armeniacorum.* vide hic *Cujac.*

28 Agricolarum tria genera, servi, tributarii, inquilini, ut hic: servi autem hi plane & censibus adscripti. *l. 3. l. 7. T. sed.*

29 Tributarii hic, adscriptitii.

30 Inquilini hic, colonі. *l. 18. T. sed. Salmasius 3. de possessionibus 4. Wesenb. Paratit. de colonis num.*

31 Adde *leg. 20. ff. de verborum.*

32 Vide quæ notavi ad *leg. 6. T. de servis fugitivis.*

33 Pene, sed male.

34 Alterutro.

35 *Cod. Theod. 4. 22. 1.*

36 Vid. *l. 1. §. 3. ff. ubi possidetur.* Goth. Adde Menoch. *de recup. poss. remedio 10. n. 1.*

37 Vide quæ notavi ad *l. 130. §. 1. ff. de regulis juris*: vide *Tyrannium ad cap. dolo fecit, de regulis juris in 6.*

38 Quæ hic detracta sunt à *C. Th.*

39 Al. *Aureliani.*

40 *l. 4. in princ. T. cod.*

41 Exactionis.

42 *l. 23. §. cum autem Auctuarium. §. verumtamen T. cod. leg. unica T. de colonis Palæstinis. l. unica T. de colonis Thracensibus. l. unica T. de colonis Illyricianis, Novell. 17. cap. 14.*

43 Punctum hic accipe pro momento. Puncto aut momento temporis coloni longius abduci non debent. adde de momento Cuiacium *cap. 1. de præscript.*

44 *l. unica, vers. Itaque mulierem. C. Theod. de ingenuis, lib. 5. tit. 10.*

45 *l. 21. T. sed.*

46 Hanc legem *Græcam & Latinam edidit Cujac. cujus numeris fic in l. 24. & ad Basilicas lib. de temporibus.*

47 Agricolarum alii adscriptitii, alii coloni.

48 Vide quæ scripsi ad *l. ult. T. ut nemo pro marito.*

49 Vide quæ scripsi ad *leg. 2. T. in quibus causis colonі.* Colonі triginta annorum possessione adquirunt.

50 Coloni liberi, ut hic, & *l. 1. T. de prædiis tamiacis*, adscripitii non item. *T. sed.*

51 Militia colonis interdicta, adde *l. 3. T. qui militare possunt.*

52 Id est, libris censualibus.

53 Adscriptitiorum peculia sunt dominorum. *l. 21. in fin. T. sed.*

54 *l. si certis annis l. 28. T. de pactis.* vide Molinæum de usuris *quæst. 20. numero 207.* Goth. Adde Goedd. *de sequestrat. cap. 1. num. 111. & cap. 2. num. 33. & seq.* Zangor. *de except. part. 3. c. 2. n. 181. Aut.*

55 Reditum diuturna & continua præstatio possessionem confirmat, & vim longi temporis præscriptionis habet, vid. *l. cum de in rem 6. ff. de usur.*

56 Impetus.

57 Sequestrum fieri impedit, qui satisdationem offert, *ut hic. ff. l. ult. Cod. de ordine cognitionum, l. si fidejussor 7. in fin. ff. qui satisdare. Cuj. in l. 1. T. de probationibus sequestrat.* sic tamen ut in satisdatione promittatur de restituenda re sine procrastinatione aliqua (exceptis certis casibus, *Clement. 1. de sequestrat. possessionum, Panorm. c. 2. extr. vol.*) Eadem ratione sequestrum impeditur per contumacians impetrantis sequestrum: veluti si litem persequi negligat. *l. si quis 9. §. si autem 3. ff. de dolo.* ut & sententiæ. *Bald. in d. §. ult. Paner. d. c. 2. arg. l. ait prætor 16. §. si debitorem 16. ff. quæ in fraudem.* vid. *Bald. decis. 240.*

58 Renovetur. 59 Ubi non est satisdatione: *l. 16. in fin. ff. de usf. præsidii, l. 7. in fin. ff. qui satisdare.* 60 Ædem sacram. 61 Id est. 62 De Chimelia & Chimeliarchis, vide quæ scripsi ad *Novell. 40. §. 1. & 161. l. ult. §. ult. §. 1. T. de bonis authori. judicis possidendis, Panel. 4. cons. 6. §. 1.* 63 Inferantur. 64 Ex parte. 65 Interim. 66 Dependebant.

67 Et. 68 Suum reditum. 69 Fidejussore. 70 Al. additur *&c.* 71 Tanta.

72 Sufficiant. 73 Puri reditus, soluti à tributis, sic pura substantia quæ ære alieno soluta est. *l. 11. §. 1. C. de reputd.*

dominis ex hujusmodi fidejussione, vel sequestratione, vel publicarum functionum solutione: sed omni causa in suspenso manente, donec judicialis sententia, quæ de toto negotio procedit, omnem rem aperiat, & ostendat, quis dominus terræ constitutus est [1], & ad quem publicarum functionum securitas debet [2] in posterum fieri, seu reditus pervenire, vel permanere. Recitata septies [3] in novo consistorio palatii Justiniani. Dat. xv. Kal. Octobr. *Chalcedone*, Decio V. C. Cons. 529.

De natu ex adscriptitio, & serva, vel adscriptitia, & servo. Collatus servorum, & adscriptitiorum.

XXI. Idem A. ad Senatum.

Ne diutius dubiterur, si quis ex adscriptitia & libero, vel ex adscriptitia & servo, vel adscriptitio & ancilla fuisset editus, cujus status sit, vel quæ pejor fortuna sit, utrumne adscriptitia, an servilis: sancimus ea quidem, quæ in anteriotibus legibus cauta sunt pro tali progenie, quæ ex mulieribus adscriptitiis, & viris liberis progenita sit, in suo statu relinqui, & sic ut [4] adscriptitia proles ex tali copulatione procreata. Si quis autem, vel ex servo & adscriptitia, vel ab ancilla & adscriptitio fuerit editus, matris suæ ventrem sequatur, & talis sit conditionis, qualis & genitrix fuit, sive ancilla, sive adscriptitia: quod hactenus in liberis tantum & servis observabatur. Quæ [5] enim differentia inter servos [6], & adscriptitios intelligatur, cum utique in domini sui positus sit potestate, & possit servum cum [7] peculio [8] manumittere, & adscriptitium cum terra dominio suo expellere?

De probationibus. 1. De præscriptione XXX. *vel* XL. *annorum.*

XXII. Idem A. Juliano [9] P. P.

Cum scimus nostra jura nolle [10] præjudicia generare cuiquam circa conditionem, neque ex confessionibus, neque ex scriptura, nisi etiam ex aliis argumentis aliquod accesserit incrementum: sancimus solam confessionem [11], vel aliam quamcunque scripturam ad hoc minime sufficere: nec adscriptitiam conditionem cuiquam [12] inferre, sed debere hujusmodi scripturæ aliquod advenire adjutorium: quatenus, vel ex [13] publici census adscriptione, vel aliis legitimis modis talis scriptura adjuvetur. Melius etenim est in hujusmodi difficultatibus, & pluribus capitulis conditiones [14] ostendi: & non solis confessionibus neque scripturis homines forte liberos ad deteriorem derrahi fortunam. Sin autem est scriptura, & post [15] scripturam confessio, seu depositio (sine vi, & necessitate tamen) intervenerit (quid enim si conditionale [16] instrumentum, vel aliam chartulam, in qua scripsit [17] & [intimavit:] & intra acta deposuit sese colonum fuisse adscriptitium?) tunc ex utroque genere obligationis, id est, tam scripturæ, quam confessionis, vel depositionis, talem eum esse credendum, qualem se & scripsit, & inter acta deposuit.

§. 1. Illud quoque non inelegantur dubitabatur, *si coloni filius per triginta annorum curricula, vel sarsitan per quadraginta, seu ampliora adhuc vivente patre, & agriculturam peragente, ipse in libera conversatione* [18] *metabatur, & dominus terræ, quia per patrem ei satisfiebat* [19], *non etiam præsentiam ejus exigebat: an post obitum patris, vel postquam forte inutilis exsistat, & rure non idoneus, potest excusari filius tamquam libertate abutendo? & quod per multos annos neque agrum colui, neque aliquid colonariis operis celebravit, cum non posset dominus incusari propter suam desidiam, cui per patrem ejus amor, quod voluerat, accedebat*, in omnibus itaque hujusmodi speciebus satis acerbum nobis videtur, domino præjudicari [20] colonorum absentia [21], qui rure [22] nati, & postea absentes, per suos, vel patres, vel fratres, vel cognatos agriculturam peragebant: cum enim pars [23] quodammodo corporis ejus per cognationem in fundo [24] remanebat, non videtur neque abesse, neque peregrinari, neque in libertate morari. Maneat itaque domino jus inconcussum, & donec ejus, vel antiquitas, vel posteritas, vel cognatio in agrum remanet, ipse videatur ibi residisse. Dat. x. Kal. *Constantinop.* post Consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. 531.

1. *ad leg.* 12. *supra h. tit.*

2. *De adscriptitiis, vel colonis alienos non suscipiendis.*

XXIII. Idem A. Joanni [25] P. P.

Cum satis inhumanum est, terram, quæ ab initio adscriptitios [26] habebat, suis quodammodo membris defraudari, & colonos in aliis [27] terris demorantes, dominos terræ maximis damnis afficere, censemus, quemadmodum in curialium condition nemo ex temporali cursu libetatur: ita nec adscriptitiæ conditioni suppositus, ex annalibus curriculis quantacunque emanaverint, vel quascunque prolixa [28] negotiatione aliquis sibi vindicet libertatem: sed remaneat adscriptitius, & inhæreat terræ: & si se celaverit, vel separare se conatus fuerit, secundum exemplum servi fugitivi sese diutinis [29] infidiis furati intelligatur: & sit suppositus tna cum omni sobole sua (etsi in alia terra eam fecerit) hujusmodi fortunæ, & capitali [30] illationi: nulla liberatione ei penitus competente. §. 1. Cum autem Anastasiana [31] lex *homines, qui* [per [32]] *triginta* [33] *annos colonaria detenti sunt conditione, voluerit liberos quidem permanere: non* [34] *autem habere facultatem terra derelicta in alia loca migrare*: & ex hoc quærebatur, *si etiam liberi eorum cujuscunque sexus, licet non per triginta annos fuerint* [35] *in fundis, vel vicis, deberent colonaria esse conditionis, aut* [36] *tantummodo genitor eorum, qui per triginta annos hujusmodi conditioni alligatus esset?* sancimus liberos colonorum esse quidem in perpetuum secundum præfatam legem liberos, & nulla deterioti conditione prægravari: non autem habere licentiam relicto suo rure ad aliud migrare, sed semper terræ inhærent, quam semel colendam patres eorum susceperunt. †. Caveant autem possessionum domini, in quibus rales coloni constituti sunt, aliquam innovationem, vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit, & per judicem pronuntiatum, ipse provinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat & læsionem (si qua subsecuta est) eis resarcire, & [sic] veterem consuetudinem in reditibus [37] præstandis eis observare: nulla nec tunc licentia concedenda colonis fundum, ubi commorantur, relinquere [38]: & hoc tam in ipsis colonis, quam in sobole eorum, qualiscunque sexus, vel ætatis sit, sancimus, ut & ipsa semel in fundo nata, remaneat in possessione subeisdem modis, eidemque conditionibus, sub quibus etiam genitores ejus manere in alienis fundis definivimus. §. 2. Nemini autem liceat, vel adscriptitium, vel colonum alienum scienti, prudentique in suum rus [39] suscipere: sed & si bona fide eum susceperit, postea autem reperierit eum alienum esse constitutum, admonente domino, vel ipsius adscriptitii, vel terræ, & hoc faciente per se, vel per procuratorem suum, hunc restituere cum cum omni peculio, & sobole sua, & si hoc facere supersederit: omnis quidem temporis, quo apud eum remoratus est, publicas functiones, sive terrenas, sive annales [40] pro eo inferre compelletur: cura & provisione tam eminentissimæ præfecturæ, quam præsidis provinciæ: coarretur autem sic ad restitutionem ejus secundum veteres constitutiones, & pœnas in eis insertas.

De natu ex adscriptitio & libera.

XXIV. Idem A. Joanni [41] P. P.

Si qui adscriptitiæ [42] conditionis constituti, mulieres liberas quacunque mente, aut quacunque machinatione, sive scientibus, sive ignorantibus dominis sibi [43] uxores conjunxerint vel conjunxerint [44]: in sua libertate permanere, tam eos, quam prolem quæ ex his cognoscitur procreata, sancimus: illo procul dubio observando, ut si ex libero marito, & adscriptitia uxore partus fuerit editus: is maternæ [45] conditionis maculam, & non paternam sequatur libertatem, sed ne adscriptitii [46] putent sibi impunitum esse tale conamen, quod maxime verendum est, ne liberarum mulierum nuptiis ab his excogitatis hujusmodi hominum conditio decrescat: sancimus, si quid tale fuerit ab adscriptitio perpetratum, habere liberam potestatem dominum ejus sive per se, sive per præsidem provinciæ talem hominem moderata corrigere castigatione, & abstrahere à tali muliere, quod si neglexerit, sciat in suum damnum hujusmodi desidiam [47] reversuram.

magistro officiorum. 42 Adscriptitius olim erat ex adscriptitio & libera natus: hodie liber nascitur, *ut hic.* quod de illo intelligitur qui post hanc constitutionem nascituri, non ante. *Novell.* 21. 12. & 54. hodie colonus est, neque terram deserere potest. *Nov.* 162. adde *Nov.* 78. c. 3. & *Nov.* 117. c. 5. 43 Adscriptitio cum libera muliere, etiam si hoc sciat consentiatque dominus, connubium non est: ideoque recte à domino potest dirimi, *ut hic.* Deterior est in eo consitio adscriptitiorum, quam servorum, propter agriculturæ necessitatem. Nam servi si liberam duxerint in matrimonium, sciente vel consentiente domino, matrimonium non dirimitur. 44 *Justin. in Novell.* 54. ait hæc verba callide à quibusdam accepta, ideoque ea interpretatur in illa Nov. *Comites.* 45 *l.* 22. *T. eodem.* vide *Cujac.* 4. *observ.* 28. 46 *Conjunge l. unic. §. ult. de S. C. Claud. tit.* T. 47 Residiam.

40 Al. annonales, quasi *annonarias.* Cæterum, notarii. Animadvertendum autem hic ex hac lege C. *Theod. de collat. donator. non revocand. possit.* pecunia est pro aspre ἀσπρος enim dicitur in *l. ult. T. de annonis & tributis.* Ita Græci dicunt ἀσπρον ἀργύριον. *Suidas in l. ult. §. 1. ff. de muneribus.* Capita, capitationes, tributa capitis. Vide *Turneb. de liber. obstetr. cap.* prædia non imponantur, sed colonis & tributariis quæ in prædiis. & ita accipe legem *si minor 3. T. de adv. empt. l. ult. C. Theod. fine cognit.* & Sidonium in illo verso ad Majorianum: *tibi cavere ut verum, ne nolis nulla tria.* vid. *Cujac. in l. 1. adv.*

41 Al. Hermogenianum.

TIT. XLVIII.

DE CAPITATIONE[48] CIVIUM[49] CENSIBUS EXIMENDA.

1. Imp. Constantinus ad Eusebium U. P. Præsidem Lyciæ & Pamphiliæ [50].

Leges [51] urbanæ (sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur) minime in censibus pro capitatione sua conveniatur: sed juxta hanc jussionem nostram immunis habeatur [52]. Dat. Kal. Jun. Constant. A. III. & Licinio III. Conss. 313.

48 Capitatio est census capitis. *Goth.* De capitatione seu tributo quid in singulis capitis faciatur vid. Jamb. Bornit. *de arar. reddit. lib. 6. cap. 2.* & noviter Doct. de Narbona in *annal. jur. sub Anno* 14. §. 37. Ann.

49 Scil. Romanorum. 50 *Cod. Theod.* 13. 10. 2. 51 Capitationem plebs urbana non præstat, *ut hic*, sed nec metrocomitæ. *l. penult. T. de exactorib. tribut.* Coloni capitationem præstant. *l. 13. §. ult. rusticani ad ullum obsq.* exceptis Thracensibus, Illyricanis, & ecclesiæ Tusculanensis colonis, dixi ad *l. 1. 1.* 52 Detracta sunt quædam e *C. Theod.*

TIT. XLIX.

IN QUIBUS CAUSIS COLONI CENSITI[53] DOMINOS ACCUSARE POSSINT.

1. Imp. Constantinus A. ad Maximum Vic. Orient.

Quisquis colonus plus à domino exigitur, quam ante consueverat, & quam in anterioribus temporibus exactum est, adeat Judicem, cujus primum poterit habere præsentiam, & facinus comprobet: ut ille qui convincitur amplius postulare, quam accipere consueverat, hoc facere in posterum prohibeatur: prius reddito quod superexactione perpetrata noscitur [54] extorsisse.

Coloni censiti, licet respectu aliorum sint liberi, tamen quod ad personas dominorum quibus tributa præstant, quadam servitute tenentur adstricti.

II. Impp. Arcadius & Honorius AA. Nebridio Comiti Afric.

Coloni censibus [55] duntaxat adscripti [56], sicuti ab his [57] liberi sunt, quibus eos tributa [58] subjectos non faciunt; ita his quibus annuis functionibus, & debito conditionis obnoxii [59] sunt, pene est, ut quadam dediti servitute videantur [60]: quominus est ferendum, ut eos audeant lite pulsare, à quibus ipsos, utpote dominis, una cum possessionibus distrahi posse non dubium est: quam de cetero licentiam submovemus: ne quis audeat domini nomen in judicio lacessere: & cujus ipsi sunt, ejusdem omnia sua esse cognoscant. Cum enim sæpissime decretum sit, ne quid de peculio suo cuiquam colonorum ignorante domino prædii, aut vendere, aut alio modo alienare liceret: quemadmodum contra ejus personam æquo poterit jure consistere, quem nec propria quidem leges sui juris habere voluerunt, & acquirendi tantum, non etiam transferendi potestate permissa, domino, & acquirere, & habere voluerunt? Sed ut in causis civilibus hujusmodi hominum generi adversus dominos, vel patronos aditum intercludimus, & vocem [61] negamus (exceptis superexactionibus, in quibus retro principes facultarem eis super hoc interpellandi præbuerunt) ita in criminum accusatione, quæ [62] publica est, non admittur eis propter suam suorumque injuriam experiundi licentia.

53 Al. capite censiti.

54 Dignoscitur. 55 Censu hic, & libri censuales. *l. 1. T. de agricolis. l. 11. T. de agricolis. l. 22. T. de agricolis.* 56 Adscripti censibus, *l. 15. T. de agric. & censit. Cens. l. de remissis. l. 8. quæ provinciæ. 20. T. de episcopis.* Sunt adscripti: de quibus mox dicemus. 57 Al. *simul ut liberis.*

58 Tributarii hi censiti, seu capite censiti. *l. 2. C. de fi. cognor. mancipior.* censibus obnoxii. *l. 1. T. de nummis.* adscriptitii, quasi adscripti censibus. *T. ad. terra adscriptos Graeci* ἐπιγραφικοὺς καὶ ἐπιγραπτοὺς καὶ ἐπιγραφικοὺς. 59 Vid. *Leon. T. de tabular Neraniis.*

60 Ut quidam debiti servitute videntur adstricti. Quo, &c.

61 Vox est certa in loco negativo sit, eidem vocem id est, suffragium in judicio negat colligit Carleton *singulari Actionum Rarum censetur.*

62 Accusatio criminum publica est.

TIT. L.

DE COLONIS PALÆSTINIS.

Coloni Palæstini non possunt à terra recedere sicut alii: & eorum dominis datur revocandi plena potestas. Bart.

1. Imppp. Valent. Theodos. & Arcad. AAA. Cynegio [63] P. P.

Cum per alias provincias, quæ subjacent nostræ serenitatis imperio, lex à majoribus constituta, colonos quodam æternitatis [64] jure detineat, ita ut [65] illis non liceat ex his locis, quorum fructu [66] relevantur, abscedere: nec ea deserere, quæ semel colenda susceperunt, neque id Palæstinæ provinciæ possessoribus [67] suffragetur: sancimus, ut etiam [68] per Palæstinam nullus omnino colonorum suo jure velut vagus, ac liber exulret, sed exemplo aliarum provinciarum ita domino fundi teneatur, ut sine pœna suscipientis non possit abscedere: addito eo, ut possessionis [69] domino revocandi ejus plena tribuatur auctoritas.

63 Al. *civibus.*

64 Coloni temporalitatis quodam jure additi loco ejus quorum reditibus sublevantur.

65 Vid. *l. 15. T. de agric. & censit.*

66 Colon. fructus ex fundo colonario sibi maxime percipient.

67 Possessoribus.

68 Colon. etiam in Palæstina à possessionum domino revocari possunt.

69 Colonus non est dominus fundi, sed ejus dominus.

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

TIT. LI.

DE COLONIS THRACENSIBUS.

Thracenſes capitationis tributa non præſtant, ſed tributa terræ. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Rufino P. P.

PLenæ universam diœceſim Thraciarum [2] ſublato in perpetuum humanæ capitationis cenſu, jugatio [3] tantum terrena ſolvatur. Et ne fonte colonis tributariæ ſortis nexibus abſoluti, vagandi [5], & quo libuerit, recedendi facultas permiſſa videatur, ipſi quidem originario jure teneantur: & licet conditione [6] videantur ingenui, ſervi tamen terræ ipſius, cui nati ſunt, exiſtimentur: nec recedendi [7] quo velint, aut permutandi loca habeant facultatem, ſed poſſeſſores [8] eorum jure utantur, & patroni [9] ſolicitudine, & domini [8] poteſtate. Si quis vero alienum colonum ſuſcipiendum, retinendumve crediderit: duas auri libras ei cogatur exolvere, cujus agros transfuga cultore vacuaverit [9]: ita ut eundem cum omni peculio ſuo, & agnatione reſtituat.

1 Capitalemque tributum præſtant coloni Thracenſes, ut nec Illyriani, &c. leg. 2. *ſ. ſimil. poſtea.* plura de quæ ſcripſi *l. 1. T. ne reſpiciant*, &c.

2 Jugatio terrena & capitationis humanæ cauſa differt. Capitationem autem paulo poſt vocat tributariam factum.

3 Colonus ragatus & quo libuerit, recedendi facultas non eſt. *l. 15. T. de agricolis.*

4 Coloni conditionis ingenuæ, ſervi tamen terræ ſunt.

5 Reſcindi.

6 Coloni poſſidentur a patronis ſuis & dominis. 7 Coloni patronum habent. 8 Coloni dominum habent, *ut hic*, aut potius terra ipſa, coloni domina. 9 Al. *colere exacuerit.*

TIT. LII.

DE COLONIS ILLYRICANIS [10].

Coloni Illyricani origine, à terra ſe ſeparare non poſſunt. Bart.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Probum P. P.

COLONOS, inquilinoſque per Illyricum [11], vicinaſque regiones, abeundi rare, in quo eos originis [12] agnatio nilque merito certum eſt immorari, licentiam habere non poſſe cenſemus. Inſerviant terris non tributario nexu, ſed nomine, & titulo colonorum: ita ut ſi abſceſſerint, & ad alium tranſierint, revocati, vinculis, pœniſque ſubdantur: maneatque eos pœna, qui alienum, & incognitum recipiendum eſſe duxerint: tam in redhibitione operarum, & damni, quod locis, quæ deſeruerant, factum eſt: quam multæ [13], cujus modum in auctoritate Judicis collocaſſe monſtrabitur, pro qualitate peccati coërcitionem ſubire cogatur: nec ſit ignorantiæ locus, cum ad criminis rationem ſolum illud ſufficiat, quod incognitum ſibi tenuit. Servum etiam in memoratis regionibus ſi quis receperit [14], ignorationis excuſatione ſublata, quadrupli pœna teneatur, operarum præterea compendiis, damniſque præſtitis. In libertis etiam, quos pari uſurpatione ſuſceperit, is modus ſit, quem circa liberos colonos duximus retinendum. Dat. III. Id. Jul. GRATIANO A. II. & PROBO CONSS.

10 Illyricanis, al. *Illyriani.*

11 Capitationem non præſtant coloni Illyricani, ut *ſup.* vide plura ad *l. 1. T. ne reſpiciant*, ubi dixi.

12 Coloni originis & agnationis merito in fundis ipſis & agris immanentur.

13 Id ſpeciale hoc caſu, aliud jus in aliis eſt. *l. 4. §. quod ſi ſervus T. de ſervo fugitivo.*

14 *Arg. alim. T. de quæſt. libertorum.*

TIT. LIII.

UT NEMO AD SUUM PATROCINIUM SUSCIPIAT RUSTICANOS, VEL VICOS EORUM.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato [15] P. P.

SI [16] quis [17] poſt hanc noſtri numinis [18] ſanctionem, in fraudem, circumſcriptionemque publicæ functionis, ad patrocinium [19] cujuſcunque conditionis confugerit: id, quod hujus rei gratia geritur ſub prætextu donationis, vel venditionis, ſeu conductionis, aut cujuſlibet alterius contractus, nullam habeat firmitatem: tabellionibus [20], qui talia inſtrumenta conſcribere auſi ſunt, bonorum proſcriptione plectendis: qui tamen ſcientes auſi fuerint hujuſmodi inſtrumenta conſcribere: vicis [21] etiam, vel poſſeſſionibus ad patrocinia confugientium, publico vindicandis. Hæ autem perſonæ, quæ contra publicam utilitatem in clientelam [22] ſuſcepiſſe collatores detectæ fuerint, nobiliores quidem centum auri librarum condemnationem ſubire cogentur: mediocris vero fortunæ facultatum ſuarum amiſſione plectentur: eadem pœna multandis etiam his, qui intercedentes miniſterium ſuum hujuſmodi nefariis actibus [23] improba mente præbuerint. Quam formam ex eo quidem tempore, quod ſacra conſtitutio à divæ memoriæ Martiano promulgata continet, id eſt, in [24] Thracia [25] quidem diœceſi ab hinc annis triginta, hoc eſt à conſulatu Ærii ſecundo, & Sigisbuldi: in Orientali [26] vero, & Ægyptiaca, & Pontica, & [27] Aſiana diœceſi, viginti ſex [28]: hoc eſt, à conſulatu Cyri valere, atque executioni mandari præcipimus. Dat. Kal. Sept. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

15 Orientis, al.

16 Si quis in fraudem fiſcalium aut patrociniis aliisve, ſub prætexta donationis, vel venditionis, vel tranſactionis, confugerit, quod factum eſt, nullam firmitatem habeat: tabellionibus qui inſtrumenta conficiunt, bonorum proſcriptione plectendis, & vico id commanente, ſimiliter fiſco vindicandis. Qui vero ſuſceperit, ſi locupleſ eſt, rescindi auri libras ſolvat: ſi inops, proſcribatur: eadem pœna multandis iis, qui hanc ad rem miniſterium ſuum præbuerint. *Synoſis Baſilicor. 9. ex lib. 56. tit. 3. cap. 1. Goth. Vid. Alciat. tit. Auct. Addit Cujac. ad lib. 2. inſt. tit. 8. §. 1. 2. Vari l. ult. T. de malefic. ſubſtitut.*

17 *Nemini*, vide *Fabrotum lib. 5. de privil. Dal.*

18 Patrocinii nomine quod præſtetur vere non poſſidetur. *Lud. T. de ſenatuſ. tribut.* vide *T. tit. ne liceat potent.*

19 Tabellionum publici contractuum ſcriptores. *l. 1. T. de cenſibus, l. 17. T. de fide inſtrum. & anteſ. l. 24. §. 3. T. de ſacroſanct. Eccleſ. ſeparata, Synopſis*, ut quæ ab eis conficiuntur [illegible] *ſuprema d. l. 17.*

20 Vicis etiam integer poteſt. 22 Clientes ſuſcepti. vide *Cujac. 8. obſerv. 14.* dixi *ad l. 3 ff. de uſis & habitatione.* 23 Artibus. 24 Vide *l. 2. T. de militari veſte.* 25 Thracia. 26 Orientis diviſus in provincias quinque *d. l. 2. Nov. 24.* 27 Et iterum. 28 Al. *viginti-octo, al. XXIX.* 29 Καμάτων. Nemo vicanis patrocinium pollicetur, nec agricolas ad clientelam ſuſcipiat, vel nomine reditnum promiſſione, vel alio lucro recepto. Quod ſi quis hanc tranſgrediatur, & ſuperdictis, pœnis ſubjacebit, & aliam præterea majorem præſtabit. *Synopſ. ibid. c. 2.*

30 Liberi tributarii & tributariæ matris conditionem ſequuntur, ſint in ejus dominio, qui matrem ipſam habet in poteſtate. 31 Liberi, ſervi & ancillæ diverſorum dominorum, cedunt matris domino.

TIT. LIV.

NE [32] RUSTICANI [33] AD ULLUM OBSEQUIUM DEVOCENTUR.

1. Id. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC.

NE [35] quis ex ruſticana plebe, quæ extra muros [36] poſita capitationem [37] ſuam detulit, & annonam congruam præſtat, ad aliam [38] aliud obſequium devocetur: neque à Rationali [39] noſtro mulanum fiſcalium, vel equorum miniſterium ſubire cogatur [40]. Sine die & conſule [41].

II. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. ad Probum P. P. Illyrici [42].

SI qui eorum, qui provinciarum Rectoribus obſequuntur, quique in diverſis agunt officiis principatus, & qui ſub quocunque prætextu publici muneris poſſunt eſſe terribiles, ruſticano cuipiam neceſſitatem obſequii, quaſi mancipio ſui juris imponant, aut ſervum ejus, vel ſorte bovem in uſus proprios, neceſſitateſque converterint [43], ablatis [44] omnibus facultatibus, perpetuo ſubjugentur exilio [45], & nihilominus ruſticanum, qui ſe in ejuſdem opera [46] ſponte propria detuliſſe deſponderit, par pœnæ ſeveritudo conſtringat. Dat. prid. Kal. Octobr. *Agrippinæ*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 365.

32 Ut.

33 De ruſticorum privilegiis vide Chopinum.

34 Exemplum rescripti DIOCLETIANI & MAXIMIANI AA. ad Cariſium, Cæſium.

35 *l. unic. T. de capitationc.* 36 Id eſt, *extra metrocomiæ* (ὑπερπυργίους vel *murorum*) rem quandam alienare, nulli eam extraneo vendat, ſed ejuſdem vici habitatori: Num quidquid ulteriorem agetur, invitum erit: nec quidquam, conſequetur emptor, niſi quod præſtiterit recipiet. *Synopſ. Baſil. 55. in fin. ubi imperatores non temperamenta magis mortuorum*: id eſt, de præſtatione in rebus iis, quæ ab habitatore metrocomiæ vendantur.

37 *Pars l. ult. T. de exuſtl. tribut.* 38 *l. 8. T. de exuſtl. tribut.* Cæterum interpretes quidam ad hunc locum referunt quæſtionem peregrinitatis, quæ Gallis Jus Albinagii dicitur. de quo vide *l. 11. T. de epiſc. & clericis. Bruſſorum 2. & 3. Not. G. ch. des lettres de Naturalité*, dixi *ad Auth. omnes peregrini. T. Communia de ſucceſſionibus.*

39 Attribuatur, 40 *Allum*, vicanis *ſui ſunt quotannis*, *de quib. vid. hic Cujac.* 41 Jus *repetundarum* datur comitatui, *ut hic*, non tamen ſocius. *l. dudum. 14. T. de contrab. empt.* 42 Eadem. 43 Emens vicani prædium non Vicaneus, precium recuperat, *ut hic*, non idem eſt in eo, qui cenſitum absque terra. *l. 7. T. de agricolis & cenſit.* vel qui dominicum prædium dempto canone comparat. hi enim pretium amittunt. *l. ult. T. de fundo rei privatæ.*

TIT. LVI.

UT NULLUS EX VICANEIS [46] PRO [47] ALIENIS VICANEORUM DEBITIS TENEATUR.

1. Imp. ZENO A.

GRAVE eſt [48] non ſolum legibus, verumetiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios moleſtari. Idcirco hujuſmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

46 Vicanis, *al. vicariis.*

47 De chirographo & jure Repreſentationis adde *l. 4. T. de execut. Novell. 51. l. 3. in fin. T. Ne uxor pro marito: Auth. Hodina T. Ne filius pro patre.*

48 *Hæc pertinet l. 2. de exuſt. C. Th. l. 4. T. de exuſt.*

TIT. LVII.

DE CENSIBUS [49] ET CENSITORIBUS ET PERÆQUATORIBUS, ET INSPECTORIBUS.

De colluſione & fraude tabulariorum.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum. [50]

QUONIAM tabularii [51] civitatum per colluſionem potentiorum ſarcinam [62] ad [63] inferiores transferunt: jubemus, ut quiſquis ſe gravatum probaverit, ſuam tantum priſtinam [64] profectionem agnoſcat. Dat. XV. Kalend. Februar. *Romæ*, CONSTANTINO A. II. & LICINIO CONSS. 313.

De pauperate ſimulata ſucceſſi vitibus, vel arboribus.

II. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P. P. [65].

QUiſquis [66] vitem ſucciderit [67], aut feracium ramorum fœtus vetaverit [68], quo declinet fidem cenſuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox detectus, competenti indignationi ſubjiciatur [69]: illo videlicet evitante [70] calumniam, qui ſorte detegitur laboraſſe pro copia, ac [pro 71] reparandis agrorum fœtibus, non ſterilitatem, aut inopiam procuraſſe. Datum prid. Non. Jun. *Conſtantinopoli*, EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratore ſubdulto, colonove fugato.

III. Iidem AAA. Cynegio P. P. [72]

SI peræquatore miſſo aliquis aut procuratorem ſuum retraxerit [73], aut colonum per [74] contumaciam retractionis [75] fugaverit: ad eum cenſuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius abſente peræquator appoſuerit, noſtræ ſanctionis auctoritate tenebitur. Dat. VI. Kal. April. *Conſtantinop.* HONOR. N. P. & EUDOXIO CONSS. 386.

Si defectorum prædiorum relevatio petatur.

IV. Imppp. THEODOSIUS, ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P. [76]

OMne territorium cenſeatur, quotiens defectorum levamen expoſcitur: ut [77] ſterilia [78], atque eterna [79], his, quæ culta, vel opima ſunt, compenſentur. Dat. III. Non. April. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. III. & ARUNDANTIO CONSS. 393.

De iniqua peræquatione.

V. Iidem AA. Rufino P. P. [80]

QUi [81] gravatos ſe eſſe à peræquatoribus [82] conqueruntur, & injuſto [83] onoti impares eſſe proclamant, competitionis habeant

37 Capitationem præſtant ruſticani plebeji, ſeu coloni, *ut hic*, exceptis Thracenſibus, & Illyricanis. *l. 1. T. de ea cui Thracenſium*, & Eccleſiæ Theſſalonicenſis. *l. 12. T. de annona & tributis.* Plebs urbana non penſitat, *l. 2. T. de extra ordinem cenſu exigendo.* Sed nec metrocomitæ. *l. ult. T. de exuſt. tribut.*

38 Nullum.

39 Rationabili.

40 Cogantur.

41 *Ita in mſſ.*

42 *C. Theod. 11. 11. 1.* 43 Multa his ſunt detracta a *C. Theod.* 44 Sublatis. 45 *Ultimum ſubjugetur exilio*, in *C. Theod.* ſed pœna immanitate eſt à compilatoribus. 46 Operas.

TIT. LV.

NON LICERE HABITATORIBUS METROCOMIÆ [47] LOCA SUA AD EXTRANEUM TRANSFERRE.

1. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicoſtrato P. P.

IN [48] illis [49], quæ *metrocomiæ* communi vocabulo nuncupantur, hoc adjiciendum neceſſario noſtra putavit humanitas, ut [50] nulli extraneo illic quoquo modo poſſidendi licentia tribuatur [51]: ſed ſi quis ex iiſdem vicariis [52] loca ſui juris alienare voluerit: non licere ei, niſi [53] ad habitatorem adſcriptum ejuſdem [54] metrocomiæ per qualemcunque contractum terrarum ſuarum dominium poſſeſſionemque transferre: ſciente perſona extranea, quod ſi contra vetitum ſe huic negotio immiſcere, vel illic poſſidere tentaverit: quicunque contractus initus fuerit, carebit effectu, & contractu ſoluto, ſi quid præſtitum eſt, hoc [55] tantum redderur. Dat. Kal. Septembr. ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

47 *Metrocomia* id inter vicos eſt, quod Metropolis inter urbes. Metropolis mater eſt urbium & provinciæ, Solino, Floro, Ammiano. Metrocomia vero mater eſt & caput vicorum: Ut urbes à capitatione immunes, ita & metrocomiæ, non etiam reliqui vici, *l. penult. T. de exuſt. tribut. l. 1. T. De ruſticani ad alienum obſeq.*

48 Si voluerit habitator metrocomiæ (ὑπερπυργίους vel *murorum*) rem quandam alienare, nulli eam extraneo vendat, ſed ejuſdem vici habitatori: Num quidquid ulteriorem agetur, invitum erit: nec quidquam, conſequetur emptor, niſi quod præſtiterit recipiet. *Synopſ. Baſil. 55. in fin.* ubi imperatores non temperamenta magis mortuorum: id eſt, de præſtatione in rebus iis, quæ ab habitatore metrocomiæ vendantur.

49 *Pars l. ult. T. de exuſtl. tribut.* 50 *l. 8. T. de exuſtl. tribut.* Cæterum interpretes quidam ad hunc locum referunt quæſtionem peregrinitatis, quæ Gallis Jus Albinagii dicitur. de quo vide *l. 11. T. de epiſc. & clericis. Bruſſorum 2. & 3. Not. G. ch. des lettres de Naturalité*, dixi *ad Auth. omnes peregrini. T. Communia de ſucceſſionibus.*

51 Attribuatur, 52 *Allum*, vicanis *ſui ſunt quotannis*, *de quib. vid. hic Cujac.* 53 Jus *repetundarum* datur comitatui, *ut hic*, non tamen ſocius. *l. dudum. 14. T. de contrab. empt.* 54 Eadem. 55 Emens vicani prædium non Vicaneus, precium recuperat, *ut hic*, non idem eſt in eo, qui cenſitum absque terra. *l. 7. T. de agricolis & cenſit.* vel qui dominicum prædium dempto canone comparat. hi enim pretium amittunt. *l. ult. T. de fundo rei privatæ.*

TIT. LVI.

UT NULLUS EX VICANEIS [46] PRO [47] ALIENIS VICANEORUM DEBITIS TENEATUR.

1. Imp. ZENO A.

GRAVE eſt [48] non ſolum legibus, verumetiam æquitati naturali contrarium pro alienis debitis alios moleſtari. Idcirco hujuſmodi iniquitates circa omnes vicaneos perpetrari modis omnibus prohibemus.

46 Vicanis, *al. vicariis.*

47 De chirographo & jure Repreſentationis adde *l. 4. T. de execut. Novell. 51. l. 3. in fin. T. Ne uxor pro marito: Auth. Hodina T. Ne filius pro patre.*

48 *Hæc pertinet l. 2. de exuſt. C. Th. l. 4. T. de exuſt.*

TIT. LVII.

DE CENSIBUS [49] ET CENSITORIBUS ET PERÆQUATORIBUS, ET INSPECTORIBUS.

De colluſione & fraude tabulariorum.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Populum. [50]

QUONIAM tabularii [51] civitatum per colluſionem potentiorum ſarcinam [62] ad [63] inferiores transferunt: jubemus, ut quiſquis ſe gravatum probaverit, ſuam tantum priſtinam [64] profectionem agnoſcat. Dat. XV. Kalend. Februar. *Romæ*, CONSTANTINO A. II. & LICINIO CONSS. 313.

De pauperate ſimulata ſucceſſi vitibus, vel arboribus.

II. Imppp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. Eutropio P. P. [65].

QUiſquis [66] vitem ſucciderit [67], aut feracium ramorum fœtus vetaverit [68], quo declinet fidem cenſuum, & mentiatur callidæ paupertatis ingenium, mox detectus, competenti indignationi ſubjiciatur [69]: illo videlicet evitante [70] calumniam, qui ſorte detegitur laboraſſe pro copia, ac [pro 71] reparandis agrorum fœtibus, non ſterilitatem, aut inopiam procuraſſe. Datum prid. Non. Jun. *Conſtantinopoli*, EUCHERIO & SYAGRIO CONSS. 381.

De procuratore ſubdulto, colonove fugato.

III. Iidem AAA. Cynegio P. P. [72]

SI peræquatore miſſo aliquis aut procuratorem ſuum retraxerit [73], aut colonum per [74] contumaciam retractionis [75] fugaverit: ad eum cenſuum modum, quem vel eo, vel procuratore illius abſente peræquator appoſuerit, noſtræ ſanctionis auctoritate tenebitur. Dat. VI. Kal. April. *Conſtantinop.* HONOR. N. P. & EUDOXIO CONSS. 386.

Si defectorum prædiorum relevatio petatur.

IV. Imppp. THEODOSIUS, ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P. [76]

OMne territorium cenſeatur, quotiens defectorum levamen expoſcitur: ut [77] ſterilia [78], atque eterna [79], his, quæ culta, vel opima ſunt, compenſentur. Dat. III. Non. April. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. III. & ARUNDANTIO CONSS. 393.

De iniqua peræquatione.

V. Iidem AA. Rufino P. P. [80]

QUi [81] gravatos ſe eſſe à peræquatoribus [82] conqueruntur, & injuſto [83] onoti impares eſſe proclamant, competitionis habeant

39 L. DXV. vid. *Molineum ad Conſuet. tit. de Cenſſ. &c.*

60 *C. Theod. 13. 10. 1.*

61 Tabularii civitatum potentioribus facile colludunt & potentiorum onera in eosdem per colluſionem transferunt.

62 *l. 5. T. cod.*

63 Ita Q. ad M. Ciceronem fratrem Aſiæ Proconſulem ſcribens, illud cum primis in eo laudat, quod effecerit, ut tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incolunt, tolerarentur æqualiter.

64 Cenſualis profeſſio non tantum teſtibus, ſed ex antiqua ſeu priore cenſuali poſſeſſione poteſt argui. *l. 1. T. de immunitate nomini immittenda:* & ita intelligo *l. 10. ff. de probationib.* Nam aliàs tabulæ cenſuales potiores ſunt teſtibus. *d. l. 10.*

65 *C. Theod. 13. 11. 1.*

66 *Si quis*, in *C. Theod.*

67 Aliud ſi mortuus ſint. *l. 4. §. 1. ff. cod.*

68 *C. Theod. Inſeruerit*, forte *amputaverit*, al. *exſeruerit. vid. l. 4. §. ſi quis ff. de cenſib.*

69 Immunis eſt

70 Vitante. 71 *Conf. à Cod. Theod. & quid. lib.* 72 *Cod. Theod. cod. tit. l. 2.* 73 *l. 4. §. ſi quis 10. ff. de cenſib.* 74 *Ad*, in *Cod. Theod.* 75 *Retractatione*, *C. Theod.* 76 *C. Theod. ad 3.* 77 Vid. *l. 4. §. ut. pron.* 78 *Squaſſosa* in *C. Theod.* al. *ſpinoſiora.* 79 *Jejuna* in *C. Theod.* Eterna prædia deſerta, ſterilia, *ut hic & ut. pron.* 80 *C. Theod. cod. 4.* 81 *l. 2. in pr. T. cod.* 82 Peræquatores ſunt, qui inſpectis prædiis cenſus æquabili ratione imponunt aut emendant. 83 Injuſto.

habeant facultatem: ut quid remissium gratia, quidve interceptum fuerit fraude, convincant, & ex eo levamen accipiant, quod per deformia, & criminosa commercia sibi impositum esse deplorant, ut aliis demeretur: Quod intra annum [1] post codicum oblationem, quo [2] videbitur, de injusto onere conqueratur, & iniquitatem peræquatoris accuset, ac præstitam gratiam habita compensatione [3] convincat: ut quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat [4], quem debitæ functioni [5] fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur: exceptis [6] minoribus, qui fuerint indefensi: his etiam, qui abfuerint [7] reipublicæ causa: qui tamen ex eo tempore, quæ sunt statuta custodient, ex quo ad agendum habuerint [8] facultatem. Dat. III. Kal. Decembr. *Constantinop.* DN. THEODOSIO A. III. & ABUNDANTIO V.C. CONSS. 393.

De negligentia vel gratia peræquatorum vel discussorum.

VI. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Eusebio P.P. [9]

PEræquatores [10] ac discussores [11] si incurrerint culpam negligentiæ, vel gratiæ, non solum bonorum [12] jacturam [13], verumetiam annonarum [14] in quadruplum [15] multam [16] subire debebunt: ea vero, quæ in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exolvere. Dat. IV. Kal. April. *Mediolan.* ARCADIO, & HONORIO III. AA. CONSS. 396.

De additione prædiorum desertorum.

VII. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Sebastiano Comiti primi ordinis [17].

APud [18] eum possessio firma permaneat, cui eam à peræquatore semel traditam fuisse constiterit: reliqua [19] vero temporis anteacti à novo domino fiscum pobulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subjacere dispendio. Si [20] quis vero privatus aut obligatam sibi possessionem, quæ deserta usque [21] nunc permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi jure confirmat: allegationes suas sine mora, vel per se, vel per aliam personam legibus ordinatam manifestare [22] debebit: ita ut æquitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio: is, qui à peræquatore eam susceperit, rei meliorata susceptis [23] subleveturus expensis. Verum ne sub specie litis donationes [24] semel constitutæ turbentur, sex [25] mensium spatium censemus debere servari: intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerceat [26] actiones. Quod si tempus adscriptum silentio fuerit interveniente transactum: nullum [27] penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis [ex] eo [28] tempore, quo peræquator prædium alicui addicit, de suo jure, vel per se, vel per homines suos non crediderit actitandum [29], sex [30] mensium curriculis evolutis, in perpetuum conquiescat. Dat. prid. Id. Mart. *Ravennæ*, HONORIO XI. & CONSTANTIO II. CONSS. 417.

1 Qui se gravatum dicit a censitore, vel peræquatore, ea de re quæsti & agere potest intra annum, non post annum. *Eustathius lib. de temporib. c. de anno.*
2 *Cui in C. Theod.*
3 Al. *compensatione in C. Theod.*
4 Agnoscat.
5 *Functionis.*
6 *Sequestratæ*, in C. Theod.
7 *Absentarunt*, al. *abierunt.*
8 Habere potuerint.
9 C. Theod. 7.
10 Peræquatores ἐφορικοὶ, discussores, ἀναγνῶσται. *Symps. Basil. 56. tit. 14. cap. 1. §. 6.*
11 Quædam hic sunt omissa à C. Th.
12 *Horum*, in C. Theod. & var. quib. lib. quod magis probat Cujac. Græcorum auctoritate.
13 Quæ & emolumenta. *L. 11. T. de annonis & tributis.*
14 *L. 1. T. de dispensatione.*
15 Imo in duplum, *l. 7. T. de exactoribus.*
16 *Multæ*, in C. Theod.
17 C. Theod. *end. l. pen.* cujus hic omissum est initium.
18 Vid. *l. 2. in fin. T. de omni agro deserto.*
19 Ἀναλῶσις Græcis dicuntur. *Syn. Basil.* Qui à fisco auctionante rem comparat, pretium tantum præstat, non reliqua, *ut hic, & l. 6. in fin. T. de fide & jure hastæ fiscalis, l. 2. T. de familia rei privatæ.* olim jus id non erat. *Prædia 3. ff. de jure fisci.* Verum cum id plerique refugientes nollent à fisco emere, facilius inveniendi emptoris causa ab Imperatoribus Valentiniano & Valente id remissum. *l. 1. C. Theod. de fidejuss. creditor.* In privatis auctionibus emptor reliqua etiam præstat. *l. Imperatores. 7. ff. de publicanis ut T. sine cessu.* 20 Qui possessionem à peræquatore traditam, velut obligatam sibi evincit, expensas meliorationis solvere debet: intra hæc menses actionem sibi competentem instituere. *Synops. ibid.* adde *l. 11. in fin. T. de omni agro deserto.* 21 *Hactenus*, in C. Theod. 22 *Apud Sanctabilitatem tuam publicare*, in C. Theod.
23 *Receptis*, in C. Theod. 24 *Dominationes, in vetus. lib. manusc. id est, dominia*, in C. Theod.
25 *Decem*, in C. Theod. dixi ad *l. locorum 11. T. de omni agro deserto.* 26 *Exerat*, in C. Theod.
27 De exceptione litis finitæ, vid. Rebuff. *tract. de exceptionib. num. 600. & 606.* 28 *Absit à C. Theod. & quibusd. manuscr.* 29 Actitatum. 30 *Decem*, in C. Theod.

TIT. LVIII.

DE OMNI AGRO DESERTO ET QUANDO STERILES FERTILIBUS IMPONUNTUR.

Prædia deserta decurionibus loci, cui subsunt, assignari debent, cum immunitate triennii. Bart.

I. Imp. CONSTANTINUS A. Campesi.

CUm Divus Aurelianus parens noster civitatum ordines pro desertis possessionibus jusserit conveniri, & pro his fundis, qui invenire dominos non potuerunt, quos præceperamus earumdem possessionum triennii immunitate percepta de solennibus satisfacere, servato hoc tenore præcipimus, ut si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones ordines minus idoneos esse; eorundem agrorum onera [31] possessionibus & territoriis dividantur accepta [32].

Possidens fundos steriles & fertiles tributa; ideo, si alienat fertiles, & ab hoc efficitur non solvendo, tenetur ad tributa fertilium & sterilium empt.

II. Idem A. [33].

SI quis ab emphyteuticario seu patrimoniali possessore privati juris quippiam comparaverit, cujus substantia alias possessiones sustentare consueverat [34], & succisis quasi quarundam virium nervis, reliqua labuntur: earum possessionum onera subiturus est, quæ penes distractorem [35] [inopem [36]] inutiles permanebunt. Dat. Id. Decemb. *Thessal.* FELICIANO & TIT. CONSS. 337.

Accipientes prædia deserta cum immunitate triennii, debent cavere idonee, quod dicta prædia non relinquent cum damno reipublicæ. Bart.

III. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. ad Mamertium P.P. [37]

QUicunque deserta prædia meruerint sub certa immunitate, ad possessionem impetratorum non prius finantur accedere, quam vel fidejussoribus idoneis periculo curialium datis, vel fundis patrimonii sui maxime utilibus obligatis, idonea cautione firmaverint susceptam [à se] possessionem nullo detrimento publico relinquendam.

Scriptus hæres à tributario debitore, etiam unus fundorum sterilium agnoscere cogitur. Bart.

IV. Iidem AA. & GRAT. A. ad Cresconium Vic. Afric. [38]

HÆredes scripti etiam pro [38] minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere: vel si renunciandum hereditati putent, cedant his omnibus [39] rebus, quas ex iisdem bonis quocunque titulo & jure perceperint. Dat. IV. Jul. *Constantiæ*, GRAT. A. II. & PROBO CONSS. 337.

Possidens prædia sterilia & fertilia, non potest renunciare sterilibus & fertilia retinere. Bart.

V. [40] Impp. VALENTIN. & THEODOSIUS AA.

QUi utilia [41] Reipubl. loca possident permixtione facta etiam deserta [42] suscipiant: ut si earum partium graventur accessu, quas antea per fastidium reliquerunt, cedant aliis curialibus, qui utraque hac conditione retineant, ut præstatione salva cum desertis & culta possideant, sublata [43] à paucis, quos iniquum est electa retinere: cum municipes gravanda sit pars relicta.

Prædium sterile desertum injungi debet possidenti fundum fertilem dominicum, vel templorum. Bart.

VI. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Nebridio Comiti R. P. [44]

QUisquis [45] conductor fuerit inventus possessor fundi [fertilis [46],] qui ex publico, vel templorum jure descendit, huic ager jungatur inutiliter [47]. Quod si contra id reluctandum existimaverit, alius possessor sub eadem præstatione quæratur: vel si voluntarius, qui [48] sit conductor, non inveniatur, tunc [49] ad possessores antiquos, id est, decuriones, vel quotlibet alios loca juris prædicti adjunctis inutilibus revertantur: idoneis fidejussoribus præstitis [50]. Dat. XV. Kalend. Februar. CP. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

VII. Iidem AAA. [51].

QUicunque desertum [52] fundum patrimonialem exercuerit, & fertilem idoneumque præstiterit: salvo patrimoniali canone [53], perpetuo ac privato jure defendat [54], & velut domesticum, & avita successione quæsitum sibi habeat, suisque relinquat, neque eum aut promulgatione rescripti, aut reverentia sacræ adnotationis quisquam à fructu impensi operis excludat. Cæterum eos, qui optimas [55] ac fertiles possident terras, aut etiam nunc sibi existimant eligendas, pro [56] deserta [57] scilicet portione summam debiti præsentis jubemus implere. †. Illos etiam, qui emphyteuticario nomine, nec ad plenum idoneas, nec omnibus modis vacuas detinent, fic ex illis quoque, quæ [58] præsidio indigent, justam ac debitam quantitatem debere suscipere, ut indulto temporis spatio, post biennium [59] decretum canonem solvendum esse meminerint. Nemo tamen qualibet meriti & potestatis objectione submoveatur, quominus ad diacrochiæ [60] vicem defectas possessiones patrimonialis juris accipiat, earum tributa & canonem soluturus: illud speciali observatione procurans, ut primo vicinas, & in eodem territorio sortiatur: dehinc si neque finitimas neque in eisdem locis repererit constitutas, tunc demum etiam longius positas: sed in quantum fieri valet, pro interjecto spatio sibimet cohærentes, pro modo & æquitate suscipiat, ut id consensu [61] omnium fiat, quod omnibus profuturum est.

Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest invadere: sive invadens sit vicinus, sive non.

VIII. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Tatiano P. P.

QUi [62] agros domino [63] cessante desertos, vel longe positos vel in finitimis, ad privatum pariter publicumque compendium excolere festinat, voluntati suæ nostrum noverit adesse responsum: ita tamen, ut si vacanti ac destituto solo novus cultor insederit, ac vetus dominus intra biennium [64] eadem ad suum jus voluerit revocare, restitutis primitus quæ expensa constiterit, facultatem loci proprii consequatur. Nam si biennii fuerit tempus emensum, omnis possessionis, & dominii carebit jure, qui siluit.

Fundos patrimoniales principis ille dicitur possidere jure privato, qui ipsos steriles accepit, & sua cultura fecit fertiles. Bart.

IX. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. Ruffino P. P.

QUi fundos patrimoniales jure privato canone salvo suscepserint: hanc omnes sine ullius exceptione personæ propositam [sibi [65]] intelligant optionem, ut aut ea loca [66], quibus minos est soli fœcunditas, cum his ex quibus fructus aberes capiunt, suscipere, & tenere non abnuant [67]: aut si eorum refugiunt sterilitatem, opimiotibus cedant. Dat. VIII. Id. Novembr. *Tyro*, ARCADIO III. & HONORIO II. AA. CONSS. 394.

Si fiscus alicui succesit, qui fundos steriles & fertiles possidebat, & aliquis per potentiam fertiles occupavit, cogitur sterilis ex eadem substantia pro portione accepta. Bart.

X. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

QUi [68] per potentiam [69] fundos optimos ac fertiles [70] occuparunt: cum quæstuosis [71] uberibusque pro rata portione suscipiant infœcundos ex eadem [72] substantia. Dat. Non. Mart. C. P. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

XI. Iidem AA. Hadriano P. P.

LOcorum domini intra sex [73] menses edictis vocati, revertantur: qui si adfuerint, & propria tenent, & ea, quæ ex præterito contraxerint debita, redhibere cogantur. Sin vero se impares esse earum rerum tributis propria confitentur absentia, nec adesse voluerint: penes [74] eos, qui [75] hæc susceperint, & certum quem tributorum canonem promittunt, proprietas possessionis intemerata permaneat: ut postquam ea [76] exolverint, sciant sibi inquietudinem submovendam, nec subreptione cujusquam competitionis [77] loca, quæ tenuerunt, auferenda: quibus etiam illud [78] indulsimus: ut [79] ex eo tempore, ex quo primum loca, de quibus agitur, cœperint possidere, tributa possantur [80]. Dat. VI. Kal. Septembr. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Ad tributa prædii sterilis nullus possidens fertilia cogitur, nisi postquam adsecutus fuerit. Bart.

XII. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Seleuco P. P. [81]

HAc definitione sancimus, nullum possessorem neque munificum prædium pro [82] alienis debitis, vel destitutionibus

31 Vid. *l. 6. in fin. T. eod.*
32 Hoc verbum, *Accepta*, est ex subscriptione, *ut Ducas.* Goth. Vid. Jacob. Bonet. *de arrar. redditib. lib. 7. cap. 1. & Alciat. l. 1. Anac.*
33 C. Theod. 11. 1. 4.
34 Vid. *l. 5. T. eod.*
35 Desertorem.
36 *Absit à C. Th.*
37 C. Theod. 11. 1. 17. *ubi legitur*, Cresconium.
38 *l. 2. T. eod. l. 5. lib. 1. T. §. cæterum, l. 9. l. 10. T. eod. l. 3. T. tit. prox. l. 10. T. de fundis patrimonial.*
39 Institutus à debitore, repudians ejus hereditatem privatur omnibus bonis non solum hereditariis, sed quocunque titulo ad eum delatis à testatore. *Corsetus singulari hæres.*
40 Al. Imp. VALENS & GRATIANUS AA. ad Anthemium P.P.
41 Ἐδάφη χερσαῖα, Qui fertilia loca possident, etiam ἄγονα sterilia suscipere debent. Quod si nolint, credere debent fertilibus, ut & omnia municipes habeant. *Synops. Basil. 56. ex tit. 14. cap. 12.*
42 *l. 3. l. 4. T. eod.*
43 Sublatis.
44 *Sic legitur apud C. Theod. 10. 3. 6. unde hæc desumpta est, ut. Idem Augusti.*
45 *Ut quisque*, in C. Theod. al. Ut quisquis. al. Ut quicunque.
46 *Absit à C. Th. & quib. lib.*
47 *l. 1. 4.*
48 *Quo conductor*, in C. Theod.
49 *l. 2. in fin. T. eod.*
50 Prætitis, in C. Theod.
51 In quibus additur, & ARCADIUS A. Cyrego P.P.
52 Defectum.
53 *l. 3. l. 19. T. de fundis patrimonialib.*
54 Defendantur.
55 *Optimas*, al. opportunas.
56 *l. 4. T. eod.*
57 Defectis.
58 Al. qui.
59 Deserta, defecta sive sterilia prædia qui fieri, nonnisi post biennium, solennem canonem illi eo inferunt. Eustathius *lib. de temporib. cap. de hæresi.*
60 Vide Alciatum, qui legit in *diacrochiæ*, sed Cujacius magis probat ἐπίκτησιν & *diacrochiam* interpretatur possessionem ex qua diu nemo decerpsit, ac, ad diacrochiæ ritum, significat, possessionis titulo & jure.
61 Pars major collegii & universitatis quod facit, omnes facere & comprobare intelligitur, *arg. hujus legis, l. 160. §. 1. ff. de reg. jur. Apud majorem. 19. ff. ad municip. cap. 1. T. de his, quæ sunt à majori parte*, quam sententiam limitat, seu restringit *Cortesius singulari malo versiculo*, si de reformatione, ut ipse loquitur officialis agetur: si de revocanda libertate, vel retinenda in servitutem aliquo: à pars major libertati volet subvenire ea, quæ ab omnibus antea libertas fuit. Item si contra jus statuerunt, adde *Innocentium in c. homicidii. 17. de majorit. & obed. cum omnes 6. X. de constitut.* Pulcrum si pars major curiæ collegium id fecerit. *c. in consilio 30. de elect. Rebuf. in l. Per fundum 11. ff. de servit. rustic.*
62 Agrum sterilem, & tributarium, & desertum quilibet auctoritate propria potest invadere, quod qui facit, non incidit *in l. cum quærebatur 11. T. unde vi.*
63 *l. 24. in fin. T. eod.*
64 Deserta prædia qui occupant, ea dominus ab eis repetere potest intra biennium redditis meliorationibus, *ut hic. Eustathius lib. de temporib. c. de biennio*, vid. quam notavi ad *l. 1. §. 10. ff. de adq. possess.* Neque non de eo, qui desertum occupavit. *Rebuff. in Prax. tit. de execut. bullarum. n. 67.* Alias *l. 1. T. eod.* 67 *Alienarat*, al. *abnumerat.* 68 C. Theod. 13. 11. 8. 69 *Imputationem*, in C. Theod. 70 *l. 4. T. eod.* 71 Vid. *l. 12. T. eod.* 72 Multa sunt hic immutata ex C. Theod. unde hujusmodi subscriptio addenda est: Dat. Non. Mart. *Constantinopol.* HONOR. A. IV. & EUTYCHIANO CONSS.
73 Desertum agrum qui à peræquatore accepit, firmo jure eum tenet, neque reliqua priorie possessoris solvit. Quod si superenerit qui agrum vindicet domini, aut hypotheca jure, & avinctæ meliorationis sumptus ab eo consequitur, si modo is veniat intra sex menses post additionem agri. Post sex menses venienti obstat præscriptio, *ut hic. & l. ult. in fin. T. de censib. & censitorib. tit. prox.* adde quæ scripsi ad *l. 8. T. eod. l. 7. T. de censib.* Eustathius *lib. de temporib. c. de sex menses.* 74 Penes quidem hos. 75 *l. 23. T. eod.* 76 Ea excoluerint. 77 Censitoris. 78 Vid. *l. 36. ff. de jure fisci.* 79 *l. 7. T. de censib. & censitorib. l. 2. in fin. T. de dedit. vel privatæ. Novell. 128. cap. 14.* 80 Præstentur. 81 C. Theod. 11. 31. 82 Clarius vel privatæ. *Novell. 128. cap. 14.* 80 Præstentur. 81 C. Theod. 11. 31. gationes & repræsaliæ vetitæ. *l. 10. T. eod. l. ult. T. eod. l. 4. T. de agricol. & censitic. Novell. 17. 13. 128. cap. 14. l. ult. T. ut nullus ex vicariis, l. 4. T. de executoribus & susceptoribus*, adde Papon. 3. *Stat. liv. des lettres de marque, & 5. Arrester. 3. Guidum tract. de pignorat.*

UAB Biblioteca de Catalunya

bus [1] esse retinendum [2], neque eorum prædiorum despectione [3] ptægravari, quæ ex iisdem bonis, quæ retinentur [4], nequaquam esse monstrantur [5]: nec [6] aliis præstigiis atque commentis exactio mutiletur. Dat. Prid. Kalend. Februar. *Ravennæ.* Honor. VIII. Theod. V. AA. Conss. 412.

Domini prædiorum debent requiri, ut solvant debita contracta; & ipsis cessantibus, adsignentur valentibus solvere. Bart.

XIII. Iidem AA. ad Probum.

OMnium prædiorum actores ac domini requirantur: quorum si vitio probantur debita fuisse contracta, in absoluto est, ut [7] debeat dominium commutari. Dat. III. Id. Jun. C. P. Constantio & Constantio Conss. 414.

XIV. Iidem AA. Aureliano P. P.

Ura [8], & possessiones, quas curiales quolibet pacto publicatis apud acta provincialia desideriis suis, vel reliquerunt [9], vel possidere alios permiserunt: penes eos, qui eas exolverunt, & functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam [10] habentibus curialibus copiam repetendi. Datum III. Non. Decembr. Honorio X. & Theodos. VI. AA. Conss. 415.

XV. Iidem AA. Sebastio [11] Com. primi ordinis.

SI quis deserta prædia, quæ navalem sustinent functionem, & in desertis nunc usque remanent, superæquationis jure percepérit: meliore conditione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis sors navis [12] esse non possit, pro ea, quæ resederit portiuncula: cum aliis fuerit dispendiis liberata. Dat. prid. Id. Mart. *Ravenn.* Honor. A. XI. & Constantio II. Conss. 417.

XVI. Iidem AA. Hermocrati P. P. [13]

SI quis auctoritate nostri nominis [14] de fundis patrimonialibus [15] steriles sub certi canonis pollicitatione suscepérit, firmiter eum volumus possidere: sub [16] ejusdem tamen canonis solutione, quem nostræ Majestatis auctoritas per annos singulos solvendum esse præscripsit, nullamque eos descriptionem, sive adjectionem [17], aut innovationem in posterum sustinere: quoniam nimis absurdum est, eos, qui nobis hortantibus fundos inopes, atque egenos [18], magno labore [19] impenso, aut exhausto patrimonio vix forte meliorare potuerunt, utpote deceptos inopinatum onus suscipere: illudque velut quadam circumventione deposci, quod si se daturos præscissent, fundos minime suscipere, aut etiam colere paterentur. Dat. XII. Kalend. C. P. Theod. A. XVIII. Albino Conss. 444.

XVII. Imp. Theod. A.

JUbemus [20] neminem [21] curialem pro [22] alieni territorii debitis detineri [23], sed tantum municipem pro gleba propria conveniri. Dat. V. Kal. Maji, *Ravenn.* post Conf. Felicis, & Tauri VV. CC. 429.

1 *Destituere*, in C. Theod.
2 *Destituendum*, in C. Theod.
3 *Deprædare*, al. *destituere*, in C. 7. *destituere*, in *Ed. Amerbach. legitur*, destituas.
4 *Retinere*, in C. Theod.
5 *Monstrarent.*
6 Nec.
7 *l. 11. T. ad l. 10. C. de annona & tribut. l. 3. in fin. l. 7. in fin. l. 8. T. de exactor. urbis l. 2. in fin. T. de fundis rei privatæ.*
8 Al. *Jura*, sed male.
9 Vid. *l. 8. in pr. T. ad.*
10 Al. *additur*, *pœnitus.*
11 Al. *Sebastiano.*
12 Navalia.
13 Al. *Hermogeni.*
14 Nominis.
15 *l. 3. versic. fi. militar. T. de alimentis militar. l. 1. in pr. T. de fundis rei privatæ.*
16 Ita ut non relevetur fundus. *l. un. T. de cadi. denarium.*
17 Vid. quæ scripsi ad inscriptionem 10. *de in diem addictione.*
18 Novella invita habet *jejunet*, & ita legitur in quib. *vet. lib.*
19 In quib. libr. hæc lex superiorem præcedit: & ex ea illius inscriptio supp. Theod. & Valent. AA. Coleri Proc. Afric.
20 *C. Theod. 12. 1. 186.*
21 Μηδεὶς τῶν ἀστικῶν ἕνεκα χρέους, &c. Nullus curialium pro glebæ in alieno territorio sita detineatur. *Synops. dict. tit. 14. cap. 16.*
22 Clarigationes prohibitæ, *ut lib. 12. T. ad. & l. 4. T. de exercitoribus, Nov. 128. cap. 14.*
23 *Detineri.*

TIT. LIX.

DE [24] FUNDIS LIMITROPHIS [25], ET TERRIS, ET PALUDIBUS, ET PASCUIS, ET LIMITANEIS [26], VEL CASTELLORUM [27].

Rescripta in contrarium impetrata nullius sint momenti.

1. Imppp. Valent. Valens, & Gratian. AAA. ad Licinium [28] P. P.

TIBERIANUS [29] ad possibilitatem singulorum quorumque locorum intuens statuit certas possessiones, quæ ad limitem [30] frumenta conveherent. Quocirca generali lege sancimus, Tiberiani dispositionem oportere observari: amoventes quidquid vel potentia cujuscunque [31] elicuit [32], vel furtiva [33] deprecatio: addentesque nihilominus in futurum nulli licere [34] adversus utilem vetustatem, & præsentem legem nostram importuna, & respuenda reposcere [35]. Dat. VIII. Kalend. Octob. *Aquileiæ*, Arcad. A. & Bautone Conss. 385.

24 *Vid. lib. 35. tit. 6.*
25 *Limitrophiis*, Cujac. Limitrophi fundi dicuntur, quod inde utiles limitanei alantur, non quod ad milites limitaneos pertineant, ut *l. 13. T. de fundis patrim.* Græci ita legunt: περὶ ἐρημίων προσόδων, καὶ ἐπαρουρίων, καὶ ἀγρῶν λιμιτανῶν, καὶ ἀγρῶν ἐπικαίρων καὶ ἐμφορίων. *Syn. Basil. 35. tit. 6. l. 3. T. ad.*
26 Fundi limitanei, qui ad milites limitaneos pertinent.
27 Castellorum fundi ad milites rebellantes pertinent. *l. 2. T. ad.*
28 Al. *ad Licinium*, *in nov. manuscript. Cont.*
29 De fundis limitrophis dispositionem Tiberianam Prætorii P. Prætorio mittunt.
30 *Infertile*, *ad limitem frumenta inveherent.*
31 Usurpationem.
32 Reliquiæ.
33 Id est, obreptio. De obreptione exceptione, & subreptionis addit Oldendorpius *c. 14. de except.*
34 Nocere.
35 Repetere.
36 Castellani milites agros castellis deputatos soli possidere debent, non privati aut alii milites. 37 Reddant. 38 Ab his. 39 Possideri. 40 Limitaneos milites ex prisca dispositione ab omni munere vacuos ipsi curabant, & arabant pro suo compendio. Ex prisca, inquam, dispositione, seu uti adtributi illis sunt ἀφορισθῶσι ἐξ ἀρχῆς, *synops. 55. tit. 6. cap. 2.* 41 Limitanei milites, οἱ τῆς παλαιότητος φαλάγγιοι, qui clisiani vocabantur. *Synops. 55. tit. 6. cap. 2.* id est, prætenturæ burgos, vel arces. 42 Præsentia.
41 *l. 8. T. de fundis patrimon.*
43 Vindicatio. 44 Eadem pœnarum accessitate quæ adversus discessum militarem prolata est, valitura, in *Nov. Theod.*
45 Eadem pœnarum accessitate quæ addictum in *Nov. Theod.*
46 Hanc subscriptionem retinui in *Nov. Theod.*
47 Al. *Paterna.*

TIT. LX.

DE [48] PASCUIS [49] PUBLICIS ET PRIVATIS.

Antiqua pensio pro pascuis saltuum antiquitus constituta, nec nisi vel Principe augeri non debet.

1. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. [50] P. P.

CUM [51] nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei privatæ pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta facienda sunt. Etenim idcirco graviorem pensionem imponi ab ordinibus accepimus, ut animalia ex rebus privatis nostris à locorum pastibus arceantur: quod fieri non oportere divæ memoriæ Julianus prorogata justione constituit. Quare excellens auctoritas tua conventis provinciarum rectoribus non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates, sed eam manere decernet quam statuit antiquitas. Dat. VIII. Kal. Octobr. *Lucaria*, Valentiniano & Valente AA. Conss. 365.

48 Titul. *Ἐρημικῶν προσόδων καὶ ἐπαρουρίων, καὶ ἀγρῶν λιμιτανῶν καὶ ἐπικαίρων καὶ ἐμφορίων. Synops. Basil. 35. tit. 6. l. 3. T. ad.*
49 Ad Ruffinum. *Synops. 55. tit. 6.*
50 *l. 2. C. Th. ad.*

II. Impp. Arcadius & Honorius AA. ad Simplicium Magist. mil. [52]

INsignis [53] auctoritas tua hac [54] conditione à publicis [55] pratis [ac amœnis [56]] pascuis animalia militum prohiberi præcipiat, ut [57] universi cognoscant, de emolumentis eorum, tuique officii facultatibus, duodecim libras auri fisci commodis exhibendas, si quisquam posthac memorata prata [58] murilare tentaverit: non minore decernenda pœna, si etiam prata privatorum [59] Antiochenorum fuerint devastata: ita tamen, ut sine læsione provincialium provideant curiales quo pacto animalium militarium pastui [60] consulatur. Dat. V. Id. Mart. C. P. Honorio A. IV. & Eutychiano V. C. Conss. 398.

Prata provincialium non debent fatigari molestia militum principis. Bartol.

III. Impp. Honorius & Theodosius AA. Comitibus & Magistris militum.

PRata [61] Provincialium nostrorum, & præcipue rei privatæ nostræ pernicioso [vel periculoso [62]] est militum molestia fatigari: ideoque lege ad amplissimam [63] præfecturam promulgata, censemus, ne hoc deinceps usurpetur: super qua re universos quorum interest, convenire tua magnificentia non moretur: neque permittat [64] possessiones, vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate vexari. Dat. Non. Septembr. Honorio X. & Theod. VI. AA. Conss. 415.

51 *l. 11. T. de annona & tribut. l. 3. in fin. l. 7. in fin. l. 8. T. de exactor. urbis l. 2. in fin. T. de fundis rei privatæ.*
52 Al. *Simplicio Comiti & magistro utriusque militiæ.*
53 *l. 3. C. Theod. ead.*
54 Al. *conditio.*
55 *l. 3. in prin. T. ead.*
56 Pro inclusis legit *Cujac. 1. observ. 19.* Apamenis, id est, Syriæ locis, de quibus Strabo *lib. 16. in quibus vet. lib. dissentiunt.*
57 Ut &c.
58 Prata prava,
59 Al. additur, *aut.*
60 Pascuis.
61 *l. 2. T. ead. Symops. ead. tit. 7. l. 5. C. Theod. ead.*
62 Al. deest, *vel pernitiosum.*
63 Ad Aurelianum P. P. & Patricio: qui est *l. 4. C. Theod. ead.*
64 Permittant.

TIT. LXI.

DE FUNDIS PATRIMONIALIBUS [65], ET SALTUENSIBUS [66], ET EMPHYTEUTICIS, ET EORUM CONDUCTORIBUS.

De donatione.

1. Imp. Constantinus A. Cypito.

SI quis fundos emphyteutici [67] juris salva lege fisci citra judicis auctoritatem donaverit, donationes firmæ [68] sint, dummodo suis quibusque temporibus ea, quæ fisco pensitanda sunt, repræsentare cogatur. P. P. XVII. Kalend. Jul. *Treveri.* Constantino A. IV. & Licinio III. Conss. 315.

De pensitatione omissa à minore XXV. annis.

II. Idem A. ad Draconium.

PAtrimonialis fundi pensitationem, seu aurariam, seu frumentariam intra tempus omissam, minorum dominio non nocere præcipimus, nec ad fraudem juris eorum accedere [69], si quod solemniter debetur, paulo serius inferatur: ita tamen, ut permanente substantia parvulorum [70], judex tutorem, vel curatorem, per quem differtur illatio, negligentiæ suæ & deserti officii pœnas exigat, & damna deplorare compellat.

Quibus ex causis fundus ab emphyteuticario relinqui, vel ex auctoris non potest.

III. Impp. Valent. & Valens AA. ad Germanianum Com. S. L.

QUicunque [71] possessiones ex emphyteutico jure suscepérint, eà ad refundendum [72] uti occasione non possunt, qua asserant desertas esse cœpisse, tametsi rescripta per obtectionem meruerint: sed nec avelli eas ab his posse, nec si licitatio [73] ab alio [74] fuerit promissa [75], sed eas in perpetuum apud eos, qui eas suscéperint, & eorum posteritatem remanere, nec si super hoc rescriptum fuerit adversus eos impetratum. Dat. VIII. Kalend. Octobr. *Mediolan.* Valentiniano & Valente Conss. 365.

65 Fundi *patrimoniales* sunt, qui ad patrimonium principis pertinent.
66 *Saltuenses* fundi sunt pastioni deputata semora: Emphyteutici vero fundi sunt qui emphyteutica jure dantur. *Cujac. hic. adde l. 13. T. de prædiis minorum.*
67 Emphyteutici juris fundum salva lege fisci, donare extra judicis authoritatem licet.
68 *l. 26. in fin. ff. de pignor. act.* vide tamen *l. un. C. de rei vindicat. non alien. Novell. 7. cap. 1. vers. alienationis.*
69 Eudoxia Gothi, Intellectum hujus l. vid. *Antist. Utrajectin. 38. num. 2. Anst.*
70 Parvuli, qui intra vicesimumquintum annum. *l. 1. T. de fugitivis colonis.*
71 In emphyteusin fundum à fisco accipiens, non potest fundum, eo præverso quod desertus sit (ne quidem si rescriptum principis habeat) refundere (ἀναπληρῶσαι) ut per contrarium avelli ab eo non possit, etiamsi super eo fundo fiat licitatio (ἐπιφορὰ πραγμάτων.) Itaque fundus ita accepta apud accipientem & ejus posteritatem perpetuo manet. *Synops. Basil. 35. tit. 15. cx lib. 15. tit. 1. cap. 9. §. 4.*
72 Referendum, al. *refutandum: in duobus manuscript. reddendum.*
73 Locatio.
74 Aliquo.
75 Promissa.
76 *Iidem AA. ad Florentium Com. R. P. in lib. manuscript. al. ad Florum.*
77 Fundi publici (*Demosii*) in perpetuum locati, fine jussu principis non auferuntur. *Synopsis Basil. 35 tit. 15. ex lib. 55. tit. 1. cap. 9. §. 4.*
78 Vid. *l. 6. T. ead.*
79 *l. 2. in fin. l. 5. T. de fundis rei privatæ.*
80 Al. Imppp. Gratianus, Valentinianus & Theodos. AAA.
81 Vid. *l. 7. in prin. T. de annon. agro deserto.*
82 Asiam.
83 Divinis.
84 *l. 4. in prin. T. ead. l. 1. l. 2. T. ne fiscus vel quam vendidit, revocet. l. 1. T. de fundis rei privatæ, l. 4. l. 5. T. de diversis prædiis urbanis, l. 5. T. de locat. prædiorum.*
85 Nutos etiam ante hunc constrictum Imperat. *Honor. 2. Illecto.*
86 *Contractibus*, *in quib. vet. lib.*
87 Omni genere.
88 Al. *Et Arcadius* AAAA.
89 Nominis.

1 *l. 1. J. de locationis prædiorum.*
2 Reverteada.
3 Al. *Cicerio P. P.*
4 Hoc notandum adversus illos qui dicunt Rom. imperium non fuisse extensum ultra Euphratem.
5 Osdroënam. *Cujac. hic.* al. *Osroënam*, al. *Sophenam.*
6 *l. 3. T. de fundis limitrophis.*
7 Præberc.
8 *l. 5. T. eod.*
9 Patrimoniales fundi jure privato vendi emi e possunt justu principis, salvo tamen canone. adde *l. 10. T. eod.*
10 Jure privato fundi patrimoniales, donati, in dominio donatoris sunt.
11 Patrimoniales fundi interdum donantur jure privato, principis justu. *l. 49. in fin. ff. de leg. 2. l. 9. T. de omni agro deserto*; excepto Oriente, *l. 13. J. eod.*
12 Patrimoniales fundos cum his in emphyteusin dantur, alii locantur: illi jure privato dantur: hi locantur tantum.
13 Patrimoniales fundi in conditione propria manent, quorum dominium non est translatum, sed qui tantum locati. Conditio enim propria hæc est patrimonialium, ut locentur, non ut in jus privatum transferantur.
14 Eius quod.
15 Al. *defunct.*
16 Al. *calumnia* seu rectior est excusa lectio.
17 Emphyteuticarii a possessoribus distinguuntur. Hi, non illi, domini efficiuntur. *l. 1. ff. si ager.*
18 Emphyteuticarii fundi sunt, qui emphyteutico jure dantur, qui & patrimoniales sunt.
19 Numinis.
20 A nostri numinis.
21 *Ex Xyrael. Theod. cujus est ex inscriptis Eidem AA. Florentio P. P. Dat.*
22 *Limitrophos* legit *Cujac.* non *limitropos*: quamvis ita legatur in *Novell. Theod.* Porro qui limitrophi fundi, explicatum *T. de fundis limitrophis.*
23 Patrimoniales fundi in Oriente jure privato donari non possunt. *ut hic.* Atque ita hæc exceptio est *l. 9. l. 10. T. eod.*
24 Vid. *l. 14 J. eod.*
25 *Deest*, in *Nov. Theod.*
26 *Licet*, in *Nov. Theod.* ex qua subscriptio hic restituenda est: Dat. VI. Id. Jun. *Constantinop.* Theodosio A. XVII. & Festo Conss.
27 Quisquis in quacunque diœcesi, vel provincia fundum principis patrimonialem, vel templi vel agonothetici cum (*Blondero*, a *separatis*, & *agonothetis*) per annos quadraginta continuos, sive justo, sive non justo titulo possederit: firmiter eum tenent. Idem juris est, sive salvo canone, *magistr. Basil. 51. tit. 3. ex lib. 56. tit. 14. cap. 31.* 28 Saltuenses fundi, nemora pastioni deputata, qui fundi etiam patrimoniales sunt. *l. 13. T. eadem.* 29 Al. *defunct.* 30 Agonothetici juris fundi, *hic*, qui agonothetici. *l. pen. J. de diversis præd.* magistgophori. *l. 18. §. 17. ff. de muneribus, & honor.* deputati sumptibus sacrorum certaminum. 31 Præscriptione 40. annor. defendi potest possessor, qui fundum patrimonialem, vel sacrorum templorum, vel fundos quasi alienatos, vel quasi donatos, tempore canonis cum titulo, vel quasi titulo 40. annis possedit. *l. 4. T. de præscr. 30. annorum. Harmenop. 3. §. 63.* 32 Imo aliquam, *l. 6. T. de præscript. 30. ann.* 33 Et ex. 34 Al. *juris.* 35 Dempto. 36 Per justionem principalem.

nexibus. Si vero minor facultatibus probabitur, datis fidejussoribus idoneis ad emphyteusim accedat: scientibus his, quos talium rerum cura sollicitat [1], in se negligentiæ damna, si hujusmodi cautio defuerit, esse venienda [2]. Dat. VI. Kal. Maji, C. P. Honorio N. B. P. & Eudoxio Conss. 386.

De fundis limitrophis.

VIII. Iidem AAA. Nedecarcho I.

OMnes fundi [4] patrimoniales per Mesopotamiam, & Osdrochenam [5] provincias, quos constat divorum retro Principum sanctionibus limiti deputatos, ad jus pristinum sine ullius adsentionis revocentur [6] obstaculo, præbituri omnia, quæ antea impendenda necessitatibus limitis præberi [7] consuevere: ita ut nulli penitus audiantur, qui aut rescripto, aut adnotatione dominium, vel emphyteusim, vel conductionem quolibet genere largitatis de nostra liberalitate meruerint. Dat. prid. Kal. Maji, C. P. Honorio N. P. B. & Eudoxio Conss. 386.

De fundis patrimonialibus emptis, vel donatis, jure privato.

IX. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano P. P.

UNiversi cognoscant nihil privato jure, salvo [8] canone, fundis emptis [9] cum patrimonialibus esse commune: ita ut ad eos nunquam patrimonialium fundorum peræquator accedat: gravi multa feriendo, eo, qui statuta nostræ clementiæ ausus fuerit temerare. Dat. prid. Id. Novembr. Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. 398.

Si fundi patrimoniales sterriles aliquibus sunt concessi & sterriles non ; peræquator debet sterilia fertilibus aggregare : ut si omnium pensio præstetur, & diviso fiat sterilium aqua lance & fertilium. Bart.

X. Iidem AA. Eutychiano P. P.

FUndos pattimoniales eos duntaxat, qui *salvo canone* jure [10] privato nostra liberalitate [11] concessi sunt, cum his [12] patrimonialibus, qui in conditione propria [13] constituti sunt, illustris auctoritas tua jubeat exæquari: ita ut relevato onere rei [14], quod imminet fatigatis, translatio in eos, qui integris viribus florent, [& adscriptio [15]] tributorum æqua lance dividatur. Dat. IV. Id. April. C. P. Theodoro Conss. 399.

De cautione ab emphyteuticario non præstita.

XI. Impp. Theod. & Honor. AA. Probo Com. S. L.

JUs emphyteutici prædii, quod sine obligationis vinculo retentatum est judicio nostro, immutabile perdurare præcipimus: possessionem autem, quæ sine obligatione speciali fuerit vitiosa, vetustate temporis nolumus [16] adjuvari. Dat. Id. April. *Ravennæ*, Honor. VIII. & Theodos. III. AA. Conss. 409.

De jure possessorum, vel emphyteutic.

Emphyteutæ fundos patrimoniales emere non cogantur. Bart.

XII. Impp. Theod. & Valent. AA. Tauro P. P.

POssessores, vel [17] emphyteuticarii [18] patrimoniales, qui fundos minime nunc usque comparaverunt, eodem largitatis modo nequaquam ad eorum comparationem urgeantur: sed tanquam pretiis depensis, sic eis nostri numinis [19] beneficio potiantur: ut quod juris alter inferendo pretium consecutus est, hoc nostra liberalitate prædictus emphyteuticarius habeat. Illud quoque jus, in quibus coluit prædiis, quod aut ex successione, aut ex comparatione privata, aut [20] nostri numinis liberalitate, aut quocunque modo possedit, sciat illibatum intemeratumque servari: licentia eis concedenda etiam libertates mancipiis ex fundis patrimonialibus atque emphyteuticariis, cum fundorum sint domini, præstare. Dat. XIV. Kal. Jul. Arbogindo, & Aspare Conss. 434.

De fundis non alienandis.

XIII. Iidem [21] AA. ad Florentium P. P.

NUlli jam in posterum licere præcipimus patrimoniales, seu limitrophos [22], vel saltuenses [23] fundos, qui per tractum Orientis [24] positi sunt, ad jus transferre privatum: sive dempto, sive salvo canone juris [fundorum [25]] immutatio potuletur: legis temeratores quinquaginta librarum auri pœna coercentes: tam videlicet petitorem, quam officium, quod petitionem concedit, admitti: licet adnotatio nostra, vel [26] divina pragmatica contra veritum proferatur. Dat. VI. Id. Jun. C. P. Theodosio A. XVII. & Festo Conss. 439.

De præscriptione XL. annorum.

XIV. Imp. Anastasius A. Matroniano P. P.

JUbemus [27] omnes, qui in quacunque diœcesi, aut quacunque provincia, vel quolibet [28] saltu [29] vel civitate [29] fundos patrimoniales, vel templorum, aut agonothetici [30], seu relevatorum jugorum, vel cujuscunque juris per quadraginta [31] jugiter annos (possessione scilicet, non solum eorum qui nunc detinent, verum etiam eorum qui antea possederant, computanda) ex quocunque titulo, vel etiam sine titulo hactenus possederunt, vel postea per memoratum quadraginta annorum spatium possederint, nullam [32] penitus super dominio memoratorum omnium fundorum, vel locorum, vel domorum à publico actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare, sed impositum canonem pro qualitate juris, cujus prædia sunt, aut loca, per singulos annos solventes, pro certo habeant suum esse, quod possident, vel postea possederint: ita ut omnibus ad excludendam omnem quolibet modo ex publico movendam quæstionem, nuda ex [33] quocunque titulo, vel etiam sine titulo corporalis quadraginta annorum jugis [34] possessionis exceptio possit sufficere: hoc etiam adjiciendo, ut illi quoque, qui adempto [35] canone hujusmodi fundos ab initio principali jussione [36] datos sibi fuisse confirmant: si per quadraginta annos adempti canonis beneficium jugiter possederunt, nec canonem, cujus ademptionem quadraginta (sicut dictum est) annorum possessio testatur, possint penitus profligari: eo quod nostræ pietati placuit in utroque casu, id est tam salvo, quam adempto canone, possessorum nostrorum jura in eo statu, in quo per quadraginta annos (sicut dictum est) jugiter manserunt, absque ulla innovatione durare. Dat. III. Kal. Aug. C. P. Olyb. V. C. Cons. 491.

TIT. LXII.

DE MANCIPIIS ET COLONIS PATRIMONIALIUM, SALTUENSIUM, ET EMPHYTEUTICORUM [37] FUNDORUM.

Si villa locata in emphyteusim concedatur, non possunt coloni usurpare totum territorium ejusdem. Bart.

I. Imp. [38] Constantinus.

EMphyteuticarios gravant [39] coloni, agros præter consuetudinem usurpantes, quos nullis culturis eradicarint: cum solennitas id [40] eos attrectare permittat, quod eorum labore, vel oliveris est insitum [41], vel vinetis. Sed & irriguas fontium [42] aquas usurpare conantur, quarum [43] fructus solis emphyteuticariis debentur. Ideoque placuit, ut [44] deinceps aquarum jura potestatesque penes emphyteuticarios permaneant: tantumque [45] ex [eis [46]] colonis impertiatur, quantum culturis eorum agrorum sufficere manifestum est, quos [47] ipsi colunt: pro modo autem superfluæ irrigationis, quam ultra culturas suas usurpatint, emphyteuticariis [48] possessoribus pensiones accessionesque præbeant. P. P. VII. Id. Matt. *Carthagine*, Constantino A. V. & Licinio CC. Conss. 319.

Manumissio facta de mancipio fundi patrimonialis à non domino, rescinditur per procuratorem Cæsaris. Bart.

II. Imppp. Valens, Gratian. & Valent. AAA. ad Germanianum Com. S. L.

LIbertates, quas mancipiis [49] ex fundis patrimonialibus, atque emphyteuticis, qui fundorum non sunt domini, præstiterint, rationales hujus [50] præcepti auctoritate rescindant. P. P. XIII. Kal. Maji, Lupicino & Jovino Conss. 367.

Emptor fundi patrimonialis tenetur dare colono, quem ille expulerit, possessionem privatur.

III. Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Posthumiano P. P.

COgnovimus à nonnullis, qui patrimoniales fundos meruerunt [51], colonos antiquissimos perturbari, atque in [52] eorum locum [53], vel servos proprios, vel alios colonos surrogari. Edicti itaque hujus auctoritate sancimus, eos, qui deinceps aliquid hujusmodi crediderint attentandum, iisdem possessionibus esse privandos.

Coloni ad aliquam militiam convolantes, revocantur ad antiquam culturam. Bart.

IV. Iidem AAA. [54] Cynegio P. P.

SUper patrimonialium refectione [55] fundorum dudum nostris est legibus constitutum, ut [56] hi, qui eos colentes, solum eorum verterant: nunc [ad] alia [se [57]] loca dirigentes [58], nunc ad militiam convolantes, ad avitas conditiones & propria jura revocentur. Cæterum eos, qui castrensibus stipendiis otia [59] quieta meruerunt, [jam [60]] veterani constituti, nequaquam placet tela [61] in usum vomeris ligonisque convertere.

loum verterunt, quique ad alia loca dirigentes, sive militiæ nomen dederunt, revocandi, nisi veterani sint. 57 Al. *deest.* 58 Al. *Dirigentes.* 59 Veterani sunt, qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt. vid. *l. 1. n. 2. 3. & 4. J. de veteranis.* 60 Al. *deest, aliter etiam.* 61 Tela in usum vomeris & ligonis convertere facile: hoc est, ex veterano milite, colonum fieri. Civile tamen est pacis studiosos.

TIT. LXIII.

DE FUGITIVIS [62] COLONIS PATRIMONIALIBUS, SALTUENSIBUS ET EMPHYTEUTICIS.

Coloni patrimoniales vel saltuenses non obstantibus aliquibus stipendiis, quæ promeruerint, revocantur ad primævam culturam agrorum. Bart.

I. Imppp. Valent. Theod. & Arcad.

QUicunque parvuli [63] ex municipibus [64], vel colonis [65] patrimonialibus vel saltuensibus, quorum tamen avi ac patres implicati hujusmodi functionibus fuerint, conniventia militaris officii ad stipendium castrense, vel officia diversa transierint: ad munera patriæ, vel [ad] agrorum [66] cultus conventis ducibus, tribunis, ac præpositis revocentur, neque his stipendia [data [67]] prosint.

II. Iidem AA. Cynegio P. P.

QUisquis [68] colonum patrimonialem [69] aut sollicitatione susceperit [70], aut occultatione celaverit: non solum [71] ipsum restituere, sed etiam libram auri pœnæ nomine inferre cogatur. P. P. VIII. Kal. Novembr. *Constantinop.* Honorio N. P. & Eudoxio Conss. 386.

Omnes adscriptitii ad agriculturam prædiorum patrimonialium, si ad aliquam militiam convolaverint, revocantur. Bart.

III. Impp. Honor. & Theod. AA. ad Anthemium P. P.

CUjuscunque adnotationis, vel oraculi dudum imperrati, vel postea eliciendi auctoritate submota: omnes, quos patrimonialium agrorum vinculis fortuna tenet adscriptos, sub quibuslibet gradibus militantes, ad [72] provinciæ moderatoris judicium illico sub idonea intercessione mittentur.

omissa sunt à *C. Theod.* quem vide. 72 Coloni patrimoniales forum sortiuntur apud præsidem provinciæ: & apud eum litigant de colonaria sua conditione: deducuntur autem ad eundem præsidem à tributis, vel ducibus, sub idonea cautione.

TIT. LXIV.

DE COLLATIONE FUNDORUM PATRIMONIALIUM, ET EMPHYTEUTICARIORUM [73].

I. Imp. Constantinus A. [74] ad Proculum Proconsulem Africæ.

EMphyteuticarii [75] possessores, qui mansuetudinis nostræ beneficio ad extraordinaria [76] minime devocantur [munera [77]]: sicut cæteri Provinciales, obsequium suum itineribus [78] muniendis impendant. Nulla enim ratione debent ad hoc, quod [79] in commune [80] omnibus profuturum est, sejungi [81].

II. Idem A. ad Ovinium [82].

PAtrimoniales [83] fundos [84] extraordinariis oneribus, vel mediæ, aut tertiæ [85] portionis obsequiis fatigari non convenit,

73 Al. *emphyteuticorum.*
74 Al. *Proculum Proconsul. Africæ*, in *C. Theod.*
75 *C. Th. 15. J. 2.*
76 Patrimoniales fundorum emphyteuticarii ab extraordinariis muneribus eximuntur.
77 *Adde J. Cod. Theod.*
78 Patrimoniales fundorum emphyteuticarii à munere itinerum Itinerum refectio prodest omnibus. 80 Immunitas non datur ab ea, quæ in commune omnibus proficua sunt. 81 *Ejus sequentis*, in *C. Theod.* ex quo restituenda hic est subscriptio, P. P. Non. Maji, *Carthagine*, Constantino A. V. & Licinio CC. Conss. 82 Catulinum P. P. Africæ. 83 *C. Theod. 11. 16. 2.* 84 Patrimoniales fundi ab extraordinariis muneribus exsecutur, *l. 15. T. de exsecut. muner.* 85 Patrimoniales fundi ne quidem extraordinariorum munerum medium aut tertiam partem exsolvere debent. *l. 4. C. Theod. eod.*

1 Patrimoniales fundi principi præstant auri speciem & frumentum, *l. 2. T. de fund. patrimon. l. 1. in T. de exsul. mulier.*

2 *Cod. Theod.* 11. 29. 2.

3 Multa sunt hic & pulcra addita a compositoribus.

4 Patrimoniales fundorum possessores pro ratione possessionum solemnibus functionibus satisfacere monentur.

5 Patrimoniales fundorum possessoris & privati fundi possessoris eadem in solemnibus functionibus præstationibus ratio est.

6 Patrimoniales & emphyteuticariorum fundorum possessores pensiones, annonas solemnes, quo anni tempore voluerint, possint solvere, & tamen ut integrum suum canonem inferant intra tres ad summam pensiones.

7 Solventi debitori apocham creditor (etiamsi privatus sit) præstare cogitur.

8 Susceptum est securitas apochæ. vid. *Novell.* 130. *cap.* 1.

9 Promere.

10 Tiron.

11 *L. 7. in pr. T. de exact. tribut. l. 1. in pr. T. de collat. fundor. fiscal.*

12 Al. *exegerint.*

T I T. LXV.

13 *Imp. Constantius Edictum ad Constantinopolitanos*, ita scriptum reperi in uno manuscripto. al Impp. Constantius & Constans AA. ad Heliodorum.

14 Emere prædium privatum a filio, similiter id intuitu, neque ullam ejus ademptionem reperi dolor, ita ut id ad fisc liberos durabiliter legitime transferatur. *Symmach. Basil. 15. tit. 3. in Sirm. 55. tit. 15. l. 1. l. 2. T. ne fisc. vel quæ vendidit, evinc. l. 6. T. de fundo patrimon.*

15 Retrahere dicit, ut *l. 7. citata med. T. de locat. prad. civil.* ut & retrahatur in *l. 2. T. ne fiscus vel quæ vendidit, evincat.*

16 Prædiorum.

17 Habeat.

18 Fortuna.

19 Dominii.

20 *L. 16. in pr. T. de annal. agris deserto.*

21 Solus.

22 *L. 4. T. de fundo patrimon.*

23 Vide quod scripsi ad *l. 20. T. de usufruct.*

24 Conditio.

25 *L. 13. T. de annal. agris deserto.*

26 Decoctor, qui pensiones publicas derogavit, insurgit, subvertit.

27 Vide *l. 11. de annal. agris deserto.*

28 Impppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA ad Hesperium.

29 Patrimonii appellatione res suam privatæ principis constat. Et enim quædam patrimonium principis privatum, *l. 8. C. Theod. de jure fisci. l. ult. T. de agric. & mancip.* aliud horum, *l. 1. T. de indict. l. ult. T. de collat.* quod à re privata separari solet, vel dominus. *Edictu 4. & 8.*

30 *L. 47. in fin. T. de jure fisci.*

31 Perpetuo.

32 Al. *Idem AAA. ad eundem.* al. *Ceperium.*

33 Templorum fundi pertinent ad curam rationalis rei privatæ.

34 Al. *universitatis*, sed male.

35 Al. *Idem AAA. ad Nepotianum.* al. *Nepotium.*

36 Aqua pertinens ad usum fundorum rei privatæ principis & nullo intercipienda: adde ut usurpatorem nulla possit defendere temporis præscriptio.

37 Vide *l. ult. T. de aquadu. in publ. torrent.*

38 Fertilitates desituræ.

39 Præscript.

40 Impp. Arcad. & Honor. AA. Vincentio P.P. Galliarum.

41 *Ex lib. 12. tit. C. Theod.* quam confer: multa enim hic sunt immutata.

42 Qui triginta annos servit colligio, curiæ, vel burgo, non revocandus est quasi colonus alienus, vel inquilinus.

43 Burgi, corpora, ut *hic*, habitacula per limitem. *Paul. Diaconus Valentiniano*, Castella parva, *Symm. 4. 2* vocat *ubique* hoc verbum deducitur, quæ vox etiam urbem significat: unde leges urbanæ *Aelianus vitarum ubique.* adde titulum *C. Theod. de Burgariis.* adde quæ scripsi ad *l. 2. §. 4. T. de offic. Vicar. Asiæ.* vide *Cujac. 3. obs. 24. in fin.*

44 Vide *Novell. 123. cap. 1. in fin.*

45 Dominica res & privata idem, ut *hic*, & *l. 9. T. de jure fisci*, quæ & proprietas, dominium. *l. 2. T.*

46 Al. *exposuit.*

venit, tum eosdem, & auri [1] speciem, & frumenti plurimum modum constet persolvere: ita ut qui violare statuta tentaverit, puniatur. P.P. VI. Kal. Septembr. *Carthagini*, Constantino A. V. & Licinio Conss. 319.

III. Imp. Julianus A. [2]

Omnes, qui patrimoniales fundos sive [3] communiter, sive ex asse retinent, pro his conveniendi sunt ad universorum munerum ad eosdem fundos pertinentium pro [4] rata portione, vel in solidum functiones, sicut [5] unumquemque privatorum necessitas publicæ penitationis adstringit. Dat. V. Kalend. April. Mamertino & Nevita Conss. 362.

IV. Impp. Valent. & Valens AA. ad Germanum.

Placuit, ut emphyteuticorum fundorum patrimonialiumque possessores, quo [6] voluerint tempore, & quantum habuerint pensionis paratum: dummodo non amplius quam in tribus per singulos annos vicibus officio rationalis adjgnent: ac [7] de suscepto [8] ab eodem securitatem eodem die pro more [9] percipiant: modo ut intra Januariarum Iduum diem omnis summa ratiociniis publicis inferatur: gravissimæ pœnæ subdendo officio, si cuiquam quolibet anni tempore (dummodo nequaquam numerum ternæ [10] illationis excedat) solutionem facere gestienti negaverit susceptionis officium: vel si moram fecerit in chirographo securitatis edendo: super quo possessores, aut Procuratores, vel Magistratus, aut quicunque in locis fuerint, qui conficiendorum actorum habeant potestatem, conveniat contestati: ut & de officii insolentia constet, in quo exercenda vindicta est: & his possit esse consultum.

V. Impp. Arcad. & Honor. AA. Messalæ P. P.

Per omnes Provincias patrimonialium fundorum ab ordinariis [11] Judicibus canon exigatur: & quicquid exactum fuerit, dirigatur. †. Sciant vero memorati judices nihil sibi ex privatæ rei canone, vel ex eo, quod ex iisdem titulis contigerit [12], ad necessitates alias transferendum: nisi maluerint gravissima severitate eorum licentiam coërceri. Dat. VI. Kal. Jul. *Mediol.* Theodoro Conss. 399.

8 Susceptum est securitas apochæ. vid. *Novell.* 130. *cap.* 1.

9 Promere.

10 Tiron.

11 *L. 7. in pr. T. de exact. tribut. l. 1. in pr. T. de collat. fundor. fiscal.*

12 Al. *exegerint.*

T I T. LXV.

DE FUNDIS REI PRIVATÆ, ET SALTIBUS DIVINÆ DOMUS.

Fisco alienante rem non potest res advocari, sed perpetuo penes ipsum, vel ejus successores debet res permanere. Rubr.

I. Imp. [13] Constantinus A.

Universi [14] cognoscant has possessiones quas de fisco nostro comparaverunt, seu comparant, nullo à nobis jure retrahi [15]: sed propria firmitate possessas, etiam ad posteros suos dominii perpetui durabilitate dimitti.

II. Impp. Valent. & Valens AA. ad Flavianum Com. R. P.

Hi, quos commoditas privatæ rei prædiorum [16] ad ea postulanda sollicitat, adeant tuæ dignationis officium, & modum suæ deliberationis indicent per libellos: certumque habeant [17] quod unaquæque villa cum eo onere, vel forma [18] cui nunc habetur obnoxia, ad novi domini [19] jura migrabit: ut si [20] quid adjecerit sumptus cura, vel solertia, quicquid mancipiorum, vel pecoris accreverit, capitationis, aut canonis augmenta non patiatur, sed solis [21] dominis hereditabusque dominorum fit cessura felicitas. †. Si quis autem in annis singulis [22] non solverit debitum ex re ipsius, quod in reliquis [23] remansisse claruerit, sine aliquibus dependere cogetur induciis. †. Sane si quem postea minus idoneum factum esse constet [24], nec ita ut expedit, rationem reddere pensionis: res, quas ex nostris rebus acceperat, ad alium [25] idoneum jure quo sancimus, transferentur: nec tamen decoctoris [26] cujusque reliquis [27], qui novus accedit, onerabitur.

III. Impp. Grat. & Valent. AA. [28]

Quicunque possessionem rei privatæ nostræ acceptam suo nomine, vel jure perpetuo, & vel titulo conductionis ei crediderit esse tradendam, qui pensare utilitatem patrimonii [29] nostri solvendo non valeat: is [30] pro eo, quem succedaneum surrogavit, perpetuæ [31] solutioni statuatur obnoxius.

IV. Iidem ad Orebium [32].

Universi fundi templorum [33] ad rationalium rei privatæ sollicitudinem, curamque pertineant: atque ab his anniversariis [34] solutionibus postulatis, peculiari (ut semper fuit) studio defendantur.

V. Iidem ad Nebridium [35].

Usus [36] aquæ, quæ fundorum nostrorum utilitatibus serviebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus: idque procuratorum [37] conniventia, vel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta [38], nullos fructus cultoribus præstet [39]. Quia igitur satis injustum est statutum fiorentis ante patrimonii, aridæ sitis molestia fatigari: ad meatus pristinos universum aquæ motum, temporis præscriptione submota, præcipimus revocari.

VI. Imp. Arcadius [40].

Eum [41], qui [42] collegio, vel curiæ, vel burgis [43], cæteriscque corporibus per XXX. [44] ann. sine interpellatione servierit: res dominica [45], vel intentio privata non inquietabit, si colonarius, vel inquilinatus quæstionem movere [46] tentaverit: sed in curia, vel in corpore in quo servierit, remanebit. Dat. III. Kal. Jul. *Mediolan.* Stilichone, & Aureliano Conss. 400.

VII. Impp. Theod. & Valent. AA. 47 ad Eudoxium [48].

Nemo [49] dempto [50] canone ad comparationem dominicæ [51] possessionis accedat. Quod si quis in posterum ad interdictum contractum accesserit, cum voluimus pretia [52] perdere [53] perpetuo: nec expensiarum, vel melioratæ rei fructuum exactioni compensationem opponere: nec temporis fibimet contra [nostra] commoda præscriptione [excepto vetustatis [54] auxilio [55]] blandiri; Palatinum etiam officium, si quoquo [56] modo contractus ejusmodi fuerit celebratus, vel si talem petitionem instruxerit, quinquaginta pondo auri pœnæ nomine inferre privato nostræ mansuetudinis ærario: nulla liberalitate nostræ clementiæ, nulla sanctione contra tanta rei privatæ commoda valitura, licet adnotatio, vel divina pragmatica fit, quæ contra veritatem canonem vendere concedat [57], vel pœnam Palatino remittat [58] officio. Dat. XIII. Kal. Jun. *Constantin.* Anatolio V. C. Conss. 440.

47 Ex *Nov. Theod. de restitud. quod. res dominicæ*, ubi de hoc legitur inscriptio, *Eudoxiæ C. P. P.*

48 Al. *Cons. A. P.*

49 Emere dominicam possessionem canone detracto omne potest. Nam & pretium perdit, & fundum amittit: nec ea quæ impendit aut melioravit recipit: nec compensabit cum fructibus qui ab eo exigantur: nec præscriptionem temporis habebit. Quinetiam palatini qui, ut talis emptio fieret adjuverint, quinquaginta libras auri, nullo beneficio in his valituro, præstant. *Synops. Basil. 8. tit. 13. c. 5.* vid. *l. 2. T. sine censu vel reliquis.*

50 *Ademptu*, in *Nov. Theod.*

51 Dominio rerum, hoc est, principi privata conservari publice interest.

52 Ementis contra interdictum legis pœna hic est, pretium, expensæ, meliorationes in rem factas amittere, præterire non posse. Alias interdum pretium amittitur tantum: ut si quis censitum absque terra emerit. *l. 7. T. de agricolis.* Imo ne pretium quidem: ut si non vicaneus vicanei fundum compararit: contractus quidem nullus est, emptor tamen non amittit pretium. *Lamic. in fin. T. non licere habitatoribus Mutrocanis.*

53 *Præparare*, in *Nov. Theod.* sed emendanda est ex hac lectione.

54 Vetustatis vocabulum alias significat quadraginta annos: alias XXX. vid. *l. 11. T. de fundis patrim.* alias XX. annorum spatium: *l. 1. in fin. l. 2. in pr. l. ult. ff. de aqua pluvia.* adde *l. 12. T. de exhaurib. & l. 2. C. Theod. de longi temporis præscript.* Ita distinctum tempus varie solet accipi, *l. 1. C. Theod. de ædif. terris tempore finit. l. 2. T. de præscript. 30. annor. l. qui in provincia 57. ff. de rejud.* vid. *Cujac. 18. obs. 28.*

55 Abhinc à *Nov. Theod.* & addita fuerunt ex *l. ult. T. de fund. patrim.* ut recte observavit *Pithœus.*

56 Sine, in *Nov. Theod.*

57 *Concedat*, in *Nov. Theod.*

58 *Remittet*, in *Nov. Theod.* ex qua subscriptionem restituere potes.

T I T. LXVI.

DE FUNDIS, ET SALTIBUS REI DOMINICÆ [59].

Immittens animalia in pascua principis, animalia perdit, procuratorque fisci, qui hoc consentit, gravissime punietur. Ang.

I. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Dripatium.

Si quis ovium [60], vel equarum greges in saltus rei dominicæ alienus immiserit: fisco illico vindicentur. Quod si venalis procuratorum [61] conniventia, ut id deinceps tentetur, admiserit: eos gravissimo jubemus supplicio subjacere.

II. Impp. Arcad. & Honor. AA. ad Paulum Comitem dominicæ rei [62].

Si qua [63] loca [64] ad sacrum [65] dominium [66] pertinentia cujuslibet temeritas occuparit: secundum veteris [67] census fidem in sua jura retrahantur, rescriptis per obreptionem [68] impetratis, & præscriptione [69] longi [70] temporis, & novi census præjudiciis in hac causa submovendis [71]. Neque enim, aut precatio colorata, aut incubatio [72] diuturna, aut novella professio, proprietatis [73] nostræ privilegium [74] abolere potuerunt. Dat. V. Kal. April. C. P. Arcadio IV. & Honor. III. AA. Conss. 396.

59 *Tamiaca*, in meo manusc. est, *Dominica.*

60 Grex ovium vel equarum in saltus dominicos immissus fisco vindicatur.

61 Procuratur.

62 Al. *dominum.*

63 *C. Th. 10. 25. l. 3. T. ne res dominicæ vel tamiacæ.*

64 *Usuum loca*, in *C. Theod.*

65 Dominium hic appellat res privatas.

66 *Terminum*, *Mal.*

67 Censui antiquo standum, non novo *l. 1. T. de cens.*

68 Obreptitia rescripta non spectanda, sed utilia fisco.

69 Præscriptionem.

70 Dominio sacro, non possessioni longi temporis favendum.

71 Quædam hic omissa sunt à *C. Theod.*

72 Incubatio est malæ fidei possessoris.

73 Proprietatem quoque hic appellat res privatas.

74 Vid. *l. 2. T. de præscr. 30. vel 40. annor.*

T I T. LXVII.

DE AGRICOLIS, ET MANCIPIIS DOMINICIS, VEL FISCALIBUS [75] REIPUBLICÆ.

I. Imp. Constantin. A. ad Constant. P. P.

Nullus omnino originalis colonus [76] rei privatæ nostræ ad [77] aliquos honores, vel quælibet alia civitatis munera devocetur. Non enim civitatum ordinibus, & cæteris, ex quibus pro multitudine fieri nominationes oportet, per omnia fiorentibus ad hæc suprema præsidia injuriosa nominatione descendendum est.

II. Idem A. Januario P. P.

Colonos nostros, qui privati [78] sunt, vel ad ratiocinia gerenda, vel ad colendos agros idonei, retrahi jubemus, ac tantum colendis nostris rebus addici: quinetiam in posterum observari, ne quis eorum rem privatam cujusquam gerendam, aut aliquid administrandum suscipiat.

III. Idem A. ad Equitium Magistrum equitum, & peditum [79].

Servi, atque coloni, & eorum filii, vel nepotes, vel quicunque de fundis, ac possessionibus nostris clanculo ad officia convolaverint diversa: reddantur, etiam [80] si armatæ habuerint sacramenta militiæ. Nos enim etiam eos discingi jubemus, ac reddi, qui protectorum fuerint nomen adepti.

IV. Imppp. [81] Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Florum.

Ex ingenuo, & colonis, ancillisque nostris [82] natos, natalive origini, ex qua matres eorum sunt, facies deputari.

V. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Cynegio P. P.

Dominicos [83] colonos, neque ad descriptionem [84] patrimur devocari, neque extraordinarias pati functiones: maxime cum adversus consuetudinem memoratis onera dicantur inferri.

VI. Impp. Theod. & Valent. AA. Valerio P. P.

Quotiens alicui colonorum agrum privati patrimonii nostri placuerit venundari [85]: non unus tantum, qui forte consortibus [86] suis gravis ac molestus existat, sed alii quoque duo vel plures ex simili origine ac [87] jure venientes, in supradicta emptione focientur.

75 In scriptis nostris exempl. legitur, *fiscalibus, sive rei privatæ*, sic in meo recte. *Cont.*

76 *L. 5. T. ad l. ult. §. 1. ff. ad municip. l. 5. §. coloni ff. de jure immunit.*

77 Coloni rei privatæ ad honores aut munera civilia devocari non debent.

78 Coloni rei privatæ principis, alienam rem administrare non possunt.

79 Al. *ordinum*, sed male.

80 Coloni rei privatæ principis à militia arguta, etiamsi protectores sint, ad priorem conditionem cum sua subole retrahendi.

81 Al. *Idem A. ad Florentium.*

82 Δοῦλος βουροτικὸς Græci appellant ancillas dominicanas: ut sit sensus: Ex ingenuo & colono ancillaque dominica natum, matris conditionem sequi: & origini ejus deputari. *Syn. 55. tit. 11. cap. 12.* colonus est dominicus, adde *l. 16. T. de agric. & censit.*

83 *L. 1. T. eod.*

84 Coloni rei privatæ principis nullam descriptionem pati debent, aut ad extraordinaria munera devocari. adde *l. 1. T. de agricolis, l. 1. T. ne rusticani.*

85 Coloni agri venditus, non uni consorti tantum addicendus est, sed duobus saltem vel pluribus.

86 Consortes, qui ejusdem sunt originis. vid. *l. 14. T. de cont. empt.*

87 Aut.

T I T. LXVIII.

DE PRÆDIIS [88] TAMIACIS, ET DE HIS QUI EX COLONIS DOMINICIS ALIISQUE LIBERÆ CONDITIONIS PROCREANTUR.

Natus ex uno parente tamiaco, & altero libero, tamiacus est. Bart.

I. Imp. Zeno A. [Chiserotio P. P.] [89]

Si liber [90] colonus, vel colona libera Tamiaco [91], vel Tamiacæ matrimonii jure copuletur: filii, vel filiæ ex hujusmodi contubernio procreati, vel procreatæ, colonis dominicis & *Tyrelium T. ad tit. de fund. rei privatæ.*

88 *Tamiacæ prædia* in provinciis erant fervis fisci & colonis instructa. *l. 1. l. 2. T. eod.* sed & equitis. *Novell.* 30. *cap.* 5. *in fin. c. 6. c. 7.* Cappadocia fuerunt frequentia. *d. c. 5. 6. & 7.* vid. *Mal. hic*, *Propter. T. ad tit. de fund. rei privatæ.*

89 Pro inclusa meus liber habet, *prædiis fisci*: forte deest verbum patrimonii. *Cont.*

90 Coloni liberi res proprias habent: ut *hic*, adscriptitii servi & peculia eorum in potestate dominorum. *l. 18. l. 19. in fin. l. 21. in fin. T. de agricol. & censit.* terram tamen dimittere non possunt, ut qui possessione XXX. annorum quæsiti sint. *d. l. 18.*

91 Tandis, *Nov. Martiani de indulgent. reliquorum.* cubiculum & cellarium principis, cui deputati erant reditus tamiaci. Tamiaci vero servi, qui huic addicti. *Nov. 20. 30.* adde *Nov. 30. cap. 5.*

nicis adnectentur: si autem adscriptitius vel servus alienus colonam, vel ancillam dominicam [1] ducat in uxorem, vel adscriptitia, vel ancilla colono, vel servo nubat dominico [2], & ex hujusmodi conjunctionibus nati fuant liberi: veterum [3] legum jus tenere sancimus.

[1] Tamiacam.
[2] Tamiaco.
[3] *l.12. C. de agricol.*
[4] Justinianus.
[5] Al. *Gonatiell.* Sed Alciatus legentium existimat, *gonatheti*, vel *agonetheti*, *arg. l. 5. §. ult. ff. ut qui.* qui sacrorum certaminum sumptibus deputati erant. ut tamen nihil mutetur, potest dici Gonaticus saltus cujusdam dominici saltus proprium nomen, ut hic Cujac. scribit.

II. Idem Sebastiano P. P. [4]

MEminimus pragmaticam sanctionem jussisse fundos tamiaci juris in provinciis positos, nec non etiam possessiones *Gonatici* [5] *saltus* sub certa forma (salvo scilicet canone, & tributariis collationibus) hisdem prædiis impositis, volentibus distrahi, quatenus quicquid ex pretiis memoratorum fundorum possit restitui, publico inferatur. Sed licet per eandem sanctionem hujusmodi venditionum contractibus plenissima data sit cautio, attamen perpetuæ emptionis securitati consulentes, hujus etiam perpetuæ constitutionis auctoritate muniti eosdem emptores præcipimus.

TIT. LXIX.

DE DIVERSIS PRÆDIIS URBANIS, ET RUSTICIS TEMPLORUM ET CIVITATUM, ET OMNI REDITU CIVILI.

Ædificans in solo publico debet solvere debitam pensionem pro adificio, si expediat reipublicæ, alias ipsum solum cum ædificio vindicatur. Bart.

I. Imp. Julianus A. Attico.

PRo ædibus quas nonnulli [6] in solo reipublicæ extruxerunt, placitam præstare pensionem [7] cogantur.

Tertia pars canonis, qui redigitur ex fundis, vel locis, rip. fuscipit ad restaurationem murorum. Bart.

II. Idem A. Secundo [8] P. P.

[P]Amphiliæ] etiam [9] civitates, quæcunque aliæ quicquid [10] sibi acquirant, id firmiter habeant [11].

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. [12]

REstaurationi [13] mœnium [14] publicorum tertiam portionem ejus canonis, qui ex locis fundisve Reipublicæ annua præstatione confertur, certum est satis posse sufficere. Dat. III. Non. Jul. *Mediol.* Olybrio & Probino Conss. 395.

Emptor reipub. vel templorum ipsum perpetuo possidebit: nec ab eo potest avelli, licet alius offerat meliorem conditionem. Bart.

IV. Iidem AA. [15]

EOs [16], qui auctione [17] prima fundorum juris patrimonialis, sive templorum [18] possessores effecti sunt, vel fuerint [19], firmum dominium tenere decernimus, ne [20] ulterius vacillet uniuscujusque possessio: sed teneat quisque jus proprium, quod dato pretio roboratum est, vel fuerit.

Emptio rei emphyteutica fiscalis facta à private, vel etiam à civitate sub pacto ne teneatur ad canonem, tenet: sed pactum est irritum. Bart.

V. Imp. Valentinian. [21] A.

SI [22], qui [23] ex titulo donationis, vel emptionis, sive ex alio quolibet titulo possessiones, vel domus, vel ergasteria juris duntaxat civilis, quæ hujus juris esse vere probantur, cujuslibet civitatis, & præcipue hujus æternæ urbis, cui majorem debemus favorem, tam civilis (ut dictum est) juris, quam etiam agonotheticas possessiones, à consulatu Ausonii, & Olybrii, dempto [24] civili canone acceperunt: eos impositum eis canonem juxta fidem publicorum monumentorum civitatis, ad quam eædem res pertinuerint, præbere jubemus. Nam si privati juris debita non patimur denegari, multo magis præbenda sunt civitatibus, quæ jure debentur: cum sufficiat [25] possessoribus, quod apud eos dominium in perpetuum ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones juris civilis canonem privatis largitionibus in præsenti præbent, vel nunquam ademptum, vel postea impositum: ad hanc jussionem non pertinebunt, sed privato ærario canonem, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebunt dominio firmiter apud eos, successoresque eorum, & detentatores pari modo permanente [26]. Dat. XV. Kal. Februar. *Constantinop.* Martiano A. I. Cons. 451.

VI. Imp. Zeno A. Eliano.

HAc in perpetuum valitura lege sancimus, Nicensium [27] civitati [28], seu habitatoribus ejus, tam jus exactionis XL. [29] solidorum annui canonis civilis reditus ad suam patriam pertinentis, & possessoribus, id est, Callimacho [30], & Eliburno [31], necnon Emptorio, & Veratorio [32] [cum Epotio [33] eorum sub territorio] Apamenæ civitatis constituris, ex nuper lapsa tertia indictione cum ipsa restitui: quam si quid ex quo sanctio Martiani divæ memoriæ lata est, ad ejusdem civitatis præjudicium gestum est, infirmari, & quod ex eadem provisione civitatibus delatum interea [34] qualibet occasione minutum est, ex auctoritate constitutionis nostræ Serenitatis eisdem Civitatibus redhiberi: ita ut nec judiciaria auctoritas, nec imperiale rescriptum, quacunque videlicet adjectione munitum, sæpe dictæ generalis legis vires possit infringere [35]. Quod si quis aliter fecerit, pœna gravi plectetur.

[6] Solarium conventum superficiarii qui in solo Reipublicæ ædificarunt, quotannis præstare debent. Solarium est autem quod pro solo datur, rectigal soli. *l. 2. §. 21. ff. ut quid in loco publ. l. etiam 15. ff. qui potiores. Inst. 18.*
[7] Pensitatione.
[8] Al. *Bart.*
[9] Et civitates.
[10] Civitates quicquid sibi adquisierint, id firmo jure tenere debent.
[11] Teneant.
[12] *C. Theod. 15. t. 33.* unde hæc inscriptio sic restitui potest: *Hæc Vincenti K.N.*
[13] Al. *Ad restaurationem*, in *Cod. Theod. ad reparationem.*
[14] Mœnium instaurationi tertia pars canonis qui colligitur ex fundis Reipublicæ deputanda. vid. *l. 10. l. 11. ff. de operibus publ. l. 18. C. Theod. eod.*
[15] Cæsario P. P.
[16] Emptores patrimonialium fundorum, templorumve, solutis pretiis, dominium nunquam ipsis adimendum habeant. *Syn. Basil. 15. tit. 3. ex lib. 55. tit. 13. cap. 1.*
[17] *Adhuc*, al. *anteriate.*
[18] Templa paganorum ab Imperatoribus vendita fuisse, hic locus indicio est. *l. 5. ff. de fundis patrimon.*
[19] Vid. *l. 6. ff. de fundis patrimonialib.*
[20] Nec.
[21] Impp. Valentin. & Marcianus AA. Palladio P. P. P. Orientis, in *Novell. Martiani.*
[22] Si qui vel per donationem, vel emptionem, vel per alium modum aut ergasteria civilia, præsertim Constantinopolitanæ urbis, aut *agonotheticas* possessiones à consulatu Ausonii & Olybrii, dempto canone acceperunt, detracto impositum eis ab initio canonem præbeant. Nam si privatos fraudari nolumus, multo minus urbes: adeoque possessores dominium firmum in eis habeant. *Synops. ibid. dicto cap. 1.* Goth. Pro intellectu hujus l. vid. Alvar. Valasc. *de jure Emphyteut. quæst. 1. num. 7. S. L.*
[23] Sumpta ex Novella Martiani de prædiis civitatum omnium, quæ hodie extat in breviario Alarici: sed hic multum immutata est.
[24] *l. fin. C. de fund. rei privat.*
[25] Vid. *leg. 6. C. de fundis patrimonialib.*
[26] *Ex Nov. Martiani* hæc subscripto restituta est.
[27] Ut Nicæorum civitati reditus circa Apamæam restituantur, quem Martianus ad alios usus destinaverat: & si quod aliud præjudicium ei civitati ex Martiani sanctione factum irritum sit, gravi pœna in secus facientem indicta, *ut hic. Synops. Basil. 54. tit. 10. ex lib. 55. tit. 13. c. 2.* Nicæa autem hæc metropolis est Bithyniæ.
[28] De Nicæa intellige: metropolis videlicet Bithyniæ, sub qua fuit Apamea. al. *Nicænsium.* al. *Nicænsium.*
[29] Al. *quadringentorum.*
[30] Al. *Calame.*
[31] *Heliboro.* al. *Elliaburo*, al. *Zeliaburo.*
[32] Vuratorio. *& alibi*, & al *Veratorio.*
[33] *Cujac.* hic emendat, *Equitio*, vel *Euthecio. in lib. Anr.* legitur *Euteubio. in quibusd.* inclusa desunt: De Euthecia prædiorum dixi ad *l. Paulum 68. in fin. ff. ad leg. 5. Novell. 128. cap. 8.*
[34] *Interea*, & post illud verbum fit interpunctio.
[35] Refringere.

TIT. LXX.

DE LOCATIONE PRÆDIORUM CIVILIUM [VEL] FISCALIUM, SIVE TEMPLORUM [36], SIVE REI PRIVATÆ, [VEL] DOMINICÆ.

Prædia Principis, quæ in perpetuum locantur, sunt locanda diviribus & aliis cum fidejussoribus idoneis. Bald.

I. Imppp. Gratianus, Theodos. & Arcad. AAA. ad Florum P. P.

DIvi patris nostri aperta præceptione cavetur, fundos ex re privata nostra ita tradi perpetuariis, ut periculo [37] collocantium, officionumque tradantur. Neque enim quicquam potest ex devotionis plenitudine vacillare, si appartione judiciaria, & fundi idoneis attributi sunt, & inde fiscalis indemnitas idonea fidejussione est munita, quorum si alterum, vel utrumque neglectum est: quæ hoc titulo penitatio canonica desideratur [38], ex officionum facultatibus fervetur [39].

A colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem offerat conditionem. Bart.

II. Iidem AAA. Nibrio [40].

FUndi reipublicæ ab his, qui [nec [41]] titulo conductionis eos detinent [42], quique meliores cultu patrocinante reddiderint: nec nostrarum quidem sanctionum (si forte quisquam per surreptionem meruerit) nutibus auferantur juxta legem veterem: semel tantum licentia faciendæ adjectionis [43] indulta.

Subhastatio in locatione perpetua fundorum publicorum ita vindicat sibi locum, sicut in venditione. Bart.

III. Impp. Honor. & Theod. AA. [44]

LOca omnia, fundive reipublicæ, propositis [45] prius licentet edictis, dehinc ubi in eum canonis modum contendentium augmenta [46] successerint, ut extendi ultra, aut superari alterius oblatione non possint, perpetuariis conductoribus locentur.

Si finita locatione conductor primus offert tantum quantum novus in locatione præfertur. Bart.

IV. Iidem AA. Minervio Comiti R. P.

COngruit æquitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur [47], si facta [48] per alios augmenta suscipiant.

Prædia domus Augustalis in perpetuum locata, ad alium non possunt transferri sub aliquo pretextu, quamdiu pensio solvitur. Bart.

V. Impp. Theod. & Valent. AA. Volusiano P. P.

PRædia domus nostræ, si semel jure perpetuo, vel nostra præceptione, vel auctoritate illustris viti comitis ærarii privati, apud aliquem fuerint, vel jamdudum sint collata [49], ad alium transferri perpetuarium [50] non oportet. Aperte enim definimus hoc edicto, ut à perpetuatio nunquam possessio transferatur, etiamsi alteri eam Imperator, vel exoratus, vel sponte donaverit, sive adnotatione, sive pragmatica: cui si forte contra perpetuarium vir illustris comes privatarum rerum dum allegabitur, acquiescet, & de proprio ipse centum libras auri, & alias centum fisci juribus palatinum inferre cogatur officium: nec tamen post allegationem habebit hujusmodi justio firmitatem, sed nec locabitur [51] alteri, licet ingenti superari videatur augmento possessio. Jure igitur perpetuo publici contractus firmitate perpetuarius securus sit: & intelligat, neque à se, neque à posteris suis, vel his, ad quos ea res, vel successione, vel donatione, sive venditione, vel quolibet [52] titulo pervenerit [53], esse retrahendam [54]. †. Sane, quia non ex omni parte excludenda est largitas principalis, rens divinæ domus suæ Imperator, si velit, donabit ei, qui eam possidet, jure perpetuo: sive ipse jam meruerit, sive cujusliber tituli jure successerit. Videtur enim suam concedere pensionem: non alteri nocere liberalitas, quæ possidentem jure perpetuo dominum vult vocari. Sane si quis non [55] perpetuo jure, sed ad tempus locatam, ab [56] illustri viro Comite rerum privatarum possessionem videtur adeptus: non erit obstaculo principali largitati, si voluerit in alterum donationem transferre, quod ad definitum tempus alter forte condaxit. Si vero pro tali prædio ab altero conductore offeratur [57] augmentum, sit in arbitrio conductoris priotis, cui res ad tempus locata est, ut si ipse, quod alter adjecit, obtulerit, maneat penes eum temporalis illa conductio. Si vero idem hanc ipsam rem aliquando meruerit jure perpetuo possidere: habebit [&] ipse superius expressam perpetuam firmitatem.

[37] *l. 9. in fin. de fundis patrimonialibus. C.*
[38] Desiderant.
[39] *Fervantur, fol in lib. Anr. erantur.*
[40] Al. *Nigridio Cons. V. P.* vide in meo manuscr. Cons.
[41] Absit suggestio à quibusdam veteribus, ibi, & hunc locum affirmantibus legendum esse Gruterorum auctoritate confirmat Cujacius.
[42] Vid. *l. 1. §. fi. ager vectigale.*
[43] Additionis, manus. adjectis quid ellet, desi ad *l. 1. C. de rescindend. vend. minor. & ut simul. ff. de in diem addict.*
[44] Impp. Arcadius & Honorius AA. Adriano P. P. *in quib. lib.*
[45] Locatio prædiorum civilium fiscalium & templorum sit publice, prius edictis libellis & proscriptio. *l. 6. Ede fide de jure hasta fiscali.* Goth. Vid. Minsinger. ad. *tit. inst. 53.* Vincent. de Franc. *decis. 406. num. 3.* Boer. *decis. 107.* Sarmient. *lib. 3. select. cap. 7. S. L.*
[46] Locationes prædiorum civilium fiscalium, templorum plus licitanti addicuntur.
[47] *l. 1. §. ult.*
[48] Al. addatur, subaudiatur.
[49] Cujacius Goth. Ad hanc Leid. Al. *tit. lib. 1. paragr. 27. S. L.*
[50] Vid. *l. 6. C. de fund. patrim.*
[51] Collocabitur.
[52] Conditionum rem in perpetuum posse eam venire, donare, & ad posteros transferre hinc colligunt. *Accurs. hic & Bar. Corset. sing. Lauran.*
[53] Pervenit.
[54] Trahendam: retrahere dixit, ut *l. 1. C. de fundis rei privat.* ubi vide.
[55] *l. 4. C. eod.*
[56] Locationes rerum civilium fiscalium, templorum, rei privatæ & dominicæ, habeas vel in perpetuum, vel ad tempus.
[57] Locationes rerum privatarum principis à Comite rerum privatarum fiebant.

TIT. LXXI.

DE CONDUCTORIBUS, ET PROCURATORIBUS, SIVE ACTORIBUS PRÆDIORUM FISCALIUM DOMUS AUGUSTÆ.

Conductores fundorum domus Augustalis, & alii homines dictæ domus cum agere voluerit, vel excipere, vel experiri, debent ordinario jure hoc facere. Bart.

I. Impp. Theod. & Valent. AA. Basso P. P. [58]

CONductores hominesve Augustissimæ domus nostræ, quotiens de causa ad domum regiam pertinente aliquid quæstionis emerserit: non aliter quam ex legum [59] ordine (quibus similiter omne hominum genus tenetur) vel excipiant, vel inferant actiones: nec aliorum litigatorum negotio intercedant: nec sententia [60] judicantium, aut illicito patrocinii sui fomite jura conturbent: nullive [61] executionis suæ turbulentum ministerium audeant commodare, non privatis se negotiis, non publicis miscent [62]: nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, nec [63] eos inconsultæ pertinaciæ sero pœniteat. Graviot [64] enim pœna [65] constituenda est in hos, qui nostri juris sunt, & nostra debent custodire mandata. Dat. prid. Non. Mart. *Ravennæ*, Theodos. XIII. & Valentiano II. AA. Conss.

[58] *C. Theod. lib. 10. tit. ult. l. 1.*
[59] Legibus etiam additi homines pertinentes ad domum Augustam, Græcitas habent, *κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ δίκαια τῶν ἐν τῷ δημοσίῳ ἀκολουθούντων.*
[60] *Sententiam*, in *C. Theod.*
[61] *Nullisper*, in *C. Theod.*
[62] *Se immiscerent.*
[63] Nec.
[64] Hæc ultima clausula abest à *C. Theod.*
[65] Adde *l. 3. §. 17. ff. de decurion.*

TIT. LXXII.

QUIBUS AD CONDUCTIONEM PRÆDIORUM FISCALIUM ACCEDERE NON LICET.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorum Principis. Bart.

I. Impp. Arcad. & Honor. AA. Nestorio [66] Comiti R. P.

NUllus [67] Palatinorum, qui in officio rei nostræ privatæ militant, conductionis [68] nomine, vel per se, vel per quamliber personam possessionum hujusmodi conducendarum habeat facultatem: cum [69] neque militi [70] neque curiali hoc faciendum permittimus. Dat. VI. Kal. August. Valentio, & Fravitta Conss. 401.

[66] *Ad eosdem scripta lex ult. T. de rescind.*
[67] *C. Theod. 10. 3. 6. pare l. ult. T. de rescind. vend.*
[68] Conductores prædia fiscalia patrimonii, id est, superiores Comites rerum privatarum non possunt, ut hic, ut nec eorum res privatas principes. *l. ult. T. de cens.* Conductores prædia fiscalia milites, vel curialia non potest.

TIT.

TIT. LXXIII.

DE COLLATIONE FUNDORUM FISCALIUM, VEL REI PRIVATÆ, VEL DOMINICÆ, VEL CIVITATIS1, VEL TEMPLI.

1. Civitatum vel templorum.

I. Impp. Arcad. & Honor. AA. Firmino Com. S.L.

ORDINARIORUM[2] Judicum officiis, necnon ipsis Rectoribus Provinciarum, auctores 3. sive conductores dominicos conveniendi licentiam damus; ita tamen, ut rationalibus privatæ rei ad exigenda fiscalia debita immineant.

2. Actores & conductores dominici, sub Præsidum jurisdictione sunt: nisi de debito fiscali agatur: nam quod ad debita fiscalia & collationes attinet, sub Jurisdictione sunt procuratoris Cæsaris. vid. T. ad exact. tribut. adde l. 3. T. de cellar. fundor. patrimonial. l. 6. in fin. T. de exact. tribut.

3 Actores, in rem quæsit. lib. quod probat Cujac. Observat. lib. 10. cap. 28. qui vertunt Intendit.

II. Iidem AA. Messalæ P. P.

PAlatinos, qui à 4 viro illustri Comite rerum privatarum cum publicis literis destinantur ad commonitionem judicis, quo facilius ex prædiis rei nostræ conferantur debitæ pensiones, cum summa 5 degere præcipimus disciplina: de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios judices oportebit, ut in eos severissime vindicetur.

4 l. 2. l. 3. T. de canon. largit. tit.

5 Tributorum exactores modeste se gerere debent in exigendo. adde l. 33. T. de usurис.

III. Iidem AA. & Theod. A. Petronio 6 P. P.

OMnia prædia tam 7 ea quæ in re privata olim detinentur, quam illa quæ ex proscriptorum bonis ad fiscum sunt devoluta: eatenus ab hujusmodi privilegiis & excusationibus submoveantur, ut omnes species annonarias, cursitationes 8 etiam debitas, atque integram opinionem 9 sciant esse solvendam.

6 Al. Canonio in nov. Cod.

7 A præstatione annonarum, cursus & cursus fundi rei privatæ principis (in quibus sunt etiam confiscatorum bona) non sunt immunes. Sunt enim hæc ordinaria. de extraordinario, vid. l. 1. tit. prox. 8 Cursitationes, cursus debitum, transvectio. 9 Opinio est census

TIT. LXXIV.

DE PRIVILEGIIS DOMUS AUGUSTÆ, VEL REI PRIVATÆ, ET QUARUM COLLATIONUM EXCUSATIONEM HABENT.

Ad extraordinaria, vel superindicta etiam fiscalia possessor non cogitur.

10 C. Theod. 11. 16. 5.

11 Res, in Cod. Theod.

12 Privati, fundi principis, à muneribus sordidis immunes sunt: nec eorum conductores, vel coloni extraordinaria munera, vel superindictiones subeunt. Syn. Basil. 54. tit. 7. ex tit. 5. c. 27. adde l. 5. T. de excus. mun.

I. Imp. Constantinus A. ad Italicum.

PRIVATAS[10] possessiones[11] nostras ab universis muneribus sordidis[12] placet immunes esse: neque eorum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera, vel superindictiones aliquas conveniri[13]. Dat. VIII. Kal. Febr. *Beneventi*, Placido & Romulo Conss. 347.

13 Al. convenitur.

II. Imp. Valent. A. [14]

REm privatam nostram, levandotum[15] provincialium causa canonicas necessitates ea conditione, qua cunctos, volumus sustinere: sed excessit occasio justionem: quandoquidem non locis solitis frumenta quæ sunt ex diversis saltibus convehenda, trahantur, sed eo usque porrentur, quo grave atque damnosum est provehere. Proinde spectabilis[16] sinceritas tua remanentes[17] in iisdem locis implere faciat proprias functiones quibus antea frumenta præbebant[18].

14 Impp. Valent. Valens, & Gratian. AAA. ad Claudium, in quinquef. 15 Vid. quæ scripsi ad l. 1. T. de cohort. vid. l. 8. T. de annon.

16 Spectata.

17 Legendum, rem eandem, hoc est, rem privatam, ut scribit Cujac. al. remanet al. rem manentem.

18 Præbeant.

III. Impp. Honor. & Theod. AA.

PRo[19] tyronibus[20] in corporibus postulatis pretia conferri ex fundis perpetuariis nostræ rei privatæ præcipimus.

19 Tyronum prædandorum onus patrimoniis, & possessionibus indictum. l. 7. C. Th. de tyronib. Vigor. l. cap. 7. Tyronum productio seu prosecutio perfacilis, l. ult. §. 3. T. de muner. 21. §. 6. para hujus l. nisi T. l. 7. de sacrosanct. eccles. 20 Al. Pro portionibus in corpor. Grt. 21 C. Theod.

IV. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

ABsit[21], ut nos institutiones viæ publicæ, & pontium[22] straturamque opera[23] titulis majorum[24] Principum dedicata[25] inter sordida munera numeremus. Igitur ad institutiones, reparationesque itinerum, pontiumque nullum genus hominum, nulliusque dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet. †. Domus[26] etiam[27] divinas[28] tam laudabili titulo libenter adscribimus. Dat. 29 XV. Kalend. Mart. C. P. Asclepiodoto, & Mariniano Conss. 423.

22 A pontium & itinerum institutionibus nemo immunis est, ne religiosis quidem vel augustæ domus: quippe nec sordida sunt istæ munera. Synops. Basil. ibid. cap. 15. l. 7. T. de sacrosanct. Eccles. Synops. Basil. 54. tit. 7. ex lib. 56. tit. 15. cap. 21. adde l. 1. T. de cellar. fund. patrimon. 23 Operam, in C. Theod. 24 Magnorum. 25 Dedicatam. 26 Εὐαγὴς οἶκος ἢ βασιλικὸς, religiosa vel Augusta domus. l. 7. Ecclesiast. Synops. Basil. hoc loco. 28 Ad venerandas ecclesias, additur in C. Theod. quem vide: multa enim hic detracta & immutata sunt. 29 Al. V.

Nullus à superindicto excusatur exceptis principis possessione. Bartol.

30 C. Th. 11. 1. 36.

31 Privati pecuniæ principi merito reditus ad ocsititates publicas deputatos esse, hoc est, ad donationes, & largitiones. vid. l. 2. l. de cupress.

32 Superindictiones non præstant fundi privati principis. vide l. 15 T. de excusat. munerum.

V. Impp. Theodos. & Valent. AA. Flaviano Præfecto Prætorio.

EXcepto 30 patrimonio pietatis nostræ, cujus 31 quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus: universos possessiones functiones in superindictis 32 titulis absque ullius beneficii exceptione agnoscere oportere censemus. Dat. 12. Kalend. Maji, *Ravennæ*, Basso, & Antiocho Conss. 421.

TIT. LXXV.

DE GREGE DOMINICO.

Subtrahens equum de grege dominico, ipsum restituit: & in una libra auri punitur. Bart.

33 C. Theod. 10. 6. 1. Junge simil. de equis curiosium du Cod. Theod. 15. 10.

I. Impp. Arcad. & Honor. AA. Cæsario P. P.

PROPOSITIS 33 edictis sublimis Magnificentiæ tuæ, minimi, maximique moneantur, ut sciant singulas 34 libras auri ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis, vel equabus, sive 35 Hermogenianis 36 sive Palmatis 37: nisi sponte eos 38 obtulerint: in his vero, quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias filci juribus 39 inferendas. Dat. prid. Kalend. Decemb. *Constantinop.* Olybrio, & Probino Conss. 395.

34 Equum ex grege dominico occupans, nec ultro reddens multatur libra auri: qui ex alio grege, similibus. Ut hinc oneribus, quale equorum fuerit pretium apud veteres. Libra enim auri 72. solidorum.

35 *Equi Hermogeniani & Palmati*, l. C. Theod. de equis Curs. lib. An ab agitatoribus ita dicti, ut putat Alciatus? An Hermogeniani, quod Hermes seu Mercurio geniti? Palmati vero, quod victoriam & triumphantium? 36 Vide hic *Alciat.* 37 Al. *palmatis.* quidam magis probant & referunt ad libras. 39 *Videtur*, in C. Theod.

38 Al. *ea*, quod fuit.

TIT. LXXVI.

DE PALATIIS[40] ET DOMIBUS DOMINICIS.

40 Al. *De palatiis domibus, & sic in* C. Theod.

41 Palatia, principum ædes.

42 Palatia privatorum tribus servire non debent, l. quinquagies 17. T. de operibus publicis.

I. Impp. Theod. & Valent. AA. Joanni Comiti rerum privatarum.

CONSECRATAS[41] nobis ædes, id[41] est, inclyta palatia, ab omni privatorum[42] usu, & communi habitatione excipimus.

TIT. LXXVII.

DE CUPRESSIS EX[43] LUCO DAPHNENSI[44], VEL PERSEIS[45] PER ÆGYPTUM EXCIDENDIS, VEL VENDENDIS.

Ementes & vendentes arbores cupressos in locis hic nominatis, puniuntur. Bartol.

43 Cupressorum meminit l. 16. §. 1. T. quod vi aut clam.

44 Daphnes.

45 Perseidis. sed vide hic *Alciatum.*

I. Impp. Arcad. & Honor. AA. Sylvano Com. R. P.

SI quis 46 Daphnensis 47 luci in Syria, vel Perseis in Ægypto arbores comparaverit, quinque libris auri noverit se esse mulctandum: non minore dispendio, & illo feriendo, qui vendere arbores ausus fuerit 48, quas non licet emptoribus comparare.

46 Hoc pertinet l. 12. C. Theod. de jure fisci. l. 45. §. vendidit. 13. T. de jure fisci. 47 Al. *Daphnes.* Est autem Daphne, suburbanus locus Antiochiæ, cupressu obsitus. de quo vide *Stephanum & Suidam* verb. Δάφνη. *Nicephor. lib. 5. cap. 19. & Nicephor. lib. 10. ecclesiast. histor. Ammian. lib. 16. in fin.* Daphnensis quoque palatii meminit l. 2. C. Theod. de aquæductu.

48 Argumentum à correlativis. Emptio ubi prohibita, & venditio quoque prohibita est.

II. Impp. Arcad. & Honor. AA. Eudoxio Præfecto Prætorio.

OMnes 49 judices cujuscunque dignitatis sciant posthac absque permissu Magnitudinis tuæ arborem ex Daphnensi 50 luco Antiochenæ civitatis præcidendi, vel quolibet modo lapsas transferendi licentiam sibimet denegandam. Sed 51 nec Alytatcha 52 unam cupressum, aliis plantatis, excidere sibi licere contendat. Ac ne solatio antiquitus ei concesso privari per omnia videatur: pro eo, quod ei cupressum excidere denegatur, unam libram auri 53 eum de 54 privatis nostris largitionibus accipere decernimus: quinquaginta 55 librarum auri condemnatione hujus legis temeratore plectendo.

49 Vide *Cujac.* 2. *observ.* 13. *Parentalium* 1. *Capitolin* 1. 50 Daphnes. 51 l. 12. *Cod. Theod. de jure fisci, lib.* 10. 52 Al. *à loco, vel à lectore*, sed rectior est excusa lectio. 53 Auri condemnatione. 54 Princeps ex privato ærario dona & largitiones, publice & privatim faciebat, & ad eam rem necessaria comparabat, ut hic. & l. 1. T. de metallar. l. ult. T. de præmiis. donat. Ἀφορμὴ. His præfectus Comes thesaurorum & sacrarum largitionum, remunerationum, vel munerationum, de quo alias sæpe dictum est. Fiebant autem hujusmodi largitiones assatim Kal. Jan. l. laudabili 4. §. 1. T. de admin. divers. judicum. 55 Quinque.

D. IUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS, PP. A.
CODICIS,
REPETITÆ PRÆLECTIONIS,
LIBER DUODECIMUS.

TITULUS PRIMUS.
DE[a] DIGNITATIBUS[b].

De feminis.

1. Imp. ALEXANDER A. Severinæ [c].

SI ut proponitis, & avum Consularem, & patrem Prætorium virum habuistis, & [4] non privatæ conditionis hominibus, sed clarissimis nupseritis: claritatem generis retinetis. Sine die & Consule.

De his, qui ad dignitates non admittuntur.

II. Imp. CONSTANTINUS [5] A. Volusiano P.P.

NEque famosis [6], & notatis [7], & quos scelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.

De majori dignitate adepta.

III. Idem ad Nuphidum P.P.

MAjor dignitas nulli debet circa priores [8] dignitatis, seu militiæ ptivilegia præjudicium facere. Dat. v. Kal. Maji, *Sirmii*, CONSTANTIN. A. V. & M. LICINIO CC. CONSS. 319.

De Senatoribus.

IV. Impp. CONSTANTINUS [9], & CONSTANS AA. Philippo.

SEnatorum substantias, quas in diversis locis, & provinciis possident, & homines [10] eorum, tam à [11] temonariis [12] oneribus conferendis, quam à exteris præstationibus, quas judices describunt, necnon etiam ab omnibus sordidis muneribus extraordinariisque, & vilioribus liberos esse præcipimus: nullaque forte [13] constringi functionis indignæ.

V. Idem ad Clearchum [14].

NEmo Præfectus Urbis citra præceptionem, vel scientiam nostram ulli muneri subjuget [15] Senatorem: nemo etiam nostram immani pulset injuria. Si quid enim Senatoria præditis dignitate fuerit forte mandandum: nostro id judicio reservandum [16] est: fit [17] namque dignitas, quæ [18] nobis jubentibus sustinetur.

De his, qui ad dignitates non admittuntur.

VI. Idem Orphito [19].

NE [20] quis ex [21] ultimis negotiatoribus, vel monetariis [22] abjectisque officiis, vel deformibus ministeriis [23], vel stationariis [24], omnique officiorum fœce, diversisque pastis turpibus lucris, aliqua [25] frui dignitate [26] pertentet, sed & si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit [27].

De Senatoribus.

VII. Idem [28] ad Senatum.

QUoniam diversi judices nonnulla opera in quibusdam existimant urbibus extruenda, ad [29] hujusmodi necessitatem Senatorum substantia non [30] vocetur. Dat. v. Non. Maji, TAURO, & FLORENTIO CONSS. 361.

VIII. Imp. JULIANUS A. Sallustio P.F. [31]

JUs [32] Senatorum [33], & auctoritatem ejus ordinis (in [34] quo nos quoque ipsos numeramus) necesse est ab omni injuria defendere. Dat. Non. Febsuar. *Constantinop.* MAMERTINO, & NEVITTA CONSS.

De filiis libertinorum.

IX. Idem Julianus.

LIbertinorum [35] filios adipisci clarissimam dignitatem non prohibemus.

De quæstionibus.

X. Imppp. VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. ad Gracchum P.P. [36]

SEveram indagationem per tormenta [37] quærendi, à clarissimo [38] homine submovemus. Dat. prid. Non. Januar. *Treb.* GRATIANO A. IV. & MERORAUDE CONSS. 377.

De liberis.

XI. Iidem [39] AAA. ad Procopium.

SEnator [40], vel alius Clarissimus privatos [41] habeat [42] filios, editos quippe, antequam [43] suscipere dignitatem, quod non solum circa masculos dignoscitur constitutum, verum etiam circa filias simili conditione servandum. Cum [autem] paternos honores invidere filiis non oporteat: à Senatore, vel solo [44] clarissimo susceptum, in Clarissimatus sciendum est dignitate mansurum. Dat. XV. [*] *Hierapoli*, GRAT. A. IV. & MEROBAUDE CONSS. 377.

De furtis, & sceleribus judicium.

XII. Imppp. GRATIANUS, VALENTINIANUS, & THEOD. AAA. Neotherio P.P. [45]

JUdices, qui [46] se furtis, & sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque, & plebejos habeantur [47]: nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos [48] indignos indicaverint. Dat. XVIII. Kal. Februar. *Thessalon.* GRATIAN. V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

De feminis.

XIII. Imppp. VALENTINIAN. THEOD. & ARCAD. AAA. Mattiano comiti Orientis [49].

MUlieres [50] honore [51] maritorum erigimus, genere nobilitamus [52], & forum ex eorum persona statuimus: & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint: priore dignitate privatæ, posterioris mariti sequentur conditionem. Dat. IV. Kal. Februar. *Constantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

De Senatoribus.

XIV. Impp. THEOD. & VALENT. [53] AA. Basso P.P.

PRæcipimus, ut Senatori in qualibet provincia constituto [54], nullam habeant Judices injungendi aliquid forte [publici] muneris potestatem.

De commeatu necessitate sublata.

XV. Iidem AA. ad Eustasium [55].

CLarissimi, vel Spectabilibus universis ad genitale solum, vel quolibet alio, & sine [56] commeatu proficiscendi, & ubi voluerint, commorandi, habitandive permittimus facultatem.

De delictis.

XVI. Iidem AA. & ARCAD. [57] A. Appollonio P.P.

SI gravius ullum facinus admittatur, nocente persona extra carceralem custodiam sub [58] fidejussione [59] habita, super Illustribus quidem, nobis suggeri jubemus: super exteris vero quadam minori dignitate decoratis, ad tui referri Culminis notionem: ut ita demum, quid de admisso crimine constitui oporteat, judicetur.

De privilegiis illustrium.

XVII. Impp. [60] HONOR. & THEODOS. [*] [61] AA. Arcadio Præfecto Prætorio.

QUotiens [62] ex privata cujuslibet interpellatione civili, vel criminali viri illustres conveniendi sunt, nulla dandæ fidejussionis concussione vexentur: sed per speciale privilegium suæ committi fidei consequantur, jutatoria [63] ab his cautione tantummodo exponenda, quam si neglexerint, & contra insertum cautioni sacramentum ipsi, vel eorum procuratores abfuerint: in pecuniariis quidem causis super [64] possessione rerum ad eos pertinentium Judex competens, quod etiam juris auctoritas, & rei qualitas suggesserit, ordinabit. In criminalibus vero negotiis dignitate quoque qua se per suum videlicet perjurium [65] indignos esse [66] probaverint, spolientur: ut in eos, utpote illustri dignitate per suum facinus privatos, inconsulta etiam nostra pietate, Judicibus legum severitatem liceat exercere.

§. 1. Quibus Illustrium dignitatum privilegiis hoc etiam adjiciendum [67] esse censuimus [68], ut hujusmodi personæ nullam [69] ex cujuslibet Judicis [70] sine scriptis habita sententia [71], conventionem, neque in civili, neque in criminali causa sustineant.

XVIII. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

JUbemus, salvo honore qui per revocationem [72] sacræ revocatoriæ defertur, durante, licere cunctis tam minoribus [73] quam majoribus potestatem gerentibus, necnon etiam honoratiis illustribus, sive ex hac Regia Urbe, principali videlicet præcedente consensu, profecti fuerint, sive in provinciis habitantes sacratissimum (suis scilicet poscentibus negotiis) petere maluerint comitatum sine sacra quoque revocatoria ad hanc Regiam [74] Urbem pervenire.

TIT.

---

a Rel. lib. 6. tit. 2.
b Harmen. lib. 6. tit. de dignitatib.
c Zoezianæ in meo manuscr. Cont. al. Severinæ, al. Severinæ. A.
1 Dignitatem suam Consularis & Prætoria mulier amittit nubendo privatæ conditionis homini. l. 8. ff. de senatoribus. adde l. 3. C. de matrilegulis. Ita plebei fiunt nati matre nobili, patre plebejo. Sic Virginia patritia, per nuptias facta plebeia est: Livius 10. vide l. 23. J. eod.
5 Al. Alexandr.
6 Infames & inhonesti (al. ἄτιμοι καὶ ἀγεγραῖ) Senatores fieri non possunt. Synopsis Basilic. 6. tit. 1. cap. 18. l. 1. C. de his qui non impetrito stipendio sacramento soluti sunt. l. 1. C. de infamibus, l. 2. ff. de officio. assessor.
7 Al. admittit, quod idem est. Cicero 3. Offic. eosque à censoribus omnibus ignominiis adnotatos. Cujac.
8 Id est, inferioris silentiarius allectus fuit inter Senatores, silentiarii privilegium non amitto. l. ea 21. C. de excusat. mun. l. 3. J. de silentiar. l. 2. J. de primicer.
9 Al. Imp. PHILIPPUS A.
10 Homines hic sunt qui res aliorum agunt, ut procuratores prædiorum, actores, clientes, coloni. Galli in ea significatione dicunt hommes. dixi ad l. 1. de commercio.
11 Senatorum patrimonia à temonario onere & sordidis præstationibus, & extraordinariis, vel vilioribus libera sunt. adde l. 7. J. eod.
12 Temonarii præstatio est præstatio tyronum equorum, auri tyronici, ut Cujac. interpretatur. Galli le chargey.
13 Al. sordes.
14 Al. VALERIANUS & GALLIENUS A.
15 Vide l. 14. J. eod.
16 Servandum.
17 Sit.
18 Si.
19 Al. Imp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.
20 Eclog. cap. 22.
21 Nullus negotiator, vel monetarius, vel publicanus, vel abjecti officii (ἐργασίας μισθωτικῆς ἢ ὑπὸ ὄνομα ἀγοραίας) dignitatem aliquam consequi pertentet, quod si etiam consequatur, rursum collegio suo reddatur. Synops. Basil. eod. cap. 22. Goth. An exercitia mercaturæ aut mechanica obsint dignitatibus aut nobilitati vid. Tiraquell. de nobilitate cap. 33. S. 1.
22 Monetariorum vile officium est: inter ultimos negotiatores, abjecta officia, & deformia ministeria censentur.
23 Deformia ministeria flatinarum, in quibus. c. vid. in hanc legem Cujac.
24 Stationarii qui, dixi ad l. 15. §. 7. ff. de injuriis. vid. Cujac. 2. observ. ult.
25 Adde l. unic. J. negotiatores ne militent.
26 Pertentet. 27 A. D. 374. vel 555. 28 Al. Idem AA. & CC.
29 Vide l. 4. C. eod.
30 Revocetur, al. devocetur.
31 C. Theod. 9. 2. 1. al. P.P.
32 Eclog. c. 24. 33 Al. senatorium. Senatorum jus, & Senatorii ordinis auctoritatem injuria non oportet adfici. Synops. Basil. d. tit. c. 24.
34 Senatoribus vel Princeps ipse adnumeratur, ut hic. recte: quum etiam consulatus administrationem sustineat. Synops. d. c. 24. ut hinc colligas, Hodie principem appellari videri, dum appellatur ad Senatum: quia pars est Senatus, ut hic. è contra Senatus, pars principis. l. 5. in pr. C. ad l. Jul. majest. vide Suet. in Tiberio 29. nec necesse est confirmari à principe decreta Senatus: quod olim non fuit. Nov. 62.
35 Senatores (ut & decuriones. l. 2. si servus aut libertus) esse possunt qui liberti filii sunt: quippe ingenui, ut hic: soli enim libertini prohibentur. Synops. ibid. c. 2. tit. 6. Harm. tit. de dignitatibus 1. §. 2. Turpe tamen & invidiosum fuit & Imperatori Claudio vitio versum, quod latum clavum tribuerit libertini filio: & Appio Claudio, quod in censura inquinarit Senatum lectis libertinorum nepotibus. Hodie liberti Senatores esse possunt: utpote natalibus restituti & jure aureorum annulorum donati. Nov. 78.
36 Al. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. ad Symmachum P. P. C. Theod. 9. 35. 3.
37 l. 11. 17. C. de quæst.
38 Senatoria nomine, in C. Theod.
39 Al. CONSTANTINUS A. al. VALENTIN.
40 Al. incipit, Si Senator. vide in hanc legem Duar. lib. 2. disput. cap. 29. & Cujac. hic.
41 Id est, plebejos, & editos antequam dignitatem susciperet.
42 Habebat, in lib. Arcad. sed videtur hæc sententia mox corrigi per versiculum, Cum autem J. eodem.
43 Vid. Hottomanum 2. Illustrium.
44 Al., in vet. quib. lib.
45 Cod. Theod. 9. 27. 1.
46 l. 2. Theod. l. 2. ff. de senatoribus. l. 12. §. 2. ff. judiciis.
47 Ita à testimonio dicendo removentur. Oldendorp. cap. 4. de testib. num. 22. & cap. 66. de exceptionib. num. 4.
48 Suid. C. Theod.
49 Cod. Theod. 2. 17.
50 Conjung l. 20. de ritualis. Nov. 22. cap. 36.
51 Uxor à marito sumit honorem, generis nobilitatem, forum, domicilium.
52 Nobilis est natus patre nobili, matre plebeja: quia uxor per nuptias nobilitatem adipiscitur, ut hic. Contra nati patre plebejo, matre nobili, plebeji sunt. Nam & ipsa per nuptias facta est plebeja, l. 1. C. eod. l. femina. §. ff. de Senatoribus, ut Virginia cum esset patricia, per nuptias facta est plebeja. Livius 10. idque congruit cum antiqua juris definitione ut connubio interveniente liberi sequantur patrem semper. l. cum legimus 19. ff. de statu hominum. Apud quosdam genus, illi melioris partis conditionem consequuntur.
53 GRATIANUS & THEOD. AA.
54 l. 5. C. ad l. 22. §. finanes. l. 23 in pr. ff. ad municipal.
55 Al. Eustathium V. P. in mo. Cor.
56 l. ult. C. eod. Sine commeatu res suas invisere clarissimis vel Spectabilibus licet, ut hic. Illustribus non licet. l. 29. C. eod. Cur tam varie? Illustrium quo major potestis est & dignitas, eo Reipublicæ, aut principi periculosior est eorum recessus. Et hæc quidem distinctio proponitur hac lege. Hujusmodi fuit olim distinctio Senatorum qui in Sicilia & Gallia Narbonensi, ab aliarum provinciarum Senatoribus. Illis enim, nec his Augusti constitutione licuit, non exquisita principis sententia rus suas invisere. Tacitus 12. Dion. 52. Put Augustum Claudius, sine permissu principis, Senatores ultra fegimum miliarium urbe excedere vetuit. Paulo in Servari refert Claudius. 57 Al. ZENO A. 58 Vide l. 3. ff. de custodia reorum. Id non servari refert Claudius 5. sent. §. ult. quæst. 46. vers. sciue autem. 59 Substitutione, in vet. quib. vulg. Cujac. dum existimat, tuitione. 60 Al. Imp. ZENO A. 61 Al. ZENO. al. ANASTASIUS.
62 Eclog. cap. 32. 63 l. 12. circa prin. J. de pranisione sacr. scrinior. 1. Harmen. 12. §. 2. 5. 9. dixi ad l. 1. in fin. C. quorum legatorum. Jurant illustres, ut hic. memoriales l. 12. J. de precibus imperatorum offerendis 15. ff. qui satisdare. Jurat & quilibet quandocunque judici justa causa videtur esse, facta non invento fidejussore. Novell. 112. cap. 2. 64 Missio fit in possessionem debiti fiscalis causa, Novell. 53. cap. 4. qua missione, ut ibidem Julianus ait, evictissime jus pignoris confirmatur pro modo debiti.
65 Perjurus dignitatem amittit. 66 Se esse. 67 Addendum.
68 Statuimus. 69 Nulla. 70 Vide l. 8. §. hoc etiam J. de primipilaribus agentium in rebus.
71 Sententia hic generaliter accipitur pro quocunque judicis justo, & judicali auctoritate facta. Aliud est porro hic sententia, aliud libelli conventio, ut l. 6. C. ubi vel.
72 Evocationem. 73 Tam minores quam majores potestates, in vet. lib. 74 l. 15. C. eodem.

1 Adde tit. de off. Praetorum. T. & ff.

2 Glebæ, glebulæ aurum, glebalia functio, aurum oblationum, à Senatoribus exigitur, ut aurum coronarium, à decurionibus: aut argentum à negotiatoribus. A gleba frumentaria, Cujacius putat nihil differre follem frumentarium, de quo mox dicetur. adde Xyrellum Martianal. de indulgent. collator. Zosimus 2.

3 Folli, al. pballi. Follis auræ monetæ genus. l. 2. C. Theod. quorum appellat. non recip. l. 2. C. Theod. de fourcis. l. 5. t. 21. C. Theod. de Praetoris. Moschopulo obolus, Marcellinus Follaricius dicti hujusmodi nummi. Singuli, filiique partem xxx. efficiebant. Justin. in Georgic. titul. qui sanctæ. adde Zonaram in Leone Isaur. Sed quid? Forcatolos 8. Necromantia 5. Præsides olim magistratus ineuntes à provincialibus accipere solitos fuisse scribit, follem, glebam & clavum, ut his quasi symbolis adumbrarent aeris, mobilium & immobilium collationem idque in honoris fide: quæ mera nugæ. Follis est enim id quod ante dixi. 4 Septem solidorum præstatio omnibus senatorum obligabat: eamque id perfunctoriæ omnes non glebæ. 5 Al. Valentiniano & Martiano AA. Tatiano P.P. 6 Martianus in medio. Cont. part. 2. C. de off. pract.

7 Ad Pratum omnes non vocandi senatores qui sedes suas in provinciis constituerant. 8 Præsentes, quod rectius est. 9 Devocentur. 10 B. Anneus. 11 Sic Azo notat, scriptum fuisse in lib. Martiani. 12 Id est, glebalem functionem, quæ scilicet pro possessionibus pendatur. al. Clavem. C. Theod. in princ. 13 Functione, sive qualibet hujusmodi collatione.

TIT. II.

DE PRÆTORIBUS[1] ET HONORE PRÆTURÆ, ET COLLATIONE, ET GLEBA[2], ET FOLLI[3], ET SEPTEM[4] SOLIDORUM FUNCTIONE SUBLATA.

Ad dignitatem prætoriam non potest eligi aliquis in clarissima dignitate constitutus in provinciis manens. Bart.

1. Impp.[6] Arcad. & Honor. AA. Tatiano P. P.

Nemo ex Clarissimis[7], & Spectabilibus, qui in provinciis degunt, ad Præfecturam[8] postea devocetur[9], sed maneat unusquisque domi suæ tutus, atque securus, & sua dignitate lætetur. Dat. xv. Kal. Januar. P.P. Valentin. vii. & Albino[10] Conss. 450.

11. Iidem AA. ad Senatum[11].

Glebam[12], vel follem, sive septem solidorum functionem[13], sive quamlibet hujusmodi collationem, tam circa personas, quam circa res, ac prædia funditus jubemus aboleri: ut omnis hujusmodi sopita perpetuo conquiescat exactio.

TIT. III.

DE CONSULIBUS[14], ET NON SPARGENDIS[15] AB HIS PECUNIIS, ET DE PRÆFECTIS ET MAGISTRIS MILITUM, ET PATRICIIS.

Inter habentes eandem dignitatem ille prius debet antecedere, qui prius est adeptus dignitatem. Bart.

1. Impp. Theod. & Valent.[16] AA. ad Senatum urbis Constantinopolitanæ.

Antiquitus[17] statutum est, Consularibus Viris cæteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate, pares vero insignis considerationis tantum temporis anteire. Quis enim in uno, eodemque genere dignitatis prior esse debuerat, nisi[18] qui prior meruit dignitatem? cum posteriori etiamsi ejusdem honoris prætendat auspicia, cedere tamen illius temporis Consuli debeat, quo ipse non fuerit: hoc observando, & si iterata vice fastigia Consulatus aliquis ascenderit. Repeziti enim fasces virtutes sæpe meriti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. Quod si quis prior Consul posteriori Consuli eidemque Patricio posthabitus, Patriciatum[19] postea consequatur: vinci eum oportet, qui prior meruerit Patriciatum, postquam iste honore patriciæ dignitatis decoratus est.

11. Impp. Valentinianus & Marcianus[20] AA.[21] Aporatio Dom. [vel Com.] & Consuli.

Ordinem[22] Consulatus ad antiquam reduximus[23] sanctionem, ut sellam nostri[24] honoris merito, non rapiendi studio, populorum agmina sectentur[25]: ac lucrandi[26] cupiditate deposita, venerabilem patentum[27] habitum, & felicissima antiquitatis ornamenta conspicientur[28]. Hoc ergo exemplo etiam cæteros procedere Consules volumus, nec expendere eos sine effectu patimur. Cessante ergo ista spargendi[29] vilitate[30] amplissimi Consules procedentes[31], deinceps abstineant hoc errore[32] perdendi, optimoque consilio operi necessario proficiat, quod erat incompetenter projiciendum. Ad restaurationem itaque aquæductuum[33] hujus amplissimæ Urbis centena pondo auri præstentur per singulos Consulatus: ut & Consul Patriæ se dedisse noverit, & data notum sit mansura esse perpetuo. Dat. Aporatio & Herculiano Conss. 452.

Nullus eligi potest Patricius, nisi primo alterum dignitatum hic instantarum fuerit adeptus. Bart.

111. Imp. Zeno A.

Nemini ad sublimem[34] Patriciatus honorem (qui cæteris omnibus anteponitur) ascendere liceat, nisi prius aut Consulatus honore potiatur, aut Præfecturæ Prætorio, vel[35] Illyrici, vel Urbis[36] administrationem, aut Magistri militum, [aut Magistri officiorum] in actu videlicet positus gessisse noscatur: ut hujusmodi tantum personis, sive adhuc administrationem gerendo, seu postea, liceat, quando hoc nostræ sederit Majestati, Patriciam consequi dignitatem. Quoniam vero gloriosissimæ huic urbi, quæ[37] caput orbis terrarum est, omnifariam credimus consulendum: universos, qui posthac honorarii Consulatus insignibus principali munificentia decorantur: centum libras auri ad reficiendum aquæductum[38] publicum ministrare censemus: ad similitudinem eorum, qui per annale tempus Consularium editione muneram gloriantur. Nam ipsis quoque expedit, ut florentissima civitas centum auri librarum munificentia sustentata, honorarium quoque sentiat Consulatum.

Si cui conceditur administratio dignitatis diu ante concessa, non videtur de novo dignitas concedi. Bart.

IV. Idem A. Sebastiano P. P.

Sancimus Viris Excellentissimis Consularibus omnibus qui jam facti sunt, vel postea fuerint, procedendi quoque, & ceipsa per annum gerendi Consulatus, impetrato videlicet principali judicio, legitimam tribui facultatem: ita ut peracta, quam meruerint, processione, non novum aliquid, vel quod nondum habeant, adipisci: sed Consulatus jus[39], quod semel eis consularis detulerat processio, iteratæ beneficio videantur, & in adorandâ[40] nostra purpura, vel in consequendis cunctis Consulum honoribus, & privilegiis ex anteriore tempore provectionis ordinem sibimet noverint vindicandum. Hoc etiam observando, ut hujusmodi Consul nec centum libras auri aquæductibus hujus inclitæ Civitatis pro tenore sacræ constitutionis præbendas, quas cum esset Consularis, præstiterat, Consul postea creatus persolvere denuo compellatur.

Filius familias electus in patricium à patria potestate liberatur. Bart. el.

V. Imp. Justinianus A. Joanni P. P.

Sancimus[41], Vitos Excelsos[42] Patricios[43], quos in hujusmodi dignitatis apicem Augusta Majestas retulerit[44], illico ab Imperialibus codicillis prætitis patresfamilias effici, ac potestate liberari paterna: ne videantur, quia à nobis loco patris honorantur, alieno juri esse subjecti: (quis enim patiatur patrem[45] quidem posse per emancipationis modum suis nexibus filium relaxare: Imperatorium autem celsitudinem non valere eum quem sibi patrem elegerit[46], ab aliena eximere potestate?) ne si contrarium approbetur per quamcunque machinationem, Imperialis Majestas minui videatur. Et hoc quidem raro contingere satis certum est: nemo[47] enim facile respexit filiumfamilias in Patriciatus honorem provectum, quemadmodum in Consulibus hæc res usitata est, sed ne quid in parte temporis tale eveniat, & sine legibus inveniatur. ideo hæc nobis visa sunt sancienda.

TIT. IV.

DE PRÆFECTIS PRÆTORIO, SIVE URBI, ET MAGISTRIS MILITUM IN DIGNITATIBUS EXÆQUANDIS.

1. Imppp. Valent.[48] Valens, & Gratian. AAA. ad Ampelium P. P.

Prospectum[49] Urbi[50], & Præfectum Prætorio, & Magistros[51] equitum, ac peditum, indiscretæ ducimus dignitatis: usque adeo videlicet, ut cum ad privatam successerint vitam, eum locum[52] velimus esse potiorem[53], qui alios promotionis[54] tempore, & codicillorum adeptione præcesserit. Dat. iii. Non. Jul. *Nasonaci.* Accept. iii. Non. Septembr. Modesto, & Arintheo Conss. 372.

Dignitate deposita per plures in pari gradu dignitatis existentes, ille est potior, qui prior fuit in dignitate electus. Bart.

11. Imppp. Grat. & Valent. & [55] Theod. AAA. Restituto.

Quisquis Magisterium equitum, peditumque suscepit, & gesserit ante captam à quoquam Præfecturam: is cum privatus erit, & honorem deposuerit, ex Præfectis[56], qui provecti fuerint, præferatur. Sit igitur sedes prior[57] ante provectis, locus conspectior decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti Magistratus vetustior. Dat. viii. Kal. Jul. *Thessalon.* Grat. v. & Theod. AA. Conss. 380.

48 Al. Imp. Valentinian. A. 49 Præfecti urbi, Prætorio, & Magistri equitum ac peditum, par & indiscreta dignitas. Tres hæ dignitates vindicatæ curia liberant, honoraria non liberant. Honorarii cingulum non habent, est enim cingulum nihil aliud quam administratio. *Nov.* 70. c. 1. 50 Urbis. 51 Hi magistri militum. 52 Puto legendum, *locis, ex mss.* 53 Priorem. 54 Vide *l.* 1. *J. ut dignitatum ordo servetur.* 55 Al. Imp. Leo A.

56 *Ex præfectis, qui post provecti, &c.* legit *Cujac. ex C. Theod.* Expræfecti autem esse dicuntur, qui præfectura abierunt. 57 Vide *l.* 1. *J. ut dignitatum ordo servetur.*

TIT. V.

DE[58] PRÆPOSITIS SACRI CUBICULI[59], ET DE OMNIBUS CUBICULARIIS, ET PRIVILEGIIS EORUM.

Custodientes cubiculum Principis, vel Augustæ, eandem dignitatem habent, quam Præfectus urbi, & Præfectus Prætorio, & magister militum. Bart.

1. Impp. Honor. & Theod.[60] AA. Florentio[61] P. U.

Sacri[62] cubiculi Præpositi ea dignitate fungantur, qua sunt præditi, qui eminentissimam Prætorianam, vel Urbanam meruerint Præfecturam, aut certe militarem Magistriam potestatem: ita ut sit inter eos post depositas administrationes nulla discretio, sive nostræ serenitatis adoraturi[63] admittantur imperium, sive pro suo arbitrio solennes festivitates, & cœtus, vel salutationes, vel quælibet alia officia[64] frequentent[65]: ut in sedibus, & in confessu ejus ordo servetur, quem ordo[66] provectionis ostenderit: sub habitu videlicet ipsis consueto, cum manifeste decretum sit eorum esse potiorem, qui præcesserit, vel illum subsequi, quem recentius probaverit examen. Dat. viii. Id. Novemb. CP. Honorio xiii. & Theod. x. AA. Conss. 422.

11. Iidem Theod. & Valent. AA. Proculo P.P.

Hac nostræ mansuetudinis æternata lege sancimus, ut omnes Cubicularii, qui de nostro cubiculo exeunt, antequam primum locum obtineant (excepto Castrensi, & Comite domorum) his privilegiis perfruantur, id est, ut neque possessiones[67] eorum angarias, sive parangarias, vel etiam paraveredos in posterum dispositione tui culminis, vel alicujus calumnia dare cogantur, ne sordidis adstricti muneribus, decus ministerii, quod militando videbantur adepti, otii tempore, & quietis amittant, domos quoque eorum, vel in hac sacratissima Urbe, vel in qualibet alia positas Civitate, ab omni hospitum cujuslibet dignitatis inquietudine vindicamus: Provinciarum Rectoribus, eorumque apparitoribus denarum librarum auri dispendio feriendis, si mansuetudinis nostræ statuta dissimulare, & ex aliqua parte violare tentaverint.

111. Impp. Leo[68], & Anthemius AA. Joanni Comiti, & Magistro officiorum.

Cubicularios, tam sacri cubiculi mei, quam venerabilis Augustæ, quos utrosque[69] certum est obsequiis occupatos, & aulæ penetralibus inhærentes, diversa judicia obire non posse: ab observatione aliorum tribunalium liberamus, ut in[70] Sublimitatis solummodo tuæ judicio propositas adversus se excipiant actiones.

Si dominus principi servum suum cubicularium obtulit, illico tale servus libertatem adipiscitur. Bart.

IV. Imp. Leo A. Pusco P.P.

Jubemus omnes[71], qui vel jam in sacrum cubiculum cujuspiam liberalitate donati, aliove titulo dati, vel dandi, principalibus obsequiis inhærere, vel ante meruerunt, vel postea meruerint, licet nulla intervenerit scriptura, nulla confectione gestorum, postquam[72] devotissimis cubicularibus fuerint sociati[73],

58 *Ecl.* tit. 6. tit. 59 Duplex est sacrum cubiculum: Augusti & Augustæ. vid. *hic Cujac.* 60 Al. *Arcad. & Honor. AA.* 61 Al. *Flora P. P.* 62 Præpositi cubiculi (si apparitoria sua ratiocinia) eandem habent potestatem, quam Præfecti Prætorio, vel urbi, vel magistri militum, tam in adorationibus principis, quam privatis festivitatibus & aliis omnibus officiis, ut videlicet præratione gradus, quem tempus tribuit alii alii præferantur. *Syn. Basil. 6. tit. 25. c. 1. 2. 3. C. Th. 6. & 8. Novell. tit. de dignitat. §. 6.*

63 Vide quæ notavi *ad l. 1. J. de appellationibus P. urbi, Goth. Adde l. 1. J. de Silentiar. & decurion. Novell. 6. & Nov. 9. Ant.*

64 Officia accipe funebria, vel ministerialia. *Inscriptum in Calig.* cum ad officium veniebat. *Cujac.* Ita locus hic judicio est, veteres in funeribus etiam de gradu & ordine certasse: officiique nomine, festivitates, cœtus & salutationes intelligi, cum itaque dicit aliquis *officium B. Mariæ*, festivitatem vel salutationem intelligo. de quo dicemus hic aliquando plenius. vid. interim Tertullianum *de Idolatria cap.* 16.

65 Frequententur. 66 Vid. *l. 1. J. ut dignitatum ordo servetur.*

67 Angariæ munus possessionibus non indicitur: estne patrimonii? non est. *l. ult. §. 1. ff. de muneribus.* Annui hic possessionibus indici videtur? cura exigendæ angariæ, personalis: præstatio *realis.* 68 Al. *Imp. Martianus A.* 69 Utriusque. al. *utriusque.* 70 Fluxum cubicularii principis & Augustæ sortiuntur apud Magistrum officiorum. 71 *Al.* additur, *servos.*

72 Vide *l. 6. J. qui militare.* 73 Libertatis consequendæ hic modus singularis: adde alios ex *l. 24. J. de Episcopali audientia, l. unic. C. de Latina libertate, §. 1. Inst. de libertinis.*

1 Cubiculo principis sociati cubicularii, hoc ipso quod cubiculario, liberi & ingenui sunt. Potest desendi, hoc ipso quoque nobiles fieri. Nam & Interpretes nostri, minimum quoque qui in principis fit ministerio, nobilem fieri notant: minimum, inquam, verbi gratia, coquum, vel barbitonsorem. *Basil. tit. de fundo guardia*, Ripa 2. *de rescriptis* 26. adde *l. unic. C. de præpositis labora.*

2 Lex plerumque extenditur ad mortuos.

3 *Al.* Additur, *quæ. 4 Tres tit. C. de hæred. actionibus. l. 196. §. quoties, lege Julia, ff. de leg. 1.*

5 *De eunuchis cubiculariis vide hic Cujac.*

6 Movere hic est agere.

7 Famulum.

8 Judicandi.

9 Ei, ut servi.

10 Associati.

11 Videamus.

Cubicularii etiam dignitate deposita, cum vadunt extra urbem, poterunt uti cingulo dignitatis. Bald.

V. Imp. ANASTASIUS A. Eusebio Magistro officiorum.

JUbemus duobus Viris illustribus Præpositis utriusque sacri cubiculi tam nostræ pietatis, quam serenissimæ [nostræ] Conjugis, qui post finitam militiam Senatorio fuerint consortio sociati [10], licere quotiens ad aspiciendos agios suos, vel ob aliam causam proficisci voluerint, cingulo uti: eum hoc ad implendum eorum desiderium, & ad nullius lædionem respicere videatur [11].

TIT. VI.

DE QUÆSTORIBUS [12] ET MAGISTRIS [13] OFFICIORUM, ET COMITIBUS SACRARUM LARGITIONUM, ET REI PRIVATÆ.

Qui in administratione publicorum officiorum se bene gesserunt, debent clamosis vocibus populi commendari. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. [14] & THEOD. AAA. Restituto P. U.

QUI ex [15] Quæsturæ honore, aut officiali [16] Magisterio, aut Comitiva utriusque [17] ærarii nostri attonito splendore viguerunt: acclamatione excipiantur solita, nec præterentur, ut incogniti [18]. Dat. VIII. Kal. Jul. *Thessalonicæ*, GRATIANO V. & THEODOSIO I. AA. Conss. 380.

12 *lib. 1. tit. 30. C. eod.*

13 Magister officiorum τῶν ἐπὶ τοῦ κανκελλαρίου §. *Theodorus* 20. τῶν ἐπὶ τοῦ κανκελλαρίου. *Zosimus* 2.

Apud eum fortiebantur silentiarii & ministeriales omnes. *l. 4. §. de silent. l. ult. §. de decanis*, cubicularii principis & Augustæ. *l. 3. §. de grad. sacri. cubiculi.* scholares. *l. ult. §. de privileg. scholast.* agentes in rebus. *l. 4. §. de agentib. in reb.* decani, *l. 2. §. de præpositis sacri cubiculi.* militantes in sacris scriniis, *l. 12. §. de privil. sacrorum scrinior.* fabricenses. *l. pen. §. cod. de fabricens.* duces limitanei, præpositi castrorum. *l. 8. §. de diversis officiis.* denique totius palatii disciplina ad eum spectabat. 14 *Al.* Imp. ARCAD. & HONOR. AA. 15 *Al.* deest IX. 16 *Efficaci* legit *Cujac. & ita in quib. lib. manuscr. reper.* 17 Ærarium duplex. Aliud sacrum (quod & sacræ largitiones, & thesauri) aliud privatum. Sacro attributus Comes sacrarum largitionum, sacri ærarii & thesaurorum Comes: Alteri vero ærario, hoc est, privato Comes adtributus Comes rei privatæ. dixi ad *l. 2. §. ut dignitatum ord. servetur.* 18 Cogniti.

TIT. VII.

DE PRIMICERIO [19] ET SECUNDICERIO [20], ET NOTARIIS.

Notarii Principis licet senectute deposuerint officium, aut majorem dignitatem fuerint adepti, non ob hoc Notariorum nomen perdunt. Bart.

1. Idem Imppp. [21] Eutropio P. P.

PRINCIPIA est, nostræ pietatis intentio circa Notariorum nomen: atque ideo si unquam hujus ordinis viri laborem quiete mutaverint, vel abjecerint, vel senectute posuerint, seu [cum] alia dignitate posthac [22] qualibet usi sint, non omittant prioris [23] vocabulum militiæ, sed compendium sequentis honoris adsumant: & si quis ex officio, vel præcipue Sublimitatis tuæ temerario adsensu [24] in discussiones, peræquationes, aliam denique ullam rem inquietator extiterit: officium suum noverit, vel levis culpæ offentione retecta, gravis multæ discrimine fatigandum, & numerariorum corpus extincto injuriæ auctore minuendum. Dat. XVI. Kal. Jul. *Thessalonicæ*, GRATIANO V. & THEODOSIO I. AA. Conss. 380.

19 Primicerius, Secundicerius, Tertiocerius, Quartocerius, scholarum vel notariorum est Primus, Secundus, Tertius, Quartus, scholarum & notariorum. *Cerion* enim, productio est verbi. Ita Stephanus primicerius Martyrum Augustino *sermone* 21. Petrus Primicerius Apostolorum *apud Baldricum Bolensium Archiepiscopum in historia Hierosolymitana, extera vide apud Cujacium.*

20 *Tertiocerius*, sed utrumque abest à *C. Theod.* in quo legitur, *De primicerio & notariis.*

21 *Al.* Imp. LEO A.

22 Post hanc.

23 Tabellio si certa dignitate arctetur statuto, & Tabellionis matricula dispunctus est: eam tamen dignitatem à qua antea remotus est, attingere seu gerere non potest, ut hinc colligit Cortesius, *singulari, Statuta curantur.*

24 *Temerarium ad censum dissentiens*, emendat Cujac. sed excusa lectio extat in omnibus.

25 Al. *Justiniano A.*

26 *Al.* additur *Illustri.*

27 Primicerii notariorum munus biennale, ut *hic.* Idem in primicerio fabricensium, *l. 2. §. de fabricensibus.* 28 Al. *agendi munere*, sed recentior excus. 29 Inferioris gradus. 30 Postponendi, al. *postponendus.* 31 Vid. *l. 7. §. de proxim. sacrarum scriniorum.* 32 Dispendiis. 33 Defessa setate jam, &c.

Primicerii ultra biennium in officio militiæ non cognantur. Bart.

11. Imp. ZENO [25] A. * [26] Magistro officiorum.

PRæclaram nobilemque militiam spectabilium Tribunorum Notariorum, qui gloriosis obsequiis nonnihil Reipublicæ commoditatis afferunt, & decoris, diversis beneficiorum titulis muniendam credimus, & augendam: nam biennales [27] metas Viro spectabili pro tempore Primicerio agendis muneris [28] duximus statuendas. Hos autem Tribunos qui suis negotiis occupati, minime sacrum palatium curaverint frequentandum: nisi intra annale spatium revertantur, quamvis commeatus jura prætendant, pro absentia quidem unius anni, unius gradus: si vero duobus annis abfuerint, duorum, si tribus, trium, si quatuor, similiter quatuor graduum subire jacturam: his, qui inferiores [29] eis fuerint, postponendis [30]. Qui vero per quinquennium integrum se præsentare cessaverint, exemptos matricula, tantum nomine Tribunorum, non vero ordine perpotiri: his in hunc modum dispositis, vacationem census, discussionis, peræquationis, & cujuslibet alterius rei habituros. Illud præcipue provisionem nostram flagitare perspeximus, ne per ambitionem, vel gratiam, aut cujuslibet occasionis obtentu, vel laborum, seu solicitudinum specie, publicorum cuiquam liceat aliquando graduum seriem conturbare, & temporum [31] ratione calcata dudum militantibus anteferri: & quæ longis prolixisque stipendiis [32] defensa [33] jam pollicetur senectus, gratiosa festinatione surripere: hoc etiam adjiciendo, ut primicerius post depositam publicam numerorum [34] solicitudinem, ac si plane gessisset administrationem, cujus consequatur dignitatem: Magistri officiorum pro antiqua consuetudine infulis, fruatur, omnibus vacantibus, quamvis tempore præcedentibus, præponendus.

34 Munerum.

TIT. VIII.

UT DIGNITATUM ORDO SERVETUR.

Usurpans scienter honorem indebitum, crimine sacrilegii punitur. Bart.

1. Imppp. GRATIANUS, VALENT. & THEOD. AAA. ad Prætextatum P. U. [35]

SI [36] quis [37] indebitum sibi locum usurpaverit nulla se ignorantia [38] defendat: sitque plane sacrilegii [39] reus, qui divina præcepta neglexerit. Dat. XII. Kalend. Jun. *Mediolani*, RICHOMERE & CLEARCHO Conss. 384.

35 *Al. PP.*

36 *Rubr. C. tit. 1. C. Theod.* quem confer. Auctoritas enim est principalium.

37 Qui locum indebitum sibi usurpaverit, finis legis tenetur: non ignorantiam prætextere potest. *Bas.* 11. *tit. 1. tit. lib. 6. tit. 1. cap. 54. l. ult. §. de provid. eorum qui in sacro palatio militant, l. 2. C. de consulibus, l. 2. C. de præpos. sacri cubicul. l. ult. C. de proxim.*

38 Ignorantiam.

39 Sacrilegii rea est, qui in legem admittit, *ut hic l. 1. C. de petit. honorum subl. l. 13. §. de orig. militarium omnium.*

40 Illustrium quoque gradus. Illustres qui ad illustrem dignitatem gesserunt vicariorum præfectum, comitum consistoriani, comitum rei militaris, comitum rei privatæ, magistrorum officiorum, quæstorum, comitum sacrarum largitionum, comitum thesaurorum, comitum domorum, comitum sacri patrimonii, præfectorum annonæ, præfectorum vigilum, præfectorum urbis, præfectorum prætorio, consulum, patriciorum, & inter aposto. *Cassiod. & Sidon. & eorum. Cod. l. ult. marcia. C. Theod. de honorat. codicillis, l. 5. §. de excusat., l. 2. §. de silentiariis. Zosimus* sunt vacantes cum cingulo illustri, quibus cingulum deferebatur ob antegestas administrationis meritum. Honorarii vero absque hoc cingulo & sic diversi a vacantibus dicuntur *C. Theod. de Comitib. vacantib. Ammian.* 16. 18. 21. Ita dabantur annonæ: at non honorariis. *Lucas.* formulam qua per codicillos vacantes proceres fiunt, vide apud Cassiodorum *6. Variar.* 10. & 11. formulam illustratus vacantis. 42 Al. *desit.*

43 *Perficimus, ut sup. lib.* 44 Honorarii sine merito gestæ administrationis solis codicillis principis hanc dignitatem consecuti, imaginarii sine cingulo: *Lydus*, & ac hic dicitur, qui sine cingulo codicillus tantum honorarius dignitatis adepti, *Novell.* 70. Hujusmodi Patritios, Augures & XV. viros sacris faciendis Severum fecisse memoriæ proditum. Horum alii præsentes, alii absentes hic dicuntur. 45 Nomine. 46 Al. *administrationes, & sic deinceps.* 47 *In lib. Aured. additur & Cujac. legit, omnibus vacantibus omnibus honorariis.* 48 Ordo hic dignitatum illustrium est, ut administrantes vacantibus, vacantes honorariis præferantur. 49 Vacantes honorariis præferuntur simili gradu dignitatis prædicti majori gradu prædita non præponuntur. 50 Præfecto. 51 Comes hic thesaurorum, qui & sacrarum largitionum & sacri ærarii Comes. *l. 2. §. de palat. sacr. largit. l. unica. C. de quæstoris, l. 3. §. ubi senatores*, & qui vocabulo & præpositus regalium thesaurorum, Præfectus ærarii *in l. 15. §. 4. ff. de jure fisci.* Rutilius Numatianus, *Nam neque opum earum quantum sit magna sacrarum, Nec jam Quæstura gratia fassa suæ.*

52 De Comite rei privatæ dixi ad *l. 9. C. de jure fisci.* 53 *Ex magistro, in quibusd. ver. lib.*

54 Illustribus administrationibus adnumerantur vacantes, qui non sunt otiosi, sed ordinarium aliquam dignitatem gerunt: licet ea dignitas non sit illustris, sed clarissimatus, vel perfectissimatus. 55 Al. *cuncti.* 56 Belli cura cui committitur, dux: Ducatus dignitas non illustris, sed clarissima, vel perfectissima. 57 Germanus hic magister militum vacans, contra Vandalos dux magna classe missus à Theodosio, pro administrature habetur, non pro vacante illustri. *vid. Pandum & Prosperum.* Ita fit, ut vacanti illustri, belli cura committatur. 58 Propentadius hic præfectorius vacans, curator copiarum factus inter illustres administratores enumeratus est. 59 *Cujus cinctui illustribus dignitatibus sic attenduat Cujac. Rosin. in lib. quidam Aured. & Dionys.* legitur, *cinctui.* 60 Commeatuum copiis curator copiarum præficiebatur authoritas Prætorio. *l. 4. §. de exigat. milit. annona*: adde *l. ab negotium 20. §. de compensat.* 61 Al. *stabulabat.* al. *commeatu.*

TIT. IX.

DE MAGISTRIS [62] SACRORUM SCRINIORUM.

1. 63 Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Zoïlo P. P. Orientis.

VIRIS spectabilibus Magistris omnium sacrorum scriniorum nostræ benevolentiæ liberalitas tribuenda est, qui [64] nostræ quodammodo adsidere Majestati videntur: ideoque post depositum etiam officium ab omni indictionis onere, seu civilium, seu militarium Judicum prorsus immunes esse præcipimus: ut nec [65] ab amplissima quidem sede tui culminis eis ulla molestia super suspiciendo quolibet gravamine privato, vel publico penitus injungatur. Hoc beneficium ad proximos [66] etiam sacrorum scriniorum, & ex proximis, volumus propagari [67]: quinquaginta librarum auri officio tui Culminis condemnatione multando, si quid [68] adversus statuta Clementiæ nostræ innovari [69] concesserit. Dat. V. Kalend. Mart. THEOD. A. XVIII. & ALBINO Conss. 444.

62 Magistri scriniorum principes scriniorum: quorum alii magistri memoriæ (*li memoriales unus distant, & mittunt, & precibus respondent*) alii magistri epistolarum, qui legationes civitatum, consultationes & preces tractant. Alii libellorum seu libellis agentes. Alii scrinium gerebant: ab iis diversi Referendarii, qui supplicum desiderio principi exponebant, & jussum publicus conscriptionis confirmabant. *Sigebertus.* Referendarii, qui sunt à regestris & libellis. *de quibus vide Cujac. hic.* 63 *Al.* Imp. ANASTASIUS A. 64 Scriniorum adsidores quodammodo principis immunes, etiam deposita administratione ab omnibus civilibus muneribus, *ut hic, & l. ult. §. de excus. mun.* 65 Ne ab. 66 Vid. *J. de proximis sacrorum scrin.* 67 Al. *propagari.* 68 Quis. 69 Innovata.

TIT. X.

DE COMITIBUS CONSISTORIANIS [70].

Comites consistoriani sunt illi, qui sederunt in Principis consistorio & proconsulibus adæquantur. Bart.

1. Imp. ARCADIUS [71], & HONORIUS AA. Severino [72] P. U.

EOS, qui [73] tranquillitatis nostræ consistorii dici Comites meruerunt, spectabilibus Proconsulibus æquari [74] generaliter decernimus. Dat. VII. Kal. Octob. CP. THEODORO V. C. Cons. 399.

70 vi. *C. Theod. tit.* 71 Constituti Comites intimi principis ministeria consiliaria, spectabiles proconsularibus exæquati, immunes à sordidis muneribus. *l. Manuarum, 15. l. de consul. manar. l. 1. C. Theod. qui & prob. ops. l. 1. qui & prob. ops. l. 1. C. eod.* 11. Imp. *C. Theod. qui cod. rei privat. Ammian. 15. Ambros. 5. epist. 33.* 72 *Al.* Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS. AAA. 73 Severiano. 74 *l. 1. C. Theod. eod.* 75 Æquare.

11. Imp. Anastasius [1] A. Eusebio Magistro officiorum.

Viros spectabiles Comites consistorianos, & conjuges, & liberos, quinetiam servos eorum atque colonos iisdem privilegiis, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam suas contra alios exercendo, perfrui, quibus Viri Clarissimi Principes scholæ agentium in rebus, per sacram pragmaticam sanctionem divinæ memoriæ Zenonis utuntur.

[1] Judicialium Anglican.

Tit. XI.

DE [2] COMITIBUS [3] ET TRIBUNIS SCHOLARUM.

1. Impp. [4] Honor. & Theod. AA. Prisciano P.U.

Primicerios [5] ac Tribunos scholarum, qui inquietudinis [6] epulis adhibentur, & adorandi Principis facultatem antiquitus meruerunt: (inter quos Comites etiam sacri stabuli [7], & cura [8] palatii numerantur) si primi ordinis Comitivam [9] cum Præpositura meruerint, & casu ad altiora non pervenerint, depolito sacramento inter [10] eos, qui Comites Ægypti, vel Ponticæ diœceseos fuerint, (quorum par dignitas est) haberi præcipimus: alios, qui [11] honore Comitivæ regimen fuerint nacti, absolutos militia, inter eos, qui duces [12] fuerint provinciarum, numerari jubemus. Dat. VII. Kalend. April. CP. Lucio V.C. Cons. 413.

[2] Comites Gre gis, five tribuni Scholarum & gentium in rebus, ad quos Scholarum gubernatio pertinet.

[3] Præpositis.

[4] Imp. Valentinianus A.

[5] Junge l. ult. T. de consulib. vel militar.

[6] Vid. Pyrrhum, l. ad tit. de privilegiis fori qui ingressi militiæ equitis, hic patet esse legendum Cæsar. qui & divinis epulis.

[7] Comites stabuli equorum præfecti, & rectores, l. 3. C. Theod. de equis, cellar.

[8] Curatores, in duod. ver. lib. Cura palatii (quæ & custodia dicitur) Imperatorem. Cassiod. 7. Variar. 5. ab hoc distinguitur Cura Prætorii, quæ dicebat Tribuno militum. Trebell. in Claudio. 9 Comitiva primi ordinis titulus honorarius à Constantino inventus: secundi & tertii ordinis quod Comitibus creatis. Eutrop. 4. de vita Constant. Comitivæ primi ordinis vocant. vid. apud Cassiod. 6. Variar. 12. 10 Præpositi Scholarum, stabuli, palatii comitiva primi ordinis decorati, peracta militia exæquantur Comitibus Ægypti & Ponticæ diœceseos: non honorati comitiva, decibus provinciarum. 11 Seu ordine tenere, Cujac. & ita indubie legendum. 12 Duces provinciarum, diœceseos Comitibus inferiores erant, licet utrique spectabiles.

Tit. XII.

DE COMITIBUS [13] REI MILITARIS.

1. Imppp. [14] Valent. Valens & Gratian. AAA. Ampelio P.U.

Qui contemplatione meritorum, ducto intra provincias transmarinas [15] strenuissimo milite primi ordinis Comitivam fuerint consecuti: ea [16] reverentia altissimarum dignitatum viris [17] subjugantur [18], ut his locum præstent, qui Proconsulatus insignibus adornantur. Dat. III. Non. Jul. Naissanæ, Modesto & Arintheo Conss.

[13] Comites rei militaris duo: unus limitis Augustæ, alter Illyriæ, ex ingist ex Notitia.

[14] Al. Imp. Leo A.

[15] Comites rei militaris in Transmarinis provinciis occupati.

[16] Comitibus rei militaris præferatur Proconsulibus.

[17] Viri.

[18] Subjugantur.

[19] Cod. Imp. Anastasius A.

[20] Junge cum l. 1. T. tit. proc.

[21] Comitivæ.

[22] Comites rei militaris ad defendendam unam vel provinciam, interdum ad plures defendendas mittebantur.

[23] Comitibus rei militaris exæquantur, qui vicem magistri militum gestabant. [24] Comites rei militaris ducibus adæquantur, verbi gratia: Phœnices Mœsiæ Mediterraneæ. [25] Comitibus rei militaris Comites diœceseos Ægypti & Ponticæ superioris: ut quæ dixit cum vicariis, administrationem habent. l. 1. T. de offic. vicar.

Tit. XIII.

DE [26] COMITIBUS, ET [27] ARCHIATRIS [28] SACRI PALATII.

1. Impp. [29] Honor. & Theod. AA. Prisciano P.U.

Archiatros [30] intra palatium militantes, si Comitivæ [31] primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari præcipimus, sive jampridem depositurum militiam, sive postea deposiuerint: ita ut inter vicarios [32] & duces [33], qui administraverint, & eos, qui Comitivam primi [34] ordinis meruerint, nihil interfit, nisi tempus, quo quis administraverit, vel Comitivæ adeptus [35] est insignia. Dat. XII. Kal. April. CP. Lucio V.C. Cons.

[26] Edict. lib. 6. tit. 21.

[27] Edict. lib. 6. tit. 17.

[28] Medicos principis hic accipe arbitratus. Alciat.

[29] Al. Imp. Zenon A.

[30] Conjunge cum l. 1. T. de comit. rei militar.

[31] De comitiva primi ordinis dixi ad l. 1. T. de Comitibus & Tribunis.

[32] Archiatri Comitiva primi ordinis honorati vicariis & ducibus exæquantur: sic tamen ut eodo temporis inter eos serventur. 33 Duces & vicarii exæquantur.

[34] Archiatris, primi & secundi ordinis Comitiva interdum datur. l. ult. T. de profess. & medic.

[35] Indempsus, al. indepsus.

Tit. XIV.

DE COMITIBUS, QUI PROVINCIAS REGUNT [36].

Comites, qui gubernaverunt provincias, deposito officio privilegio dignitatis vicariæ fungantur. Bart.

1. Imp. [37] Honorius, & Theodosius AA. Prisciano P. U.

Eos [38], qui administratione civili, ac provinciæ gubernaculis sub jurisdictionis licentia Comites quoque primi ordinis esse meruerint, vicariæ [39] dignitatis post depositam administrationem privilegiis frui oportet. Dat. XII. Kal. April. C. P. Lucio V. C. Cons.

[36] Gerunt.

[37] Al. Imp. Zenon A.

[38] Junge cum l. 1. T. de comitibus rei militaris.

[39] Comites & rectores provinciarum Comitibus æquantur.

Tit. XV.

DE [40] PROFESSORIBUS, QUI IN URBE CONSTANTINOPOLITANA DOCENTES, EX LEGE MERUERUNT COMITIVAM [41].

Grammatici, & Sophistæ, & Jurisperiti, qui per viginti annos scientiam docuerunt Constantinopoli, sunt digni ea dignitate, quæ fungitur vicaris principio. Bart.

1. Imp. Theodos. [A. [42] & Valentin.] C. Theophilo P.U.

Grammaticos, tam Græcos, quam Latinos, Sophistas & Jurisperitos in hac regia Urbe Professionem suam exercentes, & inter [43] statutos connumeratos, si [44] laudabilem in se probis moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam [45], facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque differendi se habere patefecerint, & cœtu ampliissimo judicante [46] digni fuerint æstimati [47]: cum ad viginti [47] annos [48] observatione fugi, ac sedulo docendi labore pervenerint, placait honorari, & his, qui sunt ex vicaria dignitate, connumerari. Dat. Id. Mart. C.P. Theod. A. XI. & Valentiniano C. Conss. 425.

[40] Edict. lib. 6. tit. 21. Goth. De Intellectu hujus Rubricæ & l. 1. Bellon. suppar. lib. 2. c. 13. Ann.

[41] Comitiva est titulus honoris à Constantino Imperatore inventus. Eutrop. lib. 4. de Constant. vita.

[42] Al. pro Imperf. AA. Philostor. lib. 9. vers. l. 2. T. de studiis liberal. urb. Rom. al. Imp. Valentin. A.

[43] Intra.

[44] l. 7. T. de profess. & medicis.

[45] Quid, num excusari potuit doctor suspectus interrogationi seu examini studiosi adhuc tiri? posse existimant interpretes exemplo testis. vid. Carpzovium singulari suspicio: & Abbatem in c. cui causam de offic. delegat. [46] Vid. Alciat. 13. præsumpt. 19. [47] Professionis justæ tempus viginti anni, ut lic. l. 1. T. de excus. veterarorum. l. 3. T. de his, qui non impletis stipend.

[48] Vide Gothof.

[49] Edict. lib. 6. tit. 6. C. Theod. 25.

[50] Silentiarii qui dicuntur, vide in l. 5. T. eod.

[51] In quibusdam non est vox servent, sunt autem silentiarii qui in palatio principis excubias agunt. Cuiac. in Antiqu.

[52] l. 1. C. Theod. eod. vid. l. 3. T. eod.

[53] Enarrium.

[54] Silentiarii & eorum decuriones absolvi militia numerantur inter exmagistros officiorum, vel exmagistros domesticorum, honore inter agentes, atque ita illustratum vacatem cum cingulo munificentur.

[55] Salvandis.

[56] In honor.

[57] Al. Valentin.

[58] Huc pertinet l. un. lib. 11. C. Theod. qui à præsid. tyro & equo. exemerunt.

[59] l. 3. T. eod. l. 21. T. de decurionib.

[60] l. 3. T. eod. vid. l. 21. T. de decurionib.

[61] Modum, in vestor. quib. lib. ab indictionibus extraordinariis, quæ necessitatis causa imponuntur, immunis est.

[62] Al. Imp. Valentin. A.

[63] Silentiariis erant sui decuriones, ut hic. qui palatii. Ammian. 20. sacri palatii. l. 1. T. eod. & sacri consistorii decuriones. l. C. Theod. l. ult. Decurio vero cuique præerat decem silentiariis.

[64] Silentiariorum privilegia.

[65] Pragmatica.

[66] Ad comitatum principis nemo nisi passim venire licuit. Licuit vero vel singulari privilegio, ut hic, vel evocatoria, huc est evocatis.

[67] Severianum, in excomp. Vulter.

[68] Numida.

[69] Silentiarii, non plures, sed eorum decuriones non plures tribus inter viros illustres senatores referri poterant, & per tredecim continuos annos excubias egissent.

[70] Illustres fiere senatores.

[71] Honorariæ.

[72] Et privilegia.

[73] Cod. XXX.

[74] Silentii excubias agebant in consistorio principis, stantes ad limen.

[75] Cod. Idem A.

[76] Tractari.

[77] Forum silentiarii & ministeriales omnes fortiebantur apud magistrum officiorum, ut hic & l. ult. T. de cursoribus. & stationariis.

[78] Anastasius refert, al. Justinianus.

[79] Polycarpo P. Prætorio.

80 Silentiarii clarissimi hic dicuntur, quia alio loco spectabiles: quæ varietas multis dignitatibus accedit, crescentibus, vel minutis dignitatibus pro arbitrio principis & ipsa rerum accessione vel decessione. Cætera vide hic apud Cujacium divini juris & humani omnium deniique, nullis exceptis, scientissimum. 81 In genitorum fatorum. delendum est igitur postea, in. 82 Militia silentiariorum vendi potest. vid. Nov. 53. c. 5. 83 Silentiarii à tutelis & curationibus immunes. l. ult. T. de excusat. tutor. 84 Prætoræ.

Tit. XVII.

DE [85] DOMESTICIS [86], ET PROTECTORIBUS.

Domestici & Protectores Principis salutantes Vicarios, & Præfectum, ipsos osculari possunt. Bart.

1. Impp. [87] Valent. & Valens AA. Eusignio P.P.

Domestici ac Protectores osculandi [88] cum salutaverint Vicarios, rui Culminis habeant potestatem. Pœna enim latus principis excubitus hic exposuit fallo. Protectores milites sunt qui pertius protegant. Domestici eodem munere protegendi fungantur, sed familiarius id faciant quam protectores. Suarez l. cap. 13. Emilius Zonar. in Diocletiano. Goth. Adde Cujac. hic & Turnebum. lib. 15. observ. cap. 16. S. L. 87 Al. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Eusignio P.P. 88 Osculum principis summi honoris loco habebatur, adde l. 2. T. de fabricensibus, Goth. Et notat. l. 2. T. de præpositis Sacri Cubiculi. Ann.

[85] Edict. lib. 6. tit. 28.

[86] Domesticos ac protectores principis conscios Alciatus hic exposuit falso. Protectores milites sunt qui pertius protegant. Domestici eodem munere protegendi fungantur, sed familiarius id faciant quam protectores. Suarez l. cap. 13. Emilius Zonar. in Diocletiano. Goth. Adde Cujac. hic & Turnebum. lib. 15. observ. cap. 16. S. L. 87 Al. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Eusignio P.P. 88 Osculum principis summi honoris loco habebatur, adde l. 2. T. de fabricensibus, Goth. Et notat. l. 2. T. de præpositis Sacri Cubiculi. Ann.

enim sacrilegii [1] similis erit, si his honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni sunt æstimati [2]. Dat. Prid. Non. Mart. *Mediolan.* Valentin. A. III. & Eutropio Conss. 387.

11. Impp. Theod. & Valent. AA. Heliodoro P. U. [3]

PRimicerius [4] quidem domesticorum & Protectorum utriusque [5] scholæ post adeptum [6] Tribunatum, inter eos spectabili dignitate perfruatur [7], qui Ducatum gerere [8] meruerint: alii vero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, Consulari, id est [9], Clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decemprimorum [10] accessione. Dat. III. Id. Jun. Aetio, & Valerio VV. CC. Conss. 432.

III. Idem AA. Sporatio Comiti domesticorum peditum.

SI quis domesticorum nulla negotii publici abstrahente solicitudine, nec ei per commeatum solenniter, ut abesset, facultate concessa, per biennium oblequiis Serenitatis nostræ defuerit, is retrorsum in ordinem tractus inferiorem, quinque sequentibus postponatur. Si vero triennium ejus absentia continuasse monstretur, usque ad decimum locum proculdubio regredietur [11]. Quod si quadriennio tenus abfuerit, novissimus collocetur. Quinquennium autem si fuerit divagatus, ipso jam cingulo spoliandus est: indignum quippe est, desides à propriis tamdiu muniis aberrantes [12] (quos esse convenit assiduos) numerari.

Si domesticus, vel protector ante finitum officium decesserit, heres ejus salarium totius anni ac stipem subsequentis percipiet. Bartol.

IV. Imp. Justinianus [13] A. [Vigili Consulari, & patricio.]

LEge pragmatica sine fine victura præfiniendum ac constituendum credidimus, ut si quis Virorum Fortium præsentalium [14] domesticorum in equitum [15] schola Secundicerii [16] locum [17] adeptus, diem interea supremum clauserit: heredes ejus non reliqui tantum temporis, quod eidem gradui [18] superesse monstratur: verumetiam [19] insequentis anni, hoc est Primiceriatus solatiis ac emolumentis fruantur omnibus, ut quod ad quæstum & compendium militiæque fructum prolixe [20] pertinet, similis habeatur [21], ac si superstes permansisset [22] ad finem usque supremum.

1 Existimati. *Add. P.P.*
2 Primicerii fuerunt in schola domesticorum & protectorum, hoc est, primi.
3 Schola domesticorum diversa.
4 Acceptum.
5 Potiatur.
6 Agere.
7 Consulares, clarissimi.
8 Decemprimi senatorium dignitatem, velut ex-consulares adipiscuntur inter allectos: ita tamen, ut onera senatoria non agnoscant exemptis senatoriorum.
9 *Regradatur*, in *vet. lib. & l. 2. C. Theod. de cursu publico l. 1. §. de privileg. salvo.*
10 *Aberrassis*, in *vet.* & sequentia sine parenthesi leguntur, & abest *ista.*
11 Al. *Anaßasius.*
12 *Præfectales* domestici, qui in præsenti sunt comitatu. dixi ad *l. 5. C. de advocat. divers. judic. Edict. 3. cap. 3. & securiores.*
13 Domesticorum alii equites, *ut hic, & l. vestimenta 6. C. de advoc. diversor. judicum. Cassiod. 1. Variar.* 14 Sic in exemp. quodam nostro scripto legitur, recte. al. *secundi primicerii*, sed perperam. 15 Secundicerii in scholis siebant ex tertioceriis: primicerii ex secundicariis; verbi gratia, qui hoc anno tertiocerius, sequenti secundicerius, tertio primicerius. Primicerius autem fere biennalis.
16 Gradus in scholis fuere. 17 Salarium integrum totius anni defuncto officiali debitum, heres consequitur. *l. 11. §. de proximis sacrorum scriniorum, l. 3. §. de agentibus in reb. l. 1. §. de primipil. l. post. dum. 15. in fin. C. de advocat. diversor. judic.* Imo & sequentis anni: ut hic in domestico & protectore, quod ut singulare Bart. Raynaldus, Albericus, Angelus, & Baldus notant, adde *l. diem funeris 4. ff. de officio assessi. fac. l. 1. §. diem. 13. ff. de muner. & extraord. cognit.* Quid si quis privatus operas locavit, & antequam operas præstaret, mortuus fuerit? salarium non debetur. *Lex condebitis, 15. §. cum quidam, 6. ff. locati.* Quod si officialis ingressurus civitatem in itinere ipso decesserit? Quidam negant salarium deberi. Alii expensas itineris ejus heredibus saltem præstari oportere. *arg. l. si pecuniam, 5. ff. de condict. ob causam.* Bartolus putat salarium deberi in *d. §. diem.* Quid si qui officium gessit alias incepsa fuit? vel hoc etiam casu salarium deberi Baldus ait, movetur quod procuratori salarium etiam debeatur etiamsi mandatum ejus nullum fuerit. vide *Corset. singular.* salarium.
18 Al. *præcisum.* 19 Similes habeantur. 20 Permanserit.

TIT. XVIII.

DE PRÆPOSITIS LABORUM [23].

I. Impp. Honorius & Theodosius AA. Monaxio P. P.

QUI præpositi laborum [24], nostro judicio promoventur, Clarissimi sint inter allectos [25]: ita ut ex Consularibus habeantur. Nam [26] & immunitate digni sunt, quos nostri latercis comitatus illustrat. Dat. III. Id. Novembr. C. P. Theodosio A. VII. & Palladio Conss. 476.

23 Labarorum. vide *Cujacium hic*, est autem *Labarum* magnum vexillum quod Imperatori præferri solebat, & à militibus pene adorabatur, *hujus meminerunt Prudentius primo lib. in Symmach. Tertull. in Apolog. cap. 16. & alii plerique, Galli vocant*, la Banniere, l'Auriflam.
24 Labrarium. 25 Electos. Allecti ita dicuntur, qui à principe advocati negotiis publici causa, *l. 12. in fin. C. de extraord. muner.* sunt & quidam susceptores, qui rationes publicas scribebant. *l. 11. l. 12. l. 17. C. Theod. de suscep. l. 2. C. Theod. de quæstor.* Justinianus in pragmatica sanctione *cap. 18. Theodorici. Edict. cap. 148. Sidonius epist. 7.* Invident arcanis pondera, mensuras allectis. Anonymus ad *l. 1. C. Theod. de Episcop.* nec exactores, nec allectos fuere. 26 Vide quæ scripsi ad *l. ult. T. de præsidiis præstatis.*

TIT. XIX.

DE PROXIMIS SACRORUM SCRINIORUM, CÆTERISQUE QUI IN SACRIS SCRINIIS MILITANT.

De honore.

I. Imppp. Gratian. Valentin. & Theodos. AAA. Cynegio P. P.

PROXIMOS [28] memoriæ, epistolarum ac libellorum, atque dispositionum, ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro Præfectis diœceses [29] sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostendat: insequentibus proponendi, qui Vicarias postea administraverint: & nullam injuriam descriptionis perhorrescant. Dat. prid. Kal. Maji, C. P. Honorio N. P. & Eudoxio Conss. 386.

De ingressu in secretaria Judicum & concessu.

II. Imppp. Valentin. Theodos. & Arcad. AAA. Constantino P. P. Galliarum.

IN [30] sacris scriniis nostris militantes, in Provinciis ordinarii [31], vel spectabilis Judicis [32] ad salutationem [33] non arceantur [34], & inviti in consessum accipiantur: sciturisvel principe, vel corniculario, vel capitibus officii, ternas libras auri ex [35] suis facultatibus erunden as [36], si consistorium nostrum sæpe ingredientibus, Secretarii Judicum non patuerit ingressus, aut reverentia non fuerit in salutatione delata, aut sedendi cum Judice societas denegata. Dat. VI. Id. Novembr. *Treviris*, Timasio & Promoto VV. CC. Conss. 389.

De honore Clarissimatus.

III. Impp. Arcad. & Honor. AA. Claudio P. U.

IN scriniis palatii militantes, id est memoriæ, epistolarum, libellorumque ac dispositionum, post viginti [37] annos translatæ militiæ si discedendum sibi esse decreverint, Consulari honore fulti, inter allectos habeantur, hunc honorem dignitatis teneant, qui exconsularibus [38] deferri consuevit: nec eos quisquam injungendo aliquid, vel jubendo possit ab impertito otio separare. Dat. XV. Kal. Mart. C. P. Arcad. IV. & Honor. III. AA. Conss. 396.

27 Hoc vide *de his vocabulis consequentium capitulorum*, de his qui in gestorum scriniis militant. *Symmach. Basil. 6. tit. 28.*
28 Quatuor sunt sacra *scrinia*, memoriæ, epistolarum, libellorum, & dispositionum: in illis enim adnotationes, vel pragmaticæ sanctiones, cognitiones, preces, vel rescripta principis edantur, reponuntur & servantur. *Lib. T. de agendis.*
29 Diœcesis.
30 *Pari l. 3. T. de ass. diversor. jud.*
31 Ordinarii qui & *inferiores* Præsides sunt provinciarum, sub quorum cura una tantum provincia est. adde *l. ult. T. de modo multarum, l. omnes. 33. T. de episcopis & clericis. Nov. 20. cap. 3. 31. cap. 1.* quasi infimi ordinis, ut ordinarii milites hoc est gregales & manipularii: minores erant vicariis: de quibus dixi *l. 1. §. 4. ff. de legat. 3.*
32 Spectabiles judices.
33 A salutatione. 34 Arceant, & *postea* accipiant. 35 A. 36 *Si honoraria vitria quibus etiam consistorium nostrum ingrediendi facultas conceditur, & d. l. 3.* 37 XXX. 38 Exconsulibus.

De exemptione a muneribus.

IV. Iidem AA. & Theodosius A. Epiphanio P. U.

IUbemus [39] ut [40] primum omnium sit eorum, qui in sacris scriniis nostris, id est, memoriæ epistolarum, libellorum, & dispositionum referuntur, secura [41] possessio, ab omnibus sordidis muneribus exculata, superindictum non timeant, aut venalitium [42] non petatur, solum canonicæ indictionis præstent tributum, ut labore dignitas [43] conquisita, extraordinarium munus ignoret: nec ullam temonum patiatur injuriam, equorum tyronumque [44] præstationem nullus agnoscat, qui vel adhuc [45] in scriniis militat [46], vel honorem proximi, & Comitivam primi dispositionum, longi temporis sudore quæsivit. Et hæc quidem patrimoniis centuimos deferenda. Quod autem omnibus constat deferri, adjectu altiorius dignitatis perire non patimur: ut etiamsi pro superioris fortunæ judicio ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen eis scriniis labore privilegia quæsita serventur. Dat. Id. Octobr. *Ravennæ*, Honorio VII. & Theodosio II. AA. Conss. 407.

De honore Clarissimatus. De ingressu in Secretaria Judicum ex consensu.

V. Impp. Honor. & Theod. AA. Faustino [47] P. P.

PEculiari [48] perceptionis nostræ favore præstamus, ut in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorumque ab exceptoribus usque ad mello proximos, dignitatem Clarissimorum, honoremque percipiant: & sicut reliqui qui in iisdem scriniis militant, liberum cum ordinariis Judicibus ingressum Secretarii, consessumque habere legibus meruerunt: [ita] hi quoque in quos hanc stipendiorum meritis Clarissimatus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam habere sese reverentiam recognoscant: ut consedendi, ingrediendive secretarium sibi sciant a nobis licentiam contributam. Dat. VIII. Id Jun. *Raven.* Lucio V. C. Conss. 413.

Ut Proximatus trium scriniorum annus sit.

VI. Iidem [49] AA. & Valent. A.

PRo biennio [50] annum solum agere deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis, memoriæ, epistolarum, libellorumque ordine ac merito stipendiorum ad gradum pervenerint proximorum. Dat. VIII. Id. Februar. C. P. Theod. A. VII. & Palladio Conss. 416.

De successione in locum defunctorum.

VII. Impp. Theodos. [51] & Valent. AA. Nomo Magistro officiorum.

UNicuique [52] qui in sacris scriniis militat, sui loci merita servari [53] oportere constituimus, & universos, qui ultra numerum statutorum [54] in iisdem scriniis militant, sui gradus respectu, per [55] ordinem, quem sortiti sunt, in deficientium statutorum locum (ut tamen ultimis socientur,) subire decernimus, scilicet ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, locum præcedentis arrabire [56], nisi forte ab eo, qui tempore [57] vincitur, laborum comparatione superetur: ut quindecim primatum [58] ejusdem scrinii testimonio cum sacramenti religione subnixus præcedentibus dignior judicetur. Hanc quoque observationem extra filios proximorum volumus custodiri: etenim unicuique [59] proximo unum de suis filiis, qui temporis duntaxat suffragio nititur, (licet parum observasse militiam cognoscantur,) insequentibus tempore, qui laborum meritis minuuntur, anteferri posse decernimus. illum [60] tamen, qui locum statuti [61] meretur: proximo quidem ducentos quinquaginta solidos [62], mello proximo [63] vero, vel adjutori pro consuetudine uniuscujusque scrinii viginti, aut quindecim solidos offerre præcipimus. Quod si quis de supernumerariis, qui in statuti locum subire debuerat, ne pecuniam offerat, statuti etiam gradum recusare voluerit, sequenti tam offerendæ quantitatis prædictæ, quam subrogandi licentia permittatur [64]: ita videlicet, ut si secundus, vel etiam tertius, vel alterius cujuslibet numeri, in eadem excusationis voluntate duraverit: accedenti [65] semper eadem copia, quam præcedens recusaverit, tribuatur. Hos autem, qui ad statutorum ordinem progredi noluerint, nec de suo gradu volumus removeri: & cum vacaverit statuti locus, conditionem, quam antea repudiaverant, id est & offerendæ pecuniæ, & adipiscendi statuti locum, liberam habere præcipimus [66] facultatem.

De militia peracta.

VIII. P. Iidem AA. Nomo Magistro officiorum.

PRoximos [67] sacrorum scriniorum, quos fides, ac diuturnæ observationis industria, litteraque [68] militia [69], comitem, quin etiam dispositionum, quem probitas ac strenuitas merito commendant: completo tempore suæ militiæ, Comitiva sacri nostri consistorii cingulo in diem vitæ potiri (manentibus videlicet jamdudum præstitis [70] salvis [71] privilegiis propriis [72]) decernimus. Quibus enim pietatis nostræ arcana [73] merito committuntur, his pietas nostra vitam cingulo supradictæ Comitivæ ornandam, decorandamque decrevit.

De commeatu & de vacatione munerum.

IX. Imp. Leo A. Patricio Magist. offic.

IN sacris nostris scriniis militantes, per commeatum [74] non continuatim præstitum [75], ante conventionem profecti, intra indultum temporis spatium erunt cum suis conjugalibus [76], & liberis à conventione securi [77], ab indictionibus etiam publicorum & civilium munerum etiam post completam militiam excusatione potiantur, super domibus quoque quas in provinciis possident, metatorum molestia liberentur.

De numero memorialium. 1. Ne quis duplici fungatur officio.

X. Idem A. Hilariano Comiti Magistro offic.

HAc parte statutos memoriales præcipimus esse in scrinio quidem memoriæ sexaginta duos, epistolarum vero triginta quatuor: [libellorum [78] quoque triginta quatuor:] antiquarios vero, qui habentur in scriniis memoriæ, nunquam minus esse quam

39 *l. 14. C. Th. ad.* 40 Ut primum. 41 *l. 9. l. ult. l. 2. l. 3. T. de privilegiis earum quæ in jure patriæ manet.* 42 Venalitium, vectigal rerum venalium, quod exigebantur à venditore ab venditionem proximam, *ut hic, & l. 1. T. de venatione*, fuit autem manifestum venalium 25. aut 50. *Tacit. 13. Dionys. 55.* cæterarum rerum vectigal, 100. *Tacit. 2.* quam ad decentissimum postea redegit Tiberius. *Tacit. 2.* Fuisse id 300. asseres in Italiæ provinciis remisit Gaius Caligula. *Sueton. cap. 16.* Quamquam in eo quod de Tiberio diximus, diversus sit. Dion 57. & 58. refert enim Dion 200. pro 100. à Tiberio invectas, at deinde à Caligula 300. Mutatum 100. Aut de conversis jam mortibus Tiberii loquitur Dion, aut inter se verus Tacit & Sueton. in narratione. adde *l. 6. C. Jur.* 28.
43 Dignitas. 44 Tyrones præbitio & præstatio alia in muneribus publicis fuit. *l. 18. §. 3. ff. de muneribus.* adde *Plyn. l. 140. T.*
45 Ad hanc. 46 Militant. 47 Al. *Faufo.* 48 *Lib. C. Theod.*
49 Al. *Idem AA. Eufebio P. C. Gazæ & Illiaci P. P. magistro officiorum.*
50 *l. 11. T. de spectatione sacrarum largitionum.*
51 *Sic alii legunt* Turnebus lib. de militiis ex cathegoriis. *l. 111. T. ad. tit. Cons.*
52 Militantis in scriniis ultra numerum loco deficientium succedunt secundum ordinem gradus sui. *Bart.*
53 Servare. 54 In sacris scriniis alii sunt statuti, alii supernumerarii.
55 *l. 2. T. de officio magist. offic. l. 1. T. de numerariis, patrimon. l. ult. T. de proximis, l. 1. T. de agentib. in reb. l. 1. T. de exactor. aur. & l. ult. T. de proximis. l. 11. l. 12. §. generaliter. T. de numerariis. & hanc rub.*
56 In locum præcedentis abire.
57 Vide quæ scripsi ad Synod. Laod. 41.
58 Quindecim primatus dicitur ut decem primatus.
59 Cuique.
60 Illi.
61 Senatorum.
62 Vid. quæ scripsi ad *l. 11. T. ad l. Jul. de adulter. cap.*
63 Mello proximus est, qui secundum locum tenet, & futurus est proximus: adjutor vero est proximi adjutor. *Alciat. & Cujac. hic.*
64 Transferatur.
65 Accedenti.
66 Concedimus.
67 Magistri.
68 Militia literata, est eorum qui proximi facrorum scriniorum.
69 Limitanea militia dici à limitis pingendis seu scribendis, Duarenus tradit. *lib. 1. de ministr. cap. 1. & l. 3. T. de dignitat.* quia primis temporibus tanti fuit scribere posse? 70 Præstitutis. 71 *l. 3. T. de dignitat.*
72 Proximis. 73 Principis arcana committuntur proximis sacrorum scriniorum.
74 Commeatus est libera profiscendi licentia. 75 Præstitutum. 76 Conjugibus eximus.
77 *l. 4. T. eodem.* 78 Inclusa desunt in quib. lib. Antiquarii autem sunt Alciatus, qui Antiquarios rerum memoriam principi suggerunt: aut potius librarii & scriptores librorum. *l. 1. C. Theod. de stud. liberal. urb. Rom. Sidonius 9. Lusus. Epist. ad Probum, Augyl. de variis dict. Horat. ad Florentinum.*

quam quatuor. §. 1. Supraſcripti autem memoriales nullo modo [1] duplici fungantur officio, nec [2] geminis chartis irrepſerint [3], ut non occupentur [4] pluta in unum ſe commoda collaturi, nihilque reliquis relicturi.

De ſalario defuncti.

XI. Imp. ANASTASIUS A. [5] Euſebio Magiſtro officiorum.

SI quis in ſacris noſtris ſcriniis, id eſt memoriæ, diſpoſitionum, epiſtolarum & libellorum, ſtatutis jam connumeratus, ab hac luce fuerit ſubſtractus: ab eo quicunque, utpote vacante loco de ſubſtitutis [6] in ſtatutorum conſortio fuerit ultimus ſubrogatus, pro [7] ſolario, vel ſuffragio [8] proximi [9], definitam ſacræque conſtitutionis divæ memoriæ Theodoſii, & Valentiniani [10] Principum [11] inſertam quantitatem defuncti [12] heredes, & ſucceſſores [13], vel liberi ejus, ſeu creditores, qui fœnus cum mortuo pro ſtatuti loco ei acquirendo contraxerint, conſequantur: ita ſcilicet ut ſi [14] hereditas, vel ſucceſſio defuncti minime fuerit ſuſcepta, vel adita, tales perſonæ, id eſt creditores quidem contra cæteros prærogativa ſibi ſervata: liberi autem, vel agnati, ſeu cognati, non hereditatis, ſed privilegii [15] nomine ſimili modo hujuſmodi ſummam percipiant: ſibique petere ac vindicare permittantur: nullius machinatione hujuſmodi noſtra diſpoſitione tractanda, ſeu violanda: maxime cum Viros etiam pro tempore Spectabiles eorundem Proximos ſcriniorum, ſi quis eorum ante completum Proximatus actum monte prævenius ſit, ad heredes ſucceſſoreſque ſuos reſidui [16] temporis Proximatus ſolatia ſine quadam imminutione tranſmittere non dubitetur.

De ſero competenti, & de cautione præſtanda, & de ſportulis.

XII. Idem A. Celeri Magiſtro officiorum.

IN ſacris ſcriniis militantes, & parentes atque uxores eorum, necnon liberos, ex ſententia tantummodo tuæ Celſitudinis criminales, & civiles intentiones agentium excipere jubemus: inſuper etiam colonos, ſeu adſcriptitios, & ſervos eorum in hac Regia Urbe degentes, eodem beneficio potiri: fidei pro tempore Adjutoris Viri Spectabilis proximi, vel unius ex ſtatutis committendos, ita ut [17] ſi in provincia quicunque memorialis [18] repertus fuerit, juratoriæ [19] cautioni committatur: ut etſi non poſſideat immobilem ſubſtantiam, ſervi nihilominus, & coloni ad eum pertinentes, fidei ejus tradantur. §. 1. Modum inſuper ſportularum [20] ad mediocrem deduci quantitatem; & executoribus de ſchola Agentium in rebus attribuendis [21], unum ſolidum ſingulos uſque ad finem negotii; proque ingreſſu in judicio tuæ Magnitudinis quolibet modo faciendo, duos ſolidos, & pro editione geſtorum exceptoribus dimidiam ſolidi partem: & ſi apud arbitrum negotium ventilari contigerit, ipſi quidem arbitro unum ſolidum, & nihil amplius: exceptoribus autem eum obſervantibus, tam pro ipſo, quod implere videntur, miniſterio, quam pro editione geſtorum, ſeu relationis, vel definitionis, tertiam partem ſolidi præbere ſancimus: nec pro tempore Virum Spectabilem fiſci Patronum, vel Executores [22], quibus imminendi [23] litibus ſolicitudo injuncta eſt, quicquam ab eis exigere [24], ſeu profligare [25] concedi: dimidia ſcilicet expenſarum, quas in judicio tui Culminis à memoratis perſonis præberi ſtatuimus, portione in Judiciis Provincialibus ab his agnoſcenda: ita ut ſi de civilibus annonis, vel tutela, ſeu curatione, vel novi operis nunciatione litem eos ſubire contingat in majore quidem judicio ad ſimilitudinem ſumptuum, quos in [26] judicio Eminentiæ tuæ dependere præcepti ſunt, apud Virum [27] Clariſſimum Præfectum annonæ, ſeu fiſci Patronum Urbiciariæ Magnificæ Præfecturæ, vel Architectos [28], pro modo eorum, quæ ſuper arbitris, & litibus apud eos exercendis ſuperius ſtatuta ſunt, ſolventes expenſas, nihil amplius agnoſcere ſeu dependere cogantur.

§. 2. Quæ omnia cuſtodiri jubemus, ſive per ſe, ſive per Procuratores, aut etiam Defenſores lites exercere maluerint: Hoc, ſi prolata ſcriptis ſententia moniti ſunt. §. 3. Si vero ex diſpoſitione, ſeu aliter quis eorum conventus fuerit, nihil eum, vel ſcrinio Viri clariſſimi Adjutoris, vel cuilibet alii nomine ſportularum offerre compelli: omnibus antelatis privilegiis, quibus poſtea per anteriores divorum Principum ſanctiones defenduntur, in perſona [29] tam eorum, qui adhuc militant, & qui poſtea eandem militiam ſortiti ſunt, quam eorum, qui prædictam militiam gradu vacante [30] jam depoſuerunt, vel poſtea depoſuerint, ſervandis: ut eorum commodo ipſi quoque una cum uxoribus, & liberis, colonis præterea, & ſervis propriis, perfruantur.

§. 4. Et quoniam in controverſiis [31], quas in judiciis moveri contigerit, æqualitatem litigatoribus volumus ſervari, & advertiis eorum: pro ſumptibus, & expenſis ſimilem antelatorum beneficiorum prærogativam cuſtoditi. Propter hanc etenim cauſam, & viros devotos Memoria [32], non tantum agendo in quolibet judicio, ſed etiam actiones ab aliis ingerendas excipiendo, privilegiis à nobis indultis potiri decernimus: his videlicet, qui militiam Virorum devotiſſimorum Memorialium gradu ſolito depoſuerunt, [ſeu [33] depoſuerint,] etſi quietis amore per Provincias domicilium fovere maluerint, omnibus nihilominus privilegiis, quæ hujuſmodi perſonis per ſacratiſſimam legem nuper promulgatam à noſtra liberalitate præſtita ſunt, muniendis, & eorum commodis, atque auxilio potituris.

De numero adjutorum.

XIII. Imp. JUSTINIANUS A. Proculo Quæſt. [34] ſacri palatii.

COmperimus divinitus quidem pridem fuiſſe diſpoſitum, Viros Devotos Adjutores [35] tuæ Magnitudinis, certos [36] eſſe in numero, nec ad hujuſmodi nomen, vel operam plures licitum eſſe adſpirare, quam in ſcrinio quidem ſacræ memoriæ duodecim tantum: ſeptenos vero in duobus [37] reliquis ſcriniis, id eſt, ſacratum epiſtolarum, ſacrorumque libellorum: ſed poſterioris licentiam temporis ſupra modum indulgendo ambitionibus, diſturbaſſe rei merita, ac multitudine divulgaſſe: ut inter Memorialium, & Adjutorum numerum non longum pene interſit. §. 1. Sancimus itaque reduci eis, ac renovari ſtatutum ordinis terminum, non ut eximantur Adjutoribus [38] hi, qui præter prædictam [39] diſpoſitionem in præſenti exiſtebant: ſed ut interea omnibus aliis interdicatur ab adfectando hoc nomen, donec excuntibus ſingulis, ac ſecedentibus decreſcere poſſit vetita conglomeratio, legitimuſque reſideat numerus: non prohibendis Viris Devotis Adjutoribus deſiſtentibus [ab] eodem officio, cum vel ad laterculenſis [40] gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ provecti fuerint, vel ſecundum locum obtinuerint, in duobus aliis ſcriniis, poſtquam proximi creabuntur, licet nondum redacta ſit quantitas priſtina, tamen alios pro ſe, quos elegerint, ſubrogandos Adjutores petere, qui poſteriores erunt cæteris. §. 2. Illud etiam diſponendum duximus, utpote nonnullis anterioribus exemplis ſubnixum, nec non juſtitiæ congruum, ut ab his, quibus conceſſum eſt Adjutorum agmini pro ſe ſociare: libellus [41] offeratur Viro Illuſtri pro tempore Quæſtori, petendaque ejus ſubſcriptio, tempus, atque hominem, necnon etiam rem ipſam continens: id eſt, quod inter Adjutores ei, quem pro ſe ſuffragat, mereri permiſſum eſt: ordinandis videlicet iiſdem Adjutoribus pro ratione temporum, quibus libelli porrecti ſunt, ut eriamſi [42] [in] Memorialium [43] matricula [44] inferiore loco [45] ſit, qui prior in Adjutoribus meruit, Adjutor quidem habeatur ſuperior: memorialis vero poſterior pro utriuſque ordinis modo, vel diſcrimine: quod etiam in aliis quoque pene omnibus officiis obſervari dignoſcitur.

De adjutoribus conveniendis. 1. De commeatu. 2. Ne alius Adjutor addatur.

XIV. Idem A. Tatiano magiſtro officiorum.

HAc lege ſancimus, ſi quando Adjutores Viri Magnifici pro tempore Quæſtoris ſacri noſtri palatii, in accuſationem [46] civilis cauſæ, vel criminalis deducti fuerint, ſtrictum juris, & integritatis congruum ordinem conſervari: ut ſi fine ſcriptis conveniendi ſint, nomen ejus præcipientis ore deſignatum eſſe ſufficiat. Sin autem ſcriptis in querimonia unus Adjutorum, aut plures forte ferendi [47] ſint, monumenta ſententiarum in perſona tantummodo conveniendi Adjutores præcedentium, æquum, & juſtum initium futuro præſtent certamini.

§. 1. Et quoniam probationibus, & exemplis potius quam indecoræ conſuetudini decet indulgeri: quod in univerſo Devotiſſimorum ſcrinio Libellenſium eviciſſe monſtratur, id in Adjutore [48] ſacræ memoriæ, ſacrarum etiam epiſtolarum transferendum cenſemus: ut qui liberam proficiſcendi licentiam pronuntiatione commeatus indepti fuerint, ſine qualibet ſtipendiorum, aut emolumentorum deductione peregre degant: etenim pro tempore Viris Clariſſimis Proximis & Mello proximis, aut eorum Adjutoribus, abſentiæ cauſa, ei offerre de ſuo proprio, aut ex annonis, ſeu ſtipendiis quicquam relinquere cogendis: quamvis Januar. Kal. indultum excedat ſpatium, & intra ſe ſeſtum diem contineat. §. 2. Ad hoc illud obſervari ſancimus, ne alius Adjutor propter quamcunque ambitionem his, qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum deminutionem addatur, licet in veterem numerum redacti fuerint.

Ad ſuperiores leges Juſtiniani.

XV. Idem A. eidem Tatiano Magiſtro officiorum.

CErtæ quidem ſunt diſpoſitiones noſtri Numinis, quas ſuper adjutoribus [49] Viri illuſtris pro tempore Quæſtoris noſtri palatii, quorum [50] obſequio res agitus Quæſtoria, dedimus: quarum prima quidem ad ſupplicationem eorundem Adjutorum emiſſa, numero eorum, qui erant illo tempore, quo preces nobis obtulerant, neque aliquem eximi, neque addi præcepit, præterquam [51] ſi quis eorum, vel ad Latercuſenſis gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ, vel ad ſecundum locum in duobus aliis ſcriniis, id eſt, ſacratum epiſtolarum, ſacrorumque libellorum, & cognitionum, proviectus fuerit, nam his licere deſiſtentibus ab Adjutoris officio alios pro ſe, quos voluerint Adjutores ſurrogare, ultimum [52] locum in iiſdem Adjutoribus obtenturos, licet ſuperiorem in Memorialibus habeant. † Altera [53] vero per ſacram pragmaticam facta eſt, per quam excelſæ memoriæ Viro Proculo ſuggerente [54] præcipimus illos etiam Adjutores poſſe in ſuum locum alios inducere, qui per aliquem fortuitum caſum minus implere ſuum officium valeant, veluti ſenium, vel morbum, vel aliam neceſſariam cauſam: quod ex ipſorum Adjutorum petitione idem magnificæ memoriæ Proculus ad nos retulit. Sed in præſenti ab aliis Memorialibus [55], tam in ſcrinio ſacræ memoriæ, quam in cæteris duobus ſacrarum epiſtolarum, ſacrorumque libellorum, & cognitionum relatis, adjici comperimus, deminutionem eorundem Adjutorum impediri per memoratam pragmaticam ſanctionem: & inſuper venditionis quodammodo memorati officii locum introductum eſſe, quod ne de cætero fiat, præſentem ſanctionem ad tuam Magnitudinem mittimus: per quam jubemus illis tantum permiſſum eſſe ſecundum prius noſtræ Sereniratis reſcriptum, alios in ſuum locum ſurrogare, qui vel Latercuſenſis gradum in ſcrinio memoriæ, vel ſecundum locum in aliis duobus ſcriniis adepti fuerint: ſecunda [56] noſtra ſanctione ſuper hoc capitulo de cætero ceſſante nullique [57] danda licentia eorundem Adjutorum, præterquam [ii] ad memoratos gradus aſcenderit, aliam pro ſe eiſdem Adjutoribus ex quocumque fortuito caſu connumerare; ut eo modo ad veterem numerum [iidem] Adjutores redeant: & duodecim quidem in ſcrinio ſacræ memoriæ, ſeptem vero in aliis duobus ſint, id eſt ſacratum epiſtolarum, ſacrorumque libellorum & cognitionum. Illo videlicet obſervando, ne alius Adjutor per quamcunque ambitionem his qui in præſenti ſunt, vel poſt eorum deminutionem (licet in veterem numerum redacti fuerint) addatur: nam ſi permutationem, licet fortuiti caſus, incidentes, prohibeti diſpoſuimus: multo magis prioribus manentibus alios introduci veramus, cæteris ſcilicet anterioris ſanctionis capitulis in ſuo robore permanſuris [57].

TIT.

---

1 Duplici officio fungi quis prohibetur, adde *l. 5. J. qui militare.*
2 Ne geminis.
3 Irrepant.
4 Aucupentur.
5 *C. Imp. Zenon. A. 6. 7. §. illum ratum. J. eod.*
6 Quæſtoris ſacri palatii adjutore mortuo, militia defuncti ad defuncti liberos tranſmittitur, ut illi non ſint heredes. *Novell. 35.*
7 Quid ſi minus idonei militiæ ſint liberi defuncti? Qui in locum defuncti ſubrogabitur, heredibus aut liberis defuncti eorum ſolidos præſtare cogetur, *ut hic, & l. 7. J. eod. conferendo l. 30. in fin. J. de inoffic. Quæſt. vel. 31.* quæ præſtantia ſcholæ placuit, *l. ult. J. de fug. & hyp. cafus militia. Nov. 53. Sextian. Patricio. ad Novell. 35.*
8 Vid. quæ notavi ad *l. 102. §. 2. J. de legat. 3.*
9 Proximo.
10 *Intelligit. l. 7. J. eod.*
11 Ut principum.
12 Diem functi.
13 Solarium integrum defuncti non heredibus interdum debetur. *adde l. un. T. de domeſticis, ubi dixi. l. dum ſcribit 4. ff. de off. adjeſſ. l. 29. in fin. ff. locati.*
14 Paria jura filii interdum conſequuntur, non ut heredes ejus, ſed jure ſingulari: *adde l. 1. §. fin. & ff. ſub conditione. 7. T. de Latina libertate.*
15 Liberi ut & uxor defuncti militis præferuntur creditori: non hereditatis licet eorum heredes non ſint, in caſum militiæ veniunt) ſed privilegii & principalis liberalitatis nomine, *ut hic, nili ſi persona creditoris militia conjuncta ſit, hoc enim caſu creditor præfertur uxori & liberis defuncti. adde Novell. 53. cap. 6.*
16 *l. 20. T. de decurial. & quæſtor. lib.*
17 Sed ita.
18 Memoriales; horatoria cautioni committantur.
19 Juratoriæ cautioni qui committantur, vid. in *l. 13. T. de epiſc. & cler. l. 17. in pr. T. de dignit. l. 4. §. ult. J. de cognitor. & mandator. l. ult. auct. ne nomen J. de privileg. ſcholar. l. 16. ff. qui ſatisd. §. ſed multo. Inſtit. de ſatisd. adde l. 1. §. 6. ff. de judiciis.*
20 Id eſt, ſumptuum, qui in litem faciendi ſunt, *Cujac. hic.*
21 Antinoidis.
22 De quibus *l. 12. §. ſecundum. 5. T. de appellation. l. ult. T. de Patricia. J. penult. T. de ſcutifc. & ſtatua expenſis. §. 24. Inſt. de actionib. l. 1. §. 5. de numerariis & actuariis.*
23 Al. *minuendi. ſi de miſeranda.*
24 Poſcere.
25 Profligatare.
26 Eorum militantium in ſacris ſcriniis ſortiendorum apud magiſtrum officiorum.
27 Apud virum inlustrem.
28 Architectorum & mechanicorum æſtimatione & arbitrio in multis cauſis ſtatur de operibus publicis, privatiſque & ſervitutibus, *ut hic, & Novell. 7. cap. 3. §. 2.*
29 Perſonam.
30 Vacante.
31 Cauſis.
32 Al. *deff.*
33 Quædam ſacri Palatii erat is quem nunc *Consiliarium* appellamus hodie.
34 Quæſtoris ſacri palatii adjutores certo numero, hoc eſt, viginti ſex erant, nimirum duodecim ex ſcrinio memoriæ: ſeptem ex ſcrinio epiſtolarum: totidem ex ſcrinio libellorum, *ut hic & l. ult. J. eod. quos ſacra oracli miniſtros vocat interpres Novell. 35.* Deinde multos plures fuere. *l. un. J. eod. l. ult. T. eodem.*
35 Certo.
36 Scrinia quæſtoria tria, memoriæ, epiſtolarum, libellorum.
37 Militantes in ſacris ſcriniis memoriæ, libellorum, epiſtolarum, generali nomine memoriales appellantur, & ſunt adjutores potius, quam officiales, *ut hic;* licet *Novell. 25.* officiales dicat impropria. Notitia Romani imperii Quæſtor officium non habet, ſed adjutores de ſcriniis quos voluerit.
38 Dictum.
39 Latercuſenſis dictus eſt, quia latercula præpoſitus. Duplex autem erat latercalum, majus & minus. Majus erat codex qui notitia imperii notitiam continebat: minus, in quo dignitatum civilium & militarium notitia continebatur: illud erat ſub cura Primicerii notariorum, hoc vero ſub cura & diſpoſitione Quæſtoris, ut conſtat ex notitia utriuſque imperii & Cuiacio, differt a palatio.
40 Quæſtoris adjutor intra ſtatutum numerum 56. adjutorum, nihil poteſt in ſuum locum ſubſtituere conſentiente Quæſtore, vendito alii loco militiaque ſua. Quin & militiam ſuam tranſmittere in heredes extraneos poteſt, dummodo offerat pro introitu ſolidos centum; & hoc eſt quod ait *l. ult. T. de pig.* militias tranſferri in heredes ſub certa pretii definitione. Pretium autem eſt 100. aureorum: nam nec plutis eam vendere poſſunt adjutores. *Nov. 35.*
41 Al. *deeſt.*
42 *l. 5. T. eod.*
43 *Matricula* hic dicitur, *ut patricius. l. 1. C. Theod. de domeſticis & protectoribus.* Eſt vero matricula μάτρικξ c. 120. *Concilii Carthagin. Lampridio* τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ὀνόματα. *Tomer.*
44 Locus.
45 Al. *Proculo.*
46 Al. *accuſatione.*
47 Feriendi.
48 Adjutores viri, memoriales quæſtoris.
49 Memorialium obſequio res agitur quæſtoria: erant enim adjutores quæſtoris, & ex diverſis ſcriniis aſſumebantur. *l. 13. T. de bon. poſſeſſ. contra.* ad quorum demque pertinebant. Dicuntur in *l. 1. 2.* Gracis τὰ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. *& in l. 11. T. de excuſat. munerum.* τὰ τῶν ὑπομνημάτων κελεύω, *& in l. 7. J. qui militare.* τῶν ὑπομνηματογράφων ἀκόλουθοι, legem unius & reliquorum excipiebant & perſcribebant, ſeu perſcribi curabant.
50 Adjutorum quæſtoris, certus ita numerus eſt, ut nullorum in locum alii ſupra numerum ſubrogari poſſint: niſi ſi qui ſint adjutores ſupra numerum, latercularibus in ſcrinio memoriæ, vel aliis duobus ſcriniis meliopoſitis. Hi namque alium poſſunt in locum ſuum ſubrogare accepto pretio quantolibet, *ut hic.*
51 Intimum.
52 *l. 13. T. eodem.*
53 Pragmatica ſit de conſilii feminis ſolemniter proclibuſque ut differat ab adnotatione oraculo ſacro mandato. dixi ad *l. ult. T. de pet. honor. ſublatis.*
54 *l. 13. in fin. T. eodem.*
55 Secundum noſtram ſanctionem.
56 Nulli danda.
57 Duraturis.

1 vi. C. Theod. 27. Agentes autem in rebus militant in rebus & actis reip. Graecis Magisteriani, quod magistro officiorum saepe attribuuntur. Marcianae Inst. Nov. 17. c. 4. & 124.

2 Agentes in rebus sunt qui militant in rebus, id est, in actu Reip. qui sunt in statu & servitio. Goth. Vid. Turneb. Adversar. lib. 13. cap. 10. S. L.

3 Conjuge. l. 2. ff. de off. magist. off. l. 14. C. Theod. eod.

4 l. 7. C. de prox. sacr. scrin.

5 Obreptione, in aut. lib.

6 Al. Heliodoro.

7 l. 17. C. Th. eod.

8 Exuendi.

9 Al. veteris.

10 Al. Militaria.

11 Vide in hanc legem Pyrrhum & alios.

12 Agentium in rebus alii primarii, senatores, ducenarii, centenarii, biarchi, circitores equites, tirones. l. 1. l. 3. ff. de off. magist. offic. l. 1. J. de priv. schol. l. 2. ff. de off. P. Praetorii, l. 2. C. Theod. de filiis milit. apparit. l. 3. J. de filiis off. Notitia Imperii. Hieronym. adversus Joann. Hierosol.

13 Centenarii qui dicti ad l. 5. J. tit. pr.

14 Vocantes.

15 Praefumitur pro matricula. vide Alciat. 3. praesumpt. 17.

16 x. al. viii.

17 Vide l. ult. ff. de domesticis & protectoribus.

18 Ita ut.

19 Si unus.

20 Probatione, vide l. 9. J. de diversis officiis.

21 Potiantur.

22 Pulsari apud alium, quam hunc vel illum judicem, prohibitus, non modo in civili, sed & in criminali apud alios judices convenire non potest. Certissimo singulari statutum statuto caveretur.

23 Forum agentes in rebus fortiebantur apud magistrum officiorum post ducenae & centenae gradum. 24 Quisquam. 25 Argumentum a minori ad majus. Qui minus non potest, majus non potest. poribus, def. &c. 26 Praerogativam his etiam qui sub aliis cingulis inveniuntur, pro temporibus. 27 Quot velit. 28 Centenarii qui, vide l. 3. J. tit. prox. ubi dixi.

29 vi. C. Th. 27. 30 Principibus, in manuscr. al. non est nova rubrica. Cont. 31 Al. Zeno. 32 Al. barbaricorum, al. barbaricarum. 33 Recte, al. sub ambarum, sed male. 34 l. unic. J. Negotiatores ne militent.

35 Viri spectabiles. 36 Vide l. 5. J. qui militare possint. 37 Substitutum dare ad munus sumn obeundum qui potest, idoneum plane dare cogitur, quod & in adsessoribus, professoribus, militibus, & aliis quibuscumque merito simili in specie dicendum est. Certissime singulari substitutum. 38 Al. praefectus. 39 In quib. vet. additur, subadjuvans. 40 Hanc salubertimam sanctionem. 41 Executoribus.

TIT. XX.

DE[1] AGENTIBUS[2] IN REBUS.

Nullus de numero Agentium in rebus locum mortui per pecuniam debet invadere. Bart.

1. Imppp. Arcad. Honor. & Theod. AAA. Anthemio Magistro officiorum.

NULLUS[3] de schola Agentium in rebus de caetero locum mortui conetur invadere, sed is, qui ordine[4] stipendiorum, & laborum merito ad gradum militiae servandum, statim atque illum fata subduxerint, in ejus praemia percipienda succedat, omni objectione[5] cessante. Dat. prid. Kal. Jul. C. P. Honorio A. vi. & Aristaeneto Conss. 404.

11. Impp. Honor. & Theod. AA. Helioni[6] Mag. offic.

NULLI[7] posthac sine nostrae Majestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi[8] pareat copia: nam probata schola, & animadversione veteri[9] Judicis, & nullam timere debet contumeliam vilitatis[10]. Dat. iii. Id. Novemb. C. P. Honorio x. & Theodos. vi. AA. Conss. 415.

Matricula Agentium in rebus non debet esse nisi XLVIII. quorum quilibet praest ducentis.

111. Imp. Leo A. Patricio Mag. offic.

MAtriculam[11] Agentium in rebus à tua celsitudine confectam admittentes, jubemus, ne ducenarii[12] plusquam quadragintaocto in singulis habeantur in posterum, & numerum centenariorum[13] ducenti viri, quos vacante[14] tempore gradus competentes admiserint: parique modo biarchorum nomen, meritumque ducenti quinquaginta viri duntaxat: praeterea circitorum trecenti, & equitum quadringenti quinquaginta impleant. Sit in aeternum illa quoque fixa[15], stabilisque tuae sublimitatis dispositio: ut si quis de numero ducenariorum, quos quadragintaocto[16] quotannis esse censuimus, forsitan de luce migraverit, laborum[17] ejus fructum successores ab intestato, vel ex testamento venientes, & lucrum dispensent, & ita[18] omnibus inter caeteros superstites potiantur solatiis, tanquam si unius[19], qui haec eadem diu speraverat, sibimet vindicasset, qua de causa locum ejus successorum intuitu vacare conveniet. Nemo autem sine divali probatoria[20], quam Codices in sacro nostro scrinio memoriae positi debeant inferendam accipere, militaribus ejusdem devotissimae scholae stipendiis, vel privilegiis potiatur[21].

iv. Idem A. Patricio Mag. offic.

EX [eo] quo primum ducenae, vel centenariorum gradum in schola Agentium in rebus militantes meruerint, definant in sacratissima videlicet Civitate constituti alterius Judicis cujuslibet auctoritate pulsari[22], vel in alio quolibet examine, praetenquam Viri Magnifici magistri officiorum[23], & cui forsitan ipse concesserit, actionibus sui quisque[24] adversarii respondere, quod multo magis in criminalibus causis observati decernimus: absurdum[25] est enim, ut in ejus salutem, vel existimationem valeat quisquam proferre sententiam, cujus de nulla re possit pecuniaria judicare. Hujus autem beneficii praerogativam Subadjuvis[26] etiam, qui singulis inveniuntur temporibus, deferri jubemus, licet hanc in eorum persona more quoque[27] veteri servari cognovetimus: ut tamen post depositum officium memoratum, si non inter centenarios numerentur, communi jam lege respondere non ambigant. Praedictas autem omnes centenariorum[28] personas in Provinciis repertas, concessa nunc speciali fori praerogativa, (nisi publicae executionis solicitudo his injuncta sit) uti prohibemus: eosque ordinariorum etiam Judicum pro veteri jure sententiis obedire praecipimus.

TIT. XXI.

DE[29] PRAEPOSITIS[30] AGENTIUM IN REBUS.

1. Imp. Leo[31] A. Patricio Mag. officiorum.

AGENTES in rebus, qui per ordinem consequi solent Principatus insignia in unoquoque scrinio fabricarum, & barbatorum[32] quatemos Subadjuvarum[33] solicitudine per annum duntaxat integrum procedentes, gradatim subire hac in aeternum valitura lege decernimus: excepris[34] videlicet universis negotiatoribus quibuslibet mercimoniorum per se gerentibus, interpositasve personas: cum eis ante sacratissimis constitutionibus interdictum sit militare: exceptis nihilominus his, qui possessionum alienarum solicitudinem, procurationemve susceperint: eos enim ad haec officia volumus adspirare, quorum labores scholae Agentium in rebus testimonio comprobantur. Illi quoque sunt ab hac liberalitate nostrae Mansuetudinis excludendi, qui cum scholae eidem socientur, in sacris scriniis, quibus Vir Spectabilis[35] Primicerius, & Tertiocerius praesunt, adjuvantes eos publicarum chartarum tractatibus occupantur, & duobus[36] officiis operam suam adhibere non possunt: nam praeter emolumenta, quae de praedictis scriniis consequuntur, Principatus etiam solatio debent esse contenti. Quod si morbo, vel aetatis senio capti, & imperiti hujusmodi rerum, vel quocunque alio vitio praepediti, per se memorati officii curam subire nequivetint: consideratis praecedentibus eorum laboribus, per substitutum[37] Chartularium ejusdem scrinii, cui praefuturus[38] est ipse, idoneum, & tam moribus optimis praeditum, quam scientiam peritiamque rerum habentem electione sua, suarumque periculo facultatum, praefatum[39] munus eos implere praecipimus.

11. Imp. Anastasius Celeri Magistro officiorum.

HAc[40] salubertima sanctione decernimus, Agentes in rebus pro conventionibus, & modo spottularum executoribus[41] praebendarum, pro quantitate sumptuum, quae circa litigia sibimet ab aliis inferenda, vel à se contra alios per semetipsos, seu per ordinandos à se Procuratores exercenda, convenit ab his agnosci: beneficii, quae in sacro nostro militantibus ministerio jampridem per divinas sanctiones indulta sunt, perpotiri: [&] fidejussorem idoneum de eadem schola, non autem extraneum offerre compelli: ita tamen ut privilegia quaecunque Centenariis, seu Ducenariis, vel Chartulariis, seu Viris Clarissimis Principibus post depositam quoque militiam jam per dispositiones principales impertita, & nunc usque observata esse noscuntur, intacta inviolataque custodiantur: cum perabsurdum, perque temerarium sit, hanc nostrae liberalitatem Pietatis quam actura interpetatione non ad augmentum anteriorum privilegiorum, sed ad deminutionem convertere concedi, simili videlicet forma pro matribus, & uxoribus eorum, necnon etiam liberis sub eorum potestate constitutis, nec aliam sortitis vel sortituris militiam, necnon etiam servis ad eos pertinentibus, servanda: ita ut in Provinciis quoque supradictae personae degentes simili beneficio perfruantur: sportulas tamen, & litium expensas, pro tertia superius enarratae quantitatis parte solviturae, denarum librarum auri condemnatione, aliaque gravissima indignatione his seriendis, quicunque nostra jussa quolibet modo, seu tempore violaverint, seu violati consenserint.

TIT. XXII.

DE[42] PRINCIPIBUS[43] AGENTIUM IN REBUS.

1. Imppp. Grat.[44] Valent. & Theod. AAA. Cynegio P. P.

AGENTES[45] in rebus post palmam laboris emeriti, Principatus honore remuneramus, atque ideo officialis[46] tam ad necessitates publicas, quam privatas nonnisi [à] Principe mittatur[47] auctore, nullarumque[48] hinc ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum, etiamsi intercessio[49] in locis degentis officii fuerit impertita. Causarum etiam patronos [ita ne[50]] volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant: neve sub unius persona suscepti[51], fraude quadam aliena negotia inferenda esse pertendent: quod si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo jubemus inferri. Dat. prid. Kal. Mart. C. P. Honorio N. B. P. & Eudoxio Conss. 386.

11. Impp. Arcad. & Honor. AA. Theodoro P. U.

OMnia[52] citatoria, omnium scil. causarum, atque personarum, licet sint[53] Senatoriae dignitatis, ad Principes[54] specialiter revocari praecipimus: actus vero caeteros qui à [sacratissimo] coetu Senatus tractari consueverunt, Censualium[55] solicitudine celebrari: nec aliquod praejudicium ex surreptitio supplicibus rescripto inferri. Dat. xii. Kal. Jun. C. P. Olybrio & Paulino Conss. 395.

111. Imp.[56] Honor. A.

PRoconsularis[57] apicis dignitatis adjectione Principes [Agentium] in rebus praecipimus decorari. Dat. vii. Kalend. Oct. Varana V. C. Cons. 410.

IV. Impp. Theod. & Valent. Valerio Mag. offic.

EX[58] Agentibus in rebus Principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem, industriamque probatam sibi existimant, etsi saepe eodem officio fuerint ante perfuncti. Et si quis agens in rebus post xxv. annorum curricula, ob adversam corporis valetudinem, militiae finem minime valuerit expectare, sed ad honorariam ex Principe dignitatem testimonio scholae profluerit, hisdem eum privilegiis muniti censemus, quibus hi qui ad Principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus Judicum, consessibusque priores eos, qui per longae militiae metas ad Principatus actum pervenerint, etsi actus tempore posteriores fint, esse praecipimus: nihil Censualibus, vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tanquam in actu Principatus fuerint versati: vicenatum librarum auri condemnatione contra eos proposita. Datum iv. Kalend. Febr. C. P. Theod. A. xv. & qui fuerit nuntiatus.

v. Iidem AA. Cyro P. P.

EOs, qui ordine transcursa militia, post ducenam[59] ad desideratum Principis pervenerint gradum, aut Adjutores Viri Illustris Magistri officiorum extiterint: cum inter honoratos coperint numerari, Vicarianae[60] dignitatis titulis decorari censemus.

VI. Iidem AA. Nomo Mag. offic.

PRincipes Agentium in rebus, quos saepe saeva pericula, vitaeque interdum renunciatio ad memoratum gradum adduxit: completo[61] tempore militiae, seu Comitivae primi ordinis cingulo in diem vitae potiri (manentibus videlicet dudum praefatis salvis privilegiis) decernimus.

Militans in schola Agentium, si fuerit de corpore cohortalium, fiunt Principes Agentium factus sit, filium curia obligatorum relinquit. Bart.

VII. Imp. Leo A. Nicostetio.

QUicunque ex corpore cohortalium militans in schola Agentium in rebus filium procreaverit: antequam[62] ad metas militiae suae perveniat, Principatus honore decoretur [&] licet ipse post finitam militiam, utpote liber, nulla debeat hujusmodi conventione pulsari, filium tamen cohortali conditioni relinquat obnoxium. Si vero postquam adeptus fuerit Principatum, ediderit filium is, qui natus est, etiamsi in schola Devotissimorum Agentium in rebus militiam fortitus non fuerit, ita liber sit, ac securus, [ut[63]] nec ullis cohortalis officii nexibus obligetur, quasi jam ex patre libero, & ab hac conditione penitus alieno progenitus.

VIII. Imp. Zeno[64] A. Joan. Magistro offic.

MUltis devotissimae scholae Agentium in rebus additionibus permoti, Viros Clarissimos ejusdem[65] scholae principes[66], qui finitis militiae stipendiis exeunt: quotiens ex majoris judicis sententiis ipsi, vel corum conjuges, aut liberi, vel servi, aut coloni, sive per se, sive per procuratores conveniantur, non amplius quam unum solidum executoribus sportularum nomine praebere compelli: apparitoribus Vicariani seu Praesidalis[67] judicii, nonnisi tertia parte solidi tantum praestanda: nullasque iisdem concussiones, aut vexationes in praebendis fidejussoribus ingeri, sed eos fidejussores, quos locorum defensor exiftimaverit, dare: ita videlicet, ut pro tenore generalium Edictorum hi, qui vel in sacratissima Urbe, vel in Provinciis immobiles possident facultates, adjuratoriae[68] cautioni, & substantiae suae credantur. †. Hoc etiam adjiciendo, ut nunquam nisi[69] ex sententia in scriptis prolata penitus moveantur[70]. Ad similitudinem insuper aliorum officiorum, quotiens civiles vel criminales contra eosdem cognitiones moventur, executorem quidem negotii usque ad finem litis civilis, seu criminalis, unius esse solidi praestatione contentum: & pro

41 Principum, est dignitas ejus qui caeteros agentes in rebus antecellit pro praemio exactis laboris tributa. Cassiodorus lib. 1.

43 Hipi optime Zo. interpretatus est scripsse vocibus equivocis. Syn. Basil. c. 30. adde l. Cod. Theod. 27.

44 Al. Imp. Zeno.

45 l. 4. C. Theod. eod.

46 Officiales.

47 Mittantur.

48 Nullaque.

49 Exemtio, vide l. 8. de off. rect. provin. l. 7. J. qui vel quor. ord.

50 Absit à quibusd.

51 Subscriptum, cliscatem dicit esse Cujac. & Ph. Thomas multis authoritatibus confirmat. Idem fabrillius vocatur, de quo alias dixi ad l. 3. ff. de ofic. & lusbit.

52 l. 5. C. Theod.

53 Fuit.

54 Et principis.

55 Vide Cassiodorum in Variis.

56 Imp. Honor. & Theod. AA. Palladio proc. Africae.

57 l. 7. C. Th. eod.

58 l. 8. C. Th. eod.

59 Decima: ut hic, unde decimarii. l. 1. ff. de exactor. tribut.) & centena, unde centenarii. l. 1. & l. 2. & l. 4. ff. de agentib. in rebus, l. 1. J. de locis advocat. l. 1. C. Th. de Caesariana, l. 1. C. Th. de metrag. l. 5. C. Th. de decurion. l. 3. C. Th. de catastat. & pr. in rem l. 1. ff. de off. magist. off. Basil. 7. Cyprianus in epist. Suet. Claudio c. 24. dignitates & officia sunt in schola agentium in rebus & in officio sacrarum largitionum: sic dicta forte à numero pecuniarum eis committarum: nam & hae ratione procuratoribus Caesaris Indita nomina. Plin. 33. vide Cujac. ad l. 1. ff. de exactor. tribut.

60 Vicarianae.

61 Expleto.

62 Natus puto nondum cohortali, non est cohortalis filius: manet in priore conditione parentis, in qua fuit antequam esset cohortalis, ut hic. Patri quaerim dignitas libertas autem subsequis non nocet. vid. occasio. quae scripti ad l. 11. ff. de dignitat.

63 Al. absit.

64 Sic legendum; Zeno, non Anastasius, nam haec lex citatur ff. in l. 1. de omnib. cognitor. cognitionib. & ex quib. aut. acad. additur, Joannis magistro officiorum.

65 Ejus.

66 Principes scholae.

67 Praesidalis.

68 Adjuratoria, al. juratoria.

69 l. ult. J. de exactor. tribut. & novell.

70 Moveantur.

& pro insinuandis nostræ Serenitatis apicibus, vel simplici contra obnoxios eorum postulatione deponenda, binos solidos ab his, vel conjugibus eorum præberi: & quotiescunque exemplaria postulantur, hi, quorum interest, accepto solido, quod petitur, præbere non differant [1]. †. Pro implendis vero monumentis, unde conveniendi tribuitur executoribus facultas, non ultra quam tres solidos quibus competit, impertiri præcipimus: arbitrio vero non amplius, quam solidum: & fisci patronis dimidiam solidi partem: notariis vero tertiam usque ad finem (sicut dictum est) causæ præstare, super editione quoque chartularum solidi partem dimidiam præbere. Quod si non apud arbitrum, sed in competentibus, Judiciis majoribus cognitio celebretur, inducendi quidem negotii gratia, nonnisi quatuor solidos eosdem Viros Clarissimos erogare: gestorum vero excipiendorum causa duos tantummodo solidos dare: & nullius ultra suprascriptas quantitates cuilibet alteri præstandi sumptus exactione vexari: his omnibus locum habentibus, sive ipsi aliis litem ingerant, sive [2] ab aliis pulsentur. Dat. Kalend. Septemb. Theodosio Cons.

1 Differat.

2 Interest. Reipublicæ delicta & maleficia non latere, aut impunita esse. l. 6. C. de defens. civit. l. 14. C. de pœnis, l. 51. §. 2. eod. Sed §. 3. ad l. Cornel. de sicar. interest omnium esse accusatores criminum.

TIT. XXIII.

DE CURIOSIS, ET STATIONARIIS [3].

Denuncians maleficium punitur, si non probat. Bart.

1. Constantius A. ad Lollianum P. P.

Curiosi, & stationarii, vel quicunque funguntur hoc [4] munere, crimina judicibus nuncianda meminerint, & sibi necessitatem probationis incumbere, nec [7] citra periculum sui [8], si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit [9]: cesset [10] ergo prava consuetudo, per quam carceri [11] aliquos immittebant. Dat. 11. Kal. Aug. *Mediol.* A. CC. XII. Kal. Septemb. Arbitione, & Lolliano Conss. 355.

3 Vid. quæ scripsi ad l. ult. *de castr.* 4 vi. *C. Theod.* 29. cum similibus vid. Salm. *De curatoribus curiar. Synopsi Basil.* 6. tit. 31.

5 Inclusa delunt in quib. *lib. sed in alio lic.* 1. *præcedenti conjungitur.* Curiosus, qui *S. curagendarii* dicuntur in l. 1. *C. Theod. ead. tit. sed. fusis ex agentib. in rebus tradit Cujacius hic, quem vide.*

6 Curiosi & stationarii munus fuit crimina investigare & judicibus nuncare: ita apud Medorum in aula rem suos habere *ασσυκοφάντας*, *Strabo*. & hi quidem Curiosi, quasi curiosos quæsitores quidam. Eam in rem Darius *apte Plutarchus*, multos semper habuit *ἀνακοινωτὰς*, qui principis aures appellabantur, & de animorum motore apud eundem fungebantur. & Mæcenas agens cum Augusto de his quæ ad Rempublicam videntur necessaria, delatorum quidem miserrimum utendum monet, sed non temere illum esse habendum. *Dion.* 52.

7 Criminum nuncistores non impune calumniantur, sic improbus Irenarcha, qui ad præsidem notoriam falsam miserat, punitur ab Antonino Pio. *l. Divus §. ult. de re judic. & exhibit. reorum.* & ab ipso Constantino hujus legis auctore, calumniatores acerbe sunt puniti. Sextus Aurelius Victor, quanquam non ita severus ipse fuerit adversus Donatianos, qui Cæcilianum, vel Arrianos, qui Athanasium calumniis exagitabant. 8 Suis, al. *si vere.* 9 Contigerit. 10 *l. 2. §. ult. C. de pœn. calumn.* 11 Curiosi, manum in aliquem injiciendi, aut in carcerem abducendi jus non habent. 12 *l. 2. C. Theod. ead.* 13 Curiam. 14 Temporis. 15 Al. addunt, *tam.* al. *tamen.* 16 Tradere. 17 Cæsa suis.

TIT. XXIV.

DE PALATINIS [18] SACRARUM LARGITIONUM, ET RERUM PRIVATARUM.

De muneribus.

1. Impp. Constantius & Constans AA. ad Beronitianum Vic. Asiæ.

Palatini [19] pro [20] capitibus, seu jugis suis tantum pensitationem atque obsequia recognoscent, extraordinariis [21], & sordidis muneribus, & susceptionibus, & temonariis oneribus liberati. Dat. Non. Maji, *Constantinop.* Constantio IV. & Constante III. AA. Conss. 342.

18 Hoc *palatinorum jus. Synt. Basil.* 6. tit. 32. *C. Th.* 30.

19 Palatinorum nomen generale est: omnes enim in palatio habitantes, palatini dicebantur: sed hunc titulum de apparitoribus comitum alibi edendit.

20 *C. Theod.* 11. 16 8. ubi additur, *& Constantinopolitani cives.*

21 Adde *l. 6. l. 10. l. 13. l. 14. l. ead. l. 15. l. 2. l. 3. l. de privilegiis eorum qui in sacro palatio militant.*

De eversore.

2. Imppp. Valens, & Valent. & Grat. AAA. Titiano C. S. [22] L.

Nullus Thesaurensis [23], vel Officialis Comitis thesaurorum semel deprehensus eversor [24], quocunque pacto, aut reperat militiam suam, aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem, vel sese transferat ad aliam quamcunque militiam. Dat. VIII. Kal. Februar. *Antiochiæ*, Gratiano A. IV. & Merobaude Conss. 377.

22 Id est, Sacrarum largitionum, qui & *thesaurum omnem l. 2. conf. Sed. T. ut dignitatum ordo.*

23 *l. 14. C. Theod. lib. 8. tit. 7.* Thesaurensis, officialis Comitis thesaurorum seu sacrarum largitionum.

24 Eversores, hic & *l. 1. C. Theod. de fugitivis*, (qui inversiones in *l. 8. T. de jure fisci.*) sunt administratores, qui dolo malo dilapidant rem pecuniariæ Regiæ. Eadem ratione qua in schola Rhetorum quidam olim *eversores* dicebantur auctore Augustino 3. *confessor.* 3. & *lib. 5. cap.* 12. Decoctores dicuntur in *l. 40. T. de decur. l. 11. T. de suscept.*

25 *l. 2. C. Theod. hoc tit.* 26 Comites domorum officium habent & officii principes ex officio palatio Comitis rerum privatarum non ex schola agentium in rebus prisco ordine ita revocato in aula. 27 Coagitavit. 28 Mittendarium. adde *l. 7. l. 8. T. ead. l. 1. §. 8. circa finem T. de annona largit. tit.*

De Judicibus provincialibus.

3. Idem AA. Hesperio P. P.

Nihil [29] omnino ullis judicibus cum palatinis nostræ clementiæ, quicunque à comitibus diriguntur, sit commune atque conjunctum: sed excepta reverentia, quæ non solum ab inferioribus, sed etiam à majoribus, & in provincia degentibus Rectoribus Provinciarum debetur, atque deferatur, suis quisque necessitatibus obsecundet. Dat. VIII. Id. Decembr. *Sirmii*, Ausonio, & Olybrio Conss. 379.

29 *l. 4. C. Theod. eod.*

Ne is qui militavit, & princeps fuit in aliquo ordine, ad aliam ordinem transeat.

5. Idem AA. Nebridio P. P.

Quidam [30] post impletum ordinem militiæ palatinæ quam gesserant, honoremque transactum, ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus deinceps ista audendi [31] relinquatur occasio: sed unusquisque ejus scrinii, quem [32] primum militando elegit, ordinem perequatur [33]: nec in alterius loco finem militiæ requirat, qui [34] jam proprii ordinis transegerit principatum. Dat. Id. Octob. C. P. Merobaude II. & Saturnino Conss. 383.

30 *l. 5. C. Theod. eod.*

31 Audendi.

32 A se primum militando electi.

33 *l. 9. in prin. T. eod.*

34 Quia.

Ne quid Præfecti Prætorum, Præfidesve palatium infungant.

6. Idem AA. ad Probum P. P.

Ab [35] officiis Palatinorum Excellentia tua sciat ita penitus esse recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat iisdem [36] aliquid injungere: & præterea [37] provinciarum rectores prohibeat [38] quicquam ulterius tale conari. Dat. VII. Kal. Novembr. *Mediol.* post cons. Merobaudis II. & Saturnini.

35 *l. 6. C. Theod. eod.*

36 *l. 1. T. eod.*

37 Præpositos.

38 Al. *prohibeant.*

De dignitatibus, & annona.

7. Idem AA. Trifolio Com. S. Lar.

Sciniis [39] omnibus largitionum comitatensium infrascriptas decernimus dignitates: ut his contenti, ambiendi [40] sibi aditum inrecusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam voluerit [41] impetrare. Annonas etiam juxta definitum dignitatum modum volumus præstari: nec amplius quicquam præsumi. §. 1. Brevis, quas dignitates per singula scrinia officium [42] sacratum largitionum habere statuimus, hic est: †. Scrinii exceptorum perfectissimus [43] ordinis secundi numero [44] unus, id est, primicerius [45] exceptorum unus: ducenarii duo, unus tertiocerius, & quartocerius: centenarius unus [46], unus, primicerius instrumentorum: epistolares num. duo: formæ primæ num. triginta sex: formæ II. num. IV. formæ tertiæ num. III. †. Scrinii numerorum [47] perfectiss. [48] ordinis tertii num. unus [49]: ducenarius num. unus: centenarii num. duo [50]: epistolares num. duo [51]: formæ primæ num. tres [52]: formæ secundæ num. unus [53] [formæ tertiæ num. duo:] Sacri scrinii tabellariorum [54] perfectiss. [55] ordinis tertii num. unus: ducenarius num. I. centenarius num. I. epistolaris num. I. formæ primæ num. III. formæ secundæ num. V. †. Scrinii canonum perfectiss. ordinis tertii num. I. ducenarius num. I. centenarius num. I. epistolares num. II. formæ primæ num. IV. formæ secundæ num. IV. †. Scrinii mittendariorum [56] ducenarius num. I. centenarii num. II. epistolares num. VIII. formæ primæ num. VII. formæ secundæ num. triginta tres. †. Scrinii aureæ massæ perfectiss. ordinis tertii num. unus, id est, primicerius sacræ massæ, num. I. item secundocerius num. I. ducenarii num. duo, id est, tertiocerius, & quartocerius: centenarii num. VI. epistolares num. IV. †. Aurifices [57] specierum perfectiss. num. I. ducenarii num. IV. centenarii num. VI. epistolares num. VIII. formæ primæ num. XVII. formæ secundæ num. IV. †. Aurifices [58] solidorum ducenarii num. I. centenarii num. VIII. epistolares num. VI. formæ primæ num. IX. formæ secundæ num. XXX. †. Sculptores, & ceteri aurifices centenarii num. I. epistolares num. V. formæ primæ num. VI. formæ secundæ num. XVII. †. Scrinii auri [59] ad responsum perfectiss. ordinis primi num. I. perfectiss. ordinis secundi num. II. ducenarius num. I. centenarii num. II. epistolares num. III. formæ primæ, num. IV. formæ secundæ num. II. formæ tertiæ num. I. †. Scrinii à miliarensibus [60] perfectiss. [61] ordo primi num. I. ducenarius num. I. formæ primæ num. I. formæ secundæ num. II. formæ tertiæ num. III. †. Scrinii vestis perfectiss. ordinis IV. num. I. perfectiss. ord. II. num. I. ducenarii num. I. centenarii num. I. epistolares num. II. formæ primæ num. VII. formæ secundæ num. X. formæ tertiæ num. IV. †. Officialium sacrarum vestium ducenarii num. III. centenarii num. III. epistolares num. II. formæ primæ num. XII. formæ secundæ num. X. formæ tertiæ num. VIII. †. Deputati sacræ vestis perfectis, secundi ordinis num. II. ducenarii num. II. centenarii num. II. epistolares num. II. formæ primæ num. III. †. Scrinii ab argento perfectiss. ordinis secundi num. I. epist. num. I. formæ primæ num. VI. formæ secundæ num. III. formæ tertiæ num. I. †. Scrinii à pecuniis perfectiss. ord. secundi num. I. formæ primæ num. I. formæ secundæ num. II. formæ tertiæ num. V. †. Argentarii comitatensis [62] ducenarii num. I. centenarii num. II. epistolares num. III. formæ primæ num. VIII. formæ secundæ num. XXV. †. Barbaricarii centenarii num. II. epistolares num. V. formæ primæ num. VIII. formæ secundæ num. I. Dat. IV. Jun. *Heraclia*, Richomere, & Clearcho Conss. 384.

39 *l. 7. C. Theod. eod.*

40 *l. 5. in fin. T. eod.*

41 Valueris.

42 Al. *officiorum.*

43 Perfectissimi præfectus.

44 Numeri, al. *numerio.*

45 *In quibusd. lib.* quædam hic addantur, *omnia scibile perfectissimum munusquisque primicerius: exceptorum numero unus.*

46 Unusque.

47 *Canonis*, Hal.

48 Præfectus.

49 Quisque ducenarii.

50 *Deinque*, Hal.

51 *Octo*, Hal.

52 *Octo*, Hal.

53 *Triginta tres*, Hal.

54 *Tabulariorum.* al. *massæ*, Hal.

55 Al. *præfectus.*

56 *l. 1. §. 8. circa finem, T. de off. præf.*

57 Al. *Artifices*, & ita. Hal.

58 *Artifices*, Hal.

59 Al. *Scriniarii, ad responsum per formam primum numerum: per formam secundam numerum. duodecenarius, &c.*

60 Miliarenses nummi decimam partem solidi faciebant. Suidas, Epiphanius & Cedrenus milliarenses dictos putant, quasi militares. Numerorum argentorum, alii *annulo vulgaribus major*, cui quadrati, rotundi, *Procul. 105. cap. 2. §. 3. vers. Et hoc enim.*

61 Al. *Scriniarii ad limitem*, al. *ad milium per formam*, sed recte hanc legem refellunt Cujacius, qui ubi erat scriptum, *per formam*, emendavit, *perfectissimus*, vel *perfectissimi*: sic enim legitur in *l. Aurel. & Dionys.*

62 *Comitatenses*, Hal.

63 *l. 8. l. 9. C. Th. eod.*

64 Al. *ita in cæt. quibus, justa atque*, additur.

65 Mittendarius Palatini officii.

66 Qua.

67 Annui singuli.

68 *Al.* Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Nestori comiti Orientis.

69 *l. 18. C. Theod. eod.*

70 *l. 10. C. Theod. eod.*

71 De remunerationibus sacris, adde quæ scripsi ad *l. 2. T. de cursu mans.*

De tyronum collatione, & aliis oneribus.

8. Impp. Honor. & Theod. AA. Joanni P. P.

Palatinos [70], qui sacratum [71] remunerationum rationem tractantes inculpantur, ad calcem terminumque militiæ perve-

pervenientes, necnon etiam Adjutores, & Primicerios diversorum officiorum præcipimus [1] habere privilegia, quæ nuper agentium in rebus scholæ nostra sunt manufactudine contributa: scilicet, ut à tyronum præbitione memorati reddantur exortes, cæteraque onera non agnoscant. Dat. VII. Id. Jun. *Ravennæ*, post cons. HONORII VIII. & THEODOSII V. AA. 411.

[1] Vide *l. 1. T. eod.*

Ut primicerii officiorum, & scriniorum Palatinorum sint annis.

XI. Iidem AA. Anysio C. S. L. & Tauro C. P. F.

AD [2] similitudinem sanctionis [3], quam de proximi sacrorum promulgavimus scriniorum, etiam in officio sacrarum largitionum, atque privatarum rerum pro biennio annum sub perpetua observatione præcipimus custodiri: ita ut & privilegia, quæ hujusmodi officiis, vel primiceriis sacris legibus deferuntur, integra, illibataque serventur. Dat. III. Kal. Jul. CP. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 416.

[2] *l. 121. C. Th. eod. l. 6. T. de prox. sacr. scrin.*

[3] *l. 6. T. de prox. sacr. scrin.*

De foro competenti.

XII. Imp. THEODOSIUS A. [4]

VIros devotos Palatinos non oportet in hac Regia Urbe apud Vicarium Illustrem Præfectum Urbi litigare compelli, nisi [5] de ædificatione [6] domorum, & servitutibus, & annonis orta videatur causa: in aliis vero causis, tam pecuniariis, quam criminalibus apud [7] Viros Illustres tantummodo Comites suos respondere: Rectoribus [8] autem Provinciarum intra administrationis suæ fines inter præsentes palatinos, nec causis publicis occupatos cognoscere, tam pro civili, quam pro criminali causa permittimus: sic tamen, ut non aliter criminalis sententia adversus eos proferatur, nisi ex suggestione Provincialis judicii Vir Illustris Comes, sub quo militat [9], certioratus hoc ei permiserit.

[4] *l. 1. T. de epist. and.*

[5] Id est, novi operis nunciatione. *l. 12. T. de prox. sacr. scr.*

[6] Forum palatinorum ordinariam apud Comites sacrarum largitionum.

[7] Militant.

[8] De privilegiis scholæ thesaurorum.

[9] Vide *l. 1. T. eod.*

Ut Palatini rei privatæ iisdem privilegiis fruantur, quibus Palatini sacrarum largitionum.

XIV. Iidem AA. Florentio P. P.

JUbemus Viros devotos Palatinos rei [14] nostri Numinis privatæ [15], eisdem [16] privilegiis decorari, quibus etiam palatini, qui in sacris largitionibus deferuntur. Cum enim par [17], similisque militia sit, justum, & competens videtur iisdem utrumque officium privilegiis gloriari. Primicerios itaque officii, treisque primates [18] scriniorum rerum privatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, salvis iisdem prætitis privilegiis sacris constitutionibus nostram clementiam adorate decernimus, ita tamen, ut [nullam injunctionem,] nullam sollicitudinem privati, vel publici negotii quolibet judiciario præcepto sustinere possint: sed excepta omni necessitate omnique fatigatione, indeptæ [19] dignitatis honore potiantur.

[10] Nominis.

[11] Vide *l. 1. T. eod.* hoc est, quatuor.

[12] Sociati.

[13] Plures ponit Marianus Scholus. *& l. 7. T. eod.* hoc est, quatuor.

[14] Nominis.

[15] Privatæ rei nominis imperatoris.

[16] De privilegiis scholæ privatæ rei palatinorum.

[17] Pares pariis privilegia merentur.

[18] Primates scriniorum, iidem qui & primiceris, primiscrinii à Marian.

[19] Indepto.

TIT. XXV.

DE STRATORIBUS [20].

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Zosimum Præfidem novæ Epiri.

PER omnes Provincias Edictum generale misimus, ut stratoribus unus tantum solidus probæ [21] nomine posceretur, & in offerendis equis [22] certam formam statutam, & ætatem [23] Provinciales nostri custodiendam esse cognoscant: quos etiam fisco certo modo solidorum [24] obnoxios fecimus, si quod stratores petere interdictum est, illi dare stratoribus non timerent, officium quoque gravitatis tuæ centum argenti libris multabitur, si sciens prædictam rem gestam fuisse, non illico eam severitati judiciariæ prodiderit. Dat. XIII. Kal. Jul. *Appolonio*, VALENTINIANO & VALENTE AA. Conss. 365.

[20] *l. 6. C. Th. 31. in manuscr. legitur*, De stratoribus, *ut & in Pandectis Flor. l. 4. ff. de off. procons.* Contius. *Al. statoribus* mavult. Graci ita *περὶ ἱππάρχων καὶ ἱππάρχου τῶν ἱππικῶν.* Syn. Basil. 6. tit. 33. Stratores autem vel stratores, officia præludium vel proconsulum.

[21] Probæ, id est, probationis. *Cujac.* al. *proprio nomine. an hic.* quod & confirmat *Ammianus* 29.

[22] Stratores equos militares probebant qui à provincialibus conferebantur.

[23] Et æqualem.

[24] Certo solidorum modo, *al.* CVIII. solidorum modo.

TIT. XXVI.

DE [25] CASTRENSIANIS [26] ET MINISTERIANIS.

Castrensiani & Ministeriani officio finito per lapsum biennii, alius subrogatur. Bart.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Narsi. V. Spectab. Comiti, & Castrensi S. P.

IN [27] officio [28] Spectabilitatis tuæ secundum formam divalium responsorum post completum tempus præfinitum, id est biennium [29] prioribus decedentibus [30] insequentes ad [31] locum pro merito laborum stipendiorumque succedant: nec ulla licentia tribuatur his qui impletum depositurit officium [32] denuo ad eandem militiam, vel sollicitudinem remeandi. Dat. VI. Februar. CP. THEODOSIO A. VII. qui fuerit nuntiatus, 416.

[25] *vi. C. Th. 32.* Hoc numero fuerunt prægustatores, pincernæ, vestitores, gerdagia, seu gardagiani pueri. *Demeuniers. de la maison du Prince.*

[26] *Magis Latine* (inquit *Calv. hic*) *dicerentur*, De castrensibus ministris. *in illum edicto*, sunt autem Castrensiani ministeriani aulici, qui sacro ministerio deputati sunt: qui *Castrensia* dicuntur in *inscriptione hujus legis, &c. Tertull. lib. de corona militis*, *Castrenses ministri* Lampridio in *Alexand. Cujac. hic.*

[27] *l. 1. C. Theod. eod.*

[28] Officium suum quoque habuit Castrensis sacri palatii. *Notit. imperii.*

[29] Castrensiani biennio militabant: post militiam deponebant & sequentibus locum faciebant: nec rursus ad eandem militiam reverti poterant. adde *l. 3. T. de palatinis.*

[30] Al. *Discedentibus.* adde *l. 7. T. de prox. sacr. scrin.*

[31] Sequentes in locum.

[32] *l. 1. C. Th. eod.* Castrensianorum varii gradus sunt: alii primi, secundi, tertii.

II. Impp. LEO & ZENO Martiano Com. & Magist. offic.

ANte omnia nullius [38] penitus alterius judicis [39] minoris, vel majoris sacro [40] ministerio nostro deputatos (quorum officia sigillatim brevis [41] subter annexus continet) nisi à tuæ duntaxat Magnitudinis sententiis conveniri, ut in nullo penitus alterius judicis foro pulsantium, nisi in tuæ tantummodo amplitudinis examine præbeant aliquando responsum. †. Sed ne in hoc ipso judicio enormibus molestentur dispendiis, vel ex nudis conveniantur facile judicis cujuscunque mandatis: ipsis quoque sportulis & fidejussoribus modum constituimus observandum: ante omnia decernentes, ne quando sine [42] scriptura vel interpellatione deposita, ac sententia prorogata tuæ Magnitudinis, eademque non edita, conveniri possint: conventos vero, non alium fidejussorem, nisi actuarium, vel unum ex Primatibus suæ scholæ Executoribus pro responsione suæ personæ sine scripto præstare: sive per scipsos [43], sive per Procuratorem datum in judicio responsuri sunt: sive [44] in causis civilibus appetantur, sive in criminalibus accusentur: nec ultra conventionis nomine sportularum, quam unum aureum executoribus usque ad finem litis præstent, quemcunque contigerit convenire. Inducendorum sane, nomine, & cognitionum exercendarum, stanteque [45] personæ gratia, ex simplici postulatione contra eos habita, sive appellatione subsecuta, vel alio quolibet modo in judicio deponatur, tribus tantummodo solidis usque ad terminum negotii eos, qui accepturi sunt, præcipimus semper esse contentos: in cognitionalibus [46] vero gestis edendis, tantummodo præstari solidos.

§. 1. Hæc autem privilegia non in eorum tantummodo, sed [47] in matrum quoque & uxorum personis valere, & ad integrum permanere: filiis quoque & maritis ejusdem fidejussionis nomine, si necessitas interpellationis exegerit, tradi: nec alios vades [48] exigi: ipsosque dum militant, & post emensum militiæ, cum his, qui ex tempore prioris præstitæ sibi pragmaticæ sanctionis ejusdem militiæ stipendia impleverunt, omnibus privilegiis perfrui (cunctis nihilominus capitulis, sacris affatibus divæ recordationis Martiani, quos se meruisse adserunt, valituris: excepto hoc quod in diversis judiciis tunc respondere præcepti sunt) hac sanctione decernimus. §. 11. Advocato quoque fisci, exceptoribus etiam [49], qui apud arbitros hoc utuntur officio, ab exordio incipiendo, usque ad terminum finemque negotii tertiam duntaxat solidi partem præbituros. †. In hujusmodi autem arbitrorum gestis edendis non [50] ultra præstare, quam dimidiam solidi partem: & cum [51] per provincias constitutis [52] fidejussoribus [53] conventus caruerit [54], adjuratoriæ [55] sit tantummodo cautioni committi: nec ullo tempore, nisi ex tuæ duntaxat magnitudinis sententia conveniri: exceptis tributariis [56], & munerum functionibus, & criminibus. quæ in locis inquiri, flagitari, & vindicari generalis legum præcepta constituunt, præsenti sanctione decernimus: viro clarissimo adjutore sublimitatis tuæ in speculis constituto, ne quid ex his, quæ statuimus, aliqua subreptione violetur [57].

[33] Scholæ vestis sacræ, ministeriani vestis sacræ.

[34] Supernumerariis, Castrensianorum alii supernumerarii, alii statati. adde *l. 7. T. de palatinis.*

[35] Scholæ vestis sacræ, ministeriani vestis sacræ.

[36] *Merendam*, al. *utrumque dauf.*

[37] Forum militantes in schola vestis sacræ sortiuntur apud magistrum officiorum.

Castrensiani & Ministeriani eorumque matres uxores & filii solum eorum Magistro officiorum sunt conveniendi.

[38] Pactum de conventio contra legem prohibitam nullius est momenti. adde *l. 3. T. ubi sit conv.*

[39] Forum litigantium Castrensiani omnes apud magistrum officiorum.

[40] Castrenses principum ministri, sacro ministerio vacare dicuntur.

[41] Brevia, id est, notitia. Illos tamen notitia deliberator hic.

[42] *l. 10. T. de pr. appellation in rubr. l. 11. T. de postulan. & libellis expensis. § ult. pr. 24. Inst. de act. Novell. 112. cap. 2.* Et male quidam ab actore pro conventione rei aliquid dari exactori colligunt ex *Novell. Bas. 1. 9.* quæ de sportulis Pedaneorum judicum loquitur, non executorum: male quoque ex *lege 11. T. de postul. & litium expens.* quæ de rei actore loquitur a sportulis immunis, qui actorem eadem quoque jure utipati debet: utrum denique ab actore pulsi petere ea sportulas, à quibus ipse sit immunis. Male quoque ex *l. 1. ult. T. de pr. appellation in rubr.* quæ loquitur de sumptibus litis & sportulis executorum. Sumptus in litem facit utraque pars: sportulas autem pro conventione dat solus reus: & ita post Placentinum videtur Cujacio *Novell. 53.*

[43] Al. *præsendente.*

[44] Cognitionibus.

[45] Privilegia liberorum ad parentes: maritorum ad uxores earum interdum extenduntur. *Novell. 105. c. 2. l. ult. T. de priv. scholarium.* vide tamen *l. 5. T. de senatorib.*

[46] Vades, fidejussores.

[47] Et qui.

[48] Ministeriani quos præstet sportulas.

[49] Ministeriani conventi, committuntur fidei actuarii, vel unius ex primitibus ejusdem scholæ.

[50] Conditus.

[51] Fidejussore.

[52] Caverit.

[53] Juratoria cautio alibi dicitur quæ hic adjuratoria. *vide l. in sacris. 12. T. de prox. sacr. scrin.* al. *adjutoriæ.*

[54] Forum loci quisque sortitur in quo crimen admisit, vel tributum aut munera functis præstari debet, & breviter ministeriani omnes conveniendi apud magistrum officiorum, exceptis tributariis & criminibus causis.

[55] *In quib. cadd. notatur constitutionem Graecam desiderari.*

[56] Forum loci quisque sortitur in quo crimen admisit, vel tributum aut munera functis præstari debet, & breviter ministeriani omnes conveniendi apud magistrum officiorum, exceptis tributariis & criminibus causis.

[57] *In quib. cadd. notatur constitutionem Graecam desiderari.*

TIT. XXVII.

DE [58] DECANIS [59].

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Helioni Com. & Mag. offic.

QUATUOR [60], qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum pervenerint [61], biennii spatio primiceriatus gerant [62] officium, neque ulterius cuiquam liceat in hoc immorari, ut omni gratia, & ambitione cessante, post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. Dat. prid. Non. Novemb. C. P. THEODOSIO A. VII. & PALLADIO V. C. Conss. 416.

[58] 11. *C. Theod 33. mpi Imperio. Synes. Basil. 56. 6. 10. 34.*

[59] Decani dicuntur qui decem militibus præerant, qui nunc caput contubernii vocantur. *Adde hic.* Erant autem ex ministeriariis hi decani. *l. 2. T. eod.*

[60] *Al.* incipit, Qui ex corpore. adde *l. 1. C. Th. eod.*

[61] Pervenerit.

[62] Gerat.

Decani adiurantes famulatoribus Principis coram illustri Magistro officiorum sunt convenendi. Bart.

II. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Nomo Mag. offic.

NOstræ pietatis famulationibus [63] adhærentes decanos non oportet pro desiderio pulsantium ad alia pertrahi [64] judicia: sed Viri illustris tantum Magistri [65] officiorum observare examen. Hoc namque modo, neque manuetudinis nostræ obliquia decipiuntur: & agentibus adversus eos jure adhibetur responsum: ad exemplum itaque devotissimorum scholarium nulli licere Memoratos ad aliud judicium trahere, & pulsatos priorum fidei scholæ permitti [66] præcipimus.

[63] Decani ex ministeriariis erant, *ut hic*: quod & confirmat notitia, & *l. 1. T. de diversis officiis. Ambros. 5. epist.*

[64] Protrahi.

[65] Forum sortiuntur decani apud magistrum officiorum.

[66] Committi.

TIT. XXVIII.

DE [67] MENSORIBUS [68].

1. Imp. HONOR. & THEOD. AA. Æmiliano Mag. offic.

PRIMICERIUS [69] mensorum biennio expleto Agentis in rebus militis [70] militiam sortiatur. Dat. X. Kalend. Aug. *Antyra*, STILICHONE, & ANTHEMIO Conss. 405.

[67] 17. *C. Theod 34. l. 12. § 2. ff. de re militari.*

[68] Mensores sunt qui in castris ad pedissimum dimetiuntur loca in quibus centuriæ milites figant, vel qui hospitia in civitatibus præfiant. hi etiam metatores dicuntur, Galli *fourriers.*

[69] *l. 1. C. Theod. eod.*

[70] Ultimi.

TIT. XXIX.

DE [71] PRIVILEGIIS EORUM, QUI IN SACRO PALATIO MILITANT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. Palatinis bene meritis S.

A [72] Palatinis, tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia præbuerunt, quam illis, qui in scriniis [73] nostris, id est, memoriæ, epistolarum, libellorumque versati sunt: procul universas calumnias, sive nominationes jubemus esse submotas: idque beneficium ad filios eorum, atque nepotes ipso ordine sanguinis pervenire, atque immunes eos à cunctis muneribus sordidis, & personalibus permanere, cum universis mobilibus, & mancipiis urbanis: nec injurias eis ab aliquibus inieri:

[71] *l. 6. C. Th. 35. Bas. appellant.* id est *vel palatio appertinentes vide l. 2. in evangelium appellatos. Syn. Basil. 8. tit. 34.*

[72] *l. 1. C. Th. ind.* vide *l. 1. T. de palatinis sacrarum largitionum.*

[73] Scrinia memoriæ, epistolarum, libellorum. vide *l. 4. T. de privilegiis sacrarum scrin.*

UAB Universitat Autònoma de Barcelona Ciències Socials

inferri: ita ut, qui hoc contempserit, indiscreta dignitate pœnas debitas exolvat [2]. Dat. IV. Kal. Novemb. *Treveris*, VOLUSIANO, & ANICIANO CONSS. 314.

11. Idem A. ad Rufinum P. P.

DE [3] cubiculis nostris vacatione donatos, vel diversis obsequiis [3] palatinis, memoriales etiam [4], qui in scriniis memoriæ, epistolarum, libellorum sacrarumque dispositionum referuntur: necnon, & si qui in utroque officio palatinorum comitatensium, singularumve urbium, & officio admissionum, & castrensi sacri palatii militant: privilegia volumus habere, ut nec ipsi, nec filii, nec nepotes eorum ad honores, vel munera municipalia devocentur: quibus omnibus condonamus, ne [5] exactorum, vel turmatiorum [6] (quos capitularios vocant) curam subeant, vel obsequium temonatiorum [7], vel pentaprotiæ [8], aut etiam tyronis præsentationem [9], agnoscant. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut etiam censualibus, vel personalibus, vel corporalibus muneribus liberentur, & habeant castrense peculium, sive adhuc palatium observent, sive optata [10] quiete donati sint. Quibus omnibus privilegiis conjungimus agentes in rebus, licet militaribus videantur esse subnixi. Dat. V. Kal. Maji, *Sirmii*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

III. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

EX [11] aula nostra discedentes viri, ab omnibus injunctis habeantur immunes: numerationumque fastus [12], vel rapaces quæstus, tanquam experientes, & idonei non patiantur. Dat. III. Non. Februar. C. P. EUCHERIO, & SYAGRIO VV. CC. CONSS. 381.

Qui missionem meruerit ab officio, quod in Palatio Principis exercebat, antefertur debet omnibus aliis, qui post ad regendas dignitates, vel provincias sunt adsumpti. Bart.

IV. Iidem VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Piniano P. U.

OMnes [13] qui in palatio militando, diversis actibus paruerint, volumus [in] tantum ejus dignitatis, cujus meruerint missionem, obtinere insignia, ut his omnibus præfetantur in ordine, atque consessu, qui posteriori tempore regendas Provincias, dignitatesque susceperint palatinas. Si quis autem temeraria [14] usurpatione statuta violare tentaverit, sacrilegii pœnam [15] sustineat. Dat. prid. Non. Jul. *Mediol.* A. CC. IV. Kal. Septemb. HONORIO NB. P. [16] & EUODIO CONSS. 386.

TIT. XXX.

DE PRIVILEGIIS SCHOLARUM [17].

I. Imppp. THEOD. ARCAD. & VALENT. AAA. Pleitio Com. & Mag. Offic. [18]

VIRIS [19] spectabilibus Comitibus scholarum, verberandi [20] degradandive [21] Senatores, ac Ducenarios, licentiam denegamus: ea namque, quæ tali commotione digna sunt, ad tuæ sublimitatis volumus referri notitiam. Insuper etiam domesticos eorum, non Senatores, vel Ducenarios, Centenariosve fieri decernimus: pœna V. librarum auri plectendo, quisquis hanc divinam jussionem excesserit: sctinio vero barbarorum [22], si tale quid, vel attentari passum fuerit, vel attentatum contra leges non suggesserit, decem librarum auri condemnatione plectendo. Illud etiam observari, non sine ratione convenit, ne is, cui domestici officium per militiæ gradum, vel quinquennii tempus interdici censuimus, familiaritate comitis simulata, rem prohibitam alio nomine valeat usurpare. Dat. XVI. Kal. April. C. P. CYRO CONS. 441.

II. Imp. LEO, & ZENO AA. Eusebio Mag. offic.

HAc lege decernimus, ut qui in singulis scholis militant, quique post emensa stipendiorum curricula ad Primicerium gradum perveniunt, & adorata nostræ divinitatis purpura, Virorum Clarissimorum Comitum meruerint [23] dignitatem: tam cingulo, quam privilegiis omnibus, sibimet competentibus perfruantur [24]: ac deinceps usque ad finem vitæ foro tuæ celsitudinis tantummodo subjaceant: nec ex alterius cujuslibet sententia civile subire litigium compellantur. In criminalibus sane controversiis, & in publicis tributis ita etiam [25] adversus tales viros provincias moderantium congruam jurisdictionem volumus observari, ne sub prætextu concessi privilegii, vel flagitiorum crescat auctoritas, vel publica vacillet utilitas.

III. Imp. ZENO [26] A. *. Mag. Offic.

QUoties super causa civili, vel etiam criminali, ex sententia videlicet judicii tui culminis scholares, vel eorum conjuges (sive adhuc viverent earum mariti, sive post mortem eorum in viduitate constituæ sunt) marsesve eorum in viduitate permanentes, aut liberi, qui non specialiter alterius judicis jurisdictioni subjectam conditionem sortiti sunt, & servi ad eos pertinentes conveniuntur: minime eos [27] easve extranei [28] fidejussoris [29] exactione vexari: sed pro consuetudine vetustissima, & jugiter observata, numerarium suæ scholæ fidejussorem præbere jubemus: hoc videlicet observando, ut [30] in criminalibus causis quinque alios Primates [31] ex triginta Viris à Primicerio usque ad triginta retro numerandis, una cum numerario [32], volente scilicet & non recusante, præbeant fidejussores: aut recusantibus quinque (sicut dictum est) viris extraneis, in criminibus præbeatur: ita ut executoribus non amplius ab his quam unus solidus, sive per se, sive per Procuratorem respondere maluerint, præbeatur. §. 1. In subeundis autem cognitionalibus certaminibus quotiens causa fuerit arbitro delegata: pro contestatione litis unum solidum, & pro definitione ab arbitro recitanda alterum unum, & nihil amplius dari decernimus.

§. 2. Quod si causa in judicio tui culminis ab ipsa contestatione litis, vel relatione judicis, aut appellatione interposita ventilatur: pro inducenda cognitione non amplius quam tres solidos, & chartarum, vel recitandorum in cognitionibus instrumentorum, nomine editionis, quin etiam gestorum, duos tantummodo solidos dabunt. §. 3. Quotiens sane apud viros Clarissimos Provinciarum Moderatores, ex delegatione scilicet sententiæ tuæ Magnitudinis contra Viros Fortissimos Scholares, vel eorum conjuges, [vel] liberos, vel servos cognitio celebretur: non amplius quam dimidiam partem consuetorum sumptuum præberi decernimus: hoc etiam adjiciendo, ut qui accessis commeatibus ad provincias profecti fuerint, usque ad quinque [33] mensium spatium, intra quod ipsis erit remeandi licentia, nullam penitus actionem super civili videlicet negotio (exceptis criminibus & tributariis functionibus) sustineant. Ne tamen ibi quoque, post quintum, scilicet commeatus mensem, ex sententia judicii tuæ Magnitudinis conventi, in exigendis fidejussoribus aliquod sentiant detrimentum: adjuratoriæ [34] eos cautioni jubemus committi. §. 4. Quotiens autem ex verbis, & sine ulla scriptis prolata sententia, iidem fortissimi Scholares, vel [35] eorum matres seu conjuges (ut dictum est) aut liberi, aut servi moneantur: nihil [pro se] ipsa executione sportularum nomine penitus eos, vel eorum mares, seu conjuges, aut liberos (secundum superius datam distinctionem) vel servos præbere decernimus. Sed si talis sit negotii vilitas, ut [37] etiam sine scriptis, consentientibus videlicet partibus, super eo possit cognosci: expectato sine scriptis (sicut dictum est) habendæ cognitionis eventu, si deteriorem calculum reportaverint, sportularum nomine unum tantummodo solidum executori præbeant. Si vero causa qualitas habendam in scriptis cognitionem flagitaverit, in hoc necesse est casu interlocutione in scriptis proferenda, ea quæ superius de quantitate sportularum [decidendarumque] cognitionum disposita sunt, observari.

[1] Exigatur.
[2] *l. 3. C. Theod. ad.*
[3] Vide *l. 1. T. de palatinis sacrarum largit.*
[4] Vide *l. 4. T. de proxim. sacrarum scrin.*
[5] Nec. & Summariorum. al. *earumdem.* mox. male, sunt autem *turmarii* à turmis tyronum appellati dicti.
[6] Talmariorum forte, vide *Alc. hic.*
[7] Pentaprotia significat quinque primorum munus, quos alibi constitutiones quinque summates vocant, sed *Cujac.* legit, *pentapia*, ut in *C. Theod.* quem hic vide.
[8] Præstationem.
[9] Adoptata.
[10] *l. 11. C. Th. ad. l. 18*, ex palatio. vide *l. 1. T. de palatinis sacrarum largit.*
[11] Sunt qui emendant, *hausta* ut *postea*, sed recta ad extrema sectio.
[12] *l. 13. C. Theod. ad.*
[13] *l. 1. T. ut dignitatum ordo servetur.*
[14] Al. *perat.*
[15] Al. est nobilissima pœna, qua *defendator imperii servetur*, olim Princeps juventutis dictus. *Cujac. hic.* Anr.

[16] *Zeno* hic intelligi militantem in sacro palatio. *Alciat. hic.*
[17] *Al.* Imppp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS Florentio Magistro officiorum.
[18] *Conjunge cum l. 3. T. de off. mag. off.*
[19] *l. 3. in fin. T. de off. magist. off.*
[20] Degradatio & regradatio fit quoque senatorum: ut & Episcoporum. N. Eodem Regradandi verbo leg. utitur in *l. 3. T. de domestic. & protector. Ritterus. ad Pancirolum, & in Cassiod. Bolenus, l. 2. in fin. C. Theod. de curia public. l. 3. T. de offic. Magist. off.* Eli vero Græcis regradatio *καθοδηγησις.*
[21] Al. *Barbarismum*, ut & in *l. 7. in fin. T. de palat. sacrarum largit.* al. *Barbariarum.*
[22] Mercatis.
[23] Perficiatur.
[24] Ex adversis.
[25] Al. *Anastas.*
[26] Eos ex absentia.
[27] Extraneæ.
[28] Fidejussionis.
[29] Scholasticis dum fidejussorem numerarium, sive actuarium scholæ: in criminalibus triginta primates scholæ sunt.
[30] Primates Scholæ triginta.
[31] Numerarius hic vocatur actuarius. *Agath. 2. 17. cap. 22.*
[32] Scholares (si milites sunt) quibus commeatus datus est, intra tempus quinque mensium remeandi facultatem habent.

[33] Adoptaverint.
[34] Juramenta: Juramenta seu adjuratoria cautio. vid. *l. 22. T. de proc. sacrarum scrinior.*
[35] Privilegia liberorum & maritorum extenduntur sæpe ad mares & uxores. vide *l. 4. §. 1. T. de Castrensi omn.*
[36] Al. *dicit.*
[37] Libellus esse de substantia judicii? Negat Anton. *auth. 11. quæst. 8. c. si quis cum clericis. 45. c. presat. 4. exer. de dub.* cum possis expressa pacto remitti, *ut hic*, Alii contra putant libellum ad judicii substantiam pertinere. *Barbos.* nec remitti ullo modo posse. Sunt & qui putant tacite remitti posse, non expresse. *arg. l. 2. §. fin quia. 4. Cod. de jurejur. calum.* Alii in vilioribus causis omitti posse existimant, *arg. num. hujus l.*

offeramur T. de litis contest. c. 1. de libelli oblat. cap. quoniam contra. 11. exer. de probat. modo posse. sunt & qui putant tacite remitti posse, non expresse. *arg. l. 2. §. fin quia. 4. Cod. de jurejur. calum.* Alii in vilioribus causis omitti posse existimant, *arg. num. hujus l.*

TIT. XXXI.

DE CASTRENSI OMNIUM PALATINORUM PECULIO.

I. Imp. CONSTANTINUS A. ad Severum P. U.

OMnes [38] Palatinos, quos edicti nostri jamdudum certa privilegia superfundunt, rem, si quam, dum in Palatio nostro morantur, vel patrimonia propria quæsierint, vel donis nostris fuerint consecuti: ut castrense peculium habere præcipimus. Quid enim tam ex castris est, quam quod nobis conciis, ac prope sub conspectibus nostris acquiritur? Sed nec alieni sunt à pulvere, & labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui præsto sunt semper actibus [39]: quos intentos, & eruditos [40] studiis, itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet. Ideoque Palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuerunt, peculia sua præcipua retineant, quæ dum in palatio nostro constituti sunt, aut labore (ut dictum est) proprio, aut donatione nostra quæsierint. P. P. x. Kalend. Jun. CONSTANTINO A. VI. & CONSTANTIO C. 320.

[38] Peculii castrensis jus datur omnibus in palatio militantibus, in iis quæ tempore militiæ adquisiverunt, vel ex donis principum, vel ex sua parcimonia, sive tempore ipsius militiæ, sive ex completa. *Syn. Basil. 57. tit. 8. ac tit. 55. tit. 2. c. 21.*
[39] In actibus.
[40] Eruditis.

TIT. XXXII.

DE [41] EQUESTRI DIGNITATE.

I. Imp. VALENTINIANUS A. ad Mamertinum P. P.

EQUITES [42] Romanos secundum gradum post Clarissimatus dignitatem obtinere jubemus. Dat. prid. Kal. Novemb. *Philippopoli*, Divo JOVINIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

[41] VI. C. Th. 36. *atque Agathias hoc loco*, ait, *qui non sunt senatores, de dignitatibus equitum & expræfectis. Syn. Basil. 6. tit. 35.*
[42] *l. unic. C. Th. ead.*

TIT. XXXIII.

DE [43] PERFECTISSIMATUS DIGNITATE.

I. Imp. JUSTINIANUS [44] A. ad Paternum Valerianum.

CODICILLI [45] Perfectissimatus fruentur, qui impetraverunt, si abhorrent à conditione servili, vel fisco, aut curiæ obnoxii non sint, vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo negotio constiterint, nec sibi honorem venali suffragio emerint, nec rem alicujus administraverint.

[43] VI. *Theod. 37. ead.*
[44] *Al.* CONSTANTINUS A.
[45] *l. un. C. Theod. ead.*

TIT. XXXIV.

QUI [46] MILITARE POSSUNT, VEL NON POSSUNT: ET DE SERVIS [47] AD MILITIAM, VEL DIGNITATEM ADSPIRANTIBUS: ET UT NEMO DUPLICI MILITIA, VEL DIGNITATE, ET MILITIA [SIMUL] UTATUR.

Quibus militaturus se offerre debet. 1. *De his, qui litis causa nomen militiæ dederunt.*

I. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Antonix.

SI militiæ nomen dare vultis, offerte vos his, qui probandi jus habent. §. 1. Non autem ignoratis eos, qui litis [48] causa militiam appetierint, postulantibus adversariis solvi sacramento solere.

De his, qui militiæ nomen dant in fraudem civilium munerum.

II. Impp. [49] DIOCLET. & MAXIM. AA.

NOn tantum decurionum filiis, sed omnibus in fraudem [50] civilium munerum nomina armatæ militiæ dantibus, fraudem prodesse displicuit.

De colonis, & saltuensibus.

III. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [51] *Mag. utriusque militiæ.

CUra pervigili observare debebit sublimitas tua, ne coloni, vel saltuenses, aut ultro se offerentes ad militiam suscipiantur armatam [52], aut cogantur inviti.

De curialibus, & cohortalibus.

IV. Imp. LEO A. Dioscoro.

OMnes omnino curialis, vel cohortalis conditionis constituti nullam armatam militiam in posterum arripiant.

Ut nemo duplici militia, vel dignitate, & militia simul utatur.

V. Imp. JUSTINIANUS [53] A. * Mag. Offic.

HIs [54] quidem [55], quibus indultum hactenus demonstratur, quo binis [56], aut ternis, pluribusque mercantur [57] cingulis, non conjunctis ex prisca consuetudine, sed abjectis [58], atque discrepantibus detur electio, quem retinendum sibi potius censeant, quem deferendum cognoscant: ut in eo, quod optaverint [59], firmiter maneant: eo, quod despexerint, sine dubitatione repellantur. In posterum vero nemini prorsus facultas pateat

[46] De decurionum filiis, *l. 2.* colonis saltuensibus, *l. 3.* curialibus cohortalibus, *l. 4.* servis, *l. 5. T. ead.* Quid hæretici? placet summopere, quod ad Christianos militares pertinet peractionis formula militibus à Constantino in hanc sententiam prescripta: *Tu unum Deum adorabis, te agresti omne regnum, te supplices venerabuntur hæc arma. Te solum metuet, te per te hostes vincemus. Tibi accepta ferimus bona quidquid fuimus omnia. Reliqua ubi te nemo capiat, ne suppliciter veneramur, ut Constantinum, principem nostrum, conservare digneris. Eusebius 4. de vita Constantini.* Hoc magnus Imperator: cujus exemplo operabile esset, ut qui armato præstant, formulam precandi similem aliquam præscriberent, neque *Alias* plane militare esse viderent.
[47] Vide *l. 6. l. 7. ead.*
[48] Litis causa militiam appetere non licet. *l. 4. ff. ex quibus causis majores. l. 91. ff. de ritu nuptiarum infr. adde Petr. Fabr. 1. semestr. 20.*
[49] *Al.* ALEXANDER.
[50] Fraude.
[51] *Al.* DIOCL. & MAXIMIAN. AA.
[52] Armari, aut. adde *l. 19. T. de agric.*
[53] *Al.* JUSTINUS.
[54] His.
[55] Duas militias diversis generis, aut dignitatem & militiam eodem tempore quis habere non potest. *Ex Bart.*
[56] Duas militias, duas ve dignitates nemo eodem tempore habere potest: ut ne vel duplicem obeat militiam, vel dignitatem cum militia. Qui secus facit, pœna decem librarum auri multandus: nec quidquam ex eo fructus consequitur. *Synops. Basil. 56. tit. 1. cap. 42. adde l. 10. §. 1. T. de fraudat. sacrorum scriniorum. l. 1. vers. illi quoque. T. de proxim. sacr. scrin. l. 10. ff. de muneribus.*
[57] *Mercent*, forte: aut certe *mutantur.*
[58] Abjectis.
[59] Adoptaverint.

1 Concedi.
2 Nec.
3 Objecerint.
4 Contra confensum.
5 Alterum tamen hanc quoque variationem notavit Accarsius.
6 Perspeximus.
7 Militiarum plura sunt genera. *Novell. 35. & 53.*
8 Militia quædam vendi possunt. Talis fuit militia silentiariorum. *l. 20. in fin. C. de emancipat. domesticorum, l. 6. §. 3. C. de advocat. diversor. jud.* adde *Nov. 53.* alii neque vendi, neque pignorari possunt. *l. 3. C. quæ res pignori.*
9 Excipiendi.
10 Militiæ duplices esse, hoc est, conjungi possunt. Ita beneficiarii beneficia alia aliis adjungant & cumulant.
11 Dilectissimus.
12 *Cingulo, in vet. plerisq. lib.*
13 *Bosq. lib. 7. tit. 6. ex lib. 57. tit. 1. cap. 43. & lib. 57. tit. 1. §. 4.* vide *l. 11. ff. de re milit.*
14 Innocentium, *Cujacius, ex vet. l. & Græcis, qui vertunt ἀκούσῃ.*
15 *l. 7.*). *eodem. l. 4. C. de præposit. sacri cub. Nov. 123. c. 17.*
16 Protrahere.
17 Probatur aut præsumitur ignorantia facti alicui, nisi scientia probetur, *ut hic, & l. 11. ff. de prob.* nisi quod ignoratum dicitur, in fama vulgi fuerit. *l. 30. §. 3. ff. de adq. hered.* aut notorium fuerit, *l. 11. §. 3. ff. de institoria.* aut factum proprium etiam continet, alieno conjunctum, *l. ult. ff. pro socio.* vel nisi agitur de facto vicini, *l. 9. C. de nuptiis, l. 31. ff. locati.* consanguinei, *l. 7. C. de in integ. l. 37. C. de lib. caus.* domestici, *l. 8. §. 6. C. de repud. l. ult. §. 10. C. de jure delib. l. 3. C. de negot.* adde *Nov. 90. cap. 1.* Nominis etiam proprii ignorantia non præsumitur. adde *Siciniam regul. 176. cap. 174.*
18 Servus militiam vel dignitatem scientе domino adeptus, neque in potestate domini est, neque ejus libertus, sed ingenuus plane, *ut hic, & l. 9. C. eod. l. 3. §. 6. C. de hæred. libert.* Augustus tamen necessitate coactus libertinis militibus usus est: Quin servos viris fæminisque pecuniosioribus iussit, ac sine mora manumissos sub prioris vexillo habuit. *Suetonius, Claudio. cap. 25.* Quid: libertus patrono consentiente miles factus, num patronatus jure solvitur? Quidam ita putant: alii velut ingratum in servitutem eo facto, revocari posse notant: quorum neutrum probat *Cujac. c. 10. de pr.* Quid: negotiatores possumne milites esse? non possunt. vid. *l. un. C. tit. prox.*
19 Vide quæ ad hunc locum scripsi *l. 7. C. eod.*
20 Innocentium. 21 *Synopsis Basil. d. tit. 1. cap. 41.* vide *l. 11. ff. de re milit. l. 6. C. eod.*
22 Dominus patiens servum in dignitate esse, privilegium dominio, *& jure patronatus. Bart.*
23 Pervenit. 24 Reserventur. 25 Militiam adeptus servus ignorante domino si militare cum possis compererit dominus, neque infra dies triginta à dominio revocatus fuerit, in potestate domini esse desinit: neque libertus fit, sed ingenuus, *ut hic, l. 6. C. eod.* Spatium autem illud triginta dierum non omnibus servis præscribitur, sed iis qui tempore constitutionis sexte *C. eod.* militabant, non iis qui postea militaverint: quod & Latinos & Græcos interpretes non animadvertisse notat *Cujac. c. 10. de tempor.* adde quæ scripsi ad *leg. 7. in fin. ff. de publ.* 26 *d. l. 6. eod.*
27 Indigni sunt. 28 Expoliari.

pateat eodem tempore plus quam unius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (ut dictum est) binis pluribusque militiis, nec dignitatem conjungere cuilibet alii cingulo concedendis [1], ut & qui supplicandum de re vetita nobis existimaverint, pœna decem librarum auri pro temeritate quamvis infructuosa plectantur: & qui susceperint jussionem Augustam per surreptionem eliciram (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri multa feriantur, scriniis etiam, necnon officiis, quorum hoc interfit, si non restiterint, &c [2] hanc pragmaticam legem abjecerint [3], decem librarum auri [dispendio] puniendit. Si quid autem contra hoc perpetretur, sciant omnes, quod extra [4] concessum admissum est, aut actum fuerit, vel notis conscriptum publicis, simile habeatur, ac si nec impetratum, nec pronunciatum omnino, nec insertum esset ullis matriculis: scituris etiam omnibus, qui merentes in ordinibus amatis, sive civilibus administrandas provincias, seu gerendos quoslibet numeros, vel jam sunt, seu de cætero fuerint jussione nostra sortiti: & ut serventur eis gradus, Augusta promeriti sanctione patrem indulgendam sibi licentiam, postquam deposuerint sollicitudinem, aut in priori cingulo protinus perstistendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam sollicitudo media præstiterit: aut retinendi splendorem, quem acquisierint administrationis obtentu: verum priore cingulo desistendi. Monente [5] tamen innata nobis clementia, liberum esse cunctis perspeximus [6], si militia, qua decedendum est, inter [7] eas habeatur, quas volentibus [8] licet distrahere: & in alios eam conferendi, & pretia consequendi: prout in iisdem agminibus consueverit hactenus: excipiendis [9] videlicet, nec deducendis in hanc perpetuo conservandam legem pragmaticam his, qui binas militias simul [10] compositas, & sociali nexas consortio fuerint adsecuti: ut in Vitis Devotissimis [11] Scholaribus, atque candidatis fieri moris est: necnon in viris Devotis Laterculensibus, & Pragmaticatis, vel à secretis contingit: quos memorialium, aut etiam agentium in rebus adornat cingulum [12], & si qui simili stipendiorum junguntur copula.

De servis.

VI. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ.

SUper [13] servis, qui postea ad quandam militiam adspirare tentaverint, vel scientibus, vel ignorantibus dominis, præcipimus, siquidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem Judicem, & suam ignorantiam [14] (eo [15] quod contrarium minime probatur) ostendere, eoque modo spoliatos eos militia in suum dominium trahere [16].

†. Sin [17] vero scientibus [18] his servi militarint, cadere quidem eos, non tantum dominio eorum, sed etiam omni patronatus jure: illos vero ingenuos effectos, siquidem utiles ad militiam eis datam visi fuerint, in ea durare: sin vero minime idoneos fint, ea privari. Super illis autem servis, qui jam militaverunt, & adhuc in eadem militia perseverant, licentiam damus dominis intra triginta dierum spatium ab [19] eo tempore connumerandorum, quo præsens sanctio divulgata fuerit, vel nostram adire clementiam, vel competentes judices, & suam ignorantiam [20] commendare, eosque in suum dominium recipere. Quo tempore transacto, simili modo, tam dominio, quam omni patronatus jure cadere eos necesse est.

VII. Idem A. Joanni P. P.

SI [21] qui [22] servum suum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit passus: spolietur, & dominio servi, & jure, quod pertinet [23] ad patronos. *Cui enim ferendum est, homines a nostra manu donationes accipientes, adhuc inter servos habere, & forte cum suis dominis nostram purpuram adorantes?* In his itaque casibus, in quibus non militia, sed dignitas, volentibus dominis, servis acquiritur, eadem juta serventur [24], quæ antea posita sunt: ne videatur nostra sanctio aliquid habere imperfectum. †. Sciant autem domini ad exemplum præteritæ nostræ constitutionis, quæ de hujusmodi servis loquitur, quod nisi hoc intra triginta [25] dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifestaverint, & competentem judicem adierint, & spoliare eos dignitatibus curaverint: dominium eorum, & jus patronatus amittant: nobis deliberantibus, postquam dominio servi fuerint liberati, & inter ingenuos [26] connumerati, si oporteat eos habere dignitatem, vel ea quasi indignos [27] spoliari [28].

Ne quis duplicem habeat militiam.

VIII. Constitutio desideratur. Ejus sententia ex lib. 57. Basil. hæc est doctiss. Cujacio referente.

HAec constitutio Græca confirmat primam constitutionem hujus tit. qua cavetur, ne quis eodem tempore duas militias habeat, adjiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur, & exigit, ut apud acta quisque deponat, utrum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem statuit tempus trium mensium intra quos ex quo præsens constitutio promulgata fuerit, quisque in urbe Comitem privatarum, in provinciis præsides, & suam voluntatem exponat. Quod tempore elapso, præcipit Constitutio, ut si plures habeat militias, unam tantum retineat: si militiam & epistolas tribunorum notariorum, tribunus tantum maneat: si militiam & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatem [29] Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente: Quod si quis militiam habens fiat præses provinciæ, & ut si gradus servetur à principe promeritus fit, jubet Constitutio tunc gradum ei militiæ servari, nec uti cum dignitate ex provinciæ administratione conquisita. Quod si quidam utramque retinere studeant, & forte duplici militia utantur, utramque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum, eriam si sacram formam huic Constitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præsides, qui eam susceperint.

29 Tit. 1. *ne quis eo tempore plus quam unius ordinis militiam habeat, &* ut si dignitatem Comitis constituerit, quamquam & is Comes sit primi ordinis, *ibi Nov. 31.* & vide supplicandum *annotata ex Novellarum textu disparate & vide Anneium.* vid. *Cujac. 7 obs. 12.*

TIT. XXXV.

NEGOTIATORES [30] NE MILITENT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs, qui vel in hac alma urbe, vel in provinciis cuidam [31] ergasterio præsunt, militare de cætero prohibemus, exceptis argenti distractoribus, qui in hac alma urbe negotiantur. Hos enim utpote utiles omnibus [32] contractibus armata quidem militia penitus abstinere sancimus: aliam vero quamcunque sine meta præsentis sanctionis posse sibi acquirere. †. Si qui vero negotiatores [33], quos omni militia prohibuimus, jam militarunt: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere: scientibus quod si postea negotiantes appareant, militia privabuntur. Quod & in argenti distractoribus hujus almæ urbis, si armatam militiam jam sortiti sunt, retinere volumus: ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia [34] durare. Negotiantes [35] etenim post hanc sanctionem, hujusmodi militia privabuntur: illis, qui ad armorum extructionem sam professionem contulerint, minime prohibendis ad competentem suæ professionis venire militiam, & hujusmodi negotiationem nihilominus retinere.

30 Al. *De negotiatoribus &c.* Militare negotiatores prohibentur, *ut hic*, ut & servi, vid. *l. 5. C. tit. pr. l. 11. ff. de re milit.* vid. Velenium prima qu. adde *Forner. 2. select. 3.*
31 *l. 6. C. de decurion. l. 1. C. de præpos. agentes in rebus. l. 12. in fin. C. de salariis.*
32 Omnium.
33 De negotiatorum militia & prohibita negotiatione, vid. *Forner. 2. select.*
34 Provincia.
35 Negotiarent.

TIT. XXXVI.

DE RE [36] MILITARI.

De postliminio.

1. Imp. ANTONINUS A. Annæ militi.

STIPENDIA & donativa temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restitui tibi postliminio regresso [37] restituroque, non jure desideras.

De his, qui XX. stipendia impleverunt.

II. Idem A. militibus cohortis primæ.

VIginti [38] stipendia si implestis, sordida munera [militiæ 39] vobis non indicentur.

De ignominiosa missione.

III. Idem A. Juliano.

[M]Ilites] ignominia [40] missi cum infamia norentur: nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus [41] deferri solent, uti possunt, habeant autem morandi, ubi velint, potestatem, præterquam in eis locis, in quibus specialiter arguentur [42].

De desertoribus.

IV. Imp. ALEXANDER A.

DEfunctorum [43] in desertione [44] bona confiscari divus Marcus, & Antoninus pater meus constituit.

V. Imp. GORDIANUS A. Valentino, & aliis militibus.

CUm allegatis septem annos in desertione egisse maritum sororis vestræ, & indulgentia nostra esse restitutum: non recte desideratis, ut id tempus, ac si in castris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad desertores pertinet, restitutus ex indulgentia nostra, residuo militare debebit: ideoque nec [45] stipendia temporis, quo in desertione fuerit, exigere poterit.

De causariis missione.

VI. Idem A. *

SEmel causaria [46] missis militibus, instauratio non solet concedi obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimittantur, nisi quos constet medicis [47] denuncientibus, & Judice competente diligenter examinante, vitium contraxisse.

De militari, vel paganico delicto.

VII. Idem A.

FRustra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare intercessit, existimationem tuam jam veterani læsisse videatur: maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum potest cadere personam, notatos milites, post missionem placuerit esse famosos.

De causariis missione.

VIII. Imp. PHILIP. A.

CAusaria [48] missus, nulla existimationis macula adspergitur.

De eo

36 VII. *C. Theod. l. 12. tit. IX. D. XVI.*
37 Reverso.
38 *l. 9. C. quando provocare.* Qui viginti annis militavit, a sordidis muneribus immunitatem consequitur. *Syn. Basil. 57. tit. 3. c. 2.* Ita militiæ judium tempus viginti annorum (idem etiam tempus civilium munerum vacationem præstat) Julius, loquam, tempus militiæ 20. annis, *ut hic, & l. 9. C. quando provocare, l. 11. C. de excusat. l. ult. C. de hac, qui non impleto stipend.* Idem etiam beneficium Pannonicis rationibus datum à Tiberio. *Tac. 57.* autem annis XXV. *9. Hl. 1. Torrent 2. Amiat.* Sub Augusto annis XII. Prætorianis militiæ solitis. *Tac. Tacit. 1. Dion 54.* Atque in restringi potest formula sacramenti, quæ erat apud *2. Vegetii*, scil. qua milites jurant, se militiæ annquam desertores. Non tantum autem vicenum, sed vel valetudini, vel ætate indulgentia, vel missio impetrabatur. *l. 2. ff. de re milit.*
39 *Al. decl.*
40 *l. 1. l. 2. §. ignominia. 2. ff. de his, qui notantur, l. antiq. C. de infam. l. 2. C. de dignit.*
41 Omnibus.
42 *Arcessitur, Cujac.* & ita legitur in *lib. Manuf. & Dionys.*
43 Si quis fortiti (Græcis est quærelam) defertor fuerit, mortuus fuerit, bona ejus confiscantur. *Syn. Basil. v. ibi c. 8.*
44 *l. 1. C. si reus vel accusator mortuus.* 45 *l. 10. §. 1. ff. eod.* 46 Vid. *l. 38. §. 1. ff. de re milit. l. 8. §. 1. eod.* 47 Probatio est infirma medici referentis à vulnere & cicatrice valetudine nisi judex vel adsessor in acta jusserit referri, medicum, re tota diligentius explorata, de valetudine retulisse. vid. *Cors. singulari Medicum.* 48 Causaria missio quid. adde *l. 6. C. eod. l. 2. C. de his, qui non impleto stipend. l. 3. §. 3. ff. de excus. tut.*

De eo, qui barbaris prædandi facultatem dedit, vel cum eis prædam divisit.

12. Imp. Constantinus A. & Cæsar. *

SI quis[1] barbaris[2] scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diviserit, vivus[3] comburatur[4]. Dat. IV. Kal. Maji, Savero & Rufino Conss.

De familiæ appellatione.

II. Idem A. Titiano P. P.

QUicunque militum ex nostra auctoritate familias suas ad[1] se venire meruerint, non amplius quam conjuges, liberos, servos etiam de peculio castrensi emptos[2], neque adscriptos censibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. Dat. III. Kal. Jun. Limanio, & Catulino Conss. 349.

Ut tribuni, vel milites in mansionibus solitis maneant.

21. Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Cynegio P. P.

TRibuni[1], vel milites nullam[2] evagandi per possessiones habeant facultatem: sed cum signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant, ac si quis tam necessaria scita contempserit: de eo, ac tribuno ejus ad nostram scientiam Rectorum, ac Defensorum relationibus protinus referatur, quatenus severissime in eos animadvertatur. Dat. IV. Id. April. C. P. Richomere & Clearcho Conss. 384.

Si exercitus in ripa consistat.

XII. Idem AAA. Richomeri comiti & Magistro utriusque militiæ.

CUm[1] supra vitentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit: ideo provida auctoritate decernimus, ut nullus omnino immundo[2] fimo sordidatis fluentis commune[3] poculum polluat: neve abluendo equorum fudores[4] deproperans publicos oculos nudatus incestet, sed procul à cunctorum obturibus in inferioribus partibus fluviorum hoc ipsum faciat.

Ne milites sibi vacent, vel aliena obsequia peragant sine nutu principis.

1. *De accessu ad Comitatum.* 2. *De militibus vagis.*

XIII. Impp. Arcad. & Honor. AA. Romuliano P. U.

NEmo[1] miles ex his, qui præsentes divino[2] obsequio nostræ clementiæ deputati sunt, & qui in hac alma[3] urbe præsente[4] Comitatu concessi sunt, quive de aliis numeris, vel legionibus sunt, vel[5] sibi vacet, vel aliena[6] obsequia sine nutu principali peragere audeat: qui autem in hujusmodi facinore fuerint convicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellantur: hi vero, qui in privato obsequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multæ nomine feriantur.

§. 1. Si vero quisquam missus à numero[7], vel à Tribuno ad Comitatum Serenitatis nostræ perveneri[8], (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico se viris illustribus comitibus sub quorum regimine constituti sunt, offerre festinet: & causas profectionis exponat: ut & responsum cœleste mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem. §. 2. Si[9] quos autem milites per Provincias relictis propriis numeris passim vagari[10] præsides earum cognoverit, correctos[11] facient custoditi, donec de his clementiæ nostræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus. Dat. Kal. Febr. C. P. Honorio A. IV. & Eutychiano Conss. 398.

De militibus à numeris ad alios numeros non transferendis.

XIV. Idem AA. Stilichoni magistro militum.

COntra[1] publicam utilitatem nolumus à numeris ad alios numeros milites nostros transferri. Sciant igitur Comites, vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commissa[2] est, non solum à Comitatensibus[3] ac Palatinis[4] numeris ad alios numeros milites transferri non licere: sed ne ipsis quidem[5], [seu de Comitatensibus legionibus, seu de castris ripatensibus[6] castrensianis,] cæterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam: nisi hoc Augusta majestatis publicæ utilitatis gratia fieri jusserit: quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire: quod si quis contra fecerit, per singulos milites singulas auri libras à se noverit[7] exigendas. Dat. XIV. Kal. April. *Mediolan.* Stilichone & Aureliano Conss. 400.

Quibus rebus milites vacare debent.

XV. Imp. Leo A. Aspari Magistro militum.

MIlites[1], qui à republica armantur & aluntur, solis debent utilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & custodiæ animalium, vel mercimoniorum quæstui, sed propriæ muniis insudare militiæ, nullum præterea ex militibus posthac prædictis obsequiis vacare magnitudo tua patiatur: sed frequentes in numero suo esse jubeat: ut armorum quotidiano exercitio ad bella se præparent. Quod si quis ex militaribus Judicibus allos militum tam divinis quam regiis, vel privatis domibus ac possessionibus, diversisque aliis obsequiis contra interdictum serenitatis nostræ credideri deputandos: sciat se ab[2] eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo, qui ausus accipere militem fuerit, per singulos milites singulas libras auri protinus exigendas. Dat. prid. Non. Jul. C. P. Leone A. Conss. 458.

Milites civilium curam non debent adsumere. Bart.

XVI. Idem A. Dioscoro.

MIlitares Viros civiles[1] curas arripere prohibemus: aut si aliquam hujusmodi sollicitudinem forte susceperint, & militia statim & privilegiis omnibus denudati decernimus, formidantibus his motum nostræ serenitatis, qui temeritate salubertimis statutis obviam ire tentaverint.

Milites fieri per probatorias Principis tantum.

XVII. Imp. Zeno A. * Magist. milit.

NEminem in ullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, sine nostri numinis[1] sacra probatoria in posterum sociari concedimus, consuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ Magisteriæ potestati, vel Ducibus probatorias[2] militum facere, vel militibus adjungere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui à nostra divinitate probatorias consequuntur. Viros autem Eminentissimos pro tempore Magistros militum, nec non & viros Spectabiles Duces, si supplere numeros pro his, qui fatalibus sortibus decrescent, necessarium esse putaverint, veritate discussa, per suggestionem suam nostræ mansuetudini declarare, qui, & quanti, & in quo numero vel limite debeant, surrogati: ut ita demum, prout nostræ sederit majestati, divina subnotatione subnixi militiam sortiantur: officio quod[3] tuæ sublimitatis actibus obsecundat, centum librarum auri dispendio feriendo, si ex aliqua parte, quæ statuit nostra serenitas, fuerint violata.

De Judicibus militum, & controversiis dirimendis.

XVIII. Imp. Anastasius A. Joanni Magist. milit. præsentalium[1].

TAm Collatores & Provinciales, quam fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeque læsionem aliquam seu dispendium perpeti, propterantes, esse necessa ium prospeximus[2], dicatissimos milites, qui[3] de diversis præsentalibus[4] numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum jussionibus obedire: ut quicquid emerserit quod pro communi securitate curandum est: hoc protinus, utpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit mereri[5] remedium: ita videlicet, ut etiam agentibus causas tam criminaliter quam civiliter, præfati milites jam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis seu præceptionibus ejus, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excelsæ tuæ sedis, sub cujus jurisdictione consistunt[6], quam eorumdem ducum respondeant.

§. 1. Eo scilicet observando, ut ad responsum[1], quem de officio tuæ sublimitatis huc usque ad prædictam Magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhæsurus[2] mittatur, tam per se, quam per adjutores suos eosdem judices observare, & jussiones eorum implere curaturus[3]: licentia [ei] non deneganda, & adresponsum[4], qui de officio alterius Viri Excelsi Magistrum militum præsentalium[5] pro hac nostra dispositione destinatur, in locis, in quibus apparitionis tuæ sublimitatis adresponsum [non] contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maxime causis peragere: cujus etiam illi qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem, ut non tantum per adjutores suos ad responsum, sed etiam invicem se adjuvando, nec publicis, nec privatis causis, vel executionibus abesse videantur: ad singulos etenim duces adresponsum de apparitoribus[6] nostris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualiber machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. §. 2. Ut autem omnifariam tam publicæ commoditati, quam fortissimis prospiciatur militibus, sportularum[7] nihilominus exactionem merito censuimus moderandam[8]: & jubemus nec ipsis adresponsum, nec Adjutoribus eorum pro criminalibus, seu civilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quam unum solidum à singulis, vel nolentibus, vel spontanea voluntate offerentibus suscipere militibus: ita ut si[9] universitas numeri, seu principiorum monenda sit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant: in his etenim causis nec[10] plures quam duos primates[11] quorum nomina semel, ac primum gestis intervenientibus fuerint publicata, patimur convenire: syndico[12] videlicet prout consuerudo deposcit, legibusque cautum est ordinando. §. 3. Hoc quoque adjecto, ut pro omnibus[13] quibuslibet expensis faciendis[14] ingressus[15] in judicio duciano[16] unum tantummodo[17] solidum, nihilque amplius milites, vel syndici litigantes dependere compellantur: ut hujusmodi solatium ad commodum adresponsum[18], & ejus adjurorum & exceptorum proficiat: nihil sibi usurpare, vel suo nomine poscere, vel viris devotis principibus[19], qui ducianum observant[20] judicium, vel ducianam apparitionem de præfatis litibus concedendis: ita videlicet, ut super litis expensis, in personis etiam eorum quicunque milites pullare maluerint, eadem forma servetur. §. 4. Erit autem arbitrii[21] atque æstimationis vitorum spectabilium ducum, pro qualitate negotiorum, vel quantitate quæ devotissimis militibus ab adversariis eorum ingeritur, vel[22] suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem dicatissimis principiis seu arbitris in locis degentibus committere. §. 5. Quibus Viris Spectabilibus Ducibus, & eos observantibus ad responsum, seu Adjutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem Duces milites[23] accersiti[24] fuerint, vel de locis, in quibus constituti sunt, moveri præcepti, ne quolibet modo curiales, seu Collatores[25] quibusdam afficiantur dispendiis: ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis quandocunque voluerint viri spectabiles duces etiam præsentales devotissimos milites adhibere: non immodicam multitudinem eorum tempore pacis convocare[26] procurent.

§. 6. Sin vero etiam necessitate poscente milites ad alia perveniant loca, læsionibus contra[27] curiales, seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant: & si [tam] in eundo [quam redeundo] triginta tantum dies oporteat eos proficisci, ipsi suas expensas sibi præbendas (collatoribus, seu curialibus minime prægravandis) suscipere non cessent: sin autem ulteriore tempore in aliis locis necesse sit eos commorari, expensas eis ulteriores[28] (ut dictum est) temporis, ad quæ pervenerint loca, ministrari. §. 7. Quoniam vero competimus quosdam temerario animo atque iniquo proposito, anteriore tempore cenos de memoratis militibus tam in judicio sublimitatis tuæ, quam apud excelsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse: & [eosdem[29]] eodem[30] tempore ad diversa quoque protraxisse judicia: diversasque[31] super iisdem personis, iisdemque causis, & negotiis prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantaque confusio querelis quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini liceat apud sedem Magnitudinis tuæ accusatione contra militem seu milites præsentales deposita, conventioneque oblata, eundem vel eosdem criminaliter, vel civiliter per jussionem virorum spectabilium judicum, vel ducum inquietare, antequam negotium ex priori actione prioreque conventione finem legitimum sortiatur. §. 8. Idemque versa vice observari, ut si quidem miles, seu milites præsentales provisione[32] Viri Spectabilis Ducis inculati, ac admoniti fuerint: incusatori[33] licentia denegetur agenti postulationem, seu accusationem in judicio tuæ sublimitatis contra eundem militem, vel eosdem milites depo-

1 *C. Th. l. 7. tit. 1. l. 1.*

2 Barbari dicuntur qui Romano Imperio non parebant. *l. 26. ff. de Captiv. & alter. Ste. & l. 1. §. in fin. ff. de hist. damnator.*

3 Ignavia & supplicia suis familiis. Qui hostes provocat, aut bonis Romanis nocuit, capitali pœna afficitur. *l. Nerv. 8.* Porro de ignis supplicio & vivi combustione dixi ad *l. unic. C. de Rapt. appetit.*

4 *Animadvertere, in C. Theod.*

1 *l. 3. C. Th. eod. vel. l. 16. §. 1. ff. de public. dentib.* militibus quibus permittitur familias suas ad se vocare, non nisi uxores, liberos, servosque suos castrenses, vel accersere, vel evocare possint, ut hoc ex loco serenius, militiæ interdum hostile fatis conjugem circumducere & omnibus habere, ac ita, quod & præsidiis & magistratibus Romanis permissum Senatusconsulto quoque. *l. 4. §. profide. ff. de offic. proconsul.* sic Apollinis limit. *Sharpe 300 vitus necessarie.*

2 *Cor 9. 2.* ut ad milites revertar, eorum immobilia ad privilegium datum est, ut iisdem privilegiis, quibus milites donati sunt, defungerentur. *l. 2. C. Theod. eodem.* Interim hi quoque notandi bonis principe mulierum, parentum & fervorum meliuscule, ut & luxuria ac luxuriabus impedimenta militaria evitari noscitur. His addenda, quæ de fascariis militum alias dixi.

6 *l. 12. C. Theod. eod.*

7 Vid. *l. 13. in fin. T. eod.*

8 *l. 13. C. Theod. eod.* Quoties ad regias legiones conscribitur; verum militiam fundi libris inferre (Grimi *servitio*) audent: aut in scalis commilitonum audari, sed infra memoria sua, quos abinat. *Quod simile fine* poterit fallum, quoque nobis hinc probari est: id militibus etiam undata corpora principes non tulisse, qui summa intercessionis medio animando in publicis fluvile favores afferre finimus & spectamus.

9 Vid. *l. 1. §. 1. ff. de rem. vendendo.*

10 Commune peculum appellat, pro stantia, quorum etiam omnibus patet.

11 Solare.

12 *l. 17. C. Theod. eod.*

13 Diurna.

14 Clara.

15 *Al. profectus & remissus.*

16 *l. 15. l. 16. 7. eod. l. 31. T. de locat. Rom. 2. fidei. 3.*

17 Miles aliena negotia sine nutu, si est, permisse principis tractare non potest.

18 Numerario. *19. l. 11. T. eod. l. 4. in fin. ff. eod.*

20 *l. 16. C. Th. eod.*

21 Correpens.

22 *l. ult. C. Theod. eod.*

23 Concessis. *Accus. loc. pseudo-Ad. 1. ubi 24. Cuse.*

24 Comitensibus. 25 *l. 7. T. de palatinis, l. 2. T. de hereditt. dec.* 26 Pro comitatens. legionibus seu de castris ripatensibus castrensianis. *sic Cujac.*

27 Ripenses qui in limitibus Imperii excubabant contra Barbaros.

28 Vide *ad hanc legem T. lur. de Paulum. & Ambros. 1. offic. & sumpta l. 31. T. de locat.*

29 Vide *l. 13. T. eod. l. 4. T. de offic. magistri militum.* 30 Sciat & ab eo. 31 Militibus civilia negotia mandari non debent, *l. 13. in pr. T. eod.* 32 Nominis. 33 Miles fieri debet per probatorium principis tantum, non per probatorium magistrorum militum vel ducum.

34 Quod ita.

35 Præsentales milites, qui ex præsenti comitatu, cujus appellationis duo magistri militum fuere, tefte Marciano. Ita magisterium præfectale Marcellinus Comes: magistratus in præsenti dixit Charisius. *l. ab extremo. 22. §. 1. ff. de exilio.*

36 Diximus, *al. perspeximus.*

37 Forum foctiuntur milites præsentales non apud magistrum militum per Orientem, sed apud magistros militum præsentales & duces: licet ipsi duces sint sub magistro militum per Orientem.

38 Terræ præsentalibus.

39 Adsiberi.

40 Existunt.

41 *Al. in responsum*, conjectura legendum est: erat autem dignitas, de qua hic tractat. *Cujac.*

42 Al. *in magisterio militumve*, sed male.

43 Curatores.

44 Adresponsus *Accursio*, responsalis, qui vice magistri militum præsentalium responsa dabat. *Novell. 24. c. 4. vers. ad hæc. Nov. 25. c. 1. in fin. edict. 8. c. 3. §. 4.*

45 Præsentalis, al. *præsentalia*, al. *præsentalium.*

46 Apparitionibus.

47 Sportularum modus qui fuerit in judicio Duciano.

48 Ordinandam.

49 Numerus militum, si qua forte sit causa, quæ ad totum numerum pertineat, litigare per syndicum potest: ut hac parte possit conveniri per duos numeri primates.

50 Primates numerorum militarium.

51 Ne.

52 Syndicum numeri etiam militares constituunt.

53 *Al. addiitur &c.*

54 Sportulæ dabantur judicibus in ingressu judicii.

55 In ingressu judicii, al. *in ingressa in judicio.*

56 Al. *ducianæ.*

57 Tantum.

58 Sportulæ, de quibus hic, adresponsis & adjutoribus ejus præstantur, non principibus officii Ducis, officiens Duciano.

59 Principalibus.

60 Ducianum servant.

61 Pro arbitrario atque æstimatione.

62 Duces militum per se causas militares disceptare debent, vel delegare arbitris, aut principis numerorum in quibus ex prisca consuetudine jus salebat reddi.

63 Milites vocari à ducibus, curiales, vel collatores, sumptibus gravati non debent, nisi altra dies septemginta morari eis sit necesse.

64 Accersiri.

65 *l. 3. T. de exigat. militarem annonæ.*

66 Provocare.

67 Circa.

68 Ulteriores.

69 Al. *denit.*

70 Milites eadem de re eodem tempore non convenendi apud magistrum militum præsentalium, & duces, ne diridatur actiones.

71 Diversis quoque.

72 Pro Jussione.

73 Accusatori, al. *attinguo absq.*

deponere: nec si eundem, vel eosdem tam criminaliter quam civiliter obnoxios esse firmaverit, facultatem eidem agenti superesse: & separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis judicium, pro civilibus autem Viri Spectabilis Ducis Sublimitatem, seu [1] versa vice occupare. §. 9. Si quis vero ad hujusmodi tam audacissimum, tamque æquitati contrarium conamen profiluerit: eum pro pecuniariis quidem negotiis, factura litis, & damnorum quæ vitio ejus contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autem quasi calumniatorem convictum legum aculeos sentire. §. 10. Dispositiones autem antelatas, non ad imminuendam potestatem magisteriæ per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum, ac securitate publica nosscimur præstitisse: cum non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parere præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

1 Sub versu vice.

TIT. XXXVII.

[2] xii. ix. D. xvii.

DE [2] CASTRENSI PECULIO MILITUM, ET PRÆFECTIANORUM [3].

3 *Præfectiani* erant appariteres præfecti prætorio, *l. 2. & 3. ſ. de apparit. præf. prætorian. Marcel. lib. 17.* Sunt qui legant, *præfectianorum.*

I. Imp. ALEXANDER A. Prisciano.

SI in potestate tua filius tuus fuit eo tempore quo quædam nomine ejus emisti: ea [4] tua esse non dubitatur. Peculio [5] autem castrensi cedunt res mobiles, quæ cuntis in militiam à patre, vel à matre aliisve propinquis, vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur: in quibus sunt etiam hereditates eorum qui non alias noti esse potuerunt, nisi per militiæ occasionem: etiamsi res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas quamvis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi vero peculio prædium [6] donatum non esse constat, quamvis empta ex castrensi peculio prædia, ejus conditionis efficiantur.

4 Vid. *l. 6. in pr. ff. de bon. quæ lib.*

5 Peculio castrensi quæ cedant, adde *l. 11. ff. eod.*

6 *l. 4. ff. familiæ erciscundæ.*

7 Patria potestate non liberat militia. dixi *l. 7. ff. de patria potestate, & Novell. 81.*

II. Idem A. Felici.

FIliusfamilias [7] alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

8 Al. *Erat.*

9 Peculio castrensi excepto, filiusfamilias nec vendere, nec alienare sine voluntate patris potest. *Synops. Basil. 32. tit. 5. ex lib. 36. tit. 2. c. 23.*

III. Idem A. Feliciano.

ERat [8] qui tibi persuasit, quod nexu paternæ [9] potestatis, jure [10] sacramenti solutus es. Manent enim nihilominus milites in potestate parentum: sed peculium [11] castrense proprium habent: nec [12] in eo ullum jus patris est.

10 Sacramenti jure, militia seu jus militiæ.

11 Peculium castrense, proprium est ipsorum militum, licet sint filiifamilias. *l. 4. ff. familiæ. l. 12. cunctis autem l. 20. ff. de collat. l. 1. ſ. nec castrense 15. ff. de collat. bon. l. 4. ff. ead. l. 52. ſ. Papinianus 6. ff. pro ſocio. ſ. ex hoc ius. quibus non eſt permiſſum.*

12 *l. 10. ff. eod.*

Hereditas fratris quæsita militanti in castris, in castrensi peculio numerantur. Bart.

IV. Imp. GORDIANUS A.

CUm allegas te à fratre tuo, eodemque commilitone in eisdem castris institutum [13] heredem: successionem ejus potius in castrensi peculio tuo, quam patri tuo, cujus in potestate es, per te quæritam videri, rationis est. Etenim peregrinationis laborem [14] sociatum commilitii ejus, & obeundorum munerum consortium affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quisnimo vice mutua chariores invicem sibi [eos [15]] reddidisse credendum [16] est.

13 Vel tabs legatum. *l. 5. l. 8. l. 11. ff. eod.*

14 Al. *labor ſalutationis commilitii ejus & ſ. crudeliter. al. commilitonis.*

15 Abest à *quibuſdam lib.*

16 Præsumitur ex frequenti conversatione augeri affectio inter consanguineos: de qua præsumptione, vide *Alciatum 1. præſumptionum 30.* 17 Peculii castrensis jus habent tam scriniarii, quam exceptores P. Prætorio: videntur enim primæ legionis esse, quæ principis est adjutrix. *Synops. Basil. lib. 6. tit. 4. ex lib. 57. tit. 2. cap. 26. & lib. 57. tit. 8. ex lib. 55. tit. 2. cap. 26.*

V. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

INtelligis filio, qui militavit, defuncto, peculium ejus penes patrem remansisse, non hereditarem patri quæsitam.

VI. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Zoilo P. P.

JUs [17] castrensis peculii, tam scriniarios, quam exceptores, cæterosque, qui in officio tui culminis merendi licentiam habere noscuntur: ac si in legione [18] prima adjutrice nostræ Reipublicæ militent, inviolatum habere præcipimus.

18 Legio prima adjutrix appellata, *ut hiſt. Taciti. 18. annal.* Imo secunda est. *l. 1. ff. de profeſſoribus.* Vide *Alciatum 6. parerg. num. 18.* & ita quoque appellatur in veteribus monumentis: P. Ælio Mutiano Spec. legionis secundæ adjutricis Vitalianus & Vitalis avunculi. Vere defendi potest, *adjutricem legionem* duplicem fuisse, primam & secundam. Ita in marmore Budæ legitur, *ſibulo legionum 1. & 11. adjutricium piarum.* Fit ita mentio in itinerario Antonini primæ & secundæ legionis adjutricis apud *Ptolemæum 2. c. 15.* auxiliaria prima appellatur. Tacitus 19. eam Italicam appellat: Minerviam Spartianus. Tertiæ legionis nomen erat Cyrenaica, sic enim Romæ in antiquo marmore legitur: *M. Pompeji M. F. Aem. Coſſus leg. XV. Apoll. cohort. 3. primip. leg. III. Cyrenaicæ.* Quartæ legio Macedonia dicebatur *Tacit. 19.* Septima Claudiana *Tacit. 19.* & Galbiana *Tacit. 18.* Octava bis Augustalis idque in Lyo Viterbii asseritur, Tre. Mil. leg. VIII. bis Augusti. Q. Urbano proque provinc. Cretæ & Cyrenarum solili Pl. pr. legato D. Vespasiano leg. XIII. geminæ pro-cos. provinc. Macedoniæ P. Tullius Varro optimo patri Duodecima *fulminatrix.* Sic enim in antiquo lapide Romæ extat, Veterano *leg. XII. Fulminat.* Decimaterria Gemina appellata est, *ut* P. Decimaquinta Apollinaris, *ut* T. *quoque constat* vicesima Victrix, in saxo vetusto. Præf. Caltr. *leg. XX.* victr. vigesima-prima, Rapax *Tacit. 18. & 19.* Extat Bononiæ monumentum hac inscriptione: *C. Matullio C. F. Cador. tr. leg. XXII. præf. equit. exact. trib. civit. Gall. fac. cur Rapac.* certus lib. in agr. l. xl. ix. cujus inscriptionis meminit *Alciatus in adnotationibus 17.* Tacit. Vigesimæ secundæ, Primigenia nuncupata est: reperitur in marmore quodam Romæ, *P. Cælio P. F. Ser. Rufino Vibulo Pio X. viro Bilibus judic. VI. viro equitum Rom. torm. quint. tr. milit. leg. XXII. Primig.* Adi VValtherum 1. *Miſcellaneorum 15.* & Alciatum 6. *parerg. 18.* adde *l. ult. T. de off. præf. prætor. l. 1. T. de profeſſorib. & medicis. Spartianum in Adriano. Dionem 55.*

TIT. XXXVIII.

19 *l. 7. C. Theod. A. magi. Asiarum vel Africæ vicar. &c.*

DE [19] EROGATIONE [20] MILITARIS [21] ANNONÆ.

I. Imp. CONSTANTIUS A. & JULIANUS C. Helpidio P. P.

REPETITA [22] consuetudo monstravit expeditionis tempore buccellatum [23], ac panem: vinum quoque, atque acetum, sed & lardum, carnem etiam vervecinam milites nostros ita solere percipere: in [24] duobus diebus buccellatum [25], in tertio die panem: uno die vinum, alio die acetum, uno die lardum, biduo carnem vervecinam. Dat. XVI. Kalend. Jun. *Hierapoli*, CONSTANTIO X. & JULIANO C. III. CONSS. 360.

De annonis & earum erogationibus. Item paleas à militari vigesimo conrehendas esse: Præterea conjugem liberosque defuncti ab erogatore παρὰ τὸ δέον ἀφαιρεῖσθαι quid quid ei debebatur ad mortem usque, consequi. *Synopſis Basil. 57. tit. 4.*

20 Zonaras in *cap. 83. Apoſtolor.* differentiam facit inter ἐπιδόσεις *vulgariter expeditiones*, & ἐπιδόσεις ἐφόδων ἀργυρίων, & ἐφοδιασμὸν, adde *l. 12. ſ. 2. ff. de re militari.* 21 Al. *erogationis militiæ & annonæ.* 22 *l. 6. Cod. Theod. eodem.* 23 Buccellatum est frumentum ad usus disturnitatem coctum: Gallica lingua vocamus *Biſcuit, Americus, Marcell. lib. 18.* Huc refer Xenophontem *lib. 3. Κύρου.* ut hinc colligat, fabricam & frugalem annonam veteres militibus erogasse, ne rem militarem enervarent. Et ita quoque vicititarium Imperatores magni, ut frugalitatis & continentiæ exemplum suis militibus essent. Hinc Hadrianus exemplo Trajani, Scipionis Æmiliani & Metelli, uti solitus erat cibis castrensibus, lardo, cuneo, pisce. *Spartianus.*

24 Ut militibus expeditionis tempore biduo buccellatum, uno die panis, biduo caro vervecina, uno die lardum detur. 25 Al. *ſic*, in duos dies buccellatum, in tres panem. al. *bidos.*

II. Imp. JOVIANUS A. Secundo P. P.

VIcesimo [26] non amplius lapide milites sibi jubemus paleas conveĥare. Dat. V. Kalend. Octob. *Edeſſa*, JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

26 Militi possessiones ultra vicesimum lapidem à militare quarteria non dentur.

Milites ut aliquid in canis habeant, à provincialibus nihil præſumunt accipere. Bart.

III. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Victorem Magist. militum.

COEnaticorum [27] nomine milites, & eorum super instantes [28] nihil penitus à provincialibus accipere audeant. Scientes enim milites quod oporteat eos commoda sua quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non adficere. Dat. VI. Kalend. Januar. *Sauamanſione*, DIVO JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

27 *Id est*, provisiones, al. *Finantiones*, al. *Monantiones.* Parro *evocationis genus exactionis*, quod militibus exigebant à provincialibus, quasi pro canis, quale est quod Gallice vocant, *la paſſade*, adde quæ scripsi ad *l. 7. T. eodem. l. 12. C. Theod. eod. l. 18. §. omiſ. 5. T. de re militari. Bertholom à Vall. l. tract. 66. num. 10. Cujac. Novell. 130. adde l. 6. T. de metatis.*

28 Super his fratres, al. *ſuper ſuperſtitiosis.*

IV. Idem AA. ad Auxonium P. P.

SIcut [29] fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus à provincialibus ordinabis [30] ad castra conferri: sed in veteranis [31] castris constituti milites, duas alimoniarum partes ibidem [32] de conditis fumant: nec amplius quam tertiam partem ipsi vehere cogantur. Dat. V. Non. Maji, *Martianopoli*. VALENTINIANO N. B. P. & VICTORE CONSS. 369.

29 *Al.* Imppp. VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. P. P.

30 *l. 15. C. Th. eod. l. 6. T. de annon. & tribut.*

31 Ordinatis, al. *ordinaliter.*

32 Al. *In veteranis.*

V. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P. P.

ACruarii [33], nisi expleto triginta dierum spatio, pittacia [34] authentica confestim tradiderint: species quas ex fiscalibus conditis [35] dissimulaverint excludere vel numero, cujus ratio-cinia perfractant, superfederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel fiscalibus horreis addicantur inferre. Datum VI. Id. April. *Sirmio*, VALENTINIANO & VALERIÆ AA. CONSS. 370.

33 Itidem.

34 *l. 15. C. Theod. eod.* Acruarii (si Gentis interpretationem exploramus, id est acherontici seu commentariorum studiosi), intra dies triginta tradere authenticas pittacia debent. Secundum ea pittacia militibus fit erogatio annonarum, & id, eo dicuntur pittacia vocari, quod [illegible]

35 Pittacia sunt rationes & commentarii annonarum militarium.

VI. Idem AAA. ad Modestum P. P.

SI quis sine commeatu aliquo annum in penatibus [53] proprüis, vel in quibuslibet locis detidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur: in quo vero biennalis [54] culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta prælatos jure deflebit: ita ut quartus exempto matriculæ nullam veniam derelinquat. Prid. Id. Jun. *Ravennæ*, post consulatum HONORII VIII. & THEOD. V. AA. 413.

55 *l. 7. C. Th. 13.*

56 Para *legi 6. C. Theod.*

T I T. XLIV.

DE [55] TYRONIBUS.

1. Impp. VALENT. & THEOD. AA. Modesto P. P.

NUllus [56] tyro [57] vagus, aut veteranus, aut censibus obnoxius, ad militiam accedat. Datum XIV. Kal. Octobr. *Hierapoli*, VALENTIN. & VALENTE III. AA. Conss. 370.

57 Tyroni vix fidendum, ita tyroni custodia non totò committenda. *l. 14. in princ. ff. de custodia.*

II. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA.

QUisquis [58] alieni juris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curaverit: convictus, ac proditus auri libram ærario nostro cogatur inferre, mancipio scil. domino (si factum ignoraverit) reddendo. Datum Id. Maji, *Tyro Metropoli*, P.P. *Bergto*, ANTONIO, & STAGRIO Conss. 382.

58 Similis est constitutio *lib. 5. C. Theod. tit. 9. l. 2.*

III. [59] Imp. HONORIUS A. [60]

TYrones [61] in scholis loco semper posteriore ponantur: nec [62] enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui & laborum adfiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur. Dat. VII. Kalend. Decemb. *Ravennæ*, BASSO, & PHILIPPO Conss. 408.

59 *Al.* Imppp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. C. S. L.

60 *Al.* ANASTASIUS A.

61 *l. 19. C. Th. eod.*

62 Vid. *l. 7. T. de proximis sacrarum scriniorum.*

T I T. XLV.

DE [63] LITTORUM [64], ET ITINERUM CUSTODIA.

1. Impp. [65] HONOR. & THEOD. AA. Eustachio P. P.

SAluberrima [66] sanctione censemus [67] ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferantur: & quæcunque naves ex quolibet portu seu littore dimittuntur [68], nullam [69] conclusionem vel damna sustineant: ita tamen ut earum naucleti deponant in quam [70] provinciam ituri sunt: uti [71] hoc manifestato, nulla contra eos postea indignatio seu concussio quoquo modo procedat. Dat. XIV. Kalend. Octobr. CP. DN. THEOD. A. IX. & qui fuerit nunciatus. 420.

63 *lib. 7. C. Th. 16.*

64 Al. *litterarum.*

65 *Al.* Imppp. GRATIAN., VALENT. & THEOD. AAA. male.

66 *Inst. C. Th. eod.* adde quæ scripsi *ad l. 11. §. 3. ff. de publicanis.*

67 Vid. *l. 1. T. quæ res exportari non debeant.*

68 Mittuntur.

69 Vid. *l. 3. T. de navicularüs.*

70 Qua provincia.

71 Ex hoc.

T I T. XLVI.

DE [72] DESERTORIBUS, ET OCCULTATORIBUS EORUM.

Recipiens scienter desertorem in agro vel in domo, si est Actor vel Procurator, capite punitur. Bart.

1. Imppp. [73] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Syagrio P. P.

SI [74] quis forte desertorem agro tectove susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procu-

72 *lib. 7. C. Th. 18.* vide *6. Harmen. 2.*

73 *Al.* Imp. THEOD. A.

74 *l. 4. C. Theod. eod.*

procuratot loci qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subjugetur: dominus vero si hujus rei conscius fuerit, prædii in quo latuerit desertor, amissione puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit [1], mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Neque solum de his loquimur, qui proxime signis [2] felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt [3]: verum etiam qui stipendiis militaribus degenerem latebram præbuisse monstrantur. †. Desertor [4] autem habebitur, quisquis belli tempore aberit à signis. Horum qui sponte processerit: peccati anterioris supplicium non timebit. Sin vero flagitiosa ignavia delitescat: per eum in cujus domo fuerit invigilantibus extrinsecus quoque officiis publicis, ubicunque correptus, severitati judicis offeratur, degeneris mortis [5] gladium subiturus. Sin autem Rector provinciæ propositam severitatem, vel gratia, vel dissimulatione distulerit, patrimonii, atque existimationis damno subjiciatur: & in officii primores capitaliter vindicetur. Dat. Id. Jul. *Romæ*, Grat. VI. & Theod. I. AA. Conss. 380.

1 Desertorem indicastis & prodentia præmium.

2 Signa militaria quæ & quot generum fuerint, dixi ad Rubricam, *Et. de verborum & rerum signific.*

3 Timuerunt.

4 Desertor est, qui belli tempore abest à signis. adde *l. 3. §. desertor. 3. ff. de re militari.*

5 Degeneri mortu, al. *Degenerem mortem gladii.*

6 *Pars l. 11. C. Th. eod.* Desertor seu qui ad hostes transfugit, tanquam hostis à quovis potest impune occidi. 6. *Harm.* 8. §. 1.

7 Vid. *l. 2. ff. quando licitat unicuique sine judice.*

8 Al. *abstinendum*, in lib. Aured. *abstinendum.*

9 Ut Pithœus, ut hostes. 6. *Harm.* 8. Rebeller tamen alio sensu, *in fœdus, qui rebellat.*

10 Ne suppositis.

11 Vel commentis.

Desertor inventus resistens, ut rebellis apprimitur. Bart.

II. Imppp. Arcad. Theod. & Honor. AAA. Adriano P. P.

SI [6] desertores inventi, resistendum [7], atque armis oppugnandum [8] putaverint: tanquam rebelles [9] in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur: ita tamen ut provinciarum judices solicita cautione disquirant: ne sub falsarum tractatoriarum nomine, desertionis suæ crimen defendere moliantur: nec [10] suppositis, & [11] commentitiis epistolis evadendi habeant facultatem. Dat. VI. Kal. Mart. *Ravennæ*, Theod. A. I. & Rumoridi Conss. 403.

12 *l. 13. C. Th. eod.*

III. Iidem AAA. Longino P. P.

QUi [12] relictis militaribus castris, se ad deprædationem, vel latrocinium contulerint, severitatem Judicis non evadant. Dat. IX. Kal. April. *Ravennæ*, Arcadio A. VI. & Probo V. C. Conss. 406.

TIT. XLVII.

DE [13] VETERANIS.

Veterani gaudent privilegiis hic insertis. Bart.

I. Imp. Constantinus A.

CUM [14] introissent principia [15], & saluratus esset à Præfectis, & Tribunis, & Vitis eminentissimis, acclamatum est: *Augustæ Constantiæ, Deus te nobis servet* [*vestra salus* [16]] *nostra salus: vere dicimus: jurati dicimus.* Adunati veterani exclamaverunt: *Constantinæ Augustæ, quo nos veteranos fatos, si nullam indulgentiam habemus?* Constantinus Augustus dixit: *Magis, magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere.* Victorinus veteranus dixit: *Muneribus* [17], *& oneribus* [18] *universis locis convenire non sinamur.* Constantinus Augustus [dixit:] *Apertius indica, quæ sunt maxima munera, quæ vos contumaciter gravant.* Universi veterani dixerunt: *Ipse perspicis.* Constant. Augustus dixit: *Jam nunc Magnificentia mea omnibus* [19] *veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in ullo* [20] *munere civili, nec in operibus* [21] *publicis conveniatur, nec ulla collatione, nec à Magistratibus, nec* [22] *vectigalibus in quibuscunque nundinis interfuerint, ullam ab* [23] *venditionem proponendam dare debebunt. Publicani quoque* (ut adsolent [24] agentibus supplere [25]) *ab eisdem veteranis amoveantur: quietis post labores suos perenniter perfruantur. Fisco quoque nostro eadem epistola interdicimus, ut nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere, & vendere, optima negotia pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorum sub seculi nostri otio, & pace perfruantur* [26], *sed etiam nullo munere civili*, id est, *corporali, seu personali, vel deportatorio onere eos affici concedimus.* Dat. Kalend. Mart. Civitate [27] *Bellovacorum*, Constant. A. VI. & Constantio C. Conss. 320.

13 *lib. 7. C. Th. 20.* Περὶ τῶν ἀπορραντευόντων καὶ τῶν ἐρρωμένων στρατιωτῶν. De militibus emeritis & eorum privilegiis. *Synopf. Basil. 57. tit. 6.*

14 *l. 2. C. Th. eod.* In nonnullis cod. *sic incip. hæc l. Imp. Constantin. cum introisset principia, & saluratus esset à præfectis & tribunis, & à viris eminentissimis acclamatum esset Augusto, &c. recte. Contin.*

15 *Principia* in re militari quid essent dixi ad *l. ult. T. quæ sit longa consuetudo, l. 12. in fin. ff. de re militari.*

16 Al. *nostra salus. al. alisque.*

17 *l. 2. in princ. J. eod.*

18 Honoribus.

19 *l. ult. ff. eod.*

20 Nullo.

21 Puta ob navium fabricam. *l. ult J. eod.*

22 Imo *vectigalibus* tenentur. *l. 2. fin. ff. eod.*

23 Venalitium *vectigal* innuere videtur, de quo scripsi ad [illegible] *de proximis scriniorum.*

24 Solent.

25 *Supervellere, in not. lib. sed in C. Th. supervacuare.*

26 *Multa sunt hic à C. Th. detracta & immutata.*

27 *In civitate Viromanduorum*, in *Cod. Theod.*

28 *l. 5. C. Theod. eod.*

29 *Pars legis 7. C. Theod. eod.*

30 Veteranorum exercitia post missionem, rus colere, aut tale aliud honestum vitæ genus sectari.

31 Milites seu pro militibus non habendi latrones armati.

III. Iidem AAA. Longino P. P.

QUi [12] relictis militaribus castris, se ad deprædationem, vel latrocinium contulerint, severitatem Judicis non evadant. Dat. IX. Kal. April. *Ravennæ*, Arcadio A. VI. & Probo V. C. Conss. 406.

TIT. XLVII.

DE [13] VETERANIS.

Veterani gaudent privilegiis hic insertis. Bart.

I. Imp. Constantinus A.

CUM [14] introissent principia [15], & saluratus esset à Præfectis, & Tribunis, & Vitis eminentissimis, acclamatum est: *Augustæ Constantiæ, Deus te nobis servet* [*vestra salus* [16]] *nostra salus: vere dicimus: jurati dicimus.* Adunati veterani exclamaverunt: *Constantinæ Augustæ, quo nos veteranos fatos, si nullam indulgentiam habemus?* Constantinus Augustus dixit: *Magis, magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere.* Victorinus veteranus dixit: *Muneribus* [17], *& oneribus* [18] *universis locis convenire non sinamur.* Constantinus Augustus [dixit:] *Apertius indica, quæ sunt maxima munera, quæ vos contumaciter gravant.* Universi veterani dixerunt: *Ipse perspicis.* Constant. Augustus dixit: *Jam nunc Magnificentia mea omnibus* [19] *veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in ullo* [20] *munere civili, nec in operibus* [21] *publicis conveniatur, nec ulla collatione, nec à Magistratibus, nec* [22] *vectigalibus in quibuscunque nundinis interfuerint, ullam ab* [23] *venditionem proponendam dare debebunt. Publicani quoque* (ut adsolent [24] agentibus supplere [25]) *ab eisdem veteranis amoveantur: quietis post labores suos perennitet perfruantur. Fisco quoque nostro eadem epistola interdicimus, ut nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere, & vendere, optima negotia pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorum sub seculi nostri otio, & pace perfruantur* [26], *sed etiam nullo munere civili*, id est, *corporali, seu personali, vel deportatorio onere eos affici concedimus.* Dat. Kalend. Mart. Civitate [27] *Bellovacorum*, Constant. A. VI. & Constantio C. Conss. 320.

Veteranus saltus protector nullis injuriis esse pulsandus. Bart.

II. Idem A. Maximo.

PRovidendum [28] est, ne veterani, qui protectoria dignitate cumulati, aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur injuriis, quod si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: Rectores Provinciarum pro jurisdictione sua examinantes factum pro sui qualitate eos coërceant. Dat. IV. Kal. Jun. *Trevero*, Janbarino, & Justo Conss. 328.

III. Idem A. Eugrio P. U.

VEterani [29], qui ex negligentia vitæ, nec [30] rus colunt, nec aliquid honestum peragunt: sed latrocinii [31] sese dedederunt: omnibus veteranorum privilegiis exuti, pœnis competentibus à Provinciarum Rectoribus subjiciantur. Dat. III. Id. Aug. Constantio A. VI. & Constantio II. Conss. 353.

IV. Impp. [32] Honor. & Theod. AA.

NUllus eorum, qui sacramentis [33] inhærere desierit, vel volens permittatur, vel invitus militare cogatur, seu stare judicum sententiis: quæ non his observatis latæ fuerint, nullam firmitatem habentibus: nisi [34] forte repertiatur ibi tempore militiæ cœpta cognitio, tunc enim velut necdum cingulo depositio sub militari Judice rem tractari, finirique præcipimus: nisi principali beneficio specialiter indulto quidam ex his sese defendant.

28 *Pars legis 7. C. Theod. eod.*

29 *Pars legis 7. C. Theod. eod.*

30 Veteranorum exercitia post missionem, rus colere, aut tale aliud honestum vitæ genus sectari.

31 Milites seu pro militibus non habendi latrones armati.

32 *Al.* Imp. Theod. A.

33 Sacramentum militare quid, dixi ad *l. 2. ff. eodem.*

34 In jus vocatus, si postea militiæ nomen dederit, non potest in ea causa uti præscriptione fori, quasi præventus, *ut hic, & l. 7. ff. de judiciis, l. pen. ff. de jurisdict. omnium judicum.*

TIT. XLVIII.

DE [35] FILIIS OFFICIALIUM MILITARIUM, QUI IN BELLO MORIUNTUR.

I. Imp. Constantinus A. Eugrio.

HI [36], qui [ex] officialibus quomcunque officiorum geniti sunt, sive eorumdem parentes adhuc sacramento tenentur, sive jam dimissi sunt [37], in parentum militiam vocentur. Dat. prtid. Non. Aug. Basso, & Ablabio Conss. 331.

II. Imppp. [38] Grat. Valent. & Theod. AAA.

FIlios [39] ptimipiliorum paternam sequi conditionem oportet.

III.

ΕΑΝ τις ἐν πολέμῳ πολεμίων ἐπικρατήσας [illegible],

SI [40] quis quocunque modo militans in bello moriatur,

35 *Synopf. Basilicon 57. tit. 7. & 7. C. Theod. 22.*

36 *l. 3. C. Theod. ib.*

37 Erunt.

38 *Al.* Idem A. *al.* Impp. Arcad. & Honor. AA.

39 Facit *l. 11. C. Theod. eod.*

40 Ut defuncti militis filius nata major ætatim in locum patris sui succedat, & eadem annonas accipiat, usque ad Biarchi gradum. *synopf. ib.* ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐὰν εἰς ἔτη ἢ πλείω πατρὸς ὑπάρξῃ, ἐπιτυγχάνει εἰς τὸ τέλος τοῦ πατρὸς καὶ τὰς αὐτὰς ἀπονοίας λαμβάνει, εἰ μέχρις βιάρχου ἕως ἐστὶν ὑπάρξῃ, βιάρχου μέχρι γένους τοῦ πατρὸς. σαφέστερον γὰρ ὅτι ὁ μείζων τοιοῦτον ἔχων τὸν ὑποφαινόμενον φορτίζει τὸ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν.

filius ejus, si unus sit, vel ex multis major [41] natu, statim in locum ejus succedat, & easdem annonas accipiat, si pater usque ad Biarchi duntaxat gradum pervenerit. Quod si alteriorem obtinuerit (veluti ducenarii, aut centenarii) filius ejus fiet tantummodo Biarchus. Manifestum autem est, majorem natu [42], in quem ejusmodi solatium confertur, fratrum suorum curam habiturum.

41 Primogenitis militum ea fuit prærogativa.

42 Primogenitus frater fratrum infectorum curam gerere debet.

TIT. XLIX.

DE [43] OBLATIONE [44] VOTORUM [45].

I. Impp. Arcad. & Honor. AA. Basilio P. U.

QUANDO [46] votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri, & solidis obryzatis [47] principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus: statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscujusque sedulitas Principibus [48] suis talia inferat semper, & deferat. Dat. IV. Non. Mart. *Mediolan.* Olybrio & Probino Conss. 395.

43 VII. C. Th. 14.

44 Al. De objectione votorum, al. *De obligatione.*

45 De votis, al. de *l.* 33. §. 1. *ff. de verb. signif.*

46 *l. 1. C. Theod. eod.*

47 Obryzati simplicit quid esset, dixi ad *l. 3. Cod. de veter. numism.* Obryzum aurum purissimum. *Plin. Hist. l. 33. c. 4.* Obryzum aurum, quod ignis examinavit. *Ammian. l. 23

UAB Ciències Socials

siam eandem curam ad militiam adspirare: quatenus inter privatos agens, omnique militari privilegio denudatus, nihil nundinationis, vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

De Scrinariis, Numerariis, Adjutoribus, Chartularibus.

x. Imp. ZENO A. * P. P.

[1] Scriniarii adjutores non debent Sociari numerariis & chartularibus, nisi secundum modum hic declaratum. *Bert.*

NUlli [1] *Scriniario* liceat *pro tempore Numerarios* plus quam quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adjuvare. Idemque hoc super Chartulariis in præbenda pro tempore numeratis opera observari decernimus, ita ut Adjutorum quidem biennii, Chartulariorum vero unius anni intervallo continuatio interrumpatur: nulla Adjutoribus ad Chartulariorum sollicitudinem quam semel dedignati sunt, descendendi [2] danda licentia: ita ut Orientalis quidem tractus pro tempore Numerariis, nonnisi ab his scriniariis qui inter triginta viros à Numerario retro numerandos, Asianæ [3] vero diœceseos numerariis nonnisi ab his qui intra quinquaginta à numeratio similiter retro numerandos inveniuntur: Ponticæ vero & Thraciæ [4] diœceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adjutorum tribuatur facultas. §. 1. Omnia sane commonitoria, vel præceptiones, aut evictiones, seu quælibet publica instrumenta, non solum Adjutoribus, verum etiam Provinciæ illius de qua disponitur, tractatori [5] inspiciendi, itidemque subscribendi, aliorum quoque qui una cum eo tractant [6] in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere.

[2] Pœna subjacent.

§. 2. Si quid autem fine hac observatione ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano [7] scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis quæ à scrinio Ponticæ diœceseos emittuntur, quod in iisdem instrumentis solum numerarium ejusdem diœceseos ejusque Adjutorem & Chartularium subscribere Magnitudo tua disposuit: ita ut si quid hujus legis fuerit violatum, Numerarii quidem tam gradus sui quam solennitatum seu solatiorum universi [unius] anni jacturam: Adjutores vero quinquaginta librarum auri, & Chartularii quindecim itidem librarum auri pœnam subeant [8].

[7] Thraciæ.

[8] Al. *dispositionem quæ super eo tantummodo anno promulgata fuerit, tenerentur. l. 2. T. eod.*

De numerariis.

XI. Idem A. Caroni Magist. milit.

OFficio tuæ Magnitudinis datis precibus postulante, ut Numerariorum actus non in biennium, sed in unum [annum] statuatur: nostra pietas hujusmodi petitionibus annuens, dispositionem quæ super biennio promulgata fuerat, super uno tantummodo anno [9] revocavit.

[9] Al. *dispositionem quæ super uno tantummodo anno promulgata fuerit, tenerentur. l. 2. T. eod.*

De Cornicularius, Chartularius, Primiscriniis & Numerariis.

XII. Imp. ANASTASIUS A. P. P. Illyrici.

[10] Scriniarios operas intelligit Cujacius *Novell. 118. cap. 18.* qui sub Præfecto prætorio erant, quibus interdictus discessus est ratione ad civitates pertinentium. *Authent. Novell. 128. cap. 18.*

[11] Cornicularius est officialis qui primi cornibus secretarii, ut scribit Cassiodorus *lib. 11. Variar.*

[12] Alias addit, quæ.

PEr hanc divinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea Tribunis Prætorianis, dum dignitas eis qui in scriniis [10] seu gradibus officii tuæ Celsitudinis deponunt militiam præbebatur, & custoditum fuisse dignoscitur, hoc super honore quoque Comitivæ dignitatis eis impertiti: ut sententia pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis etiam mentionem contineat. Hoc quoque tantummodo, & sine speciali codicillorum vel divinorum apicum sanctione ad eandem dignitatem adipiscendam & privilegia eam sequentia sufficiat: ita tamen ut primi ordinis Comitivam per interlocutionem ejusdem potestatis mereantur [hi, id est] Cornicularius [11], & Chartularius, Primiscrinius, & Numerarius scrinii Macedoniæ, & scrinii Daciæ, & scrinii operum, & scrinii auri. Hoc eodem in his etiam qui post novellam dispositionem divæ memoriæ Zenonis, quæ de eisdem pœnis loquitur: & de eisdem personis [12], quæ deposuerunt militiam, obtinente.

TIT. LI.

DE [13] CURSU [14] PUBLICO, ET [15] ANGARIIS [16] ET PARANGARIIS.

[13] VIII. *C. Th. 5. qui & Regesta Ignatius, Theodosius appellatur. Synops. Basil. 57. tit. 17.* id est, de cursu publico, & iis qui evectoria ejus utuntur. Galli appellant *Poste.*

[14] De cursu publico multa Alciat. hic non aspernanda, itidem & Budæus in annot. pecul. ad Pandectas.

[15] *Reiske. lib. 5. tit. 1.*

[16] Angaria est quæ cursus publici dispositus est: parangaria, aliorsum. *vid. Synops. Basil. 5. tit. 1. or 55. 56. tit. 17. cap. 22.* adde *l. 18. §. 4. ff. de muneribus.*

[17] Quia [illegible] *Angaria* vocabulo, nihil aliud significat (id est, flagellum, *Scholiast. Synops. eadem cap. 1.* adde *l. 1. §. ult. ff. de Silentiariis.*

[18] Vero.

[19] *Aliæ, Argentoratenses.*

[20] Kalcedonii. Præsidibus & generalibus cæterisque procuratoribus, & cuivis alii magistratui, ne eorum animalibus propterea ex publicis rationibus alimenta deputata sunt, ne publicum cursum molesti sint. 57. *Synops. 17. cap. 2.* 21 Præterea. 22 *Respublica, in quibus magist.* id est, civitates. 23 Al. *subministrant.* 24 Adde *l. 10. J. eodem.* 25 Verodi sunt publici equi cursuales: Peraveredi videntur esse majores equi agminales, quos vulgo Parafredos vocant. *Cujac. ad hunc tit.* Galli *Palefroys.* 26 *Al.* Impp. ARCAD. & HONOR. AA. * P. P.

[21] Præsidibus, & Rationalibus [20], cæterisque quibus propterea [21] respublica [22], & annonas, & alimenta pecoribus subministrat [23], usurpandi [24] paraveredi [25] licentia derogetur. Sed nec per aliam viam eundi quisquam habeat facultatem: nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia, & ubi ratio exegerit, præsto est. P. P. XV. Kal. Mart. CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. CONSS. 326.

III. Imp. [26] CONSTANT. A. Tauro P. P.

EVectiones [27] ab omnibus postulentur, & tam judices, quam custodes publici cursus minime [transire] patiantur antequam scriem evectionis aspexerint. Quod si [28] quis putaverit resistendum, & sine evectione iter facere detegatur, vel ultra tempus quod evectioni insertum est, publico cursu uti conatus sit: ubi repertus fuerit, ibidem [29] jubemus retineri: & siquidem dignitate præditus sit, de ejus nomine ad providentiam [30] tuam, & ad illustrem virum comitem [31], & magistrum officiorum referri: adversus vero cæteros protinus indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco gradusque militiæ ibidem coërceri posse crediderit. Datum VIII. Kalend. Jul. *Mediolani*, CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. XII. CONSS. 357.

[17] Quia [illegible] *Angaria* vocabulo, nihil aliud significat (id est, flagellum, *Scholiast. Synops. eadem cap. 1.* adde *l. 1. §. ult. ff. de Silentiariis.*

[18] Vero.

[19] *Aliæ, Argentoratenses.*

[20] Kalcedonii. Præsidibus & generalibus cæterisque procuratoribus, & cuivis alii magistratui, ne eorum animalibus propterea ex publicis rationibus alimenta deputata sunt, ne publicum cursum molesti sint. 57. *Synops. 17. cap. 2.* 21 Præterea. 22 *Respublica, in quibus magist.* id est, civitates. 23 Al. *subministrant.* 24 Adde *l. 10. J. eodem.* 25 Verodi sunt publici equi cursuales: Peraveredi videntur esse majores equi agminales, quos vulgo Parafredos vocant. *Cujac. ad hunc tit.* Galli *Palefroys.* 26 *Al.* Impp. ARCAD. & HONOR. AA. * P. P.

[27] Evectiones, sunt diplomata, sive codicilli, quibus cursu publico utendi facultas datur. *Cujac. ad hunc tit.* Gallis *Passeports.* 28 Et sic [illegible] *Synops. 58. tit. 17. cap. 8.*) hinc sententia est. A quovis iter faciente, licet maximæ vir dignitatis sit, præpositi cursus publici accipiant evectionis tesseras. Quod si resistet, ad P. Prætorio & Comitem & magistrum officiorum de eo referatur. Cæteri protinus puniantur. 28 Publicum cursum fraudari vetitum est, suspectis in locis iter instituentes, manu injecta retinere posse hinc colligit Cortetus *singulari, Gabella 8 aliqui.* 29 Eodem. 30 Prudentiam.

[31] Magister officiorum dicitur etiam Comes, ut in *l. 10. Cod. Theod. de curiosis & stationariis lo-* [illegible] *J. de officio magistri offic. & l. 3. l. 4. T. de castrensianis.* Ita eundem vocat Ælius Amidenus

IV. [32] Imp. [33] JULIANUS A.

PArhippum [34] cum [35] videri, & habendum esse, qui [36] usurpato uno [37], vel duobus veredis quos solos evectio continebit, alterum, tertiumve extra ordinem commoveat [38]. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocati, utrum agens in rebus suo itineri, an mulionis subjugando, modo evectionis datæ formæ licentiam non excedat. Dat. V. Id. Septemb. MAMERTINO, & NEVITTA CONSS. 362.

[32] *Al.* Imp. JULIANUS A. Mamertino P. P.

[33] *Al.* Imp. HERON. & EU. AA.

[34] Parhippum, qui usurpato uno, vel duobus veredis, quos solos evectio continet; alterum, tertiumve extra ordinem commovet. *V. Cassiod. lib. 4. & 5. Var. ep. 4.*

[35] videri, & habendum esse, qui

[36] usurpato uno

[37] vel duobus veredis quos solos evectio continebit

[38] alterum, tertiumve extra ordinem commovet.

V. Impp. [39] VALENT. & VALENS AA. ad Symmachum Correctorem Lucaniæ, & Brittiorum.

[39] Publicanus potestatem Titio faciens rerum exportandarum, Titii quoque uxori earum exportandarum facultas intelligitur: ut recte quam personæ beneficium sit magis. *Cortetus singulari, Gabella gabellarius.*

SI [40] quis per publicum cursum iter faciens, cujuscunque dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diverterit, pœna in eum competens proferatur. Dat. VIII. Kal. April. *Mediolani*, VALENTINIANO, & VALENT. AA. CONSS. 365.

[40] Idem si, & quis.

VI. Iidem AA. & GRATIANUS A. ad Amphilium.

EVectionum [41] copiam senatui cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tamen, cum aut à nobis evocatur, aut à clementia nostra veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate præsumpserit, motum in se nostræ mansuetudinis excitabit. Dat. III. Id. Decemb. *Trivet.* GRATIANO A. II. & PROBO CONSS. 371.

[41] *J. 15. l. ult. J. eod.*

VII. Iidem AA. ad Hisprinium P. P.

IN [42] omnibus provinciis veredorum quarta pars repatetur [43]: stabula autem ut impensis publicis extruantur: contra rationem est: cum provinciarum sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda, & utilius sit, tam publico, quam his, quos [44] fiercus [animalium pro] suo solatio habere concedimus. Dat. III. Kal. Mart. *Trivet.* GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE CONSS.

[42] *l. 34. C. Theod. eod.*

[43] Reparari ita dicitur quintum animal. *l. 4. T. de mansionibus.*

[44] Fiercum seu fiercus equile pro solatio hospiti relinquendum, vide *l. 12. §. fin. J. de usu & habitat. lib. de usu.*

VIII. Imppp. [45] VALENT. GRAT. & VALENS AAA. Floro Com. R. P.

UT [46] agendi itineris posset esse moderatio, deni veredi per dies singulos ex utraque parte dimittantur: pœna quinque librarum auri minime defutura contra eos, qui statuta nostra [47] neglexerint.

[45] Imp. VALENT. A.

[46] *l. 38. C. Theod. eod.*

[47] *Al.* additur, *lege.*

Facienda evectionis copia omnibus judicibus denegetur, excepto Præfecto prætorio, & officiorum magistro. Bert.

IX. Imppp. [48] GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Floro * P. P.

JUdicibus [49] faciendæ evectionis copiam denegamus: cum id tantum nostro numini [50], & tuæ sedi, necnon [51] viro illustri magistro officiorum sit reservandum: cum neque præfecto urbi, nec magistris militum, nec [52] ducibus, nec vicariis, nec cuiquam [53] alii præter memoratas duas potestates à nobis hoc concessum sit [54]. His enim [55] tantum ambulandi facultatem judices ex suo arbitrio præbituri sunt, quos in transmissionem publicarum functionum persecutores [56] viderint constitutos, sciturі, si definitionem nostram excesserint, se quidem viginti-quinque auri libris, officia vero quinquaginta esse multandos. Dat. X. Kal. Aug. C P. ANTONIO, & SYAGRIO CONSS. 382.

[48] Imp. LEO & ANTHEMIUS.

[49] *l. 40. C. Theod. eod. l. 2. J. de cohortalibus.*

[50] Nomini.

[51] Nec vero.

[52] *l. 16. l. 20. J. eod.*

[53] Cuidam.

[54] Est.

[55] Etenim.

[56] Prolectores. *l. 41. C. Theod. eod.*

[57] *l. 1. T. eod.*

[58] *l. 44. C. Theod. eod.*

X. Iidem AAA. Philagio Com. Ord.

GRaviſſimæ [57] pœnæ acerbitate proposita, evectionum [58] contractus, animalium quoque publicorum merces, & cmentis & distrahentis coërcitione prohibemus. P. P. *Byzant.* Dat. XV. Kal. Octob. ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

[59] *l. 60. C. Theod. eod.*

[60] *Al.* Imp. LEO A.

[61] *Pars legis 47. C. Theod. eod.*

[62] *Interp.* Quoniam & equorum habenda cura est, sexaginta libras sellæ cum fræno habeat. ἓξ ζεύγη, vel ζεύγη vertit ex conjectura *Interpretis*, aurei 12 viri, ut ἓξ ζεύγη τῶν ἀνδρῶν. Averta vero (id est, latrocinium quod in tergo gestant: vocatur autem averta ex eo, quod averta sit; & ipsi librarum sexaginta sit. Quod si quis præscriptum hunc modum transcenderit, ejus sella in fructa comminuatur, & averta fisci juribus deputabitur: excepta tamen auri centenaria summa. 57. *Synops. Basil. 17. t. 13.*

XI. Iidem AAA. Cynegio.

NUllus [59] evectione utatur privatus, tametsi valuerit impetrare. Dat. VI. Non. Mart. cod. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

[61] Iisdem quoque cuta pari ratione [62] tractanda [63] est: sexaginta libras auri sella [64] cum frenis, sexaginta [itidem] averta [65] non transeat: ea conditione, ut si quis præscripta moderaminis imperatorii libramenta transcenderit, ejus sella in fructa cædatur: averta vero fisci juribus deputetur, excepti auri centenariis [66], quæ necessarium [67] est ab hippocomis [68] in solitis sacculis reportari. Dat. XV. Kal. Jul. CP. ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

[63] Imperatorium. *Al. moderaminis imperii.*

[64] Vid. Panciroll. *rer. memorab. lib. 2. tit. 16.* ARTA.

[65] Contractandæ.

[66] Averta, quod explicat *Budæus in tit. ad l. Cornel. de falsis.*

[67] Ornamenta erant veredorum fabularii, seu equorum curatores. Glossis *Isidoro* & Agathi, Ennilius.

[68] Necesse.

Non debent rustici, qui hippocomi appellantur, perducendo equos, per publicum cursum indigna spoliatione vexari. Bartol.

XIII. Iidem AAA. Floro P. P.

NOn [69] patimur hippocomos per eos, qui veredis utentur, indigna spoliatione vexari: siquidem nonnulli veredarii [70] saga eorum dicuntur aufetre, vel præcidere. Quocirca per omnes judices, & curiosos [71] miserabilis removeatur [72] injuria: scientibus cunctis, quod si observata non fuerit nostra sanctio, non solum damna refatcire, verumetiam notam, & multam, qui neglexerit, subire cogetur. P. P. XV. Kal. Jul. *Trivet.* VALENTINIANO A. IV. & NEOTARIO CONSS. 387.

[69] Hippocomi dicuntur stabulari, qui equorum curatores. Glossis *Isidoro* & Agathi, Ennilius.

[70] *l. 30. C. Theod. eod.*

[71] Veredarius.

[72] Curiosi sunt, qui curam tutius publici cursus gerunt. *Matthæus de Afflictis.*

[73] Movetur.

XIV. Iidem AAA. Poramio P. P. Augustali.

PUblici [74] cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem [75], vel curialibus, vel cohortalibus [76] debet committi, vel his, qui [77] suo periculo ab eminentissima præfectura sub competenti cautela excipiunt. Dat. III. Kalend. August. CP. ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

[74] *l. 51. C. Theod. eod.*

[75] *l. 22. J. eod.* Consuetudo in publici cursus exhibitione servanda, *ut hic.* Unde notant, malas aquosve conductiones pleno consuetudine receptæ non esse emendandas. *Cortetus singulari, Quæst.*

[76] Cohortales apparitores, præsidum perpetui cohortalini, & beneficiarii curam habentes mansionum equorum dicuntur Patricio apud Thalaleum 45. *Basil. t. 1. l. 7. J. de cohortal. l. officiales, T. de epist. & clericis*, cætera vid. *in l. 10. J. de cohortalib.*

[77] Quos.

XV. Impp. [78] ARCAD. & HONOR. AA. DEXTRO P. P.

SI [79] quis, vel pro una [80] mutatione veredum superducendum esse crediderit, in quadruplum superductorum [81] animalium pretium fisci juribus [82] inferat. Dat. XV. Kalend. April. *Mediol.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

[78] Al. Imp. JUSTIN. A. Maximino P. P.

[79] *Pars legis 53. C. Theod.* Si quis vel unam mutationem (cursus fabularii) prætervectus fuerit, quadruplum animalis pretium persolvat. 57. *Synops. 17. cap. 36.*

[80] *l. 4. T. eod.* una mutatio, *non pasta.*

[81] Superdictorum.

[82] *Verbum*, quod magis probat *Cujacius* in lib. veter. frequentius reperitur.

XVI. Iidem

a Al. *Libn A.*
b *Pars legis* 37. *C. Theod. eod.*
3 Vid. *l.9. T. eod.*
4 *Al.* Vincentio P.P.
5 *Pars legis* 38 *C. Theod. eod.*
6 Al. *obreptionem.*
7 *l. 60. C. Theod. eod.*
8 Moore.
9 *l. 64. C. Theod. eod.*
10 Curialis.
11 *l. 9. T. eodem. l. 65. C. Theod. eod.* Curru publico fatis in negotiis duces & præsides provinciarum & ministrantes eis apparitores, ne utantur, si locus fecerint, in animalia singula singulas auri libras solvunto. *57. Synod. Basil. 17. cap. 20.*
12 Succurritur officio.
13 Cohortalibus.
14 *Al.* Imp. ANASTASIUS A.
15 *Eclog. lib. 5. tit. 1. in lib. 56. tit. 17. cap. 21. & 13. dixi ad l. 22. T. de fact. Eccl.*
16 *Conjunge cum l. 11. T. de fact. nec. & l. 2. T. de quib. mun. vel præstat. non.*
17 *l. 11. T. de fact. eccl. l. 1. l. 2. T. de quibus muneribus. l. ult. in fin. ff. de muneribus.*
18 Al. *Justinian.*
19 *Ecl. ibid.*
20 Quidam legunt, *clabularem.* Est autem clabula, vehiculi genus, de quo vide hic *Gothof. Jon. Basil. 1. ex lib. 56. tit. 17. c. 22. Synopsis.*
21 Arcæ sive mensæ P. P. in quam canones seu tributa inferebantur, sit etiam mentio in *l. 6. T. de exact. tribut. l. 13. T. de susceptorib. l. ult. T. de apparit. P. Prætorio, l. 9. Cod. Theod. de indulg. debit.* fuit & arca quæstoria. *Symmach. in epist.* arcæ theatris P. urbi. *Julianus Nov. 63. cap. 2.* adde *l. 14. T. eod.*
22 Al. *Justinianæ.*
23 Vid. *l. 2. T. eod.*
24 Movere equum, est eo uti, *ut hic & l. 4. T. eod.* ita movere arma, armis uti, *l. unic. T. ut armor. usur.*
25 Specialiter.

26 VIII. *C. Th. 6.*
27 Tractatoria diplomata sunt quæ dantur missis, vel evectis à principe cursu publico utentibus, adscriptis etiam statiris, id est, diversoriis & mansionibus, quibus adlantur sumptu publico. *Cujac. hic. al. tractatoribus & stationariis, l. 2. C. Theod. eod.*
28 *Al.* Imp. CONSTANTIN. A. 29 Tractatores. 30 Cursus publici tractorias, seu diplomata qui habent, jus stativa habendi, id est, alio loco considendi non habent, statu biduum.
31 De feris. vid. *T. tit. de venat. ferar.* 32 Necessario. 33 Ut qui equos ad principem deducunt, quinque duntaxat diebus resideant & alantur in singulis urbibus. *ac hic.* Hoc amplius colligit Corletus *sing. Gabella 5 alieni.* Potestate alicui facta frumenti extra territorium evehendi, septem dierum spatium ad eam rem dari. Atque ita licet operarum exactio vetita sit. *l. un. T. Ne rusticani opera à collatorib. exigantur, l. ad parem 7. T. de oper. public.* & equorum perfecutio. *l. 1. T. Ne rusticani ad alium obsequium.* non tamen equorum profectoribus ministerium prohibitum *ac hic.* 34 Prosecutio equorum dicitur *hic* ut auri. *l. unic. T. de auri publici profecturib.* publicarum functionum. *l. 9. T. de curs. publ.* frumentorum. *Cassiod. 4.* 35 Intra.

36 *Al.* Imp. LEO A.
37 Ex *C. Th. lib. 12. tit. 10. l. un. eunder.* valde enim immutata est, *l. 3. in pr. T. eod.*
38 Vid. *l. 1. T. tit. prox. l. 7. T. qui militare.*
39 Id est, obtinuerint, ut alias sæpius.

XVI. Iidem AA. Remitheo duci Armeniæ.

His tantummodo utendi cursus publici facultas concessa est, qui legati de diversis gentibus ad nostram clementiam properare festinent.

XVII. Iidem AA. Lucentio.

NEmo mulionem mutationibus deputatum, vel per sollicitationem, vel per receptionem subtrahere audeat, decem libras argenti pœnæ nomine inferre formidans. Dat. XII. Kalend. Mart. *Mediol.* HONORIO A. IV. & EUTYCH. CONSS. 398.

XVIII. Iidem AA. Messalæ P. P.

ANimalia publica dum longe majore, ac periniquo prætio pabula æstimantur, per mancipes, atque apparitores apertè vexantur: ne id contingat, sublimitas tua disponat, ut nec pabula mutationibus desint, nec provinciales ultra, quam justitiæ sinit ratio, prægraventur. Dat. XV. Kal. Decemb. STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

XIX. Iidem AA. & THEODOS. A. Septimio Procur. Afric.

COmperimus provinciales, & pabula, & pecuniam pro [cursu] equorum cursualium solenni ratione conferre, & extrinsecus etiam peraveredorum onere prægravari. Provinciarum igitur rectores procurent, ne unquam cursus publicus veniat in querela, & occasio deceptionis curiales, vel provinciales animalia indebita præstare compellat. Dat. VII. Kalend. April. *Ravenn.* DN. THEODOS. A. I. & RUFIO REGIO CONSS. 403.

Nullus dux postquam ducatum suum intravit, uti debet cursu publico, sed jumentis propriis. Bart.

XX. Iidem AA. Anthemio P. P.

NEmo ducum ingressus semel provinciam suam postmodum [in] itineribus faciendis cursu, atque angariis ipse [sive] suum utatur officium, sed expeditionem militarem jumentis propriis exequatur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege sanximus, ne quis ex his per provinciam suam discurrens, veredo uti conetur in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscat. Quod si quis ducum, vel apparitorum, vel cohortalium officiorum temerario animo ea quæ decernimus, contemnenda putaverit: per singula animalia, quibus usus fuerit, singularum librarum auri illatione multabitur. Dat. IV. Non. August. C. P. DD. NN. HONORIO VII. & THEODOSIO II. AA. CONSS. 407.

XXI. Impp. THEOD. & VALENT. AA.

NUllus penitus cujuslibet ordinis, seu dignitatis, vel sacrosancta ecclesia, vel domus regia tempore expeditionis excusationem angariarum, seu parangariarum habeat.

XXII. Imp. LEO A. P. P.

CUrsum ambularem ab omni Orientali tractu, necnon ab his civitatibus aliarum regionum, quarum instructio tui culminis meminit, tolli amputarique decernimus: ita tamen ut in transitu fortissimorum militum quando nostra serenitas disposuerit, ex aliis ad alia eos loca deduci, evectionesque animalium secundum consuetudinem à nostra fuerint serenitate consecuti, & in armorum, tam confectione, quam translatione servata consuetudine, in profectione, quinetiam legatorum animalium dominis, qui ea solent accepta mercede locare, præbenda pensio, arcæ tui culminis imponetur, tractatoria videlicet animalium super memoratis causis nulli alii judici, cujuscunque sit dignitatis, nisi tuo tantummodo culmini, faciendi licentiam patere decernimus.

XXIII. Imp. ANASTASIUS A.

JUbemus nemini licere cujuscunque scholæ, vel officii, vel militiæ, seu conditionis per totius Orientalis tractus partes, ob quamcunque causam proficiscenti, seu redeunti, supra unum veredum, unumque paraveredum, cum evectione tamen judiciali movere: nisi specialis ei præstita sit nostræ serenitatis quantitatem animalium continens evectio: exceptis proculdubio his, qui pecunias publicas devehunt: cum in hac parte sine nostra quoque speciali auctoritate tanta conveniat animalia moveri, quanta transvehendæ pecuniæ summa, & ejus tuitio deposcit: quinquaginta librarum auri his feriendis condemnatione, quicunque nostra jussa quolibet modo, seu tempore violaverint, seu violare concesserint.

TIT. LII.

DE TRACTATORIIS, ET STATIVIS.

I. Imppp. THEODOS. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

TRactatoriæ cum stativis solitis tantummodo biduum tempus accipiant: nulli vero penitus cum necessariis sibi personis præbeantur, nisi his tantummodo, qui animalia, atque equos sacro usui necessarios prosequuntur: ita tamen, ut his dimissis in tractatoriarum corpore, quinque dierum numerus adscribatur: ut nullus ultra hoc temporis spatium ad residendum, in quo libitum fuerit loco, copiam nanciscatur. Dat. VII. Kal. Septemb. C. P. ARCAD. A. II. & RUFIN. CONSS. 392.

28 *Al.* Imp. CONSTANTIN. A. 29 Tractatores. 30 Cursus publici tractorias, seu diplomata qui habent, jus stativa habendi, id est, alio loco considendi non habent, statu biduum.
31 De feris. vid. *T. tit. de venat. ferar.* 32 Necessario. 33 Ut qui equos ad principem deducunt, quinque duntaxat diebus resideant & alantur in singulis urbibus. *ac hic.* Hoc amplius colligit Corletus *sing. Gabella 5 alieni.* Potestate alicui facta frumenti extra territorium evehendi, septem dierum spatium ad eam rem dari. Atque ita licet operarum exactio vetita sit. *l. un. T. Ne rusticani opera à collatorib. exigantur, l. ad parem 7. T. de oper. public.* & equorum perfecutio. *l. 1. T. Ne rusticani ad alium obsequium.* non tamen equorum profectoribus ministerium prohibitum *ac hic.* 34 Prosecutio equorum dicitur *hic* ut auri. *l. unic. T. de auri publici profecturib.* publicarum functionum. *l. 9. T. de curs. publ.* frumentorum. *Cassiod. 4.* 35 Intra.

TIT. LIII.

DE APPARITORIBUS PRÆFECTORUM PRÆTORIO, ET PRIVILEGIIS EORUM.

I. Impp. 36 VALENT. & VALENS AA. Mamertino P. P.

PRæfectura 37 corniculariis, qui annis singulis exeunt, post transactos corniculos nostram adorare 38 purpuram volumus: quo honore perfunctis, cum jam missionem tenuerint 39 liberum otium damus, ut ad susceptionem, vel cujuslibet necessitatis officium minime devocentur. Dat. III. Kal. Febr. *Mediol.* VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 366.

II. Iidem AA. Zosimo præfidi Epiri novæ.

PRæfectianos 40 ad perniciem provincialium exactionibus 41 in provinciis, vel potius lucris, vel quæstibus suis sese immiscere veramus: præteres, vel honorem gerere custodiam, vel curiarum 42 jus, atque arbitrium sibi præsumere [his denegamus 43.] Horum si quis præsentis legis temerator existat, volumus eum competenti motu & indignatione petecelli. Dat. XIV. Kal. Decembr. *Mediolan.* VALENTINIANO & VALENTE IV. AA. CONSS. 373.

Cornicularii, primiscrinii, & numerarii præfecti prætorio functa laborum requie privilegiis hic insertis gaudent. Bart.

III. Impp. 44 THEODOS. & VALENT. AA. Zoilo Præfecto Prætorio.

COrniculatii 45, & primiscrinii, numerarii insuper qui in officio tuæ sublimitatis per ordinem obsequiis militiæ terminatis, desideratam laborum requiem sortiuntur: pro multis erga rempublicam sudoribus ab omnibus indictionibus tam militatium quam civilium judicum semper habeantur immunes, & civilium tantum judicum, non etiam militarium jurisdictioni subjaceant. Huic sanctioni addendum esse censemus, ut si quis præfectianus 46 dum militat, vel post depositum cingulum, sine testamento quod legibus comprobatur, nullisque ab intestato successoribus derelictis, fati munus impleverit: omnes ejus patrimonii facultates provisione magnificæ tuæ sedis non fisci juribus, sed atcæ 47 tui culminis rationibus vindicentur. Serinitiis autem [&] exceptoribus, cæterisque qui in officio tui culminis merent 48: cum in legione 49 prima adjutrice nostra militant, audientiam tantummodo in causis in quibus pulsantur, tuæ celsitudini deputamus. In provinciis vero commorantes, rectoribus earum eos respondere jubemus, nisi publicum officium aliquod eis injunctum sit.

40 Præfectianos. Præfectiani autem hic sunt præfecti Prætorio apparitores, adde *l. 3. T. eod. l. 8. T. de officio rectoris provinc.* adde *tit. C. Theod. de professionibus lib. 12. tit. 19.*
41 Appariturus Præfectorum prætor. exactiones, horrearii, dationes esse non possunt.
42 Curarum, in *C. Theod. tit. ne præfect. annon. &c.* ex quo hanc lex est, *12. C. Theod. eo.*
43 Adscripti à *C. Theod.*
44 Imp. ANASTASIUS A.
45 *l. 1. T. eod.*
46 Præfectianus.
47 Atcæ P. P. fit mentio in *l. 22. T. de cursu publ.* ubi dixi.
48 Inhærent.
49 De legionibus dixi ad *l. ult. T. de castrens. pecul.* ultr.

TIT. LIV.

DE APPARITORIBUS PRÆFECTI URBIS.

Qui administraverunt officia, officio finito principis purpuram non adorant. Bartol.

I. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Principio P. P.

PRæter eos, qui de officio eminentium potestatum, numero stipendiorum, & curriculis evolutis, ubique præfecturæ serenitatis 50 nostræ annis singulis attingere purpuram 51, venerarique præcepti sunt: nulli prorsus eorum, qui provincialia officia peregerint, tranquillitatis nostræ muricem adorare sit liberum, omnium suffragiorum obreptione cessante. Dat. XIV. Kalend. Octobr. *Aquilan.* ARCAD. A. & BAUTONE V. C. CONSS. 385.

50 Al. *foveæ.*
51 *l. 1. T. de postul. sacri subsc. l. 4. T. de confultibus l. 1. T. tit. prox.* Hujusmodi officium principis (quod fi, principem à fida fabilitate accipere non dare fabulæ) *labrum* dicitur a labro, ut ab ore oscillum: quod fieret labris manu admotis, & tacta, deinde purpura principis, vel gemmis ferox effigies *Genio*, *Genii*, *Genio Senatus*. Et hæc principalis adoratio, remotio principis purpuræ & imperii, *l. 1. T. de apparit. præt. l. 1. T. de apparit. præf. urb. Val.*

II. Impp. 52 HONOR. & THEODOS. AA. Palladio Præfecto Prætorio.

QUicunque illustris urbanæ sedis apparitor clandestina fraude pistorem 54 concusserit 55, accusatus atque convictus, perpetui 56 panificii 57 nexibus addicetur 58. Dat. XVII. Kalend. Januar. *Ravennæ*, HONOR. A. XI. & CONSTANTINO II. V. C. CONSS. 417.

Cujac. 21. obs. 28. in fin. 52 *Al.* Impp. ARCAD. & HONOR. AA. 53 *Ex lib. 14. tit. 3. l. ult. C. Theod.* ex quo hic quædam sunt detracta. 54 Concessio pistorum vetita: & ne venditum ut ne Præfectus urbi, ejusve apparitores, eum pecuniam publicam ex frumentaria pistoribus frumento publico emendo adnumerant, pistores concutiant. *l. 2. T. de frumento urb. Constantinop.*
55 Al. *concusserit.* 56 *Perpetuis*, in *C. Theod.* 57 Panificii nexus, pistorum corpus.
58 Pœnæ species est corpori alicui addici, *ut hic*, urbanicianos, id est, officialis seu apparitor P. urbi, corpori pistorum addicitur, & in corpus pistorum damnatur, *ut hic*, sic monachi adjecta fitis, vel tribonio in curiam vel cohortem transferuntur. *Nov. 5. 6.* dixi ad *l. 38. T. de decur.*

TIT. LV.

DE APPARITORIBUS MAGISTRORUM MILITUM, ET PRIVILEGIIS EORUM.

I. Impp. 60 VALENT. & VALENS AA. ad Arthemium correctorem.

QUi sese in officiis magistrorum equitum ac peditum militare monstraverint, ab omni nominationis injuria excusentur. Dat. XIII. Kalend. Octobr. *Aquilani*, A. CC. XV. Kal. Novemb. *Salerni*, Divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

II. Iidem AA. Mamertino P. P.

QUi 61 in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt: ordinis sint militaris.

III. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Basso 62 P. P.

PRobati apparitores magisteriæ potestatis neque curiales 63 in aliquo officio, neque cohortales, neque censibus 64 adscriptos volumus 65. Dat. prid. Non. Mart. C. P. CYRO V. C. CONS. 441.

Numerarii illustrium, completa militia, & principatus munere functi, gaudent privilegiis hic insertis. Bart.

IV. Iidem AA. Apollonio.

NUmerarios virorum illustrium magistrorum militum tam præsentalium quam Orientalium, qui ordine & stipendiis militiæ fuerint decorati, exeuntes, tribunis prætorianis partis militaris, sudoribus eorum beneficium deferentes, sociari præcipimus: ita videlicet, ut post completam militiam ab omnibus indictionibus tam militarium quam civilium judicum semper habeantur immunes: principatus vero munere functos, tribunis vigilum militaribus aggregari volumus.

V. Imp. 66 ANASTASIUS 67 * magistro militum.

EOs qui in officiis vestris 68 merentes, statutorum 69 tantummodo numero inserti sunt, fori 70 præscriptione muniri: cæteros 71 vero qui supra hujusmodi numerum militare noscuntur, quasi nec militantes, & apud 72 illustrissimas præfecturas, & apud clarissimos 73 provinciarum rectores de quolibet pulsari & conveniri, & sine cinguli præscriptione respondere negotio sancimus. Dat. II. Non. Mart. C. P. CYRO V. C. CONSS. 441.

59 *Eclog. lib. 7. tit. 6.*
60 *Al.* Imp. THEODOS. & VALENT. AA.
61 Apparitum magistri militum, milites esse videtur, hæc autem ideo dicitur, ut eos castrensis peculium habere posse ostendatur, *Synod. Basil. 17. tit. 6. ex lib. 56. tit. 17. cap. 32.*
62 Arinthæo magistro militum, *in Not. Theod. tit. 14. l. 4.* unde hæc lex *defumpta est* §. *penultimo ff. de Appellationibus.*
63 Apparitores, magisteriæ potestatis esse non possunt, qui curiales, vel cohortales, vel censibus adscripti.
64 Adscripti censibus, adscriptitii.
